



*Latinorum semiocalis et liquida, cui Graecorum λαιμαδωα respondet. Lingua palatoque dulcescens Mart. Capella 3 p. 58 Priscian. 1 p. 55. L triplicem, vt Plinio videtur, sonum habet: Exilem, quando geminatur secundo loco posita; vt, *Ille, Metellus*, etc. Plenum, quando finit nomina vel syllabas, et quando habet ante se in eadem syllaba aliquam consonantem; vt, *Sol, Silua, Flauus, Clarus*: Medium in aliis; vt, *Lectus*.*

*Haec ille.* L transit in R; vt, *Tabula, Taberna* Priscian. l. c. L in X; vt, *Paulum Pauxillum, Mala Maxilla, Velum Vexillum, Idem l. c. L in derivatis et compositis ponitur pro D, N, et R; vt ab vnus fit Vllus, ab Liber Libellus etc. sic in compositis ex praepositionibus Con, In, Inter, Per, it. Ad. L et D permutantur in Medicus Meliens, Lacrima δακρυον, Meditor ex μελετω, Οδυσσευς Vlysses.* ¶ 2 L vel solum, vel aliis iun- 15  
ctum, quid significet, ex *Vrsaso praesertim indicabimus.* L, si in termino inueneris, suae normae facturum designat, limitem gammatum, et in longinquo arcam finalem ostendit Auct. de Limit. p. 271 Goef. L. Laribus, Latinus, Latum, Laudabile ap. *Criticos*, Legauit, Lex, Legio, Libens, Libera, Liber, Liberta, Libertus, Libra, (AS) Locauit, Locus, 20  
Longum, Lubens, Ludus, Lucius, Lucia, Lustrum, Quinquaginta, Sester-  
tius. J. Liberta, Lucia. L. A. Libens animo. LA. C. Latini Coloni. L. A. D. Libens animo dedit, Locus alteri datus. L. ADQ. Locus adquisitus. L. AG. Lex agraria. L. AN. Quinquaginta Annis. L. AP. Ludi Apollinares. LAR. Lares, Laurentinalia. 25  
LAT. Latina, Latinus, Latitudine, Latum. LATIC. Laticlauium, Laticlauialis. LAT. P. X. Latum pedes decem. L. B. Liberta bona, Libertus bonus. L. B. M. D. Libens merito dicauit, Locum bene merenti dedit. L. C. Latini ciues, Lege cauetur, Libens curauit, Loco concessio. L. J. L. Lucii conlibertus, vel conliberta. L. D. 30  
Larum diuinorum, Libens dedit, Libertus dedit, Locum dedit, Locum dedicauit, Locus datus. L. D. A. B. M. Libens dedit amico bene merenti. L. D. D. Libens dono dedit, Locus datus decreto. L. D. D. C. Locus datus decreto collegii. L. D, D. D. Locus datus decreto decurionum. L. D. P. Libertus domino posuit, Locum dedit publice. 35  
L. D. S. Libens de suo. L. D. S. D. Libens de suo dedit. L. E. D. Lege eius damnatus, Libens ei dedit, Locus ei datus. LEG. Legatum, Legatus, Legio. LEG. I. ADI. P. F. ANT. Legio prima adiutrix pia fidelis Antoniana. LEM. Lemonia Tribus. L. F. Libens fecit, Locum fecit, Lucii filius, Lustrum fecit. L. F. C. Libens fieri curauit, 40  
Libertis faciendum curauit, Libertus fieri curauit, L. F. D. N. Lucii filius Decimi nepos. L. F. V. F. Locum filiis viuens fecit. L. F. F. O. M. M. D. S. Lubens fieri fecit omni meliori modo da suo. L. H. Libertus heres, Locum hunc, Locus heredum. L. H. D. Libens hoc dedit, Libertus heres dedit. L. H. F. C. Libertus heres fieri curauit, 45  
Locum hunc fieri curauit. L. H. L. D. Libens hunc locum dedit, Locus hic liber datus. L. I. vel L. IV. Lex Iulia, Locum instituit. LIB. H. EX T. Libertus heres ex testamento. L. I. D. A. C. Lex Iulia de adulteriis coercenda. L. IV. REP. Lex Iulia repetundarum. L. K. Lustrum Capitolinum. LL. Dupondius (duae librae). LL. Libens 50  
lubens, Libertis libertabus, Locus laudabilis, ap. *Criticos*; Lucii liberta, L. L. L. Luciorum liberta, vel libertus. L. L. M. Libertissime merito. L. L. P. Libertissime posuit, Libertis libertabus posuit. L. L. Q. E. Libertis libertabusque eorum. L. L. Q. F. Libertis libertabusque fecit. *it.* Lucius Luceius Quinti Filius. L. L. S. Libertis libertabusque suis. 55  
L. L. SS. Libertis libertabus superscriptis. LLS. etiam nota *Sestertii*: Librae duae Semis. L. M. Legauit memoriam vel monumentum, Libens merito, Libero munere, Locus monumenti. L. M. D. Libens merito dedit vel dicauit, Libertus monumentum dedit, Locum monumenti dedit. L. M. E. Locum monumenti elegit. L. M. P. Libens merito posuit, Locum monumenti posuit. L. M. S. Libens merito soluit. L. M. T. F. I. Locum monumenti testamento fieri iussit. L. M. V. C. Locum monumenti viuens curauit. L. M. V. S. Libens merito votum soluit. L. N. Latini nominis, Librarius notarius. L. O. Libertis omnibus. LOC. H. S. C. P. S. Locum hunc sepulturae constituit (sibi comparauit) pecunia sua. L. P. Libens posuit, Libertus posuit, Loco priuato vel publico. L. P. C. D. D. D. Locus publice concessus datus decreto decurionum. L. P. C. R. Latini Prisci Ciues Romani, Libens ponendum curauit requietorium. L. P. D. Locus publice datus. L. P. D. D. Locus publice decreto datus. L. P. F. F. Locum publice fieri fecit, Lugens pater filio fecit. L. P. S. Locum posuit sibi. L. Q. S. Locus qui supra. L. R. Lege rogatur, Locauit requietorium, Locus religiosus. L. S. Laribus sacrum, Libens soluit, Locus sepulturae. L. S. D. Laribus sacrum dedit, Locum sepulturae dedit. L. S. M. C. Locum sibi monumento cepit, vel monumenti constituit. 75  
L. S. P. Liberis suis posuit. L. S. S. Libertis superscriptis, Locum sibi sepulturae. L. S. S. C. Locum sibi sepulturae constituit. L. T. Legauit testamento. L. T. F. I. Libens titulum fieri iussit, Locum testamento fieri iussit. L. T. F. M. Libens titulum fieri mandauit, Locum testamento fieri mandauit. L. V. Lex vetat, Libens vouit. L. V. S. 80  
Libens votum soluit.

# L A B

**LABĀRVVS**, i. m. vel **LABĀRVVM**, itemque **LABORVM**, i. n. [*λαβῆρον*] *Vexillum est, quod ante Imperatores ferri, et a militibus adorari moris fuit.* Tertullianus in Apologetico c. 16 Sypara, illa vexillorum et labororum, stolae crucium sunt. Laudo diligentiam: non huius nudas et incultas cruces consecrare. Prudentius contra Symmachum 482

Testis Chriftilcolae ducis aduentantis ad Urbem  
Miluius, exceptum Tyberina in stagna tyrannum  
Praecipitans, quam victricia viderit arma  
Maieftate regi, quod signum dextera vindex  
Praetulerit, quali radiarint stemmate pila.  
Christus purpureum gemmanti textus in auro  
Signabat labarum: clypeorum insignia Christus  
Scripserat: ardebat summis crux addita cristis.

*Vid. Turn. Adv. 15, 16. N. Fuller. Mil. II. 2, 1. Voff. Etymol. Quaecumque autem sciuntur dedit Jac. Gathofc. ad C. Theod. (6, 25) de Praepositis Laborum (7. Labororum f. Labarorum) qui nempe Labari curam gererent circa procedentis Imperatoris latus incedentes.*

**LABASCO**, vid. **LABO**, as.

**LABDA** euphoniae causa dicitur, quae alias *Lambda*. ¶ 2 Homo impudicus Varroni ap. Non. 2, 13. Aufon. Epigr. 128 Cui ipse linguam cum dedit suam, A est, quod ad execrabilem turpitudinem lingentium pertinere, res loquitur: et vidit Voffius Etymol. p. 275. Hinc

**LABDACE**, es. f. de Muliere, quae *λεοβιάζει*, in Priapeis, n. 78. al. Landace.

**LABDACISMVS**, i. m. Isidor. 1, 31 Labdacismus est, si pro vno L duo pronuntientur, ut Afri faciunt: sicut Colloquium pro Conloquium: vel quoties vnum L exilius, duo largius proferimus, etc. Mart. Capell. 5 p. 167 vbi L plurimum dissonat, ut si dicas, sol et luna luce lucebant alba leui, lactea. *Λαβδακισμὸς* inter vitia oris et linguae refert Quinctil. 1, 5, 32.

**LABDACVS**, i. m. [*λαβδακος*] A quo

**LABDACIDES**, ae. m. *Laius, Labdaci filius, Oedipi pater, et quicumque inde descendunt. v. g. Polynices Oedipi filius* Stat. Theb. 6, 451 Nec verbera pallidus addit Labdacides. *Quin generatim Labdacidae Thebani dicti.* Stat. Theb. 10, 36 sic ille truces hortatibus implet Labdacidas.

**LABEA**, ae. f. Pro Labio aut Labro poni videtur Caton. R. R. 20, 2. Sed quid proprie eo loco significet, nondum comminiscer. Interim Labeones a Labea dici, apparet. Non. 6, 43 ex Pomponio, Rictum et Labeas cum considero. Adv. 3, 120. it. Gell. 18, 4.

**LABEO**, ōnis. m. [*χείλων, πρόχειλος*:] Cui ampla sunt labia vel labeae potius. *Fabiae gentis cognomen, itemque Antistiae et aliarum.* Plin. II, 37 f. 60 Labra, a quibus Bochi (Corneliorum familia) Labeones dicti. Arnob. 3 p. 108 Ergo esse dicendum est quosdam *Deus* capitores, silencudos, frontones, labeones etc.

**LABECVLA**, **LABEFACIO**, vid. **LABES**.

**LABELLVM**, vid. **LABRVM**.

**LABEO** Antistius [*λαβέων ἀντίστιος*] Iuris quidem civilis disciplinam principali studio exercuit, et consulentibus de iure publice responsitavit: caeterarum quoque bonarum artium non expers fuit, et in Grammaticam sese atque Dialecticam, literasque antiquiores, altioresque penetraverat: Latinarumque vocum origines, rationesque percaluerat: eaque praecipue scientia ad enodandos plerisque iuris laqueos utebatur Gellius 13, 10. Sed apud eundem Gell. 13, 12 Atteius Capito, de illo, Agitabat, inquit, hominem libertas quaedam nimia atque vecors, usque eo, ut diuo Augusto iam principe, et rempublicam obtinente, ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod iustum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset. *Specimina deinde refert.* Hinc Infanior Labeone Hor. Serm. 1, 3, 82. de nimium severo.

**LABEO**, vid. **LABIVM**.

**LABERIVS**, i. m. [*λαβέρτος*] Poëta mimographus, Eques Romanus, cuius meminit Macrob. Saturn. 2, 7. et Gell. 11, 9. et 16, 7. Hor. Serm. 1, 10, 6 Si Lucilium perfectum poetam dicam; Et Labeii mimos, ut pulchra poemata, mirer. Adv. Sen. Controv. 2, 17, Sueton. Caes. 39.

**LABES**, is. f. [*λαβή*], Lues, Labes. Gloss. Gr. Lat.] a Lapsu dicitur; *Violenta quaedam vel aquae illuvis, vel tempestatis, grandinisve ruina, aut quum terra altissimum bitum vel barathrum aperitur.* Labes Priuernatis agri, cum ad infinitam altitudinem terra defedisset Cic. Diuinat. 1 c. 43. *Lusu comico, Quanta pernis pestis veniet, quanta labes larido* Plaut. Capt. 4, 3, 3. *Seuerior metaphora est in illo, Cur de huiusmodi labe in meliora migrantes tam pertinaciter plangis* Zeno Veron. de Refurr. 1. *statu corrupto et perditio.* Cic. de Diuin. 1, 78 Vt multa oppida corruerint, multis locis labes factae sint, terraeque defederint. Vlpianus Locati et conducti, 1. Ex conducto, Sed etsi labes facta sit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non esse. Adv. 1. vlt. D. Loc. conducti. Labi, *ablatius.* Lucret. 5, 928 Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla. ¶ 2 Labes [*σπίλος, κηλίς*] inquit

Festus, Macula in vestimento dicitur: et deinde metaphoricis transfertur in homines vituperatione dignos. Cic. pro Corn. Balb. 15 c. 6. Est enim huius saeculi labes quaedam et macula virtuti inuidere, velle ipsam

ipsum florem dignitatis infringere. Sic Pauci laeta arua tenemus, Donec longa dies, perfecto temporis orbe, concretam exemit labem Virg. Aen. 6, 744. Plaut. Perf. 3, 3, 4 Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi. Adulterii labe carere Ouid. Amor. 3, 5, 44. Cic. Off. 3, 85 c. 21 Hunc tu quas conscientiae labe in animo censes habuisse? quae vulnera? Sed ex illa priore significatione ruinae Cic. pro L. Flacco 24. An innocentiae labem aliquam, aut ruinam fore putatis? Sic Mali prima labe Virg. Aen. 2, 97. Vbi Seruius Ruinam interpretatur. Prouinciae Labe atque pernicios Cic. Verr. 2 c. 1. Sed Pudoris labem eluet cruor Senec. Hippol. 893. Ruinam notat Cic. pro Domo 107 Nam si illa labe ac flamma Reip. Idem Aet. 1 in Verr. 2 c. 1 Labe ac pernicios prouinciae. Sed Aspergere labe Cic. in Vatin. 15. Rursus cum ruina iungit Lucret. 2, 1145 Sic igitur magni quoque circum moenia mundi Expugnata dabunt labem, putresque ruinas. Macula Cic. pro Cacl. 42 c. 18 Ne probrum castis, labe integris, infamia bonis inferatur. Candor ab insolita labe notandus erat Ouid. Epist. 4, 32. Labe et Tabes confunduntur saepe a librariis, vid. Burm. ad Quinctil. Decl. 12, 4 p. 244. Et Drakenb. ad Sil. 8, 21.

**LABECULA**, ae. f. [*σπιλιδιον*] Dimin. Cic. in Vatin. 41 c. 17 Sed quum T. Annum tantopere laudes, et clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, etc.

**LABINA**, ae. f. a Labe dicta, eo quod ambulatibus lapsum inferat Isidor. 16, 1.

**LABOSVS**, a, um. Adi. Veteres a Labe dixerunt. Lucilius ap. Non. 8, 46 Praeterea omne iter hoc est labosum atque lutosum. Labosae Poenae Id. Lucil.

**LABEFACIO**, ōci, actum, ēre. [*σφάλλω, λυμκίνομαι, μετακινέω*] Labefacit contagione caeteros bos Col. 6, 5, 1. Ter. Adel. 2, 2, 37 Omnes dentes labefecit mihi: praeterea colaphis tuber est totum caput. Cic. pro Sext. 101 Quem nulla vnquam vis, nullae minae, nulla inuidia labefecit. Aliquid in omnem partem labefacere Ouid. Met. 3, 70. Fidem suam labefacere Suet. in Vespas. 4. Leges et iura Cic. pro Caec. c. 25. Lucret. 4, 1107 Membra voluptatis dum vi labefacta liquecant. Primores classiariorum Tac. Ann. 15, 51, 1.

**LABEFIO**, eri. Munimenta incurſu arietis Sen. de Const. 35 c. 6.

**LABEFACTVS**, a, um. Partic. [*μετακινηθεὶς*] Labefacta cadet religio Claud. in Ruff. 1, 14. Animum labefactus amore Virg. Aen. 4, 395. Iugera labefacta Virg. Georg. 2, 264. Deiecta turri, labefacta Parte muri Caes. B. C. 2 c. 22. Oſſa labefacta Virg. Aen. 8, 390. Robora labefacta Ouid. Met. 12, 329.

**LABEFACTIO**, ōnis. f. [*μετακίνησης*] Plin. 23, 1 Tuffim veterem inhibet, et gutturis rheumatismos, orthopnoeam, dentium labefactionem. Harduin. Labefactionem.

**LABEFACTO**, āre. [*σφάλλω, παρακινέω*] Frequent. sensu plerumque metaphoricā ponitur, pro debilitare, vel quicumque modo nocere: stare enim dicuntur, quae incolumitatem suam seruant. Debilitare, euertere. Cic. de Senect. 20 c. 6 Quod si legere et audire velitis externa, maximas Resp. ab adolescentibus labefactatas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis. Alii Labefactas. Labefactare et peruertere Cic. de Fin. 3, 70. Id. Verr. 3, 47 Labefactarat vehementer aratores iam superior annus: proximus vero funditus euerterat. Commoda alicuius labefactare atque oppugnare Cic. Verr. 3, 182 c. 78. Fidem suam aut alterius pretio labefactare Liu. 24, 21. Cic. pro Cluent. 194. Opinionem labefactare Id. ibid. 6. Rempub. labefactare et euertere Id. de Fin. 1, 44. Id. Verr. 4, 94 Postea conuulsis repagulis, effractisque valuis, demoliri signum, ac vestibibus labefactare conantur. Vitas hominum labefactare Cic. de Inuent. 1, 4. Labefactare aliquem, pro Commouere, et a proposito auertere. Ter. Eun. 3, 3, 3 Ita me video ab ea astute labefactarier. Cic. de Amicit. 34 Quod si qui longius in amicitia prouecti essent, tamen saepe labefactari, si in honoris contentionem incidissent. Animam labefactare Lucret. 6, 798. Cic. Diu. in Caecil. 44 Nunquam ille me opprimit consilio, nunquam villo artificio peruertet, nunquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur. Conf. Lucret. 1, 694. Ouid. Am. 2, 13, 1. Aud. ib. 13, 21, 7. Passiu. Quinct. 2, 14, 14 de vniuersalibus s. perpetualibus, Raro iuuenitur hoc genus, vt non labefactari parte aliqua aut subruui possit.

**LABEFACTATVS**, a, um. Fides labefactata Tacit. Ann. 4, 60, 1. Res secundae labefactatae Sallust. Fragm. 1, 10. it. 6.

**LABEFACTATIO**, onis. Quinctil. 8, 4, 14. Plin. 23, 1 Harduin. ubi vero al. Labefactio.

**LABIENVS**, i. m. (*Λαβίνος*) Cognomen gentis Rom. T. Labienus, Caesaris in Gallia legatus, qui magnas sub eo res gesserat: demum bello Ciuili transfugit ad Pompeium, cui Caesar bona, quae habebat in potestate, remisit. Lucan. 5, 345 Dux fortis in armis Caesareis Labienus erat, nunc transfuga vilis.

**LABILIS**, vid. LABOR, ēris.

**LABIVM**, i. n. quod saepius plur. num. dicitur, LABIA, orum. [*χείλος*] Extremitates oris hominis. Labiumque insigne reuellit Seren. ap. Non. 3, 120. Ter. Eun. 2, 3, 44 Labiis demissis. Conf. Plin. 24, 15. et 30, 4. Tremientia labia Sil. 8, 115. Conf. Drakenborch. ad h. l. Discretionem inter Labia et Labra explodit Seru. ad Virg. Ecl. 2, 34. In labiis Primoribus versatur: vid. VERSOR.

**LABIA**, ae. f. probat Nonius 3, 120 ex Plauto Stich. 5, 4, 41 Age tibicen, quando bibisti, refer ad labias tibias. Et ex Naeuio Verberatio populus homini labias pugnis caedere. Nigid. ap. Gellium 10, 4. Labias sensim primores emouemus. Adde Anon. ap. eund. Gell. 19, 11 Animula aegra et saucia cucurrit ad labias mihi. Apul. Met. 10 p. 249 it. 252.

**LABEA**. vid. f. l.

**LABIOSVS**, a, um. Adi. Labiis amplis ac prominentibus. Lucret. 4, 1164 Simula, σιλήνη ac satira est: labiosa Φιλημ. q. d. osculum, i. osculo accipiendo ac dando apta.

**LABO**, āre. [*σφάλλωμαι, ὑποφέρομαι*] est labi incipere, titubare, vacillare, lapsum minari. Corripit priorem syllabam, cum Labor, labi producat. Vt sedeo primam breuem habet, fido, sedere incipio, lungam. Lapsui proximum esse: vid. Grouu. Praef. ad Liu. Drakenb. ad Sil. 2, 392. Virg. Aen. 2, 192 Labat ariete crebro Ianua. Cic. Verr. 4, 85 Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur: illud interea nulla lababat ex parte. Aedes labantes reficere Hor. Carm. 3, 6, 3. Cursus labat mihi incerto limite Stat. Silu. 5, 3, 237. Dentes labant Cels. 7, 12. Genua labant Virg. Aen. 12, 905. it. 5, 431. Naues labant Ouid. Met. 2, 163. Pedes dubii stantque labantque Ouid. Fast. 6, 678. ¶ 2 Metaph. Si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda susceperit Suet. Tib. c. 33. extr. 105

Labare fermone, *Inconstanter et timide loqui* Plin. 14, 22 f. 28. Labant animi: *b. e. Deficiunt a constantia* Liu. 36, 9. Curt. 5, 3, 10. Animum labantem impulit Virg. Aen. 4, 22. Cic. Att. 8, 22 (14) Et simul cito labare metum consilium illud, quod iam satis fixum videbatur: non mihi satis idonei sunt auctores ii, qui a te probantur. Corda vulgi labantia variant Virg. Aen. 12, 223. Fortuna dubia reges inter incertos labat Senec. Thyest. 34. Memoria labat Liu. 5, 18. Cels. 2, 7 Quibus causa doloris, neque sensus eius est, his mens labat. Vbi Partes labant, summa turbatur Curt. 3, 8, 30. Pectora nostra in dubio labant Ouid. Epist. 17, 178. Spes labat misto metu Ouid. Trist. 4, 3, 12. Vita labat, *i. Non recta est et integra.* Lucan. ad Pison. 10. Cic. Tusc. 1, . . . Mouemur enim saepe aliquo acute concluso: labamus, mutamusque sententiam.

LABANS, antis. Partic. [*σφαλλόμενος, ἀλιθύνων, ὑποφέρμενος*] Liu. 26, 41 Sustinuisse labantem fortunam Populi Romani. Agrippina labans Tacit. Ann. 14, 12, 7. *i. cuius dominatus imminui coeperat.* Tacit. Hist. 3, 23 Sustinuit labantem aciem Antonius accitis praetorianis. *Add. Id. Germ. 8, 1. Disciplina Liu. 36, 6 pr. Oculi labantes languore Catull. 61, 37. Suet. Caes. 14 Labantem ordinem confirmavit Catonis oratio. Conf. Hor. Od. 3, 5, 45. Labantibus Rebus Tac. H. 2, 86, 4. vid.*

LABENS a Labor. LABASCO, ère. [*σφάλωμαι, ὑποφέρωμαι*] Inchoatiuum verbum, *inquit* Donatus, Ruinam minari, et ruinae procliuem esse. Ter. Eun. 1, 2, 98 Si istuc crederem sincere dici, quiduis possem perpeti. P. labascit, victus vno verbo, quam cito! *b. e. Suis blandis verbis perpellit ea illum, ut mutet sententiam.* Idem Adel. 2, 2, 31. Per oppressio- nem, ut hanc mihi eripere postulet? s. labascit. Vbi Donatus, Hoc presse dicitur. Et proprie dicit Labascit, ut et suam instantiam, et cunctationem tarde incipientis consentire monstraret. Et est metapho- ra ab arbore fracta: quae multis succisa ictibus ferri, tandem incipit casum ponderis, ruinamque minitari. Vincitur in longo spatio tamen, atque labascit Lucret. 4, 1279. *Conf. Virg. in Ciri v. 450.*

LABASCOR, sci. *Deponens, pro Primitiuo.* Varro Rerum diuina- rum lib. 7 Postquam vidit misericordia labasci mentem infirmam po- puli. Nonius 7, 41. Accius ib. Nullum est ingenium tantum, neque cor tam ferum, Quod non labascatur lingua, mitiscat mala.

LABOR, lapsus sum, labi. [*σφάλωμαι, ἀλιθύνω, ἀλιθύνω, ἀλλήζω*] *Leniter et sensim decidere, ruere, deficere, mori, falli.* Cic. de Amicit. 41 De C. Gracchi autem Tribunatu quid exspectem, non libet augu- rari: serpit enim deinde res: quae procliuus ad perniciem, quum semel coepit, labitur. Labitur paulatim Disciplina Liu. praef. Labi etiam dicuntur, qui per lubricum feruntur, et motu celeri siue sursum pro- grediuntur, s. deorsum. Sic Seru. ad Aen. 2, 225 Labi proprie serpen- tum est. Et Virg. Aen. 2, 262 Labi per funem est demittere se per fu- nem. Cic. de fin. 5 c. 18 Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras de navigatione. Volucrum lapsus est Cic. de Nat. Deor. 2 c. 39. Ales lapsa plaga aetheria Virg. Aen. 1, 398. *Vid. Curt. 6, 4, 5. et 7, 4, 13. Pennis labi Virg. Aen. 4, 223. i. volare. Per aequora labi rate Ouid. Epist. 10, 65. Aetas occulte labitur Id. Amor. 1, 8, 49. Frigus per vngues*

labitur Id. Met. 2, 823. Gutta labitur ex oculis Id. Trist. 1, 3, 4. *Conf. Tibull. 1, 8, 48. Humor in genas furtim labitur Hor. Carm. 1, 13, 6. Lacrymae labuntur Ouid. Met. 2, 656. E manibus alicuius Curt. 3, 13, 3. Somnus labitur in artus Ouid. Met. 11, 631. Tempora labuntur Id. ibid. 15, 179. et Fast. 6, 771.*

2 *Metaph. Labi est errare suo cum malo.* Cic. pro Rabir. 43 Equitem Romanum veterem amicum suum non libidine, non turpibus impensis, sed experientia patrimonii amplifican- di labentem excepit, corruere non fuit, fulsit, et sustinuit, re, fide, fortuna. Id. de Fin. 1, 18 Epicurus autem, in quibus sequitur De- mocritum, non fere labitur. Quin labebar longius, nisi me retinuis- sem Id. de Legib. 1, 52. *Pro Longius a proposito aberrabam.* Errore labi Modestinus in l. Si alii D. De bono pos. secun. tab. Fauore prauo labi mortales solent Phaedr. 5, 5. Cic. pro Rabir. 25. In his rebus omnibus Imprudentia laboris. *Mente labi, pro Delirare Cels. 5, 26. Verbo labi vid. VERBUM.* In adulationem labi Tacit.

Ann. 4, 6. In gaudia labi *Valeo. Argon. 6, 662. Varr. de R. R. 3, 2 Quoniam ego ignoro. inquit, quid sit villa, velim me doceas, ne labar imprudentia.* Cic. Tusc. 2, 12 Sic philosophus in ratione vitae peccans, hoc turpior est, quod in officio, cuius magister esse vult, labitur. Cic. Tusc. 4, 41 Quod quum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius, quia sunt in lubrico: incitataeque semel in procliue labuntur, sustine- rique nullo modo possunt. *De vitiis loquitur.* In Somnum, Soporem Petron. 22 et 100. In vitium labier Hor. Epist. 2, 1, 94. Cic. de Legib. 2, 38 Quarum mores lapsi ad mollitiem pariter sunt immutati cum cantibus. *De Graeciae ciuitatibus loquitur.* Cic. Acad. 4, 118 Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, et aliquid asciscam, et comprobem incognitum, quod minime vultis.

LABENS, entis. Partic. [*ἀλιθύνων, πρῶτων, βέων*] Liu. 2, 20 pr. Labentibus super corpus armis. *Nec te tua plurima, Panthu, La- bentem pietas, nec Apollinis infula texit* Virg. Aen. 2, 429. Anni labentes Id. ibid. 2, 14. Annus labens caelo Id. Georg. 1, 6. Anni labentes tacito passu Ouid. Trist. 4, 10, 27. Caput labens leuat Lu- can. 3, 732. Die labente quaerit conuiuia Virg. Aen. 4, 77. Disciplina labente deinde paulatim, velut dissidentes primo mores sequatur animo Liu. in Praefat. Labante leg. Birrius, et Labans atque Labens in MSS. saepe confundi notat. Domus labentis miserere Virg. Aen. 4, 318. Flu- mina labentia sub terras Virg. Georg. 4, 366. Mundi labentis cursus Petron. c. 127. Ocellos labentes premit somnus Propert. 1, 10, 7. Oculi labentes vero Quint. 6 Pro. 12 sunt moribundi. Sidera tacito la- bentia caelo Virg. Aen. 3, 515.

LAPSVS, a, um. Partic. [*ἀλιθύνως, σφαλεις, πρῶτων*] Cic. pro Lege Manil. 41 Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac vrbe missum, sed de caelo lapsum intuentur. Per funem demissum lapsi Virg. Aen. 2, 262. Pede lapsus Hor. Serm. 2, 8, 72. Lapsus spe, *pro Frustratus* Caes. Bell. Gall. 5, 55. Lapsus in verbo Ouid. Amor. 2, 8, 7. A vera ratione lapsus Lucret. 2, 176. Lapsus per vinum, *i. ebrietate ad peccatum allectus,* Arrianus in l. Omne delictum §. Per vinum D. re milit. Lapsus animi Plaut. Cist. 2, 1, 8. Lapsus facultatibus dicitur, *Qui ad inopiam decidit.* Vlpian. in l. 1 D. de Magistrat. conuent. Quod si satis exegit, et idoneum exegit, quam- vis postea facultatibus lapsi sunt tutores, vel fideiussores: quod ei, qui non dedit, imputetur. Succurrere lapsis, res est regia Ouid. de Pont. 2, 9, 11. Ales lapsa plaga aetheria Virg. Aen. 1, 398. Doctior ad patrias lapsus peruenerit Oras Cic. fin. 5, c. 18. *de navigatione.* Cic. Off. 2, 9 In omni verbo lapsa consuetudo deflexit de via. Diebus paucis post lapsis Cassius conseqebatur. *i. Elapsis et praeteritis* Cic. Phil. 10, 8.

Fides lapsa solo tempore Ouid. Epist. 2, 102. Res lapsae Virg. Georg. 4, 449. Sen. Thyest. 614 Nemo confidat nimium secundis, Nemo desperet meliora lapsis. Rapinae lapsae Valer. Argon. 4, 503. Signa lapsa sub terras, et Orta, contraria Ouid. Fast. 1, 2. Vlp. in l. Furti. in Princip. D. de iis, qui not. infam. Si omnia tempora prouocationis lapsa sunt. Lapsus et Lassus confunduntur a librariis. vid. Drakenb. ad Sil. 10, 606. *Brookb. ad Propert. 4, 4, 62.*

L A P S V R V S, a, um. Partic. Domus lapsura Ouid. in Ibin 513. Silex iamiam lapsura Virg. Aen. 6, 602.

L A P S A B V N D V S, a, um. Fundamenta Sen. Ep. 52. alii aliter.

L A P S I L I S, e. γλωσσην Gloss. Gr. Lat.

L A P S V S, ūs. m. [ὄλισθος, ὄλισθημα, σφάλμα, ῥεῦσις] Ruina, casus, praecipitium. Sed motum facilem et lubricum etiam significat, ut Cic. de Senect. 52 de vinea loquens, Quam serpentem multiplici lapsu et erratico ferro amputans coëciet ars agricolarum. Fidei lapsus Plin. 5, 1. Fluminum Lapsus Hor. Carm. 1, 12, 10. Virg. Aen. 2, 236 Pedibusque rotarum Subiiciunt lapsus, h. e. rotas, quibus facilius promoueat in gens ille equus ligneus. Sclarum lapsus Plin. 7, 37. Serpentum lapsus, Serpentum progressus dicitur Virg. Aen. 2, 225. Volucrum lapsus Cic. de Nat. Deor. 2 c. 39. Aligero lapsu portabat iussa parentis - Cyllenius, i. Mercurius volans Sil. 3, 169. Ancipites rerum lapsus Claud. in Conf. Stil. 1, 142. Graues nimio sub pondere lapsus Lucan. 1, 71. Immundus lapsus, vid. IMMUNDVS. Miserandus lapsus Sil. 4, 386. Placidus lapsus Ouid. Fast. 6, 500. de Nymphis natantibus. Pronus lapsus fluminum Claud. in Rufin. 1, 159.

L A P S I O, ōnis. f. [ὄλισθησις, σφάλμα, πταῖσμα] Cic. Tusc. 4, 28 c. 12 extr. Sed haec in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuuitas, ut significet lapsionem, in neutris habeat superius nomen.

L A B I L I S, e. Adi. Quod facile labi potest, vel in quo facilis lapsus est. Arnob. adu. Gent. 3, . Quidquid enim tale est, mortale esse arbitramur, et labile. Add. 7 p. 213. Ammian. 27, 23 Per labilem linum digressus.

L A B I L I T A S, atis. f. Sarisb. 2, 21 Labilitas subiectorum.

L A B I D V S, a, um. Labilis. Vitruu. 6 prooem. Itineribus labididis vadere.

L A B V N D V S; a, um. Labens, Accius apud Nonium 10, 5 Vnda sub vndis labunda.

L A P S O, are. [ὄλισθησις, πταῖσις, σφάλμα] Frequent. a Labo, as, significat enim frequenter vacillare et lapsum minari. Virg. Aen. 2, 551 Haec dicens altaria ad ipsa trementem Traxit: et in multo lapsantem sanguine nati. De Priamo. Conf. Tacit. Ann. 1, 65, 5. et c. 79, 5. Lapsantem gressum firmare Sil. 3, 633.

L A B O R, ōris. m. [πόνος, κόπος, μόχθος, κάματος] Opera, defatigatio, molestia, morbus. Cic. Tusc. 2, 35 Labor est functio quaedam vel animi vel corporis grauioris operis et muneris. Virg. Aen. 2, 708 Nec me labor iste grauiabit. Cic. de Senect. 82 Otiosam aetatem et quietam sine vilo labore aut contentione traducere? Impiger ad labores belli Cic. pro Font. 33. Auxilium laborum Virg. Aen. 3, 145. Fructus laboris Quinctil. 2, 7. Imprudens laborum Virg. Georg. 2, 372. Liber laborum Hor. de Arte Poët. 212. Mollis, et impatiens laboris Ouid. Trist. 3, 2, 10. Monumenta laboris Id. ex Pont. 3, 5, 35. Patiens laborum, vid. P A T I O R. Patiens laboris natura Quinctil. 1, 12. Pretium non vile laboris Ouid. Epist. 18, 163. Remissio laborum non inutilis Quinctil. 3, 8. Socius et consors laboris, vid. C O N S O R S. In tenui labor at tenuis non gloria Virg. Georg. 4, 6. Tedium laboris Quinctil. 2, 2. Animi capitisque labor Hor. Epist. 1, 1, 44. Nep. 7, 1, 4. Anni labor Virg. Georg. 2, 514. Boum i. segetes Id. ibid. 1, 325. Lunae labores Id. ibid. 2, 678. h. e. Defectus. Operum labor Id. Aen. 1, 459. Solis labores Id. ibid. 1, 746 ut Lunae, de eclipsi. Repetit Quinctil. 1, 10, 10. Troiae supremus labor Virg. Aen. 2, 11. i. excidium.

¶ 2 Epitheta: Acrior labor Sil. 3, 92. Additus labor frumentis Virg. Georg. 1, 150. i. auflus in frumento colendo. Armiferi labores Stat. Silu. 1, 2, 96. Assiduus labor Id. ibid. 4, 4, 29. Austerus labor Hor. Serm. 2, 2, 12. Blandus labor, vid. B L A N D V S. Breuis et expeditus labor Plin. Epist. 3, 9. Cassus labor, vid. b. v. Castrensis labor, vid. sub C A S T R V M. Catenati labores, vid. C A T E N A. Continui labores vid. in C O N T I N E O. Difficilis labor Ouid. de Arte Am. 2, 538. Dulcis erat mercede labor Ouid. Fast. 6, 661. Duri labores Valer. Argon. 5, 278. Virg. Georg. 4, 114. Edomiti, exsultantique labores Sil. 3, 531. Extremus labor Virg. Ecl. 10, 1. Facilis labor alternis Virg. Georg. 1, 79. Felix labor Valer. Argon. 4, 329. Iliaci Virg. Aen. 4, 78. Illiberalis labor, vid. I L L I B E R A L I S. Immensus labor Ouid. Met. 1, 728. Imperatorius labor, vid. sub I M P E R O. Improbis omnia vincit Virg. Georg. 1, 145. Indignus labor Iuuen. Sat. 7, 17. Ineptus labor, vid. I N E P T V S. Cic. in Orat. 149 Nam esset cum Infinitus, tuum puerilis labor. Ingratus labor Virg. Georg. 3, 97. Intendens labor et vigiles curae Stat. Silu. 1, 4, 54. Leuis labor, vid. L E V I S. Mali Hor. Epod. 16, 16. Militaris labor Quinctil. 2, 13. Multo sudore et labore ferre aliquid Cic. pro Font. 2. Paruus labor Tibul. 4, 1, 16. Peruigil labor Valer. Argon. 5, 141. Sil. 7, 283 Positoque labore dierum Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat. Praecipuus labor Virg. Georg. 3, 74. Praedurus labor Valer. Argon. 1, 235. Quotidiani laboris continuatione quassatus Firmic. 6, 31. Sudatus labor Sil. 3, 92. Sudatus labor in Aemo Stat. Theb. 5, 189. Suetus labor Sil. 16, 533. Superuacuis labor Quinctil. 1, 8. Vigilati labores Ouid. Trist. 2, 11.

¶ 3 Verborum formulae: Accessit mihi ad reliquos labores, Addere labori, Addere laborem, vid. his verbis. Adire multos labores Virg. Aen. 1, 14. Affecta labore, ac vigiliis corpora Liu. 36, 24. pr. Afferre laborem, vid. A F F E R O. Agi labor dicitur in orbem Virg. Georg. 2, 401. vid. O R B I S. Aspirat primo fortuna labori Virg. Aen. 2, 385. Augere labores Lucret. 2, 1163. Cecidit magnus labor incassum Lucret. 2, 1165. Canere solis labores Quinctil. 1, 10, 10. Cic. pro Rosc. Com. 49. Non fuit causa, cur tantum laborem caperes, et ad me venires. Capere laborem nullum Lucret. 5, 1181. Carere malis laboribus Hor. Epod. 16, 16. Cic. de Orat. 3, 14 Summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur. Conficere vitae suae cursum in labore corporis, atque in animi contentione Id. pro Cael. 39. Consumere plus operae ac laboris in aliqua re Id. de Orat. 1, 234. Decurrere inceptum laborem Virg. Georg. 2, 44. Defatigare aliquem assiduo labore, vid. b. v. Defessa membra labore Catull. 48, 14. Delegare alicui laborem Cic. Fam. 8, 1. Detrahare laborem Id. ibid. 3, 6. Dilata pars laborum Ouid. Met. 3, 174. Dare finem laborum Virg. Aen. 1, 245. Labor ingenium miseris dedit Manil. 1, 80. Durare patiar quemuis laborem Virg. Aen. 8, 577. Effusus labor omnis, i. functus et frustratus Id. Georg. 4, 492. Seruius. 105

Exacta est pars laboris Ouid. Fast. 1, 723. Exantlatus ab Hercule labor  
*b. e. Absolutus* Cic. Acad. 4, 108. Excipere magnos labores Id. de Clar.  
 Orat. 242. Id. pro Arch. 28 Quid est, quod in hoc tam exiguo vitae cur-  
 riculo et tam breui, tantis nos in laboribus Exerceamus? Exercet la-  
 5 bor apes Virg. Aen. 2, 435. Exhaustus labor Quinctil. 4, 5. Exhau-  
 sta est pars laboris Ouid. de Arte Am. 1, 771. Experiri laborem Virg.  
 Georg. 4, 156. Exsudati labores Sil. 3, 531. Cic. Verr. 2, 135 Quod cui-  
 que negotii consilium volebat, nullo labore faciebat. Facere finem la-  
 10 boris Lucret. 3, 956. Fallente studio austerum laborem Hor. Serm. 2,  
 2, 12. Ferre laborem Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 13. Nep. 18, 11,  
 6. Ferre onus, gemini laboris Ouid. Epist. 19, 166. Ferre praemia  
 laborum Hor. Serm. 2, 1, 11. Finire labores Hor. Carm. 3, 4, 39.  
 Labor Firmat corpus Cels. 1, 1. Cic. pro Arch. 28 c. 11 Nectantis se la-  
 15 boribus frangeret. Id. . . . Tu labores tuos, quod Aedilis non sis fa-  
 ctus, fractos putas, etc. Furare temet assiduo labori Stat. Silu. 4, 4, 29.  
*i. subduc. ad tempus.* Impendere laborem ac sumtum ad incertum casum  
 Cic. Verr. 3, 227. Impendere laborem praecipuum Virg. Georg. 3, 74.  
 Impertiri laborem Cic. pro Muraen. 8. Id. ibid. 38 Nunquam iste plus militi  
 20 laboris imposuit, quam sibi sumsit. Imponere finem labori Virg. Aen.  
 2, 619. Incumbere labori Sil. 4, 820. Ingemens laboribus Hor. Epod.  
 5, 31. Iniungere laborem alicui Quinctil. 1 Pr. 2. Infumere magnum  
 laborem ac sumtum in aliquam rem Cic. de Inuent. 2, 113 c. 39. Inten-  
 25 dere laborem et studium alicuius, *vid. INTENDO.* Intermittere la-  
 bore Ouid. Met. 3, 154. Interponere laborem, studium, operam, In-  
 venire quippiam labore, Irrogare labori quippiam, *vid. ff. l. Lassa-*  
*vit me labor insolitus* Ouid. Met. 10, 554. Leuare laborem alicuius  
 Virg. Aen. 1, 334. Leuandi laboris sui causa passim ac libere solutas  
 opere volitare Cic. de Orat. 2, 23. *de auibus.* Leuare laborem alicui,  
 30 Minuere laborem *vid. hb. vv.* Mutare laborem Virg. Ecl. 10, 64. Niti  
 praestante labore noctes atque dies Lucret. 2, 12. Obire laborem, *vid.*  
*OBEO.* Oblita laborum corda Virg. Aen. 4, 528. Parcere labori, *vid.*  
*PARCO.* Parta pabula sine labore Lucret. 5, 867. Perire labore Lu-  
 35 cret. 4, 1114. Perit irritis labor anni Ouid. Met. 1, 273. Perferre la-  
 bore Quinctil. 1, 4. Perfunctus laboribus, *vid. PEREVNGOR.*  
 Postulare laborem Quinctil. 2, 5. Praestare se iniunctum a labore, *vid.*  
*INVICTVS.* Rapiunt sibi quisque laborem Sil. 13, 187. Relegunt  
 suo sermone labores Ouid. Met. 4, 569. Releuare requie longum la-  
 40 bore Id. ibid. 15, 16. Scribere cum labore, *vid. CVM.* Solata lon-  
 gum cantu laborem Virg. Georg. 1, 295. Subire labores Cic. Att. 3, 15.  
*extr.* Succedere labori Quinctil. 2, 1. Succurre praesens nostro la-  
 45 bori Virg. Aen. 9, 404. Sum. *ut esse labori* alicui, *b. e. Oneri, vel*  
*Molestiam adferre.* Cic. Verr. 1, 16 Nemini meus aduentus labori aut  
 sumtui neque publice, neque priuatim fuit. Esse in labore, *i. in ope-*  
*re laborare* Plin. 11, 17. Quum populus in labore est, ipse operatus  
 50 circuit similis exhortanti, solus immunis. *De rege apum.* Superare  
 omnia continentem labore, *vid. CONTINEO.* Superesse nequeunt  
 blando labori Virg. Georg. 3, 127. Cic. Fam. 4, 2 Superfedeas hoc la-  
 bore itineris. Id. de Opt. Gen. Orat. 13 Putavi mihi suscipiendum la-  
 55 bore vtilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. Sustinere  
 laborem Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 4. Terere manum duro la-  
 bore Virg. Georg. 4, 114. Tolerare labores Ouid. Met. 9, 289. Tra-  
 hit ingratum laborem Virg. Georg. 3, 96. Urgent famulas laboribus  
 Ouid. Met. 4, 35. ¶ 4 *Vt monuimus Labor, et frequentius pl.*  
*labores, apud Poetas frequenter pro Periculo, Calamitate, vel alio quo-*  
*vis incommodo.* Cuius erga me singularem benevolentiam vel in labore  
 60 meo, vel in honore perspexi Cic. Fam. 1, 9. Quibus aliquis obiectus  
 est labor Ter. Hec. 31, 6. *Conf. ad h. l. Weitz. it. Barth. Adu. 33, 1.*  
 Si quid laboris est, nollem Ter. Heaut. 1, 1, 30. *vid. b. l. Dacer.*  
 Add. Hor. Epod. 16, 16. Virg. Aen. 1, 632 Me quoque per multos  
 65 similis fortuna labores Iactatam, hac demum voluit consistere terra.  
*vid. Philargyr. ad Virg. Georg. 2.* Requies ea certa laborum Virg.  
 Aen. 3, 393. Series immensa laborum Ouid. Epist. 9, 5. Taedia lon-  
 ga laborum Id. Met. 14, 158. Defunctus laboribus Hor. Carm. 3, 24,  
 15. Emensus diuersum laborem pelagi terraeque Sil. 4, 54 Experta  
 70 primos Lucinae labores Virg. Georg. 4, 340. *Conf. Laborare vtero.*  
 Ferre longos castrorum labores Iuuen. 14, 198. Superare labores ma-  
 gnos Virg. Aen. 5, 368. Superare belligeros labores Valer. Argon. 5,  
 617. ¶ 5 *Labor i. morbus, valetudo, dolor.* Cor lienosum, opi-  
 75 nor, habeo, iam dudum salit: de labore pectus tundit Plaut. Caf. 2, 6,  
 62. *Add. Id. Curc. 2, 1, 4. Neruorum Vitruu. 8, 3. Conf. Tac. H.*  
 3, 38, 8. Sine magno labore Scribon. 227. *i. dolore.* ¶ 6  
 Labos, oris, etiam pro eodem dicitur. Plaut. Trin. 2, 1, 35 Quanquam  
 ibi animo labos grandis capitur. *Legitur et apud Catull. 53, 13. Ar-*  
*duus labos Valer. Argon. 6, 352. Add. ib. v. 361. it. Ter. Hec. 3,*  
 75 1, 6. Plaut. Capt. 2, 1, 2. et Merc. Prol. v. 73.

LABORO, arc. [*πῶνός, κοπιῶν, μαχθῶν, κάμνω, ἐπιταλαιπωρῶ*] *Sese*  
*exercere, fatigari, et cum labore aliquid agere.* Cic. Verr. 3, 130 Omni-  
 bus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, vt  
 omnes, etc. Laboro idem quod tu Cic. Att. 13, 9. Propter quae haec  
 80 Laborantur Id. Fam. 3, 12. *pr.* In aliqua re Id. de Sen. c. 7. Arma  
 laborare, *i. Laborando conficere* Stat. Theb. 3, 579. Ambitiose circa ali-  
 quid laborare Quinctil. 3, 11. Cic. Verr. 5, 104 Si nullam ad rem, nisi  
 ad officium, et veritatem omnes meae curae, vigiliae, cogitationesque  
 laborarunt. Sponsio illa ne fieret laborasti Cic. Verr. 3, 57. *extr.* Id.  
 85 Acad. 4, 139 Laboro vt assentiar Epicuro, aut Aristippo. Illud laboro,  
 vt Cic. Fam. 13, 26. *f.* Laboraui amari ab eo Plin. Epist. 1, 10. *Add.*  
 Nep. 16, 3, 1. ¶ 2 Laborare, *per translationem, pro Male ha-*  
*bere sumitur.* Cic. Tusc. 2, 61 Artus vehementer laborant. Id. ibid.  
 2, 35 c. 15 Aliud est laborare, aliud dolere — Cum varices secabantur  
 90 C. Mario, dolebat; cum aestu magno ducebat agmen, laborabat. Est  
 inter haec tamen quaedam similitudo. Consuetudo enim laborum per-  
 pessionem dolorum facit faciliorem. *Hinc vero fit, vt verba inter se*  
*confundantur, et laborare vel fit idem quod dolere, vel certe habere incom-*  
*modum, quod nos exercent et fatiget. Sic Medici eo vtuntur, vt Gr. πῶνός*  
 95 *et πῶνός. v. g.* Laborans Scribon. Epist. Med. *i. aegrotans.* Non labora-  
 turum 159. Qui ab ea laborant 197. Ex causa occulta laborare 101.  
 Fungis laborare 198. Oculis laborans 170. *Quin* Laborare morbo ali-  
 quo Cic. de Fin. 1, 59 c. 18. Veritatem laborare nimis saepe aiunt,  
 100 12, 11. *i. vacillat, ubi v. Freinsb.* Luna laborat Plin. 2, 9. *i. deficit.*  
 Ouid. Amor. 2, 5, 37 Aut vbi cantatis Luna laborat equis. Iuuenal. 6,  
 440. *de garrula, Vna laboranti poterit succurrere Lunae. Vid. LA-*  
*BOR Lunae et Solis. Haec sidera velut aegra sunt, cum obscurantur,*  
*hinc et deficere dicuntur. Sed etiam Praepositio A vel Ex vel Ob addi-*  
 105 *tur. Vt Laborare a frigore Plin. 32, 10. Ab re frumentaria Caes. Bell.*  
 Gall.

Gall. 7, 10. Laborare a veritate Liu. 22. *i. Destitui veritatis testimonio.*  
 E dolore laborare dicitur puerpera Ter. Andr. 1, 5, 33. Cic. Fam. 16,  
 11 Non ignoro quantum ex desiderio labores. Ex invidia laborare, *In-*  
*visum et odiosum esse* Id. pro Rosc. Amer. 149 c. 51. *extr.* Quod si omnes,  
 qui eodem loco nati sunt, facerent, et Resp. ex illis, et ipsi ex invidia 5  
 minus laborarent. Id. de Inuent. 2, 5 Minus in arrogantiam offende-  
 rent, non tantopere in vitiis perseverarent, aliquanto ex inscientia le-  
 vius laborarent. Ex renibus laborare Id. Tusc. 2, 60 c. 25. *Et* Fam.  
 7, 27 Laborare ex intestinis. In acie laborat cornu: *b. e. Infirmius, et*  
*impotentius est* Vict. de Viris illustr. 26 *extr.* Adeo in quae laboramus 10  
 sola, creuimus, diuitias luxuriamque Liu. 7, 25. In spem laborare  
 Ouid. Met. 15, 367. Ob auaritiam laborare, *Auarum esse quidam* Hor.  
 Serm. 1, 4, 26. *Sed mel. al.* ab auaritia. Ambitione laborare Id. ibid. 1,  
 4, 26. Animo laborare Caes. Bell. Gall. cap. 7, 30. Quinctil. 4, 1 Si  
 causa laboramus, persona subueniat, *i. Si causa inuidiosa nos premit.* 15  
 Cerebro laborare Plaut. Milit. 2, 2, 51. Curis laborare Claud. de Phoe-  
 nice 62. Desiderio partus laborare Columel. 6, 27. Domicenio labo-  
 rare Martial. 5, 79. Fame laborare Columel. 1 praef. Foenore labo-  
 rare, *b. e. Premi foenore et grauari* Liu. 35, 7. Frigore laborare Co-  
 lumel. 2, 10. Ingenio laborare Martial. 8, 18. Cic. Tusc. 4, 18 Misericordia est aegritudo ex miseria alterius iniuria laborantis, *i. inuerti-*  
*to miseri.* Cic. ad Brut. 10 Ingrauescit enim in dies intestinum malum,  
 nec externis hostibus magis quam domesticis laboramus. *i. Opprimimur.*  
 Locis laborare Cels. 2, 8. *i. ex vulua.* Nota infamiae laborare Vlpia-  
 nus in lege 2 §. 1 ff. De iis, qui notantur infamia. Laborare in aliquo, 25  
*Ardere amore alicuius* Hor. Carm. 1, 17, 19. Liu. Prooem. 1 Et quae  
 ab exiguis profecta initiis, eo creuerit, vt iam Magnitudine laboret  
 sua. Odio laborare apud hostes, et contemptu inter socios Liu. 6, 2 *pr.*  
 Opinione arrogantiae laborare Quinct. 4, 1. Omni parte laborare Hor.  
 Serm. 1, 2, 38. Podagra laborare Martial. 1, 99. Re frumentaria laborare 30  
 Caes. Bell. Ciuil. 3, 9. *al.* a re fr. Cic. Att. 4, 18 Efficiemus rem glo-  
 riosissimam, nam in campo Martio septa tribuniciiis comitiis marmorea  
 fumus, et tecta facturi, etc. *Paullo post, Dicit, Quid mihi hoc moni-*  
*mentum proderit? Ad quid laboramus res Romanas? hoc est, Quorsum*  
*igitur de rebus Romanis laboramus? Qui enim hoc monumentum contemnit,*  
*apparet eum de rebus Romanis nihil laborare. Sin autem laboramus, non*  
*est, vt hoc monumentum contemnere possimus.* Vitiis laborare Liu. 34, 4  
 Vtero laborare Hor. Carm. 3, 22, 2. *i. ex vtero.* Laborare alicui rei,  
*pro Intentum esse* Senec. de Vita beata. . . Non laboro de hac re, *i.*  
*Non curvo, neque anxius sum.* Cic. pro Rosc. Amer. 97 Cuius manu sit  
 percussus, non laboro. Idem de Fin. 2, 81 Non laboro, inquit, de no-  
 mine. De me Cic. Att. 7, 19. Id. Philipp. 8, 26 Mustellae et Tironi  
 prospicit: de se nihil laborat. Id. Fam. 7, 26 Quod epistolam conscif-  
 sam doles, noli laborare: salua est domi. Non laboro hoc loco, dis-  
 cessisse Merulam Varr. R. R. 3, 17. Nec quarta loqui persona laboret 45  
 Hor. A. P. v. 192. Nihil laboro, nisi vt saluus sis Cic. Fam. 16, 6. Ni-  
 hil est quod labores Id. pro Caecin. . . Valde laboro, ne Cic. Fam.  
 12, 14. Non magnopere laboro, *vid.* M A G N V S. Cit. pro Caecin.  
 3 De quibus ego antea laborabam, ne si improbi essent, falsi aliquid di-  
 carent. Idem Tusc. 2, 29 c. 12 Concludunt ratiunculis Stoici, cur non  
 sit malum; quasi de verbo, non de re laboretur. Idem Fam. 13, 27  
 (26) Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare,  
 quam ipsum de sua. Laboratur vehementer: inclinata res est Id. ibid.  
 1, 1. Plin. 2, 96 Locris et Crotone pestilentiam nunquam fuisse, nec  
 villo terrae motu laboratum, annotatum est. Liu. 1, 31 Pestilentia la-  
 boratum est. Ibid. 4, 30 Siccitate. Atlas en ipse laborat Ouid. Met.  
 2, 296. *i. fatigatur.* 55

3 Laborare pro viuere positum volunt in  
 Caton. Dist. 1, 33 Quum dubia in certis versetur vita periculis Pro lucro  
 tibi pone diem, quocumque laboras, *i. viuis, ait Barthius, non vno loco,*  
*in primis ad Stat. Theb. 1, 341 Grata laboratae referens obliuia vitae.* 60  
*Sed quae ibi protulit, illa ostendunt, laboriosam esse vitam, viuere esse la-*  
*borare etc. non illud, simpliciter laborare dixisse quemquam pro viuere.*  
*Ita Catonis sententia est, In lucro pone etiam illum diem, quo cum labo-*  
*ribus et molestiis tibi consistendum est; nam certe viuis, et satis esse tibi*  
*debet, seruatam tibi vitam.* 65

LABORANS, antis. Partic. [*κλῆρον, ποιῶν, κοπιῶν*] vt, Labo-  
 rantibus succurrere, esse auxilio Sall. Cat. 59. et Iug. 52. Luna Iuuenal.  
 6, 443. Opem ferre laboranti Ouid. de Nuce 14. Puellae vtero labo-  
 rantes Hor. Carm. 3, 22, 2. Ratem laborantem deserere Ouid. ex Pont.  
 2, 6, 22. Siluae laborantes, *scil. Onere niuis* Hor. Carm. 1, 9, 3. 70

LABORATVS, a, um. Adi. [*διεπικουμημένος*] Compositus, cultus, et  
 multo labore atque industria factus. Virg. Aen. 1, 643 Arte laboratae ve-  
 stes. Laborati libri Martial. 4, 33. Vita laborata ex Statio Theb. 1,  
 341. modo prolata in LABORO n. 3. Compar. vt, Continentia laboratior  
 Tertull. de Veland. Virgin. cap. 10. 75

LABORANDVS, a, um. Terra Tertull. adu. Marc. 2, 2.

LABORATIO, ōnis. f. apud Hieronymum.

LABORATOR, ōris. m. apud August.

LABORIOSVS, a, um. Adi. [*καματώδης, επίπλεος, μωγερός*] La-  
 boris patiens, multo cum labore factus. Cic. Tusc. 2, 36 Itaque indu-  
 strios homines, illi studiosos, vel potius, amantes doloris appellant:  
 nos commodius laboriosos. Idem Philipp. 11, 8 c. 4 Dolores Trebo-  
 nius pertulit magnos: Multi, ex morbi grauitate maiores: quos tamen  
 non miseros, sed laboriosos solemus dicere. Cohors laboriosa Hor.  
 Epod. 16, 60. Chartae doctae et laboriosae Catul. 1, 7. Deambulatio  
 laboriosa, *i. Quae non sine magno labore perficitur* Ter. Heaut. 4, 6, 2.  
 Exercitationes laboriosae Cic. Tusc. 2, c. 15. *Et* de Fin. 1, 68 Quis no-  
 strum exercitationem vllam corporis suscepit laboriosam, nisi vt ali-  
 quid ex ea commodi consequatur? Fabula laboriosa Ter. in Prol.  
 Heaut. v. 44. Gradus laboriosus Martial. 7, 38. Opus laboriosissimum  
 Liu. 5, 19. Seruus laboriosus, cui opponitur Desidiosus Caius in l. Si  
 quid. in princip. ff. de aedil. edict. Versus non-laboriosi, *i. faciles*  
 Martial. 11, 7. Compar. Cic. pro Milon. 5 c. 2 Quid enim nobis duo-  
 bus, Iudices, laboriosus? *Et* Nepos 25, 12 Quod vtrum ei laboriosus,  
 an gloriosus fuerit, difficile fuit iudicare. Superl. Laboriosissimus ho-  
 minis socius in agricultura bos Columel. 6 Prooemio. Laboriosissi-  
 mus arator Cic. Verr. 3, 86. 85

LABORIOSE. Adu. [*μωγερός, ἐπιπλεός*] Cum multo labore et mole-  
 stia. Catull. 36, (39) 1 Male est, Cornifici, tuo Catullo, Male, me-  
 hercule, et laboriose. Compar. Cic. pro Rosc. Com. 31 c. 11 Iam quo  
 quisque est sollertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosus.  
 Laboriosus cui Plin. 34, 16. Superl. Cic. Diu. in Caec. 71 Itaque  
 semper ii diligentissime laboriosissimeque accusarunt. Illis laboriosissi-  
 me dixit Suet. Caes. c. 43. Add. Id. Claud. c. 14. 90

LABORIFER, era, erum. Adi. [*Φερέτρος*] Currus laboriferi 100

Tithoniae Stat. Theb. 6, 25. *de Aurora cum die laborem afferente.* Hercules laborifer Ouid. Met. 9, 285. Iuuenus laborifer Id. ibid. 15, 129. Musae Aufon. Eidyll. 4, 7.

LABORIAE, arum. f. pl. *Italiae pars illa, quae vulgo hodie quoque terra laboris dicitur, quod ingens labor sit in ea colenda:* quippe solum habet arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius paene quam vitis posset, affligens agricolam Plin. 17, 4. Id. Plin. 3, 4 s. 9 Certamen humanae voluptatis illum agrum appellat. Et 17, 11 s. 29 Quantum autem vniuersas terras campus circumcampanus antecedit, tantum ipsum pars eius quae Laboriae vocantur, quae Phlegraeon Graeci appellant. Finiuntur Laboriae via ab utroque latere Consulari, quae a Puteolis, et quae a Cumis Capuam ducit. *Hinc*

LABORINVS Campus nobilis in Campania Plin. 17, 4.

LABRAX, aëis. m. *Lupus piscis, quod λάβρωξ, i. auide edat.* Plin. 32, 11.

LABROS, i. m. *Canis nomen apud Ouid. Met. 3, 224. Λάβρος uehemens, vorax.*

LABRVM, i. n. [*χῆλος*] *Idem quod Labium.* Labia sunt superiora; labra, inferiora. Labra asinorum proprie dicuntur Donat. Modica esse labra, labia autem immodica, et inde Labcones dici Verr. Flacc. ap. Charis. l. 1. *Sed neuter accurate.* Cic. in Pison. 27 Quod quidem tu, qui bene nosces coniunctionem meam et Caesaris, edulebas: cum a me trementibus omnino labris, sed tamen, cur tibi nomen non deferrem, requirebas. Martial. 2, 10 *Basia dimidio quod das mihi Posthume labro, etc.* Caes. Bell. Gall. 5, 14 Capilloque sunt promissa, atque omni parte corporis rasa, praeter caput et labrum superius. Aemula labra, *vid. AEMVLOR.* Curt. Cels. 7, 9. Incana labra situr Ouid. Met. 8, 802. Laxa Perf. 3, 102. Pallida labra Iuuen. 10, 229. Trementia labra Iuuen. 10, 198. *al. Membra.* Vncum labrum Lucret. 4, 592. Quinct. 11, 3, 81 Labra et porriguntur male, et scinduntur, et adstringuntur et diducuntur, et dentes nudant, et in latus ac paene ad aurem trahuntur, et velut cum quodam fastidio replicantur, et pendent, et vocem tantum altera parte dimittunt. Admouere labra poculis Virg. Ecl. 3, 47. *Add. ib. v. 43.* Cic. de Nat. Deor. 1, 20 Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam. Id. de Orat. 1, 87. Quae isti rhetores ne prioribus quidem labris attigerunt. *Sic pro*

Cael. 28, c. 12 Primoribus labris attingere genus vitae. Id. de Orat. 3, 138 & 34 Pericles in cuius labris leporem habitare dixerunt. Apes in labris Platonis pueri dicuntur confedissee Cic. de Div. 1, c. 36. Verba in labris nascencia Quinct. 10, 3. Non a summis labris ista venerunt Sen. Ep. 10. Versabatur mihi in prioribus labris Plaut. Trin. 4, 2, 65. Diducere labra Senec. de Benef. 2, 24. Finduntur Cels. 7, 12, 6. Immulgere vbera teneris labris Virg. Aen. 11, 572. Mouet labra metuens audire Hor. Epist. 1, 16, 60. Similem habent labra lactucam, *vid.*

LACTVCA. ¶ 2 Labrum, *pro Marginibus et extremis oris fluminis, lacus, fontis, et huiusmodi, quae leni aquae motu perluuntur.* Plin. Epist. 5, 6, 20 Inter has marmoreo labro aqua exundat circumiectasque platanos, et subiecta platanis leni aspergine fouet. *Add. Liu.* 37, 37 Extra duplex vallum fossae circumdedit: interiore labro murum cum turribus crebris obiecit. *Add. Aufon. Vrb. 5, 9. et ibi Scaliger.*

Labra doliorum circumlinas Cato R. R. 107. ¶ 3 Labrum, *Genus vasis, ad lauandum aptum.* Cic. Fam. 14, 20 Labrum si in balneo non est, ut sit. Virg. Aen. 8, 22 Sicut aquae tremulum labris ubi lumen ahenis Sole repercussum, aut radiantis imagine lunae. Vitruu.

55 5, 10 Labrum balnei est lacus depressus, in quem descendunt lauandi causa. Solium alias appellatur. Labrum etiam Plin. 29, 1. 31, 2. Cato R. R. c. 66 Oleum in labrum primum indito. Spumat plenis vindemia labris Virg. Georg. 2, 6. Cato 154 Vinum emtoribus sine molestia hoc modo ameteri debet. Labrum cuculare illi rei facito: id habeat ad summum ansas quatuor, ut transferri possit. Eluacrum labrum est, *In quo aliquid eluitur et lauatur quod sordidum est.* Huius meminit Cato de R. R. 10, 4. 11, 3. *vid. ELVACRVM.* Fictilia et lapidea Columel. 12, 15, 2. Lupinarium labrum Cato 10, 4. et 11, 3. Olearium labrum Id. 13, 2. Vinaticum labrum, siue vinarium Id. 10 et 11. Vitruu. 9, 10 Labrum lignum habens vna secum coniunctum canalem supponitur rotae hydraulicae, qua hortis ad irrigandum, et salinis ad temperandum praebetur aquae multitudo. ¶ 4 Labrum venerium,

60 *Herba in flumine nascens, de qua Plin. 25, 13. Veneris labrum Samonic.* v. 1038.

70 LABELLVM, i. n. Dimin. *prima breui.* [*χειλάριον*] Plaut. Asin. 4, 1, 52. Cic. de Diuin. 1, 78 c. 36 At Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis confedisent, responsum est singulari illum suauitate orationis fore. Aridula labella Catul. Argon. f. 62, 316. Attrita Martial. 10, 72. Exporrectum labellum Perf. 3, 82. Ima labella Ouid. de Art. Am. 3, 284.

75 Purpurea labella Id. Amor. 3, 3, 23. Rosea labella Catul. 78, 1. Tenuera labella Ouid. de Arte Am. 1, 667. Comparare Plaut. Asin. 3, 3, 78. *i. basiare.* Compefce labellum digito Iuuenal. 1, 160. Quem basiabitis, cui labella Mordebis Catull. 8, 18. Extendere labellum Iuuen. 14, 325.

¶ 2 Labellum, *pro Vasculo* Columel. 12, 43, 1 Labellum fictile nouum impleto paleis. Ibid. 28, 3. Cic. de Legib. 2, 66 c. 26 Sepulcris autem nouis finiuit modum. Nam super tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiozem, aut mensam, aut labellum: et huic procurationi certum magistratum praefecerat. Labellum pollulum, *de quo Cato de R. R. 10, 2. est paruulum.* *Add. Cato 88, 2*

85 *it. 13, 3.*

LABRATVM. Vet. Gl. Labratum *κατακινόν βασιλέως.* Labratum *φίλημα βασιλικόν.* Nempe est Osculum labratum, quod declaramus h. v.

LABRÖSVS, a, um. Adi. [*χειλώδης*] *Quod extremitates habet, veluti quaedam labra prominentes.* Celsus 7, 26 verramentum fecit in summa parte labrosium, in ima semicirculatum. *Et Gloss. Gr. Lat. πρόχειλος, labrosus.*

LABRVSICA, ae. f. [*ἀμπελος ἀγρία, seu ἀγριόαμπελος*] Vitis agrestis dicitur, spissis et candicantibus foliis, geniculata, rimoso cortice: fert uvas rubentes, cocci modo, quae cutem in facie mulierum purgant Plin. 23, 1. Virg. Ecl. 5, 7 Siluestris raris sparsit labrusca racemis. Columel. 8, 5 Vua labrusca de vepribus immatura lecta. ¶ 2 *Estiam neutro genere plur.* Virg. in Culice 52 Denfaque virgultis auide labrusca petuntur.

LABVRNVM, i. n. Arboris genus in Alpibus crescens Plin. 16, 18.

LABYRINTHVS, i. m. [*Λαβύρινθος*] Locus apud Cretam factus a Daedalo perplexis parietibus, ubi Minotaurus inclusus est. Haec Seruius ad Virg. Aen. 5, 588 Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta, etc. Quatuor Labyrinthos Plinius memorat 36, 13 s. 19 Dicamus et labyrinthos, vel

100 porten-

porten-

porten-

porten-

porten-

porten-



portentosissimum humani impendii opus, sed non, vt existimari potest, falsum. Durat etiam nunc in Aegypto Heracleopolite nomen, qui primus factus est ante annos, vt tradunt quater mille sexcentos — Hinc vtique Daedalum fuisse exemplar eius labyrinthi, quem fecit in Creta, non est dubium, sed centesimam tantum portionem eius imitatum, quae itinerum ambages occurfusque ac recursus inexplicabiles continet — crebris foribus inditis ad fallendos occurfus, redeundumque in errores eosdem. Secundus hic fuit ab Aegypto labyrinthus: tertius in Lemno: quartus in Italia. Omnes lapide polito, fornicibus tecti. *Deinde magnificentiam Aegyptii vbi descripsit, addit, Fessiam cundo perueniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem etc. Sunt enim plura de hoc ac de Lemnio Italicoque. De Aegypto etiam Mela 1, 9 de Cretico Ouid. Met. 8, 158 vbi Minos destinat Minotaurum Multiplicique domo, caecisque includere tectis. Daedalus. Ponit opus, turbatque notas, et lumina flexum Ducit in errorem variarum ambage viarum: — implet Innumeras errore vias: vixque ipse reuerti ad limen potuit, tanta est fallacia tecti. Metaphor. Inextricabilem labyrinthum rationibus texens Boeth. Consol. Phil. 3 Prof. 12.*

LABYRINTHEVS, a, um. Adj. [λαβυρινθίος, λαβυρινθώδης] Flexus Labyrinthi Catul. Argon. f. 69, 114. *Add. Sedul. in pr. Op.*

LABYRINTHICVS, a, um. Adj. Sidonius Anacreontico Ep. 9, 13 Iter asperum viasque Labyrinthicas cucurrit.

## L A C

L A C, lactis. n. [γάλα, γάλατος] Succus maternus, quo animalia nutriuntur. Plaut. Amph. 2, 1, 54 Neque lac lacti magis est simile, quam ille ego similis est mei. *Conf. Id. Menaechm. 5, 9, 30. Virg. Ecl. 3, 6 Et lac subducitur agnis. In sacris Bonae Deae Lac nuncupatur vinum Macrobr. Sat. 1, 12. Abundans lactis Virg. Ecl. 2, 20. Coagulatio lactis Plin. 28 10. Copia largi lactis Virg. Georg. 3, 308. Copia pressi lactis Id. Ecl. 1, 82. Densitas spongiosa lactis, colofra vocatur Plin. 28, 9. Massa coacti lactis Ouid. Met. 8, 666. Maturitas firma lactis Columel. 7, 9. Sinus lactis Virg. Ecl. 7, 33. Alibile maxime lac, vid. Alibilis, in ALO. Aquatius lac, vid. Aquatus, in AQVA. Asininum lac Plin. 28, 9. Scribon. 179, 186, 191. Bubulum lac Plin. 31, 10. Scribon. 191. Camelinum lac Plin. 28, 9. Caprinum lac Id. 11, 41. Circumfusum lac, vid. CIRCUMFUSO. Crassissimum est lac asinae Plin. 11, 41. Equinum lac Plin. 28, 10. Scribon. 186, 191. Ferinum lac Ouid. Fast. 3, 53. Fertilius caseo est lac bubulum, quam caprinum Plin. 11, 41. Gallinaceum lac, de re singulari et admodum rara dicitur Plin. in Praef. Hist. Nat. p. 4. Vt vel lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum. *Conf. Petron. Fragm. p. 130. vid. Erasmi. Chiliad. Gelatum lac Scribon. 197. Humanum lac Plin. 28, 9. Maternum Id. 11, 41. Merum Lac Lucret. 1, 262. Muliebre lac Cels. 6, 6. de Euelpidis collyrio. Scribon. 158, 186. 190. Nigrum Plin. 2, 103. Niueum Ouid. Met. 13, 829. Nouum Virg. Ecl. 2, 22. i. colostrum Seru. Ouilum Plin. 28, 9. Scribon. 135. Pinguis lac, stomacho minus vtile Plin. 28, 9 et 10. Pressum, i. Caseus, vid. Turneb. Adu. 5, 12. Taubmann. in Virg. p. 13. Recens per se, vel decoctum Scribon. 181. Recens Plin. 28, 10. Suauissimum Id. 28, 41. Suillum Id. 28, 9. Tepefactum Id. 28, 10. Vaccinum Id. 25, 8. Scribon. 179, 186.**

¶ 2 Verborum formulae: Acefcere, aut coire densarique lac non patitur menta Plin. 20, 14 f. 53. Auget lac rosinarum in vino potum Id. 24, 11. Auget gith lac mulcerum Id. 20, 17. Bibere lac Ouid. Amor. 3, 10, 22. Coagulatur lac in stomacho Plin. 22, 24. Coagulatur lac in caseum furculo caprifici Id. 23, 7. Cogere lac in duritiam, vid. COGO. Lac animalium vtrinque dentatorum non coit: proinde caseus non fit ex eo Plin. 11, 41. *Conf. Varr. R. R. 2 c. vit. Densare lac Plin. 11, 41. Densatum lac in casei speciem Id. 28, 9. Depulsus lacte leo Hor. Carm. 4, 4, 15. Excitat lactis vbertatem eugalaeton Plin. 27, 9 ad finem. Facit lactis abundantiam semen vitis albae Id. 20, 23. Facit lactis vbertatem vitex Id. 24, 9. Facit lactis copiam mulieribus glauciscus e iure sumtus Id. 32, 10. Facit lactis foecunditatem nutricibus galactites Id. 37, 10. Fit lactis vbertas puerperis hoc cibo Id. 28, 9. Feruet quum lac, ne circumfundatur, praestat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita ne quid fundat Id. 28, 9. Immulgere lac, vid. IMMVLGEO. Minuitur lac femine Circiae Plin. 27, 8. Replet lactis defectu potum hippomarathon mammas Id. 20, 23. Repletur dulci lacte femina quum peperit Lucret. 5, 812. Restituit lactis vbertatem intermissam glaucion Plin. 27, 10. Solidatur Pallad. Mai. c. 9. Errorem cum lacte nutricis Suximus Cic. Tusc. 3 c. 1.*

¶ 3 Ficulnum lac Plin. 23, 7. Colum. 7, 8, 1. Pallad. Mai. 9, 1. Lac herbis tribuitur Virg. Aen. 4, 514. et Prud. Praef. 2 in Apoth. Lac, de Nucibus dictum Ouid. de Nuce 95. *Add. LACTEO, LACTESCO. Papaueris lac Scribon. 22. Peucedani lac 166, 170. Incundioris disciplinae cibo ac lacte satiari, per metaphoram Quinctil. 2, 4. In masculino posuit Gell. 12, 1. Quorum ad praebendum lactem adhibetis. Et Apul. Met. 8 p. 214. Hominum lactem concupiscere. Add. Plaut. Bacch. 5, 2, 16. Fallitur ergo Probus Cathol. p. 1445 extr. Hi lactes, genere masculino numero semper plurali.*

LACTE, is. n. Plaut. Men. 5, 9, 30 Nec aqua aquae, nec lacte lacti, crede mihi, vsquam similius. *Apud eundem Bacchid. 5, 2, 16 vbi vulgo, Quae nec lactem, nec lanam vllam habent, alii legunt Lacte. Add. Plaut. Mil. 2, 2, 85. Quod et Nonius 8, 4 probat ex Varrone. Candidum lacte papilla quum fuit. Caecilius, praesertim quae non peperit, lacte non habet.* ¶ 2 Lact Auson. Eidyll. 12 in Grammat. 8. p. 496 Toll. Vox solita, et cunctis notissima, si memores, lac Cur condemnetur ratio, magis vt faciat Lact. Martial. cap. 3 p. 81 Quidam cum Lac dicunt, adiiciunt T, propter quod facit Lactis. Sed Virgilius, Lac mihi non aestate nouum, non frigore desit. Quippe cum nulla apud nos nomina in duas mutas exeunt, et ideo veteres Lacte in nominatiuo dixerunt. Similia Probus Cathol. p. 1445. et Capter Orthogr. 2241.

LACTES, ium. f. Pl. [λαβοί των σπλάγγων, λεπτά έντερα των έντερον Gloss. Lat. Gr.] Partes sunt intestinorum, a Graeco γάλα κτίδες dictae: et seruaerunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare haec Lactis est. Titinnius in Ferentinati: Craticula, cerebellum, lactis agnina. Pomponius in Lare familiari: Oro te Basse per lactes tuas. Priscianus 6 p. 686 Quod autem attinet ad illum Titinnii locum, is nunc sic in vulgatis Nonii codicibus legitur 4, 270 Lactes dicuntur in testina. Titinnius Psaltria: Farticula, cerebellum, lactis agninas. Lactis pro lactes. Probus Cathol. p. 1445 extr. Sunt hae lactes partes corporis in intestinis pinguissimae. Etiam piscium intestina albicantia et mollia sic vocantur. Tranquillus in Vitellio c. 13 In hac patina scarorum iecino-ra, phasianorum et pauonum cerebella, linguas phoenicopterorum, 105

muraenarum lactes commiscuit. Spartian, Heliog. 23 *extr. ait* Muraenarum lactibus et luporum in locis mediterraneis Heliogabalum pauille rusticos suos. Nostrates piscium lactes *lactentias* appellant. Budaeus. Pers. 2, 30 Quidnam est, qua tu mercede, deorum Emeris auricolas? pulmone et lactibus vnctis? *i. Intestinis. pinguibus.* Plaut. Curc. 2, 3, 39 Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, ita cibi vacuitate venio laxis lactibus. *Idem in Pseud. 1, 3, 84 B.* Tibi ego credam? P. cur non? B. quia pol qua opera credam tibi, vna opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus. Plinius 11, 37 Ab hoc ventriculo lactes in oue et homine, per quas labitur cibus. *Nomen habere putantur Lactes, aut a mollitie, aut a pinguedinis candore: nam ab Lacte denominantur.* Perottus *a verbo Lacio deducit, quod cibum alliciant.*

LACTA, ac. f. *Casae genus.* Plin. 12, 19 Lactam vocant talem barbaro nomine. *al. Leda vel Lada. Nec certius est Tertull. de Pudicit. c. 6 Lactae sordes non ablui idoneae. al. iactae sordes. Rigalt. velit Lactaeae sordes.*

LACTANEVS, a, um. Oxi. Horat. 4 In sanguineum colorem vel lactaneum mutari.

LACTARIVS, a, um. Adi. [*γαλακτικός*] *Quod ex se lac producit.* Plin. 26, 8 Tithymallum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucain caprinam. Varro de R. R. 2, 1, 17 Dandum bubus lupinum: et lactariis, medica et cytisum, *i. lactantibus, vel lactentibus adeo. Etiam quod ex lacte confectum est sic dici, statim apparebit.*

LACTARIVS, i. m. [*γαλακτοπώλης* Gloss. Gr. Lat.] *Qui cibos ex lacte conficit.* Lampridius in Heliogabalo c. 27 Dulciarios et lactarios tales habuit, vt quaecunque coqui de diuersis eduliis exhibuissent, vel structores vel pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent.

LACTEVS, a, um. Adi. [*γαλακτώδης, γλαυβίς*] *Quod lacti simile, vel ex lacte est.* Circulus lacteus Cic. Som. Sc. c. 3. [*γαλαξίας*] Plin. 2, 21 Omnes ferme sub ipso Septentrione aliqua eius parte non certa, sed maxime in candida, quae lactei circuli nomen accepit. *Vid. Macrob. in Somn. Scip. 1, 15. Claud. Conf. Hon. 6, 174. Hunc Ouid. Met. 1, 169 Viam lacteam appellat. Colla lactea Virg. Aen. 8, 660. i. Albo.* Columel. 10, 189 Punicea depexa coma; sed lactea crure est. *i. Candida, suavis, succulenta.* Humor lacteus, *candens* Lucret. 1, 259. Liquor lacteus, *Liquor lactis* Tibul. 2, 3, 18. Orbis lacteus, *Circus candens* Cic. in Somn. Scip. 8. Porcus lacteus Martial. 3, 47. *b. e. Adhuc lactens.* Vernac lactei Martial. 3, 58. *Lutei legit Domitius, interpre-*

LACTEOLVS, a, um. *Aliud* Adi. *Dimin.* Puellae lacteolae. Catul. 53 (56) 17. Ouis Prudent. Psychom. v. 794.

LACTICOLOR, oris. m. Auson. Epist. 7, 54 Oblinat Furuam lacticolor spongiam sepiam.

LACTIFER, a, um. Vet. Inscr. *Murator. 70, 1* Lactifero Silitiano.

LACTINEVS, a, um. Venant. Fort. Regia lactineo commutans pallia cultu. *Vid. Barth. Aduers. 46, 3.*

LACTEO, ere. [*θυλάζω*] *Lac sugere, item lacte turgere.* Pallad. Febr. 26, 3 Verno — lactent noua virentia, quae porcis solent nocere. *Ad h. l. monuimus etiam Colum. 7, 9, 9 legendum, Fabae quoque facienda est potestas, et vtique vere, dum adhuc lactent viridia pabula, quae suis plerumque nocent.* Cic. de Diuin. 2, 47 Romulus lactens fulmine ictus. *Idem in Catil. 3, 19 c. 8 Tactus est etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus: quem inauratum in Capitolio paruum at-*

que lactentem vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. *Agna lactens* Ouid. e Ponto 4, 8, 41. Catuli lactentes Id. de Arte Am. 2, 375. Porcus lactens Varr. de R. R. 2, 4. Porca lactens Ouid. Fast. 2, 656. Vituli lactentes Id. Met. 10, 227. ¶ 2 *Vt lac quarundam plantarum esse monuimus n. 3. Sic etiam Lactens. Frumenta lactentia turgent in viridi stipula* Virg. Georg. 1, 314. *Vbi Seruius: Frumenta lactentia. i. Tenuia et lactis plena. Sciendum, inter Lactantem et Lactentem hoc interesse, quod Lactans est, Qui lac praebet; Lactens, Cui lac praebetur. Conf. Cels. 2, 28 et 29. et infra LACTANS.* Ficus lactens Ouid. Fast. 2, 263. *Conf. Macrob. Sat. 3, 22. Turneb. Adu. 18, 4. Fruge lactenti tumet coma spicea Vertumni* Propert. 4, 2, 14. *Ouid. Fast. 1, 351 Nam sata vere nouo teneris lactentia sulcis. Etiam Plin. 17, 2 f. 2 Sata lactentia vocat in primo vere.*

LACTESCO, ere. [*γαλαῦμαι, γαλακτῦμαι*] *In lac conuerti, seu Lacte impleri.* Cic. de Nat. Deor. 2, 128 c. 51 Omnis fere cibus matrum lactescere incipit. *Add. Plin. 11, 41. Qui etiam 17, 24 f. 34, 11 Lactescentes germinum oculos memorat: et 18, 29 f. 69, 2 Sata cuncta lactescunt. Conf. Burm. ad Samon. v. 349.*

LACTO, are. [*θυλάζω, γαλακτωῖω*] *Lac praebere: et proprie matrum est.* Varro de R. R. 2, 7, 11 Anniculis iam factis dandum hordeum, et fursures, vsquequo aderunt lactantes. *Sed Alii, Vsque quoad erunt lactantes. Quod melius. Conf. Colum. 7, 9. Vulg. Genes. 21, 7. Pro Lactere, Infans lactauit* Auson. Epit. 32, 3. Annis lactantibus Id. Eidyll. 4, 67. *Lactare, per translationem, significat Aliquem per blanditias allicere, atque decipere.* Terent. Andr. 4, 1, 24 Nonne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium, nisi me lactasles amantem, et falsa spe produceres? *Add. Ibid. 5, 4, 9. Frustrando lactans* Accius. Malevolentia lactans malo alieno Cic. *Vid. Non. 1, 54.*

LACTANS,antis. Partic. [*γαλακτώχοι, θυλάζων*] *Quae lac in mammis habet.* Gellius 11, 1 Nam plerumque sine crimine quaecunque lactans est, id temporis offerri solet. *Ad nutritionem scilicet. Lactantia vbera* Lucret. 5, 533. *Lactantia* Celsus *vocat Omnia, quae lac emittunt, vel pro iis, quae vulgo Lacticia dicuntur, accipit: vel pro Cibus lactariis,* 2, 28 Lac, mel, ideoque lactantia, atque omne pistorium opus. *Et c. 29 Mel crudum, lac, lactantia omnia, mustum, etc. Budaeus. Sed forte rectius al. lactentia. Lactans, Deus, Seru. ad Virg. Georg. 1, 314 Sane sciendum, Varronem in libris rerum diuinarum dicere, Lactantem, Deum esse, qui se infundat segetibus, et eas faciat lactescere.*

LACTATVM Isidor. 20, 3. *i. Potio ex lacte.*

LACTATVS, us. m. [*θυλακτός*] Plin. 32, 2 Ob id sibilo a piscatoribus tanquam serpentibus euocari et capi, pinguescere lactatu, etc. *De myraenis, Harduin. iactatu melius.*

LACTATIO, onis. f. *Idem. apud August.*

LACTITO, are. Frequent. Mart. Capell. 7, 101 Cur vxor lactitat.

LACTOSVS, a, um. [*γαλακτώδης* Gloss. Gr. Lat.]

LACTICVLARIVS, et LACTICVLOSVS, i. m. Gloss. Gr. Lat. *λειπογάλακτος, lacticularius, lacticulofus. it. Lactignofus, λειπογάλακτος* Gloss. Lat. Gr. *Vid. Scheff. ad Petron. 57. Est autem modo re-*

motus ab vbera.

LACTICI-

LACTICINIVM, i. n. *Cibus ex lacte* Apic. 7, 11.

LACCA, ae. f. *Vegetabile quoddam.* Apul. de Herb. 3, 12 *Laccæ crudæ foliorum succus expressus.* ¶ 2 *Morbus equorum: Veget. 1, 27, 4 Si laccæ in gambis fuerint.* Add. 3, 19. *Est tumor præternaturalis, ad similitudinem vesicæ inflata cute.*

LACCARIUS, i. m. *Qui puteos et fossas fodit.* Gloss. Lat. Gr. Laccarii, λακκαῖοι. *A Græco λάκκος, fossa.*

LACEDAEMON, onis. m. [Λακεδαίμων] *Iouis filius: a quo hæc LACEDAEMON, vel LACEDAEMONIA secundum Latinos, Peloponnesi urbs, Menelai regia: cuius ciues Lacedaemones, et Lacedaemonii dicuntur.* Veget. 3 *prol. Athenienses et Lacedaemones ac Macedonas rerum potitos.* al. Lacedaemonios ante Mac. Virg. Aen. 7, 363 *At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor.* Conf. Ouid. Epist. 1, 5. *Arripotens Lacedaemon* Claud. Conf. Hon. 4, 507. *Patiens Lacedaemon* Hor. Carm. 1, 7, 10. *propter disciplinam, qui sunt plagiatarum.*

LACEDAEMONIVS, a, um. Adj. [Λακεδαίμωνος] *Tarentum Lacedaemonium* Hor. Carm. 3, 5, 56.

LACO f. LACON, onis [Λάκων:] *Lacedaemonius, s. Laconiae ciuis.* Stat. Theb. 6, 739 *Tandem insperatus nuda de plebe Laconum profilit Alcidas.* Nep. 13, 1, 3 *A quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset.* Et 17, 2, 3 *Inducias a Lacone petiuit.* Claud. B. Gildon. 222 *Ledaici Lacones, Castor & Pollux Ledaæ Lacaenae filii.* Plaut. Capt. 3, 1, 11 *Laconas plagiatidas appellat.* Vid. SPARTANA nobilitas. ¶ 2 *Canibus nobilitata Laconia.* Hinc Ouid. Met. 3, 219 *Præualidusque Lacon, et cursu fortis Aëllo.* Sil. 3, 295 *Venator Lacon.* Add. Hor. Epod. 6, 5.

LACAENA, ae. f. [Λάκαινα] *Lacedaemonia.* Cic. Tusc. 1, 106 *Mulier Lacaena.* Virg. Aen. 2, 601 *Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacaenæ.* Vbi Seru. *A prouincia Laconica.* Et notandum, *deriuationem minorem esse a principalitate: quod rarum est. Principalitas est primitiuum, Lacedaemon. Adultera Lacaena, Helena* Hor. Carm. 3, 3, 25. *Pulchrae* Claud. de Bell. Get. 630. *Tenues* Claud. Conf. Stilich. 2, 300. *Virgines Lacaenæ* Virg. Georg. 2, 487.

LACONICVS, a, um. *Lacedaemonius.* Sic Plin. 10, 63 *Ager Laconicus et Laconicae canes.* *Purpureae Laconicae* Hor. Carm. 2, 18, 7.

LACONICVM int. *Balneum, cuius siccus calor est, ut ait Cels. 2, 17 pr. Meminit etiam Vitruu. 5, 10 fin. Laconicum sudationesque sunt coniungendae tepidario, eaeque quam latae fuerint, tantam altitudinem habeant ad imam curuaturam hemisphaerii, mediumque lumen in hemisphaerio relinquatur, ex eoque clipeum aeneum catenis pendeat, per cuius reductiones et demissiones perficietur sudationis temperatura, ipsumque (Laconicum, puti; clipeumque adeo, qui ei accommodatur) ad circinum fieri oportere videtur, ut aequaliter a medio flammæ vaporis que vis per curuaturæ rotundationes peruiagetur.* Colum. 1 *praef. 16 Cruditatem Laconicis excoquimus et exsucto sudore sitim quaerimus.* Cic. Att. 4, 10 *Nostram ambulationem et Laconicum — velim, quod poteris inuisas. Publicas balneas Agrippa fecit Laconici nomine, de quo Dio 53 p. 515 A, ita loquitur, ut etiam ratio nominis Laconici vulgaris reddatur: τὸ πυριετήριον τὸ Λακωνικὸν κατασκευάσει. Λακωνικὸν γὰρ τὸ γυμνάσιον, ἔπειδὴ περὶ οἱ Λακεδαίμονιοι ἑμυῖσθαί τε ἐν τῷ τῆτε χρόνῳ καὶ λίπα ἀσκεῖν μάλλον ἰδοῦσαν. i. Vaporarium Laconicum aedificauit. Laconicum enim vocauit illud Gymnasium, quod Lacedaemonii eo tempore nudari et vincto corpore exerceri maxime videbantur.*

LACONISMVS, i. [Λακωνισμὸς] *Laconica ratio, speciatim in breuitate sermonis, cuius non minus, quam caeterarum rerum sparsi erant.* Cic. Fam. 11, 25 *Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum: altera iam pagella procedit.* De hoc *Laconismo, i. breuitate, multa Plutarchus in Apophtheg. Laconicis etc.*

LACER, et LACERVVS, a, um. Adj. [ἐμυχθεῖς, δρυφείς, ῥογαλός, ῥακώδης] *Dilaceratus.* Proprie (ut *Asconius in Act. 1. in Verr. 17 ait*) *Lacerus dicitur amputatus membris, ut oculis vel auribus.* Virg. Aen. 6, 495 *Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, etc.* Tacitus Hist. 3, 27 *extr. Donec soluta compage scutorum, exsanguis lacerisque prosternerent.* Liu. 1, 28 *Deinde in diuersum concitati equi lacerum in vitroque curru corpus, qua inhaerant vinculis membris portantes.* *Crudeliter lacer* Virg. Aen. 6, 495. *Membris caesis vndique lacer* Lucret. 3, 404. *Lacer, a veteribus dicebatur, Qui auribus curtatus erat: Lacerum autem, Quodcunque in corpore imminutum.* Festus. *Artus laceri* Ouid. Met. 9, 169. *Aures laceræ scabie* Claud. in Eutrop. 1, 136. *Comae laceræ* Lucan. 2, 31. *Cornu lacerum* Ouid. Met. 9, 97. *Crines laceri* Stat. Silu. 3, 3, 133. *Currus lacer* Ouid. Met. 2, 318. *Fumus lacerum, i. Dilaniatum cadaver* Virg. Aen. 9, 491. *Seruius. Sparsas, atque, ut ita dicam, laceras Gentilitates colligere atque connectere* Plin. in Paneg. c. 39. *Morsu lacero diuellere artus* Ouid. Met. 8, 875. *Nauis lacera* Id. de Ponto 2, 3, 28. *Puppes laceræ* Id. Epist. 2, 45 *Regni laceri corpus* Claud. pr. Conf. Stilich. 2, 203. *Tabulae laceræ* Ouid. Met. 11, 428.

LACERO, are. [δρῶτω, ἐμύσσω, καταμύσσω, καταξάτω, σπαράττω] *Dilaniare, saepius vulnerare, et quasi per membra discindere, comminuerere.* Terent. Adelph. 3, 2, 17 *Tum autem Syrum impulsorem, vah! quibus illum lacerarem modis.* *Lacerare aliquem virgis* Liu. 3, 58. *Capillos lacerare* Ouid. Met. 14, 420. *vid. mox Ora.* *Cornua lacerare ferro* Hor. Carm. 3, 27, 46. *Fructus lacerari* Cic. Verr. 3, . . Plaut. Curc. 4, 2, 22 *Vos (trapezitis) foenore, hi (lenones) male suadendo et lustris lacerant homines. i. vexant, diripiunt, spoliant.* *Opes alicuius lacerare* Ouid. Epist. 86. *Ora, comas, vestem lacerat* Ouid. Met. 11, 726. *Ora manu lacerans* Sil. 8, 154. *Viscera morsu lacerare.* Cic. Tusc. 2, 20 c. 8. *Vnguibus lacerare* Id. ibid. 2, 24. *Vrbes lacerandae* Lucan. 10, 45. *Diem lacerare, In vanum consumere diei tempus* Plaut. Stich. 3, 1, 45. *Rem suam lacerare, Absumere bona patria* Id. Merc. Prol. 48. *Add. Sallust. Catil. c. 14, 2. Reliquias lacerare vitae alicuius et distrahere* Cic. pro Quint. 50. *Famam alicuius lacerare* Liu. 38, 54. *Carmina lacerare* Ouid. ex Ponto 4, 16, 1. *Virum optimum lacerare incesto ore* Cic. Philipp. 11, 5. *Aliquem verborum contumeliis* Id. ibidem 11 c. 2. *Et in Brut. 156 c. 42 Tantum abest ab obtrectatione inuidiae, quae solet lacerare plerosque. b. e. inquietos reddere, et inter se committere.* Id. Acad. 4, 27 *Intolerabili dolore lacerari potius, quam aut officium prodad, aut fidem.* *Continua Rabie aliquem* Vell. 2, 64, 3. *Probris lacerare* Liu. 31, 6. *Rumore vulgi lacerari* Tacit. Ann. 15, 73. *Scelere omni lacerarunt patriam* Cic. Off. 1, 57. *Lacerat me meus moeror* Id. Att. 3, 8.

LACERATVS, a, um. *Oculus laceratus* Lucret. 3, 409. *Crines lacerati* Curt. 3, 11, 25. *Nauigia lacerata* Idem 9, 9, 24. *Tergum* 105

virgis laceratum Liu. 26, 13. *Metaph.* Existimatio lacerata Suet. Caes. 75.

LACERATIO, ōnis. f. [*λυγυμα, σαιδπημα*] Cic. in Pison. 42 An ego, si te et Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer laetitia ex corporis vestri laceratione, quam afficior ex infamia? *Et Tusc.* 3, 62 c. 26 Muliebres lacerationes genarum. Liu. 7, 4 Acerbitas in delectu non damno modo ciuium, sed etiam laceratione corporum lata.

LACERATOR, ōris. m. *Qui lacerat.* Impius lacerator Augustin. de Moribus eccles. cathol. c. 1.

LACERATRIX, icis. f. Macer 2, 6 Scabies cutis laceratrix.

LACERABILIS, e. *Quod lacerari facile potest.* Aufon. Eidyll. 15, 17 Ipsa senectus Obiicit innumeris corpus lacerabile morbis.

LACEROSVS, a, um. Apul. *Sed negat index Floridi.*

LACERNA, ae. f. [*χλαμυς*] Virilis vestis, et militaris Penulae similis, et usus eiusdem, dicta, ut ait Festus, vel Paullus potius interpolator, quod capitio minor sit. Nempe capitium accipit pro cucullo, quo etiam caput inuoluitur. Iuuen. 1, 27 Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas. *Sed etiam lacerna caput inuolui potest.* Vid. Cic. Philipp.

2, 76 Primum luce, non tenebris: deinde cum calceis et toga, nullis nec caligis, nec lacerna. *Mox sequitur, Capite inuoluto.* Add. Hor. Serm. 2, 7, 55. Lacerna, militum quoque erat Propert. 4, 3, 18. Cassius lacerna caput circumdedit Vell. 2, 70, 2. *Fugerat e praelio.* Textitur in castris quarta lacerna tuis Ouid. Fast. 2, 745. *Conf. Torrent. ad Suet.*

25 Aug. c. 40. Lacernis utebantur Romani, quum spectaculis operam sedentariam praestarent, et togae superinduebantur ad arcenda frigora. Martial. 14, 137 Amphitheatrales nos commendamur ad vsus, Quum tegit argentes nostra lacerna togas. Iuuenal. Sat. 9, 28 Pingues aliquando lacernas Munimenta togae, duri crassique coloris, Et male percussas

30 textoris pectine Galli Accipimus. *Non erat itaque, quod ita aestuaret Burmannus ad Sueton.* Claud. 6 Quin et spectaculis aduenienti adsurgere, et lacernas deponere solebant: quas sumserant nempe aduersus caeli iniurias, ponebant, ut togae apparerent, in honorem Claudii. Ita iam Augustus apud Sueton. 40 Negotium aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro circou, nisi positis lacernis, togatum consistere. Cum

35 primum posuere Lacernas, togati erant. *Nempe dedecebat Lacerna in urbe.* Sic Cic. Phil. 2, 76 c. 30 suum reditum cum reditu Antonii comparans, redisse se ait cum calceis et toga, nullis nec Gallicis nec lacerna. Obiicit ergo Lacernam Antonio. Lacernis autem candidis utebantur in spectaculis, se

40 Martiali credimus 4, 2 ludenti in Horatium, qui nigra lacerna spectaculis aderat. Virorum modo fuisse, satis indicat Iuuen. 1, 62 Ipse lacernatae quum se iactaret amicae. Vbi Scholiaestes, Satirice, inquit, habitu virili feminam describit. *Nempe de puero meritorio agit Poëta.* Necenim audiendus Corradinus de Allio, qui Hor. Sat. 2, 7, 48 legit Sub clara nuda lacerna. Lacernae item pauperiorum erant Iuuen. 3, 146 Quid quod

45 materiam praebet, causasque iocorum, Omnibus hic idem, si foeda et scissa lacerna. Martial. 8, 28 Cerea, i. pinguis et vncta a sordibus, si pendet lumbis ac trita lacerna. Pers. 1, 54 Scis comitem horridulum trita donare lacerna. Aurata lacerna fulgere mos est citharoedis et similibus Iuuen. 10, 212. Scissa lacerna Id. 3, 146. Tristis lacerna

50 Martial. 1, 97. Hor. Serm. 2, 7, 55 Tu cum proiectis insignibus, anulo equestri Romanoque habitu — odoratum caput obscurante lacerna.

LACERNVLA, ae. f. Dimin. Arnobius 2 p. 56 Laenas, lacernulas, trabeas, etc. sibi fecerunt.

LACERNATVS, a, um. [*χλαμυδατος*] Qui lacerna est indutus: Amica lacernata Iuuen. 1, 62. scortum masculum.

LACERTA, ae. f. et LACERTVS, i. m. [*σαυρα*] Serpentis genus quadrupes. Plin. 8, 38 extr. Lacertae, inimicissimum genus cochleis, negantur semestrem vitam excedere. Lacerti Arabiae cubitales: in Indiae vero Nysa monte XXIV in longitudinem pedum, colore fului, aut punicei, aut caerulei. Id. 10, 65 Quadrupedum oua gignentium lacertas ore parere (ut creditur vulgo) Aristoteles negat: neque incubant eadem — Itaque per se catuli erumpunt. Parua la-

65 certa Ouid. Met. 5, 458. *Virides lacertae et lacerti* Hor. Carm. 1, 23, 6. Virg. Ecl. 2, 9. Lacertum viuum Veg. Mulom. 2, 58, 3. ¶ 2 Est et piscis, a similitudine: Cic. Att. 2, 6 — Nam ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneae. Lacertas quoque cum muria sua contineri esculenta penu, nec Labeo negauit Vlpian. in l. 3 §. 1 ff.

70 de pen. leg. al. lacertos. Quin etiam Lacertum, i. neutri generis probat Nonius 3, 121 citans Accium, Atreo, Concoquit partem vapore, flammam tribuit veribus lacerta in focos. Lacertorum genera esse ait Plin. 32 vlt. Col. 8, 17, 12 Quidquid intestini lacertus gerit. Iuuen. 14, 131 Nec non differre in tempora coenae Alterius, conchem aestiui cum parte lacerti. al. aestiuam. Stat. Silu. 4, 9, 13 Aut Byzantiacos colunt lacertos. Martial. 10, 48 Secta coronabunt rutatos oua lacertos, Et madidum thynni de sale fumen erit. Martial. 7, 77 Quum Saxetani ponatur cauda lacerti, Et bene si coenas, conchis inuncta tibi est. al.

75 Sextitani. Martial. 11, 53 Mox vetus et tenui maior Cordyla lacerto, Sed quam cum rutae frondibus oua tegant, ¶ 3 Musculi sicuti musculorum, sunt Lacerti, simili ratione appellandi, qua et Musculi dicti sunt, nempe ob celerem et lubricum motum sub cute nunc surgentium, nunc contrahentium et subducentium se illarum carniem. Vet. Gl. Lacerti μύς βραχιών. Sed aliarum quoque partium, non solum brachiorum

85 esse, nomen Lacertosus in primis docet. Etiam Quinct. 8, pr. 18 generatim ita, Corpora sana et integri sanguinis et exercitatione firmata, ex iisdem his speciem accipiunt, ex quibus vires. Namque et colorata, et adstricta, et lacertis expressa sunt. Id. 8, 3, 10 Athleta, cuius lacertos exercitatio expressit. Id. 12, 10, 44 Lacertos exercitatione constrin-

90 gere. Grat. 277 Siccis ego dura lacertis Crura velim, de Canibus. ¶ 4 Ab his Lacertis s. musculis, Lacertus [*μύς, βραχιών, ώλένη*] in homine dicitur Brachii latius accepti pars summa, inter humerum et cubitum intercepta, quod cum putarem a me primo annotatum ad Fabrum, vidi iam monitum Cuperi Obs. 4, 17. Cic. Tusc. 2 c. 16 Scutum, gladium,

95 galeam in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Ouid. Art. 3, 307 Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti Nuda sit. Ergo pars ima humeri eadem summa pars lacerti, certe continentes sunt humerus et lacertus. Ouid. Met. 14, 304 Redeunt Humeri, subiecta Lacertis Brachia sunt. Add. quae adfer-

100 untur in hanc sententiam voce BRACHIVM. Cic. de Senect. 27 c. 9. Milo Apexisse lacertos suos dicitur, illacrimansque dixisse, At hi quidem iam mortui sunt. Idem Tusc. 2, 22 O pectora, o terga, o lacertorum tori. Adductis spumant freta versa lacertis Virg. Aen. 5, 141. Blandis lacertis tenere colla alicuius Ouid. Met. 2, 100. Captiuus la-

105 certis parabantur vincla Id. ibid. 13, 667. Cupidis lacertis amplecti aliquem

aliquem Ouid. Epist. 13, 115. Fatigatis humero sub utroque lacertis Id. ibid. 18, 83. Ferox lacertus Id. ibid. 4, 82. Flexi post terga lacerti Id. Met. 6, 552. Fluidi pendent lacerti Id. ibid. 15, 231. Formosi lacerti Id. Amor. 3, 8, 11. Fortes lacerti Lucan. 1, 364. Giganteo iaculantem saxa lacerto Ouid. Met. 14, 184. Graui lacerto vibrata fraxinus Id. ibid. 5, 148. Imbelles lacerti Id. ibid. 15, 109. Infirmi lacerti Id. ibid. 10, 407. Iuueniles lacerti Id. Epist. 12, 7. Niuci lacerti, vid. NIX. Squalentes aere lacerti Valer. 6, 525. Teneri lacerti Ouid. Epist. 13, 5. Validus lacertus Id. Met. 12, 368. Aptare lacertos Virg. Georg. 4, 74. Dare colla lacertis Stat. Achil. 2, 270. Intendere lacertos armis Id. ibid. 2, 379. Metaph. de Rep. Rom. Mouere lacertos, pro Conualefcere Flor. Praefat. 8. Lacerti in Oratore qui sint, vid. Succus orationis, in SVCCVS.

LACERTOSVS, a, um. Adj. [*μυωνώδης*] Robustus, ac validis lacertis s. musculis brachiorum ac femorum. Lacertosos viros exigunt vineae Colum. 1, 9, 4. Cic. Philipp. 8, 26 c. 9 Quos Centuriones pugnaces et lacertosos inter mimorum et mimarum greges, collocavit. Coloni lacertosi Ouid. Met. 11, 33. Etiam ut pectus musculosum sic Femina lacertosa in asino laudat Colum. 6, 37, 6. Equus lacertosus Varro de R. R. 2, 7, 13. Gallus gallinaceus lacertosus Id. ibid. 3, 9, 5.

LACESCO pro Lacesso Coripp. 3, 396.

LACESSO, iui, et ssi, ěre. [*προσηλακίζω, ἔρεθίζω*] Prouocare, vel ad iram, vel ad certamen, quod fit scripto, voce, verbo; facto. Et tam in bonum, quam in malum accipitur. Non tam a Lacero videtur derivandum, quam a Laico, unde Lacesso est, sicut Facesso a Facio, vid. ergo LACIO. Si Lacio est capere, ut videbimus, Lacescere captare est, i. velle capere et illaqueare. Terent. in prol. Eunuch. v. 16 Is ne erret moneo, et desinat lacescere. Cic. Fam. 12, 20 Sic igitur facies, meque amabis, et scripto aliquo lacesces. Ego enim respondere facilius, possum, quam prouocare. Add. Id. ad Att. 13, 18. Contentus non lacesci

Curt. 4, 12, 15. Virg. Eccl. 3, 21 Efficiam posthac, ne quenquam voce lacescias. Ciere et lacescere Martialis. 4, 45. Lacescere aliquem, pro Flagitando obtundere Hor. Carm. 2, 18, 10. Capitaliter aliquem lacescere, vid. Capitaliter, in CAPVT. Lacescere ad pugnam Liu. 2, 45 pr. Bello lacescere, et tentare populos Cic. pro Lege Manil. 23.

Vell. 2, 54, 1. et c. 69, 3. Ferro lacescere fortissimum virum auderet Cic. pro Milon. 84 c. 31. Iniuria lacescere Id. pro Domo 66. Id. pro L. Manil. c. 6. Inuidiis lacescere aliquem Catul. 16, 16. Iurgiis lacescere Liu. 38, 33. Maledictis lacescere Cic. Philipp. 1, 2 c. 1. Praelio lacescere Caes.

Bell. Ciuil. 1, 81. Cic. Verr. 3, 132 Quid? quum palam Syracusis te audiente, maximo conuentu P. Rubrius Q. Apronium sponse lacesciuit, ni Apronius dicitaret, te sibi in decumis esse socium: haec te vox non percudit? Quinctil. 6, 3, 7. Risus non solum facto aliquo dicitur, sed interdum quodam etiam corporis tactu lacescitur. Campum lacescit taurus Stat. Theb. 12, 604. Pelagus lacescere Hor. Carm. 1, 35, 7.

Pugnant lacescere Virg. Aen. 5, 429. Romam fortuna lacescit Lucan. 1, 256. Rupes lacescit taurus Sil. 12, 8. Cic. Fam. 3, 8 Hos ego sermones quod et multi sunt, et tuam existimationem, ut ego sentio, non offendunt, lacescivi nunquam, sed non valde repressi. Sidera lacescunt clamore Sil. 17, 387. Visum lacescere Lucret. 4, 695.

Voces lacescunt aures Lucret. 4, 601. Lacescere, pro Tirillare Sen. de Vita beata c. 11 extr. Mollibus, leuibisque fomentis totum lacescit eorum corpus. Nempe, ut e Quinctiliano vidimus, Tactu etiam risus lacescitur. ¶ 2 Quarta coniugatione Columel. 9, 8, 3 de apibus, Solent caeli nouitate lacesciri. Add. 9, 15, 4. Hinc Lacescitus, de quo mox.

LACESSENS, entis. Partic. Vulg. Interpr. 2 Macc. 12, 14 Maledictis lacescentes Iudam.

LACESSITVS, a, um. Partic. Duo potentissimi reges, alter relictus, alter lacescitus Cic. pro L. Manil. c. 2. Dente cruento lacescitus Hor. Epist. 2, 1, 150. Saeno morsu et diffamatorio. Iniuria lacescitus Cic. Off. 1, 20 c. 7. Mare lacescitur primo Lucan. 3, 193. Princeps lacescitus Vellei. 2, 68, 5. Lacescita pluuiis et ventis vindemia Colum. 3, 21, 5.

LACESSITIO, ōnis. f. Prouocatio, irritatio. Ammian. 19, 6 Lacescitionibus crebris occupare obsidioni adhaerentes.

LACESSITOR, ōris. m. Isidor. 10. in litt. L. Lacescitor dicitur a canibus vel a feris, quae solent latrando prouocare.

LACETANI Hispaniae populus Liu. 21, 60 etc.

LACETANIA, ae. illorum patria Liu. 21, 23.

LACHANIZO, āre. [*λαχανίζω*] Languere. Sueton. in August. 87 Et betizare, pro languere: quod vulgo lachanizare dicitur. Conf. b. l. Casaub.

LACHANVM, i. n. Dicitio Graeca λαχανον, i. Olus. Hor. Serm. 1, 6, 115 Ad porri et ciceris, refero, lachanique catinum. Alii legunt Lagani.

LACHESIS, is. f. [*Λαχέσις*] Vna ex Parcis est, quae de nobis sortitur. Nam Sortitio Latine interpretari licet. λαχάνειν enim est sortiri. vid. PARCAE. Dura Lachesis Ouid. Trist. 5, 10, 45. Ferrea Lachesis Claud. de Bell. Get. 55. Longaeva Lachesis Id. in Eutrop. 2, 288.

LACHRYMA, LACRYMA, LACRVMA, LACRIMA, ae. f. [*δάκρυον, δάκρυ*] Humor ex oculis flentium manans. A Graeco δάκρυον, vel potius δάκρυμα flatus, derivatur, d in λ mutata, ut in Vlysses, Lautia. Vfus tamen obtinuit, ut Lachryma cum aspiratione scribatur, quem usum refert Gell. 2, 3. Inferebant literam H veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset viridior (f. viuidior, nisi voluit tamen ὑγρότερον ita dicere) vegetiorque. Et in hunc censum refert Lachrymas. In his enim, inquit, verbis omnibus literae f. spiritus istius nulla ratio visa est, nisi et firmitas et vigor vocis quasi quibusdam nervis additis intenderetur. Quare non simpliciter damnanda hic aspiratio. Sed nec minores auctoritates habet Lacrima et Lacruma. Et videtur omnino Lacrima consensu meliorum probari. Festus: Dacrymas pro lacrymas Liuius (Andronicum intelligit) saepe posuit, nimirum quod Graeci δάκρυα appellant. Cic. in Partit.

57 c. 17. Cito arefcit lacrima, praesertim in alienis malis. Quinct. 6, 1, 27 Nec sine causa dictum, nihil facilius, quam lacrimas inarescere. Acris lacrima et tenuis Scribon. 27. Gratia lacrimarum Stat. Theb. 6, 623. Riuus lacrimarum Ouid. Met. 9, 655. Rore lacrimarum madidae coronae Id. ib. 14, 707. Fideles lacrimae Id. Epist. 14, 127. Mites lacrimae Id. Met. 6, 505. Pauciores lacrimae Tacit. in Vita Agric. 45. Piae lacrimae Ouid. Met. 6, 534. Tenuis et acris lacrima Scribon. 27. Rudes lacrimae Claud. de Nupt. Hon. 80. Afferre lacrimas, Cadunt lacrimae, Ciere lacrimas, Cogere ad lacrimas, vid. bb. vv. Cohibere lacrimas Sen. Agamem. 659. Combibere

100

105

- lacrimas suas Ouid. Epist. 11, 54. Compescere lacrimas Sen. Herc. Oct. 1374. Comprimere lacrimas Sil. 15, 822. Confici lacrimis Cic. Fam. 14, 4. Congelare Pedo Albinou. 113. *ubi vid. Huius.* Conspergere aliquem lacrimis, *vid.* CONSPERGO. Consumita lacrimis Byblis Ouid. Met. 9, 662. Cic. Philipp. 2, 64 Miserum me: consumitis enim lacrimis, tamen infixus animo haeret dolor. Continere lacrimas, *vid.* CONTINEO. Cic. Tusc. 2, 48 c. 21 Si se lamentis muliebriter lacrimisque dedet. Demittere lacrimas Virg. Aen. 6, 455. Dare lacrimas, *i.* Lacrimari Virg. Aen. 4, 370.
- 10 Dare lacrimas alicui. Albinou. 71. Quinctil. 6, 1. Ouid. Met. 2, 341 Et inania morti Munera dant lacrimas. *Add.* Iuuenal. 15, 133. *Burm. ad Quinct.* l. c. Durare Pedo Albinou. 113. Cic. pro Planc. 104 c. 43 Lacrimae, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. Effusae genis lacrimae Virg. Aen. 6, 686. Effundi in lacrimas Tacit. Ann. 4, 8.
- 15 *it. ib.* 3, 23, 1. Effusi lacrimis nos contra Virg. Aen. 2, 651. Emitit obortas lacrimas Ouid. Met. 11, 458. Euieta meis lacrimis Virg. Aen. 4, 548. Cic. Att. 10, 14 *pr.* Atque haec ita multis cum lacrimis loquebatur, ut ego mirarer, illas tam diuturna miseria non Exaruisse. Excutere lacrimas Ter. Heaut. 1, 1, 115. Fatigari lacrimis Quinctil. 6, 1.
- 20 Fluit tenuis lacrima Scribon. 24. Fluunt inde lacrimae Ouid. Met. 2, 364. Fluentes per ora lacrimae Id. *ibid.* 4, 581. Fundit lacrimas verba inter singula Virg. Aen. 3, 348. Habet interim lacrimas ex miseratione eius rei Quinctil. 6, 1. Intus habere Martial. 10, 80. Iacere in lacrimis Cic. Fam. 14, 2. Imperare lacrimis, *vid.* IMPERO.
- 25 Implere verba lacrimis Ouid. Epist. 6, 58. Inarescunt lacrimae Quinctil. 6, 1. Indulgere lacrimis Ouid. Met. 9, 142. Indulget dulcibus lacrimis Valer. 3, 371. Inhibere lacrimas alicui Senec. Herc. Oct. 1945. Manat illi plurima lacrima Hor. Epist. 1, 17, 60. Miscuimus lacrimas moestus vterque suas Ouid. Epist. 5, 46. Lacrimis adamantina mouebis
- 30 Id. A. A. 659. Quinctil. 4, 2 Solet nonnunquam mouere lacrimas ipsa confessio, *vid.* MOVEO. Obortis lacrimis Virg. Aen. 3, 492. Perfundere lacrimis Ouid. Met. 2, 339. Praebere lacrimas Cic. Att. 3, 14. Id. in Somn. Scip. 5, c. 3. Quem ut vidi equidem, vim lacrimarum profudi. Profudit lacrimas oculis Virg. Aen. 12, 154. Renouare lacrimas alicuius Ouid. Met. 11, 472. Reponere lacrimas Stat. Silu. 5, 3, 48. Resorbet ira lacrimas Stat. Theb. 5, 654. Rigabat vultum lacrimis Virg. Aen. 9, 251. Saturari lacrimis Virg. Eccl. 10, 29. Siccat lacrimas pollice Ouid. Met. 9, 395. Simulare lacrimas Id. Amor. 2, 2, 36. Spargunt ora rorantibus lacrimis Lucret. 2, 976. Suffusa oculos lacrimis Virg. Aen. 1, 232. Sume lacrimas, *vox cum lacrimis filium complectentis* Senec. Troad. 807. Superare adamantina lacrimis, *vid.* ADAMAS. Suspensae diu lacrimae Ouid. Amor. 1, 7, 57. Temperare a lacrimis Virg. Aen. 2, 8. Tenere lacrimas Cic. Verr. 5, 171 c. 67 Paulo ante, Iudices, lacrimas in morte misera atque indignissima navarchorum non tenebamus. Tingere lacrimis Ouid. Met. 2, 622.
- 45 Tradere se lacrimis ac tristitiae Cic. Fam. 5, 14. Volutae per ora lacrimae Virg. Aen. 10, 790. Hinc illae lacrimae, *ex* Ter. Andr. 1, 1, 99. *vsurpatum proverbialiter per illusionem videtur ab* Hor. Ep. 1, 19, 41. *ubi inuidiae et malignitatis erga se rationem reddit.* *Vsurpauit ad hunc modum* M. Tullius pro M. Caelio 61 Hinc illae lacrimae nimirum, et haec causa est omnium horum scelerum atque criminum. *Dicetur autem de Rei causa aliquamdiu dissimulata, quae vere tandem deprehendatur.*
- 50 ¶ 2 Lacrimae plantarum dicuntur ipse Humor naturalis, quem interdum ipsae foris ostendunt, vel qui in ipsis interioribus partibus continetur. Papaueris lacrima Scribon. 167. 170. Plin. 23, prooem. Lacrima vitium, quae veluti gumini est, lepras et lichenas et psoras nitro ante praeparatas sanat. Arborum lacrimae Plin. 11, 6. Sycamini lacrima Cels. 3, 18. Cyrenaica lacrima Scribon. 167.
- 60 LACRIMŪLA, ae. f. Dimin. [*δακρυδίων*] Ter. Eun. 1, 1, 22. Haec verba (*minacia contra Thaidem*) inehercule vna falsa lacrimula, Quam oculos terendo misere vix vi expresserit, Restinguet. Cic. pro Planc. 76 Et mihi lacrimulam Crispiani iudicii obiectas. Falsae lacrimulae Catull. 64, (67) 16.
- LACRIMO, aere. Neutrum: et LACRIMOR, ari. Dep. [*δακρῶν, δακρυχῶν*] Lacrimas effundere, vel profundere. Ter. Adel. 3, 3, 55. Oh, lacrumo gaudio. Cic. Verr. 5, 120 c. 46 Ecquis fuit, quin lacrimaretur? Decenter lacrimare Ouid. de Arte Am. 3, 291. Lacrimat ex abitu Plaut. Amph. 1, 3, 31. Lacrimat id, *i.* Ob id Ter. Eun. 5, 1, 13. Casum alicuius Nep. 7, 6, 4. Exequiis moerentibus lacrimandus
- 70 Stat. Theb. 9, 100. Lacrimari minus est, quam Plorare. Senec. Epist. 64 (63) Ne ficci sint oculi amisso amico, nec fleant: lacrimandum est, non plorandum. ¶ 2 Lacrimare, *i.* stillare: *v.* Buchner. ad Venant. de Resurr. v. 27.
- LACRIMANS, antis. Partic. [*δακρῶν*] Cic. Verr. 3, . . .
- 75 Principem suae ciuitatis lacrimantem testari ac dicere, etc. Multa super nata lacrimans Virg. Aen. 7, 358. *Add.* Id. 11, 150. Lumina lacrimantia Ouid. Met. 13, 132. Oculi lacrimantes Catull. 61, 48. Calamus lacrimans et Aridus, *contraria* Plin. 17, 14. *De arboribus.*
- LACRIMĀTVS, a, um. Partic. pass. [*δακρυδεις*] Ouid. Fast. 80 1, 339 Nondum pertulerat lacrimatas cortice myrrhas Acta per aequoreas hospita naui aquas.
- LACRIMĀTIO, ōnis. f. [*δακρυσις*] Plin. 11, 37 f. 54 Quas subinde purificant lacrimationum saluiis. *Add.* Idem 23 prooem.
- LACRIMĀTOR, ōris. m. *apud* Augustinum.
- 85 LACRIMŌSVS, a, um. Adi. [*δακρυβεις, δακρυδῶν, ἔνδακρυς*] Abundans lacrimis. Plin. 17, 28 Quin et vitium radicibus aquam falsam iubent affundi, si sint lacrimosae, *i.* si nimum humorem exstillent. Odor lacrimosus cepis Plin. 19, 6 f. 35. *i.* mouens lacrimas. *Add.* Lucil. ap. Non. 3, 67. Carmen lacrimosum Ouid. Trist. 5, 1, 35. Fumus
- 90 lacrimosus, Lacrimas prouocans Hor. Serm. 1, 5, 80. Funera lacrimosa Ouid. Epist. 13, 137. Lumina lacrimosa vino Id. Amor. 1, 8, 111. Mater lacrimosa Apul. Miles. 7 p. 199. Oculi lacrimosi Plin. 28, 6. *it.* 29, 6. Poemata lacrimosa Hor. Epist. 1, 1, 67. Ritus lacrimosus Stat. Theb. 6, 164. Singultus lacrimosus Apul. Miles. 5 p. 164.
- 95 LACRIMŌSE. Adu. [*δακρυδῶς*] Plin. 16, 43 Stamineam hoc vsu probant venam, et vocant fertilem, argumento similitudinis, quoniam lacrimose crispa. *Harduinus legit* Laciniöse.
- LACRIMĀBĪLIS, e. Adi. [*πολύδακρυς, ἀρδακρυς*] Bellum lacrimabile Ouid. Met. 8, 44. Gemitus lacrimabilis Virg. Aen. 3, 39. *Add.* Id. 7, 604. Tempus lacrimabile Ouid. Trist. 5, 12, 1. Lacrimabile, *Neutrum.* Id. Met. 2, 796 Vixque tenens lacrimis, quia nil lacrimabile cernit.
- LACRIMĀBĪLITER. Adu. *Idem.* Lacrimabiliter indicare Hieronym. adu. Rufin. 2, 7. Deprecari lacrimabiliter *Idem*
- 105 Epist. 139.

LACRIMABUNDVS, a, um. Adi. [*δακρυχτων*] Liu. 3, 46 At ille lacrimabundus, Gratum est, inquit: crastina die vestra opera vtar, sponforum nunc satis est. De Icilio Virginiae sponfo loquitur. Add. Lactant. de mort. perfec. c. 18.

LACINIA, ae. f. Pars vestimenti eminula, vel pendens, qua quis capi vel prehendi potest, ex verbo Lacio, unde Lacesso est, et Laqueus, et Illicio etc. Plaut. Asin. 3, 2, 41 Philenium Argyrippum lacrimantem lacinia tenet lacrimans. Argyrippus sc. 3, 1 Cur me, inquit, retentas nunc? Respondet Philenium, Quia tui abeuntis egeo. Sueton. Claud. 15 Illud quoque a maioribus natu audiebam, adeo caufidicos patientia eius solitos abuti, vt descendente e tribunali non solum voce reuocarent, sed et lacinia togae retenta, interdum pede apprehenso retinerent. Hinc metaphor. Cic. de Orat. 3 c. 28 Nam illud alterum genus tenent, atque id ipsum lacinia, i. non totum, sed velut fugiens lacinia prehensa resinere student. Petron. 100 excitandi causa, Tremulis manibus Eumolpi iam in soporem labentis laciniam duxi. In his, vt diximus partem vestimenti exstantem et prehendi facilem notat. Hinc Metaphor. Plin. 15, 30 f. 39 de lauri genere, Excrecente in medio folio paruulo, velut lacinia folii. Et 8, 50 f. 76 de capris, Feminarum generositatis insigne, lacinae corporibus a ceruice binac dependentes. Has 20 Varro R. R. 2, 3 pr. Duas vt mammulas pensiles vocat: Coltim. 7, 6 pr. binas verruculas. Petron. 92 Habebat inguinum pondus tam grande, vt ipsum hominem laciniam fascini crederes. ¶ 2 Fimbriam, *καταπεδον*, oram extremam, vestis notat. Plin. 5, 32 f. 43 Vnde Craspedites sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat. Vet. 25 Gloss. Lacinia *καταπεδον*. Petron. 12 Quum ergo et ipsi raptum latrocinio pallium detulisset — coepimus — in quodam angulo laciniam extremam concutere, si quem forte emtorem splendida vestis posset adducere. Habuit forte limbum splendidum praetextum, aut assutum, illud pallium. Sueton. Calig. 35 Ita se proripuit e spectaculis, vt calcata lacinia togae praiceps per gradus iret. Et Neron. 19 Confurgenti ei lacinia obhaesit. ¶ 3 Vestis integra Lacinia vocatur, vt *πανος* apud Graecos, et pannum lacerum et vestimentum significat, similique *μετωει* etiam Germanica interdum consuetudo vitur. Apul. Met. 2 p. 118, 15 Pleraque indolem gratiasque suas probaturae lacinias, omnes exeunt, amicula dimouent, magis de cutis roseo rubore, quam de vestis aureo colore placiturae. Et p. 120, 4 Lacinia remota etc. Et p. 122, 9 Laciniis cunctis renudata. In his *μετωει* illi locus non est: sed est Met. 1 p. 103, 30 Ipsas etiam lacinias, quas boni latrones contendo mihi concesserant, in eam contuli. Contra Met. 6 p. 174, 27 40 Videt dona pretiosa et lacinias auro literatas, ramis arborum postibusque suffixas. Et Met. 8 p. 203, 13 Aper inuadit iacentem, ac primo lacinias eius, mox ipsum resurgentem multo dente lanauit. Etiam singulari numero idem Apul. Met. 10 p. 254, 6 Nisi quod tenui pallio bombycino inumbrabat spectabilem pubem: quam quidem laciniam 45 curiosulus ventus etc. Saepae ita Apuleius. ¶ 4 Pars etiam abscissa s. panniculus Lacinia est. Plaut. Merc. 1, 2, 16 Sume laciniam atque absterge sudorem tibi. i. sudarium. Cicero fil. Fam. 16, 21 In lacinia seruare ex mensa secunda semina. Atque haec forte ad integri vestimenti extremum referri queant: sed controuersia caret Plin. 19, 7 f. 36 50 Quaedam meliora nascuntur acruatim satio semine quam sparso. Ita certe porrum et allium ferunt, in laciniis colligatum. Ex Theophrasto, qu *οδονιον* habet, i. linteolum, quo vitur in ea re Colum. 11, 3, 32. ¶ 5 Hinc aliarum quoque rerum partes distractae hoc nomen habent. Colum. 7, 5, 3 Grex in lacinias colonis distribuatur: nam particulatim 55 facilius, quam vniuersus conualefcit. Et 7, 6, 5 Vbi caprae primum comparantur, melius est vnum gregem totum, quam ex pluribus particulatim mercari, vt nec in passione separatim lacinae diducantur, et in caprili maiori concordia quiete consistant. Plin. 36, 13 f. 19 de labyrintho vulgari, in pauimentis puerorumue ludicris campestribus, 60 breui lacinia millia passuum plura ambulationis continente. Sic Frontin. de Colon. p. 103 Goef. Ager in laciniis est assignatus, i. per particulas. Add. Frontin. p. 107 et Goef. Antiquitt. agrar. c. 8 p. 70 sq. Haec primo dedimus Chrestom. Plin. p. 1032.

LACINIVS, unde Iuno Lacinia. p. p. videbimus. 65

LACINIOSVS, a, um. Quod multas habet lacinias, excursus, ambages, appendices, non rotundum et castigatum atque adstrictum. Proprie Plin. 25, 10 f. 77 de herba, quam Alisma, Damasonion, Lyron, appellat, Folia erant plantaginis, nisi angustiora essent et magis Laciniosa: i. excurrente nunc margine, nunc recurrenre. Id. 5, 10 f. 11 Alexandriam Aegypti vocat ad effigiem Macedonicae chlamydis orbe gyrato laciniotam, i. duas quasi alas, appendicesue habentem, vel, vt ipsius vtamur verbis, dextra laeuaque anguloso procurfu. Id. 32, 6 f. 21 Spondylum ostrearum fibris non vult esse laciniotum, b. e. in multas fibras diuisum. Metaphorice Apul. Apol. p. 287, 30 Namque animi, 75 ita vt corporis sanitas expedita, imbecillitas laciniota est: certumque signum est infirmitatis, pluribus indigere. Tertull. de Virgin. vel. 4 Naturaliter compendium sermonis et gratum et necessarium est: quoniam sermo laciniotus et onerosus et vanus est. Id. epist. 112 f. praef. in Esther, Laciniotos verborum sinus reprehendit. Et adu. Marcion. 4 80 Laciniota onera legis. Id. in Daniel. c. 11 Sermone laciniotissimo aliquem prosequi.

LACINIOSE. Adu. Plin. 16, 43 Laciniose crispa dedit Hard. alii lacunose: Vulg. lacrimose.

LACINIO, are. Videtur esse, laciniis id est extremis et finibus suis describere, et finire. Apul. Met. 10 p. 254, 11 de puella Venerem repraesentante, Tenui pallio bombycino inumbrabat spectabilem pubem: quam quidem laciniam curiosulus ventus satis amanter nunc lasciuiens reflabat, vt dimota pateret flos aetatulae: nunc luxurians adspirabat, vt adhaerens pressule membrorum voluptatem graphice laciniaret. Sic 90 vulgatum. Liciniaret ex MS. Elmenhorstius, qui interpretatur in indice, intorto, implexo volumine obuelare. Pricaeus suspicatur linearet legendum pro delinearet. Et potest fieri, vt Lacinia, quae praecessit, adhuc occupauerit librarium. Sed aliquid forte praesidii verbo est in

LACINIATIM. Adu. Per lacinias s. partes discerptas. Apul. 95 Met. 8 p. 208, 20 Non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato commentu difficultates illas transabiremus.

LACINIVS, a, um. Adi. Promuntorii in Calabria, itemque Iunonis, eiusque in eo promuntorio non procul Crotonae templi, epitheton. Vid. Seru. ad Virg. Aen. 3, 552 — Attollit se Diua Lacinia contra, etc. Et Liu. 42, 3 100 Eodem anno aedes Iunonis Lacinae detecta. Add. Val. Max. 1, 1, 20. Lactant. 2, 7, 15 aliique, quos laudat de la Cerda ad Virg. l. c. Litora Lacinia Ouid. Met. 15, 13 et 701. Tempia Lacinia Lucan. 2, 434. vid. ibi Scholiast.

LACIO, ui et xi, ere, [*δαλιάζω*] secundum Priscianum significat 105

In fraudem inducere, decipere. Festus, Lacit, Decipiendo inducit. Lax enim est Fraus. Lacit, In fraudem inducit. Inde est Allicere et Lacesere. Inde Lactat, Illestat, Delectat, Oblectat. Haec Festus. Est nempe idem fere quod capere. Inde Lacesso et Laqueus, etc. Lucret. 4, 1201 Quae lacere in fraudem possent, etc. Passive, Idem 4, 1140 — plagas in amoris ne laciamur.

LACOBRYGA, vid. LACCOBRIGA.

LACO et LACON, LACONICVS, LACONICVM, LACONISMVS, vid. supra sub LACEDAEMON.

LACOTOMVS definitur a Vitruvio 9, 8 in horologio solari recta linea auferens meridiani circuli portionem inter tropicos interceptam. De ratione appellationis nihil dum extricatum in Lexico Vitruuiano.

LACTARIVS, LACTEO, LACTEVS, LACTO, vid. LAC.

LACTERIS, f. LACTORIS Apul. de Herb. c. iii. al. Lathoris, vel lateris, vel laceris.

LACTIDIO, Ære. Lapsae Latinitatis verbum e Graeco λακτιδω calibus peto, apud Cornutum Persii Scholiasten, laudante Gronouio Obf. 4, 13 p. 210. Inde est, quod lactidiatum dicimus, qui male sit calce percussus.

LACTILAGO, f. m. f. Herba; al. Chamædaphne. Apul. de Herb. c. 27.

LACTORIS, Ædis. f. [γλαυξ̄ siue γλαξ̄] Herbae genus. Plin. 24, 18 Aequè nota lactoris vulgo est plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat.

LACTVCA, Æ. f. [ἄρδαξ̄, ἄρδακτινῆ] a Lactis copia dicta est, quod abundantia lactis exuberet. Est vel fatiua, vel agrestis. Vid. Plin. 19, 8. Varr. L. L. 4, 21. Cels. 5, 7. Colum. 6, 15. Martial. 13, 14 Claudere quae coenas lactuca solebat auorum: Dic mihi, cur nostras incipit illa dapes? Caules lactucae cum foliis Scribon. 104. Marina Plin. 20, 7. Apul. de Herb. c. 108. Caprina Pallad. Ian. 14 et Febr. 24. Colum. 8, 14. Officiunt claritati oculorum lactucae, vid. OFFICIO. Siluestris lactucae succo vernam nauseam draco restinguit Plin. 8, 27. Prouerbii noti originem ita refert Hieron. ad Chromat. Tom. I p. 98 D. Froben. Secundum illud quoque, de quo semel in vita Crassum ait risisse Lucillius, similem habent labra lactucam, asino carduos comedente.

LACTVCVLA, Æ. f. Dimin. [ἄρδακτιον] Columel. 10, 111 Iam teneris frondens lactucula fibris. Add. Suet. in August. 77. It. Pallad. 1, 30, 1.

LACTVCINVS, i. m. Cognomen Valeriorum a Lactuca. Plin. 19, 3.

LACTVRCIA, Æ. f. Dea frugum lactescentium Augustin. de C. D. 4, 8.

LACVNA, LACVNAR, vid. LACVS.

LACVS, Æ. s. vel i. m. [ὕδριον, λάκκος] Gloss. Lat. Gr. et Gr. Lat. Locus profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos et flumina. Graecis λάκκος dicitur. Albanus lacus Hor. Carm. 4, 1, 19. Alto lacu se condidit stuuus Virg. Aen. 8, 66. Clausi lacus speluncis Virg. Georg. 4, 364. Coenosus lacus vid. COENVM. Compluuius lacus, vid. COMPLVUIVS. Lemanus Caes. B. G. 1, 2.

Limpidi lacus Catul. 4, 24. Lucrinus lacus Hor. Carm. 2, 15, 4. Patuli lacus Ouid. Met. 2, 379. Pigo quae stupet vnda lacu Martialis. 9, 100. Torpentes lacus Stat. Theb. 9, 452. Senec. Hippol. 584. i. inferni. Viui lacus Virg. Georg. 2, 469. Lacus sunt etiam in receptacula aquarum publicarum Vitruv. 8, 7. Lacus in villa Varr. R. R. 1, 11, 2.

¶ 2 Lacus [λάκκος] dicitur Locus, qui continet mustum prelo ex vinaceis expressum, et transmittit, ut in dolia condatur. Columel. 12, 29 Antequam prelo vinacea subiiciantur, de lacu quam recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eamque oblinito, et impicato diligenter. Ouid. Fast. 4, 888 Praemia de lacubus proxima musta tuis. Add. Cato 25. Colum. 12, 18, 3. vid. Burm. ad Petr. c. 70 et 135. Lacus in aedificiis, tabulatum, cauum, quo sectorum ac camerarum superiora ornantur, a quibus Lacunar dicitur. Citat Seru. ad Aen. 1, 730 ex Lucilio Resultantque aedesque, lacusque. Lacubus distinguuntur granaria, ut separatim quaeque legumina ponantur Columel. 1, 6, 14. Lacus salurae Colum. 12, 59, 3.

LACVSCVLVVS, i. m. Dimin. [λακκιδιον] Columel. 12, 50, 3 Oportet habere lacusculos tam multos, quam postulabit modus oliuae. Budaens, Lacusculi in horreis pensilibus in solo extructi ad reponendas oliuas. Columel. 4, 8, 2 Quoniam si iuxta truncum radicem praecideris, aut ex cicatrice plures enascentur: aut hiemalis, quae ex pluuiis consistit, in lacusculis ablaqueationis aqua brumae congelationibus noua vulnera peruret, et ad medullam penetrabit. Ibidem, Praedicti lacusculi aequandi sunt.

LACVLOR, Æri. In lacunulam formavi. Apul. Florid. 2 p. 21 Modico mento laculatur. Sic legunt Edit. Ald. et Rom. Al. Modica mento lacuna. vid. Coluii Not. p. 182. Elmenh. p. 351 modico mento facies.

LACVLATVS, a, um. Isidor. 19, 22 Vestis laculata est, Quae lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos aut additos acu.

LACVNA, Æ. f. [λάκκος, τινάρος] Fossa, auctore Seruio, in qua collecta aqua stare consuevit ad Virg. Georg. 1, 117 Vnde cauae tepido sudant humore lacunae. Lacuna, aquae collectio, a lacu deriuatur Fest. Conf. Auct. de Limit. p. 274 Goef. Pallad. 1, 30, 1. Lacuna formetur anseribus educandis. Salsae lacunae maris Lucret. 3, 1044. Vastae lacunae Lucret. 1, 116. Turgidae Orationis exemplum ponit A. ad Her. 4, 15 c. 10 Nam qui perduellionibus vendit patriam, non satis supplicii dederit, si praiceps in Neptunias depultus erit lacunas. Lacuna, dicitur etiam Fossa ad siccandos agros parata. Virg. Georg. 3, 365 Et totae solidam in glaciem vertere lacunae. Bibulae lacunae Stat. Silu. 4, 3, 54. Lacuna, etiam accipitur pro quacunque Fossula. Varro R. R. 1, 29, 3 Lacunam striam facit aratrum vomere, i. lacunam s. fossulam hinc striam s. sulcum elatum iuxta. vid. not. Id. de R. R. 2, 7 His maiores qui sunt, intelligi negant posse, praeterquam quum dentes sunt facti brochi, et supercilia caua, et sub ea lacunae, ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sexdecim. Labrum superius sub ipsa medietate narum lacuna quadam leui quasi valle signauit Lactant. de Opif. Dei 10, 22. i. Φλατρον Gr. Lacuna in pauimento, pro Loco sidente ponitur a Vitruuio 7, 1. Sic Pallad. 1, 17, 3 Lacunae cisternarum ut farciantur. Lacunam explere Metaph. de numero deficiente Varro R. R. 2, 1, 28. Sic Lacunam rei familiaris explere, pro Sarcire damnata, non sine prouerbii specie dixit Cicero Verr. 2, 138 c. 55. Idem Att. 12, 6 Vide quae ne quae lacuna fit in auro. b. e. Ne quid desit. Gell. 1, 3 Famae lacunam dixit pro Macula; Minimaque illa labes, et quasi lacuna fama imminentis, partarum amico utilitatum ratione soluitur.



*Quin et in libris Mendum dicitur, quod deprauatum est: Lacuna ubi deest aliquid: illud eluitur, haec expletur. Vid. COLLYBVS.*

**LACVNŌSVS**, a, um. [*λακνωδης, τεταγωδης*] Lacunis et foveis plenus, neque aequalis. Cic. de Nat. Deor. 2, 47 Quid enim pulchrius ea figura, quae sola omnes alias figuras complexa continet? quaeque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminent, nihil lacunosum? Videtur Eminens opposuisse Lacunosō. Et Apul. Met. 9 p. 221 Via lacunosis incilibus voraginosā. Interualla lacunosā Vitruu. 8, 6.

**LACVNO**, āre. [*τεταγωω, κικιρηω*] Lacus aut lacunaria facere. Ouid. Met. 8, 563 Summa lacunabant alterno murice conchae.

**LACVNĀTVS**, a, um. Partic. [*τεταγωωεις*] Plin. 15, 10 Intus exiles nucleos lacunatis includi toris. b. e. Foveatis (si ita dicere licet) et depressis.

**LACVNAR**, āris. n. [*δρεφωμα, φαρτωμα. Gl. Gr. Lat. δεσφη*] Idem quod Laquear, utrumque a Lacu, in quantum ornamentum depressum s. cauum in contignationibus notat: quod genus peperere primo ipsa trabium interstitia, quae Lacus sunt Lacunae, s. depressiones; deinde ea tabulis inductis, picturis etiam exornata: loculamenta quaedam quadrata vel alterius figurae. Nescio cur deminutione Lacunar fieri dicat e Lacu Seruius ad Aen. 1, 730. Forma illa potius indicat aliquid Lacubus aut Lacunis instructum, ut Torcular locus Torculi etc. Vitruu. 7, 2 Camerarum dispositiones in conclauibus explicantur, nisi lacunaribus ea fuerint ornata. Hor. Carm. 2, 18, 2 Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Cic. Tusc. 5, 62 c. 21 In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari, seta equina aptum, demitti iussit. Sueton. Neron. 34 Lacunaria, quae noctu super dormientem laxata machina deciderent, parauit. Plin. 35, 11 narrat, Pamphilium, Apellis praeceptorem primum lacunaria pingere instituisse, nec cameras ante eum taliter adornari moris fuisse. Conf. LAQVEAR. Et Salmaf. in Solin. p. 1215. ¶ 2 In Glossis etiam vas urinarium s. δεσβχιον, Lacunar est.

**LACVNARIVM**, i. n. [*λακη, δεσφωσις Vet. Gloss.*] Idem Vitruu. 4, 3 Incommoda in opere triglyphorum et lacunariorum distributione. Nisi quod hic non de tecto s. caelo contignationis sermo est, sed de Columnarum interstitiis depressionibus et recedentibus.

**LACVNARIVS**, i. m. [*λακνωσις Gloss. Lat. Gr.*] Qui lacunas facit. Firmic. 8, 21, 9 Nona pars Geminorum si in horoscopo fuerit inuenta, operarios faciet, lacunarios, et perpetuo infelicitatis onere grauatos.

**LACVTVRRIS**, is. f. Brassicae species in valle Aricina, ubi quondam fuit lacus turgisque Plin. 19, 8.

## L A D

**LADA**, ae. f. s. **LEDA**, it. **LADVM** aut **LEDVM**, i. n. [*ληδων*] Appellatur Herba ex qua Ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhaerescens Plin. 26, 8. Item 12, 17. Cels. 5, 26.

**LADANVM**. [*λαδανον*] Vid. LADA.

**LADAS**, ae. m. Cursor fuit Alexandri velocissimus. Martial. 2, 86. Solinus 6.

**LADON**, ōnis. m. [*λαδων*] Nomen canis Aetiaeonis. Ouid. Met. 3, 216 Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon. Ladon, Fluuius Arcadiae, cuius filia fingitur Daphne fuisse. Ouid. Met. 3, 705 Donec arenosi placidum Ladonis ad annem Venerat. Vndae Ladonis Stat. Theb. 9, 573.

## L A E

**LAECASIN**, quid esset, disputatur ad Petron. c. 42 Frigori laecasin dico. Schefferus legit, Frigori loecoc indico. i. Exitium, a λωγας. Sed Burm. Laecasin explicat ex λακάζων, quod est decipere. Vid. not. in loc.

**LAEDO**, si, sum, ēre. [*βλαπτω, ετω, δηλωω*] Proprie est Contumelia officere. Sumptum a Graecis, qui λωιδωριων contumeliam vocant. Transfertur tamen ad omne genus offensionis. Laedere dicto vel facto Plaut. Capt. 2, 2, 53. Laedere aliquem iniuria Cic. Tusc. 4, . . . it. Verr. 3, 1. Contumeliose aliquem laedere, vid. CONTUMELIA.

**Libere laedere**, vid. LIBER. **Contactu lateris laeditur** Ouid. Amor. 3, 2, 22. Plin. 12, 25 Balsamum ferro laedi vitalia odit. i. Incidi. **Fortuna iniqua laedi**. Ouid. de Ponto 4, 6, 39. Ah te ne frigora laedant Virg. Ecl. 10, 48. **Infamia laedere** Quintil. 7, 3. **Lingua laesit eos** Tibul. 3, 4, 16. Cic. Fam. 5, 1 Nec absentem ludibrio laesum iri. **Odore laedi** Plin. 17, 24. Cic. pro Caecin. 28 Qui quum ita vehemens acerque venisset, ut non modo Caecinnam periurio suo laederet, sed etiam mihi videretur irasci. **Versu tristi laedere aliquem** Hor. Serm. 2, 1, 21. **Amores laedere** Ouid. Met. 4, 191. **Animum lento curarum frigore laedit** Id. de Ponto 3, 4, 25. Cic. pro Cluent. c. 5. Itaque diutius suspicionibus obscuris laedi famam suam noluit. **Ferrum laedere rubigine** Virg. Georg. 2, 220. **Fidem laedere** Caes. Bell. Ciuil. 2, 44. **Herbas morsu laedere iuuencae**. Ouid. Met. 13, 926. **Maiestatem publicam laedere** Martian. in l. 3 ff. Ad legem Iuliam maiest. Cic. Acad. 4 Nihil Me laedit, inquit. **Numina laesit** Ouid. Epist. 20, 100. Hor. Epist. 1, 2, 38 Cur quae laedunt Oculum, festinas demere; Si quid Est animum, curandi differs tempus in annum. Ter. Adel. 5, 4, 10 Clemens, placidus, nulli laedere os, arridere omnibus. i. Nullum praesentem laedere, inquit Donat. **Semina laedere ferro retuso** Virg. Georg. 2, 302.

**LAESVS**, a, um. Partic. [*δεδηλημένος, λωβητός*] Laesus dente serpentium Plin. 28, 3. A serpente laesus Scribon. 170. 195. **Eo laesus** 191. **Opio laesus** 181. **Dum spectant oculi laesos, laeduntur et ipsi** Ouid. Rem. Amor. v. 615. **Leuissime laesus**, vid. LEVIS. **Ceres laesa grandine** Ouid. Fast. 5, 322. **Crimine turpi laesus** Id. Trist. 1, 2, 69. **Cor vulnere laesum** Id. Met. 12, 421. **Dignitas laesa** Cic. pro Cluent. c. 42. **Fides laesa** Hor. Carm. 1, 33, 4. **Foedus laesum** Virg. Aen. 12, 496. **Ingenium longa rubigine laesum** Ouid. Trist. 3, 12, 21. **Pudicitia laesa** Ouid. Epist. 5, 103. **Rebus succurrite laesis** Id. Trist. 1, 4, 35. **Rectius leg. lapsis. Vestes laesae** Id. Fast. 3, 821.

**LAESIO**, ōnis. f. [*βλάψις, δηλησις*] Irritat laesio dolorem Laetant. de Ira Dei c. 17. Cic. de Orat. 3, 203 c. 53 Purgatio, conciliatio, laesio, optatio, atque execratio, figurae orationis. Vlpian. in l. Jurisgentium, §. Si paciscar. ff. De pactis, Et in caeteris omnibus ad edictum Praetoris pertinentibus, quae non ad publicam laesionem, sed ad rem familiarem respiciunt.

**LAESVRA**, ae. f. Idem. Vetus inscriptio apud Gruter. p. 567 n. 8. **QVAE VIXIT MECVM ANNIS XVII. M. II. D. III. SINE VL.**

LA. ANIMI. LAESVRA. Et Tertull. de Patientia c. 7 Laesura diuitiarum. i. Detrimentum.

LAELAPS, apis. m. *Canis Cephei*. Ouid. Met. 7, 772. *Poscor et ipse meum consensu Laelapa magno. Item Aëlaeonis canis, a velocitate atque impetu dictus*. Id. Met. 3, 221.

LAELIVS, i. m. [*Λαίλιος*] *Romanæ gentis nomen: nobilissimus C. Laelius, Scipionis Africani summus amicus, sapiens a Romanis appellatus. De hoc multa apud Ciceronem, qui libellum de Amicitia Laëlii nomine inscripsit.* Quinct. 8, 6, 57. *Nos quis ferat, si Verrem (pro hoc cognomine suo) suum: aut Laëlium (pro Sapiente) doctum nominemus? Mitis sapientia Laëli celebratur* Horat. Serm. 2, 1, 72. *Vid. Cic. de Orat. 2 c. 6 ubi C. Lucillii dictum refert, Persium non curo legere, Laëlium Decimum volo: et addit, quem cognouimus virum bonum et non illiteratum, sed nihil ad Persium.*

LAENA, ae. f. *Græci vocant χλαῖναν: unde abiectione vnius literæ, ut auctor est Sex. Pompeius, fit Laena. quamvis Varro de L. L. 4, 30 a Lana deducat.* Nonius 14, 26. *Laena, Vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Vestimenti genus habitus duplicis Fest.* Virg. Aen. 4, 262. *Tyrioque ardebat murice laena. Vbi Seruius; Laena, Genus vestis: est autem proprie Toga duplex, amictus auguralis. Vid. Cic. de Clar. Orat. 56 c. 14. Demissa ex humeris laena* Virg. Aen. 4, 262. *Pertusa laena* Iuuen. 5, 131.

LAENAS, atis. *Cognomen Populiorum a M. Popilio ad posteros propagatum, qui quum Consul esset, et laena amictus sacrificium publicum faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione nuntiata, ut erat laena amictus, ita venit in concionem, seditionemque cum auctoritate, tum oratione sedauit* Cic. de Clar. Orat. 56 c. 14.

LAERTES, ae. m. [*Λαέρτης*] *Acrisii filius, et pater Vlyssis.* Senex Laertes Ouid. Epist. 1, 98. *Hinc*

LAERTIVS, a, um. Adi: [*Λαέρτιος*] *Heros Laërtius, Vlysses* Ouid. Met. 13, 124. *Regna Laërtia, Ithaca,* Virg. Aen. 3, 272.

LAERTIÆDES, ae. m. Patronym. [*Λαέρτιάδης*] *dicitur Vlysses Laërtis filius.* Lucan. ad Pison. v. 61. *Vim Laërtiadae, breuitatem vincis Atridae.*

LARTIDIVS, i. *Vlysses.* Cic. Att. 7, 1. *Mirus est Φαίδης, germanus Lartidius. Sensus est, Vlysses, qui Lartides vel Laërtides erat, astutissimus et callidissimus veterator habitus est: talem Philotimum dicere possum, et Lartidium, id est Vlysseum appellare.* Turnebus Adu. 20, 16.

LAESTRYGONES, um. m. pl. [*Λαιστρυγόνες*] *Fuerunt in extremo Italiae, versus Siciliam, ubi Formiae Laestrygonum habitatione famosa, ut ait Mart. Cap. 6 p. 205. Iuuen. 15, 18. Fingentem immanes Laestrygonas, atque Cyclopos. Vid. Plin. 7 pr. Gell. 15, 21. Tib. 4, 1, 59. Incultus adiit Laestrygonas.*

LAESTRYGONIVS, a, um. Adi. *Amphora Laestrygonia, i. Formiana* Hor. Carm. 3, 16, 34. *Campi Laestrygonii* Plin. 3, 8. *Rupes* Sil. 7, 276.

LAETVS, a, um. [*εὐφρων, εὐθυμος*] *Qui hilaritatem quam intus habet, etiam vultu ostendit. A latitudine mentis, ut quidam putant, nam qui gaudium aspectu promunt, dilatate quodammodo et explicare faciem videntur: ut, contrahit metus ac tristitia.* Virg. Aen. 4, 295. *Imperio laeti parent. Laetus est de amica* Ter. Adel. 2, 2, 45. *Laetus atque alacer, Humilis et demissus, contraria* Cic. Verr. 2, 17. *Laetus laetitias omnibus* Id. de Fin. 2, 13. *Laetus in aduersis* Lucan. 8, 128.

Laetus animi et ingenii *Patercul. 2, 93. Frugum pabulique laetus ager* Sallust. Hist. 2 p. 959. *Cort. Irae laetissimus* Sil. 17, 308 (312). *Laboris laetus* Id. 15, 569. *Iusto laetior* Virg. Georg. 2, 251. *Laetus bellare* Sil. 16, 564. *Spectari* Id. 9, 455. *Martial. 4, 77, 2. Nunquam diuitias deos rogavi, Contentus modicis, meoque laetus.* Id. Epist. 1, 7, 39. *Inspice si possim donata reponere laetus.*

¶ 2 *Laetum, pro Fausto et fortunato per Metonymiam, quod laetos facit.* Plin. 8, 46. *Sunt enim delubria gemina: alterum intrasse, laetum est: in altero, dira portendit.* Ouid. Fast. 6, 464. *Miscentur tristitia laetis. Laetum prodigium* Plin. 11, 37. *Id. in Paneg. c. 92. Quibus edicto,*

quibus spectaculo celebrare continget diem illum triplici gaudio laetum, qui principem abstulit pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit. *Caedem eius laetam fuisse Muciano accepimus* Tacit. Hist. 3, 75, 4. *Incrementum imperii laetissimum* Valer. Max. 5, 3, 2. *Laetum colonis vber agri* Auson. Ep. 24, 92. *Tum eleganter cum datiuo*

construitur: vid. Vlit. ad Gratii Cyneq. pr. *Laetas venantibus artes.* ¶ 3 *Sed videamus substantiua, quibus iungitur. Aestas laeta* Virg. Georg. 3, 322. *Dies laetus* Id. Aen. 1, 736. *Clamor laetus* Id. Aen. 3, 524. *Coniua laetus* Hor. Serm. 2, 6, 111. *Frons parum laeta* Virg. Aen. 6, 862. *Honor laetus* Id. ib. 1, 595. *Locus laetus, atque plausibilis* Quinct. 4, 3.

Memoria laeta *Tacit. Hist. 3, 54. Mentis laetae* Virg. Aen. 5, 595. *Mercurius laetus, propitius et diuitiis augere homines* Plaut. Amph. Prol. 2. *Ore laeto alloqui aliquem* Ouid. Met. 9, 242. *Pectora laetissima* Id. Epist. 15, 169. *al. Lentissima. Plautus laetus* Stat. Theb. 6, 894. *Pubes laetae* Hor. Carm. 1, 25, 17. *Res laetae* Virg. Aen. 2, 783.

Sedes laetae *Hor. Carm. 1, 10, 17. Victoria laeta* Id. Serm. 1, 1, 8. *Vrbes laetae* Lucret. 1, 256. *Vultus laetus* Ouid. Fast. 4, 343. *Laetior* Valer. Max. 6, 9.

¶ 4 *Speciali ratione ad vbertatem agrorum et crescentium rerum refertur: Ager laetus* Virg. Georg. 1, 102. *Arbusta laeta* Lucret. 2, 343. *al. Armenta. Arua laeta* Virg. Aen. 6, 744. *Fruges laetae* Id. Georg. 1, 69. *Genus laetum vitis* Id. ibid. 2, 262. *Herbae laetae* Id. ibid. 1, 339. *Legumen laetum* Virg. Georg. 1, 74. *Pabula laeta* Id. ibid. 3, 385. *Pascua laeta* Hor. Carm. 4, 4, 13. *Prata laeta* Senec. Herc. fur. 698. *Ramus laetior vnus caeteris, quem nisi recideris, tota arbor contristabitur* Columel. 5, 9 extr.

Sata laeta *Virg. Aen. 2, 306. Segetes* Id. Georg. 1, 1. *Solum laetum* Columel. 4, . . *Tellus* Virg. Georg. 2, 251. *Vineta laeta* Lucret. 2, 1157. *Viridaria laeta* Phaedr. 2, 5, 14. *Sic etiam Armenta laeta* Virg. Aen. 3, 220. *Indoles laeta* Quinctil. 2, 4.

¶ 5 *Laeta, orum, et Terrae Laeticae, sunt agri publici, vid. l. 9 C. Th. de Censitoribus*

Inspektoribus et Peraeq. ¶ 6 *Laetus et Latus miscentur a librariis, vid. Drakenb. ad Sil. 5, 178. et Lectus* Id. ibid. 8, 548. et 14, 409. *it. Latius, Lentus, Foetus: quas voces vid.*

LAETE. Adu. [*εὐθύμως, εὐφρόνως*] *Lucunde et hilariter, cui opponitur Severe.* Quinctil. 8, 3. *Concitate dicere, an moderate, laete an feure, etc.* *Auctorem senatus extinctum laete atque insolenter tulit* Cic. Phil. 9 c. 3. *Compar. Laetius fruticare, Laetius frondere, i. Vberius* Columel. 5, 9. *Plin. 16, 31. Pallad. 4, 9 extr. Neque quisquam aut expulsus inuidiosus, aut receptus est laetius* Vell. 2, 45, 3. *Laetius audere aliquid* Quinctil. 2, 4. *Superl. Gell. 3, 15*

Laetissime gaudere.

**LAETOR**, āri. [*γαῖτω, ἐδουμάμαι, ἐφραδίωμαι, ἡδομαι*] *Gaudere, delectationem capere, sed extrinsecus.* Cic. de Divin. 2, 22 An Cn. Pompeium censes tribus suis Consulatus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria laetaturum fuisse, si sciret, se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri, etc. Nec longum laetabere Virg. Aen. 10, 740. Cic. Fam. 7, 1 Vtrumque laetor, et sine dolore corporis te fuisse, et animo valuisse. Id. pro Rosc. Amer. 136 Haec perfecta esse gaudeo, vehementerque laetor. Laetor malorum Virg. Aen. 11, 280. More Graecorum hic habet genitium, teste Servio. *Birrius per synchysin explicat.* Laetor hac re Virg. Aen. 6, 718. Praeclaris operibus laetari Cic. Fam. 10, 1, 7. Laetaris tu in omnium gemitu, et triumphas Cic. Verr. 7, 120. Ea libidinum turpitudine, ut in hoc sit semper laetatus Id. Phil. 11 c. 4. Quod Toto pectore laetor Ouid. de Pont. 1, 8, 63. *Metaphor.* Frumenta omnia maxime laetantur patenti campo Pallad. 1, 6. Id. 1, 6, 13 Laetantur beneficio incendii loca sterilia. Col. 3, 9, 8 Lactatur vitis tepore, *vid.* LAETAMEN.

**LAETO**, āre. [*ἐφραδίω, ἡδω*] *Altius antiqui dixerunt.* Accius, Et te ut triplici laetarem bono. et Liu. Andron. apud Non. 2, 494.

**LAETANS**, antis. Partic. [*ἐδόμενος, γαῖτω*] Cic. Tusc. 4, 16 Voluptati malevolentia, laetans malo alieno, delectatio, iactatio, etc. *Alii legunt Laetans.* *vid.* Non. 1, 54. Cic. pro Cluent. 28 c. 9 Itaque nubis Oppianico continuo Saffia laetanti iam animo, et spe optima confirmata. Cigni laetantes Virg. Aen. 1, 397. Loca laetantia aquarum Lucret. 2, 344. *i. Quae laetos reddunt.* Pectus laetans Catull. 62, 221.

**LAETANTER**. Adu. *Idem quod Laete.* Lampridius in 25 Commodo 5.

**LAETANDVS**, a, um. Sallust. Iugurth. c. 14 Laetandum magis quam dolendum puto casum tuum. Arbores laetandae. *i. Stercorandae.* Pallad. 1, 6 *extr.*

**LAETĀTVS**, a, um. Armis laetatus Virg. Aen. 10, 827. Arma, quibus laetatus, habe tua: etc. Iuno laetata Idem ibid. 12, 841. Vaccenses laetati biduum modo ex perfidia Sallust. Iugurth. c. 69.

**LAETATIO**, ōnis. f. *Laetitiae.* Caes. Bell. Gall. 5, 59 *extr.* Neque hostibus diutina laetatio, neque ipsis longior dolor relinquatur, *rectius leg.* laetitiae.

**LAETASTER**, tri. m. *Qui laetum se ostendit.* Titin. apud Festum voce Obsrudant. Obstrude lentis aliquid, quod peccam sedens Aut hic laetaster, aut formaster frigidus. Laetaster *χαρηντιζόμενος, formaster, ἀπαίζόμενος interpretatur* Scal.

**LAETIFICO**, āre. [*ἐφραδίω, ἡδω, γαῖτω*] *Laetum facere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 102 Contrahit terram, tum vicissim laetificat, ut cum caelo hilarata videatur. Gloria laetificat illum Lucan. 3, 48. Terram laetificare, *Fimo iniecto aut re alia pinguefacere, stercoreare.* Plin. 17, 8 Laetificata seges Sedul. exord. 1, 41.

**LAETIFICOR**, āri. Dep. [*ἐφραδίωμαι*] *Laetus fo, sum.* Plaut. Aulul. 4, 9, 15 Nunc eo alii laetificantur meo malo et damno.

**LAETIFICATIO**, ōnis. f. *apud* Arnobium.

**LAETIFICATOR**, ōnis. m. *apud* Tertull.

**LAETIFICVS**, a, um. [*ἐφραδίω*] *Laetificae vites* Cic. Tusc. 1, 69 *Ex antiquo Poeta. al.* laetificare. Plautus laetifici Stat. Theb. 16, 561.

**LAETISCO**, ēre. [*ἐφραδίωμαι*] *Laetum fieri.* Sisenna apud Non. 2, 494 Vtrumne dii cultu erga se mortalium laetificent, an supernae gentes humana negligant. *Obsoletum.* Conf. Cic. Tusc. 1, 69 c. 28 c. *nat.* Gebbard.

**LAETITIA**, ae. f. [*γαῖτόν, ἐφραδίω, ἐδουμά*] *Exultatio animi, quae gaudio efferventiore fieri solet, propter euentum rerum expectatarum.* Cic. Tusc. 4, 14 c. 7 Laetitia, opinio revens boni praesentis, in quo offerri rectum esse videatur. Humi, atque stirpis laetitia Columel. 4, 24. *non ita procul ab initio.* Loci laetitia Idem 4, 21. Plenus laetitia Hor. de Arte Poet. 427. Dator laetitia Bacchus Virg. Aen. 1, 738. Minus diuturna Nep. 7, 7, 1. Tempora laetitia Ouid. Epist. 16, 5. Cic. Tusc. 4, 15 Quum ratione animus mouetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur. Quum autem inaniter et effuse animus exultat, tum illa laetitia gestiens vel nimia dici potest, quam

ita definiunt, sine ratione animi elationem. Insolens laetitia Hor. Carm. 2, 3, 4. Abundare laetitia, *vid.* ABVNDO. Accipere motus laetitia Lucret. 3, 117. Accipere cum laetitia, Afferre laetitiam, *v. ff. ll.* Afficere laetitia Cic. pro Milon. 78. Auctus laetitia, *vid.* AVGEO. Carere laetitia Cic. Post red. ad Quirit. 2. Capere laetitiam, Coniicere in laetitiam, *vid.* *hb. vv.* Contorquere indicem ad laetitiam Cic. de Orat. 2, 72. Id. pro Planc. 103 Nolite Iudices, per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimicis meis, his praefertim, quos ego pro vestra salute suscepi, dare laetitiam, gloriantibus vos iam oblitos mei. *i. praebere causam laetitia.* Efferrī laetitia Id. pro Deiot. 26 c. 9. Ex-

citari laetitia ad canendum Id. de Divin. 2, 56. Exorta ingens laetitia Virg. Aen. 3, 100. Expulit ex omni pectore laetitia Catul. 74, 22. Cic. Fam. 2, 10 Nullam me epistolam accepisse tuam post comitia ista praecleara, quae me laetitia extulerunt. Exultare laetitia in municipiis Id. Att. 14, 6. Exultans laetitia Virg. Aen. 12, 700. Cic. de Fin. 1, 27

80 — Recta et honesta quae sint, ea facere ipsa per se laetitiam. Ferre laetitiam. Cic. Att. 14, 13 Laetitiam apertissime tulimus omnes. Fremebant laetitia ludisque Virg. Aen. 8, 717. Incessi laetitias omnibus repente Cic. Fam. 2, 9. Multent laetitiae haec loca Lucret. 3, 143. Obiicere laetitiam Ter. Heaut. 1, 2, 11. Cic. de Orat. 1, 197 Percipie-

85 tis etiam illam ex cognitione iuris laetitiam et voluptatem, quod, etc. Id. in Catil. 1, 26 c. 10 Hic tu qua laetitia perfruire, quibus gaudiis exultabis, quanta in voluptate bacchabere? Prosequi aliquem laetitia Quinctil. 5, 11. Repetere laetitiam conuiuii Tacit. Hist. 13, 16. Viget animus laetitia Lucret. 3, 151.

**LAETABILIS**, e. [*ἐδουμάτης*] *Laetitia dignum.* Cic. Tusc. 4, 37 c. 17 Is est sapiens, quem quaerimus, is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis laetabile ad efferendum videri potest. Ibid. 1, 49 c. 21 Quid habet ista res aut laetabile, aut gloriosum? *Add.* ibid. 5, 15. Factum cunctis laetabile Ouid. Met. 9, 255. Stat. Silu. 4, 8, 21 Ius tibi tergeminae dederat laetabile prolis. *Ius trium liberorum.* Quanto hoc est laetabilius ac melius Mamertinus Genethl. Maximini c. 18.

**LAETABVNDVS**, a, um. *Laetus* Gell. 11, 15.

**LAETITVDO**, ōnis. f. [*περιχαρεια*] *Antiquum verbum, idem significans quod Laetitia.* Accius apud Non. 2, 487 Quanta in venando affectus est laetitudine?

**LAETĀMEN**, ōnis. n. [*κόπρος*] *Fimus, qui per agros iacitur, quod eos laetos, hoc est, pingues faciat.* Seru. ad Georg. 1, 1 Fimus, qui per agros iacitur, vulgo laetamen appellatur. *Similia* Isid. 17, 2, 10,

*Sed etiam Laetamine onferum satis inimicum Pallad. 1, 23. Laetamine saturantur prata Pallad. Febr. 1. Plin. 18, 16 Ipsumque pro laetamine est. Add. Pallad. 1, 6, 8, 5 etc. Laetamen efferre Id. lib. 11.*

**LAEVA**, ae. f. *Subaud. manus. a Graeco deducitur. quippe Graeci λαίδη, laeuam dicunt, et significat Sinistram manum.* Festus, Laeva, sinistra: quam Graeci σκαιά, unde tractum cognomen Scaeuola Cic. Acad. 4, 145 — Quam autem laeuam manum admouerat, et illum, etc. Comam implicuit laeua Virg. Aen. 2, 552. Ad laeuam: vel Ad laeuam manum, vid. AD praepositionem. Petere laeuam Virg. Aen. 3, 563. Plin. 14, 6 Falernus ager a ponte Campano laeua petentibus, urbanam coloniam Syllanam incipit. Versi ad laeuam Liu. 1, 14. Dextramon-

tibus, laeua Tyberi ante septus Id. 4, 32

**LAEVVS**, a, um. Adi. [*σκαιός*] *Sinistrum nunc simpliciter relationem illam loci indicat: saepe etiam vitium tarditatis, stuporis, inertiae, malignitatis, et inuidiae, notat: Ambigue* Plaut. Milit. 4, 7, 24 Habeo quidem hercle oculum. PY. at laeuum dico. *Inertem et parum acutum significare videtur.* Auris laeua Ouid. Met. 12, 336. Ex humero laeua dependet Id. ib. 8, 320. Iter laeuum radit Virg. Aen. 5, 170. Latus laeuum Hor. Carm. 3, 26, 5. Oculus laeuus Lucret. 4, 301. Dextera transmutare laeuis Idem 2,

487. *Ex altera notione* Hor. de Arte Poët. 301 O ego laeuus Qui purgo bilem sub verni temporis horam. Virg. Ecl. 1, 16 Si mens non laeua fuisset. Et Aen. 2, 54 Et si fata deum, si mens non laeua fuisset. Petrus laeuum Pers. 2, 53. *ambigue pro corde, et quidem stupido.* Laeuum lumen Sirii Virg. Aen. 10, 275. i. noxium. Tempore laeua interpella-

re aliquem Hor. Serm. 2, 4, 4. b. e. Importuno. ¶ 2 Laeuus, quum de caelestibus anguriis loquuntur, Prosperum significat. Virg. Aen. 2, 693. Intonuuit laeuum. Quia sinistra numinum, intuentibus dextra sunt. Id. Georg. 4, 7 Si quem Numina laeua sinunt, auditque vocatus Apollo. Vid. Gell. 5, 12. ¶ 3 Boves laeui, qui cornua gestant in terram

versus retorta, sec. Philargyr. in Virg. Georg. 3. ¶ 4 In MSS. permutantur Laeuum et Dextrum itaque Saeuum. Vid. Drakenb. ad Sil. 5, 660. et Taubm. ad Plaut. p. 1187.

**LAEVE**, Adu. Idem. Hor. Epist. 1, 7, 52 — puer hic non laeue iussa Philippi Accipiebat.

**LAEVINVS**, i. m. *Cognomen Valeriorum fuit.*

**LAEVORSVM**. Sinistrorsum, inquit Festus. Apul. in Florid. post princip. Laeuorsum vel dextrorsum tanta mole corporis labitur.

**LAEVORSVS**. Adu. Idem. Ammian. 31, 10 Laeuorsus flexo itinere.

**LAEVIS**, e. vel **LEVIS**. Graece λείος, a quo cum descendat Latinum, rectius videtur scribi leuis, suffragantibus praesertim libris optimis. Significat autem Leuis, Quod tactu asperum non est, idque auctores dicunt inoffensum, lubricum et teneram, ut sunt oua vuluorum. Pers. 1, 82

Trossulus exultat tibi per subsellia laeuis. Aspera mista laeuis Lucret. 2, 470. Frons leuis Virg. Ecl. 6, 31. Iuuentas Horat. Od. 2, 11, 6. Ora leuia imberbia Tibul. 1, 8, 32. Pocula leuia Virg. Aen. 5, 91.

Podex laeuis Iuuen. 2, 12. Tactu leue scrotum Cels. 7, 18. Tigna laeua radere Lucret. 5, 1266. al. Laeuare et radere tigna. Vir leuior

femina Ouid. de Arte Am. 3, 437. Leuior assiduo detritis aequore conchis Ouid. Met. 13, 792. Leue, absoluta, pro Re laeui, quale est marmor politum. Hor. Serm. 2, 7, 87 Externi ne quid valeat per leue morari. Sapiens ita rotundus, ita leuis est, ut cursum illius nihil possit morari, quia nihil scabri, asperi nihil, quod adhaerescat.

**LAEVITAS**, f. **LEVITAS**, atis. f. [*λείβητις*] *Asperitati contraria.* Martianus Capella, Lunarem circulum ingressa Virgo conspiciatur globosum quoddam, tenerumque corpus e superni roris laeuitate compactum instar speculi praeritentis. Plin. 9, 29 Leui opposuit Asperum. Idem 2, 3 Leuitate continua lubricum corpus. Laeuitas intestinorum Cels. 4, 16. Vid. Lienteria, in LIEN.

¶ 2 **A** Quinctiliano 10, 1, 52 Hesiodo tribuitur leuitas verborum in optimis libris. Recte exprimit enim Graecum λείβητις, quo in eadem re vitur Dionysius Halic.

**LAEVITUDO**, inis. f. Laetant. de Ira 10, 7 Laeuitudo granorum.

**LAEVOR**, f. **LEVOR**, oris. m. [*λείβητις*] *Idem quod Laeuitas, hoc est complanatio, siue expositio.* Plin. 13, 12 Spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, laeuor. Idem 9, 35. Lucret. 4, 547 Et item laeuis laeuore creatur. Add. Cels. Praef.

**LAEVIGO**, f. **LEVIGO**, are. [*λεάλω, λείω*] *Complanare, polire; quasi Laeue facere.* Plin. 36, 18 Sunt quidam in eo genere molliores, qui et cote laeuigantur. Varro de R. R. 3, 11 Omnes parietes tectorio laeuigantur, ne feles, aliaeque bestiae introire ad nocendum possit. Scabritia laeuigatur dente Plin. 13, 12. ¶ 2 In puluerem minutissimum redigere: vid. LAEVIGATVS et POLIRE.

**LAEVIGATVS**, a, um. Columel. 6, 17 Semina laeuigata. Marmor laeuigatum Laetant. 2, 6 Add. Id. 7, 5. et 12, 41. Leuigatis parietibus Pallad. 1, 24. Loca albario opere leuigata Id. ib. t. 38. Compar. Macrob. Saturn. 7, 12 Quod et laeuigatius et spissius est. Faciliora enim ad coeundum videntur, quae laeuigatiora densatioraque sunt. ¶ 2 Combusta galla cum austero vino leuigata Colum. 7, 5. i. comminuta f. confusa. Conf. 6, 16, 2. et 17, 3. 9, 13, 5. Pallad. Mart. 15, 1.

**LAEVIGATIO**, onis. f. Vitruu. 7, 1 Laeuigationibus et polituris cum fuerint perfecta.

**LAEVIGATOR**, oris. m. Apud Mart. Capel.

**LAEVO**, f. **LEVO**, are. [*λεάλω*] *Idem quod Leuigo.* Stat. Theb. 1, 519 Pars teretes laeuare manu, ac disponere mensas. Cels. 8, 3 extr. Leuat quae exasperata sunt. Sepiolae cineres ex ossibus omnia leuant Samon. 154. ubi conf. Burm.

**LAEVATVS**, f. **LEVATVS**, a, um. [*λεανός, ἢ λεανθείς*] Senec. ad Helu. c. 1 Laeuati mensarum orbes. Compar. Gell. 17, 8 Ad coeundum ideo videntur faciliora, quae leuatiore, leuiaque sunt.

## L A G

**LAGANVM**, i. n. [*λάγανον*] Horat. Serm. 1, 6, 115 Inde domum me Ad porri et ciceris refero laganique catinum. Hic Acron, Lagna sunt quaedam quasi membranulae ex farina et aqua, quae iure pingui coctae, ex caseo, pipere, croco, cinnamomoque conditae in cibis dantur. Add. Apic. 4, 2.

**LAGARI**. [*λαγάρι*] *Versus dicuntur, qui in medio claudicant pedes: sicut Myrri, qui postremo; et Acepballi, qui a breui syllaba incipiunt.* Ex Athen. 1, 14. Macrob. Saturn. 5, 14 Lagari, qui in medio versu breves syllabas pro longis habent.

**LAGENA**, ae. f. [*λάγνηος, ἢ λάγνηος*] *Genus vasis testacei, non tam ad aquam, quam ad vinum, et alios humores continendos adhiberi solitum.*

litum. Vid. *Burm. ad Petron. c. 22 p. 74. Auricular habuit: vid. Sympos. Aenigm. 100. Plaut. Curc. 1, 1, 78 Quasi tu lagenam dicas, ubi vinum solet Chium esse. Martial. 4, 46 Et nigri Syra defruti lagena. Vaticana bibas, si delectaris aceto: Non facit ad stomachum nostra lagena tuum Martial. 10, 45. Signum laesum lagenae Hor. Epist. 2, 2, 134. Catenata lagena, vid. CATENA. Sitiens lagena Pers. 3, 92. Vapida lagena Idem 6, 17. Fuit et Mensurae genus. Hieronym. in Vita Hilarionis, Cumque centum lagenis aestimata fuisset integra adhuc vinca, post dies viginti trecentas fecit. Dicitur etiam Lagoena, Lagona, Laguena, Laguna. Vid. *Gesner. Lex Rust. Vet. Inscript. apud Gruter. 10 p. 578. n. 4. L. TROPHIMVS. AVG. LIB. A. VESTE. ITEM. A. LAGVNA.**

LAGVNCVLA, ac. f. Dimin. [*λαγγυλιδιον*] Parua lageta. Cic. Att. 6, 1 In his inuentae sunt quinque lagunculae matronarum, in quibus, etc. *Sed est locus dubius, vid. AGVNCVLA, PLANGVNCVLA. 15 Graecius retinet Languncula, licet non intelligere se fateatur. Laguncula paruula Plin. Epist. 2, 6. Picatis lagunculis condere Columel. 12, 38 extr.*

LAGVNCVLARIS, c. *Ad lagunculam pertinens. Laguncularis pix Mare. Emp. c. 36. 20*

LAGVNCVLVS inter bellaria videtur referri a Statio Silu. 1, 6, 17 Molles Caioli Lagunculique. *Genarius putat liba fuisse forma puerorum; Caiolum enim esse diminutium Caii, Lagunculum autem Lagonis, celebratae formae pueri, de quo Plin. 34, 8 f. 19, 17 Lyciscus statuarius fecit Lagonem puerum subdoliae et fucatae vernilitatis. Et Martial. 9, 51. Sed Turnebo placent Lucunculi, ubi vid.*

LAGEOS, i. f. [*λαγειος*] Vua, quae Latine Leporaria dicitur Seru. ad Virg. Georg. 2, 93 Et passo pithia vtilior, tenuisque lageos Tentatura pedes olim, vincituraque linguam. Seruius. Lagea Plin. 14, 3. et Macrob. Sat. 2, 16. *Add. Isid. 17, 5. 30*

LAGO, inis. f. *Herba, quam aliqui Echiten vocant, alii Laginem, nonnulli Tenuem scammoniam Plin. 24, 15.*

LAGOIS, idis. f. [*λαγωις*] Genus piscis. Hor. Serm. 2, 2, 22 Nec scarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

LAGON, onis. Celebratae formae puer, de quo modo in LAGVNCVLS. Martial. 9, 51 sua epigrammata cum illo comparat, Nos facimus Bruti puerum (vid. Mart. 14, 171) nos Lagona vinum, Tu magnus luteum Gaure, giganta facis.

LAGONOPONOS, i. m. *Ilorum dolor, των λαγονων πονος. Plin. 20, 4 f. 13 Semen eorum tostum, ipsumque commanducatum prodest ad lagonoponon. 40*

LAGOPVS, odis. f. [*λαγωπος*] Avis, quae in Alpibus visitur, *Pardix alba dicta, de qua Plin. 10, 48. Laudatur etiam Martial. 7, 36, 1 Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. Sed hic leg. glaucopide, sicut varissime docuit Scaliger ad Propert. 4, 3. Nam et modulus Syllabae primae repugnat, et quod serijs orationis aliquid requirit, quod nemini temere pulchrum videatur. 2 Lagopus, Herba a pedis lepori similitudine dicta. Plin. 28, 8. 45*

LAGOPHTHALMVS, i. m. [*λαγωφθαλμος*] Genus mali est apud Celsum 7, 7, 9 quoties in aliqua curatione plus aequo excisa cute, vel alia causa euenit, vt oculus non contegatur. *A leporibus dictum, qui aperti oculis dormire consueuerunt, quum superior palpebra non descendit. 50*

LAGOTROPHIVM, i. n. *Leporarium. Colum. 8, 1.*

LAGVNCVLA, vid. LAGENA. 55

## L A I

LAICVS, a, um. Adi. [*λαϊκος*] *Budaeus, Profani dicti sunt, qui sacris initiati non erant: quod Virg. Aen. 6, 258. significat, quum inquit, — procul o procul este profani, Conclamat vates. Nunc Laicos vocamus, quasi Populares. Laicum enim vulgo Attractabile significat: sicut Sacrum dicitur et Sanctum, cuius tactu populo interdictum est. Sic accipiuntur Laici panes 1 Regum 21 ad Sacrorum differentiam. Et Ezechielis ultimo. It. Substantiue: vid. Tertull. Exhort. Castit. cap. 7. et Praescript. c. 41. 60*

LAIIS, idis. f. [*λαϊς*] *Corinthia meretrix, ob elegantiam, venusta etemque formae grandem pecuniam demerebat: conueniensque ad eam ditiorum hominum ex omni Graecia celebres erant, neque admittebatur, nisi qui dabat quod poposcerat. polcebat autem illa nimium quantum. Hinc, ait Saxon, natum esse illud frequens apud Graecos adagium, ο κωνος εδωδες δε κρηθρον εσ' ο κλας quod frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare, quod posceretur. Haec Gell. 1, 8. ubi plura. Proverbium illud ita expressit Horat. Epist. 1, 17, 36 Non cuius homini contingit adire Corinthum. Multis Laïs amata viris Ouid. Amor. 1, 5, 12. al. Procis. 65*

LAIVS, i. m. [*Λαϊος*] *Thebarum rex, Labdaci filius, et Oedipi pater, ex Iocasta Creontis Thebani filia. Vid. Stat. Theb. 1, 296. et 2, 66. 75*

## L A L

LALAGE, es. f. *Nomen puellae apud Hor. Carm. 1, 22, 23. 80*

LALETANIA, ac. f. *Hispaniae regio: inde*

LALETANVS, a, um. *Laletani populi: et Laletanum vinum, magis copia quam bonitate laudatum Plin. 14, 16.*

LALISIO, onis. m. [*λαλισιον*] *Pullus est onagrorum. Martial. 13, 97 Quum tener est onager, solaque lalisio matre, etc. Plin. 8, 44 Onagri in Phrygia et Lycaonia praecipui. Pullis eorum ceu praestantibus sapore, Africa gloriatur, quos lalisiones appellant. 85*

LALLO, are. [*ληλάζω*] *Videtur puerile verbum s. ελακορισμας, quo nutrices bibere vel lactere exprimebant, Vt pappare edere puerili illa dialecto notat, ita bibere lallare. Pers. 3, 18 Et similis regum pueris pappare minutum Pofcis, et iratus mammae lallare recusas. Nec aliter videtur sumfisse Hieronymus Epist. 2, 6. Forsitan et laxis vberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens mammae lallare congeminet. i. lactere paruulum mammae applicitum repetita voce lalla iubebit. Interim etiam naeniam, sive cantillationem et allecationem matrum atque nutrices, hoc verbo exprimi, non negauerim, quin ex eo ipso, quod lalla cecinit nutrix, dum imitauit paruulum ad lactendum, quidquid id est verbi, ortum videtur, vid. mox LALLVS. 95*

LALLVS, i. m. *Deus fuisse videtur, qui praecesset naeniis illis balbis, quas nutrices pueris occidunt, et pueros reddere cogunt. Nulla enim litera est, quam facilius sonent pueri, quam lambda: quin etiam eius frequentia somnum inducebant. Aufonius de filio Probrini Epist. 16, 91 Nutricis inter lemmata Lallique somniferos modos. Haec Turnebus Aduers. 18, 34. Sed probabilius Scalig. Aufon. Lect. 2, 11. pro ipsa naenia nutricum accipit, qua pueris inducunt somnos subinde hoc repetendo Lalla, lalla. Vnde lallare 105*

pueri dicebantur, cum hac cantiancula somno declinant oculos. Add. Casaub. ad Theophrasti Charact. 7 extr.

## L A M

- 5 LAMA, ae. f. [τέταρος] Aquae collectio est, inquit Festus. Silvarum saltus latebras lamasque lutosas Enn. Add. Horatius Epist. 1, 13, 10 Viribus vteris per cliuos, flumina, lamas: Conf. Torrent. ¶ 2 Lama est etiam Spina Indica, ex qua effluit mastiche Plin. 12, 17.
- LAMBĒRO, are. Est, inquit Festus, Scindere atque laniare. Plaut. Pseud. 2, 4, 53 Euge pellepide Charine, me meo ludo lamberas. Sic enim ex schedis veteribus restituit Turnebus. Verberari autem et vapulare se suo ludo seruus dicit: eisdem enim appetitur iocis, quibus lacefferat.
- LAMBO, bi, itum, ere. [λαμβάζω, λάπτω] Lingere, lingua aliquid suaviter tangere, ut solent canes bibentes. Lucil. Sat. 23 Iucundisque puer qui lamberat ore placentas. Cic. Verr. 3, 28 Volufii aruspicias et Cornelii medici, et horum canum, quos tribunal meum vides lambere. Lambere cibos Columel. 8, 17. Lambunt muscae Martial. 14, 67. Virg. Aen. 3, 574 Attollitque globos flammaram, et sidera lambit. Hyperbolice dixit. Metaph. de fluminibus. Hor. Carm. 1, 22, 7 Vel quae loca fabulosus Lambit Hydaspes.
- LAMBENS, entis. Ouid. Met. 3, 57 Tristia sanguinea lambentem vulnera lingua. Catellae lambentes Martial. 3, 82.
- LAMBĪTO, are. Frequent. [λάπτω] Solinus 15 Aegyptii canes e Nilo nunquam nisi currentes lambitant.
- 25 LAMBĪTVS, ūs. m. Aurel. Vict. de Orig. gentis Romanae c. 20 Lupam primo lambitu pueros deterfisse.
- LAMBRVS, i. m. [Λάμβρος] Fluuius in Cisalpina Gallia, quem Padus deserit in mare Adriaticum Plin. 3, 16. et 19. A quo,
- LAMBRANI, orum. m. pl. [Λαμβρανοί] Accolae. Suet. in Caes. 10 Per Lambranos et Transpadanos duxit.
- LAMELLA, vid. LAMINA.
- LAMENTOR, ari. [αλάζω, θρηνέω, κωκύω, ὀδυρόμαι, ὀλοφύρομαι] Voce querula, tristisque oratione damnum ac dolorem testari. Cic. de Orat. 1, 245 Lapidem me hercule omnes flere ac lamentari coegisset.
- 35 Ter. Andr. 1, 1, 94 Quia tum mihi lamentari praeter caeteras visa est. Conqueri aduersam fortunam, non lamentari decet Pacuius apud Cic. Tusc. 2, 50. Lamentari, Lamentatione dignum aliquid monstrare. Id. Ibid. 1, 75 Nam haec quidem vita mors est, quam lamentari possem si liberet. Passive, Apul. Met. 4 sub. fin. Moeretur, fletur, lamentatur diebus plusculis.
- LAMENTANS, antis. Cic. de Orat. 3, 214 Matremne ut miseram, lamentantemque videam.
- LAMENTĀTVS, a, um. Partic. [ὀδυρόμενος, θρηνητής] Fata diu lamentata Sil. 13, 711. Apul. Met. 8 extr. Coquus diu lamentatus lacrimis inefficacibus.
- 45 LAMENTATIO, ōnis. f. [θρήνος, ὀδυρίς] Aegritudo cum eulatu, ut finit Cic. Tusc. 4, 18. Et 1, 30 c. 13 Sed illa lugubris lamentatio, fletusque moerens, ex eo est, quod, etc. Lamentatio Ieremiae Isidor. 6, 1. Moeffa lamentatio Sen. Hippol. 852.
- 50 LAMENTĀTVS, ūs. m. Apul. laudatur. Non habet Index Flor.
- LAMENTĀTOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. θρηνητής, Lugubris, lamentator. Gloss. Lat. Gr. Lamentator, θρηνητής.
- LAMENTĀRĪVS, a, um. Adj. [θρηνώδης] Quod lamentationem adfert. Plaut. Capt. 1, 1, 28 Quae aedes, lamentariae mihi sunt.
- 55 Antiquum.
- LAMENTĀBĪLIS, e. [θρηνώδης, μεμπής] Dignum lamentatione. Virg. Aen. 2, 4. Troianas ut opes, et lamentabile regnum Eruerint Danai. Carmen lamentabile Stat. Silu. 5, 3, 1. Comploratio lamentabilis Liu. 3, 47. Decus lamentabile Stat. Theb. 11, 161. Cic. de Legib. 2, 64 Posteaquam, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera et lamentabilia coepissent, Solonis lege sublata sunt. Gemitus lamentabilis Cic. Tusc. 2, 57. Tributum lamentabile Ouid. Met. 8, 262. Voce lamentabili deplorare Cic. Tusc. 2, 32 c. 13.
- 60 LAMENTA, ae. f. apud veteres, pro Lamentatione. Pacuius Hermiona, Lamentas, fletus facere compendi licet. Nonius 2, 493.
- LAMENTVM, i. n. [κόπημα, θρήνος] Ipsa lamentatio. Cic. de Senect. 73 c. 20 Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum, lamentisque vacare. Idem pro Milon. 34 Sine cantu, sine ludis, sine exequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere. Dedere se lamentis Cic. Tusc. 2 c. 21. vid. DEDO. Tecta fremunt lamentis gemituque Virg. Aen. 4, 664.
- LAMIAE, arum. f. pl. [λαίμαι] Mulieres, quae strigum instar, infantium sanguinem sugunt, siue ipsae adeo Striges. Hor. de Arte Poët. 340 Neu prae facie lamiae puerum vinum extrahat aluo. Lamiae turres, et Pectines Solis, aniles fabellae. vid. in PECTEN. De quibuscunque nocentibus mulieribus usurpatur Apul. Met. 1 p. 110, 3. et 5 p. 164, 6. ¶ 2 Lamia cognomen Aeliorum Romae. Hor. Carm. 3, 17, 1 Aeli vetusto nobilis ab Lamo.
- LAMIĀNVS, a, um. Adj. Horti Lamiani Cic. Att. 12, 21.
- 80 LAMĪNA, ae. f. [ἐλασμα, πλάξ] Tennis tabella, cuiuscunque materiae. Liu. 23, 19 extr. Etiam tria signa cum titulo laminae aeneae inscripto, Manitium pro militibus, qui, etc. Cic. de Legib. 2, 58 c. 23 Ad eam quum lamina esset inuenta, et in ea scriptum, DOMINA HONORIS, ea causa fuit aedis huius dedicandae. Fulua lamina Ouid. Met. 11, 124. Argenti leuis lamina Id. Fast. 1, 208. Ensis lamina dissilit Ouid. Met. 5, 173. Quod diximus Laminam esse cuiusuis materiae, probari facile potest, v. g. Plin. 16, 16 f. 27 Laminas aceris arboris memorat. Ibid. 43 f. 83 Sectiles (e ligno) laminas. Et 18, 26 f. 64 Laminas doliolum. Id. 11, 37 f. 45 Vrorum cornua in laminas secta translucent. Quin Aurium laminam pro Cartilagine posuit Cael. Aurel. Tard. 2, 1 et 14. Et de putamine nucis Mollis lamina est Ouid. de nuce 95. In primis tamen de metallis nomen hoc usurpari certum est. Sic Laminis argenteis crepitan baltei Plin. 33, 12 f. 54. Religare laminis et clavis Caes. Bell. Civil. 2, 10 de musculo. Laminae in instrumento carnisficis. Plaut. Afin. 3, 2, 4 stimulos, laminas, cruces iungit. Prudentius, passione Romani v. 486 Nec sic inusta laminis ardet cutis, Vt febris atro felle venas exedit. Cic. Verr. 5, 162 c. 63 Quid, quum ignes, candentesque laminae, caeterisque cruciatus admouebantur? ¶ 2 Lamna,
- 100 pro Lamina, apud Horat. Carmin. 2, 2, 2 Nullus argentum color est auaris Addito terris, inimice laminae Crispe Sallusti: nisi temperato Splendeat vsu. Vbi Porphyrio, Lamnam pro Rudi et infabricata materia posuit: per quod signat non libenter

ter habere absconditas et sine vsu pecunias. Candente lamna ventres nepotum vrere Hor. Epist. 1, 15, 36. Crepitante lamna audiuit sonitum custos *Hesperidum*. Senec. Agamem. 855. Add. Vitruu. 7, 9 sub f.

LAMELLA, ae. f. Dimin. [*ελασματίον*] Vitruuius 7, 3 Speculum argenteum tenui lamella ductum. Add. ib. c. 12. Seneca De breuitate vitae c. 12 Maiorem dierum partem in aeruginosis lamellis consumit. Add. Id. de Beat. Vit. c. 21.

LAMELLVLA, ae. f. aliud Dimin. Petron. c. 57 Glebulas eni, lamellulas parauit. i. agros, et aurum argentumque.

LAMNULA, ae. f. aliud Dimin. Tertull. de Coron. c. 12.

LAMIVM, i. n. *Vrticacae* genus: de quo Plin. 21, 15 Quae innoxia est morfu carens, lamium vocatur. Add. Id. 22, 14.

LAMPAGO, inis. f. *Herba*, Apul. de Herb. c. 97.

LAMPAS, adis. f. [*λαμπας, δας, Φαδς*] Graeca *diellio*, quae *Lychnum pensilem* significat. Virg. Aen. 9, 535 Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Plaut. Men. 5, 2, 89 Lampadibus ardentibus illi oculos exuram. Ter. Adel. 5, 7, 9 Missa haec face, hymenaeum, turbam, lampadas, tibicinas. Columel. 12, 18 Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. Aenea lampas Iuuen. 3, 285. Clara lampas Stat. Theb. 10, 121. Coruscis lampadibus densum funale Ouid. Met. 12, 247. Igniferae lampades Lucret. 2, 25. Vacant igne lampades Ouid. de Pont. 3, 3, 60

¶ 2 *Transfertur ad alia. Sic de meteoris* Plin. 2, 26 Duo genera faciunt: lampades vocant plane faces: alterum bolidas: quale Mutinensibus malis visum est. Lunaribus lampas Stat. Theb. 10, 277. Add. ib. v. 121. Phoebea lampas Virg. Aen. 4, 6. Rutilantem attollens lampada Titan Sil. 12, 648. Dies orta lustrabat terras lampade Virg. Aen. 7, 148.

¶ 3 *Lampada cursu tradere, prouerbialis metaphora, pro eo quod est, Partes suas quasi successione in alium atque alium transferre* Lucret. 2, 77 Et quasi cursores vitae lampada tradunt. De animantibus agit, quae successione propagantur, vita per vices ab aliis in alia transfusa. Perf. 6, 61 Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis? Add. Varr. R. R. 3, 16, 9. Sumta est metaphora a lampadum certamine, quod Athenis celebratum fuit Festis Panathenorum, Promethiorum, et Vulcanaliorum; in quo certamine Primus facem dabat secundo, secundus tertio; et similiter omnes, donec currentium numerus impletur. Vid. Vet. Interp. Perf. 6, 61. Viri docti ad Iuuenal. 15, 141. Plat. de Rep. l. i. pr.

LAMPADA, ae. f. Idem quod Lampas. Plaut. Caf. 4, 4, 16 Tenē hanc lampadam. Conf. Priscian. p. 758.

LAMPADARIUS, i. m. Qui fert lampada, aut Qui eam accendit. Vid. l. fin. C. de diuers. off.

LAMPADIAS, ae. m. Cometae genus. Plin. 2, 25 Lampadias ardentibus imitatur faces.

LAMPADION, i. n. At flagrans, odiosa; loquacula, lampadion sit Lucret. 4, 1158. Est diminutiuum Graecum a Lampas, ut amatores dicunt, mea lux etc.

LAMPADO, onis. m. Bulbus. Th. Priscian. de Diaet. c. 10 Bulbi, id est lampadones desiccatiui sunt.

LAMPETIE, ae. Una Phaëtonis sororum, in arborem succi feracem mutata Ouid. Met. 2, 349. a fulgore s. splendore dicta.

LAMPEVS, i. m. Mons est Arcadiae, teste Plin. 4, 6.

LAMPPIA, ae. f. [*Λαμπία*] Fluius est Arcadiae, cuius meminit Stat. Theb. 4, 290 cadensque iugis Lampia niuosis. al. Lampea.

LAMPON, onis. m. Panchates, Pelorus, et Campbasus, nomina sunt equorum apud Sil. 16, 334. De Lamponē scribit hoc modo: Euiolat ante omnes, rapidoque per aëra cursu Callaicus Lampon fugit, etc. Interpretis Candidum vel Splendidum.

LAMPSACVM, i. n. [*Λάμψακος*] ante Pityusa vocata, ciuitas est Bithyniae in Helleponto, de qua pluscula Cic. Verr. 1, 63.

LAMPSACENVS, a, um. Adi. [*Λαμψακηνός*] Cic. ibid.

LAMPSACIVS, a, um. Idem quod Lampfacenus. Martial. 11, 52 Tanta est quae Titio columna pendet, Quantam Lampfaciae colunt puellae. Versus Lampfacius, pro Salaci et impudico. Martial. 11, 17 Nam mea Lampfacio lasciuit pagina versu.

LAMPSACVS, i. f. Idem quod Lampfacum. Valer. Flac. 2, 623 Transmissaque puppi Lampfacus, etc.

LAMPSANA, v. LAPSANA.

LAMPYRIS, ydis. f. [*λαμπυρίς*] Genus vermis, de quo sic Plin. 11, 28 Lucent ignium modo noctu, laterum et clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu resurgentes, nunc vero compressu obumbratae, non ante matura pabula, aut post desecta conspicuae. Add. Id. 18, 26.

LAMVS, i. m. Equus generosus apud Sil. 16, 474 Tum Lamus et Sicoris proles bellacis Ilerdae. ¶ 2 Lamus etiam filius Herculis ex Omphale Ouid. Epist. 9, 54.

LAMYRVS, i. m. Lacertorum piscium Genus. Plin. 32, 11. Ouid. Fragm. Halieut. v. 120.

## L A N

LANA, ae. f. [*λαίον, λάχνη*] Pili tenuiores et longiores, quales ouium. Lana et tela victum quaeritare Ter. Andr. 1, 1, 48. Cic. de Orat. 2, 277 Quando ad me venis cum tua colu et lana? Ad hominem mollem dictum. Glomus lanae Hor. Epist. 1, 13, 14. Aurea lana v. illus aureum Prop. 3, 9, 12. et Ouid. Fast. 3, 876. Mollis lana Virg. Georg. 2, 120. Pectita lana, vid. Pectitus in PECTO. Sordida lana Ouid. de Arte Am. 3, 222. Succida lana Iuuen. Sat. 5, 24. Scribon. 41, 47. et saepius. Sulfurata lana Idem 43. Tincta murice lana Ouid. de Arte Am. 1, 251. Tonsae lanae Hor. Carm. 3, 15, 14. Carpere lanam, vid. CARPO. Ducunt lanas aut stamina pollice versant Ouid. Met. 4, 34. Excolere rudes lanas Ouid. de Arte Am. 2, 220. Facere lanam Lucret. 5, 1353. Fucatur alba nec Assyrio lana veneno Virg. Georg. 2, 465. Inuertere alben-tes lanas murice Sil. 16, 569. Inuoluere niueam pensis lanam Claud. in Eutrop. 1, 276. Medicata lana fuce Hor. Carm. 3, 5, 28. Mentiri varios discet lana colores Virg. Ecl. 4, 42. Mollire lanam Ouid. Fast. 3, 817. Tingebat bibulas murice lanas Ouid. Met. 6, 9. Tractare lanam Iustin. 1, 3. Trahere lanam Iuuen. 2, 54. Quid. Met. 6, 19, de Arachne,

Tantus decor adfuit arti,  
Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes,  
Seu digitis subigebat opus, repetitaque longo  
Vellera mollibat nebulas aequantia tractu;  
Sive leui teretem versabat pollice fusum;  
Seu pingebat acu; scires a Pallade doctam.

Quibus praecipuas partes lanificii Poëta explicat. De lana caprina rixari

100

105

Hor. Epist. 1, 18, 15. *est De nihilo contendere, ut piline sint an lana caprarum.* Lana non tantum de ouibus dicitur, sed de aliis etiam quibusdam animalibus et arboribus. Ulpian. in l. Si cui lana. §. Lana leg. ff. De legatis et fideicom. 3. Lana legata etiam leporinam lanam, et anserinam, et caprinam credo contineri, et de ligno, quam Graeci *ἑριόφυλον* appellant. In eadem lege etiam memoratur Lana facta, infecta, neta, succida, lota, tinctoria. It. §. 12 Constabat apud veteres lanae appellatione versicoloria non contineri.

LANVLA, ae. f. Dimin. Cels. 7, 27 Tenuisque carunculae lanulis similes.

LANARIUS, i. m. [*ἑροκόμος*] Qui lanam curat. Plaut. Aul. 3, 5, 34 Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Et Inscript. apud Reines. Class. II. n. 96. M. SILANO. M. L. SYRO. LANARIO. Et *ἑριουργός*, lanarius Gloss. Gr. Lat.

LANARIA, ae. [*ἑριόριον*] Herba et radix, quae et Struthium Graeco nomine dicitur. Plin. 24, 18 f. 104 Herba lanaria ouibus ieiunio data, lactis abundantiam facit. Colum. 11, 2, 35 Oves Tarentinae radice lanaria lauari debent, ut tonsurae praeparentur. Plin. 19, 3 f. 18 Quae vocatur radícula lauandis lanis succum habet, mirum quantum conferens candori mollitiaeque. Vid. *omnino Rhod. ad Scribon. 10 Struthii*, quod est radix lanaria.

LANARIS, e. [*ἑροκόμος*] Quod lanam gerit. Varr. de R. R. 2, 9, 1 Nos qui pascimus pecus lanare.

LANATVS, Adi. [*λαχνήεις, μαλλωτής*] Quod lanam habet. Lanatum pecus Columel. 11, 2. Plin. 17, 22. Oves lanatae Columel. 7, 3. Pelles lanatae Columel. 6, 2. Lanata pellis non nimum tonsa Scribon. 80. Vites lanatae, *Amineae dictae*, quod canescant folia lanugine Columel. 3, 2, 12. Luporum (*piscium*) laudatissimi, qui appellantur lanati a candore mollitiaeque carnis Plin. 9, 17. Compar. Lanatiore canitie folia Plin. 21, 20.

LANETVM, i. n. Vestimenti genus ex lana succida confectum Festus.

LANEVS, a, um. Adi. [*ἑρούς*] Quod ex lana est. Plaut. Mil. 4, 4, 42 Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam. Infula lanea Virg. Georg. 3, 487. Latisculum laneum, i. e. *Latus mollissimum* Catul. 23, 10. Pallium laneum Cic. Nat. Deor. 3, 83.

Tracta lanea, pro *Lancis liciis*, vel *Lancis pannis*, vel potius pro *Lanae glomis*. Varro ap. Non. 3, 247 Etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori. *Tarnebus*. Vitta lanea Propert. 3, 6, 30. Lancus lupus, *Piscis*. Martial. 13, 89 Laneus Euganei lupus excipit ora Timau i. lanatus, quod modo e Plinio declarauimus.

LANESTRIS, e. Laneus. Vopisc. Aureliano c. 29 Lanestre pallium.

LANICIA, ae. f. Laberius apud Non. 3, 133 Mollis e lanicia Attica vestis.

LANICIES, ei. f. Tertull. adu. Marc. 2, 3 Sed quia lanities renouata haec corpora vestit.

LANICIVS, a, um. Arnob. 5 p. 174 Custos gregis lanitii.

LANITIVM, siue quod rectius putamus, LANICIVM, i. n. [*ἑριουργία, ταλασιουργία*] dicitur, sicut a Fuga, Effugium; teste Seruio ad Virg. Georg. 3, 384 Si tibi lanicium curae, primum aspera silua etc. Arnob. adu. gentes 7 p. 222 fin. Putor qui ex ardentibus fetis, ex agnorum laniciis, gallinarumque de plumis, tollitur. Plin. 6, 17 Primi sunt hominum, qui noscantur, Seres, lanicio siluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem. Add. Id. 11, 33. Colum. 7, 3. Lanicium, non tam Curam lanae significat, quam lanati pecoris, ut ex Arnobio apparet, sic scribente 8 p. 8 Numquid in culpa natura est, quod laniciis extulit importunissimam belluam? i. ouibus lupum. Iterum p. 12 Lanicia curent vestra numerosis foetibus multiplicari.

LANICVTIS aries Laber. ap. Tertull. de pall. 1.

LANIFICIVM, i. n. [*ταλασιουργία*] Lanae opificium. Columel. 12 in Prohem. Nunc vero quum pleraeque sic luxu et inertia defluant, ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur. Et Apul. Met. 9 p. 219 Ego misera et pernox et perdia lanificio neruos meos contorqueo.

LANIFICVS, a, um. [*ἑριουργός, ταλασιουργός, ἑροκόμος*] Qui lanae artem exerceat. Martial. 6, 58 Si mihi lanificae ducunt non pulla sorores Stamina, nec surdos vox habet ista deos. Add. Id. 4, 54. Artis lanificae doctissimus Claud. in Eutrop. 2, 382. Manum lanificam imponere pensis Tibul. 2, 1, 10. Lanifica summa Festus in Gaia Tanaquile. Lanificus, cum genitio; Lanificus staminis Iuuen. 12, 65. *Potest tamen et aliter construi.*

LANIFER, era, erum. Adi. [*ἑριόφορος*] Quod lanam fert. Plin. 13, 14 Aethiopia Aegypto contermina insignes arbores non fere habet, praeter laniferas Vid. LANA.

LANIGER, era, erum. Adi. [*ἑριόφορος*] Idem. Plin. 12, 10 Eiusdem insulae excelso suggestu lanigeræ arbores alio modo, quam Serum. Laniger absolute de agno Phaedr. 1, 1, 6. Innumeris effoetus laniger annis Ouid. Met. 7, 312. Greges lanigeros agitare Virg. Georg. 3, 487. Oves lanigeræ Virg. Aen. 3, 660. Pecus lanigerum Accius apud Cic. de Diuin. 1, 44. Pecudes lanigeræ Virg. Aen. 3, 642. Vellus lanigerum Ouid. Epist. 18, 144.

LANILVTOR, *ἑριοπλότης* Gloss. Lat. Gr.

LANIPENDENS, *ταβυῆχος γυνή* Gloss. Gr. Lat.

LANIPENDIVS, *ταβυῆχος ἑριών* Gloss. Lat. Gr.

LANIPENDIA, ae. f. Quae lanam pendet et distribuit. l. 33. ff. de donat. inter vir.

LANOSVS, a, um. [*δασύμαλλος, ἑριώδης*] Lana abundans. Columel. 7, 3 Eliges bimam vasti corporis, ceruice proliza, proluxi villi, nec asperi, lanosi et ampli vteri. Iuuenis lanoso barbitio genas inumbrans Apul. Met. 5 p. 162. De armentis usurpatur Pallad. 8, 4.

LANITONDIVM, i. n. Oves aestate lanitondium patiuntur Scholiaf. Horat. Epod. 2, 16.

LANOSITAS, atis. f. Tertull. de Pallio c. 3 Muscosae lanositatis conchae.

LANVGO, vid. infra f. l.

LANCEA, ae. f. A latitudine ferri dicta est, vel quia Graece *λόγχη* dicitur; Teli genus longissimum. Hispanica dictio est, non Latina, ut Gell. ait 15, 30 extr. ex Varrone. Sueuis hoc vocabulum tribuitur a Sifenna Hist. l. 3 ap. Casaub. ad Strabon. l. 4. Festus, Lancea a Graeco dicta, quam illi *λόγχην* vocant: *λόγχη* enim hasta, et *λογγίτης* satelles. Plin. 15, 30. Tacit. Hist. 3, 27 Disiectam fluitantemque testudinena lanceis, contisque scrutantur, donec disiecta compage scutorum exangues prosternerent. Felix lancea Lucan. 6, 190. Quae non aberrat, sed destinata ferit. Domitianus ap. Sueton. 10 Sallustium Lucillum Britanniae Legatum interfici iussit, quod lanceas nouae formae appellari Luculleas passus esset. Venatoria Apul. Met. 1 pr. Idem Met. 8 p. 203,

Equi poplites lancea feriens amputat. *Etiam hic de venatu sermo est.*



LANCŒOLA, æ. f. Dimin. Capitol. Maxim. Iun. c. 4 Lanceola fissâ est fulmine. Vulgat. 1 Reg. 18, 28 *Baalitæ* incidebant se iuxta ritum suum cultris et lanceolis.

LANCŒOLATUS, a, um. *Plantago lanceolata* Macer. 2, 3, 5 Quod foliis vt lancea surgat acutis.

LANCŒO, Ære. *Lanceam mittere*. Tertull. adu. Marc. 3, 13 Qui ante norint lanceare quam lancinare. Conf. Idem adu. Iudæos c. 9. *Iunius interpretatur per Lances exhaurire*.

LANCŒATUS, a, um. [*λογχοῦτος*] *Lancea armatus*, vt Hastatus etc. Sed Lanceatus, Partic. *Ictu lanceæ necatus*. Firmicus, Quicumque habuerunt horoscopus in XXI parte Tauri, lanceati moriuntur.

LANCŒARIUS, i. m. [*λογχοφόρος*] *Qui lanceam gerit*. Vid. Ammian. 21, 13 et 31, 33.

LANCINO, Ære. [*κατακλίζω, νότιω*] *Ferire, lacerare*. Plin. 11, 34 Est et volucre canibus peculiare suum malum, aures maxime lancinans, quæ defendi morfitu non queunt. Add. Solin. 40 al. 53 In Asia locus est, quo primo aduentus sui tempore cicohiæ aduolant, et eam, quæ ultimo aduenerit, lancinant vniuersæ.

LANCINATUS, a, um. Bona paterna lancinata Catull. 27, 15. Adde Senec. de Ira 1, 2. Id. de Breu. Vit. c. 12 et Epist. 32.

LANCINATIO, ònis. f. apud Celsum.

LANCINATOR, òris. m. *Qui lancinat*. Prudent. Romano v. 1057 Lancinatores gregum.

LANDICA, æ. f. [*κλειτορίς*] *Pars pudendi muliebris, quam ita describit Auctor Epist. Sorani ad Cleopatram, Intus quod a superiore parte descendit in medio dicta est Landica, motum sæpe titillationis habens ex libidine*. Exc. V. Gl. Landica *ἐκαράδιν* et in Exc. ex vet. Lex. p. 244 *inter membra corporis humani obscena Landica, ἐκαράδιν. Vulcanius suspicatur ἐκὰρα ἑυνακία. Sed terminatio hæc est diminutiuum nouæ Græciæ. Landira legendum coniecit Martinius, non improbane*

*Vossio de Vit. Sermon. Contra sunt, qui Ciceroni ipsi tribuunt; et ad Landicam respici putant Fam. 9, 22 Hanc culpam maiorem an ILLAM DICAM? potuit obscenius? Non, inquis. non enim ita sensit. Non ergo in verbo est obscenitas. Vid. Valesiana p. 92. Sed aliis recentis barbariæ nomen videtur, et plane non id significare, quod diximus, sed ἐκὰραν proprie dictam foculum, ferramentum, cui imposta, tanquam crati, ligna propter aëris ab inferiori parte accessum facilius ardeant, scribendumque Landiram, cum sit Gallorum Landier, quem subicem s. subicem focarium interpretatur Budæus. Sed patet alieni etiam Landie Gallorum, et Itolorum Landra et Landrica in mentem venire.*

LANEVS, vid. LANA.

LANGA, æ. f. *Genus animalis, quod alii Languriam vocant, quam dicunt circa Padum inueniri*. Plin. 37, 2 f. 11, 1 *vbi de Lyncurio, Alii dixere langurium, et esse in Italia bestias langurias. Zenothemis Langas vocat eadem, et circa Padum iis vitam affirmat*.

LANGIA, æ. f. *Fons est in Nemea silua Arcadiæ, vt indicat Stat. Theb. 4, 728*.

LANGVOR, òris. m. [*παραμω, πάρεσις, μαλακία, καθρότης*] *Proprie est Defectus virium, et succi naturalis. Vel me hæc deambulatio, quam non laboriosa, ad languorem dedit Ter. Heaut. 4, 5, 3. Plaut. Afin. 3, 2, 28 Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores etc.*

¶ 2 *Poëtis solet pro morbo poni. Aquosus languor, Hydrops* Hor. Carm. 2, 2, 15. *Discedit languor a corpore* Ouid. Epist. 20, 3. *Habet perpetuus corpora languor* Ouid. Trist. 3, 8, 24. *Insicere animum languore, vid. INFICIO. Pesus multus languoribus* Catul. 53, 31. *Solutus molli languore* Ouid. Met. 11, 648. *Soluta membra languore* Id. Met. 11, 612.

¶ 3 *Languor, ad animum transfertur, pro Debilitate, defectu, torpore, inertiaque.* Cic. Off. 1, 123 c. 34 *Nihil autem magis cauendum senectuti, quam ne languori se desidiaque dedat. Idem Att. 14, 660 Vides languorem bonorum.* Add. Non. 4, 283.

LANGVEO, ui, Ère. [*ἀδύνη, ἀλγος, ἀσθενία*] *Descere, infirmum esse, dissolui. Languens vox* Cic. Off. 1, 133. *Artus confecti languent* Lucret. 3, 960. *Corpora languent tristi morbo* Virg. Georg. 4, 252. *Cor languens* Catull. 62, 99. *Gratia languet* Sil. 17, 361. *Flos languentis hyacinthi* Virg. Aen. 11, 69. *Ictus languens* Lucan. 3, 687. *Iubar lunæ nimborum languet* Stat. Theb. 12, 305. *Manu languenti tenera aliquid* Ouid. Met. 12, 318. *Membra languentia* Lucret. 6, 797. *Delagi languentis recursus* Virg. Aen. 10, 388. *i. tranquilli. Vires in corpore languent* Ouid. e Pont. 1, 4, 3. *Languere e via* Cic. Philipp. 1, 12 c. 5.

¶ 2 *Ad animum quoque refertur, remissum a metu, pigritia etc.* *Languet auditor, non attendit, eoque nec mouetur* Quint. 9, 3, 27. *Languere, Timidum esse, remissus agere.* Sallust. Catil. c. 52, 18 *Si paululum modo vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt. Incitat languentes vis sonorum, et excitatos languere facit* Cic. de Legib. 2, 38 c. 15. *Id. in Pison. 82 c. 33 Nec despero tamen (quanquam languet iuuentus, nec perinde atque debeat, in laudis et gloriæ cupiditate versetur) futuros aliquos, qui abiectum hoc cadauer, Consularibus spoliis nudare non nolint.* Cic. de Nat. Deor. 1, 7 c. 4 *Nam quum otio langueremus, et is esset Reip. status, etc. Compar. Partic. Languentior est in Priapeis.*

LANGVESCO, Ère. [*παρρημύζω, ἀπομαραίνωμαι, καθίζω*] *Languere incipere* Virg. Aen. 9, 435 *Purpureus veluti quum flos succifus aratro Languescit moriens.* Cic. de Fin. 4, 65 *Hebes acies est cuiusdam oculorum, corpore alius languescit. Lumina languescunt morte* Catull. 62, 188. *Ac de animo, Quint. 1, 2, 18 Languescit mens in secretis. Affectus* Id. 11, 3, 2. *Cic. in Caton. 28 c. 9 Orator metuo ne languescat senectute. Cupido languescit: h. e. Minuitur* Plin. Epist. 2, 20 pr. *Industria languescit* Cic. in Orat. c. 2. *Languescente colore in luteum* Plin. 27, 13.

LANGVIDVS, a, um. [*ἀσθενός, ἀπυλός, καθρός, ἀμαρτός*] *Quod languet. Languidus vino, vigiliisque.* Cic. Verr. 3, 34 c. 12. *Et in Catil. 2, 10 Vino languidi, confecti cibo, fertis redimiti. Aura languida* Ouid. e Pont. 2, 1, 2. *Auctoritas languida patrum facta est* Plin. 15, 29. *Cassis languida* Martial. 5, 25. *Ceruis languida* Stat. Theb. 10, 300. *Colore languido herba in candidum vergente* Plin. 12, 12. *Coronæ languidulæ* Quintil. 8, 3. *Coniua languidus* Hor. Serm. 2, 4, 39. *Ictus languidus, cui Creber opponitur* Plin. 11, 37. *De pulsu arteriarum. Ignis languidus* Plin. 34, 8. *Lumina languida* Catull. 62, 220. *Oratio languidior* Quint. 4, 1, 67. *Cic. de Fin. 2, 39 Vt tardam aliquam et languidam pecudem ad pastum. Quies languida* Virg. Aen. 12, 908. *Consilia* Cic. Att. 10, 11. *Compar. Cic. Quint. Frat. 1, 2 Si qui antea aut alieniores fuerant, et languidiores, nunc horum odio, se cum bonis coniungunt. Languidiori studio in causa esse* Cic. pro Lig. c. 9. *Ira languidior* Plin. Epist. 105.

VOL. III.

9, 13, 4. *Semina nequitiae languidiora facit Ouid. Amor. 3, 4, 10. Vina languidiora promere Hor. Carm. 3, 21, 7. Vultus Quintil. 11, 3, 159.*

LANGVIDE. Adu. [*ἀργός, καθῆρος*] *Cunctanter, negligenter, otiose. Columel. 11, 1 Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim a prima luce familia cunctanter et languide procedat. Add. Caes. Bell. Gall. 7, 27. Hirt. B. G. 8, 18. Compar. Plin. 37, 7 Qui languidius et liuidius lucent.*

LANGVIDVLVS, a, um. [*ὑπόνοστος*] Dimin. Somni languiduli Catull. 62, (65,) 331. Coronae languidulae Quintil. 8, 3, 66.

LANGVITVDO, inis. et LANGVITAS, atis. f. Gloss. Gr. Lat. *ἀργότης, Languitudo, languitas.*

LANGVEFACIO, ere. Cic. de Legib. 2, 38 c. 15 *Languefacit excitatos. Al. Languere facit.*

LANGVIFICVS, a, um. *Languere faciens. Leo languificus Aufon. Ecl. p. 558. de sidere, quod cum aestu languorem inducat hominibus.*

LANGVRIVM, i. n. *Electri species, ex langis siue languriis factum Plin. 37, 2 f. II, I.*

LANGVRIA, vid. LANGA.

LANICIVM, LANIFER, LANIFICIVM, LANIFICVS, LANIGER. Vid. LANA.

LANIVS, i. vel LANIO, onis. m. [*κρεοπώλης, κρεουγός*, Lanio, Cornarius, Lanus Gloss. Gr. Lat.] *Qui carnes vendit, A. laniandis pecoribus, quod eas concidat, lanietque. Ter. Eun. 2, 2, 26 Concurrunt laeti mihi obuiam cupedinarii, cetarii, lanii, coqui. Conf. Cic.*

Off. 1 c. 42. Liu. 22, 25. Martial. 6, 64 *Omnia crudelis lanus per compita portat. Instrumentum lanionis, Paullus ICt. 1. 18. pr. ff. de Instruet. Add. Petron. Fragm. Trag. c. 39. ¶ 2. Iocose Plaut.*

1, 3, 98 *Lanios arcessam dulos cum tintinnabulis, carnifices intelligit.*

LANIENA, ae. f. [*κρεοπώλιον*] *Officina, in qua sunt et venduntur carnes. Plaut. Epid. 2, 2, 15 Per myropolia et lanienas, circumque argentarias. Adde Tertull. de Anima c. 33. Est etiam Aelus ipse laniandi; unde Medicorum sectio, Laniena Hippocratica a Prudent. dicitur Roman. v. 498.*

LANEA, vel LANIA, ae. f. *Idem quod Laniena. Liu. 44, 16 extr. Laneasque et tabernas coniunctas in publicum emit. Sed legitur rectius lanienasque.*

LANIGNVS, a, um. Adi. *ut ab Abiete Abiegnum, a Larice Larignum, sic a Lanio Lanignum pro Lanionio veteres formarunt. Macro. Hoc intervallo primum forensis dignitas creuit, atque ex tabernis lanionia argentariae factae Non. 12, 55. Conf. Turneb. Aduers. 14, 19.*

LANIONIVS, a, um. [*κρεοπωτής*] Adi. *Quod ad lanium pertinet. Vnde Lanioniae mensae, in quibus scinditur caro. Suet. in Claud. c. 15 Carnificem statim acciri cum machaera, mensaeque lanionia flagitavit. Vid. ibi Casaub.*

LANIO, are. [*ἀμύσσω, λαφύσσω, σπαράττω*] *Discindere. κρεοπωτή Gloss. Lat. Gr. Liu. 9, 1 Placari nequeant, nisi hauriendum sanguinem; laniandaque viscera nostra praebuerimus. Laniare dentibus Liu. 22, 51 extr. Dentibus artus Virg. Georg. 3, 514. Amictus tenues laniavit Ouid. Met. 4, 104. Capillos laniare Id. Ibid. 9, 354.*

Carnem laniare dicitur lanus Paul. in l. Quum de lanionis in princip. ff. De fund. instruct. Corpus laniare Ouid. Fast. 4, 238. Crinem laniare Id. Met. 2, 350. Membra sua laniare Ouid. Met. 14, 195. Mundum laniant venti Id. Ibid. 1, 60. Tunicam laniare Ouid. de Arte Am. 2, 171.

LANIATVS, a, um. Partic. [*ἡμυγμένος*] *Capillos laniata Ouid. Epist. 12, 157. Laniatum merisit in vndis Id. Met. 7, 349. Classis laniata Idem Epist. 7, 175. Corpus tractum atque laniatum Cic. Phil. 11 c. 2. Genas laniata Virg. Aen. 12, 606. Conf. Id. 6, 494. Nauigia Sall. Fragm. p. 991 Cort. Sinus laniata Clymene Ouid. Met. 2, 335.*

LANIATVS, us. m. [*ἄμυξίς, ἄμυχη*] *Cic. Tusc. 1, 104 c. 43 Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? Auium aut canum laniatus Iustin. 41, 3, 5. Belluarum laniatibus obiectare Arnob. 1 p. 14. Plin. 8, 40 Laniatuque et latratu adactum, ut cogetur fateri scelus.*

LANIATIO, onis. f. Senec. de Clem. 2, 4 *In caedes hominum ac laniationes peruenit.*

LANIARIVS, i. m. *Idem qui Lanus. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 1035. n. 4. C. NIGIDIVS. PRIMVS. LANIARIVS.*

SIBL etc. *Huc etiam potius, quam ad substantiuum LANIARIVM, n. pro Laniena, retulerim locum Varr. de R. R. 2, 4, 3 Quis enim nostrum fundum colit, quin sues habeat, et qui non audierit patres nostros dicere, ignauum et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario, quam ex domestico fundo.*

LANIATOR, oris. m. [*μακελλάριος*] Gloss. Gr. Lat.

LANIATORIVM, i. n. [*κρεοπωλείον*] Gloss. Gr. Lat. [*μακελλήιον*] ibid.

LANISTA, ae. m. [*ὁ τῶν μογομαχῶν γυμναστής*] *Magister et institutor gladiatorum: quod genus vitae sequi fere solebant gladiatores, unde et libertate donati: itaque non minus infames sunt, quam gladiatores. Liu. 28, 21 Gladiatorium spectaculum fuit, non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est, feruorum, quique venalem sanguinem habent. Conferre se ad lanistam Cic. pro Rosc. Amer. c. 6. Iuuen. 3, 158 Hic plaudat nitidi praeconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenisque lanistae. Add. Martial. 11, 67.*

Sen. de Benef. 6, 12. *Metaphor. pro face et incitatore belli ciuili. Cic. Philipp. 13, 40 c. 19 Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitavit, ne videret vnus corporis duas acies lanista Cicerone, dimicantes. Vid. etiam Liu. 35, 33. et Conf. ibid. Gronou. Lanistae auium rixosarum disti sunt a Columel. 8, 2, 5 Qui certaminibus praeparabant*

gallos gallinaceos.

LANISTITIVS, a, um. Lanistitia familia Petron. Fragm. Tragur. c. 45 *quam Sueton. Aug. 40 Lanistarum familiam vocat.*

LANIVIVM, siue LANVVIVM, i. n. [*Λανυβίον*] *Oppidum antiquum Latii, de quo Cicero pro Mil. c. 10. Propert. 4, 8, 3. ubi vid. Bronckh. ut et ad 4, 8, 48. et 4, 9, 20. Sil. 13, 364. et quos laudat Drakenb. ad 8, 363. Liu. 3, 29 Lanuuium in exilium abire iubetur Volscius.*

¶ 2 *In obscenis esse volunt quidam hoc nomen, et muliebri pudendum intelligunt in versu Prop. 4, 8, 48 Lanuuii ad portas heu mihi solus eram. Sed frustra, nihil enim aliud Poeta, quam se tota mente et cogitatione fuisse defixum in Cynthia sua, Lanuuii, vti putabat, agente, ut praesentium voluptatum fructum capere non posset. Vid. Brouckhus.*

LANIVINVS, et LANVVINVS, a, um. Adi. [*Λανυβίος*] *Hor. Carm. 3, 27, 5 Ab agro Raua decurrens lupa Lanuuiino Liu. 8,*

14 *Lanuuinis ciuitas data sacraque sua reddita cum eo, ut aedes lucus-*

que sospitae Iunonis communis Lanuvinis municipibus cum populo Rom. effet. *Add. Sil. 13, 364. Ater Lanuvinus Catull. 37, 12. Adde Cic. Fam. 9, 22.*

LANOCVLVS, i. m. Qui lana vitium oculi tegit, *inquit Festus. Nempe lana, ut spongia vtuntur ad laesa, inflammata etc. Conf. Casaub. 5 ad Suet. Domit. c. 17.*

LANOSVS, *vid. LANA.*

LANTERNA *vid. LATERNA.*

LANVGO, inis. f. [*ἰλας, χνόος, λάχνη*] *Tenera pilatio, a lanae similitudine, qualis in adolescentium genis, et in pomis quibusdam cernitur. Columel. 3, 2, 12 Lanatam quoque Amineam quidam maxime probant: quae hoc vocabulum non ideo vsurpat, quod sola ex omnibus Amineis, verum quod praecipue canescit lanugine. Nunc primo opacat flore lanugo genas Pacuu. ap. Fest. in GENAS. Martial. 1, 115 Dum nulla teneri sordent lanugine vultus. Adultae lanuginis iuuenis Ammian. 16, 27. Comae graciles instar lanuginis Ouid. Amor. 1, 14, 23. Martial. 10, 42*

Tam dubia est lanugo tibi; tam mollis, vt illam

Halitus, et soles, et leuis aura terat.

Celantur simili ventura Cydonia lana,

Pollice virgineo qua spoliata nitent.

Fortius impressi quoties tibi basia quinque,

Barbatus labris Dindyme fio tuus.

Fuscante tamen lanugine malas Lucan. 10, 135. *Noua lanugo Ouid. Fast. 5, 173. Ponere lanuginem, Tractare lanuginem alicuius Suet. 25 Ner. c. 34. A prima lanugine Suet. Oth. c. 12. Primae lanuginis actas Ouid. Epist. 15, 85. Primae lanuginis anni Propert. 3, 7, 59. adolescens Ammian. 27, 6. Quasi lanugo quaedam oxitriphylli Scribon. 163. Rara lanugo Plin. 8, 37. Ridens lanugo Claud. in Conf. Prob. et Olyb. 70. Rosea lanugine malae Stat. Theb. 9, 703. De Fructu et Arboribus dicitur. Mala cana tenera lanugine Virg. Ecl. 2, 51 In pomis cydoniis Col. 12, 45, 2 Frondium lanugine vestiri Plin. 7, 2. Mollis lanugine abundans herba Lucret. 5, 815. Metaph. Lanugo pro Scobe. Columel. 4, 29, 16 Nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.*

LANVGINEVS, a, um. Apul. de Herb. c. 62 Floccosis vel lanugineis adnationibus.

LANVGINOSVS, a, um. Adi. [*χνοώδης*] Plin. 19, 3 Est et alia similis pseudanchusa ob id appellata, a quibusdam vero enchusa, aut doris, et multis aliis nominibus, lanuginosior et minus pinguis Id. 22, 20.

LANVVIVM, *vid. LANIVIVM.*

LANX, lancis. f. [*μαζονόμιον, δίσκος, κλάτριξ*] *Vas latum et profundum, minus excauatum quam patinae. Vas escarium, in quo caro tam iossa, quam elixa conditur, mensaeque infertur. Ne non et cantharus et lanx ostendat tibi te Hor. Epist. 1, 5, 23. i. discus, secundum Scholiast. Iubet autem speculi instar polita esse vasa. Plaut. Amphit. 4, 2, suppos. 3, 21 Interea dum isti certant, in popinam diuertendum est mihi: lances detergam omnes, omnesque trullas hauriam. Cic. Att. 6, 1 Lancibus et splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere. Lanx, a Latitudine dicitur, ut quidam putauerunt. Mensas secundas et scitamenta Exiguas lances apponere Symmach. ep. 1, 23. Caelata lanx Ouid. ex Pont. 3, 5, 20. Cauatae lances Martial. 11, 32. Grandis lanx Ouid. ex Pont. 4, 8, 40. Pandae lances Virg. Georg. 2, 194. Quadratae lances Vlpian. l. Quum aurum. ff. de aur. et argen. etc. legat. Rotundae lances Hor. Serm. 2, 4, 40. Plin. 33, 11 f. 2*

Lances e centenis libris argenti tunc (paullo ante bellum Sullanum) super quingentas numero Romae fuisse constat, multosque ob eas proscriptos dolo concupiscentium. — Claudii principatu seruus eius Drusillanus — quingenariam lancem habuit, cui fabricandae officina prius exaedificata fuerat: et comites eius (lancis lances minores) octo, DCCCL (simul appensas) librarum. ¶ 2 Lances, Stateras dici certum est apud antiquos, quod ad lancium formam factae essent et excauatae. Vnde Bilances dictae sunt, Quae duas lances habent. Ut necesse est lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere Cic. Acad. 4 c. 12. Id. de Fin. 5, 91 Virtutis autem amplitudinem quasi in altera librae lance ponere. Gemina iustum suspendere lance Perf. 4, 10. ¶ 3 Lanx etiam Vas fuit sacrificiis dicatum. Auson. Monosyll. v. 104 Turibula, et paterae, quae tertia vasa desunt? lanx. Omnia, quae geminis aequabis lancibus ante Sammon. 276. Vid. Aequa lance. Virg. Georg. 2, 192

Hic laticis; qualem pateris libamus et auro,

Inflauit quum pinguis ebur Tyrrenus ad aras,

Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

Lancibus, *inquit Seruius, Pandis: aut Patulis, aut extorum pondere curuatis. Reddi autem dicebantur Exta, quum probata et elixa arae superponebantur.*

LANCICVLA, ae. f. Dimin. Arnob. 2 p. 59 Trulla, lancicula, candelabrum.

LANCVLA, ae. f. Aliud Dimin. Vitruu. 10, 8.

## L A O

LAOCOON, ontis. m. [*Λαοκόων*] *Fuit Priami regis filius, vt nonnullis placet, Thymbraei Apollinis sacerdos, qui frustra monuit Troianos de fraude equi a Graecis relicti, cuius deinde filios Dracones frustra ipso repugnante interimerent. Virg. Aen. 2, 41 Laocoon ardens summa decurrit ab arce etc. Add. 201 sqq.*

LAODAMIA, ae. f. [*Λαοδάμια*] *Protesilai, qui primus ad Troiam occubuit, vxor. Vid. Ouid. Epist. 13. Seru. ad Aen. 6, 447. Fuit et Laodamia, Bellerophontis filia, quae a Ioue compressa, Sarpedonem edidit. Vide apud Catul. 66, 74.*

LAODICE, *vel. (vt nonnulli legunt) LAODOCE, es. f. [*Λαοδίχη*] Vna filiarum Priami formosa, quaeque Helicaoni, Antenor regis Thraciae filio, nupsit. Altera fuit, Agamemnonis ex Clytaemnestra filia. Flauaque Laodice, caeloque recepta Celaeno Ouid. 19 Epist. 135.*

LAODICEA, ae. f. [*Λαοδίχη*] *Vrbs celeberrima in Asia, Lyco flumini imposita, vt scribit Plin. 5, 29 primo Diospolis appellata, dein Rhoas. Alia, Phoeniciae, ap. Mel. 1, 12 extr. etc.*

LAODICENI, orum. m. pl. *Incolae Laodiceae. Cic. Fam. 12, 13.*

LAODICENSIS, e. Adi. *Ciuitas Laodicensis Idem Fam. 5, 20.*

LAOMEDON, ontis. m. [*Λαομέδων*] *Pater Priami Regis Troiae, et Antigones. Opes magnae Laomedontis Propert. 2, 14, 2. Laomedon pater Antigones Ouid. Met. 6, 96. Idaeus Laomedon. Ouid. Amor. 3, 6, 54. Senex Laomedon. Id. Met. 11, 757.*

LAOMEDONTIADES, ae. m. [*Λαομεδοντιάδης*] *Patronym. in quo additur A, vt in multis aliis, sicut Anchisades, Talamoniades, de*

*Priamo* Iuuenal. 3, 326. *Laomedontiadae ditli sunt Troiani* Virg. Aen. 3, 284.

LAOMEDONTĒVS, a, um. Possess. [*Λαομεδόντειος*] Item LAOMEDONTIVS, et LAOMEDONTIACVS. Pastor Laomedonteus, Paris Sil. 7, 437. Troiae Laomedontea lūmus periuria Virg. Georg. 1, 501. Urbem Laomedonteam, Romam intelligit Sil. 17, 4 e Troianis per Aeneam ortam. Heros Laomedontius Virg. Aen. 8, 18. Pubes Laomedontia Id. ibid. 7, 105.

## L A P

LAPATHVM, i. n. [*λάπαθον*] *Herbae genus multiplex*. Plin. 20, 21 Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem et siluestre, quod alii Oxalidem appellant, satiuo proximum, foliis acutis, colore betae candidae, radice minima: nostri vero Rumicem, alii Lapathum cantherinum, ad strumas cum axungia efficacissimum. Est et alterum genus, fere Oxylapathon vocant, satiuo idem similis, et acutiora habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Est et aliud Hippolapathon, maius satiuo, candidiusque ac spissius. Conf. Colum. 10, 373. Add. Cic. Fin. 2, c. 8. Radix lapathi Scribon. 57. Herba brevis lapathi Hor. Serm. 2, 4, 29. Catherinum lapathum, vid. CANTHERIVS.

LAPIS, idis. m. Ablat. antique Lapi: Occumbunt multi letum ferroque lapique Enn. Annal. 1. 17. [*λάς, λᾶς, ἄλος*] Proprie est quem Graeci ἄλθον vocant: et mitior, minorque ac tenacior est. Vnde Gemmae, Lapides, non Saxa dicuntur. Plin. 36, 18 De mola versatili, Nusquam hic utilior, quam in Italia gignitur, lapisque non saxum est. Idem, ib. c. 22 Est et viridis lapis, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: et ubi inuenitur, lapis, non saxum est. Indicorum lapidum in adamantibus dignitas prima. Solin. c. 65. Conf. Drakenb. ad

Sil. 12, 231. Ranciroth. Rer. Deperd. P. 1 tit. 16 p. 42. Sic etiam uniones et Margaritas Lapides vocari ostendit Brouckens. ad Tib. 1, 9, 39. Lapidum finalium genera apud eos, qui de limitibus scripserunt, multa reperiuntur. sunt enim haec verba 304 Goef. Lapis fluuiialis, cromaticus vocatur: lapis Tiburtinus, caesalis dicitur. terminus coctus testaceus, vllageris dicitur. lapis albus filicineus, si peralbus fuerit, Galliensis nuncupatur: si mixtam venam habuerit, ignifer nomen habet, nam in aliquibus locis terminos non dolatos posuimus, et nihil illis subter addidimus, etc. De emendatione, vid. Goef. Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas Ouid. ex Ponto 4, 8, 49. Coniectus

lapidum Lucret. 3, 199. Adest lapides Hor. Carm. 3, 29, 36. Angularis lapis Cato R. R. 14. Bibulus lapis Virg. Georg. 2, 348 h. e. Pumex. Seruius Arenarium vocari ait. Clari lapides Hor. Carm. 4, 13, 14 al. cari. Gemmas intelligi, apparet. Incusus lapis Al. Incusus, Manualis mola, cudento exasperata Virg. Georg. 1, 274. Seruius. Lubricus lapis Sisyphi Sen. Med. 747. Manalis lapis, vid. h. v. Missiles lapides, vid. MITTO. Modici lapides, qui funda mitti possunt Liu. 38, 20. Molaris lapis Quintil. 2, 19. Nudus lapis, pro solo saxoso plantis non vestitur Virg. Ecl. 1, 48. Numidicus lapis, Operarii lapides, Ordinarius lapis, vid. hb. vv. Osseus lapis, vid. OS. Parius lapis,

Marmor Virg. Aen. 1, 597. et Georg. 3, 34. Pelliciduli lapidis deliciae Catull. 67, 4. i. gemmae. Quadrato lapide, vel lapide structili reficiat Vlp. in l. Et si forte. §. Modus. D. Si seruit. vindic. Sacer Liu. 41, 17 pr. sc. qui limites signat: v. b. l. Gronou. Nullus in campo sacer Diuisit agros arbiter populis lapis Sen. Hippol. v. 528.

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris, Seu vetus in triuio florea ferta lapis Tibull. 1, 1, 17. Qui lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen est Terminus Lactant. 1, 20. vbi vid. Gallae. Liu. 29, 11 Lapis quidam Sacer datur legalis Rom. quem matrem deum vocabant. Vid. de Lapidibus diuis ad Lamprid. Heliog. 7. Lapidem

et sepulcro colere pro Deo Cic. pro Planc. c. 40. Stratus lapis Paulus in l. Si prius. ff. De aqua pluui. arcend. Lapis viuus, Latinis, quem Graeci Pyriten vocant. Gratius v. 404 Et viuum lapidem et circa melitensia nectunt Curalia, etc. vid. Interpp. Turnebus 6, 9.

¶ 2 Verborum formulae. Appetere lapidibus, vid. APPETO. Circumstruere lapidibus, Cooperare aliquem lapidibus, vid. hb. vv. Emptos de lapide dixit Plaut. Bacch. 4, 7, 17 — O stulte, stulte, nescis nunc venire te: atque in eo ipso aetas lapide vbi praeco praedicat. i. Te venalem esse pronuntiat. Columel. 3, 3, 8 Vinitorem vulgus parui aeris vel de lapide noxium posse comparari putat: Seruum ne-

quam, quem ob noxas saepe admissas prior dominus de lapide vendit praeconio. Cic. in Pison. 35 c. 15 Tribunos de lapide emtos esse ait, quia mercede accepta redempti fuerant, ut fauerent, Clodio, sicut serui de lapide pecunia emebantur. Ferre Lapidem altera manu, panem ostentare altera Plaut. Aulul. 2, 2, 18. Prouerbii vim habet petium ab eo,

qui canem allicit, ut certius ferire possit. Iactare lapidem Virg. Georg. 1, 62. Incessere aliquem iactu lapidum Ouid. Met. 13, 566. Incidere in lapidem, vid. INCIDO. Iure Iouem lapidem, vid. IVPITER. Loqueris lapides, vid. LOQVOR. Mouere omnem lapidem, i. Omnia conari et experiri Plin. Epist. 1, 20 Graece, πάντα λῶναι.

An hoc prouerbium euerit animos militum Antonii Triumviri in expeditione Parthica, de quibus Plutarchus in vita p. 937 B. eos a gustata per inopiam herba quadam venenata eo furoris actos, ut omnium aliarum rerum obliti nihil aliud, quam humi inclinati lapides mouerent, eruerent, transferrerent. Notare diem candidiore lapide Catul. 66, 148, vid. CANDIDVS. Obruerere lapidibus, vid. OBRVO. Plaut. Afin. 1, 1, 16 Nunc me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit, i. In pistrinum. Aliud Prou. Plaut. Curcul. 1, 3, 41 Noli Verberare lapidem, ne perdas manum.

¶ 3 Lapis, pro Calculo humano Scribon. 145. Lapidem extenuat 153. Ad quinquagesimum lapidem reddere Scribon. 146. ¶ 4 Lapidibus apud veteres miliaria signabantur: idcirco Lapis pro Miliario ponitur. Vnde, Ad quartum lapidem, et similia frequentissime apud Liuium leguntur. Adde Flor. 2, 6, 56. Val. Max. 4, 1, 10. Sic Plin. 15, 18 Non castra Punica ad tertium lapidem vallata: quod Liu. 26, 10 tria millia passuum ab vrbe dixit. Inter-

valla viae fessis praestare videtur, Qui notat inscriptus millia crebra lapis Rutil. Itin. 2, 7. Add. Vlpian. l. 1 §. 4 de Offic. Praefecti Vrbi Sed et si quid intra centesimum miliarium admissum sit, ad praefectum vrbi pertinet: si vltra ipsum lapidem, egressum est praefecti vrbi notionem. Quintil. 4, 5, 22 Facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. Quin elliptice etiam Tacit. Hist. 2, 24 Ad duodecesimum a Cremona int. Lapidem. Auctor instituti

Gracchus, de quo Plutarchus in vita. ¶ 5 Lapis conuicium in hominem stupidum, qui non habet plus sapientiae, quam lapis, ut est Plaut. Mil. 2, 2, 81. Ter. Heaut. 4, 7, 3 Cape hoc argentum, ac

defer. s. hei, quid stas lapis? quin accipis? Id. Hec. 2, 1, 17 Tu inquam

inquam mulier, quae me omnino lapidem, haud hominem putas. Add. Id. ibid. 5, 1, 44. Plaut. Merc. 3, 4, 47. Hoc sensu Pierius Valer. Hieroglyph. l. 49 tit. de Lapide, explicat Matth. 3, 9. et Luc. 3, 8. Hic tamen potius hyperbole videtur esse, ut, Lapides mercurie omnes flere ac lamentari coëgisset Cic. de Orat. 1 c. 75. ¶ 6 Lapis, 5  
Feminino genere in usu apud antiquos, ut auctor est Nonius, 3, 123 citans Ennium, Tanto sublatae tunc agmine sunt lapides. Idem Ennius apud Priscian. 6 Occumbunt multi leto ferroque lapique, quasi syllabum esset Lapis Genit. Lapis.

LAPIDEVS, a, um. Adi. [λίθος, λίθος] Quod ex lapidis materia constat. Sed Metaph. Plaut. Truc. 4, 3, 44 Lapidus sum, commouere me miser non audeo. Comparat se per conicam lasciuiam cum Niobe, quae prae dolore obrigit in lapidem, sic se ait prae metu non aude se commouere, et hinc rigere instar lapidis. Cic. Tusc. 3, 63 Niobe fingitur lapidea, propter aeternum in luctu silentium. Duritia lapidea Plin. 27, 11. Cic. de Diuin. 2, 60 Te nec terrae fremitus, nec caeli discessus, nec lapideus aut sanguineus Imber, nec traectio stellae, nec faces visae terrebut. Imbri lapideo pluit Liu. 30, 38. Litus lapideum, vid. ALBION. Murus lapideus Liu. 1, 38.

LAPIDOSVS, a, um. Adi. [λίθος, λίθος] Quod lapidibus abundat. Plin. 19, 8 In locis incultis, lapidosus. Ager lapidosus Ouid. Met. 8, 799. Corna lapidosa, Dura Virg. Georg. 2, 34. Ictus lapidosus grandinis Claud. de Bell. Get. 240. Montes lapidosi Ouid. Met. 1, 44. Nitrum lapidosum Plin. 31, 10. Panis lapidosus Senec. de Benef. 2, 7. Pomis lapidosis obruta terra Columel. 10, 2. Riuus lapidosus Ouid. Fast. 3, 273. Terra lapidosa, Lapidosa loca Varr. de R. R. 1, 9. Compar. Plin. 34, 12 Myfi est lapidosus.

LAPIDOSITAS, atis. f. Tertull. de Habitu Muliebri c. 6 In piscium cerebris lapidositas quaedam est.

LAPIDARIVS, a, um. Adi. [λίθοργός] Quod ad lapides pertinet. Campi Solin. c. 2. Plaut. Capt. 3, 5, 65 Inde ibis porro in latumias lapidarias. Literae lapidariae, i. Saxis incisae Petron. c. 58. Nauis lapidaria Idem c. 117.

LAPIDARIVS, i. m. [λίθωνος] Gloss. Gr. Lat. λιθώνος Gloss. Lat. Gr.] Vlpian. in l. Si vt certo §. Sed interdum D. Commodati, Nam et Mela scripsit, si seruus lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligarit. Vid. Funerarius, subst. in FVNVS. Add. Petron. c. 65.

LAPILLVS, i. m. Diminut. [λίθαξ] Plin. 10, 23 Nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes. Qui litoribus nitent lapilli Martial. 9, 58. Dies signandi mellioribus lapillis Id. Epigr. 53. Erythraeis Thetidis lapillis, i. margaritis pro albis calculis signanda nox Stat. Silu. 4, 6, 18. Attritus lapillus, vid. ATTERO. Niuei lapilli Hor. Serm. 1, 2, 80. Lapilli, Lapidus pretiosi, ut sunt gemmae, mar. Perilli. Hor. Serm. 1, 2, 80 Nec magis huic intra niueos viridesque lapillos. Peregrini lapilli Ouid. de Nuce v. 141.

LAPILLEVS, i. m. Aliud Dimin. Idem Solin. c. 15 Grues sublatis lapillulis ad moderatam grauitatem saburrantur.

LAPICIDA, ae. m. ut Homicida, non Lapidicida [λιθόμος] Onomast. Vet.] Qui lapides caedit. Varr. de L. L. 7, 33 Qui lapides caedunt Lapididas.

LAPICIDINA, ae. f. [λιθομία] Locus ubi lapides exciduntur. Varro de L. L. 4, 32 p. 36, 30 de Tulliano carcere, Syracusis, vbi simili de causa custodiuntur, vocantur Latomiæ, et de Latomia translatum, quod hic quoque Lapidicinae fuerunt. In Durdrac. male editum Lapidicinae. Melius Scioppius Lapidicinis, cum Lapidida ipse Varro prober. Plaut. Capt. 3, 5, 78 In lapidinas facite deductus fiet. Ibid. 5, 1, 24 In lapidinas compeditum condidi. Cic. de Diuinat. 1 c. 13 Fingebat Carneades in lapidicinis Chiorum saxo diffisso Caput exstitisse Panisci. Conf. 2 c. 21. Scripturam Lapidicina probat etiam Manut. Orthogr. 60 p. 479 ex Veter. Lapide, quem dum repetit Gruterus p. 593, 8, exiit non recte LAPIDICINIS: quae quidem posterior scriptura passim in sequioris aevi libros irrepfit. Sic Scribon. 159 Lapidicinae et Saxa in Lapidicinis. Sic scriptum l. 9 §. 2 ff. de Vfufr. l. 13 §. 5 cod. l. 77 de Contrah. Emt. vend. quinquies. l. 13 §. 1 Communia praedior. et passim in Digestis.

LAPICIDINARIVS, i. m. Idem quod Lapidida, λιθωνός, λιθωνός: in Gloss. Cyril.

LAPIDARE, are. [λίθομαι, λίθω, καταλιθω] Lapidibus caedere. Quintil. 3, 2 Lapidare quid sit, manifestum est. Praeteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit Petron. c. 114. i. lapidem aut glebam corporibus nostris iniiciet, ne maneant plane insensata. Florus 1, 22 Exercitus Postumium Imperatorem, insipientem quas promiserat praedas, facta in castris seditione lapidauit. Lapidata templa sunt Tranquil. in Caligula c. 5. a plebe DIs irata ob mortem Germanici. Stephanus quum lapidaretur Tertull. Adu. Prax. c. 30. Add. Vulgat. Hebr. 11, 37. ¶ 2 Lapidare, ad inanimata transfertur, et significat Percutere, pulsareque, etiam sine lapidibus. Macrobi. Sat. 2, 7 Notantes eius impotentiam, hac dicacitate lapidatam. Conf. Buchner. ad Lactant. 6, 23. ¶ 3 Lapidauit, pro Lapidibus pluit. Liu. 43, 13 Reate imbri lapidauit. Sic 29, 14 Nouendiale sacrum, quod de caelo lapidatum esset factum. Lapidatum est, pro Lapidauit, i. lapidibus pluit Liu. 44, 18.

LAPIDANS, antis. Partic. Vulg. Interpr. Act. 14, 19 Lapidantes Paullum traxerunt.

LAPIDATIO, onis. f. [λίθοσησις] Cic. pro P. Syll. 15 — Ille ambitus iudicium tollere, ac disturbare primum conflatu voluit gladiatorum, ac fugitiuorum tumultu: deinde id quod vidimus omnes lapidatione, atque concursu, i. Lapidum iactu, inquit Budaeus. Adul. Id. pro Domo c. 5. et Verr. 4 c. 43. De grandine dicitur. ut, Ne ventis grandinisque lapidatione quaterentur. l. 4 Cod. de Malefic. et Math. De Theatralibus lapidationibus vid. Erhard. et Burm. ad Petron. c. 90. Barb. Aduers. 22, 13. Meurs. ad Lycoph. Cassanbr. v. 331. et Casaub. Animaduers. in Athenaeum 6, 11. et ad Sueton. Calig. c. 5.

LAPIDATOR, oris. m. [λίθωνος] Cic. pro Domo 13 c. 5 Percussor, lapidator, fori depopulator, obseffor curiae.

LAPIDESCO, ere. [λιθόσκω] pro In lapideam duritiem conuertit. apud Plin. 2, 103. Idem 32, 2 de Baccis coralli, Aiunt tactu protinus lapidescere. Lapidescere duritia Plin. 16, 6.

LAPIDICAESOR. [λιθόμος] Gloss. Gr. Lat.] Est itaque idem qui Lapidida.

LAPIO, ire. Durum efficere, et quasi In lapidem conuertere. Paucius apud Non. 1, 87 Lapid cor cura, aerumna corpus conficit. Obsoletum verbum. Festus: Lapid, Dolore afficit.

LAPITHAE, arum. m. pl. [Λαπιθαι] Populi fuerunt, quorum rex fuit Pirithous. Hi Pindum et Oebryu Thessaliae montes habitauerunt. Virg. Georg. 3, 115 Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere. 10

Seruius in sextum Aeneid. Lapithae, populi Theffalidae fuerunt, quibus imperabat Ixion amicissimus Ioui, Phlegyaee filius Virg. Aen. 6, 601. Quid memorem Lapithas? Saeui Lapithae. Hor. Carm. 2, 12, 5 *Quod in epulis nuptialibus Pirithoi regis sui cum Centauris depugnauerunt. vid.*

5 Ouid. Met. 12, 219 sq.  
LAPITHAEVS, a, um. Adi. [Λαπίθαιος] Gens Lapithaea Ouid. Met. 12, 530.

LAPITHEIVS, a, um. Aliud Adi. [Λαπιθήϊος] Praelia Lapitheia Ouid. Met. 14, 670.

10 LAPITHONIVS, a, um. Idem. Lapithonia Nympha Stat. Theb. 7, 297.

LAPPA, ae. f. [ζάβιον.] *Herbae genus, cuius flos an fructus facile adhaerescit.* Plin. 21, 17 Notabile et in lappa, quae adhaerescit, quoniam in ipsa flos nascitur, non evidens, sed intus occultus, et intra se germinat, velut animalia, quae in se pariunt. Idem 18, 17 pr. Lappam inter frugum morbos numerat. Lappa boaria, vid. BOS. Tenax lappa Ouid. ex Pont. 2, 1, 14. Lappaeque tribulique Virg. Georg. 3, 385.

LAPPACEVS, a, um. Adi. Plin. 22, 17 (18) Semina in capitibus lappaceis adhaerentia vestibus. *De helixine.*

20 LAPPAGO, inis. f. *Herba similis anagallidi, nisi esset ramrosior, ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, grauis odoris* Plin. 26, 10.

LAPSANA, ae. [λαψάνη] *Silvestre olus.* Varr. R. R. 3, 16, 24. Lapsanae vulgares Colum. 9, 4, 5. Lapsanae flos Id. 12, 75, 1. Plin. 19, 8 f. 41 Nec non olus quoque silvestre est, triumpho (*sic malim cum Filzeuir. quam cum Hard.* trium foliorum) Diui Iulii carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum: alternis quippe versibus exprobrauere, Lapsana se vixisse apud Dyrhachium, praemiorum parsimoniam cauillantes. Est autem id Cyrna situestris, vid. *Harduin.*

50 Lampfana scribitur Cels. 2, 25 et 31. et alias ex Graeco, nisi fallor.

LAPSIO, LAPSVS, vid. in LABOR.

## L A Q

LAQVEAR, καλάθωσι Gloss. Cyrilli: et LAQVEARE, is. n. [Καλάθωσι, ἀρόθωσι] *Idem quod LACVNAR, ubi declaramus. Hic modo illud addimus, a Lacu etiam sic deriuari Ablaqueo s. Oblaqueo.* Virg. Aen. 1, 730 — dependent lychni laquearibus aureis, vid. Seruius. Sculpentem faciet sanctis laquearia tectis Manil. 5, 512. *Sed omittit Bentl.* Plin. 33, 3 Laquearia, quae nunc et in priuatis domibus auro teguntur, post Carthaginem euerfam, primo inaurata sunt in Capitolio. Lacuaria etiam probat Seru. ad Aen. 1, 730. *quo etymologia a Lacu probatur.* Summi laquearia tecti Virg. Aen. 8, 25.

LAQVEARIVM, i. n. ἀρόθωσι, ἀρόθωσι Gloss. Gr. Lat.

LAQVEARIVS, i. m. *Artifex struendi laquearia, vel lacuaria.*

45 l. 2 Cod. Theod. de excusat. Artif. Architecti, laquearii, atharii, etc.

LAQVEO, are. Manil. 1, 532 Ignibus in varias caelum laqueantia formas. *Conf. LAQVEO ex LAQVEVS.*

LAQVEATVS, (et LACVATVS Seru. ad Aen. 1, 730.) a, um. Adi. [ἀρόθωσι] *Laquearibus ornatus.* Templum vndique tectum, pulcherrimeque laqueatum Cic. Verr. 1 c. 51 pr. Id. de Legib. 2, 2 Equidem qui nunc potissimum huc venerim, satiari non queo, magnificentisque villas et pauimenta marmorea, et laqueata tecta contemno. Laqueatum auro templum Liu. 41, 20. Sueton. Ner. c. 31. Habitare in domibus laqueatis Vulgat. Hagg. 1, 4. ¶ 2 *Alio signi-*

55 *ficata, vid. sub LAQVEVS.*

LAQVEVS, i. m. [βρόχος, πωλις] *Fanis proprie talis, quo ad capiendum, laciendum, illiciendum, vtuntur venatores et alii: cognatum nomen Ebraicae radici קפח et lacinae, qua quid captatur prehenditur, etc.* Cic. Verr. 4, 37 c. 17 Homini iam perdito et collum in laqueum inserenti subuenisti. Tacit. Ann. 15, 57, 2 Epicharis vinculo fasciae, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellae (*qua gestabatur*) restricto, indidit ceruicem, et corporis pondere connisa, tenuem iam spiritum expressit. Teretes laquei venantium Senec. Hippol. 45. Tenaci laqueo cadens corpus implicuit Id. ib. 1086.

65 Validi laquei Propert. 2, 34, 48. Captare feras laqueis Virg. Georg. 1, 139. Claudere animam laqueo Ouid. Met. 7, 604. Compellere aliquem ad laqueum, vid. COMPELLO. Constringere laqueo Scribon. 841, i. fascia. Eripere sibi spiritum laqueis Val. Max. 6, 1. extr. Expedire laqueos ad aues capiendas Pallad. Dec. 6, 2. Finire vitam

70 laqueo Sen. Hippol. v. 259. Frangere gulam laqueo Sallust. Cat. c. 55. Implicare collum laqueis Ouid. Epist. 2, 192. Iniicere laqueum alicui, vid. INIICIO. Interimere aliquem laqueo Hor. Serm. 2, 3, 131. Ligare guttura laqueo Ouid. Met. 6, 132. Nodatus collum laqueo Id. Rem. Amor. 17. Obstringere suum collum laqueo Plant. Aul. 1, 1, 39. Laqueum venandi causa Ponere l. 55 D. de acquir. rer. dom. Pallad. Mart. 9, 4 Laquei setis pendentibus Ponuntur talpis. Premere collum laqueo Hor. Epist. 1, 16, 37. ¶ 2 *Metaphorice ponitur*

Laqueus, pro *Quacunque re, qua homo capi et quasi irretiri potest.* Disputationum laquei Cic. de Orat. 1, 42 c. 10. Erroris laquei Iuuenal. 80 3, 12 et 403. Cic. pro Milon. 41 c. 15 Atque illam belluam iudicii laqueos declinantem iam irretitam teneret. Idem pro Cluent. 150 Putant enim minus multos laqueos legum et conditionum ac iudiciorum propositos esse oportere. Iuris laqueos enodare, i. *difficiles leges explicare* Gell. 13, 10. Periculorum multis laqueis implicari

85 Firmic. 5, 11 Adde 4, 14. Quinct. 5, 7, 11 Turbantur testes, et a patrone diuersae partis induuntur in laqueum. Inuoluere se laqueis insidiosae interrogationis Plin. Epist. 1, 5. Cic. pro Caecin. 83 c. 29 Si ad interdicti sententiam confugis: et de quo fundo actum sit tum, quum Ebutius restituere iubebatur, id quaerendum esse dicis: neque aequitatem rei, verbi laqueo capi putas oportere: in meis castris, praesidiisque versaris. Inexplicabiles laquei Quinctil. 5, 10, 101. *De multitudine praceptorum.* Cadere in laqueos, pro *Decipi*, Ouid. de Arte Am. 3, 591. Renertamur ad Chryssippi laqueos Cic. de Fato 7.

LAQVEARIVS, i. m. Isidoro 18, 56 Est inter Gladiatores, qui laqueum aduersario iniiciebat, vt posterneret et perimeret, vid. Lips. Saturn. 2, 13. Laquearius pro *Artifice*, vid. LAQVEAR.

LAQVEO, are. *Laqueo irretire.* Manil. 5, 659 Extentis laqueare profundum Retibus, et pontum vinclis aretare furentem, de piscatoribus. Grat. Cynege. 29 Cassem per fenos sinus laqueabis, nestes. Sed Manil. 1, 532 (*ed. vulg. Nam Bentleius omittit*) Haec igitur texunt aequali fidera tractu Ignibus in varias caelum laqueantia formas: ad laquear s. lacunar referendum videtur: Sidera caelum laqueant, faciunt vt lacubus, laqueari, lacunari simile videatur. A laqueo, sed tralate Iuuenec. 1, 524 Si te laqueauerit error. Vid. Lutat. ad Stat. Theb. 11. Paullin. Nol. in Natal. Felic. 7, 78 Palaemon. Grammat. p. 1324 Putsch.

**LAQVEĀTVS**, a, ium. Adj. [καυιδευθαις] *Laqueis irretitus*. Columel. 6, 19, 3. Caeterum corpus laqueatum et distentum temonibus obligatur, sicque immotum in edentis arbitrio est expositum. *Vid.* Solin. c. 25 In alio significato, *vid.* LAQVEAR.

**LAQVEĀTOR**, ōris. m. *Idem quod Laquearius, apud Isidor. 18, 5 56. Conf. Stewech. ad Veget. 3, 22 p. 261.*

## L A R

**LAR**, laris, *vid. post LARA.*

**LAR**, **LARS**, **LARTES**, nec enim satis certa est scriptura, *vide. 10 tur Regem, praesidem, tutorem notasse antiquis Etruscis, et hinc praenomen factum Porsenae, de quo Liu. 2, 9 iam Tarquinii ad Lartem Porsenam Clusinum regem perfugerant: isemque Tolumnii, de quo idem Liu. 4, 17 Fidenae colonia Romana ad Lartem Tolumnium Veientium regem defecere. De nominatio dubitatur. Priscian. 5 p. 645. ubi de nominibus in AR, Lar quando significat καρουιδιον Sedv Laris facit genitium: sin autem imperatorem Veientorum, Lartis, quem mactavit Cossus. Et testis est Ovidius in Epigrammatis sic dicens, Larte ferox caeso Cossus opima tulit. Sic et Charis. 1 p. 110 pr. Lar si familiaris erit, genitium laris: si Tolumnii vel Porsennae, Lartis. Sed Aufon. Technop. 83 p. 484 Toll. Tertia opima dedit spoliatus Aremoricus Lars. Sic omnes libri. Et fauet analogia in nominibus Ars, Mars, Pars, Fors, Sors; cum nullum in R finitum in genitio T assumat. Apud Dion. Halicarn. Antiq. 5 p. 293 est Λαρος ὄνομα, Ποσειδος ἐπιλασιν, et lib. 11 p. 729 Λαρος Ἐπιλασος.*

**LARA**, siue **LARVANDA**, ae. f. [Λαρα] Narrante Ouidio Fast. 2, 599 sqq. *Nympha fuit Tiberina, cui Iupiter linguam abscidit, quod furtivos amores ipsius cum Iuturna Iunoni indicasset, (Huc alludens Ovidius l. c. Lalam vocatum esse ait, λαλον, loquacem) et ad inferos duci iussit per Mercurium, ut inter nymphas Stygias constitueretur. Mercurius vero, dum mandata exsequeretur, nymphae pulchritudine in itinere captus, cum ea concubuit. Quae praegnans facta peperit geminos, quos a matris nomine Lares appellavit. Lactant. 1, 20, 35 Quis quum audiat Deam mutam tenere risum queat? Hanc esse dicunt, ex qua sint nati Lares, et ipsam Larum nominant, vel Larundam. Varro L. L. 4, 10 fin. e Sabinorum lingua esse ait Larum, Larundam, Lares. Alias vocatur Mania Dea mater Larum, vid. MANIA, it. LARIGENA.*

**LAR**, laris. et pl. **LARES**, ium. m. [δαίμονες ἐπιλασιν, ἑσπεροι θεοι, θεοι καρουιδιοι] Lares dici Graecis δαίμονες scribit Cic. de Vniuers. 34. **A** Laribus Lares Varr. L. L. 5 pr. dictos ait. *Sed qui sint Lares, non docet. Videtur autem ipsum nomen praesidem ac tutorem, sicut modo observauimus, notasse, in primis vero domus uniuscuiusque, qui dicitur Lar familiaris Cato R. R. 2, 1 quem salutatur paterfam. ubi in villam venit. Apul. Flor. p. 349, 25 Crates ille Diogenis sectator, qui ut Lar familiaris apud homines aetatis suae Athenis cultus est. Nulla domus ei unquam clausa erat: nec erat patris familias tam absconditum secretum, quin eo tempestiue Crates interueniret, litium omnium et iurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter. Plaut. Aulul. Prol. Ego Lar sum familiaris. Videndus totus locus. Originem huius Laris familiaris declarat Seru. ad Aen. 6, 152 Apud maiores omnes in suis domibus sepeliebantur, unde ortum est, ut lares colerentur in domibus, unde etiam umbras laruas vocamus. Conueniunt haec cum iis, quae damus in LARIGENA, et LEMVRES, et MANES. Sed etiam publice colabantur: Ouid. Fast. 6, 791 Luciferi subeunte Lares delubra tulerunt, Hic ubi fit docta multa corona manu. Observa Larem in primis corona coli. Cato 143, 2 Kalendis, Idibus, Nonis, festus dies cum erit, coronam in focum indat, per eosdemque dies Lari familiari pro copia supplicet. Vid. Plaut. Aul. Prol. Festus voce Donaticae coronae. Sueton. Aug. 31. Ouid. Fast. 2, 615 narrationem de Lara, quam retulimus, ita concludit, Fitque grauis, geminosque parit, qui compita seruant, Et vigilant nostra semper in vrbe Lares. Locus classicus de Laribus est Arnob. adu. Gent. 3 p. 125 sq. Ouid. Fast. 5, 129 seqq. inter alia Praestites Lares cur dicantur, docet, Quod praestant oculis omnia tuta suis. Stant quoque pro nobis, et praesunt moenibus vrbs, Et sunt praesentes, auxiliumque ferunt. Deinde reddit causam, cur canis ante pedes stet Laris? Respondet, Seruat vterque domum etc. Exagitant et Lar, et turba Diania (canes, venaticum animal) fures: peruigilantque Lares, peruigilantque canes. Tum Mille Lares-vrbs habet etc. Tib. 1, 1, 23 Vos quoque felicitis quondam, nunc pauperis agri Custodes, fertis munerera vestra Lares: Brouckh. notat praecipuos Larum horum fuisse Silvanum et Priapum. Nempe ut iam monere coepimus, Lar praesidem et custodem Deum notat. Sic Martian. Cap. 1 p. 16 Quirinus, Mars Laris (quid si Lars?) militaris — Mulciber, Lar caelestis, nec non etiam militaris — Neptune autem, Lar omnium cunctatis, ac Neuerita — conuenistis. Lar itaque praeses est. Hinc Liu. 40, 52 Laribus Permarinis aedem vouit L. Aemilius nauali praelio, qui in domibus illis ligneis et per mare fluctuantibus comitarentur Romanos, et tuerentur, ne illae domus in potestatem hostium venirent. Vid. PERMARINVS. Etiam Hostiliis laribus immolabant, quod ab iis hostes arceri putabant, Festus. De his Propert. 3, 2, 11 Hannibalemque lares Romana sede fugentes. Querquetulani Lares, vid. b. v. Plin. 14, 4 Non maria plus conferre temerata mercatori, quam sedulum ruris Larem. i. quam habitationem et cultum ruris. Ruralium Larum vicus est in Inscr. Grut. p. 251, 3. Perf. 5, 31 Bullaque succinctis laribus donata pependit, quod habitu peregrinantium (coluntur in viis, compitis) erant pellibus amicti, cum cane comite. Lares viales apud Plaut. Merc. 5, 2, 24. ut suspicor, Dii sunt, qui viae praesunt, ut sint θεοι ἐπιλασιν, quos inuocare solent, qui peregre proficiscuntur, et ad viam se accingunt, quo etiam cognomento colebatur Mercurius. Turnebus. Add. Brouckh. ad Propert. 4, 3, 17 ¶ 2 Lar, pro ipsis Aedibus, seu Domo priuata videtur poni. Hor. Serm. 1, 2, 56 Qui patrium Numae donat, fundamque laremque. Cic. Verr. 3, 125 c. 54 Pauci essent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros, atque ad suum larem familiarem redirent. Sic Ouid. Fast. 5, 652 Montibus his ponunt spemque Laremque suum. i. Domicilia. Paruo sub lare Hor. Carm. 3, 29, 14. Paterni laris inops Id. Epist. 2, 2, 50. Patrium larem reuisurus Apul. Met. 11 p. 270. Praesius lar Perf. 5, 109. Fodere larem sub terris Virg. Georg. 4, 43. Homo sine lare Curt. 5, 12, 2. i. Non habens coniugem, liberos, domum. Add. Plaut. Trin. 1, 2, 1. Lar item pro Parte interiore domus ipsoque adeo foco. Ouid. Fast. 1, 135 Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes: E quibus haec populum spectat, at illa larem. Possit hic etiam pro foco accipi, sicut alibi apud Poetas. Lar, pro igne. Columel. 11, 1, 19 Consuescatque villicus rusticos circa larem domini, focumque familiarem semper epulari. Sed ad totam urbem retulit Martial. 1, 77 Flacce, Antenorei spes et alumne Laris, i. Pataviniae ciuitatis.*

**LARARIUM**, i. n. [ἱερὸν θεῶν ἐπιλασιν] *Sacrarium domesticum, in*

quo lares et dii domestici colebantur. Scribit Lampridius in vita c. 29 Alexandrum Severum in larario rei diuinam matutinis horis facitasse ad effigies deorum, in quibus habebat Abrahamum et Christum. Id. c. 31 extr. In secundo larario habuit simulacrum Virgilii et Ciceronis etc.

5 LARIFUGA, ae. f. Larifuga nescio quis, qui non valet lotium suum Petron. in Fragm. Tragur. c. 57. qui vel nequitia sua vel scelere domo pulsus est.

LARIGENA, i. domi natus, sicut in Isid. Glossis pro Largens restitui vult Barth. Adu. 7, 13. Verba sunt Largens, domesticus. Magis placet Graeuiana coniectura Lar, genius domesticus. Aufon. Technop. p. 480 Nec genius domuum Larunda progenitus Lar. Arnob. 3 p. 125 Varro larnas esse dicit Lares, quasi quosdam genios defunctorum.

LARBASON, i. n. Stibium. Plin. 33, 6.

15 LARDVM et LARIDVM, i. n. [ὑπερτάειχος] Caro suilla est quomodo salsa, praesertim id Pingue, quod est in sue. Plin. 28, 11 dixit, Lardum pingue hoc unctum, quasi et macrum dici possit. Sicut macra fus Id. 28, 17 pr. Martial. 5, 79 Et pallens faba cum rubente lardo: hic itaque caro est, non pingue tantum. Frustra semesa lardi Hor. Serm. 2, 6, 85. Graue lardum Stat. Silu. 4, 9, 34. Natalitium cognatis ponere lardum Iuuen. 11, 84. Pinguialarda Ouid. Fast. 6, 169. Macrob. Saturn. 7, 12 Salitam carnem laridum vocamus, ut opinor, quasi large aridum. Conf. Plaut. Capt. 4, 2, 67. et ib. scena 3 aliquoties. Apic. 7, 9. ¶ 2 Adiectiuum etiam est Laridus. Glossa Philox. Laridus ξηρός L. 17 C. Theod. de Cohortalibus, Pro octoginta libris laridae carnis.

25 LARENTALIA, vid. LAVRENTALIA.

LARENTIA. Nobilissima meretrix, vid. FLORA LAVRENTIA.

LARGIOR, Iri. [δωρέομαι, προίεμαι, χαρίζομαι, δωφιλεύομαι] Abunde donare. Plin. 16, 12 Fructum quaedam proximo anno ab incisu largiuntur. Beneficium ex facili largiri Senec. de Benef. 3, 8. Patrimonium effundere inconsulte largiendo Cic. Off. 2 c. 15. Id. pro Corn. Balb. 50 Homo tum grauitate et prudentia praestans, tum vel nimium parcus in largienda ciuitate. Coenam Plaut. Amph. 1, 1, 155. Exequias et sollempnia largiri alicui Stat. Theb. 12, 80. Honores largiri alicui Hor. Epist. 2, 1, 15. Iniurias reip. i. condonare, Tac. Ann. 3,

35 70. Laetitia Plaut. Capt. 4, 2, 49. Cic. de Legib. 3, 38 Sed ego, effi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, ut et auctoritate valeant, et vtantur bonis: sic enim a me recitata lex est de suffragiis. Mores Plaut. Afin. 5, 2, 82. Munera largiri alicui Propert. 1, 3, 25. Occasionem impudentiae Plin. 2, 23. Cic. Fam. 5, 12 Amori nostro plusculum etiam, quam concedet veritas, largiari. Praedam munifice largiri, vid. post MVNVS. Se largitur vltro Plaut. Mil. 4, 6, 28. i. offert. Vitam Id. Afin. 3, 3, 20. Apul. Met. 6. Cum ablat. Alicui aliqua re largiri Plaut. Perf. 2, 3, 13. et Pseud. 1, 4, 3. Si tempus non largitur, i. Non concedit, non permittit 45 Columel. 5, 9. Hoc mi da atque largire Cic. Fam. 13, 50. Plaut. Bacch. 4, 7, 30 Tum libertatem Chrysallo largibere, pro Largieris. Add. Id. Mil. 4, 6, 28. Largibar pro Largiebar, Propert. 1, 3, 24. Largitor de te puer Ter. Adelph. 5, 8, 17. i. de tuo. Cic. Fam. 3, 8 Quum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.

50 LARGITVS. Secunda fortuna regnum largita Cic. de Arusp. Resp. c. 25. Plin. 17, 11 Aut si id conditio largita non sit.

LARGIENS, entis. Vulg. Interpr. 2 Paral. 14, 5 Domino pacem largiente.

55 LARGIO. Active. Lucil. apud Non. 2, 888 Tu primum haec viscera largi. Et Accius apud eund. 11, 19 Benigne et pro beneficio largi, atque ampliter. Laurenberg. Antiqu. legit largito: et laudat Catonem lege Baebia, Pecuniam inlargibo tibi.

LARGITOR, ari. Frequent. Plaut. Trin. 3, 3, 14 Ex qua dote largitari te illi.

60 LARGITOR, oris. m. [δώτωρ, δοτήρ, seu δ δωφιλής δοτήρ] Qui copiose dat, quod pro re vel vitiosum est, vel laudabile. Cic. Off. 1, 64 c. 19 Existuntque in Repub. plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur Liu. 6, 16. Honorum pronus largitor Claud. quart. Conf. Hon. 117. Laticis sacri Bacchus Sil. 7, 164. Opum largitor Stat. Silu. 3, 1, 91. Opum magnarum largitor Claud. quart. Conf. Hon. 117. In bonam partem Ambrosius de Spir. S. 2, 12 Largitor, suae moderator est largitatis.

LARGITIO, onis. f. [δωρεά, παροχή, διανομή, δωφιλής χορηγία] Copiosa donatio, peculiari autem ratione ea distributio, quae sit ad aucupandum fauorem in petitione magistratum. Cic. Offic. 2, 53 c. 15 Praeclare in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione benevolentiam Macedonum consecetur. Et Off. 2, 55 c. 15 Iam in prouerbii consuetudinem venit, largitionem fundum non habere. Augere aliquem largitione Tacit. Ann. 13, 18. Corruptere largitionibus, vid. CORRVMPO. Caecare mentes largitione, vid.

75 CAECO. Huiusmodi incepti duntaxat arguere, paene maleficii largitionem est facere Rutil. Lupus de Figuris Sent. l. 1 p. 5. in Metanoea, i. veniam dare, condonare, ut Largiri iniurias. Largitio, pro Liberalitate Caes. Bell. Ciuil. 1, 39 Quo facto duas res consecutus est, quod pignore animos Centurionum deuinxit, et largitione redemit militum voluntates. ¶ 2 Sequiori aetate Largitiones dictae sunt res privatae Principis. Vid. Salmas. ad Hist. Aug. Tom. 1 p. 779 sq. Hinc Comitibus Sacrarum Largitionum, qui illas curarent, de quibus passim mentio in utroque codice. Vid. Iac. Gothofr. ad l. 1 C. Th. de Consularibus et Praefidibus.

85 LARGITIONĀLIS, is. m. Largitionum minister, apud Vopisc. in Carino c. 20.

LARGITIONĀLIS, e. Adi. Aurum largitionale l. 13. C. de Suscept. Tituli largitionales l. 12. C. Theod. de Vestigal.

90 LARGITAS, atis. f. [δωφιλία] Abundantia. Auaritia semper odiosos, claros largitas facit Boeth. de Cons. Phil. 2 Prosa 6. Largitas humanitatis ac liberalitatis: largitio ambitionis est Muret. in Tac. An. 2, 55. Fulgent. Mythol. 1 p. 22 Munificā largitas. Ter. Adelph. 5, 9, 28 Quae istaec subita est largitas? Idem Heaut. 3, 1, 31 Vehemens in vtramque partem Menedeme es nimis, aut largitate nimia, aut parsimonia. Cic. de Nat. Deor. 2, 156 c. 62 Maxima largitate fundit ea.

LARGIMENTVM, i. n. Fulgent. Mythol. 2 pro. Non hominis, sed diuinum largimentum.

LARGITVDO, inis. f. [δωφιλία Gloss. Gr. Lat.] Largitudo nusquam inuenitur, nisi apud Nepotem Charis. 1 p. 78.

100 LARGVS, a, um. Adi. [δωφιλής, ὑδάπανος, λαμπρός ἰσχύς] Copiosus simpliciter, siue in dando. A posteriori significatione incipiamus. Cic. Off. 2, 55 c. 16 Omnino duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Idem pro Deiot. 26 Magnanimum, largum, benificum, liberalem. Lacrymarum largus Plaut. Afin. 3, 1, 30. Virg. Aen.



Aen. 11, 338 Largus opum, lingua melior, sed frigida bello Dextra. Vbi Seruius, Largus opum, Abundans opibus, diues. Rapinae largus Sil. 8, 250. Animo largus Tacit. Hist. 2, 59. Lingua largior est Plaut. Afin. 2, 2, 24. Opera nocturna largus Id. ibid. 3, 3, 8. Donare largus Horat. Carm. 3, 12, 19. *i. Largus in donando.* Mercandi largus Sil. 5 15. 498. ¶ 2 Copiosus, multus, simpliciter: ut Aestus largus Lucret. 2, 1136. Aether largior Virg. Aen. 6, 640. Alimento largo valida soboles Plin. 11, 14. Cremor pitifanae largior Scribon. 184. *i. copiosior. Conf. quae Rhod. in Lex. Scribon. congestit.* Fletus largos effundere Virg. Aen. 2, 271. Flumen largum Id. ibid. 1, 469. Foetu largo pubescit vinea Id. Georg. 2, 390. Fons largus Lucret. 5, 282. Herbae largae Hor. Carm. 4, 2, 55. Ignis largior Id. Serm. 1, 8, 44. Imber largus Ouid. Met. 4, 282. *it.* 11, 516. *et* Virg. Georg. 1, 23. Lux larga Cic. de Nat. Deor. 2, 94. Luce larga repletus Lucret. 2, 805. Mero largo celebrare diem Ouid. Fast. 3, 656. Messis larga Id. ibid. 4, 617. 15 Munera larga Hor. Carm. 4, 1, 18. Opes largae, Abundantes et multae Martial. 5, 26. Pabula larga Lucret. 5, 867. Vina larga Hor. Carm. 3, 18, 6. Vino largiore est vsus Liu. 40, 13. Vndae largae fluminis Lucret. 1, 1030. Compar. Flagitare largiora Hor. Carm. 2, 18, 13. Superl. Cic. Verr. 3, 118 c. 50 Si largissimus esse vellet, etc. Largus, 20 cognomen fuit Caecinarum in gente Licinia. Vid. Spanh. de Vsu et Praest. Num. diff. 10 p. 10.

LARGE. Adu. [δαφιλῶς] Liberaliter, abundanter. Hor. Carm. 1, 9, 5 Ligna super foco large reponens. Large effuseque donare Cic. pro Rosc. Amer. 23 c. 8. Large blandus Plaut. Aul. 2, 2, 19. Mensae constructae large Catull. 62, 304. Facultates large sunt illi Plin. Epist. 3, 2 pr. Aestimare large, liberaliterque Cic. Verr. 5, 204. Mittere munera satis large Id. ibid. 6, 62. *Et* Plin. 7, 46 Annuis victibus large sufficiens. Compar. Ter. Eun. 5, 8, 48 Principio et habet quod det, et dat nemo largius. Circumferre merum largius Curt. 7, 4, 7. Superl. 30 Cic. Verr. 1, 158 c. 61 Decuriae mihi copia quam largissime facta est. Scribon. 9. 133. 136.

LARGITER. Adu. [δαφιλῶς, ἀφθόνως] Idem quod large. Cic. ad Brut. 17 Sed persuade tibi, de voluntate propria mea nihil esse remissum de iudicio largiter. Largiter argenti Plaut. Rud. 4, 4, 144. Largiter mercedis Id. ibid. 5, 2, 28. Plaut. Truc. 5, 11 Opus nutriti utrem habeat veteris vini largiter, ut dies noctesque potet. Bivr. largiter refert ad potet. Vltionis Tertull. Apol. c. 37. Auferre largiter Hor. Serm. 1, 4, 132. Peccasti largiter Plaut. Most. 2, 2, 8. Add. Id. Epid. 3, 4, 49. 35

LARGITVS. Idem. Afranius apud Non. 11, 44 Quid lacrimas? largitus proloquere. 40

LARGILOQVVS, a, um. Adi. [πρωλόγος] Qui abundanter loquitur. Plaut. Cistel. 1, 2, 2 Quae vbi saburratae sumus, largiloquae extemplo sumus, plus loquimur quam sat est. Lingua largiloqua 45 Plaut. Mil. 2, 3, 47.

LARGIFICVS, a, um. Aliud Adi. [δαφιλῆς] Stipe largifica ditare aliquem Lucret. 2, 687.

LARGIFLVVS, a, um. Adi. [λαρυγγοῦ, seu ἐρυγγοῦ] Cic. de Orat. 3, 155 c. 39 Grando mista imbri largifluo subita praecipitans cadit. Ex quodam Poëta. Lucret. 5, 597 Largifluum fontem scatere, atque erumpere flumen. Add. Iuuen. in Luc. 1. 50

LARGIVSCVLVS, a, um. Aliquantum largus. Solin. c. 7 (12) Largiusculos haustus saliuarum facit.

LARICINVS et LARIGNVS, a, um. ut, Resina larigna. Materies et castrum larignum exstat ap. Vitruv. 2, 9. 55

LARINVM, i. n. Vrbs in Frentanis, ad fines Apuliae, hodie Larino. vid. Cic. Attic. 7, 13. Hinc

LARINAS, ātis. Gentile. Larinas accola Sil. 15, 568. Conf. Idem 12, 174. *et* 8, 404. *et* Caes. Bell. Ciuil. 1, 23. 60

LARISSA, ae. f. [Λαρίσσα] Nomen multarum ciuitatum. Nobilissima Thessalica, a qua Achilles Larissaeus dictus est, apud Virg. Aen. 2, 197. Caes. Bell. Ciuil. 3, 97 Vniuersi simul Larissam versus se recipere coeperunt. Horat. Carm. 1, 7, 11 Nec tam Larissae percussit campus opimae. 65

LARISSAEVS, a, um. [Λαρίσαιος] Larissaeus Achilles Virg. Aen. 2, 197. Moenia Larissaea Catull. 65, 36. Vertex Larissaeus Stat. Theb. 4, 5.

LARIVS, i. m. [Λάριος, seu Λάριον] Lacus Italiae est, cuius aquas auctore Plinio, Addua fluius praeterfluens dulces facit. Vid. eundem 9, 18. Diffus Larius a Larorum multisudine. 70

LARIVS, a, um. Adi. [Λάριος] Catull. 36, 4. Veronam veniat, Noui relinquens Comi moenia Lariumque litus.

LARIX, (LAREX Isidor. 17, 7.) Icis. f. [πέυκη, seu λάριξ] Arbor cognata abiesi et pino, teste Plin. 16, 10. Lucan. 9, 918 Et larices, fumoque grauem serpentibus vrunt Abrotonum. Add. Vitruv. 2, 9. Interpp. ad Pallad. Nou. 15, 1. 75

LARVA, ae. f. [μορμολύκειον, γόργειον] pl. LARVAE, arum. δαιμόνιον, ἴδωλον, φάντασμα Gloss. Lat. Gr. *et* Gr. Lat. Noxiae inferorum umbrae. Vid. MANES, *it.* LAR. Plaut. Aulul. 4, 4, 15 Larvae hunc, atque inteimperiae, insaniaeque agitant senem. Vid. Apul. de Deo Socrati. p. 50, 14 de Lemuribus, Qui vero ob aduersa vitae merita nullis bonis sedibus incerta vagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, caeterum noxium malis, id genus plerique laruas perhibent. Id. Met. 9 p. 230, 28 Larua vel alio quo diro numine immisso violenter eius expugnari spiritum. Id. Apol. p. 315, 9 de Mercurii simulacro, Hiccine est sceletus? haecine est Larua? Respicit ad praecedentia, p. 314, 35 Macilentam, vel omnino euisceratam formam diri cadaveris fabricatam, prorsus horribilem et laruaem. Nempe antiquum est Mortem et mortuos fingere apparere forma scelerati. Isidor. 7 c. vlt. Cum mortuis non nisi Laruae luctantur, Proverbium in eos, qui mortuos conuiciis insectantur Plin. Praef. Hist. Nat. fin. Pleni laruarum Plaut. Amph. 2, 2, 145. ¶ 2 Larua etiam Personam significat, quae Barbaris masca dicitur. Plautus Amph. 4, 2, 18. suppos. 1, 14 Larua umbratilis, tu me minis territas? Hor. Serm. 1, 5, 64 Nil illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis. Σκέλετος, Larua Gloss. Vet. 80

LARVOR, āri. Firmicus 3, 14 In nono ab horoscopo loco Mercurius cum Venere partiliter constituti, fascinantur mulieres dabunt vxores, quae etiam ipsos artus laruari ac fascinari faciant. Conf. Swartius in Analect. 3, 11. 90

LARVĀTVS, a, um. Adi. [μυνώδης] Festus Laruati, Furiosi, et mente moti quasi Laruis exterriti. Plaut. Maen. 5, 2, 42 Num larvatus erat, aut cerritus? Hunc qui laruam putat, ipse est laruatus Apul. Apol. p. 315, 20. 95

LARVĀLIS, e. Senec. Epist. 24 Nemo tam puer est, ut Cerbe- 100

rum timeat et tenebras, et laruaem habitum nudis ossibus cohaerentium. Forma larualis Apul. Apol. p. 314, 37. Umbræ laruales Sidon. Epist. 3, 13. Larualis scribitur in Priap. Carm. 32.

LARVOSVS, a, um. apud Augustin.

LARVS, i. vel LAROS, i. m. [λάρος] Avis. Vitur Vulg. Leuit. 11, 16. et Deut. 14, 15. inter noctuam et accipitrem, vid. GAVIA.

## L A S

LASANVM, i. n. [λάσανον] Vas ad euacuandum ventrem. Hor. Serm. 1, 6, 108 Te pueri lasanum portantes, oenophorumque. Sic Acron. Et Petron. c. 41 Ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit. Vid. ibi Scheffer.

LASCIVVS, a, um. Adi. [λάγνος, ἀσελγής, ὑβριστής]. A lacecendo dictum videtur, quasi Lacestinus, ut petulans a petendo velut petulcus. Lasciui enim vocantur, qui laceffunt alios, vel ad voluptatem veneream, vel ad iram, vel ad hilaritatem adeo. Hinc est, ut et impudicus sit lasciuius, et petulans vel cum iniuria alterius, vel sine illa: quæ quidem diuersitas ab adiunctis facile finitur. Vet. Gloss. Lasciui προπετής. Hinc Lasciuius et Cunctator opponuntur a Spartian. Adrian. 14. ubi vid. Salmaf. item Heinsf. et Drakenb. ad Sil. 18, 329. Ita ad iuorum petulantiam pertinet. Quinctil. 6, 4 Siculi quidem, ut sunt lasciuii et daces, aiebant in delphino sedisse. Varro de R. R. 1, 14 pr. Inter septa primum est naturale sepimentum, quod obseri solet virgultis, aut spinis, quod habet radices viuæ sepiis, ac viatoris praetereuntis lasciuii non metuet facem ardentem. Lasciuius in vino Plin. 10, 42. de psittacis, tanto hilarioribus et loquacioribus. Aetas Hor. Epist. 2, 2, 216. Amor Tibull. 1, 10, 59. Capella Virg. Ecl. 2, 64. Carmina Ouid. Trist. 5, 1, 15. Corpora Id. Met. 3, 686. Cursus lasciuii leporum Martial. 1, 45. Discursus Claud. in Eutrop. 2, 100. Forum Propert. 4, 9, 50. Grex Hor. Carm. 3, 13, 8. Hederis lasciuiis ambitiosior, i. celeriter crescentibus et ultro amplectentibus adminicula Hor. Od. 1, 36, 20. Hymenæus Sil. 5, 22. Locus vxoris lasciuius cum marito Plin. 8, 40. ad similitudinem rixæ. Licentia Hor. Carm. 1, 19, 3. Nox Ouid. Amor. 2, 10, 27. Pagina Martial. 1, 34. (5) i. impudica. Virg. Ecl. 3, 64 Malo me Galatea petit lasciua puella, quæ ultro me laceffat. Lasciuius verfu, mente pudicus erat Hadrian. ap. Apul. Apol. Pueri vellunt tibi barbiam Hor. Serm. 1, 3, 134. Compar. Ouid. Met. 13, 792 Tenero lascivior haedo. Nil lasciuius est Charifiano Martial. 6, 24. Superl. Pichuræ lasciuiissimæ Suet. Tiber. 43. Versus Apul. Apol. p. 278, 36.

LASCIVÆ. Adu. Idem. Apul. Apol. p. 278, 31 Etiam mulier Lesbia, lasciue illa quidem, tantaque gratia, etc. Lasciue loqui Martial. Praef. l. 8. Compar. Auienus in Prognost. Arati v. 514. Et si persultans aries lasciuius herbas Appetit.

LASCIVITER. Adu. Laeuius in Ἐρωτοπαγυίοις. Conf. Charif. l. 2 in Catal. Aduerb.

LASCIVVLVS, a, um. Idem. Laeuius s. Litiuus ap. Priscian. l. 10. p. 410.

LASCIVIA, ae. f. [ἀσελγεια, ὑβρις, ἕυβρεσις] Lasciui hominis vel animalis actum aut qualitatem significat. De puero viuidae indolis usurpatur Sen. ad Helu. c. 16. De delphini ludicris cursibus ac recussibus Plin. Ep. 9, 33. Plaut. Asin. 2, 2, 32 O catenarum colone. L. 1. ô virgarum lasciuiia, in quo virgæ lasciuiunt, quum tergum tuum verberant: non aliter quam vituli atque boedi lasciuire solent a pabulo et sanitate. De hominibus similiter Lucret. 5, 1398

Tum caput atque humeros plexis redimire coronis, Floribus, et foliis, lasciuiia laeta monebat,

Atque extra numerum procedere membra mouentes.

Sic Stat. Theb. 5, 612 Lasciuum et prono vexantem gramina cursu. Lasciuam Plin. 26, 1. Audax lasciuiia Tac. Germ. 24, 2. de saltatione inter gladios. Conf. Id. Ann. 13, 25, 1. Iocum petulantia et procacitate improbum vocat. Vlpian. in l. Cornelia, ad legem Corn. de Siciariis, Quum quidam per lasciuiam causam mortis praebuisset, comprobatum est factum Taurini Ignatii Proconsulis Baeticae. Quinctil. 2, 5, 22 Lasciuiæ recentis flosculis capti. Tacit. Ann. 11, 13 Theatralem populi lasciuiam seueris edictis increpuit. Quinctil. 9, 2, 76 Nam quanto minus aut ipsi in quos dicimus, aut iudices, aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciuiam, si nolle nos credant? Liu. 3, 53 Prope sollempnis militum lasciuiia in consulem. Militiam in lasciuiam vertere Tac. Agric. 5, 2. Piscium lasciuiia Cic. de Diuinat. l. c. 14. Orationis lasciuiia Quinctil. 2, 6. Veneris lasciuiia Ouid. Amor. 1, 4, 21. Conf. Suet. Calig. c. 36.

LASCIVITAS, âtis. f. Idem quod Lasciuiia. Firmic. 1, 1 Nec Asiana lasciuitas, sobria Iouis moderatione corrigitur. Paullo ante dixerat Luxuriosi semper Asiani, et voluptatibus occupati. Animi lasciuitas Cacl. Aurel. Tard. 3, 8.

LASCIVIO, ire. [ἀσελγανω, ἕυβριζω] Lasciue se gerere, lasciuiam demonstrare. Senec. Ep. 56 Nunquam vacat lasciuire districtis: nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti. In primis est animalium a largo pastu exultantium, et se mutuo ad pugnam vel ad Veneream laceffentium. Hinc metaphor. Liuius 2, 29 Appius Claudius et natura immitis, et efferatus hinc plebis odio, illinc patrum laudibus, non miseris ait, sed licentia tantum concitum turbarum: et lasciuire magis plebem, quam saeuire. Fuga lasciuit agnus, i. cursu Ouid. Met. 7, 321. Vago pastu lasciuiunt capellæ Apul. Met. 5 p. 169. Lasciuire alicui, bilarem se praebere in illius gratiam Stat. Silu. 1, 5, 9.

LASCIVIENS, entis. Iustin. 16, 4, 3 Plebs nimio otio lasciviens. Bos lasciuiens Vulg. Interpr. l. Paral. 13, 9.

LASCIVIBVNDVS, a, um. Plaut. Stich. 2, 1, 16 Lasciuibundum tam lubenter currere.

LASER, êris. n. et LASERPICIUM, s. LASERPITIVM, i. n. [ελαφιον] Planta nobilissima, et succus eiusdem, quæ in medicamentis et condimentis frequenter commendant. Plin. 19, 1 l. 15. post fungum mentionem, Ab his proximum dicitur auctoritate clarissimum laserpitium, quod Graeci silphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius succum vocant laser, magnificentum in vsu medicamentisque, et ad pondus argentei denarii pensum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur — Vnus omnino caulis repertus nostra memoria Neroni Principi missus est. — Dique iam non aliud ad nos inuehitur laser, quam quod in Perfide aut Media et Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum: id quoque adulteratum gummi, sagapeno, aut faba fracta. Quo minus omittendum videtur, C. Valerio M. Herennio COSS. Cyrenis advecta Romam publice laserpitii (succu put.) pondo XXX. Caesarem vero Dictatorem — inter aurum argentumque protulisse ex aerario laserpitii pondo M. D. Id apud auctores Graecos eulentissimos inuenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure. Poterat alicui hic

piceus imber cogitationem subiicere, a pice laserpicium dictum, vel a *πύρα* laserpittium. Sed intercedit Solin. c. 27 Apud Cyrenenses Sirpe gignitur odoratis radicibus — cuius e culmo exsudat — pingue roscidum — Dictum est primum *lac sirpicum*, quoniam manat in modum lacteum deinde vsu deriuante *laser* nominatum. *Salmas. qui ad b. l. p. 249 sqq. fuse agit de totare, conicit, primam appellationem esse ελαφι vel αλαφι, ab hoc ελαφιον ortum, ab illo sirpe; hinc lac sirpicum, laserpicium, et per apocopen laser. Vid. infra SYRPE. Hoc ipse quoque obseruat, indifferenter usurpari tum longiorem illam appellationem, tum alteram breuiorem: quod ipsum exempla mox laudanda probabunt: ipse ante omnia locus Plinii classicus; cuius ante partem modo attulimus, ubi cum Cyrenaicum pluribus describit, tum alia genera, vel sinceri vel adulterati, Probatio, inquit s. 16 sinceri prima in colore modice rufo, et cum frangitur candido intus, mox translucente. Gutta aqua, saliuaque liquefcit. Vfus in multis medicaminibus. E numis Laser Cyrenaicum illustrat more suo, i. quidquid scitur de eo docet Spanhem. Diff. 6 p. 293 sqq. Quoties in medicina vel in condimentis commendatur, non est opus hic referre. Specimina sunt ista, e quibus illud cerse apparebit, indifferenter Laser et Laserpitium adhiberi. Plaut. Pseud. 3, 2, 26 de moribus coquorum, Apponunt rumericem, brassicam, betam, blitum, Eo laserpicii libram pondo diluunt. De Cyrenaico inseligi puto, quod copiose tum in Italiam aduectum docet Rud. 3, 2, 16 quae fabula Cyrenis agi fingitur, Teque oro et quaeso, si speras tibi Hoc anno multum futurum sirpe et laserpicium Eamque euenturam exagogam Capuam saluam et sospitem. Capuae seplasia est et mercatus salium rerum. Apul. Met. 10 p. 246, 27 Carnes lasere infectas, altilia pipere inspersa. Augustus apud Macrob. Sat. 2, 4 inter alia Maecenatem Laser Aretinum iocose appellat. Colum. 12, 7, 4 in caulibus condiendis paucas radículas laseris, quod Graeci ελαφιον vocant; adiectas vult. Et 12, 57, 4 in caseo Laseris radicles, quod ελαφιον Graeci vocant, fescunciam. Saepe vititur eo Apicius. Vid. v. g. 1, 30 et ibi Humelb. ac Listerus. Add. Salmasius ad Solin. p. 249 seq. De vsu medico iam Cato 157, 8 commendat Laserpitium irrasum cum brassica ex aceto ad morbum articularium. Celsus 4, 3 Piper et laser sibi substituit. Id. 4, 4 Laser, porrum, marrubium, scillam coniungit. Scribon. 67 Laser Cyrenaicum commendat ad unguam, si poterit inueniri: sin minus Syriacum aqua dilutum crassius per pinnam faucibus adhibitum. Add. 175. 177. Syriacum 16, 67 et alias. Laseris radix 192 etc. Veget. Mulom. 3, 65, 12 Laser, id est opium Cyrenaicum (edebatur antea Syrenicum) ad magnitudinem fabae. Eiusdem est Laser Syriacum 3, 15, 12. Colum. 6, 17, 7 de vitis oculorum in bubus, Facit et radix, quam Graeci ελαφιον vocant, vulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellant. Veg. Mulom. 3, 4, 39 eadem repetit verbotenus. Lasere etiam dictum pro Laser monet Quintil. 1, 4, 13. Lasere pro Lasere habent omnes Veget. Mulom. 3, 48, 8 et alias. Vanus est Caper de Orthogr. p. 1243 extr. Laserpitium florem, at caulem laser dicimus.*

**L A S E R A T V S** vel **L A S A R A T V S**, a, um. *Lasere conditus.* Acetum laseratum Plin. Valer. 1, 21. Porcellus laseratus Apic. 6, 9.

**L A S E R A T V M**, i. n. *Condimentum ex lasere.* Apic. 1, 30.

**L A S E R P I T I F E R**, era, erum. *Laserpitii ferax; Laserpitiferae Cyrenae* Catull. 7, 4.

**L A S E R P I T I A T V S**, a, um. Adi. [*ελαφιωτός*] *Laserpitiatum acetum, i. Laserpitii succo dilutum* Plin. 18, 30. *Laserpitiatum aceto lens spargitur vt seruetur* Cato 116.

**L A S E R P I T I A R I V M**, i. n. *Id quod conditum laserpitio.* Petron. 55 *Fragm. Tragur. c. 35 De laserpitariario, mimio canticum extorsit. Scheffer. legit Laserpitariario vel Laserpitariario vino. Sed multa miti; nihil certi.*

**L A S E S**, vid. **L A R**.

**L A S S V S**, a, um. Adi. [*κατάπονος, κεννημένος*] *Labore, tam animo quam corpore fatigatus. Ideoque ad ea proprie spectat, quae laboris molestiam sentiunt; metaphorice autem rem affectam et afflictam notat.* Propert. 2, 33, 26 *At nondum est talos mittere lassā manus. Lassus opere faciundo* Plant. Asin. 5, 2, 23. *Studio venandi lassus* Ouid. Met. 3, 237. *Lassus de via* Plaut. Pseud. 2, 2, 66. *Amore lassus* Ouid. Amor. 3, 7, 80. *Via lassus* Ouid. Trist. 5, 4, 2. *Animus lassus et cura confectus* Ter. Andr. 2, 1, 4. *Aures lassae* Hor. Serm. 1, 10, 10. *Hunus lassā* Ouid. ex Pont. 1, 4, 14. *Lumina lassā* Id. Met. 7, 579. *Pietas lassā malis* Id. ex Pont. 4, 8, 8. *Plaut. Stich. 4, 1, 16 Si res lassā labat, itidem amici collabascunt. Rebus lassis petere solatia* Ouid. Trist. 5, 2, 41. *al. Lapsis. Sanguis lassus* Stat. Theb. 2, 669. *Stomachus lassus* Horat. Serm. 2, 8, 8. *Terra lassā* Plin. 17, 5. *At Troiani — lassiores militia* Dictys Cret. 3, 1. *alii laxiores. Visus lassus* Stat. Silu. 1, 3, 14. *In MSS. permutatur cum Lapsus quod vid.*

**L A S S V L V S**, a, um. Adi. Dimin. Catul. 61, (64) 35 *Itaque vt domum Cybeles tetigerunt, lassulae Nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.*

**L A S S I T V D O**, ōnis. f. [*κόπος*] *Molestia ex labore et proprie ad corpus pertinet, v. g. Scribon. 268, 270. Exercitationis finis fit lassitudo, quae citra fatigationem fit Cels. 1, 3. Cic. Fam. 12, 25 Sed nulla lassitudo impedire officium et fidem debet. Caes. Bell. Gall. 2, 23 Cursu ac lassitudine exanimatus. Acquiescere a lassitudine* Nep. 14, 11, 3. *Sedere lassitudinem* Id. 18, 9, 6. *Reficit lassitudines nitrum* Plin. 91, 10. *Prae lassitudine* Liu. 21, 56.

**L A S S E S C O**, ere. [*κοπίζομαι, ἀποκίμνω, ἀποτρέβομαι*] *Lassum fieri* Plin. 30, 16 *Non lassescere in villo labore, qui nervos ex alis et cruribus gruis habeant. Visu lassescere* Prudent. in Symm. 2, 101. *Sub lorica Hieron. Ep. 22 ad Eustoch. c. 17 extr. Torpore femineo lassescere* Apul. in Trismeg. p. 88. *Translate Plin. 7, 40 Ne lassescat fortuna, metus est.*

**L A S S O**, are. [*ἀποτρέβω, κοπιώ*] *Fatigare.* Plin. Epist. 3, 9 *Multisque causis non lassaretur modo, verum etiam confunderetur.* Martial. 8, 32 *Lassare dominum supplicibus libellis. Artus lassauimus calamo* Ouid. Epist. 21, 245. *Brachia lassare aquis* Id. ex Pont. 3, 7, 28. *Manus tela lassaret* Id. Epist. 1, 10. *Me iam lassauit labor insolitus* Id. Met. 10, 554. *Robur perpetiendi lassandique inimicam vim* Sen. de Const. Sap. c. 9.

**L A S S O R**, ari. Pass. [*κοπιόμαι, ἀποτρέβομαι*] Ouid. Met. 2, 577 *In molli nequidquam lassor arena.*

**L A S S A T V S**, a, um. Partic. [*κοπιωσής*] Iuuen. 6, 130 *Et lassata viris, nondum fatiata, recessit. Concors cura omnium pro fatigatis, vt lassatas sustollant* Solin. c. 15. *de gruibus. Sequendo lassata* Ouid. Met. 9, 648. *Membra lassata* Id. Met. 6, 353.

**L A S S A T I O**, ōnis. f. *apud Mart. Capell.*

**L A S S A T O R**, ōris. m. *apud Augustinum.*

**L A S T A V R V S**, i. m. [*λάστανος*] *Quae pars caeditur in*

castratione Fest. in Solitauril. ¶ 2 *Scortator, salax et impudicus.* Suet. de Grammat. c. 15 *Lastaurum et lurconem* appellans.

## L A T

**LATACE**, es. f. *Herba magica.* Plin. 26, 4 *Latacen dari* solitam a Perfarum rege legatis, ut quocumque venissent, omnium rerum copia abundarent.

**LATE**, *vid.* **LATVS.**

**LATEO**, ui, ěre. [*λανθάνω, διαλανθάνω*] *In occulto esse.* Latuit ad hanc acetatem Cic. Tusc. 1, 4. *Vetus MS. habet* Iacuit. Latere abdite Cic. Verr. 4, 181. Id qua ratione confectus sit, latet Nep. 6, 1, 2. *Add.* 17, 6, 3. *Abditus latet* agro Hor. Epist. 1, 1, 5. Bene qui latuit, bene vixit Ouid. Trist. 3, 4, 25. *Clam latere* Ouid. Rem. Amor. 437. *Furtim latere* Id. Met. 14, 275. *Lucan.* 1, 419 *Virg. Aen.* 5, 6 — quae tantum accenderit ignem *Causa latet.* Vis et potestas, quae et oculis et auribus latere solet Varro L. L. 8, 52. *Add.* Terull. adu. Marc. 1, 3. *et adu. Hermog. c. 4. Loca* Cic. Catil. 1 c. 6. *et post Red. in Senatu c. 6 dubia sunt, priore enim nimis variat lectio: alter ita habet,* Vbi nobis haec auctoritas tamdiu tanta latuit. Nobis *pleonasticum* s. *ἄδιδου* est. *Cum Accusatio:* Varr. R. R. 1, 40, 1 *Semen* — duplex, vnum quod latet nostrum sensum, alterum, quod apertum. *Sic* Virg. Aen. 1, 134 *Nec latuere doli fratrem Iunonis et irae.* Ouid. Fast. 5, 361 *Lumina restabant, quorum me causa latebat.* *Et* Fast. 4, 211 *Res latuit patrem.* *Ex Ponto* 4, 9, 120 *Nil illum latet.* *Quamquam hinc inde variant libri.* *Sic* Sen. Oed. 295 *Visu carenti magna pars veri latet, obseruat Gron. in quibusdam libris esse carentem.* *Iustin.* 31, 2, 2 *Sed res Annibalem non diu latuit.* *In prosa sutissimum videtur casu plane abstinere.* Latet plerosque Plin. 2, 20. *Aequor latet sub* classibus Virg. Aen. 4, 482. *Amor latet* Ouid. Epist. 18, 14. *Ars latet* Id. Met. 10, 252. *Error latet aliquis* Virg. Aen. 2, 48. *Fures nocte latent* Catul. 60, (63) 34. *Virtus latet obruta paupertate* Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 122. *Martial.* 5, 59 *Nunquid apud Parthos, Armeniosque latet?* Latebat apud *Volumnium* Nep. 25, 10, 2. *In loco aliquo latet,* aut re aliqua Virg. Ecl. 3, 93. *Cic. Verr.* 3, 39. *Id. Acad.* 1 *extr.* *Sic omnia latere censebant in occulto, neque esse quidquam, quod cerni aut intelligi possit. Ut saepe summa ingenia in occulto latent* Plaut. Capt. 1, 2, 62. *In tenebris latere* Cic. Quint. Fratr. 1, 1. *Inter dentes latet* Plaut. Trin. 4, 2, 80. *Sub arcis latent* Plaut. Casin. 3, 5, 32. *Sub umbra Romanae amicitiae latebant* Liu. 34, 9 *extr.* *Nocte latent mendae* Ouid. de Arte Am. 1, 249. *Ter. Heaut.* 4, 2, 3 *Triumpho, si licet me latere tecto, abscedere.* *A librariis verbum hoc confunditur cum* Iaceo: *vbi vid.*

**LATENS**, entis. Partic. [*λατῆρας, κρυφῆρας*] *In aluo matris latentes* Hor. Carm. 4, 6, 19. *In latenti retinere ius ciuile,* *vid.* *In latenti, in praepositione* IN. *Manifestare latentem* Ouid. Met. 13, 106. *Dolus latens* Stat. Theb. 10, 236. *Gemitus* Lucan. 1, 257. *Ira* Id. 5, 256. *Saxa latentia* Virg. Aen. 1, 112. *Verba* Ouid. Met. 9, 572. *Compar.* *Origo latentior* August. de Genesi ad lit. 12, 18.

**LATENTER**, Adu. [*λανθάνωντος, κρυφῶν, λατῆρα*] *Clam, occulte.* Cic. in Topic. 63 c. 17 *Quum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunae euentus, obscura causa, quae latenter efficitur.* *Amare latenter* Ouid. ex Pont. 3, 6, 60. *Incendere latenter* Ammian. 31, 44. *Iterpere latenter* Idem 27, 21.

**LATESCO**, ěre. *Vix differt a Lateo, nisi quod altum velus quemdam exprimit, ut* Cic. Arateis 385 *Hic equus a capite et longa ceruice latefcit, q. d. occultat se. Nempe ita pingitur equus ille caelestis, ut nihil praeter caput et cervicem appareat.*

**LATITO**, ěre. Frequent. [*ἐμφολεῖω*] Cic. pro Domo 83 *Iube adesse, latitat omnino.* *Vlpianus in l. Fulcinius. D. Quibus ex causis in possessione eat.* *Latitare, est cum tractu aliquo latere: quemadmodum factitare, est frequenter facere.* Ouid. Epist. 7, 134 *Parsque tui latitat corpore clausa meo, rectius leg. lateat.* Plaut. Trin. 4, 2, 81 *Ille ignauissimus mihi latitabat.* *Latitare dicuntur, Qui ad iudicium vocati frustrantur, et ludificantur.* Cic. pro Quint. 54 c. 17 *Ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit.*

**LATITANS**, antis. Cic. pro Cluent. 39 c. 13 *Extrahitur domo latitans Oppianicus.* *Aper latitans* Hor. Carm. 3, 12, 12. *Sidera latitantia* Ouid. Met. 10, 449.

**LATITATIO**, ōnis. f. [*ἐμφολεῖσις*] *Quinctil.* 7, 2, 46 *Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia.*

**LATITATOR**, ōris. m. *apud* Augustin.

**LATITABUNDVS**, a, um. Sidon. Epist. 1, 6.

**LATEBRA**, ae. *et* **LATEBRAE**, arum. f. [*κευθρῶν, φωλεός*] *Loca, in quibus quid delitescere et occultari potest.* Plin. 7, 45. *Et* 8, 27 *Idem hiberna latebra visu obscurato, etc.* Cic. pro Lege Manil. 7 *Ita regnat, ut se nec Ponto, neque Cappadociae latebris occultare velit.* *Caecae* Virg. Aen. 3, 232. *Cyruae* Id. Georg. 3, 544. *Dulces* Hor. Epist. 1, 16, 15. *Tutae* Sil. 17, 618. *Ferarum latebrae* Liu. . . . Plin. 10, 19 *Oenanthe quidem etiam statos latebrae dies habet.* Cic. Fam. 3, 12 *Nullamne in tabellae quidem latebra fuisse absconditam malevolentiam, quae te impugnare auderet?* *Adhibere latebram obscuritatis* Cic. de Diuin. 2, 111. *Coniicere se in mirificam latebram* Id. ibid. 2, 46 c. 20. *Dare latebram populo, in qua, etc.* Id. de Legib. 3, 35. *Id.* pro Sext. 9 c. 4 *Quum illa coniuratio ex latebris, atque ex tenebris erupisset. In fugam et latebras Impelli* Id. pro Rabir. Perd. c. 8. *Id.* de Fin. 2, 107 c. 33. *Ludi, coenatio, villa Luculla (nam si tuam dicerem, latebram haberes) ad corpus, etc.* *Peragrare latebras suspicionum, vid.* **PERAGRO.** Cic. Off. 3, 106 c. 29 *Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem, quae infideli data sit, viderint, ne quaeratur latebra periurio, i. Excusatio, qua lateat et non videatur periurium.* *Refugere in latebras* Seneca Ep. 3. *circa fin.* *Latebrae et recessus in animis hominum* Cic. pro Marcel. 23 c. 7. *Conf.* **RECESSVS.**

**LATEBRŌSVS**, a, um. Adi. [*Φωλεώδης*] *Locus latebrosus, In quo frequentes latebrae sunt* Plaut. Bacch. 1, 1, 22. *Colles latebrosi* Sil. 5, 191. *Flumina latebrosa* Virg. Aen. 8, 713. *Frondes latebrosae* Claud. Conf. Stil. 2, 313. *Locus latebrosus ad equites tegendos* Liu. 21, 54. *Nox latebrosa* Lucan. 6, 120. *Pumex latebrosus* Virg. Aen. 5, 214. *Via latebrosa* Cic. pro Sext. 126. *Superl.* August. Retract. 1, 19 *Latebrosissima quaestio.* *Add.* Id. Enchirid. c. 18.

**LATEBRŌSE**, Adu. [*λατῆρας*] *Occulte, clam.* Plaut. Trin. 2, 2 *pr.* *Pater adsum, impera quid vis, neque tibi ero in mora: neque latebrose me abs tuo conspectu occultabo.*

**LATEBRICŌLA**, ae. c. *Qui latebras incolit.* Plaut. Trin. 2, 1, 14 *Latebricolarum hominum corruptor.*

**LATIBVLVM**, i. n. [φωλαεδο] *Idem quod Latebra. Non ferarum modo, sed et hominum esse; ostendit Buchner. ad Prudent. Hymn. in Natal. Christi v. 96. Sic Adire omnia latibula Catul. 61, (63) 54. Cic. Att. 12, 14. (13) Ego autem volo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei. Idem Off. 1, II c. 4 Omniaque quae sint ad viuendum necessaria, anquirat et paret, vt pastum, vt latibula, vt alia generis eiusdem.*

**LATIBVLO**, are. [φωλαεζω] *Latere. Varro nescio ubi Vide ne seruus domini latibulet.*

**LATIBVLOR**, ari. [φωλαεζω] *Dep. Idem. Accius: Putatoribus, Progredere, et ne quis latibuletur, prospice. Naeuius Erotopaegnio, 10 Nocte vt opertus amictu latibuletur. Antiquum. Vid. Non. 2, 496.*

**LATER**, eris. m. [πλωδρος] *Terra seu argilla forma expressa, ad solem siccata, vel igne fornacis cocta et in lapidem durata. Vitruuius 1, 5 sub finem, siue silex, siue caementum, aut coctus later, siue crudus, his erit vtendum. Cic. de Diuin. 2, 98 Num hoc in latere, 15 aut in caemento, ex quibus vrbs effecta est, potuit valere? Proprie Later est ad solem siccatus. Quod si coctus est, Testa dicitur, aut Later coctus. Varro de R. R. 1, 14, 4 Sepimentum e lateribus coctilibus, — e lateribus crudis — ex terra et lapillis compositis in formis. Col. 9, 1, 2 Murus crudo latere ac luto constructus. Conf. Pallad. 20 Mai. 12. et Iun. 8. ubi faciendi rationem docet. De hac audiamus Vitruu. 2, 3 Itaque primum de lateribus, qua de terra duci eos oporteat, dicam. Non enim de arenoso, neque calculoso, neque sabuloso luto sunt ducendi, quod ex his generibus quum sunt ducti, primum fiant graues: deinde quum ab imbribus, in parietibus asperguntur, dilabuntur et dissoluntur, paleaeque quae in his ponuntur, non cohaerescunt propter asperitatem, Faciendi autem sunt ex terra albida cretosa, siue de rubrica, aut etiam masculo sabulone. — Ducendi autem sunt per vernum tempus, et autumnale, vt vno tenore siccescant. Qui enim per solstitium parantur, ideo vitiosi sunt, quod 30 summum corium sol acriter quum percoquit, efficit vt videantur aridi, interius autem sint non ficci: et quum postea siccescendo se contrahunt, perrumpunt ea, quae erant arida: ita rimosi facti, efficiuntur imbecilli. Maxime autem vitiores erunt, si ante biennium fuerint ducti, namque non ante possunt penitus siccescere. Sunt ibi plura: 35 unde apparet proprie esse lateres ad solem siccatos, testas autem vocari, in fornace coctos, suo loco docemus. Conf. LATERANVS. Latere lauare, prouerbium, pro Operam ludere. Ter. Phorm. 1, 4, 8 Purgem me? laterem lauem.*

**LATERICIVS**, a, um. Adi. [πλωδρος] *Ex latere factum. 40 Plin. 37, 22 f. 51 Lapide duro, ac siltice aequo construunt, veluti lateritios parietes. Add. 18, 30. etc. Opus latericium Columel. 9, 6. Vrbs latericia ante Augustum Roma, quam ipse marmoream reliquisse gloriatur. Suet. Aug. c. 28.*

**LATERCVLVVS**, i. m. [πλωδριον] *Diuin. Paruus later. 45 Laterculus factus et coquere in fornace Cato c. 39. Plinius 30, 7. extr. Crudis laterculis ad formam camini. Curtius 5, 1, 25 scribit laterculus coctili structos fuisse muros Babylonios. Conf. ib. f. 29. Columel. 8, 14 Sub porticibus deinde quadratae harae caementis vel etiam laterculis exstruuntur. Est etiam Genus pisturii operis a forma, in quam 50 fingitur, vocati. Apul. Met. 10 p. 245 Emenb. Heic panis crustula, iucunculos, hamos, laterculos, etc. De condimento Cato 109.*

**LATERCVLVVM**, i. n. *Codex dignitatum omnium, tam militarium quam ciuiliu. 1. 1 et 2 Cod. de Offic. Quaestor. Et Isidor. 6, 17 Laterculum dictum, quod ordinem habeat statum annorum. Add. 55 Rhenan. ad Tertull. p. 77. Guther. de Offic. Dom. Aug. 3, 9.*

**LATERARIVS**, a, um. Adi. *Lateribus aptus. Terra lateraria Plin. 19, 8.*

**LATERARIVS**, i. m. [πλωδρος] *de Gloss. Gr. Lat.] Conf. Non. 5, 97.*

**LATERARIA**, ae. f. [πλωδρος] *Officina, in qua fiunt lateres. 60 Plin. 7, 56 Laterarias ac domos constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis: antea specus erant pro domibus.*

**LATERINA**, ae. f. *Idem. Tertull. adu. Marc. c. 2, 20 Mercedis pro laterinis deductis.*

**LATERAMEN**, inis, n. *Vas latericium. f. fctile Lucret. 6, 232 Rareque facit lateramina vasis. Sic Lambinus, qui cum Aeramine, et 65 Ferramine comparat.*

**LATERANVS**, i. m. *Deus focorum; et Genius, dictus hoc nomine, quod ex laterculis crudis caminorum istud exaedificetur genus. Quid ergo si testa (terra in fornace cocta) aut materie fuerint quacunque alia fabricati foci, genios non habebunt? et ab officio tutelae 70 quisquis iste est Lateranus abscedet, quod regni sui possessio non luteis constructa est formis. Haec Arnob. adu. Gent. 4 p. 130.*

**LATERANVS** *cognomen Romanum V. G. Plautiorum, quorum nobilissimus est a Nerone interfectus ille, de quo Tac. An. 15, 49 et 60. Ad hunc pertinet Iuuen. 10, 17 Egregias Lateranorum obsidet aedes Tota cohors. 75 Haec sunt Lateranae aedes Prudent. in Symmach. 1, 586. in Basil. am mutatae, et assignatae Christianis Pontificibus. Inde, Lateranense palatium, et Lateranensis basilica, Sancti Iohannis aedes vocata est, quae in Lateranorum nobilissimae gentis aedibus exstructa fuit. Vid. Hieron. ep. 30, 1.*

**LATERCVLVVS**, vid. LATER.

**LATERALIS**, vid. LATVS.

**LATERIVM**, i. n. *Fuit Qu. Ciceronis villa in ipsius patria Arpino: quam quum vellet vendere, Arpinatum erat fremitus excitatus. Cic. Att. 4, 7 Arpinatum fremitus est incredibilis de Latetio.*

**LATERIANVS** vel **LATERITANVS**, a, um. *Pira hoc nomine memorata Colum. 5, 10. et 12, 10. Plin. 15, 15.*

**LATERNA**, f. **LANTERNA**, ae. f. [φωδο] *Sic describitur ab Isid. 20, 10 Laterna dicta, quod lucem interius habet clausam. Fit enim ex vitro, intus recluso lumine, vt venti status adire non possit, et ad praebendum lumen facile vbique circumferatur. Priscian. 4 90 p. 622 a Lateo Laternam deriuat. Sed repugnat modulus Syllabae primae, quae longa est in nomine, in verbo breuis. Neque significatio conuenit. Neque enim latet lux in Laterna: sed adest, vt videatur. Itaque probanda videtur Parei ratio in Lex. Crit. Voc. Lanterna: qui hanc, nempe Lanterna esse antiquam scripturam defendit, et a se in MSS. pluribus deprehensam, affirmat. Lanterna igitur fuerit initio vndeunque (forte a Lampade corrupta voce) dicta. Extrusit literam n vsus, mansit tamen 95 modulus primae syllabae. Vet. Gl. Lanterna φωδο etc. Pulchre describit Laternam et a Lucerna distinguit Martial. 14 f. Apophor. 61 Dux laterna viae clausis feror aurea flammis: Et tuta est gremio parua lucerna 100 meo. Non dicit Et latet in gremio, sed Tuta est. Ibid. 62 de Laterna ex vesica. Cornea si non sum, numquid sum fuscior? Cic. Att. 4, 3 Clodii vestibulum vacuum sane mihi nuntiabatur, paucis pannosis sine laterna. Plaut. Aulul. 3, 6, 30 Ita is pellucet, quasi laterna Punica. Add. Id. Amphit. prol. v. 149.*

**LATERNARIUS**, s. **LANTERNARIUS**, *vs Graec. i. m.* [*Φανωδβροος*] *Qui alteri laternam praefert.* Cic. in Pison. 20 c. 9 *An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinae laternario? Foris hic pertinet* Veget. 3, 18 fin. *Depositum (demissi de muro) funibus cum* 5 *hostes dormiunt in Laternis portant lucernas, et incensis machinis rursus leuantur in murum.*

**LATESCO**, *vid. LATEO.*

**LATESCO**, *vid. LATVS Adiectivum.*

**LATEX**, *icis. m.* [*λάμα*] *Omnis humor Poëtis dicitur. v.g. Vinum* 10 *Virg. Aen. 1, 690 Regales inter mensas, laticemque Lyaeum. Ouid. Met. 8, 274 Palladios latices dixit, quum Oleum dicere vellet. Lucret. 1, 940 Absinthii laticem i. succum. De aqua Cic. de Diuin. 2, 63 Nos circum latices gelidos fumantibus aris, etc. Ex Homero. Lucret. 1373 Cedere squammiferis latices nitentibus aiunt, etc. Cupido laticum, Sitis Lucret. 4, 1086. Liquoris vitigeni latex Lucret. 5, 15. Aonius latex Sen. Med. 80. Dirce, fons Boeotiae. Calidi latices Virg. Aen. 6, 218. Caerulei latices Ouid. Trist. 3, 10, 29. Perennes latices Lucret. 5, 263. Sacri Ouid. Met. 5, 263. Congerere laticem in vas Lucret. 3, 1022. Perpotare absinthii amarum laticem*

20 *Lucret. 4, 16. Refouere aliquem gelido latice Sen. Agam. 788.*

**LATHYRIS**, *idis. f.* [*λαθυρις*] *Herba. Plin. 27, 11 Lathyris folia habet multa lactucae similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen tuniculis continetur, vt capparisi.*

**LATHYRVS**, *i. m.* *Herba, quae alias Leontopodium Apul.* 25 *de Herb. c. 7.*

**LATIALIS**, **LATIARIS**, *vid. LATIVM.*

**LATIBVLVM**, *vid. LATEO.*

**LATICLAVIVM**, *vid. LATVS, Adi.*

**LATIFOLIVM**, **LATIFVNDIVM**. *Vid. LATVS, Adi.*

30 **LATINE**, **LATINVS**, *vid. LATIVM.*

**LATINI**, *orum. m.* [*Λατινός*] *Populi Italiae in Latio: de quibus* Cato in Originibus apud Seru. ad Aen. 1, 10 *Primo Italiam tenuisse quosdam, qui appellabantur Aborigines: hos postea aduentu Aeneae Phrygiis iunctos, Latinos vno nomine nuncupatos. Addit Seruius*

35 *Aeneam victis Latinis, vt eorum fauorem sibi conciliaret, nomen Latinum non solum illis non sustulisse, sed etiam Troianis imposuisse. Vid. Liu. 1, 1 et 2.*

**LATINVS**, *i. m.* [*Λατινός*] *Laurentum rex, Fauni et Maricae* 40 *nymphae Laurentis filius, qui Aeneam hospitio excepisse mox Lauinium illi filium et partem imperii tradidisse canitur Virg. Aen. 7, 45 — Rex arua Latinus et vrbes etc. Vid. Liu. 1, 1 et 2. ¶ 2 Latinus*

*Siluius, vt ait Liuius 1, 3 Aeneae Siluii fuit filius, et mortuo patre Albanis imperauit, et ab eo coloniae deductae eorum, qui Prisci Latini nuncupati sunt.*

45 **LATIO**, *vid. FERO.*

**LATITO**, *vid. LATEO.*

**LATITUDO**, *vid. LATVS, Adi.*

**LATIVM**, *i. n.* [*Λατία*] *Pars exigua, sed nobilissima Italiae, quam transit Tiberis, vbi mari appropinquat. Vd. Plin. 3, 5 f. 9. Volunt dictum Latium a Latendo, quod illic saeuere Saturnus, Iouem filium fugiens. Ouid. Fast. 1, 238 Dicta quoque est Latium terra latente deo. Virg. Aen. 8, 322 Latiumque vocari Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris. Varro autem L. L. 4, 5 Latium dici putat, quod latet Italia inter praecipitia Alpium et Apennini Plin. l. c. Tenuere*

50 *alii aliis temporibus Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et vltra Circeios Volscæ, Ofci, Aufones etc. Cic. pro Arch. 5 Studiaque haec et in Latio vehementius tum colebantur. Id. Fam. 9, 16 Mirifice capior facetiis maxime nostratibus, praesertim quum eas videam primum oblitus Latio tum, quum in urbem nostram est infusa peregrinitas: nunc vero etiam Braccatis et Transalpinis nationibus, vt nullum veteris leporis vestigium appareat. Ferox Latium Hor. Carm. 1, 35, 10. Felix Latium Hor. in Carm. saecul. 66. ¶ 2 Latium i. ius Latii, s. Latinae ciuitatis, quae paullo Romana inferior.*

55 **LATIVS**, *a, um. Adi.* [*Λατιός*] *Fere poëticum Columel. 1 in praef. An Latiae musae non solos adytis suis Accium et Virgilium recepere, sed eorum et proximis et procul a secundis sacras concessere sedes? Agri Latii Ouid. Fast. 3, 606. Arces Latiae Ouid. Met. 15, 582. Gens Latia Ouid. Fast. 4, 42. Lingua Latia Ouid. ex*

70 **Pont. 2, 3, 75. Latius, Latus, Laetus miscentur a librariis. Vid. Drakenb. ad Sil. 12, 411. et 17, 433.**

**LATIÁLIS**, *e.* [*Λατιός*] *Quod est ex Latio. Latialis Iupiter, apud Cic. pro Milon. 86 c. 31. Al. Latiaris. Caput Latiale Lucan. 1, 530. Doctrina Latialis Macrob. 1, 1. Populus Ouid. Met. 15, 481. Plin. 3, 1 Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia. i. Latino.*

**LATIALITER**. *Adu. Sonare Latialiter Sidon. Carm. 23, 235. Sirmond. leg. Latiariter. Peplo circa humeros inuoluto Latialiter tegebatur Mart. Capella l. 5 pr. i. habitu Latino, qui idem dicitur Gabinus:*

80 *vid. Barth. ad Stat. Theb. 4, 19.*

**LATIAR**, *aris. n. i. feriae Latinae. Hoc nomen Ciceroni restitui vult Gronou. Obs. 4, 25 p. 382. Vnde sic edidit illius filius ad Qu. Fr. 2, 4. extr. Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi, caeterum (ille dies) qui confectum erat Latiar, erat exiturus*

85 *(cum ista scriberem). Vid. CONFECTVS n. 2 Confectae Latinae. Macrob. Saturn. 1, 16 Cum Latiar, hoc est Latinarum follemne concipitur.*

**LATINVS**, *a, um. aliud Adi.* [*Λατινός*] *Virg. Aen. 1, 10 genus vnde Latinum. Carmen Latinum Hor. Carm. 1, 32, 3. Consuetudini Latinae tradere Columel. 12 praef. i. In Latinum sermone*

90 *vertere. Ferae Latinae. Var. de L. L. 5, 3 Latinae feriae dies conceptiuus dictus a Latinis populis, quibus ex Albano monte ex sacris carnem petere ius fuit cum Romanis. A quibus Latinis, Latinae dictae. Cic. pro Planc. 23 Quibus e municipiis vix iam qui carnea Latinis petant, inueniuntur. Conf. Liu. 32, 1. et 37, 3. Multa de iis Manut. in Cic. ad Q. Frat. 2, 4 p. 52. et ad Att. 1, 3. pr. Breuiter: sacrificium fuit, quo tanquam sacro vinculo contineri debebant socii, qui per Legatos suos partem carnis petere solebant. Non licuit ante illas peractas in expeditionem ire Consulibus. Hinc iis retinendis interdum dilatae. V. Liu. 25, 12. 41, 20 etc. Vocantur interdum Latinae simpliciter, vt vidimus, item Latiar vbi vid. Hor. Epist. 1, 3, 12 Fidibusne Latinis Thebanos aptare modos studet, i. carmen Pindaricum Latina lingua scribere. Gens Latina Virg. Aen. 8, 55. Iuniani Latini apud Ictos libertini, qui iura Latinorum consecuti fuerant, i. iura quaedam tantum ciuium Rom. alia non item. Vid. Spanh. Orb. Rom. 1, 8. Heinecc. Antiquit. 105 Iuris etc. Cic. de Fin. 1, 10 Ita sentio, et saepe differui, Latinam*

**Lingua**

Linguam non modo non inopem, vt vulgo putarent, sed locupletio-  
rem etiam esse quam Graecam. *Contra de illius penuria conqueritur*  
Sen. Ep. 59. et Plin. Ep. 4, 17. Scripta Latina Scribon. Ep. . . Sermonis La-  
tini natiuus lepor, non adscitus Nep. 25, 4. Vertere in Latinum, *b. e.*  
*In Latinam linguam* Quinctil. 10, 5 *subaud.* Sermonem. Verbis  
Latinis miscere Graeca Hor. Serm. 1, 10, 20. Vocabula parum  
Latina Martial. 2, 8. Voce Latina loqui Ouid. Trist. 3, 12, 39.  
Vrbs Latina Virg. Aen. 9, 367. *Compar.* Hieronym. Epist. 13 ad  
Paulin. Nihil Latinius tuis voluminibus. *Superl.* Idem Epist. 51  
Homo Latinissimus. Viri Latinissimi August. de Grammat. Tom. 1 p. 98.

LATINE, Adu. [*Λατίνῃ*] *Latinorum lingua et consuetudine lo-  
quendi.* Dicitur Latine Scribon. 227. Cic. Verr. 6, 2 Latine me  
scitote, non accusatorie loqui. Idem Philipp. 7, 17 Qui plane et  
Latine loquuntur. *b. e. Proprie, aperte, et vt res habet, sine figuris  
vllae obscuritate aut circuitu.* Loqui Latine, *pro aperte, ac simpliciter*  
eloqui Martial. Praefat. Quinctil. Decl. 3. Gell. 4, 1. *Conf.* Turneb.  
Aduers. 24, 5. Loqui Latine, *i. Pure et emendate loqui.* Cic.  
de Opt. gen. Orat. 4 c. 2. et de Clar. Orat. 108 c. 28. *Add.* ib. c. 37.  
Aliud Latine loqui, aliud Grammaticae Quinctil. 1, 6, 27. Cic. pro  
Caecin. 55 Quid enim facilius est, quam probari iis, qui Latine sciunt,  
in vno seruulo familiae nomen non valere?

LATINITAS, ātis. f. *Pro Latino sermone.* Cic. Att. 7, 3  
Secutusque sum non dico Caecilium, Mane vt ex portu in Piraeum  
(malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium, etc. *Et ad Herenn.*  
4, 17 c. 12 Latinitas est, quae sermonem purum conseruat, ab omni  
vicio remotum. *Conf.* Diomed. l. 2 de Latinitate, et Mar. Victorin.  
Gramm. l. 1. Latinitas, *ius Latii, ius civium Romanorum, partibus  
quibusdam minutum.* Cic. Att. 14, 12 Scis quam diligam Siculos.  
Multa illis Caesar, neque me inuito, etsi Latinitas erat non ferenda,  
etc. Suet. Aug. c. 47 Vrbiū quasdam — Latinitate vel ciuitate donauit.

LATINIENSIS, e. *Idem quod Latinus.* Cic. de Arusp. Respons.  
20 c. 10 Quod in agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu,  
*ex formula sollempni.*

LATINO, āre. *Latine vertere.* Cael. Aurel. Tard. 5, 6 Huius  
nominis vim saepe latinauimus.

LATINIZO, āre. *Idem.* Cael. Aurel. Acut. 2, 1 Sorani haec  
sunt, quae latinizanda suscepimus.

LATMVS, i. m. [*Λάτμος*]. Plinio 5, 29 Ioniae mons, nobilis  
ob Endymionis fabulam, quem aiunt a Luna adamatum in eodem ob-  
dormiuisse. *Add.* Cic. Tusc. 1, 92 c. 38 qui montem Cariae vocat.

LATMVS *Endymio ap.* Stat. Silu. 3, 4, 40 Cadat tibi Latmius  
vltro: *inter pulchros.*

LATOMIAE, *vid.* LATVMIAE.

LATONA, ae. f. [*Λατώ*] *Cei filia, a Ioue dilecta pariter et op-  
pressa, Apollinem et Dianam peperit. Vnde Apollo Latoides, et Diana*  
Latonia dicitur. Filius Latonae, Phoebus Tibul. 3, 4, 72. Genus  
duplex Latonae Virg. Aen. 12, 198. Puer Latonae, Phoebus Hor.  
Carm. 4, 6, 37. Candida Latona Claud. Conf. Prob. et Olyb. 184.  
Dilecta Ioui Latona Hor. Carm. 1, 21, 4.

LATONIVS, a, um. Adi. [*Λατώϊος*] Proles Latonia Ouid. 50  
Met. 8, 15. Delos Latonia Virg. Georg. 3, 6 quod in ea Latona  
enixa sit Dianam et Apollinem. Seru. Luna Latonia Tibul. 3, 4, 29.  
Stirps Latonia Ouid. Trist. 3, 2, 3. *MSS. habent Latoia.* Velox  
Latonā Stat. Theb. 9, 679.

LATONIA, ae. f. *Diana.* Virg. Aen. 9, 405 Astrorum decus,  
et nemorum Latonia custos.

LATONIGENAE, arum. m. [*Λατογενῆς*] *Apollo et Diana.*  
Senec. Agam. 320. Duo Latonigenae Ouid. Met. 6, 160.

LATOVS, i. m. [*Λατώϊος*] *Apollo.* Hor. Carm. 1, 31, 18 Frui  
paratis, et valido mihi Latoë dones.

LATŌIVS, a, um. *Idem quod Latonius.* Ouid. Met. 8, 541  
Parthaoniae tandem Latoia clade Exfatiata domus. *Conf.* Trist. 3, 2, 3.

LATŌIS, idos. f. *Diana.* Ouid. Epist. 21, 153 Confiteor, timeo  
faeuae Latoidos iram.

LATŌIDES, ae. m. *Apollo.* Stat. Theb. 1, 663 Tenuit reue-  
rentia caedis Latoidem. *Et pl. Latoidum numina, i. Apollinis et  
Dianae* Auson. Epitaph. 27, 2.

LATOR, ōris. a Fero, fers. *Vid.* FERO.

LATRINA, ae. f. *itemque LATRINVM, i. n.* [*Λατρίων* Gloss.  
Lat. Gr. *ἡΨεδρών*] *Est contractum e Lauatrina, locus ubi lauatur, elui-  
tur quidquid impurum est.* Non. 3, 131 Latrina genere feminino,  
et est Lauatrina, quod nunc balneum dicitur. Lucil. lib. 11 Qui in  
latrina languae. *Sic Mercet. sed Gothofr. lacuque.* Neutro, Labe-  
rius Compitalibus, sequere in latrinum, vt aliquid gustes ex cynica  
haeresi. Lucil. 6 Hoc tu apte, credit quamquam latrina petisse.  
*et plura* Nonius. *Conf.* LAVATRINA sub LAVO. *Sed recep-  
tioribus* Latrina est locus, in quem sordes omnes confluent. *Hinc Iu-  
mundis quaecumque vomit latrina cloacis* Colum. 10, 85. Apuleius  
de Asino 9 p. 223. *Elmenb.* Omnia prorsus vt in quandam coenosam  
latrinam, in eius animum confluerant vitia. Plaut. Curc. 4, 4, 24  
Non pluris facio, quam ancillam meam, quae latrinam lauat.

LATRO, āre. [*ὄλω, ὄλων*] *Proprium est canis, quum impe-  
tum facit et voce terret.* Virg. Ecl. 3, 18 Multum latrante Lycisca.  
Plaut. Amph. 4, 3, 24 Nec gannio, nec latro. In aliquem latrare  
Plaut. Poen. 5, 4, 64. Cic. pro Rosc. Amer. 56 c. 20 Quod si luce  
quoque canes latrent, quum deos salutatam aliqui venerint, etc.

¶ 2 Latrare, *ad homines translatum, pro Vociferari, et intentione voce  
clamare.* Cic. de Orat. 2, 220 Quid enim hic meus frater ab arte  
adiuuari potuit, quum a Philippo interrogatus quid latraret, firem se  
videre respondit? de Orat. 3 c. 34. Idem de Clar. Orat. 58 c. 15  
Latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur. Rumperis, et  
latras magnorum maxime regum Hor. Serm. 1, 3, 136. Rumperis,  
*Ex impatientia: Latras, More canum amare obiurgas.* Latrare ali-  
quid, *i. Poscere.* Lucret. 2, 17 Nonne videtis Nil aliud sibi  
naturam latrare, etc. Fest. 10 Latrare Ennius pro Poscere posuit.  
*Versus autem Ennii citatur a Varr. lib. vlt. de Ling. Latina, non ita  
procul a sine: Multa, inquit, ab animalium vocibus translata in ho-  
mines: partim, quae sunt aperta: partim, obscura. Perspicua, vt  
Ennii: Animus cum pectore latrat, quo loco multi codices perperam  
habent Latrat. Latrare etiam Poëtis dicuntur aquae.* Claud. 33, 148  
Hinc latrat Gaetula Thetis, etc. *Vid. Drakenb. ad Sil. 3, 471. vid.*  
Allatro.

¶ 3 Latrare, *cum accus.* Hor. Serm. 2, 1, 85 — si  
quis Opprobriis dignum latrauerit integer ipse. *Vid. Bentsl. Nempe  
etiam proprio sensu ita constructur.* Gellius 7, 1 de Scipione Africano,  
Quod solum id temporis in Capitolium ingredientem canes neque latra-  
rent eum, neque incurrerent. *De eadem re* Sextus Aur. Vict. de V. I.

49 In Capitolium intempesta nocte euntem numquam canes latrauerunt. Sic Arutz. ex MSS. pro vulg. eunti allatrauerunt. Hanc porro constructionem defendunt Heins. ad Ouid. Am. 2, 19, 40 Quid latent nocte silente canes. Stat Silu. 2, 1, 184 Illum nec terno latrabit Cerberus ore. Et Sil. 1, 3, 5 Illum nec calido latrauit Sirius astro. Horat. Epist. 1, 2, 66 Venaticus ex quo Tempore ceruinam pellem latrauit in aula, Militat in filuis catulus. Petron. c. 104 Et canis in somnis leporis vestigia latrat. Hor. Epod. 5, 57, Senem adulterum latent Suburanae canes. Hinc et Passiu. Plin. 25, 10, 78 Hanc habentes, negant latrari a canibus. Latratur, Imperf. Ouid. Trist. 2, 459 Scit cui latretur, quum solus obambulat ipse.

LATRANS, antis. Partic. [ὄλαντων] Colla latrantia canis Propert. 3, 18, 23. Bella vndique latrantia Claud. in Eutrop. 2, 486. Ianitor latrans Virg. Aen. 6, 400. Monstrum latrans Idem Ecl. 6, 75. Senex latrans, scil. Canis Phaedr. 5, 10, (11,) 7. ubi prima corrigitur, alias auctoritate optimorum Poëtarum semper producta. al. transportunt verba, ut metrum seruetur. Vid. Burmann. ad loc. in Drakenb. ad Sil. 1, 421. Conf. Latratus et CIRCUMLATRO. Vndae latrantes Sil. 3, 471. Vid. Supra in LATRO, n. 2. Stomachum latrantem lenire Hor. Serm. 2, 2, 17.

LATRĀTVS, a, um. [ὄλαγμός] Aliud Partic. Caput latratum Capharei Stat. Achil. 1, 451. i. Fluctuum tumultu affectum. Martial. 4, 53. de Cynico Philosopho, Cui dat latratos obuia turba cibos. i. Latratu mendicatos more canis.

LATRĀTOR, ōris. m. [ὄλακτῆρ] Virg. Aen. 8, 698 Omnigenumque deum monstra, et latrator Anubis, etc. Seruius, Latrator quia canino capite pingitur; hunc volunt esse Mercurium: ideo quia nihil est cane sagacius. Adde Martial. 12, 1. Pro Rabula molesto ponitur a Quinctil. 12, 19 p. 1083 Si a viro bono in rabulam latratoremque conuertitur.

LATRĀTVS, ūs. m. [ὄλαγμός] Plin. 8, 40 Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percussorem domini, laniatu et latratu adactum ut cogeretur fateri scelus? vid. Varro L. L. 6, 3. Latratus grauis Varr. de R. R. 2, 9. Aper actus latratibus Ouid. Fast. 2, 231. al.

Laurentibus. Claris latratibus actus ceruus Ouid. Met. 13, 806. Dare latratus Senec. Medea 841. Edere latratus Scribon. 171. Implet vagis latratibus dumeta venator Sil. 3, 294. Intonare latratu ingenti. Vid. INTONO. Remugit nemus latratu Senec. Thyest. 8. Saecuit canum latratus in auras Virg. Aen. 5, 257. Terrificique oris strictum

40 Siluisse latratum Paullin. Petroc. de Mart. 5, 323. Transmittere latratus Sil. 14, 21. Turbare apros latratu Virg. Georg. 3, 411.

LATRABILIS, e. Latranti similis. Cael. Aurel. Acut. 3, 11 Vox obtusa et veluti latrabilis.

LATRATIO, onis. f. Mart. Capella.

45 LATRO, ōnis. c. [λατρός] Sollemni velut significato sic dicuntur Viarum obsessores, qui publice vel per vim furantur, quod a Latere adorianur; vel a Latendo: quod latenter insidientur, auctore Festo. Cantabit vacuus coram latrone viator Iuuenal. 10, 22. Cic. Philip. 2, 62 c. 25 Erat ei viuendum latronum ritu, ut tantum haberet,

50 quantum rapere potuisset. Add. Martial. 11, 59. Infesti latrones Hor. Serm. 2, 1, 42. Infidiosus latro. Vid. INSIDIOR. Perditi furiosique, de Cilicibus Flor. 3, 6, 2. Latronem, pro Venatore usurpant nonnunquam Poëtae. Virg. Aen. 12, 7 Fixumque latronis Impavidus frangit telum. Hinc Latro conuicium in hostem, quom sic accu-

55 sant bellum non legitimum gerere, aut ex ciue perduellem factum. Cicero saepe, v. g. Phil. 2 c. 3 Qui tibi, ut tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum, de Caesare. Caes. B. Ciu. 3, 109. extr. Ut potius priuato paucorum et latronum consilio, quam regio, susceptum bellum videretur.

¶ 2 Latrones, eos antiqui dicebant, qui Conducti militabant ἀπὸ τῆς λατρείας, Festus. Sed audiamus Varron. de L. L. 6, 3 p. 74, 36 Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum: quos postea a stipatione stipatores appellarunt, et qui conducebantur mercede. Ea enim merces dicitur Graece λατρεὼν καὶ σάτρεων. Ab eo veteres Poëtae

65 nonnunquam milites appellant latrones. Hic aliquid deesse videtur, de altera significatione, quam primo loco posuimus, subiicitur enim, quod item etc. milites cum ferro, aut quod latent, ad insidias faciendas. Plaut. Mil. 1, 1, 75 Nam rex Seleucus me opere orauit maximo, ut sibi latrones cogerem et conscriberem.

¶ 3 Latrones etiam sunt Calculi in lusu calculatorum, qui imaginem quandam praelii habent. Ouid. de Arte Am. 3, 357 Cautaque non stulte latronum praelia ludat. Vid. LATRUNCVLVS.

LATRUNCVLVS, i. m. Dimin. Cic. de Prouinc. Conf. 15 c. 7 Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a Propraetore vna cohorte auxiliaria gesta. Passim vsuntur ICTi de exteris, quasi iure suo in aliena regione, quicum nec bellum nec pacem habent, latrocinantibus. Vid. Strauch. Dissert. ad Ius Iustin. 15, 6. v. g. l. 24 ff. de captiuis coll. l. 118 De verb. signif. etc. Est et Iacobi Thomasi Diss. de Latrociniiis.

¶ 2 Latrunculus, qui et Latro, est etiam Quo luditur in XII. scriptis gemina acie vtriusque directis. Martial. 14, 20 Insidiosorum si ludis bella latronum. Seneca Ep. 106 Latrunculis ludimus. Idem de Tranquill. c. 14. extr. Ludebat latrunculis, quum centurio agmen, etc. Add. Plin. 8, 54. Vopisc. in Proclo c. 13. Macrob. Sat. 2, 5. De hoc ludo Ouid. Artis 2, 207

85 Siue latrocinii sub imagine calculos ibit,  
Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus. Et 3, 357  
Cautaque non stulte latronum praelia ludat  
Vnus cum gemino calculus hoste perit.  
Bellatorque sua prensus sine compare bellat

90 Aemulus et coeptum saepe recurrit iter.  
Cognatus videtur lusus XII scriptorum, de quo vid. SCRIPTVM, SCRIPTVLVM in SCRIBO.

LATRUNCVLARIVS, a, um. Lateruncularia tabula, In qua laterunculis luditur. Senec. Epist. 117 circa finem, Nemo qui ad incendium domus suae currit, tabulam laterunculariam perspicit, ut sciat, quomodo alligatus exeat calculus. Editi. antiquae Laterunculariam.

LATRUNCVLĀTOR, ōris. m. [λατρωδίακτῆρ] Qui Latrones persequi et conquirere iussus est. Vlpian. 5 Digest. de Iudiciis. l. Sollemus, Latrunculator de re pecuniaria iudicare non potest.

100 LATROCINOR, āri. [λασείνω] Latronum more praedari. Cic. de Nat. Deor. 1, 87 c. 31 Tot millia latrocinantur morte proposita: alii omnia quae possunt sana compilant. Idem de Legib. 1, 43 Ius esset latrocinari, ius adulterare, etc. Histri latrocinati naues Romanorum fuerant Eutrop. 3, 2. extr. Latrocinari ex oculis Plin. 9,

105 42. Latrocinari, Mercede militare Varro de L. L. 6, 3 p. 74, 35. Laudatur



*laudatur locus* In Cornicula, Qui regi latrocinatus decem annos Demetrio. Plaut. Frag. 1, 70 Latrocinatus annos decem, mercedem accipio. Conf. Trin. 2, 4, 197. Mil. 2, 6, 19. et Poen. 3, 3, 90.

**LATROCINATIO**, ōnis. f. *Actus Latronis.* Plin. 19, 4 Multitudinis innumerae facua latrocinatio.

**LATROCINIVM**, i. n. *Idem, quod et vſitatus eſt. Utuntur etiam eo nomine inuidiae faciendae cauſa, ad vim iniuſtam et dolos notandos.* Cic. pro Roſc. Amer. 61 c. 22 Quod putares hic latrocinium, non iudicium futurum. Furtim et per latrocinia potius quam bonis artibus ad imperia et honores nituntur Salluſt. Iug. c. 9. Cic. Verr. 3, 57 Tu quae ex fanis religioſis per ſcelus et per latrocinium abſtulſti, etc. Caef. Bell. Gall. 8, 24 Quia repentino latrocinio atque impetu incolae illorum, etc. Hor. Serm. 1, 3, 122 — quum dicas eſſe pares res Furta latrociniiſ. Ouid. de Arte Am. 2, 207 Siue latrocinii ſub imagine calculus ibit. *De Ludo.* Caſtrenſe latrocinium, vid. 15

**CASTRVM.** Nefarium latrocinium, vid. **NEFARIVS.** Tueri fines ap̄ excuſionibus hoſtium et latrociniiſ Cic. pro Deiot. c. 8. Agitare latrocinia Tacit. Ann. 12, 27. Coniicere in latrocinium, vid. **CONIICIO.** Depellere latrocinia Cic. ad Quint. Frat. 1, 1, 8. Facere latrocinium Sen. Ep. 7. ¶ 2 Latrocinium, olim *ipſa Militia.* Plaut. apud Non. 2, 508 Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti.

**LATROCINATOR**, ōris. m. *Idem ac Latro in Dig.*

**LATROCINALIS**, e. Apud. Mileſ. 2 p. 121 *Elmenb.* Quodcunque vel ignotorum miſeratione, vel amicorum beneuolentia extraximus, id omne latrocinialis inuaſit manus. Caſtra latrocinialia Ammian. 27, 2. Globi latrociniales Idem 31, 16.

**LATROCINALITER.** Adu. *Idem.* Mart. Capell. 6 Latrocinialiter interimere.

**LATVMIAE**, [λατομια] vel **LATOMIAE**, aut etiam quod optimi quique libri habent **LAVVMIAE**, arum. f. *Lapidinae,* Feſtus: Latumias ex Graeco et maxime a Syracuſanis, qui latumias et appellant et habent, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad exſtruendam urbem. Praecipue nimirum ita nominatus eſt Carcer Syracuſanus, quem deſcribit Cic. Verr. 5, 68 c. 27 Lautumias Syracuſanas omnes audiſtiſ, plerique noſtiſ. Opus eſt ingens, magnificum, regum ac tyrannorum: totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, et multorum operis peritus exciſo: nihil tam clauſum ad exituſ, nihil tam ſeptum vndique; nihil tam tutum ad cuſtodias, nec fieri, nec cogitari poteſt. Add. ib. 143 c. 55. Liu. 32, 28 ſtr. Cic. Verr. 3, 14 Qui iuratuſ apud voſ dixit multoſ ciueſ Romanos in lautumiis iſtius imperio crudeliſſime per vim morte eſſe mulctatoſ. Idem Verr. 5, 145 Quaecunque nauis ex Aſia, quae ex Syria, quae Tyro, quae Alexandria venerat, ſtatim certis iudicibus et cuſtodibus tenebatur: vectoreſ omneſ in lautumias coniciebantur. Fuit etiam locus Romae, qui Latomiae vel

*Lautumias dicitur.* Liu. 26, 27 De incendio circa forum, Comprehenſa poſtea priuata aedificia, neque enim tum baſilicae erant: comprehenſae lautumiae, forumque piſcatorium, et atrium regium. Ad eandem regionem videtur pertinere, hodie eſt Liu. 39, 44 Cato atria duo Maenium et Titium in lautumiis, et quatuor tabernas in publicum emit, baſilicamque ibi fecit, quae Porcia appellata eſt. Plinius 11, 37 De Ariſtomene Meſſenio a Spartanis capto, Ipſe conuulſeratus et captuſ ſemel per cauernam lautumiarum euasiſ, anguſtoſ vulpium adituſ ſecutiſ. Et ita ſcribendum, euidentiffime apparet ex Seneca Exc. Controu. 9, 4 de Sabino quodaſ: Ille etiam, inquit, quum reuſ rogaret, vt in lautumias transferretur, Ne nunc, inquit, quemquam veſtrum decipiat nomen, Lautumiae: illa animo meo lauta reſ eſt. Iocabatur in miſeriis et periculis ſuiſ. In quibus non debuiffe quiſ neſcit? potuiſſe quiſ credit? Licet vero Lautumia generatiſ firmi carceriſ nomen ſit, tamen paſſim ad proprietatem reſpicitur. Plaut. Poen. 4, 2, 5 Ita me DI

ament, vel in lautumiis vel in piſtrino mauelim agere actatem, praepedituſ latera forti ferro. Id. Capt. 3, 5, 65 Inde ibiſ porro in latumias lapidarias. Ibi cum alii octonoſ lapideſ eſſodint, Niſi quotidianuſ ſeſqui opuſ confeceris Sexcenteplogo nomen indetur tibi. Viſpian. l. 1 §. vlt. de Aleatoribus, Aut in lautumias, vel in vincula publica dicitur. Sidon. Epift. 1, 7 ſin. Publicum carcerem, lautumias, excaſtulum iungit.

**LATVERRIVS**, ſ. **LAVTVMARIVS** a Turn. Adu. 21, 15 tribuitur Ciceroni, pro Lanternario, ubi vid. ſub **LATERNA.** Interpretatur nomen hominem, qui propter ſcelera ſua in Lautumia detentus fuerit.

**LATVS.** [πλάτυς] Partic. a Fero, fers, vid. **FERO.**

**LATVS**, a, um. ior, iſſimuſ. [εὐρύς, πλατύς, λαύρος] Spatioſuſ, ampluſ, laxuſ. Cuiuſ contrariuſ eſt Anguſtuſ. Aduſ latuſ, vid. ſub **ADEO.** Aequor Hor. Epift. 1, 2, 20. Agri Virg. Aen. 8, 8. Amniſ Id. Georg. 1, 141. Area Ouid. Epift. 1, 72. Armi Virg. Aen. 11, 644. Campi Id. Georg. 1, 492. Clauſ, vid. **CLAVVS.** Flumina Virg. Georg. 3, 215. Fundi Sic. Flacc. p. 18 et 22 Goef. i. latifundium. Lati vel Latiſ humeriſ eſſe dicuntur heroſ a Poetiſ, vid. Drakenb. ad Sil. 1, 499. Humuſ latuſ habebat diueſ Ouid. Faſt. 5, 280. Oratio liberior et latior Cic. de Cl. Orat. c. 31. Orbis latuſ Hor. Carm. 1, 12, 56. Ore lato ingeſ fenetra Virg. Aen. 2, 482. Pectuſ latuſ Ouid. Faſt. 1, 378. Radice lata arbor Plin. 12, 7. Regna latiſſima Ouid. Epift. 2, 3. Taeda latiſſima Iuuenal. 12, 59. Viroſ latoſ exigunt vineae Colum. 1, 9, 4. Vnguſ latuſ Plin. 11, 45. Vnguem latuſ non diſcedere, vid. **VNGVIS.** Latuſ pectore Martial. 12, 38. Latuſ, cum genitiſo, Columel. 3, 13 Auariuſ quidaſ dupondio et dodrante altuſ ſulcuſ, latuſ peduſ quinque faciunt. Vid. Longuſ peduſ quatuor, in **LONGVS.** Latuſ, cum accuſatiuo. Plin. 6, 26. De Babilone: Saxaginta millia paſſuſum amplexa muris, ducenoſ pedeſ altiſ, quinquagenoſ latiſ. Buccina tortiliſ in latuſ Ouid. Met. 1, 336. Cic. Acad. 4, 127 Eſt animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabuluſ conſideratio contemplatioque naturae. Erigimur, latioreſ fieri videmur, humana deſpicimur. De permutatione huiuſ vocis in MSS. vid. **LATIVS** ſub **LATIVM.**

**LATE.** Adu. [πλάττω] Plin. Epift. 8, 10 Quibuſ videor a meo, tuoque latere pronuſ ad honoreſ iter, et audita latiuſ nomina, et non ſubitaſ imagineſ relictuſ. Sacer late lacuſ Virg. Aen. 8, 598. Viſtriceſ late cateruae Hor. Carm. 4, 4, 23. Aetae praedae latiuſ Liu. 2, 60. Aperire latiuſ Tacit. in Vita Agric. 38. Audiri latiuſ Id. Hiſt. 3, 3. Complent loca milite late Virg. Aen. 2, 495. Diſfuſa late longeque lauſ Pompeii Cic. pro Corn. Balbo 13 c. 5. Diſcedere late Virg. Georg. 4, 359. Diſſeminatuſ eſt hoc maluſ latiuſ opinione Cic. in Caſtil. 4, 6. Diuiſum late atque diſperſum belluſ Id. pro Lege Manil. 31. 105

Effusum late mare Hor. Epist. 1, 11, 26. Facere id, quod nunties, latius Cic. Phil. 1 c. 3. *Grat. leg. lactius.* Fidei bonae nomen Mar-  
nat latissime Cic. Off. 3, 17. Fieri late vultus Scribon. 121 *pro Dilatari.*  
Fundere se latius Cic. de Orat. c. 35. Fusus latius locus Quinctil. 6, c.  
5 Cic. de Fin. 2, 17 Rhetoricam palmae, Dialecticam pugno similem esse  
dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compres-  
sius. Patere latissime Id. ibid. 2 c. 16. Patet late, et ad multos  
pertinet haec ars Id. de Orat. 1, 235. Et Off. 1, 92 — Hoc latif-  
sime pateat, ad plurimosque pertineat. Possidere late latius, *i. Am-  
10 plas possessiones habere* Ouid. Met. 5, 130. Vid. *Burm. ad Petron. c. 32.*  
*Barth. Adv. 10, 3.* Remotus longe lateque a vulgo Hor. Sermon. 1, 6, 8.  
Perferre latius atque inflatius omnia ad aliquem Caes. Bell. Civil.  
2, 17. et 3, 79. Sparsa late vestigia currus Ouid. Met. 2, 318. Va-  
gatus late ignis Liu. 24, 47 *extr.* Vagabitur nomen tuum longe  
15 atque late Cic. pro M. Marcell. 30. Vehi latissime ingenii velis  
Plin. Ep. 4, 20. Latius, *pro Diuturnus.* Plin. Epist. 3, 10 Gaius  
famae latius consulatur, si dispensata et digesta fuerit.

LATITIA, ae. f. *Latitudo.* Innocent. de casis litt. p. 222 Pro-  
ximum casa venit fines quam maxime in longum habens, in latitia bre-  
20 viores. Adde p. 141. et 242 *Goef.*

LATITUDO, inis. f. [*εὐρος, πλάτος*] Cic. de Nat. Deor. 1, 54  
c. 11 In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudi-  
num. Crescere in latitudinem, *vid. CRESCO.* Declivis latitudo  
Sall. Iug. 17, 4. *i. magna vallis. vid. h. l. Cort. et Waf.* Cic. de  
25 Lege Agr. 3, 67 Qui latitudinem possessionum tueri, qui invidiam  
Syllanorum agrorum ferre non possunt. Cic. de Orat. 2, 91 Oris  
prauitatem et verborum latitudinem imitatur, *cum vitiose ore nimis a-  
perto, non presse et subtiliter satis pronuntiatur.*

LATESCO, ere. [*πλατύνω*] Latum fieri et in latam extendi.  
30 Columel. 2, 10 Quia non in ventrem latefcunt, sed tenuem radicem  
deorsum agunt. Bis sex latefcit fascia partes Manil. 1, 680. Part.  
Ossa latefcencia ad spinam tendunt Cels. 8, 1.

LATIFICO, are. *πλατύνω* Gloss. Gr. Lat.

LATIFOLIUS, a, um. Adj. [*πλατύφυλλος*] Quod lata habet folia.  
35 Plin. 15, 29 Distinctio myrti fatiuae atque siluestris, et in vtraque lati-  
foliae. Idem 15, 7 Optima laurus ad id latifolia. Add. Id. 16, 6.

LATIFUNDIUM, i. n. [*εὐρουχρία*] Quod habet latum fundum  
et magnum: vel fundus latus et amplus. Plin. 17, 22 Latifundiis non  
legitima naturae festinatio, *i. Non potest vna certa ratio praescribi pu-  
40 randae vniuersae. In magnis praediis, quod aliae serius id, aliae maturius  
desiderant.* Idem 8, 6 Latifundia perdidit Italiam. Conf. Id. 18, 6.  
Sen. Epist. 88. Valer. Maxim. 8, 6 *de C. Licinio,* Amplā ab eo re-  
licta latifundia festinanter consumpsit.

LATILOQVENS, entis. o. *πλατύλογος* Gloss. Gr. Lat.

45 LATVSCLAVVS, *vid. diuisum in CLAVVS.*

LATICLAVVS sequioris aevi nomen videtur. Imp. Valentini-  
anus et Valens l. 17 Cod. Th. de Praetoribus et Quaestor. Etsi iniu-  
stus enim atque dedecus videtur, mulieres ad Laticlauum atque infi-  
gnia procedere, etc. Sic etiam legitur l. 42 ff. de Donat. inter vir. et  
50 vxor. Si vxor viro LATICLAVII petendi gratia donet. Sed ibi le-  
gendum putamus: lati clauī disiuncte. Certo sic retulit Vlpian. Instit. 7, 1.  
Interim non dissimulandum, quod habet, Vet. Schol. Persii 1, 16 ubi al-  
bum interpretatur, Vel veste candida nondum purpureum adeptus vesti-  
mentum, quod Laticlauium dicitur. Quid si etiam l. c. C. Theod. Lati-  
55 clauium legendum est? Certe etiam apud Lamprid. Commod. 4 ita le-  
gitur Paternum — per laticlaui (suspicatur Cosaubonus laticlaui vel latic-  
clauiae, nempe vestimenti, vel vestis) a praefecturae (praetorii) admi-  
nistratione submouit: quod nempe illa aetate equestris tantum dignitas  
illa praefectura esset. Latus clauus autem senatorum est, ut satis s. l.  
60 demonstratum. Gloss. Gr. Lat. Laticlauium *πλατύσημοι.*

LATICLAVII, orum. m. [*πλατύσημοι*] Senatores appellati  
sunt, a lato clauo, quo utebantur. Suet. August. 38 Ac ne expers castro-  
rum esset, binos plerumque laticlauios praeposuit singulis alis. Sic  
A quodam laticlauio caesus Suet. Ner. c. 26. Nempe

65 LATICLAVIVS, a, um. Adj. Tribunus laticlauius Sueton.  
Domit. c. 10. Mappa Petron. c. 32. Tunica laticlauia Valer. Max. 5, 1, 7.

LATICLAVIALIS, e. Idem. Inscriptio vetus apud Gruter.  
p. 180 n. 3 C. MARIVS. DRVSVS. C. F. PR. DICTVS. EX.  
PROVINCIA. DACICA. TRIBVNVS. LATICLAVIA-  
70 LIS. etc.

LATIPES, edis. Auienus Prognost. Arat. v. 358 Latipedemque  
anatem cernes excedere ponto.

LATVS, eris. n. [*πλευρὰ, λαγών, πλευρὸν*] Pars hu-  
mani corporis infra axillam, et quae in animalibus, aut aliis in rebus,  
75 proportione illi respondent. Tum totum respirationis et vocis adeo  
nostrae instrumentum. Corpus, aut truncus corporis, in quantum in sal-  
tatione, in venere item mouetur. Virg. Aen. 2, 393 Laterique Ar-  
gium accommodat enssem. Artifices lateris *i. Saltatores.* Ouid. de Arte  
Am. 3, 351. Conatus laterum Quinctil. 1, 11, 8 Vt quoties excia-  
80 mandum sit, lateris sit ille conatus, non capitis. Dolor laterum  
Hor. Sermon. 1, 9, 32. *i. pleuritis.* Quinctil. 1, 11, 18 *ex* Cic. de Orat. 3, 218  
c. 59 Orator vtatur laterum inclinatione forti ac virili, non a scena  
et histrionibus, sed ab armis, aut etiam a palaestra. Apud Ciceronem  
est inflexione. ¶ 2 Epitheta. Apertum latus, *i. nudum*

85 Siseinae ap. Non. 4, 5 Adoriuntur aduersus, vt apertis lateribus, *i.*  
*indefensis.* Etiam in aliis formulis Latus sic sumitur pro imbecilli et in-  
defensa parte: vt Nudum, Dare, Praebere, Tegere. Ardua latera  
Polyphemi Virg. Aen. 3, 665. Fortē latus *i. corpus ad usum voluptatis,*  
sic Hor. Epist. 1, 7, 26. Inualidum referens emeritumque latus  
90 amator lassus Ouid. Amor. 3, 11, 14. Longum latus Sen. Hippol. 1045.  
*de belua marina.* Longo nullus lateri modus Virg. Georg. 3, 54  
*in bouis laude.* Plaut. Milit. 2, 2, 2 Latera autem vestra lorea faciam.  
Quod corium sic vapulantium in lora scindi videatur. Perinde ac si di-  
ceret: E vestro corio scindam lora virgis. Turnebus. Niueum bouis

95 Virg. Ecl. 6, 54. Ouid. Met. 2, 865. Nudum latus dare Tibull. 1, 4, 46.  
*de gladiatoribus: vid. Brouckhus, h. l. et ad 1, 11, 14.* Nudum imperii  
latus ostentare Flor. 3, 5, 4. Patiens laboris latus Quinct. Prooem. 1.  
Rigidum Stat. Theb. 6, 708. ¶ 3 Formulae verborum:  
Accinctus ensis lateri, *vid. ACCINGO.* Accommodare enssem lateri

100 Virg. Aen. 2, 393. Adhaerere lateri, *vid. ADHAEREO.* Adiungere  
aliquem lateri filii Quinctil. 1, 2. Adstare in latus obliquum, *h. e.*  
Verso latere versus aliquem Ouid. Met. 3, 187. Cinxit latus ense  
Ouid. Fast. 2, 784. Claudere latus dicitur, qui alterum tanquam infe-  
rior comitatur, *s. comes exterior.* Iuuen. Sat. 3, 131 Diuitis hic serui claudit  
105 latus ingenuorum Filius. Vid. Tegere latus. Add. Lips. Elect. 22.  
Con-

Conferere latus lateri, *i. corpus corpori, de fructu Veneris, ut n. 2 Forte, it. Inualidum latus. Add. Iuuenal. 6, 37 etc. Ouid. Epist. 2, 58. Dare latus, vid. Tegere latus. Dolentes latus Scribon. 170. Extentum cursu missa latus eruit hasta Ouid. Met. 12, 477. Exfoluere a latere pugionem Tacit. Hist. 5, 68. Exonerare latus ense Senec. Agamem. 423. Fodere latus Hor. Epist. 1, 6, 50. de admo. Haeret lateri letalis arundo Virg. Aen. 4, 73. Munire latus nauis Ouid. Met. 11, 487. Peregit latus ense Id. Epist. 4; 119. *i. Transfixit, transegit: Egit ensem per latus, vid. PERAGO. Praebere latus Sen. Quaest. Nat. Praef. 4. *i. nudum dare, vid. Tegere latus. Resoluit latus ense, *i. Discingit ensem Lucan. ad Pison. 132. 10 Soluuntur ima latera Virg. Georg. 3, 523. de tauro. Submittere latus Ouid. Met. 3, 23. Tegere latus alicui, comes exterior dicitur Hor. Serm. 2, 5, 18 Tiresias suadet Vlyssi, si velit hereditaria felix esse, Nec comes exterior, si postulet, ire recuses. Indignabundus Vlysses ait, Vtne tegam spurco Danae latus? Vbi Interpr. Latus alicui tegere, 15 dicitur, qui virum honoratum vel stipat vt satellites, vel comitatur vt assecla Sueton. Claud. 24 extr. Aulo Plautio — in Capitolium eunti, et inde rursus reuertenti latus textit. De eadem re Eutrop. 7, 13 Vt conscendenti capitolium laeuis incederet. Iuuenal. 3, 131 Diuitis hic ferui claudit latus, vid. COMES exterior. Tegere latus etiam 20 dicebantur Gladiatores, qui defendebant, ne inferretur ictus. Hinc, Tecto latere discedere, est Tute et extra periculum discedere Ter. Heaut. 4, 2, 5. Contraria ratione dicitur Apertum latus. Adoriuntur aduersos vt apertis lateribus Sisenna ap. Non. 4, 5. Si volet arma, leui tentabis ludere dextra; saepe Dabis nudum, vincat vt ille latus; Ti- 25 bull. 1, 4, 46. *vbi vid. Brouckhusius.* ¶ 4 *Formulae aliae: Latus mundi, Regio Horat. Carm. 1, 22, 19. Latus, pro Viribus et spiritu. Cic. de Senect. 27 Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis; tuis. Cic. in Orat. 85 Valentiorum haec laterum sunt, b. e. Eorum, qui vehementer clamare possunt, qui dicuntur habere Latera firma: sicuti contra Infirmis dicuntur esse lateribus, *ii, qui vocis contentionem ferre non possunt. Conf. Plin. Ep. 2, 11, 15 cum not. Cellar. it. Pearce ad Cic. de Orat. 1. c. 25 not. 5. Homines a latere, *i. Cari et amici principum, et qui eorum lateribus semper adsunt. Curt. 3, 5, 15 Quum ad perniciem eius etiam a latere 35 ipsius pecunia sollicitaret hostis. Add. Liu. 24, 5. Ad Genealogiam et generis enarrationem pertinet Stat. Silu. 3, 3, 120 Sic quidquid patrio cessatum est sanguine, mater Reddidit, obscurumque latus clarescere vidit Connubio gausa domus. Plin. Epist. 3, 10 A meo tuoque latere, *i. nostri utriusque generis. Campi latus Ouid. Met. 10, 674. 40 Insulae latera, pro Extremis vtrinque partibus Cic. de Legib. 2, 6. Aequa latera Quinctil. 1, 10. Latus etiam pro Laterone, siue Eo, qui latus regit, ponitur a Martial. 6, 68 Eutychus ille tuum, Castrice, dulce latus. ¶ 5 Pro medio s. media parte Colum. 3, 13, 2. Nam quod hic ait, iuxta latera fossarum, ipse 3, 15, 2 interpretatur a 45 sunt quasi transversus per mediam fossam paries. Add. 3, 13, 11.********

LATERALIS, *e. Plin. 21, 21 Idem si lateralis dolor sit, aut inter scapulas, aut in thorace. Lateralis cingula Calphurn. ecl. 6, 41.*

LATERALIA, *i. n. Pl. Sunt Capsulae, in quibus ad ephippium suspensis necessaria in itinere recondimus; Scaeuola l. 102 ff. de Legat. et fid. 3 Pecuniam in lateralibus condidit. 50*

LATVSCVLVM, *i. n. Dimin. [λαυσκύλιον] Catul. 33 (25) 10 Ne laneum latuſculum, manusque mollicellas, Inusta turpiter tibi flagella conferibillent. Speculorum latuſcula, *i. Parua latera Lucret. 4, 311. 55**

LATERARIVS, *a, um. Adi. Laterarium lignum: Vitruuius 10, 20 Ipsi autem laterariis circa fixis contineantur, teganturque tabulis maxime palmeis.*

LATERATIM, *Adu. Ex utroque latere. Guil. Brito Phil. 7, 112 Has facit in medio lateratim flumine mergi. 60*

LATERENSIS, *e. Tertull. adu. Marc. 4, 43 Laterensibus vti, *i. Satellitibus, qui sunt a latere.**

## L A V

LAVACRVM, LAVATIO, LAVATRINA, *vid. LAVO. 65*

LAUDICOENVS, *i. m. [ἐπαινοδαιμονος] Qui laudat ob coenam, quam laude meretur, cum allusione ad Landiceam s. Laodiceam urbem. Plin. Epist. 2, 14 Sequuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti mancipēs. Conuenitur a conductis et redemptis in media basilica, vbi tam palam sportulae, quam in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Inde iam non inurbane σαφολεῖς vocantur, ἀπὸ τῆς σαφῆς ὑπὸ καλλῆδου. Iisdem Latinum nomen impositum est laudicoeni: et tamen crescit in dies foeditas vtraque lingua notata. 70*

LAVDO, *are. [αἰνέω, ἐπαινέω, αἰνίζομαι, καθυμνέω] Verbis extollere. Placet Hector ille mihi Naeuianus, qui non tantum laudari se laetatur, sed addit etiam a laudato viro Cic. Fam. 6, 12. Hoc statuo, hunc, (Clodium) si amicus esset Pompeio, laudaturum illum non fuisse. Quid enim, si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset Cic. de Arusp. Resp. c. 24. Add. ib. c. 22. Hunc pro dignitate laudare nemo satis commode potest Cic. pro S. Rose. 80 c. 12. Id. pro Flacc. 63. Sic optimatum consilio gubernatur, vt omnes eius instituta laudare facilius possint quam aemulari. Id. Fam. 5, 20 Quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant. Ouid. Met. 10, 582 Laudando concipit ignem. Laudare alterum ad aliquem, *vid. AD Praepositionem. Cic. Quint. Frat. 1, 1 Vnum est 85 quod tibi ego praecipere non desinam, neque te patiar (quantum erit in me) cum exceptione laudari, omnes enim qui istinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in tuis summis laudibus excipiant vnam iracundiam. Honoratissimum (apud Germanos) assensus genus est, armis laudare Tac. de Mor. Germ. 11, 7. 90 Nempe dixerat, Si placuit sententia frameas concutiunt. Carmine laudari alicuius Ouid. ex Pont. 3, 1, 61. Laudibus laudare Plaut. Capt. 2, 3, 62. Ore alicuius laudari Ouid. ad Liuiam 465. Vtilitate laudatur, non arte Cic. de Fin. 1. . . ¶ 2 Laudare, Nominare Plaut. Capt. 2, 3, 66 Id scias, Iouem supremum testem laudo Hegio, me infidelem non futurum Philocrati. Conf. Non. 4, 276. Laudare 95 inquit Macrobius Saturn. 6 significat prisca lingua Nominare, appellareque. Cic. de Orat. 3, 65 c. 18 de Carneade loquens: Huius ego etsi multos auditores cognoui Athenis, tamen auctores certissimos laudare possum, et focerum meum Scaeuolam, qui eum Romae audiuit 100 adolescens, et Quint. Metellum familiarem meum. Add. Idem de Clar. Orat. 44. Et pro Flacc. 93 His tu igitur epistolis, Deciane, recitatis, his mulierculis productis, illo absente auctore laudato, tantum te crimen prolaturum putasti, etc. Gell. 3, 16 Varro vndecimo mense nasci hominem posse dicit: eiusque sententiae tam de octauo, 105**

quam de undecimo mense, Aristotelem laudat auctorem. Pomponius in l. Tenetur. De actionibus emti et venditi, Si tibi iter vendidero, ita demum auctorem me laudare poteris, si tuus fuerit fundus, cui acquirere scrupulum volueris. Ratio huius formulae est, quod solent testes

5 cum laude citari, ut c. g. Cic. Verr. 5, 10. ¶ 3 Laudo, pro Recuso, improbo, nolo, dictum volunt Virg. Georg. 2, 412 — Laudato ingentia rura, Exiguum colito. Nam latifundia improbat, modicumque agri modum praefert. Sic Turnebus Adu. 20, 14. Sed non puto ita plane contrariam sententiam subiecisse verbo illi Poëtam. Hoc vult, Laudare potes, admirari potes, sed tibi optare vel colenda sumere non est consultum. Ita laudare aliquis potest splendorem aularum, sed negare, eum sibi conuenire. Ita Socrates apud Cic. de Orat. 1, 231 c. 54 Laudavit Lysiae orationem: quid enim est aliud, non inuitus legit, et non incommode scriptam esse dixit; Sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles et apti ad pedem; quia non essent viriles: Sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri; fortem et virilem non videri.

LAUDANDVS, a, um. Partic. [ἐπαινετός] Ioci non laudandi Ouid. Trist. 1, 8, 62. Voluntas laudanda est Id. ex Pont. 3, 4, 79.

20 LAUDĀTVS, a, um. [ἐπαινετός] Partic. Abunde laudatus Ouid. Trist. 1, 6, 31. Falso laudata femina Id. Amor. 3, 12, 43. Forma laudata Id. Epist. 16, 131. Virtus laudata crescit Id. ex Pont. 4, 2, 35. Laudatior Plin. 17, 23. Cic. de Arusp. Resp. c. 22. Laudatius Plin. 12, 8. Laudatiora Gell. 4, 9. Aloë laudatissima Plin. 27, 5. 25 Forma laudatissima Ouid. Epist. 19, 131. Virgo laudatissima dote formae Ouid. Met. 9, 715.

LAUDATE. Adu. Compar. Plin. 14, 17 Saporem vini assequi nusquam laudatius. Superl. Idem 36, 6 Domos laudatissime adornans.

LAUDĀTOR, ōris. n. [ἐπαινετής] Cic. pro Font. 6 Eo nos iam laudatore et teste vtemur. Add. ib. c. 26. De laudatoribus in iudicio, vid. Cic. pro Flacc. 74 et 100. item in comitiis Plin. Ep. 3, 20. Eloquentissimus Plin. Ep. 2, 1. Laudator voluntarius Cic. Verr. 6, 143. Nolo esse laudator, ne videar adulator Auct. ad Herenn. 4, 30. Adhibere laudatorem, vid. ADHIBEO. Dare laudatores alicui 35 Quinctil. 3, 7. Conf. Cic. de Orat. 2, 341 et Verr. 4, 114. Graeu. ad Cic. Verr. 7, 57.

LAUDĀTRIX, icis. f. [ἐπαινετής] Cic. Tusc. 3, 4 c. 2 Vitiorum laudatrix fama popularis. Laudatrix Venus est infidiosa mihi Ouid. Epist. 17, 126.

40 LAUDĀTIO, ōnis. f. [ἀνείσις] Est oratio ipsa laudantis. Cic. pro Font. 4 Vos autem absens orat atque obsecrat, ut sua religio, laudatio, auctoritas, aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. de actu iudiciali, pro reo. Funebres laudationes Quinctil. 3, 7. Praeclara laudatio Cic. Verr. 4, 13. Decernere laudationem, vid. DECERNO. Laus et Laudatio differunt. Sen. Epist. 103 (102) Praeterea aliud est laus, aliud laudatio. Haec et vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem: cuius officium oratione constat.

LAUDABILIS, e. [ἀνείσις, ἐπαινετός] Quod merito laudari debet. Plaut. Perf. 4, 5, 1 Edepol dedisti virgo operam laudabilem, probam, et sapientem, et sobriam. Carmen laudabile Hor. de Arte Poët. 408. Opus laudabile Lucret. 5, 179. Res rectae et laudabiles Cic. de Fin. 1, . . . Vita laudabilis Id. de Amicit. 23. Laudabilior Id. in Orat. c. 20. Exercitus modestia post victoriam, quam ipsa victoria laudabilior Liu. 36, 21.

LAUDABILĪTER. Adu. [ἐπαινετός] Cic. Tusc. 5, 12 c. 5 Quid? ad recte, honeste, laudabiliter, postremo ad bene viuendum, fatifne est praesidii in virtute? Comparat. Val. Max. 5, 1 extr. 3. Add. Idem 5, 4, 3.

60 LAUDABILĪTAS, atis. f. L. 1 Cod. de metallariis: Laudabilitas tua.

LAUDĀTĪVVS, a, um. Adi. [ἐπαινετικός] Quod laudat. Vnde, Laudatiuum genus dicitur Demonstratiuum. Quinctil. 2, 16 (15). Laudatiuum totam, quae est pars rhetorices tertia. Materies laudatiua Ammian. 16, 1. Pars Rhetorices laudatiua Quinctil. 2, 15.

LAUDĀTORĪVS, a, um. Item. Fulgent. Mythol. 1 Laudatorio palmulae tactu alicuius mulcere caesariem.

LAUS, laudis. f. [ἐπαινος, ἀνείσις, ἐγκώμιον] Secunda opinio de bonitate rei vel hominis, commendatio, gloria, ipsaque adeo praestantia aut virtus, in quantum laudatur. Virg. Aen. 5, 355 Primam merui qui laude coronam. Laus caeso Romae, ex prouinciis Nemaufensi, etc. Plin. 11, 42. Vita mirabili ad laudem et prope singulari Cic. pro Dom. 21. In laude olei nominatur id quoque Plin. 13, 1. Beatus omni laudum cumulo Stat. Silu. 4, 3, 158. Conspicius laude, vid.

75 CONSPICIO. Dignus vir laude Hor. Carm. 4, 8, 27. Inclytus laude Senec. Agamemn. 400. Potentes laude homines Lucret. 6, 12. Aemulus laudis alicuius Ouid. Met. 6, 83. Auarus animus laudis Hor. Ep. 2, 1, 179. vid. AVARVS. Cupido immensa laudum Virg. Aen. 6, 823. Heres laudis alicuius Ouid. Epist. 9, 110. Imago falsa laudis Quinctil. 5, 8. Obrectatio laudis, vid. OBRECTO. Perpetuitas laudis, vid. PERPETVVS. Studio laudis trahi Cic. pro Arch. c. 11.

¶ 2 Epitheta: Antiquae laudis res Virg. Georg. 2, 174. Armatae laudes, i. Laudes propter arma et res bellicas Claud. in Conf. Stil. 2, 1. Attonsa, vid. ATTONDEO. Cic. in Brut. 84 Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. Rem militarem vocat, Bellicam laudem, ut Eloquentiam, Dicendi laudem vocare solet. Conf. Abstrahere ad laudem, it. Abundare laude. Bellicae laudes Senec. Troade 769. Blandae laudes Virg. Georg. 3, 185. Continua laus, vid. sub CONTINEO. Imperatoria laus, vid. IMPERO.

90 Inclyta laus Senec. Her. Oet. 882. Intempestiua discipulis tributa, quam sit noxia, docet Quinctil. 2, 2. Ea est profecto iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt Cic. Fam. 15, 6. Conf. Id. ibid. 6, 12. Marmoratae laudes, vid. MARMOR. Modica laus Quinctil. 1, 5. Nascens laus, vid. NASCOR.

95 Numerosa laus Lucan. ad Pison. 66. Solidae laudis cupido Valer. Max. 4, 4. ¶ 3 Verborum formulae: Abstrahere ad bellicas laudes, vid. ABSTRAHO. Abest ab hac laude, vid. ABSVM. Abundare bellicis laudibus Cic. Off. 1, 78. Id. . . . Magnam ex ea re laudem adipisci poteris. Afferre laudem Quinctil. 1, 5. Afferre laudem alicui Virg. Aen. 12, 321.

0 Cic. Off. 2, 47 c. 13 Ex qua aetate qui exercentur, laude Affici solent. Agere laudes, vid. AGO. Plin. in totius operis praefatione, Quanto tu ore patris laudes tonas? quanto fratris amas? quantus in poetica es? Amittere laudem, Appetere laudem, Adfiscere sibi laudem, vid. bb. vv. Cic. . . . Sed etiam liberalitatis, laudem asse-

qui singularem, Afferere sibi laudes alicuius Ouid. Met. 1, 462. Assumere

Assumere laudem, et laudi, *vid.* ASSUMO. Canendus longa laude Stat. Theb. 8, 552. Capere laudem, *vid.* CAPIO. Celebrare laudes, *vid.* CELEBRO. Celebratus laude illustri Cic. pro Muraen. 16. Certare laudibus alicuius Virg. Georg. 2, 138. Colligere omnium laudes, *vid.* COLLIGO. Comparare laudem Cic. Fam. 2, 4 *extr.* 5. Communicare laudem cum altero, *vid.* COMMUNICO. Cic. de Orat. 1, 13. Ut eorum, quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est, *etc.* *Sed* Id. Off. 1, 77 c. 22. Cedant arma togae, concedat laurea laudi, *i. honorifico testimonio Senatus, et plausibus totius populi minorem se fateatur triumphus.* Conciliare laudem Quinctil. 2, 7. 10. Condere laudes, *vid.* CONDO. Coniungere laudem ad aliquid Quinctil. 4, 1. Consequi magnam laudem, *vid.* CONSEQVOR. Contribuere alicui laudem, *vid.* CONTRIBVO. Crescere laude postera Hor. Carm. 3, 30, 8. Crescere laude Quinctil. 1, 2. Cumulare aliquem laudibus Tacit. Hist. 2, 57. Cumulatus orator omni laude Cic. de Orat. 1, 118 c. 26 *vid.* CVMVLO. Deditur illi laus Hor. Serm. 1, 6, 88. Delibare de laudibus Cic. Fam. 10, 21. Deterere laudes alicuius Hor. Carm. 1, 6, 12. Detrectare laudes Ouid. Met. 5, 246. Dicere laudes alicuius Virg. Ecl. 6, 6. Dicere laudem alicuius rei Quinctil. 1, 10. Dicuntur in laudem Gell. 4, 9. 20. Diffusa, laus Pompeii late longaque, *vid.* sub LATVS *Adiectivum.* Dare laudem virtutis necessitati Quinctil. 1, 1. Cic. pro Planc. 89 c. 36. Tu id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi Datum est, hodieque est et semper erit maximae gloriae. Duci laude ad peiora Quinctil. 5, 12. Edunt obliuia laudem Sil. 13, 665. Efferre laudibus summis vsque ad caelum Cic. Fam. 9, 14. Egentes animi laudis Virg. Aen. 5, 751. Extollere laudibus ad caelum Cic. Fam. 15, 4. Ferent facta mihi laudem Virg. Aen. 11, 791. Ferre aliquem insigni laude Id. ibid. 1, 629. Florere laudibus Lucret. 5, 1279. Fraudare aliquem debita laude Quinctil. 2, 14. Cic. de Opt. gen. Orat. 6. Quod omnes laudes habet, id est optimum. Cic. Att. 13, 37. Bruti nostri quotidianis, assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiaverunt, commotum istum aliquando scripsisti ad me. Habet brevitatis non laudem in eloquentia Cic. de Clar. Orat. 50. Haurire laudem Id. Fam. 6, 6. Illustrare laudibus Id. ibid. 6, 14. Imminuere laudem alicuius, Impertire laudem, Incumbere ad laudem, Inuenire laudem, *vid.* bb. vv. Libare laudem Auct. ad Heren. 4, 5. Mereri laudem, *vid.* MERO. Minuere opinionem de bellicae laudis praestantia Cic. Off. 1, 74. Mutuari laudem aliunde, *vid.* MUTVVM. Natus laudi, *vid.* NASCOR. Obsolescit laus Tacit. Ann. 4, 26. 40. Obterere laudes maiorum, *vid.* OBTERO. Cic. pro Muraen. 12. Maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. Onerare laudibus, *vid.* ONERO. Ornare laudibus veris aliquem Cic. Quint. Frat. 2, 7. Pendere ex laude, *vid.* PENDEO. ~~Percussus~~ *Percussus* carmina vestrarum praeconia laudum Ouid. ex Ponto 4, 8, 45. 45. ~~Percussus~~ *Percussus* amore laudum Virg. Aen. 9, 197. Percussit spes magna laudis cor meum Lucret. 1, 922. Perferre laudem ex vrbe, *vid.* PERFERO. Ponere in laude Cic. Verr. 5, 212. Id. Fam. 1, 17. Nasci nostrae laudi praefuisse. Praeripere laudem Id. de Arusp. Respons. 9. Procedere laudibus Id. in Brut. 137. Quaerere laudem Id. pro Flacc. 28. Referre egregiam laudem Virg. Aen. 4, 93. Referre laudes eius Scribon. 19. Seruire laudi Cic. Verr. 3. Scribere laudes Quinctil. 3, 4. Scribere laudem alicuius Id. 2, 15. Suffragari laudi Cic. Fam. 12, 14. Sum. Esse magnae laudi Hor. Serm. 2, 3, 99. Est tua laus, *Laudandus es propterea.* Cic. Fam. 2, 17 55. Qui si dignum se maioribus suis praebuerit, ut spero et opto: tua laus ex aliqua parte fuerit. Laudis est, et ponitur in vitio, *contraria* Cic. *vid.* VITIVM. Sumere laudem a crimine Ouid. Met. 6, 474. Tactus cupidine laudis Id. Trist. 4, 5, 11. Tollere in astra plena manu laudes alicuius, *vid.* MANVS. Tollere aliquem laudibus 60. Hor. Carm. 1, 21, 9. Transfundere laudem suam ad alium Cic. Fam. 9, 14. Id. ad Brut. 15. Quanquam ego illi tuum verborum laudem tribui, eamque modicam. Venari laudem Auct. ad Heren. 4, 5. Venerari aliquem laudibus, ac gratis Tacit. Ann. 12, 37. Verit laudem in crimina Ouid. Epist. 8, 55. *i. factum laudandum.* *Nempe* ~~Quod diximus, etiam pro ipsis rebus laudandis Laus dicitur,~~ Cic. Brut. 13. At vero extra Graeciam, magna dicendi studia fuerunt, ~~et illis laudi habiti honores, illustre oratorum nomen reddiderunt.~~ *Petula enim floreret omni genere virtutis, hac tamen fuit laude decorata.* *De eloquentia loquitur.* Sic Fam. 2, 4 *fin.* 70. Quarum laudem gloriam adamaris. Et 2, 2. Qui cum suis laudibus, tum vero te filio superasset omnium fortunam. Et 9, 14. Vulgo hominum opinio socium me adscribit tuis laudibus. Laudes pro Virtutibus *dictas observas etiam* Servius ad Aen. 9, 251. Quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus istis Praemia posse rear solui? Et 10, 825 75. Quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis, Quid pius Aeneas tanta dabit ingole dignum. Sic Aen. 1, 461. Sunt hic etiam sua praemia laudi.

LAVDIDIGNUS, a, um. *Ex hys. 22109* Gloss. Gr. Lat.  
 LAVDIFICO, *are.* Gloss. Gr. Lat. *ἠμω* laudifico. 80  
 LAVER, *eris.* *n.* *et aliquando f.* [*σίου*] Herba. Plin. 26, 8  
 Lauer quoque nascens in rivis, condita et cocta, torminibus medetur, *vid.* SION.  
 LAVERNA, ae. f. *Dea fuit Furum et fraudulentorum.* Hor. Epist. 1, 16, 60  
*preces impiae,* Pulchra Lauerna, Da mihi fallere, da iusto sanctoque 85  
 videri; Noctem peccatis et fraudibus obice nubem. Acron: Lauerna, via salaria lucum habet. Est autem dea furum: et simulacrum eius fures colunt, aut qui consilia sua volunt tacita. Dicta a lauando. Nam fures lauatores dicuntur. Cum silentio preces eius exercentur. Plaut. Aul. 2, 3, 31. Ita me bene amet Lauerna? te iam, nisi reddi 90  
 mihi vasa iubes, pipulo hic differam ante aedes. *Sic iurat coquus, quod genus furti accusatur hac etiam fabula.* Arnob. adu. Gent. 3 p. 115  
 Non commemorabimus hoc loco Lauernam, Deam furum. Isid. Gloss.  
 Laberna ferramentum (*Barth. suspicatur,* Terriculamentum f. Terra-  
 mentum, *id est, silo Ecclesiae idolum*) latronum, vel grassatorum, vel 95  
 furum. Laberna, gladiator (*Vulc. legi vult Grassator*) Laberna latro, aut qui filios alienos seducit. *Hic ultimus fuerit plagarius, pro quo sensu literario posuit etiam* Aufon. Epist. 4 *extr.* Hic est ille Theon Poeta falsus, Bonorum mala carminum Lauerna. *Sed nec* Taberna, quod habent editi, damnauerim, ut non plagia illius indicet, sed quod te- 100  
 neat modo carmina, non intelligat. Non. 2, 509. Lauerna dea, cui supplicant fures. Plautus Cornicularia, Litaueram Lauernam: in fures scelerascit manus. Lucil. lib. 17. Si messes facias musas, si vendi? Lauernac. Vet. Gloss. Lauerna *παρῆδινη.*

LAVERNIONES fures antiqui dicebant, quod sub tutela Deae 105

Lauernae essent, in cuius luco obscuro abditoque soliti furta praedamque inter se luere. *Hinc et*

LAVERNALIS porta dicta est. Illud Lucre pertinere videtur ad etymon Lauare, de quo modo Acronem audiimus, vid. LAVATOR.

5 LAVICI, sive LABICI, orum. m. Oppidum Latii, vid. Liu. 2, 39, 4, 45 pr. 41. *Hinc*

LAVICANI, orum. m. Pl. sc. Populi Liu. 4, 55 et 6, 21.

LAVICANVS, a, um. Adi. Agri Lauicani Liu. 3, 7. Porta Lauicana Plin. 36, 5. Via Lauicana Liu. 4, 41.

10 LAVINIA, ae. f. [Λαβινία] Latini Regis et Amatae filia, uxor Aeneae, propter quam Turnus, cui destinata fuerat, iratus, tam in Latinum, quam in Aeneam bella suscepit, a Mezentio impetratis auxiliis, etc. Medum syllabarum docebit Virg. Aen. 6, 764 Quem tibi longaeuo serum Lauinia coniux Educet filius regem. etc.

15 LAVINIUM, i. n. [Λαβίνιον, Λαβίνιον] Vrbs, quae et Laurentum, a Lauinio, Latini fratre, ut sentit Seruius. Deinde Laurentum a lauro inuenta a Latino, dum adepto imperio post fratris mortem ciuitatem auget. Lauinium vero a Lauinia Aeneae uxore. Alii Lauinium a Lauro Lauinio. Magnam vim coniecturarum, fabularum etc. dabit pluribus in locis Seruius. Ouid. Met. 15, 728 Donec Castrumque Sacrasque Lauini sedes, Tiberinaque ad ostia venit.

LAVINIENSIS, is. m. Lauinienses condiderunt oppidum Albam Varr. R. R. 2, 4.

25 LAVINIVS, a, um. Adi. [Λαβίνιος] Nec prolem Ausoniam et Lauinia respicit arua Virg. Aen. 4, 236. Virgo Lauinia Ouid. Met. 14, 570.

LAVO, laui, lautum et lotum, et antique lavatum, äre. [λάω, λίσσω, πλύνω] Abluere, et aqua quaeque sordida purgare. Ter. Eun. 3, 5, 52 Abeunt lautum, perstrepunt. Ouid. Fast. 3, 12 Sacra

30 lauturas mane petebat aquas. Ter. Heaut. 4, 1, 5 Atque illa, si iam lauerit, mihi nuntia. Capellas in fonte lauabo Virg. Ecl. 3, 97. Manus inquinatas lauare Scribon. 80. Manus laua, et coena Cic. de Orat. 2, 246. Membra lauabis aqua Ouid. Epist. 2, 90. Oliua

lauatur aqua calida in aheno Vlpian. in l. Sed addes. §. Illud nobis.

35 D. Locati. Relliquias vino, et bibulam lauere fauillam Virg. Aen. 6, 227. Ter. Phorm. 5, 8, 80 Venias nunc precibus lautum peccatum tuum.

Ire lautum Hor. Sat. 1, 3, 137. et 1, 6, 125. Vulnura lacrimis faeva lauat Ouid. de Arte Am. 3, 744. Studio gestire lauandi Virg. Georg. 1, 387.

Varro de L. L. 8, 61 p. 123, 10 Omnino et Lauant et Lauantur dicitur

40 separatim sicut in rebus certis: quod puerum nutrix lauat, puer a nutrice lauatur. — nos in balineis et lauamus et lauamur. Sed consuetudo alterutrum cum satis haberet, in toto corpore potius utimur lauamur; in partibus lauamus. Quod dicimus, lauo manus, sic pedes et caetera.

Quare et in balineis non recte dicunt Laui, Laui manus recte. Sed etiam

45 hic apparet, non obsequi Grammaticis homines. Ter. Eun. 3, 5, 44 Arcessitur lautum interea virgo: It lauit, redit. deinde illam in lecto illae collocarunt — Ventulum huic sic facito dum lauamus.

Vbi lauerimus, si voles lauato. Iam v. 34 Continuo haec adornant ut lauet. Sic Heaut. 4, 1, 5 Atque illa, si iam lauerit, mihi nuntia.

50 Liu. 46, 6 Lauanti regi nuntiat. Sueton. Cal. 24 Iustitium indixit, in quo risisse, coenasse, lauasse, capital fuit. Quintil. 1, 6, 44

At lauamus, et tondemus (al. lauamur, tondemur) et conuiuimus ex consuetudine. Plaut. in Trucul. 2, 3, 1 — Pifces ego credo, qui usque

dum viuunt lauant, minus diu lauare, quam haec lauat Phronessum.

55 Ibid. 1, 2, 95 Vise illam, atque opperire ibi: iam exhibit, nam lauabat. Tibi placet lauare quotidie: alia has munditias sordides putat Hieron. Epist. 1, 45 ad Afellam. Sed Petron. 73 Nihil melius esse, quam sine turba lauare. Sic, Nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lauantur Iuuen. 2, 152. Alii enim quadrante lauantur

60 Idem 6, 447. Add. Hor. Sat. 1, 3, 137 Dum tu quadrante lauatum Rex ibis.

LAVANS, antis. Praeter dicta Hor. Serm. 1, 4, 75 Scripta foro recitent sunt multi, quique lauantes.

LAVATVS, a, um. Plaut. Poen. 1, 2, 22.

LAVO, laui, lotum vel lautum, äre. Abluere. Cato R. R. c. 65, 1

65 Si inquinata erit, lauito. Add. 25 it. 96, 1. Lauis Varro R. R. 2, 44, 2 et 2, 49, 1. Corpora sanguis ater lauit Virg. Georg. 3, 221. Add.

Id. Aen. 3, 663. Crines lauis amne Xantho Hor. Carm. 4, 6, 26. Mala dulci vino lauere Id. ibid. 3, 12, 2. Ora manusque tua lauimus Feronia lymphæ Id. Serm. 1, 5, 24. Saxa humida prolunæ larga

70 lauere Lucret. 5, 948. Add. Plaut. saepius, ut Amph. 5, 1, 50. Most. 1, 2, 31. Pseud. 1, 1, 8. Truc. 5, 1, 10. it. Enn. ap. Non. 10, 2.

LAVANDRIA, orum. n. pl. Laberius apud Gell. 16, 7. pr. Elutriare lintea et lauandria. (MS. Lauandaria) quae ad lauandum sunt data.

75 LAVATIO, ðnis. f. [πλύσις] Lauandi actus in balneo. Sic Plaut. Mostell. 1, 3, 4. Cic. Fam. 9, 5 Ut lauatio parata sit. i. Balneum. Plin. 8, 45 Lauatione calidae aquae traduntur pinguescere. Ipsos etiam Deos suos lauationibus efferunt Tertull. de Bapt. c. 5 pr. Respicit ad cerimoniam, de qua Arnob. 7 p. 237 Lauatio Deum matris

80 est hodie, etc. Vid. Spanh. ad Callim. H. in lauacr. Palladis pr. Add. ALMO. Lauatio est etiam omne instrumentum balneare. Vas lotioni destinatum. Phaedrus 4, 4, 21 Seponit moechae vestem, mundum muliebrem, Lauationem argenteam, cunuchos glabros. Adde Vlpian. l. 25 §. 4 ff. de aur. arg.

LAVATVRA, ae. f. Idem. Lauatura carnis recentis Conf. Afer. 5, 9.

LAVAMENTVM, i. n. Idem esse dicitur, et lauatur Veget. 3, 5. Sed apud neutrum Vegetium inuenio.

LAVATOR. Acro ad Horat. Epist. 1, 16, 60 Fures lauatores dicuntur. Totum locum dedimus in LAVERNA. Suspicio Vossii

90 Lauatores non satis conuenit ad Lauernae nomen, quod declarare vult Grammaticus.

LAVATORIUM. πλύσιον Gloss. Gr. Lat. Forte instrumentum intelligendum est.

LAVACRVM, i. n. [λατρυόν] Balneum, in quo quis lauare com-

95 mode potest. Gell. 1, 2 Propulsabamus caloribus incommoda lucorum umbra ingentium, longis ambulacris, et mollibus aedium posticum refrigerantibus lauacris. Auidus splendere lauacris Claud. in Eutrop. 2, 410. Media perperam corripitur ab Alcimo 5, 702. et 6, 191 i. it. Fortunat. 5, 4, 96.

100 LAVATRINA, ae. f. Vid. LATRINA. Est Lauatrina, quod nunc Balneum dicitur. Varro L. L. 8, 41. Nonius 3, 131. Vid. Balneae, in BALNEVM.

LAVTVS, sive etiam LOTVS, a, um. Partic. [λαλυμένος] i. Lavatus vel Lauitus, ex quo contractum est. Ter. Phorm. 2, 1 (2) 25 Tene

105 asymbolum venire vinctum, atque lautum e balineis? Cic. pro Deiot. 20

Quid igitur causae excogitari potest, cur te lautum voluerit, coenatum voluerit, occidere? In vnda lotus Stat. Silu. 1, 5, 62. Manus lautae Hor. Serm. 2, 3, 282. Vestimenta iam semel lota Petron. c. 30. Plaut. Pseud. 1, 2, 32 Facite — lautaque coetaque omnia vt sint. ¶ 2 Lautus, [*λαμπρός, πολυτελής*] Splendidus, nitidus, delicatus vel a diuitiis vel ab ingenii lepore et venustate: interdum non minus quam delicatus simul fastum et contemptum indicat. Cic. Verr. 1, 17 Quum iste atque istius amici homines lauti, et vrbanus, sermones huiuscemodi dissipassent. Militariter lautus Tacit. Hist. 2, 80. Plaut. Mil. 3, 1, 192 Lautam vis, an quae nondum sit lauta? i. Vis admodum puellam et adolescentulam tenerioremque, quae nondum balneis vtatur, an grandiusculam et matronam nuptamque et virum saepe expertam, quae iam publice lauce? Sic Turnebus. Sed vix dubium est, quin simul lasciuia comica respiciatur ad notionem, quam tractamus, qua lauta sunt, venusta, nitida, placentia. Negotium lautum, vid. NEGOTIVM. Opera lauta Plin. 13, 4. Serui lautiores, i. Elegantiores Cic. in Parad. 5. Superbiam simul notat Cic. Fam. 7, 14 Valde iam lautus es, qui grauerere ad me literas dare, homini praesertim prope domestico. Ad diuitias in primis pertinet. Iuvenal. 1, 67 Qui se lautum atque beatum exiguis tabulis et gemma fecerat vda. Lautissimi solent esse in iis locis Cic. pro Planc. c. 26. Ter. Heaut. 4, 5, 50 Omnes te in lauta et bene aucta parte putant. Conf. Petron. c. 26 et 27. Cic. Fam. 13, 33 (32) In Halesina ciuitate tam lauta tamque nobili coniunctissimos habeo, i. opulenta. Cibus lautus Ter. Adelph. 3, 3, 71 Coena lautissima Plin. Epist. 9, 17. Coena lautior Suet. Galb. c. 12. Atticus eximie si coenat, lautus habetur Iuvenal. 11 pr. Coenae lautorum Martial. 13, 7. Contiuum lautissimum Plin. 14, 14. Culina lauta Hor. Serm. 2, 4. Epulae lautiores Stat. Silu. 1, 6, 32. Eques Romanus lautus Nep. 15, 13, 6. Patrimonium lautum Cic. pro Flacc. 90 c. 36. Vina lautissima Plin. 14, 13.

LAVTIVS CVLVS, a, um. Dimin. Apul. Met. 7 p. 191 Vestem lautiusculam proferunt.

LAVTE. Adu. [*λαμπρῶς*] Eleganter. Laute vestitus Plaut. Catin. 4, 1, 10. Administrare munus suum laute Ter. Adelph. 5, 1, 2. Diversari laute Cic. Verr. 3, 64. Plaut. Milit. 4, 2, 11 Loquitur laute, et minime sordide. Ter. Eun. 3, 1, 37 Facete, lepide, laute, nihil supra Viuere Nep. 12, 3, 2. Compar. Cic. de Legib. 2, 3 c. 1 Villa lautius aedificata. Hodie me ante omnes comicos stultos fenos Versaris atque luseris lautissime Id. de Amic. c. 23. ex Poëta anon.

LAVTITIA, ae. f. [*πολυτέλεια*] Epularum magnificentia, a latione dicta: quia apud antiquos hae elegantiae, quae nunc sunt, non erant, et raro aliquis lauabat. Festus, quamquam ibi Lautia legitur. Lautitia igitur Munditia est, quae in vestitu et cibo fit. Plin. 9, 35 Quum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix lautitiam eius omnem apparatusque obtrectans. Cic. Fam. 9, 16 Fama ad te de mea noua lautitia veniet. Inuidia lautitiae Suet. Aug. 71 pr. quasi pretiosae supellectilis et Corinthiorum praecipudus esset. Studiosissimus lautitiarum Suet. Caes. 46.

LAVTITAS, atis. f. Πολυτέλεια Gloss. Gr. Lat.

LAVTIA, orum. n. [*λαύτεια ξένια*] Munera dicebantur, quae Romani per Quaestores legatis exterarum nationum mittebant, vt ait Plutarchus in Problem. p. 275 C. Liu. 35, 23 extr. Aedes liberae Attalo ac lautia decreta. Festus: Dautia dicebant veteres, quae Lautia dicimus: dabantur legatis hospitii gratia. Liu. 28, 39 Locus inde lautiaque legatis praebere iussa. Liuius 30, 17 Ad hoc aedes, libera loca, lautia, legatis decreta. Add. Id. 30, 17 extr. et 33, 24. et 45, 20. Conf. Io. Guil. Bergeri peculiaris hac de re Diss. Festiue Apul. Met. 9 p. 183 32 Pric. de se asino, Sed mihi, ne rudimentum seruitii perhorrescerem, nouus dominus loca et lautia prolixè praebuit.

LAVTVLAE, arum. f. Locus extra urbem, quo loco, quia aqua fluebat lauandi vsu exercebant Fest. et Varr. de L. L. 4, 32.

LOTVS, us. m. Cels. 1, 3. et Linden. Suspectus locus Birrio.

LOTIO, onis. f. Vitruu. 7, 9 Lotionibus et cocturis efficitur. Vid. Lips. Sat. 2, 1. ¶ 2 Lotionibus aluum ducere Cels. 2, 12. i. clystere purgare.

LOTOR, oris. m. Fabrett. Inscript. p. 435 DIANAEE AVG. COLLEG. LOTOR. SACR.

LOTVRA, ae. f. [*λῶσις*] Lauatio. Plin. 33, 7 Differentiam artis esse, quod alii minium faciunt prima lotura: apud alios id esse dilutius, sequentis autem loturae optimum.

LAVRAGO, inis. f. Herba sic dicta. Apul. de Herb. c. 58.

LAVREA, vid. LAVRVS.

LAVRENTIA, ae. f. [*Λαυρεντία*] Vxor Faustuli, Romuli et Remi nutritrix. Vid. Liu. 1, 4. Ouid. Fast. 3, 55. Larentia dicitur a Lactant. 1, 20. et Macrobi. Saturn. 1, 10.

LAVRENTALIA, orum. n. [*Λαυρεντία*] Festa dicebantur, quae in huius Accae Laurentiae honorem fiebant. Ouid. Fast. 3, 57. Lactant. 1, 20 Larentinalia nominat, et Fest. Larentalia.

LAVRENTVM, i. n. [*Λαύρεντον*] Nomen ciuitatis, quod ibi sepultus sit Tatius rex, qui a Laurentibus occisus fuit. Vel a silua laurea, qua excisa aedificatus est vicus. Vel, vt ait Priscianus, a lauro ibi inventa; dum Picus eam conderet. Vid. Virg. Aen. 7, 59. Hinc

LAVRENS, entis. Adi. et hic et haec LAVRENTIS. Qui ex Laurento ciuitate est. Virg. Aen. 7, 171 — Laurentis regia Pici. Arua Laurentia Id. ibid. 9, 100. Populi Laurentes Id. ibid. 6, 891. Puellae Laurentes Stat. Silu. 1, 2, 163. Tybris Laurens Virg. Aen. 5, 797.

LAVRENTINVS, a, um. Idem quod Laurens. Plin. Epist. 2, 17 Laurentinum meum. scil. Praedium. Via Laurentina Valer. Max. 8, 5, 6.

LAVREOLA, vid. LAVRVS.

LAVREOTIS, is. f. Cinerula, quae, dum argentum in fornace vritur, in ipsa fornacis area colligitur ex fauillis argenteis sursum ascendentibus, ac deinde in aream decidentibus. Plin. 34, 13 Fit et in argenti fornacibus spodos, quam vocant laureotin. Harduin. leg. Lauriotin.

LAVRETVM, LAVREVS, vid. LAVRVS.

LAVRICES, um. Plin. 8, 55 Leporum generis sunt et quos Hispania cuniculos appellat; foecunditatis innumerae, famemque Belae ribus insulis, populatis mellibus afferentes. Foetus ventre exsectos, vel vberibus ablatos, non repurgatis interaneis, gratissimo in cibatu habent: laurices vocant.

LAVRICOMVS, LAVRIFER, LAVRIGER, LAVRINVS, vid. LAVRVS.

LAVRVS, i. f. et LAVRVS, us. f. [*δάφνη*] Arbor. Plin. 15, 30 Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus ianatrix Caesarum Pontificumque quae: sola et domos exornat, et ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato: Delphicam et Cypriam. Pompeius Leneaeus adiecit, quam mustaceam appellauit, quoniam mu-

flaccis subiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidoque et albicante. Delphicam aequali colore, viridiorum, maximis baccis, atque e viridi rubentibus. Hac victores Delphis coronari, et triumphantes Romae. Cypriam esse folio breui, nigro, per margines imbricato, crispam, et caetera. Lauri fruticem non igitur fulmen Plin. 2, 55. Lauri baccae Scribon. Comp. 3. it. 262. Sed Laurus baccae Id. 5. it. 263. Amantes carmina laurus Stat. Silu. 4, 6, 98. Apollinea laurus, quia dicata est Apollini Ouid. Fast. 6, 91. Id. Met. 1, 557 *Fabulam de Daphne cum Apollinis amores fugeret in arborem sui nominis (Daphne enim Graecis laurus est) mutata ita fuit:*

Cui Deus, at coniux quoniam mea non potes esse,  
Arbor eris certe, dixit, mea: semper habebunt  
Te coma, te citharae, te nostrae, Laure, pharetrae.  
Tu ducibus Latiis aderis, cum laeta triumphum  
Vox canet; et longae visent capitolia pompae  
Postibus Augustis eadem fideissima custos  
Ante fores stabis, mediamque tuerere quercum.

Fulgent. Mythol. 1, 13 Amica Apollinis ob hanc rem vocitata est, quia illi, qui de interpretatione somniorum scripserunt, — promittunt in libris suis, laurum si dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros. Delphica lauro comam cingere Hor. Carm. 3, 30, 15. Fatidica laurus Claud. Conf. Stil. 2, 59. *Vel quod Apollini fatidico deo est dicata. Vel quod ex eius crematae strepitu futura colligebant: cum fragore enim combusta felicitatem portendere credebatur,* Tibul. 2, 5, 83 At laurus bona signa dedit, gaudete coloni. *Contra si tacita conflagrasset, triste erat augurium:* Propert. 2, 23, 36 Et iacet extincto laurus adusta foco, *Ab illo fragore dicitur* Fragilis laurus Virg. Ecl. 8, 82. Humida Iuuenal. 2, 158. *de aspergillo lustrali in sacris.* Martia Claud. in 2 Conf. Stil. Praef. 20. Nitidissima, vid. NITEO. Pacifera, vid. Pacifer, in PAX. Parnaside lauro vinctus caput Ouid. Met. 11, 165. Peneia. *Quia Daphne Penei fluminis filia, in laurum mutata est.* Vid. Ouid. Met. 1, 452. Valer. Argon. 1, 386. Vid. PENEVS. Phoebea lauro cingentur tempora Ouid. Trist. 4, 2, 51. Praescia venturi laurus Claud. de Rapt. Proserp. 2, 109. *ut Fatidica.* Recto Proceras stipite laurus Catull. 61, 289. Triumphales lauri, ite circum mea tempora Ouid. Am. 2, 12, 1. Victrices inter hederam tibi serpere lauros: *Laurus legit Charis. 1 p. 110.* Hor. Od. 2, 7, 19 Deponere sub lauro mea latus militia fessum. Iuuen. Sat. 7, 19 Nescit quicumque canoris Eloquium vocale modis, laurumque momordit. *Nempe a gustata lauro sunt Poetae, exemplo Hesiodi, Etiam vates gustant laurum: qua de re Spanhem. ad Callim. in Delum v. 94 quem prae reliquis omnibus merito laudat Brouckhus. ad illud Tibulli de Sibylla 2, 5, 63 Vera cano, sic usque sacras innoxia lauros, Vescar, et aeternum sit mihi virginitas. Inne-tere crinem lauro Ouid. Met. 6, 161 Laurus pro Victoria ponitur: tum quod victoriae laureatis literis nunciarentur, tum quod in Iouis Capitolini gremio laurus a victoribus deponeretur, etiam cum triumphus datus haud esset.* Vid. Sil. 15, 120. et infra in LAVREA et LAVREATVS. Parthica laurus Plin. Paneg. 14 pro Victoria Parthica conf. Stat. Silu. 4, 1, 41. et Plaut. Cist. 1, 3, 53.

LAVREA, ae. f. *Folium lauri.* Plin. 15, 30 Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur viris. Vnius folia distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. Cana laurea Ouid. Fast. 3, 142. Cedant arma togae concedat laurea linguae Cic. Off. 1 c. 22. Conf. Id. in Pison. c. 30. Gratissima Phoebos laurea Virg. Ecl. 7, 62. *Laurea, pro Lauro aliquando ponitur.* Hor. Carm. 2, 15, 9 Tum spissa ramis laurea feruidis. *Laurea, Corona ex lauro facta, quae in triumphis adhibebatur.* Cic. de Prouinc. Consul. 35 c. 14 Si in Capitolium inuehi victor cum illa insigni laurea gestiret. *Laurea magnis periculis parata Cic. de Prou. Conf. c. 12. Caes. B. C. 3, 71, 3 Pompeius eo praelio imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit, atque ita se postea salutari passus est. Sed neque in literis, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureae praetulit. Incurrit haec nostra laurus non solum in oculos, sed iam etiam in oculas maleuolorum Cic. Fam. 2, 16. propter lictorum laureatorum fasces.* Plin. 7, 30 ad Cic. Salve primus omnium parens patriae appellare, *primus in toga triumphum, linguaeque lauream merite, et facundiae Latinarumque literarum parens: atque omnium triumphorum lauream ad apte maiorem, quanto plus est, ingenii Romani terminos in tantum promouisse, quam imperii.* Donandus Apollinari laurea Hor. Carm. 4, 2, 9. Mittere lauream ad aliquem Tacit. Hist. 3, 77. Referre lauream Ioui Capitolino Suet. Domit. c. 6. *vbi Pitisc. In eius gremio solent interdum deponere imperatores victores; sed haec depositio non fuit triumphus. conf. Casaub. in l. it. Torrent. ib. ¶ 2 Lauream, et Laurum, et mutata diphthongo Loream, pro eodem accipit Cato de R. R. c. c. 8. sed emendatius tamen legitur ib. laurea it. c. 133. laurus.*

LAVREVS, a, um. Adi. [*λαύριος*] Quod ex Materia lauri est: Laurea corona Liu. 23, 11. Pira laurea Colum. 12, 10. Ramus laureus Plin. 15, 30. Serta laurea Ouid. Trist. 2, 172.

LAVRETVM, i. n. [*λαύριον*] Locus lauris constus. Plin. 15, 30 Durat et in Vrbe impositum loco, quando lauretum in Auentino vocatur, vbi silua lauri fuit.

LAVREOLA, ae. f. Dimin. Cic. Att. 5, 20 Bibulus coepit laureolam, in musaeco quaerere, vid. MVSTACEVM. Idem Fam. 2, 9 (10) *qualemcunque triumphum laureolam appellat: Velles enim, ait, tantum modo vt haberem negotii quod esset ad laureolam satis.*

LAVREOLVM, i. n. *Scalpellum chirurgicum, apud Cael. Aurelian. Chron. 5, 2, 33. Sed videtur locus corruptus esse Scalpreolum iam coniecit vir doctus in margine.*

LAVREO, are. Chryolog. Serm. 66 Postes tuos suis vlcibus laureauit. Et Saresb. Epist. 298 Ecclesia martyrum sanguine laureatur.

LAVREATVS, a, um. Adi. *Lauro coronatus.* Festus: Laureati milites sequebantur curram triumphantis, vt quasi purgati a caede humana intrarent urbem. Itaque eandem laurum, omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat: vel quod medicamento sicissima sit, vel quod omni tempore viret, vt similiter Resp. floreat. Fasces laureati, *Fasces laurea vel lauro circumuoluti.* Cic. de Diuin. 1, 59 c. 28 Lictores laureati, *Qui laureatos fasces et laureas coronas gerunt* Cic. Att. 7, 10. Literae laureatae Liu. 45, 1. Prosequi gesta laureatis subaud. Literis Tac. Agric. c. 18. Vid. Gronou. ad Stat. Silu. p. 130. Barth. ad Claud. p. 308. it. Fest. et singularis I. G. Bergeri Diff. Postes laureati, *Lauro coronati* Quinctil. 8, 6. Poetarum laureatorum origo ex ludis Capitolinis. Vid. Scalig. Aufon. Lest. 1, 10. Tabellae laureatae Liu. 45, 1. Lamprid. in Alexandr. c. 58. Per translationem Plin. 18, 3 Ipsorum nunc manibus imperatorum colebantur agri, vt fas est credere, gaudente terra vomere laureato, et triumphali aratore.



LAVRIFER, Æra, Ærum. Adi. [δαφνοφόρος] *Laurum ferens.* Plin. 15, 30 Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso. Currus lauriferi Lucan. 5, 332. Phoebus laurifer Ouid. de Arte Am. 3, 389.

LAVRIGER, Æra, Ærum. Adi. [δαφνοφόρος] *Idem.* Martial. 3, 66 Laurigeros ageres quum lacta triumphos. *Idem* 7, 5 Martia laurigera cuspide tela virent.

LAVRICOMVS, a, um. Adi. Montes lauricomi Lucret. 6, 151.

LAVRINVS, a, um. Adi. [δάφνινος] *Quod est ex lauro.* Plin. 23, 4 Oleum laurinum vtilius quo recentius. Foliis laurinis Id. 19, 8. *i. Foliis lauri similibus, De lepidio.*

LAVRIPOTENS, entis. *Epitheton Apollinis apud Mart.* Cappel. 1 p. 10.

LAVS, *vid. LAVDO.*

LAVTIA, LAVTITIA, LAVTVS, *vid. LAVO.*

LAVTMIAE, *vid. LATVMIAE.*

## L A X

LAX, Fraus est, *inquit Festus voce Lacil. Vtrumque obsoletum.*

LAXAMENTVM, LAXE, LAXATVS, *vid. LAXVS.*

LAXVS, a, um. Adi. [χαλῶς] *Arcto, angusto, et adstricto oppositum; remissum significat, et ea de causa spatii maioris: quo quid enim adstrictius est et magis compressum, tanto minora spatia occupat, et contra.* Virg. Georg. 3, 166 Ac primum laxos tenui de vimine circos Ceruici subnecte. Columel. 1, 3 Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie. Paludes laxae Lucan. 2, 71. Virg. Aen. 1, 67 Et premere et laxas sciret dare iussus habenas. Amictus laxus Ouid. de Arte Am. 3, 268. Arcus laxus Virg. Aen. 11, 874. Ouid. Rem. Amor. 702. Calceus laxus male haeret in pede Hor. Serm. 1, 3, 31. *Conf. Ouid. de A. A. 1, 516. Domus laxa, pro Ampla et spatiosa Plin. in Paneg. c. 50. Fides, i. Fluxa: vid. Drakenb. ad Sil. 8, 322. Funes laxi, Non contenti Virg. Aen. 8, 708. Ianua laxa Ouid. Amor. 1, 8, 77. Opes laxae Martial. 2, 30. Sinu laxo ferre aliquid Hor. Serm. 2, 3, 172. Tempus laxius Plin. Epist. 4, 9. Cic. Att. 6, 1 Ego sic diem statuo satis laxam, quam ante si soluerint, etc. i. Tempus satis longum. Proculus in l. Quum stipulatus. D. de verborum obligationibus, Quum ipse arbitrato meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim, i. Quum diem protulerim. Troiani laxiores militia Dict. Cret. 3, 1. Tunica laxa Ouid. Epist. 16, 247. Vestes Lucan. 8, 367. *Conf. Brouckh. ad Tibull. 1, 9, 70. Compar. Spatia laxiora Columel. 4, 30. Stomachus laxior Pallad. 11, 14, 12. Terra Pallad. 1, 8. Superl. Cic. de Amicit. 45 c. 13 Alienis nimis implicari, molestum esse: commodissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas, quum velis, vel remittas.**

LAXE, Adu. [χαλῶς] Cic. pro Domo 115 c. 44 Habitare laxe et magnifice voluit, quasque et magnas et nobiles domos coniungere. Anguste et Laxe, *contraria.* Varr. de R. R. 2, 10. Distare laxe Plin. 13, 4. *Compar. Sallust. Bell. Jugurth. c. 87 Romanos, remoto metu, laxius licentiusque futuros. Superl. Laxissime pererrare, i. Vagari seu ferri Plin. 2, 16.*

LAXVM, Adu. pro Laxe. Martial. 3, 22 — et adhuc superet centies tibi laxum.

LAXO, Ære. [χαλῶν, ὑπὸν] *Laxum facere, dilatare, remittere etc.* Cic. Att. 4, 15 (16) Vt forum laxaremus, et vsque ad atrium Libertatis explicaremus. Arua laxant sinus Virg. Georg. 2, 331. Id. Aen. 2, 259 Laxat claustra Sinon. Cic. de Senect. 7 c. 3 Qui se a libidinum vinculis laxatos esse non moleste ferrent. Id. Att. 6, 1 De isto haec dixerim, me vel plurima vincla tecum summa coniunctionis optare, etsi sunt amoris arctissima: tantum abest, vt ego ex eo quo adstricti sumus, laxari aliquid velim. Laxare aliquid ex rigore iuris Vlpian. in l. Quum hic status in principio. D. de donat. inter vir. et vxor. *Sic enim habent Pandectae Florentinae, quamvis Haloander legat Relaxare. Animum laxare a laboribus, Conquiescere Liu. 32, 5 pr. Annona haud multum laxauerat, remiserat caritas annonae, sensu neutro, vt mouet tellus, ponit ventus etc. Liu. 26, 20. Artus laxauerat quies Virg. Aen. 5, 857. Catenas laxare Lucan. 10, 57. Corpora laxantur rugis, b. e. sunt rugosa Ouid. de Arte Am. 3, 73. Curas laxare somno Virg. Aen. 9, 224. Curas laxare in otia Claud. de Magnete 23. Ferrum laxatur ad vsus innumeros Stat. Achil. 429. Frenos laxat populis furentibus Lucan. 7, 124. Humus die laxatur Ouid. Epist. 2, 123. Iras laxare Stat. Theb. 6, 828. Membra laxare quiete Virg. Aen. 5, 836. Add. Id. 9, 224. Mentem duram munera Bacchi laxarunt Sil. 11, 287. Sese laxare ab angustiis in latitudinem Plin. 21, 5. Sese laxare molestiis Luccei. ap. Cic. Fam. 5, 14. Tempus laxare, i. Extendere, producere Sen. Med. v. 420. Vincula laxare Stat. Theb. 1, 135. Vincula epistolae Nep. 4, 4, 1.*

LAXATVS, a, um. Partic. [χαλῶντος] Plin. 19, 1 Maceratas indicio est membrana laxatior. Cic. Tusc. 1, 44 Quodque nunc facimus, quum laxati curis sumus, vt spectare aliquid velimus, etc. Corpore laxati Id. Somn. Scip. c. 3. *i. soluti vinculis corporis.* Aër densatus, et laxatus Quintil. 5, 9. Classis laxata Lucan. 3, 543. Custodiae laxatae, *i. Remissae Liu. 21, 32 extr. Feinina dolore laxata Stat. Theb. 5, 606. Nocte laxata lucida nitent claustra Sil. 13, 550. Tacit. Hist. 3, 25 Laxati ordines abrumpuntur. Pugnae laxatae Liu. 21, 39. Plin. 19, 1 Lini membrana laxatior.*

LAXITAS, Ætis. f. [χαλῶτης] *Dilatatio, relaxatio, amplitudo.* Cic. Off. 1, 139 c. 39 Sic in domo clari hominis, in quam et hospites multi recipiendi sunt, et admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis. Aëris Pallad. 1, 5. *de valle laxiore.* Domus laxitas, *i. Amplitudo et vacuitas quaedam Cic. pro Domo 116 c. 44. Viarum, semitarum laxitas. Columel. 4, 18. Loci Sallust. Fragn. c. 29 ap. Non. 2, 492.*

LAXATIVVS, a, um. Cael. Aurel. Tard. 2, 3 Laxatiua cataplasinata. Virtus laxatiua Apul. de Herb. c. 60.

LAXATIO, ðnis. f. Vitruu. 4, 7 Compactura habeat laxationem. *Vid. Eund. 9, 9. et Cael. Aurel. Tard. 2, 1, 56.*

LAXAMENTVM, i. n. [χαλῶμα] *Cum ad locum refertur, spatium amplum significat, vt Amplum laxamentum cellae Vitruu. 47. Choragia laxamentum habeant ad chorum parandum Id. 5, 9. Sed Plin. Pan. 82, 9 An non plerique principes hoc idem tempus in aleam, stupra, luxum conferebant, quum seriarum laxamenta curarum, vitiorum contentione supplerent? i. remissionem, et interualla. Remissio et solutio etiam est in hoc: Laxamentum ventris comitatur timorem Macrobi. Saturn. 7, 11. Sed indulgentia est, Laxamentum et veniam non habent leges, si modum excesseris Liu. 2, 3. Cic. pro Cluent. 89 Non modo causae, sed ne legi quidem quidquam per Tribunos plebis laxamenti*

datum. *Add.* Justin. 41, 5, 1. Nancisci pusillum laxamenti Trebon. Cic. Fam. 12, 16. Aliquid laxamenti, quo hominum oculi acq̄scent Sen. Ep. 7.

## L E A

**LEA**, ae. f. [*λαίνα*] *Quae et Leaena dicitur, est Femina leonis.* Lucret. 5, 1317 Irritata leae iaciebant corpora saltu. Saeua lea Ouid. Met. 4, 102. *Add.* ib. 9, 647. et Fast. 2, 88. Val. Flacc. 3, 736. Isidorus 12, 2 hanc vocem Poëtis tantum tribuit. ¶ 2 **Lea**, Brassicae genus, quam Graeci *λαίνα* appellant, hoc est laenam, & foliorum laenitate. Plin. 10, 9 Alternam leam, latis foliis e caule exeuntibus.

**LEAENA**, ae. f. [*λαίνα*] *Eadem quae Lea.* Virg. Ecl. 2, 63 Tortua leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam. Plin. 8, 16 Is ergo tradit, leaenam primo foetu parere quinque catulos, ac per annos singulos, vno minus ab vno sterilefcere. Getulae leaenae Hor. Carm. 3, 20, 2. ¶ 2 **Leaena Scortum Atheniense**, cuius fortitudo in reticendis coniuratis laudatur. Plin. 34, 8, 7, 23. et apud Lactant. 1, 20.

**LEANDER**, vel **LEANDRVS**, i. m. [*Λεάνδρος*] *Viri proprium, Herus puellae amans, ex Abydo urbe, ad quam transmare Sesto solebat, donec in Hellesponto perit. Fabula enarrata carmine Musaei, recentioris Poëtae. Pertinens huc Ouidii Epistola 18 quam fugitur scribere Leander Heroni, et 19 Herus ad Leandrum.* Ouid. Trist. 3, 10, 41 Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset, Non foret angustae mors tua crimen aquae.

**LEANDRIVS**, a, um. Adi. Denom. [*Λεάνδριος*] *Hellespontus Leandrius, in quo Leander perit.* Sil. 8, 622.

**LEARCHVS**, i. m. [*Λεάρχος*] *Athamantis et Inus filius, quem pater furore arreptus occidit.* Ouid. Fast. 6, 490 Tuque cadis patria, parve Learche, manu Inous Learchus Valer. Argon. 1, 280.

**LEARCHEVS**, a, um. Adi. [*Λεαρχεύς*] *Ouid. Fast. 6, 491 Moefta Learcheas mater tumulauerat umbras.*

## L E B

**LEBADA**, vel **LEBADAEA**, ae. f. [*Λεβάδα*] *Vrbs Boeotiae.* Vid. Stat. Theb. 7, 345 Et valles, Lebadea, tuas. *Add.* Plin. 16, 36.

**LEBEDVS**, i. m. [*Λέβεδος*] *Ciuitas Asiae, quae a Colophone centum et viginti stadiis distat.* Hor. Epist. 1, 11, 7

An Lebedum laudas odio maris, atque viarum?

Scis Lebedus quam sit Gabius desertior, atque

Fidenis vicis.

**LEBES**, eris. m. [*λεβης*] *Vas aeneum, in quo quid igni applicamus, ut ebulliat.* Ouid. Epist. 3, 31 Viginti fuluos operoso ex aere lebetes. Curui lebetes Ouid. Met. 12, 243. Dodonaei lebetes, vid. DODONE. Gemini ex aere lebetes Virg. Aen. 5, 266. *Vid. ibi Seruium.*

## L E C

**LECHAEVM**, i. n. *Nauale Corinthiorum.* Alterius maris portum appellat Lilius 32, 23. Spatia Lechaea Grat. Cyneg. v. 227 de Lad. *Isthm.* Graeci *λεχη* portus ipsos vocant. Stat. Silu. 2, 2, 35 Culmen ab Inoo fert semita tecta Lechaeo. *Add.* ib. v. 381. Propert. 3, 20, 19.

**LECHIAE**, arum. apud Stat. Silu. 4, 3, 59. *Eodem sensu accipiuntur a Geuartio Barthioque. Alii legunt Deuiae: Vossius ad Catull. p. 62 Cluiae, Cl. Marklandus Lechio legit. Vid. notas in loc.*

**LECTE**, vid. **LEGO**, ere.

**LECTICA**, **LECTICARIVS**, vid. **LECTVS**, lecti.

**LECTIO**, **LECTITO**, et **LECTVS**, Partic. vid. **LEGO**, ere.

**LECTISPHAGITES**, ae. m. *Olim inter Vina fallacia.* Plin. 14, 16 extr.

**LECTVS**, i. m. [*κλήνη, λέκτρον, κληντήρ*] *Locus super quo quiescimus.* Dictus, ut ait Varro L. L. 4, 35 quod lectis herbis et frondibus stramenta facerent. *Vel ut Festus putat, ab alliciendo, quod fatigatos ad quiescendum alliciat. Vel a Graecis, qui λέκτρον lectum dicunt, vel a λέχος.* Plin. 14, 22 Iam vero alios lectum expectare non posse. Iuxta socialia lecti Ouid. Amor. 3, 11, 45. Succuba nostri lecti Id. Epist. 6, 153. Lectus aduersus in atrio sterni solebat, i. ex aduersum ianuae, matrisfamilias, quo in sollempnibus nuptialibus, forte in puerperis etiam uterentur. Laberius ap. Gell. 16, 9 Materfamilias tua in lecto aduerso sedet. Prop. 4, 11, 81 Cornelia M. Aemilli Lepidi de his, quae post mortem suam futura sint, agens cum suis liberis,

Seu tamen aduersum mutarit ianua lectum

Sederit et nostro cauta nouerca toro:

Coniugium pueri laudate et ferte paternum etc.

*i. s. nouum matrimonium contraxeris, ut, qui intrant domum, statim in atrio e regione ianuae oppositum nouum et diuersum a superiore lectum videant.* Ascon. Pedian. in Milon. 13 c. 5 Deinde omni vi iantia (domus M. Aemilii Lepidi interregis) expugnata, et imagines maiorum deiecerunt, et lectulum aduersum vxoris eius Corneliae — fregerunt: itemque telas,

quae ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt. *Idem est lectus genialis apud Lamprid. in Alex. Seu. c. 13. Locum damus in ATRIVM.* Archiaci lecti, vid. **ARCHIAS**. Communes, vid. **COMMVNIS**. Cubicularis lectus, a Cic. de Diuin. 2, 134 c. 65. dicitur ad differentiam Tricliniaris lecti. Dapsilis, vid. **DAPS**. Eburni Hor. Serm. 2, 6, 103. Funebri lectus Val. Max. 4, 4, 1. *In quo funus seu cadaver efferebatur.* Perf. 3, 103

Hinc tuba, candelae, tandemque beatus alto

Compositus lecto, crassisque lutatus amomis

In portam rigidos calces extendit.

Sueton. Caes. 84 Lectum pro rostris in forum magistratus et honoribus functi detulerunt. Furtiui foedera lecti Tibull. 1, 5, 7. Hor. Epist. 1, 1, 87 Lectus Genialis in aula est, i. parata omnia ad nuptiarum celebrationem. Aula hic Atrium. Iugalis Virg. Aen. 4, 496. Liber, vid. **LIBER**, Adi. Obscenus Ouid. Met. 10, 465. Quassus ab imposito corpore Id. Epist. 11, 78. Lecti suspensi motus confert aliquid ad somnum Cels. 3, 18. Temerati foedera lecti Ouid. Epist. 5, 101. Vacuis Id. Met. 10, 437. Viduo discedere lecto Id. Epist. 1, 81. Comminxit lectum potus Hor. Serm. 1, 3, 90. Concutere alienum lectum Iuuen. Sat. 6, 21. Cubare in lecto, vid. **CVBO**. Decidere de lecto, vid. **DECIDO**. Imponere corpus lecto Quinctil. 6, 1. Incumbere lecto Ouid. Met. 11, 657. Sternere lectum, vid. **STERNO**. Sum.

Cic. Fam. 9, 23 Dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. Temerare lectum alicuius Ouid. de Arte Am. 1, 743. Teneri lecto, Decumbere, iacere, et morbo vexari. Cic. Verr. 7 (5) 16 c. 7 Pater grandis natu iam diu lecto tenebatur. Lectis etiam incubabant ad mensam, vnde

Triclinium dictum a tribus lectis. Id. ib. 4, 183 Iam non quaero, vnde CCC ampho-

amphoras mellis habueris, unde tantam Melitensem vestem, unde quinquaginta tricliniorum lectos, unde tot candelabra, etc. Hor. Epist. 1, 18, II Inni Derisor lecti i. domini conuiuium praebentis et in imo lecto accubantis. Desiderato acquiescimus lecto Catul. 29, 10.

LECTVM, i. n. Idem quod Lectus. Vlpian. in l. librorum, in fine D. de leg. 3 Legatum lectum continet et fulcra.

LECTVLVS, i. m. [κλυιδιον] Cic. pro Muraen. 75 Strauit pelliculis hoedinis lectulos Punicanos, et exposuit vasa Samia. Idem Att. 14, 13 A ducenda autem vxore sic abhorret, vt libero lectulo neget esse quidquam iucundius. Castus lectulus Catul. 62, 88. Membra lectulo iacebant Catul. 48, 15. Add. Petron. c. 79 et 80 et 128. etc.

LECTVS, ūs. m. Plaut. Amph. 1, 3, 15. Cornific. ap. Priscian. 6 p. 198. Ita quoque Faern. inuenit ap. Terent. Eun. 3, 5, 45 Deinde eam in lectu illae collocarunt.

LECTISTERNIVM, i. n. [κλινοσπώμιον] Caerimonia publica, cum DIs, quorum altaria mensarum instar sunt, lecti circa ea, velut epulandi causa, sternuntur, in quibus ipsorum imagines deinde collocantur. Locus classicus Liu. 40 extr. Terra mouit. In foris publicis, vbi lectisternium erat, Deorum capita, quae in lectis erant, auerterunt se, lanaeque cum integumentis, quae Ioui opposita fuit, decidit. De mensa oleas quoque praegustasse mures, in prodigium versum est. De origine Liu. 5, 13. Conf. 7, 2 et 27. it. 22, 1 et 10. Huc referrī etiam debet Val. Max. 2, 1, 2 Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno et Minerua in fellas ad coenam inuitantur. Add. Liu. 21, 62. it. 8, 25. et 29, 14. Est C. E. Schumannii de Lectisterniis Romanorum commentatio Lips. 1739.

LECTISTERNIATOR, ōris. m. [κλινοσπώτης] Qui lectum sternit. Plaut. Pseud. 1, 2, 29 Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito.

LECTISTITIVM, i. n. Lecti statio. Isidor. Gloss.

LECTICA, ae. f. [Φρεϊον, κρεβατατος] Lectus, quo et in cubiculo ad quiescendum pariter et studendum vtebantur, et in publico ferebantur diuites et potentes. Cic. Q. Frat. 2, 5 Eo die coenauī apud Crassipedem, coenatus in hortos ad Pompeium lectica latus sum. Add. infra LECTICARIVS. Metaph. Plin. 17, 14 In mollibus arborum lecticis. Interea siue illa toro resupina feretur, Lecticam dominae dissimulanter adi Ouid. A. A. 1, 487. Gestamen lecticae Tacit. Ann. 2, 2. Gestare aliquem lectica Hor. Seru. 2, 3, 214. Tacit. Ann. 12, 69 Ibi monente Praefecto festis vocibus exceptus inditur lecticae. De Lucubratione Lectica v. h. v.

LECTICVLA, ae. f. Dimin. [κρεβάτιον] Scipio lecticula in aciem illatus Liu. 24, 42. Atticus lecticula elatus Nep. 25. extr. Vilis lecticula serui Martial. 9, 94. Sueton. in Augusto c. 78 A coena se in lecticulam lucubrationem recipiebat. Cic. Fam. 71 Vt nostras villas obire, et mecum simul lecticula concursare possis.

LECTICARIVS, i. m. [Φρεϊοφρέτος Gloss. Gr. Lat.] Qui lecticam deferrebat. Cic. Fam. 4, 12 Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre. Conf. Petron. c. 96 et 124. Sen. de Const. Sap. c. 14. Sueton. Tib. c. 58. et Oth. c. 6. Lecticarii olim etiam erant Vespillones effereudis cadaueribus deseruientes. Vid. Nouell. Iust. 43.

LECTICARIVS, a, um. Plagae, grande linteum tegmen, quod nunc torale, vel lecticariam sindonem dicimus Non. 14, 5. al. Lectuariam.

LECTVARIVS, a, um. Vid. Lecticarius.

LECTICARIOLA, ae. f. Martial. 12, 58 Ancillariolum tua te vocat vxor, et ipsa Lecticariola est: estis Alauda pares. b. e. Tu rem habes cum ancillis, ipsa cum lecticariis.

LECTICALIS, is. m. Qui lectulos facit Gloss. Isidor.

LECTARIVS, i. m. Idem. Gloss. Gr. Lat. κλινοποιος, Lectarius.

LECTRIX, icis. f. Inscript. apud Fabrett. p. 311. DRVSI. CVBIC. SER. COLIT. OSSA. EIVS. CNIDE. LECTRIX. CONIVNX. EIVS. An quae lectos curare iussa est?

LECTVALIS, e. Spartian. de Adriano c. 23 In morbum incidit lectualem. Vbi Salmasius notat, Lectuales eiusmodi Morbos vocasse, qui diu in lecto detinerent aegrotantes.

LECYTHVS, i. m. et f. [λῆκυθος] Ampulla olearia. Cic. Att. 1, 14 Totum, inquit, hunc locum, quem in Aristocratia ego varie meis orationibus soleo pingere, de flamma, de ferro (nostris illas λῆκυθος) valde grauiter pertexuit. Ad pictores aperte alludit, qui pigmenta habent in lecythis. Imitatur Plin. Epist. 1, 2 Tentauī enim imitari Demosthenem semper tuum, nuper meum, duntaxat figuris orationis. Paulo post, Non tamen omnino Marci nostri λῆκυθος fugimus, quoties paullum itinere decedere non intemptiuis amoenitatibus submonebamur. Locus communes ab utroque intelligi apertum est, in quos ornatus causa digredi oratorium est.

LECYTHINVS, a, um. In lecytho asseruatus. Petron. c. 21 Nos lecythino perfusos oleo refecerunt. Al. Legitimo.

## L E D

LEDA, ae. f. [Λήδα] Vxor Tyndari regis Laconiae, cum qua Iupiter in forma Cigni dicitur congressus. Illa autem ex eo congressu oua duo enixa est, vt fabulantur Poetae. Ex vno nati sunt Pollux et Helena immortales: ex altero Castor et Clytaemnestra mortales. Hor. de Arte Poet. 147 Nec bellum gemino Troianum orditur ab ovo. Leda post mortem Nemesis facta Lact. 1, 21, 23. In sepulcris exprimi solita propter filios, qui vicissitudinis circa ortum et obitum hominum imago sunt. Gorius ad Monum. Liuiae p. 26. Hinc

LEDAEVS, a, um. Adi. [Ληδοῦος] Dii Ledaeci, Castor et Pollux Ouid. Fast. 1, 706. Fratres Ledaeci Ouid. ad Liu. 283.

## L E G

LEGALIS, vid. LEX.

LEGARIVM, vid. LEGO, ēre.

LEGATARIVS, LEGATOR, LEGATVS, vid. LEGO, ēre.

LEGIBILIS, vid. LEGO, ēre.

LEGIFER, vid. LEX.

LEGIO, ōnis. f. [λεγεών, τάγμα, τέλος] A Legendo, id est eligendo dicitur, quod leguntur milites in delectu, vt ait Varro de L. L. 4, 16. Gell. 16, 4 extr. ex Cincio de re militari, In legione sunt centuriae sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem. De constitutione Legionis Romanae, diuerso tempore diuersa, vid. ex Polybio et reliquis fontibus Lipsius de Mil. Rom. et R. H. Schelius ad Hygin. ipseque Vegetius 2, 2 sqq. Nos formulas modo aliquot pro instituti ratione afferemus. Ac primum Legionis vocabulum etiam de aliarum gentium, ipsorumque adeo Carthaginensium, copiis militaribus usurpatum a Romanis docet Ciaccon. ad Columnam Duilii. Add. Taubmann. ad Plaut. p. 28. Nempe Amphitr. 1, 1, 63 Teleboae ex oppido legiones educunt suas — Nos nostras more nostro et modo instruximus Legiones etc. Sis Samai-

- tium linteata et aliae Legiones memorantur Liu. 8, 38 Etruscorum ibid. 10, 5 etc. De Romanis Cic. Tusc. 1, 101 c. 42. Sed quid duces et principes nominem, cum legiones scribat Cato saepe alacres in eum locum profectas, vnde redituras se non arbitrarentur.
- 5 **¶ 2** *Formulae de plurimis aliquot:* Acies legionum Tacit. Hist. 3, 23. Contubernium legionum Id. Hist. 1, 41. Attenuatae praeliis legiones, vid. A T T E N V O. Completa legio per manipulos Sil. 8, 470. Conferta manipulis legio Sil. 7, 390. Expedita Legio Liu. 24, 41. Semiplenae legiones Paterc. 2, 80. pr. Transnotae
- 10 legiones Tacit. Ann. 13, 35. Validae legiones Lucret. 5, 1227. Urbanae Liu. 6, 9. Constituire legionem Caes. B. G. 1, 43. Curare legiones Tacit. Ann. 6, 30. Dare legiones Iuven. 10, 79 *dicitur populus, i. imperium militare.* Decernere legiones in Siciliam, vid. D E C E R N O. Decimare legiones, vid. Decimo in D E C E M.
- 15 Diffociant legionem a legione Tacit. Ann. 1, 28. extr. Dare alicui legiones Liu. 21, 17. Dare legiones in discrimen Tacit. Ann. 2, 11. pr. Explicuit longa legio cohortes Virg. Georg. 2, 280. Liu. 26, 17 Neroni ex duabus legionibus, quas ad Capuam habuerat, sex millia peditum — decernunt. Imperitare magnis legionibus Hor.
- 20 Serm. 1, 6, 4. Instruere legiones *habuimus ex* Plauti Amph. 1, 1, 63. Locare legionem Tacit. Hist. 4, . . . Hor. Serm. 1, 6, 48 Quod mihi Pareret legio Romana Tribuno. Praeesse legionibus Liu. . . Pugnare legione Quinctil. 2, 13. Supplere legiones Liu. 29, 24. Iuuenal. 2, 155 Cremerae legio *vocantur CCCVI Fubii ad Cremeram caesi.* ¶ 3
- 25 *Quod de diuersa magnitudine legionis Rom. diximus, iam doceamus.* Liu. 44, 21 Senatus decernit, vt in octo Legiones parem numerum tribunorum consules et populus crearent. Id. 42, 31 Legiones quatuor nouas scribi placuit, binas singulis consulibus. — Cum alterius consulis legionibus quina millia et duceni equites ex veteri instituto
- 30 darentur in singulas legiones: in Macedoniam sena millia peditum scribi iussa, equites triceni aequaliter in singulas legiones. *Nempe, vt est* 8, 8 Scribebantur quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecentis. *Sed* 6, 22 Quatuor legionibus quaternum millium scriptis. *Et* 7, 25 Decem legiones scriptae dicuntur quaternum millium et ducenorum peditum, equitumque trecenorum. Liu. 23, 34 Deceuerunt patres, vt Q. Fuluius Flaccus
- 35 quinque millia peditum, quadringentos equites scriberet, eamque legionem etc. *Et* 28, 28 Propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor in foro Romae securi percussi sunt. *Et* 39, 38 Scitum factum, Quod plus quam quina millia peditum, trecenti equites, in singulis legionibus esset, dimitterent. *Verum* 44, 21 *Decreuit Senatus in Macedonia non plus quam duas legiones esse, eas repleri, vt sena millia peditum, trecenos haberent equites.* *Haec planae nimirum legiones. Vis exempla attenuatarum?* Caes. B. Ciu. 3, 106 In his (*duabus*) erant legionibus hominum III millia CC: reliqui vulneribus ex praeliis — confecti consequi non poterant. *Et* Hirt. de B. Alex.
- 45 69 *memorat* Legionem VI veteranam — adeo deminutam, vt minus M hominum in ea essent. *Maximus numerus Legionum apud Liuium* 26, 1 Tres et viginti, quibus bellum terra marique gestum. Legiones *distinguebantur vel ordine; vt, Prima, secunda, tertia, etc.* legio: *Vicesima nominatur* Liu. 27, 14. Inscriptiones *Gruterianae progrediuntur ad XXXV. vel cognominibus; quae vel ab institutoribus; vt, Augusta, Claudiana, Galbiana, etc. vel a Prouinciis deuictis; vt, Parthica, Scythica, Gallica; vel a Deorum nominibus; vt, Apollinaris, Venerea, etc. vel ab euentibus; vt, Victrix, Fulminatrix, etc. accipiebant.* Vid. Dion. Cass. lib. 55. *Onuph. Panuin. Descript. Imp. Rom. lib. 3. Spanh. de Vsu et Praestant. Num. diff. 10. p. 231. Brevissime et certissime tamen ea cognosci possunt, si inspicias Gruteriani s. Scaligeriani potius Indicis veterum inscriptionum caput V de re militari, quod ex publicatis postea Collectionibus facile augeri potest.*
- 60 **LEGIVNCVLA**, ae. f. Dimin. [*λεγεώνιον*] *Parua legio.* Liu. 35, 49 Videritis vix duarum plane plenarum legiuncularum instar in castris regis.
- LEGIONARIVS**, a, um. Adj. [*λεγεωνάριος*] *Quod est legionis, vel Quod ad legionem pertinet.* Cic. Fam. 10, 32 Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam nisi. Plin. Epist. 10, 81 Centurio legionarius. Legionarii Caes. Bell. Ciuil. 1, 78. *Et* Bell. Gall. 2, 27. *Item* 6, 33. Cohortes legionariae Liu. 10, 43. Milites legionarii Caes. Bell. Gall. 5, 19. *et* 1, 51.
- 70 **LEGIO SECVNDA AVGVSTA**, [*Λεγεών δευτέρα Σεβαστή*] *Britanniae vrbs, vt scribit Ptolemaeus lib. 2. Vulgo Leskard.*
- LEGIVPA**, **LEGISLATOR**, **LEGITIMVS**, vid. **LEX**. **LEGIVNCVLA**, vid. **LEGIO**.
- LEGO**, are. [*διαπραβεύω*] *Est aliquid alteri mandare, vel cum*
- 75 *mandatis eum mittere: ac de nobilioribus fere reip. negotiis, itemque de his, quae testamento deferuntur, adhibetur.* Cic. Att. 4, 2 Ego me a Pompeio legari ita sum passus, vt nulla re impedirer, quod nisi vellem, mihi esset integrum, etc. *i. partem negotiorum publicorum mihi mandari ab eo.* Neque eram tam despiens, vt priuatae rei causa legari
- 80 putarem Cic. Fam. 3, 8, 13. *Et mox* Nisi forte postea coeperunt legare. Id. Verr. 3, 114 c. 48 Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. Sallust. Iugurth. c. 25 Legantur tamen in Africam maiores nati, nobiles amplis honoribus vsi. *Add. ib. c. 22. In his omnibus legare est cum mandatis reip. nomine aliquem mittere.* Catull. 65, 57
- 85 Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat, *Venus equum alatum.* Legare aliquos Plaut. Amph. 1, 1, 50. Cic. Fam. 6, 6 Cassium sibi legauit, Brutum Galliae praefecit. Idem Att. 15, 11 Dolabella me sibi legauit ad III Non. April. Legare negotium alicui, *Committere* Plaut. Casin. 1, 1, 12. Legare fortunae, *pro Assignare* Liu. 28, 42. ¶ 2
- 90 Legare [*διατίθεσθαι, ληγατεύω*] *aliquid alicui, Testamento aliquid alicui, relinquere.* Cic. pro Caecin. II c. 4 Vsumfructum omnium bonorum suorum Cesenniae legat. Legare ab aliquo, *quod ille soluat, vid. A B.* Argentum autem omne legauit Quinctil. 5, 14. *Conf. Perf. 6, 66.*
- 95 **LEGĀTVS**, a, um. Pseudo-Cic. ad Octau. Qui tanquam in dotali matrimonio, reipublicam testamento legatam sibi obtineret. *Ita passim. v. g. l. 79 §. vlt. D. de Legatis 3* Seruus quoque legatus, si interim manumittatur. *Huc quoque refert Lipsius apud Rhodium illud* Scribon. 120 Vt ab eius (Cassii medici) seruo Atimeto accepi, legato
- 100 Tiberii Caesaris. *Legi vult* Tiberio Caesari.
- LEGĀTVS**, i. m. [*πρεσβυτής, πρεσβεύς, πρεσβής*] *Cui mandatum est negotium publicum, siue vt ad aliam ipse ciuitatem cum mandatis mittatur, siue alia negotia alterius nomine magistratus peragat.* Virg. Aen. II, 227 Legati responsa ferunt. Cic. pro Flacc. 100 Primum
- 105 magnam partem eiusdem prouinciae, quae pro huius periculis, legatos,

tos, laudatoresque misit. Cic. Att. 13, 6 Spurium Mumium putaram in decem legatis fuisse. *Ibid.* Non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atque hoc etiam accepi, non solitos maiores nostros legare in decem, qui essent Imperatorum necessarii. *Paullo post*, illum fratri in primis eius legatis fuisse. *i. In iis, quos primum eduxit.* 5 *Proficiscentibus enim ad bellum legatis, quos vellet, necessarii plerumque, dabantur: postea, quum quid prospere gestum esset, et pacem hostes peterent, vel constituenda esset provincia, decem insuper legatis decernebantur. Fuit igitur Sp. Mumius in primis fratris legatis, in decem non fuit.* Liu. 33, 24 Decem Legati more maiorum, quorum ex consilio T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, decreti. *Add. c. 31 et 44. it. 37, 55. 52, 20.* Cic. Fam. 1, 1 Crassus tres legatos decernit. *i. mittendos censet.* Mittere legatos cum auctoritate, *vid. MITTO.* Missi legati de magnis rebus Hor. Seru. 1, 5, 29. Cic. de Orat. 1, 115 Quum Athenienses ad Senatum legatos de suis rebus maximis mitterent. Liu. 2, 18 Legatos de pace mittunt. Obiit legatus Aegyptum et Syriam. Cic. in Somn. Scip. 3. Id. de Clar. Orat. 312 Dictatore Sylla legatus ad Senatum de Rhodiorum praemiis venerat. *¶ 2. Nosandi Legati prouinciales diuersorum generum. Libera rep. a Senatu legabantur.* Cic. in Vatin. 35 c. 15 Ne hoc quidem Senatui relinquebas, quod nemo vnquam ademit, vt legati ex eius ordinis auctoritate legarentur? adeone tibi sordidum consilium publicum visum est, — vt non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilii auctores, non ministros muneris prouincialis, Senatus more maiorum deligere posset: *quibus verbis munera illorum pulchre exposuit.* Nepos de Attico l. 25, 6 Qui ne cum Q. quidem Cicerone (qui Attici sororem in matrimonio habebat) voluerit ire in Asiam, cum apud eum Legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum praeturam gerere noluisse, affectam esse praetoris. *Sic Cicero noluit esse Legatus Caesaris. Vid. Att. 2, 18 et 19.* 30 *Caes. B. Ciu. 2, 17 Neque se ignorare, quod sit officium Legati, qui fiduciarum operam obtineret. Add. Cic. Att. 5, 21 de Afranio et Petreio. Sed sub Imperatoribus Legati Caesarum erant Praesides Prouinciarum. Nempe ipsum Imperatoris nomen ex antiqua reip. ratione seruatum. Quae autem per se agere illi non possent, ea per Legatos administrabant. Sic passim in numis et aliis monumentis memorantur LEGATI PROPRAETORE, aut PROCONSULE, aut simpliciter LEGATI AVGVSTI, adiecto nomine Prouinciae. Prouincias autem hic intelligimus, quas ex Augusti instituto Caesares sibi vindicabant, non item quas relinquebant Senatui. Talis est, quem Plin. 26, 1 appellat Manilium Cornutum e Praetoris Legatum Aquitaniae Prouinciae. Etiam Tac. Agric. 7 Legatos Consulares Britanniae et Praetorium memorat. Add. c. 33. Sic Ann. 12, 40 de ead. Prouincia, At Caesar, cogitata morte Legati, ne Prouincia sine rectore foret, A. Didium suffecit. Add. l. 20. Ita Hist. 2, 80 Syriae Praefes Vespasianus Legatus salutatur. Et An. 2, 80 Piso in Cilicia Caesaris se legatum testabatur, Prouincia, quam is dedisset, arceri. Et Hist. 1, 9 Superior (in Germania) exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat. A. Plautius Consularis Legatus, it. Legatus Syriae Consularis sunt Sueton. Vesp. 4. Singulare esse videtur, cum Galba apud Sueton. 10 Consulatus contra Neronem Imperator, legatum se Senatus ac Populi Rom. professus est. Apul. Flor. p. 348, 7 Qui Legatus mittitur (dimittitur) Proconsul ad nos cito reuersus est. Legati minor potestas in Prouincia Africa proconsulari. Caeterum de genere hoc Legatorum Augusti vid. Casaubon. et Salmas. ad Spartiani. Adrian. 3 p. 34 Hack. et Spanhem. Diff. 10 p. 178 sq. ¶ 3. Multum his minores sunt Legati Legionum, quorum frequens mentio apud Tacitum, v. g. Ann. 4, 73. 15, 28 etc. Sic Legatus Legionis primae Ann. 1, 44. Vicesimae Hist. 1, 60. Sic Sueton. Vesp. 4 Vespasianus Legatus Legionis in Germaniam missus est. De hoc genere Lips. de Milit. Rom. 2, 11.*

LEGATIO, ōnis. f. [*λεγεῖν, λεγεῖν*] Cic. Philipp. 9, 1 Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, eius monimentum exare voluerunt: vt in bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius. Irritus legationis rediit Tacit. Hist. 4, 32. Libera legatio. *Budaeus, Legationes liberae olim ornamentum tantum causa ab Senatu impetrabantur: quemadmodum hodie legationes a principibus impetrantur causa conceduntur, stipendia quoque obtinentur et geruntur.* Cic. Fam. 12, 21 C. Anicius — negotiorum tuorum causa legatus est in Africam, legatione libera. *Id. pro Flacco 86 c. 34 An legationes sumere liberas exigendi causa, sicut et tu ipse nuper, et multi viri boni saepe fecerunt, rectum est? quod ego non reprehendo: socios video queri. Omnino alias hoc reprehendebat Cicero. Itaque in legibus suis posuit, de Legg. 3, 9 c. 3 Rei suae ergo ne quis Legatus esto. Quem locum deinde declarans 18 c. 8 Iam illud, inquit, apertum profecto est, nihil esse turpius, quam quemquam legari, nisi rei publicae causa. Omitto, quemadmodum isti se gerant atque gesserint, qui legatione hereditates aut syngraphas suas persequuntur. In hominibus est hoc fortasse vitium. Sed quaero, quid reapse sit turpius, quam sine procuratore Senator, legatus sine mandatis, sine vilo reip. munere? Quod quidem genus legationis ego consul, quanquam ad commodum Senatus pertinere videatur, tamen approbante Senatu frequentissimo, nisi mihi leuissimus tribunus pl. tum intercessisset, sustulissem. Tamen minui tempus, et quod erat infinitum, annum feci: ita turpitudine manet, diuturnitate sublata. Idem contra Rull. 2, 44 Legatos nostros homines auctoritate tenui, qui rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt: tamen exterarum nationes ferre vix possunt: graue est enim nomen imperii, atque id etiam in leui persona pertimescitur: propterea quod vestro, non suo nomine, quum hinc egressi sunt, abutuntur. Idem Att. 15, 8 Habent (vt opinor) liberae legationes definitum tempus lege Iulia, nec facile addi potest, ad hoc genus legationis, vt, cum velis introire, exire liceat, quod nunc mihi additum est. Bella est autem huius iuris quinquennii licentia. Praetor designatus legationem liberam impetrauit Suet. Tib. c. 31. Qui libera legatione abest, non videtur reip. causa abesse: hic enim non publici commodi causa, sed sui abest Vlpian. 14 D. de legation. Orba legatio Cic. Philipp. 9, 1. capite mortuo. Pacificatoria legatio, *vid. PAX.* Votiuua legatio, Liberae Legationis genus, voti vel veri vel ficti causa susceptum. Cic. Att. 4, 2 Ego me a Pompeio legari ita sum passus, vt nulla re impediret, quod ne (i. quin) si vellem mihi esset integrum — aut votiuuam legationem summissem (sic Victor. al. suscipere) prope omnium sanorum, lucorum. Et eid. 15, 8 Atque etiam scripsi ad Antonium de Legatione — Legatione mihi opus esse. Honestior est votiuua: sed licet vti vtraque: nempe votiuua et alia libera. *Ibid. epist. 11 Dolabella me sibi legauit — Votiuua ne tibi quidem placebat. Etenim erat absurdum, quae si stetit resp. vouissem, ea me, euerfa illa vota**

- diffoluere. *Reliqua dedimus modo in Libera Legatio.* Cic. pro Flacc. 45 c. 19 Qui hanc ipsam legationem quam habet, non accepit a suis ciuibus, sed vsque Timolo petiuit. Administrare Nep. 10, 1, 4. Agere legationem, *vid.* AGO. Decernere legationem contra aliquem, *vid.* DECERNO. Cic. de Lege Agr. 1, 8 Haereditatum obcundarum causa, quibus vos legationes dedistis. Fungi legationibus Quinctil. 3, 2. Gerere legationem Quinctil. 7, 5. Habere legationem Cic. pro Flacc. 45. Mittere legationem ad aliquem Quinctil. 10, 1. Obire legationem, *vid.* OBEO. Perferre legationem pro aliquo Suet. Claud. c. 6. Cic. Fam. 1, 4 Senatus haberi ante Calendas Februarias per legem Pupiam non potest: neque mense Februario toto, nisi perfectis aut reiectis legationibus. Quinctil. 7, 2 Qui aberat, et qui militabat, et qui in legatione erat. *b. e. Legatus creatus erat, necdum tamen legationem absoluerat.* Renuntiare legationem, *explicare, quid gesseris* Cic. Philipp. 9, 1. Suscipere Nep. 2, 6, 5. Fila legere est ductum illorum sequi Ouid. Fast. 3, 462 *de Ariadne et Theseo* Quae dedit ingrato fila legenda viro. ¶ 2 *Ex altera quoque Legati significatione Legatio dicta est.* Cic. Att. 2, 18 A Caesare valde liberaliter inuitor in legationem illam. Tac. Agric. 9 Reuertentem ab Legatione Legionis diuus Vespasianus inter patricios asciuit, ac deinde Prouinciae Aquitaniae praeposuit. *De hac administratione deinde dicit, Minus triennium in ea Legatione detentus.*
- LEGATIVVM, an LEGATITIVM, i. n. [*πρεσβύτιον*] *Id quod datur legato impensae nomine.* Arcadius in l. Munerum. D. de Mun. et honor. Legati quoque, qui ad sacrarium principis mittuntur, quia viaticum (quod legatium dicitur) interdum solent accipere. Vlpian. l. 2 D. de legationibus, His qui non gratuitam legationem susceperunt, legatium ex forma restituitur. Legatitium *Haloander et Pandectae Florentinae.*
- LEGATVM, i. n. [*ληγάτον*] Modestinus in l. Legatum. D. de legatis secundo, Legatum, est donatio quaedam testamento relicta. Et legati appellatione, fideicommissum, et mortis causa donatio continentur. Legatum, est Quod legis modo, id est, imperatiue, testamento relinquitur. Nam ea, quae precatio modo relinquuntur, fideicommissa vocantur. Legamus autem quatuor modis: per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per praeceptionem. Per vindicationem his verbis legamus, *Do, lego, capito, sumito, siue habeto.* Per damnationem his verbis, *Heres meus damnas esto dare, dato, facito: Heredem meum dare iubeo.* Sinendi modo, *ita, Heres meus damnas esto sinere Lucium Titium sumere illam rem, sibi que habere.* Per praeceptionem sic, *Lucius Titius illam rem praecipito.* Haec et plura Vlpianus titulo 24. *Sunt Digestorum lib. 30, 31 et 32 De legatis et fideicommissis.* Hortensii legata cognoui Cic. Att. 7, 3. Petere legatum ex testamento Quinctil. 4, 14.
- LEGATARIVS, a, um. [*ληγατεύμενος*] *Cui ex testamento aliquid legatum est.* In re legata legatarius quodammodo heres est Paullus l. 14 D. de Vsurpationibus. Iustin. Instit. de legatis. §. Sed si rem, Sed si rem legatarii quis ei legauerit, inutile est legatum. Testator et Legatarius, *opponuntur.* Pomponius in l. Si ex toto. D. de leg. et fideicommissis primo. Prouincia legataria, *Quae alicui delegata est.* Cic. Att. 15, 9 *O rem miseravi; primum villam ab istis: dein, si aliquam, hanc legatariam Prouinciam: atque haud scio, an melius sit, quam ad Eurotam sedere.* *Alii legunt Prouinciam legatoriam.* *vid. Graeu. in loc.* Tertull. de Spectac. c. 6 *Etiam priuatorum memoriis legatariae editiones parentant. i. Testamento mandatae.*
- LEGATOR, oris. m. [*ληγατευτής*] *Qui aliquid legat.* Suet. in Tiber. c. 31 *Iterum eo censente, vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viae transferre concederetur, obtinens non potuit, quin rata voluntas legatoris esset.*
- LEGATORIVS, a, um. Cic. Att. 15, 9 *pr. Graeu. Locum modo dedimus in Legataria Prouincia.*
- LEGO, legi, lectum, ere. [*ἀναγιγνώσκω*] *Proprietatem verbi seruat compositum Colligere.* Virg. Ecl. 3, 92 *Qui legitis flores, et humi nascentia fraga.* Funem Val. Flacc. 1, 314. *i. in spiram colligere.*
- Halitum alicuius ore legere *i. Ore excipere* [*ψυχροπόρον*] Virg. Aen. 4, 684. Herbam legere Scribon. 60. Mala legere Virg. Ecl. 2, 51. Mala lecta ex arbore Virg. Ecl. 3, 70 *Oleam* Cato 3, 2. *it. 144, 2.* Offa Suet. Aug. c. 100. Cic. de Legg. 2, 60. *vid. OSSA.* Poma legit ab arboribus Tibul. 1, 7, 32. Reliquias Suet. Aug. c. 100. Sermone legere alterius, *per translationem dictum, pro Attentius audire et accipere* Plaut. Pseud. 1, 1, 61. Spolia legere Liu. 5, 36. Vela nauita legit humida Virg. Georg. 1, 373. *Add. Ouid. Her. 15, 216.* Val. Flacc. 2, 13. Venas legere *dixit Celsus, et idem 7, 23 extr.* Colligendae, *inquit, venae, vinciendaeque, et sub nodis praecidendae sunt.* Ouid. Met. 3, 17 *Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu.* ¶ 2 *Legere, Oculis scripta percurrere: quoniam literae oculis legi, id est colligi videantur.* Cic. Fam. 7, 1 *Dummodo is tibi quiduis potius, quam orationes meas legerit.* *Conf. Id. de Orat. 2 c. 55. Plin. Ep. 3, 1. Oculis inuitis legere verba alicuius Ouid. Epist. 18, 4. Cic. in Topic.*
- Eos libros per te ipse legeres. *Commode legere* Plin. Epist. 5, 19. *Audio me Male legere, duntaxat versus: orationes enim Commodius* Plin. 9, 34, 1. *Intente legere* Plin. Epist. 190. *Indicio candido legere aliquid Ouid. Trist. 2, 80. Maligne legere* Plin. Epist. 9, 38 *fin.* *Remissius legere* Plin. Epist. 3, 1. *Legi apud Clitomachum quum Carneades, etc.* Cic. Acad. 4, 13, 7. *A Bruto edictum Antonii legi* Cic. Att. 16, 7. *Subaudi, Datum, vel Missum.* *Liber tuus et lectus est et legitur a me diligentem* Cic. Fam. 6, 5. *A posteritate legi* Ouid. ex Pont. 3, 2, 30. *Scripta legere secum* Id. Amor. 2, 2, 19. *Omnium bonarum artium Scriptores et Doctores legendi et peruolutandi sunt* Cic. de Orat. 1 c. 34. *Verba legenda* Ouid. Trist. 3, 10, 74. ¶ 3 *In navigatione Legere est Praeterire.* Liu. 21, 51 *Ipsae compositis Siciliae rebus, oram Italiae legens Arminium peruenit.* Virg. Aen. 3, 292 *Littoraque Epiri legitis.* *Idem Aen. 3, 127 — et crebris legitis freta concita terris.*
- Vbi Seruius, *Legimus, Praeterimus.* *Tractus sermo a nautis, quod funem legendo, id est colligendo, aspera loca praetereunt. Se recreandi gratia Phrygiam terram legerunt Messala p. 3.* ¶ 4 *Est quoque Legere, Eligere* Aur. Vict. de Viris Illust. c. 36 *Nam quum temere seruos manumitterent: dum in curiam legerent, consensu feruorum oppressi, quum multa indigna paterentur, clam Roma auxilium petierunt.* *Generum exulem legendo* Sen. Med. v. 255. *Tempus legere* Ouid. de Arte Am. 1, 357. *Tempus idoneum legere* Ouid. Met. 9, 610. *Legere in demortui locum* Liu. 23, 23 *sc. in Senatum.* *Legere in Senatum* Cic. pro Cluent. 132. *Milites legere* Cic. Att. 8, . . . *Pompeius sub* Cic. Att. 12, 8. *Senatum legere* Liu.

40, 51 pr. ¶ 5 *Non nunquam Legere, est Furari.* Sermo-  
nem alicuius Plaut. Pseud. 1, 2, 21. *i. furtim excipere.* Virg. Aen. 10, 79  
Quid foceros legere, et gremiis abducere pactas? Seruius: Sacra le-  
gere Hor. Serm. 1, 3, 117. *unde sacrilegus.* Pugno legere aliquem,  
*i. Ferire* Plaut. Amph. 1, 1, 160. *Quid si Darius est eligere sibi vel suae*  
*manu pulsandum.*

LEGENS, entis. Cic. pro Marcell. 28 c. 9 *Obstupefcent posteri*  
*triumphos audientes et legentes tuos.* Mala legens Virg. Ecl. 8, 31.  
*Add. Id. Aen. 12, 475.*

LECTVS, a, um. ior, illimus. [λεκτός] *b. e. Selectus, ex aliorum*  
*numero separatus.* Lectus ab eo focer Vell. 2, 54, 2. Adolescens  
lectissimus Cic. Verr. 5. Idem Verr. 1 (Diuinat.) 29 c. 9. Corpora le-  
ctissima Virg. Aen. 9, 272. Flores lectissimi Cic. Verr. 4 c. 48.  
Femina lectior Id. de Inuent. 1, 52 c. 31. Iuuenes lecti Virg. Aen.  
5, 729. Iuuenum lectissimus Stat. Silu. 5, 1, 247. Quinctil. 6, 24  
Et ab accusatoribus ostendi cruentum gladium, et lecta e vulneribus  
ossa, et vestes sanguine perfusas. Sententiae et verba lectissima Cic.  
in Orat. c. 68. Lectis et illustribus verbis utendum est Id. ibid. 3 c. 37.  
Vir lectissimus Id. pro Flacc. . . Viri lectissimi atque ornatissimi  
Id. Verr. 3 (1) c. 6. Virgines lectae Hor. in Carm. saecul. 6. Vxor  
lectissima Cic. de Inuent. 1, 52 c. 31. Viscum lectum Scribon. 214.  
*De permutatione cum Laetus in MSS. vid. LAETVS.*

LECTE. Adu. Superl. Cic. in Orat. c. 68 *Optimis sententiis*  
*verbisque lectissime dicere, vid. Sidon. 9, 9.* Ab Lego, Lecte, Lectissi-  
me Varro L. L. 5, 5.

LECTIO, ōnis. f. [ἀναγνώσις] Cic. Att. 1, 10 *Quotus enim*  
*quisque est, qui epistolam paullo grauiorem ferre possit, nisi eam per le-*  
*ctionem releuerit? al. pellectione.* In lectione puer sciat, vbi su-  
spendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, vbi claudatur  
fensus, vnde incipiat Quinctil. 1, 8. *fin.* Lectio multorum auctorum  
et omnis generis voluminum habet aliquid vagum et instabile Sen.  
Ep. 2. Taedium lectionis Quinctil. 2, 12. Virilis lectio, et cum  
suauitate quadam grauis Idem 1, 8. Accelerare lectionem Idem 1, 22.  
Continuare lectionem Idem 1, 1. Formare lectione Idem 1, 11.

¶ 2 Lectio, Electio. Liu. . . Et eam lectionem nemo ratam habuerat.  
*Add. Idem 9, 29 et 30.* Sueton. Aug. c. 35 *Senatorum affluentem*  
*numerum ad modum pristinum et splendorem redegit duabus lectio-*  
*nibus.* Lectio lapidum, Collectio Columel. 2, 2, 12.

LECTIVNCVLA, ae. f. Dimin. Cic. Fam. 7, 1 *Per eos dies*  
*matutina tempora lectiunculis consumferis.*

LEGIBILIS, e. Adi. *Quod legi potest.* Vlpian. in l. j. §. j. D.  
de his quae in testament. delent. Sufficit autem si legibilia sunt incon-  
sulto deleta. *Ευανάγνωστον, legibile* Vet. Gloss.

LECTVS, ūs. m. [ἐπιλογή] *Pro Delectu.* Tacit. Hist. 4, 70, 5  
Tutor Treuironum copias recenti Vangionum, Caratatum, Triboco-  
rum, lectu auctas, veterano pedite, atque equite firmavit. *Alii legunt*  
*Delectu.* *Prouocant etiam ad Macrobiū auctoritatem 2, 10.*

LECTOR, ōris. m. [ἀναγνώστης] *Qui libros vel epistolas legit.*  
Cic. de Orat. 2, 213 *Quum enim Brutus duos lectores excitasset, et al-*  
*teri de colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, etc.*  
Martial. 5, 16 *Tu causa es lector amice mihi.* Nihil est aptius ad  
delectationem lectoris Cic. Fam. 5, 12. Placidus lector Ouid. ex  
Pont. 3, 4, 9.

LECTRIX, icis. f. Cnide Lectrix, in inscript. ap. Fabrestum p.  
311 n. 347.

LECTO, are. Frequent. Hor. Serm. 1, 6, 122 — post hanc va-  
gor: aut ego lecto Aut scripto, etc. *Conf. b. l. Vet. Schol.*

LEGITO, are. Frequent. Priscian. 8 c. de spec. Verb.

LECTITO, are. Frequent. [ἀναγνώσκω] Cic. de Orat. 1, 95  
Aut si quis pari fuerit ingenio, pluraque quam hic et audierit, et lecti-  
tarit, et scripserit, paullum huic aliquid poterit addere. Idem de Clar.  
Orat. 121 c. 31. Lectito, excerpo Sidon. Epist. 9, 9. ¶ 2 Le-  
ctitare, pro Identidem colligere. Valer. 8, 8, 2 *Conchulas et calculos in*  
*litore lectitasse.*

LECTVRIO, ire. *Legere cupio.* Sidon. Epist. 9, 7 *Cum merito*  
*lecturiremus.*

LEGVLVS, i. m. Qui vvas aut oleas colligit, teste Varrone de  
L. L. 5, 7. *Conf. ib. 4, 18.* Cato c. 144 (145) *Legulos quot opus erit,*  
*praebeto.* Auri legulos dixit Paullinus ad Nicet. v. 278. Extremas  
legulus cum sustulit vvas Calpurn. Ecl. 3, 49. *Conf. l. 13 §. 6 ff. de Vsufr.*  
Purpurae leguli, Vetus Poëta apud Terentianum p. 99.

LEGVLA, ae. f. Aurium legulae Sidon. Epist. 1, 2. *Μύσρον, legula*  
Vet. Gloss. *Forte corrupta fuit ex Ligula, de quo vid. in LINGVA.*

LEGVMEN, inis. n. [ὄσπριον] Varr. de R. R. 1, 23 *de cicere.*  
Hoc enim quoque legumen et caetera quae velluntur e terra, neque  
subsecantur, succum tollunt: quae quod ita leguntur, legumina dicta.  
*Conf. Idem ibid. c. 32.* Virg. Georg. 1, 74 *Vnde prius lactum filiqua*  
*quassante legumen.* Cic. de Nat. Deor. 2, 156.

LEGARIVM, i. n. [χέδροψ] *Idem.* Varr. de R. R. 1, 32, 2  
Serendum vitiam, lentem, cicerculam, eruiliam, caeteraque quae alii  
legumina, alii (vt Gallicani quidam) legaria appellant: vtraque dicta  
a legendo, quod ea non secantur, sed vellendo leguntur.

LEGVMENTVM, i. n. *Idem quod Legumen.* Gell. 4, 11 *Nullo*  
*saepius legumento Pythagoram dicit vsum quam fabis.*

LEGVMINARIVS, i. ὀσπριώλης Gloss. Gr. Lat.

LEGVMINŌSVS, a, um. Epulae leguminosae apud Celsum.

LEGVLEIVS, vid. LEX.

LEGVLVS, LEGVMEN, vid. LEGO, etc.

## L E I

LEIOSTREA, vel LIOSTREA, ae. f. *Quasi tu leuem et politam*  
*ostream dicas.* Primus fecit de piscibus ificia, primus de ostreis, et  
leioftris, et aliis huiusmodi marinis conchis Lamprid. Heliog. c. 19.

## L E L

LELAPS, vid. LAELAPS.

LELEGES, siue LELĒGAE. [Λέλεγες] *Populi errabundi, qui*  
*quondam Thessaliam et diuersa alia loca tenuerunt.* Alii tradunt Cares  
et Leges esse conterminos. Scribit Plin. 5, 29 *Miletium Ioniae caput,*  
*Lelegeidem fuisse nominatam.* Eustathius docet Leleges dictos, quasi  
*λελεγγάνες, id est collectos: eo quod prius errarent, et gens collectitia*  
*esset.* Alii Leleges a Lelege duce appellatos afferunt. Virg. Aen. 8, 725  
Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos Finxerat. Vbi  
Seruius, Lelegas, Thessalov. Armiferi Leleges Ouid. Met. 9, 644.

LELEGEIS, ÿdis. f. Nymphae Lelegeides Ouid. Met. 9, 652.  
LELEGEIVS, a, um. Littora Lelegeia Ouid. Met. 8, 6.

## L E M

LEMA, æ. f. [*λήμη*] *Graecis dicitur Lacrima, sed congelata.* Plin. 23, 1 Aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemæ in oculis erunt.

LEMĀNVS, i. m. *Lacus est Galliae, quem influit Rhodanus. Hunc hodie Geneuensem et Lausannensem vocant.* Lucan. 1, 396 *Deferuere cauo tentoria fixa Lemano.*

LEMBVS, i. m. [*λέμβος*] *Nauicula brevis, et velocissima.* Liu. 28, 8 *Inde quinquereuibus septem et lembis viginti amplius quos, vt adiungeret Carthaginensium classi, miserat in Corinthium sinum, profectus ad Erythas Aetolorum.* Idem 34, 35 *Nullam ipse nauem, praeterquam duos lembos, qui non plus, quam sedecim remis agerentur, haberet.* Piratici lembi Curt. 4, 5, 8. *Vid. Burr. ad Rutil. Itin. 1, 219. Scheffer. de Mil. Nau. 2, 2. Remigiis subigere lembum Virg. Georg. 1, 201.*

LEMBVĻVS, i. m. Prudent. in Vincent. 455 *Leuique vectum lembulo Amplum per aequor auferas?*

LEMBVNCVĻVS, i. m. Dimin. [*λεμβιδιον*] Tacit. Ann. 14, 5, 6 *Nando deinde occurſu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam.* *Scribitur et Lemunculus et Lenunculus, v. v.*

LEMBARIVS, i, m. *Miles classicus, in lembis constitutus, vid.* Vopisc. in Aurel. c. 38 *Add. not. Salmas.*

LEMMA, ætis. n. [*λήμμα*] *Argumentum, quæ res breuiter comprehenditur.* Consumta est vno si lemmatè pagina Martial. 10, 59. *Quosdam solet commendare materia, et aliquotiens fortasse lectorem solum lemma sollicitat tituli* Aufon. Præf. super Parentalia. *Conf. Id. Epist. ad Gregor. fil. super Idyll. 7. it. Epist. 16. Martial. 14, 2.*

Lemmata si quaeris cur sint adscripta, docebo:

Vt si malueris, lemmata sola legas. Idem 11, 43

Viuida componis epigrammata, mortua ponis

Lemmata.

¶ 2 Cic. de Diuin. 2, 108 c. 53 *Sed demus tibi istas duas sumtiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici: sed nos Latine loqui malimus, etc. Assumtiones siue assumta vocant.*

LEMNISCVS, i. m. [*λημισκος*] *Hesychio auctore, Syracusanum verbum est, quo stricta angustaque taenia significatur.* Aufon. Epist. 20, 5 *Et quæ iam dudum tibi palma poetica floret Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.* Festo *Lemnisci sunt Fasciolarum coloriarum, ex coronis dependentes, propterea dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronatum lanearum.* Plaut. Pseud. 5, 1, 21 *Vnguenta, atque odores, lemniscos, corollas dari dapfiles.* Liu. 33, 33 *Coronas lemniscosque iaciunt Graeci in imperatorem Rom.* Plin. 16, 14 *De Tilia arbore,*

Inter corticem et lignum tenues tunicae multiplici membrana, e quibus vincula Tiliae vocantur. *Tenuissimae earum Philurae coronarum lemniscis celebres, antiquorumque honore.* Id. 21, 3 *Crassus diues, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Accesserunt quoque et lemnisci, quos adici ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscas, quibus iungi, nisi aurei non debebant. Purî diu fuere ii. Celare eos primus instituit P. Claudius Pulcher, bracteatque etiam philurae dedit.* ¶ 2 *Medicis v. g. Celso 7, 28 est implicatum in longitudinem linamentum, quod aceto intinctum demitti iubet ad vulnus apertum seruandum, ne coalescant eius parietes.*

¶ 3 *Grammaticis teste Isid. Orig. 1, 19 Lemniscus, (sic enim leg. pro Limniscus) est virgula inter geminos punctos iacens, apponitur in iis locis, quæ sacrae scripturae interpretes eodem sensu, sed diuersis sermonibus transtulerunt.* Coronae lemniscis aureis interpositae Capitolin. in Vero c. 5.

LEMNISCATVS, a, um. Adi. *Lemnisco ornatus.* Cic. pro Rosc. Amer. 99 c. 35 *Audio praeterea non hanc suspicionem nunc primam in Capitonem conferri, multas esse infames palmas, hanc tamen primam esse lemniscatam, quæ Romæ deferatur.* Serui. ad Aen. 5, 269 *Puniceis ibant euincti tempora taeniis ita, Vittis roseis: et significat lemniscatas coronas, quæ sunt de frondibus et discoloribus fasciis: et, sicut Varro dicit, magni honoris sunt. Taeniis autem modo vittis: alias vittarum extremitates dicit, vt Fit longae taenia vittae.* Id. ad Aen. 6, 772 *Agonales coronas interpretatur lemniscatas. Lemniscos dependisse etiam de coronis, docet Plutarchi locus in Sulla p. 468 extr. ubi dicit, apparuisse Sullae ad Tarentum sacrificanti iecor coronae figuram habens, duorumque dependentium lemniscorum καὶ λημισκῶν δύο κατηρημένων. Tales coronae passim in numis conspiciuntur vel per se expressae, vel in capitibus imperatorum, vel in victoriae manu, etc.*

LEMNOS, i. f. [*Λήμνος*] *Insula, in Aegæo mari. In ea colebatur Vulcanus, quem caelo eiectum eo decidisse sinxit Homerus, propter ferrarias officinas.* Aequorea Lemnos Valer. Argon. 2, 323. *Calens Lemnus* Claud. de Gigantom. 37, 85. *Vulcania Lemnos* Valer. Argon. 4, 440.

LEMNIAS, ædis. f. LEMNIA. c. Ouid. Epist. 6, 53 *Lemnia- desque viros, nimium quoque, vincere norunt.*

LEMNIVS, a, um. Adi. [*Λήμνιος*] *Quod est ex Lemno.* Turba Lemnia Ouid. in Ibin 398. *Saxa Lemnia* Id. Trist. 5, 1, 62.

LEMNIACVS, a, um. [*Λημνιακός*] *Aliud* Adi. Antra Lemniaca Stat. Silu. 3, 1, 132. *Catena Lemniacae* Id. Theb. 3, 274.

LEMNICOLA, æ. c. *Incola Lemni Insulae.* Ouid. Met. 2, 757 *Lemnicolae stirpem contra data foedera vidit. sc. Erichthonium. Sic optimi codices; nonnulli autem legunt Lemniacam stirpem.*

LEMONIA Tribus, vid. TRIBVS.

LEMONIVM, siue LIMONIVM, i. n. *Herba, quam inter Verbascum et Quinquefolium ponit* Plin. 25, 9 f. 61 *Lemonium succum lacteum mittit concreſcentem gummi modo humidis locis. Conf. Id. 22, 22. Betam siluestrem putant.*

LEMVNCVĻVS, [*πίτυλος, σκαφιδιον* Gloss. Lat. Gr.] *pro Lembunculo ubi vid. it. LENIS et LENVNCVĻVS n. 2 sub LENO.*

LEMVRES, um. m. [*Μορμυραε*] *Larvae nocturnae et terrificationes imaginum et bestiarum, inquit Nonius 2, 513. Varro de vita P. Rom. lib. 1. Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra ianuam eiicere. Conf. Ouid. Fast. 5, 479.*

Augustin. de C. D. 9, 11. *et praecipue Mart. Capella l. 2 p. 40 cuius verba damus in MANES.* Apul. de Deo Socr. p. 50 *Est et secundo significatu species daemonum animus humanus, emeritis stipendiis vitae corpore suo abiurans. Hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui posterorum suorum curam sortitus, placato et quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris:*



*familiaris*: qui vero ob aduersa vitae merita nullis bonis sedibus, incerta vagatione ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, caeterum noxium malis, id genus plerique *Laruas* perhibent. Cum vero incertum est, quae cuique eorum fortitio euenit, utrum Lar sit an Larua; nomine *Manem* deum nuncupant. Scilicet honoris gratia Dei vocabulum additum est. Quippe tantum eos Deos appellant, qui ex eodem numero iuste ac prudenter vitae curriculo gubernato, pro numine postea ab hominibus proditi fanis et caerimoniis vulgo aduertuntur, etc. *Nigri Lemures* Perf. 5, 185. *Nocturni Lemures* Hor. Epist. 2, 2, 209.

LEMURIA, orum. n. [*Μορμύρια*] *Festum lemurius sacrum. Lemuria festa, quasi Remuria dicta sunt. Romulus enim Remuria defuncto fratri Remo insituit, quae postea Lemuria, unius literae mutatione, dicebantur: ut ait Ouid. Fast. 5, 479. Conf. ibid. v. 421.*

## L E N

LENA, vid. LENO.

LENAEVS, i. m. [*Ληναίος*] *Scribitur cum diphthongo, quo nomine dictus est Bacchus, ἀπὸ τῆς ληνῆς, quod lacum significat: hoc est, vas in quo uuae exprimuntur. Virg. Georg. 2, 4 Huc pater o Lenace, tuis hic omnia plena Muneribus.*

LENAEVS, a, um. *Dona Lenaea, h. e. Bacchica; Vinum Stat. Silu. 4, 6, 80. Honorem Lenaeum libat Virg. Aen. 4, 207, i. Vinum. Latices Lenaei Id. Georg. 3, 510.*

LENIS, is. m. *Adi. Vasis genus, quod cum labellis iungunt Afranius et Laberius ap. Nonium 15, 13. Vid. Alfen. in Digestis; et Cuiac. Obseru. 6, 7 et 10, 15. A nonnullis etiam tribuitur Martial. 1, 50, 9 pro paruo nauigio. Tepidum natalis lene Congedi vadum. Sed potius est, ut lene accipiamus pro leniter positum. Vid. tamen LENVNCVLVS n. 2 sub LENO.*

LENIS, e. *Adi. [ἤπιος, προσηγής] Quod tactu nullam asperitatem habet, minus tamen, quam molle. Nempe Lene et Asperum, contraria. Cic. de Finib. 2, 36 c. 12 Iudicat sensus dulce, amarum; lene, asperum; prope, longe, etc. Amnis lenior Panegy. Constantino dict. c. 8. 33 Aura lenis Ouid. Met. 7, 811. et Rem. Amor. fin. Auster lenissimus, et mitis Cic. Att. 7, 7. Conf. Id. ibid. 7, 2 pr. Cibi lenes et Acres, apud Celsum opponuntur 2, 22. Flabra lenia Virg. Georg. 3, 199. Flatus lenior Lucret. 6, 139. Iugum lene montis Caes. B. C. 2, 24. quod aspero ac praerupto opponitur. Medicamenta lenia Scribon. 103. 40 Merum lene Hor. Carm. 3, 29, 2. Sonus lenis, Placidus Cic. de Orat. 2, 58. Spiritus lenis Tibul. 1, 8, 58. Tormentum lene Hor. Carm. 3, 21, 13. Tormina lenia Scribon. 111. Venenum lene, Quod dulcem quodammodo et vix sensibilem mortem inducat. Cic. Att. 2, 21 Sed ita lenibus uti videbantur venenis, ut posse videremur sine dolore interire. Ventus lenis Virg. Aen. 6, 203. Volatus lenis Ouid. Met. 12, 527. Vinum lene, Delicatum non uehemens, aut asperum, neque linguam aut cerebrum feriens. Ter. Heaut. 3, 1, 50 Hoc asperum, pater, est: hoc aliud lenius, fodes, vide Cels. 2, 18. 2 Lenis, transfertur ad animum, et pro Miti modestoque accipitur. Plaut. Epid. 1, 1, 35 Habe animum lenem, et tranquillum face. Terent. Heaut. 3, 1, 29 Si te tam leni, et victo esse animo ostenderis. Qui tam lenis irascaris Plin. Ep. 9, 21. Carmina lenia Lucret. 5, 1379. Consilium lene Hor. Carm. 3, 4, 41. Dominus non lenis Id. Serm. 2, 7, 93. Homo lenissimus et natura, et consuetudine, et disciplina Cic. Verr. 1 c. 32. Ira lenior Ouid. Trist. 5, 1, 41. Lenior quam mutum mare Plaut. Mil. 3, 1, 69. Versus vid. mox LENVNCVLVS.*

LENITER, Adu. [*ἤπιως*] *Moderate, suaviter. Agere leniter: h. e. Modeste Liu. 27, 9. Arridere leniter Cic. de Somn. Scip. 4. Componitur leniter manipulatim anomum Plin. 12, 13. Disputare leniter Cic. Acad. 4. Illustrans leniter nox Plin. 2, 18. Ire leniter Ouid. Amor. 1, 6, 7. Procedere placide leniterque (Hirt. B. Afric.) 70. Pungit leniter eos animi dolor Cic. Tusc. 3, 61. al. rectius leg. perleuiter. Suspensis leniter alis Liu. 1, 34. Tentare leniter aut minaciter Plaut. Stich. 1, 2, 20. Compar. Quinctil. 9, 4 Quis dubitat, alia lenius, alia concitatus, alia sublimius, alia pugnacius, alia grauius esse dicenda. Lenius ac remissius dicere Cic. de Orat. 1 c. 60. Superb. Suet. Vesp. c. 13 Aliorum libertatem et contumaciam lenissime ferre. Sentire lenissime Cic. Fam. 5, 2.*

LENE, Adu. [*προσηγής*] *Idem. Martial. 1, 50 Tepidum natabis lene Congedi vadum. Nemes. Ecl. 4, 47 Hic tibi lene fluens fons murmurat. Calpurn. Ecl. 7, 25 Immensosque gradus et cliuos lene iacentes. Aura aspirans lenius Catull. 66, 64. Conf. Auien. Descript. Orb. Terr. v. 847.*

LENVNCVLOS vel leuiusculos versus ap. Plin. Ep. 1, 16 intruserat *Catanaeus. Vera lectio est, ut ego arbitror; Inscrit sane, sed data opera, mollibus lenibusque duriusculos.*

LENITAS, atis. f. [*ἡπιότης*] *Suauitas. Plin. 26, 8 Differentia intelligitur lenitate gustus. Lenitas Fluminis Araris incredibilis celebratur Caesari B. G. 1, 12 ita ut oculis, in vtram partem fluat, iudicari non possit. Orationis Cic. de Orat. 2 c. 29. Verborum Idem de Opt. Gen. Or. c. 2. Vocis Id. de Orat. 2 c. 43. Lenitas, Mansuetudo, facilitas, modestia. Cic. in Parad. 78 Lenitas est iustitia in moderatione animaduertendi. Inepta lenitas patris, vid. INEPTVS. Dare se ad lenitatem Id. Fam. 13, 1. Deducere de lenitate Id. in 85 Catil. 2, 28. Reuocare ad lenitatem Id. de Orat. 1, 53.*

LENITVDO, inis. f. [*προσηγνεία*] *Clementia, suauitas. Cic. Tusc. 5, 46 c. 16 Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Idem Verrem 6 (4) 136 c. 61 Nimia in istum non lenitudine, sed etiam liberalitate oppugnaretur.*

LENIMEN, inis. n. [*κῆλησις*] *Ouid. Met. 11, 450 Addidit illis Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem.*

LENIMENTVM, i. n. [*ἡπιασις*] *Idem. Quod aliquid lenit et dulcorat. Plin. 25, 5 Nuper inuenere dissectis raphanis inferere elleborum, rursusque comprimere raphanos, ut transeat vis, atque eo lenimento dare.*

LENIO, iui et ii, itum, ire. [*ἡπιάω, κηλέω, κηλιώνω*] *Est lene facere eadem varietate, quam de nomine Lenis obseruauimus. Sallust. Catil. c. 48 In tali tempore tanta vis hominis magis leniunda, quam exagitanda videbatur, i. placide tractando flectenda et mitiganda. Ter. Heaut. 1, 1, 74 Pro se quisque sedulo faciebat, quo illam mihi lenirent miseriam. Aegritudo lenitur Cic. Tusc. 3, 43. Conf. Id. de Diuinit. 2 c. 1. Animos lenire concordia Id. de Fin. 1, 47. Animum dictis Virg. Aen. 6, 468. Clamorem Hor. Carm. 1, 27, 7. Curas somno Virg. Aen. 4, 528. Cic. Fam. 15, 21 Tuam profectio-*

nem amore prosequar, reditum spe expectem: absentem memoria colam, omne desiderium literis mittendis, accipiendisque leniam. Dolentem lenire solando Virg. Aen. 4, 393. Dolorem leniuit morte Sil. 17, 472. Dolores lenire requie Ouid. Met. 13, 317. Inuidiam obsequio 10, 6, 5. Moras lenire Id. Epist. 19, 210. Noctem lenire Propert. 4, 9, 7. Numina leniri possunt Ouid. Trist. 3, 5, 26. Pauorem hospitii leniuit Sil. 8, 77. Remedia aspera molli manu et leui lenire Quintil. 2, 49. Stomachum panis leniet Hor. Serm. 2, 2, 18. Superos lenire rogando Ouid. ex Pont. 4, 8, 3. Tempestates Plin. 18, 29. Tempus lenit odium Ouid. in Ibin 136. Tigres et leones lenire Hor. de Arte Poët. 393. Timorem lenire Virg. Aen. 1, 455. *Intransit.* Irac leniunt Plaut. Mil. 2, 6, 100. *i. leniuntur.* Lenibo etiam facit in futuro. Propert. 3, 21 (20) 32 Lenibunt tacito vulnera nostra sinu. *Sic Imperf.* Lenibant Virg. Aen. 4, 528.

15 LENTIVS, a, um. Lepide lenitum reddere, *pro Lenire.* Plaut. Bacch. 5, 2, 31. Ouid. ex Pont. 1, 2, 151 Precibus lenito Caesare vestris. Dea Ouid. Met. 12, 35. Vulnus lenitum Idem ex Pont. 2, 3, 6.

LENO, ōnis. m. [*παρορσοδος, προαγωγος*] *Alienae libidinis minister et Conciliator, qui ancillas meretrices domi suae alit, quaestus sui causa.* Priscian. 4 p. 623 A leniendo dictum putat. Ter. Adel. 2, 1, 34 Leno ego sum, fateor, perniciēs communis adolescentium, periurus, pestis, etc. *Descriptio lenonis est ap.* Plaut. Rud. 3, 2, 38.

Fraudis, sceleris, parricidii, periurii plenus, Legirupa, impudens, impurus, inuerecundissimus:

25 Vno verbo absoluam, Leno est, quid illum porro praedicem? Auarus leno Ouid. Amor. 1, 10, 23. Leno insidiosus Hor. Epist. 2, 1, 172. Prud. Hamartig. 261 Ornatus soluendi leno pudoris. Id. Perist. 10, 235 *De aquila Iouis, Nempe velox armiger, Leno, exoletum qui tyranno pertulit. i. Ganymedem Ioui.* Gloss. Isid. ad h. l. Leno, machinator stupri.

30 ¶ 2 Leno etiam est Legatus, fecialis, mediator. Iustin. 2, 3 Scythis bellum indixit Vexoris, rex Aegyptius, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent. *Sed in duobus MSS. legitur Legatis. Probat tamen P. Danielis MS. Glossarius: Leno, id est, Mediator. Gloss. Isidor. Leno, Lecator, mediator.*

35 *Sic Conciliator honestum nomen ad lenoniam turpitudinem transfertur. Media quadam significatione posuisse videtur Cic. Catil. 4, 17 c. 8 Lenonem quendam Lentuli concurrere circum tabernas, pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque imperitorum. Nempe legatus hic est leno, sed rei inhonestae.*

40 LENA, ae. f. [*μασποδος*] Lenas appellat Vlpianus de Ritu nupt. l. Palam. Quae mulieres quaestuaris prostituunt, Lenam accipimus et eam, quae alterius nomine hoc vitae genus exercet: si qua cauponam exercens in ea quaestuaris corpora habet (vt multae assolent sub praetextu instrumenti cauponarii prostitutas mulieres habere) dicendum,

45 hanc quoque lenae appellatione contineri. Lena callida Tibull. 1, 5, 58. Quae sciat hos illos vendere lena toros Martial. 9, 30. Cic. de Nat. Deor. 1, 77 c. 27. Sed tu hoc, physice, non vides, quam blanda conciliatrix, et quasi sui sit lena natura? Claudian. de Nupt. Honorii 25 Non ego — Quaesini vultum tabulis, vt nuntia formae Lena per

50 innumeros iret pictura penates: Igitur pictura formae nuntia, lena est, conciliatrix, amoris. Plura ad h. l. dedit Smilia Barthius p. 812. Lena pro veste, vid. LAENA. v. g. Ouid. Art. 3, 316 Multis pro facie vox sua lena fuit. et 3, 752 Gratā mora venies, maxima lena mora est. Auson. Epigr. 89 Incipient operas conducti vendere moechi, Quos modo munificos lena iuuenta facit.

55 LENVLLVS, i. m. Dimin. [*μασπολιον*] Paruus leno. Plaut. Poen. 2, 1, 26 Ita vt occoepi dicere lenulle, de illa pugna, etc. Gloss. Isid. Lenullus, paruus Laecator.

60 LENVNCVLVS, i. m. Aliud Dimin. [*μασπολιον*] Plautus Poen. 5, 5, 7 Sic derisorem acre militari tetigero lenunculum. ¶ 2 Lenunculus, Nauigium piscatorium. Non. 13, 8 laudat Sallust. Hist. 2 Incidit forte per noctem in lenunculo piscantis. Caes. Bell. Ciuil. 2, 43 Horum fuga nauium onerariarum magistrōs incitabat. Pauci lenunculi ad officium imperiumque conueniebant. al. lembunculi. Add.

65 Ammian. 14, 7. Vbi Conf. Lindenbr. it. Gell. 10, 25. Cellar. ad Caes. c. 1. Quidsi huc etiam pertinet. Vet. Gloss. Lemunculus pro Lenunculus, πικυλος, σκαφιδιον.

LENVNCVLARI, orum. Inscript. ap. Lindenbrog. ad Ammian. p. 9 et Vrsin. ad Caes. B. C. 2, 43.

70 LENONIVS, a, um. Adi. [*μασποπειος*] Quod ad lenonem pertinet. Plaut. Rud. 5, 3, 30 Ne vt leno postules te hic fide lenonia vti: non potes, seruanda est fides. Idem Afin. 1, 3, 88 Portitorum simillimae sunt ianuae lenoniae. Aedes Plaut. Truc. 1, 1, 30. Illectamenta Apul. Apol. p. 335. Oppidum lenonium Plaut. Pseud. 2, 4, v. ult. 75 Scrutus lenonia Idem 3, 1, 1.

LENONINVS, a, um. Adferunt Plaut. Men. 1, 2, 49 Cauum lenoninum. Sed Gronou. legit Leonino.

LENONICE, Adu. Lenonum more. Lamprid. in Commodō c. 15 Quae gladiatorie, quae lenonice faceret.

80 LENOCINIUM, i. n. [*μασποπεια*] Opus, it. vitae ratio lenonis. Isidor. Gloss. Laecacitas. Vlpian. in l. Palam. ff. De ritu nupt. Lenocinium facere non minus est, quam corporis quaestum exercere. Add. Suet. Calig. c. 40 extr. Cic. Verr. 3, 6 Pudorem et pudicitiam qui colit, potest animo aequo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium videre? Vlpian. De iis, qui notant.

85 infam. l. Athletas, Lenocinium facit, qui quaestuaris mancipia habuerit: sed et qui in liberis hunc quaestum exercet. ¶ 2 Sed et ad res honestas, minus certe turpes refertur. Sic Lenocinium est exquisitor elegantia. Suet. in August. c. 79 Omnis lenocinii negligens,

90 et in capite comendo incuriosus Cic. de Nat. Deor. 2, 146 c. 58 Perspicuum est enim, quo compositiones vnguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint. Pro illecebra simplicitate Cic. pro Sext. 138 c. 66 Et se vitiorum illecebris et cupiditatum lenociniis dederunt. Quintil. 4, 2, 118 Caret enim caeteris lenociniis

95 expositio: et nisi commendetur hac venustate, iaceat necesse est. Qui non ornamenta quaerimus, sed lenocinia Quintil. 8 Prooem. 26. Id. 12, 1, 30 Rerum optimarum inuentio: quae etiamsi lenociniis destituta sit, satis tamen natura sua ornatur. Suet. Calig. c. 39 Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit. Add.

100 Id. Claud. c. 7. Addere orationii lenocinium Tacit. Hist. 1, 18. LENO CINOR, ari. [*μασποπειω, προαγωγειω*] Lenocinium facere. Lenocinari, per translationem, pro Blandiri. Cic. Diu. in Caec. 48 c. 15 Tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet, quam potest. Quintil. 5, 12, 17 Mancipiorum negotiatores formae puerorum virilitate excisa lenocinantur. i. pulchriores facere sic volunt

*pueros, delicatiores.* Plin. Epist. 2, 19, 7 Potest tamen fieri, vt quamquam in his difficultatibus, libro isti nouitas lenocinetur.

**LENOCINANS**, antis. Verba lenocinantia. Symmach. Epist. 9, 87 Ergo parce verbis lenocinantibus, et fucio oblitis, et ad gratiam comparatis.

**LENOCINATOR**, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 1, 22 Gratiae lenocinator. *πρωβοσκος, καλλωπιστής* Gloss. Lat. Gr.

**LENOCINAMENTVM**, i. n. Sidon. Epist. 7, 9 Pro omni gratiarum priuilegio, docramento, lenocinamento.

**LENO**, āre. *Lenocinari.* Pareus Lex. Crit. p. 243. voce Conciliare laudat Vetus Epigr. Lenandi callidus arte: et aliud Epigr. ineditum Quod si formosas redeas lehare puellas, Et dederit quaeftus cottidiana Venus.

**LENOSTRIS**, is. m. *Idem quod Leno.* Plaut. Poen. suppos. v. 20.

**LENSI**, lendis. f. [*λένης*] *Capitis animalculum, quod deinde in pediculum conuertitur. Ouum pediculi.* Plin. 28, 11 Quo cum aceto calefacto et lendes tolluntur. *Add. 29, 6 Vnda maris lendes capiti deducit iniquas Samonic.* 72.

**LENS**, lentis. f. [*φακή*] *Genus leguminis. φακή, lens, lenticula: φακός, lentis* Gloss. Gr. Lat. Lens, *φακός* Gloss. Lat. Gr. Plin. 15, 12 f. 31 Inuenio apud veteres auctores aequanimitatem fieri vescentibus lente. Lentes Scribon. 114. Cocta lens 234. Decocta 230. Virg. Georg. 1, 228 Nec Pelusiacae curam aspernabere lentis. Lentim, *pro Lentem, frequens apud Catonem R. R. vt c. 35 Lentim in rudeto et rubricoso loco, qui herbosus non fiet, serito. Lens, masculinum apud antiquos teste Nonio 3, 117 illud Titinnii antiqui auctoris citante, Lenti calido, heluellae, rumici.*

**LENTICVLA**, ae. f. Dimin. [*φάκιον*] Plin. 35, 11 Folia sunt lenticulae similia. *Add. 18, 12. Lenticulae dimidia figura Plin. 27, 12. Lenticula quoque vocatur Lens cocta. Lenticulam, quam minor parauerat, maior immoderatus concupiuit Augustin. C. D. 16, 37. de Esauo et Iacobo. De hac prouerbiū illud fertur, τὸ ἐν τῇ φακῇ μέρον, hoc est vnguentum in lenticula, cuius meminit Cicero Att. 1, 19 Legati sunt, Q. Metellus Creticus et L. Flaccus, et τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μέρον, Lentulus Clodiani filius. Nempe alludit ad nomen Lentuli, quod ad Lentes pertinet, vt Fabius ad fabas etc. atque indicat, non magis conuenire huic negotio Lentulum, quam vnguentum lenticulae. De Varronis satira hoc prouerbiū esse docet Gell. 13, 28 atque committi illud, si quis semper atque omni in loco mortales multos pro multis hominibus dicendum existimet.* ¶ 2 Lenticulae, *Maculae in corpore sunt, quae Lentigines dici solent.* Cels. 6, 5

Lenticulas tollunt galbanum et nitrum. ¶ 3 Lenticula, *Vasis genus est: a figura lentis dictum, cuius meminit Celsus 2, 17 extr. videturque id esse, quod Discos appellatur Dioscoridi Vulg. 1 Sam. 10, 1 Tulit Samuel lenticulam olei, et effudit super caput eius. Vnde et Lenticularis forma L. Apuleio in Floridis p. 346. Lenticula in gemmis.* Plin. 37, 12 Nunc communiter ad omnium gemmarum obseruationem pertinentia dicemus, opiniones secuti auctorum. Cauae aut extuberantes, viliores videntur aequalibus. Figura oblonga maxime probatur, deinde quae vocatur lenticula, postea clypeidos et rotunda, angulosis minima gratia.

**LENTICVLVM**, i. n. Papias ait vasculum quadrangulum olearium in latere apertum, ex aere vel argento factum.

**LENTICVLARIS**, e. Forma lenticulari ampullā olearia Apul. Florid. 2 p. 346. *Vid. LENTICVLA.*

**LENTICVLĀTVS**, a, um. *Idem.* Folia lenticulata Celsus.

**LENTE**, **LENTESCO**, *vid. LENTVS.*

**LENTIGO**, inis. f. [*φακός*] *Macula subrufa, in facie ad lentis similitudinem.* Plin. 20, 20 *de atriplice, Nec nisi mutata saepe aqua coquendum, stomacho contrarium esse lentigines et papulas gignere. Idem 20, 6 Lepras, lichenas, lentigines exulcerat. Inuida si maculet faciem lentigo decoram Samonic. Carm. 12.*

**LENTIGINOSVS**, a, um. *Cuius facies lentigine maculosa est. Valer. Max. 1, 7, 6 extr. Praeualentem, flauī coloris, lentiginosi oris. φακώσις, lentiginosus, sparso ore* Gloss. Vet.

**LENTISCVM**, i. n. *sive LENTISCVS, i. f. Arbor, quae mastichen gummi modo sudat, et est trifera. ἄλιος, lentiscum, lentiscus* Gl. Gr. Lat. Lentiscum *ἄλιος* Gloss. Lat. Gr. Columel. 5, 10 Inimum serobem lentisci taleam inuerso cacumine demittito. Martial. 6, 74 Foditque tonsis ora laxa lentiscis. Cic. de Diuin. 1, 15 c. 9 ex antiquo Poeta,

Iam vero semper viridis, semperque grauata

Lentiscus triplici solita grandescere foetu:

Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

*Laudat b. l. Plin. 18, 25 extr. Folia lentisci Scribon. 61. Lentiscum dictam putauerim, quod liquore quodam lentescat: nam et resinam ubique sudat. Ruell. 1, 20 Lentiscus pro fructu vel oleo huius arboris Cato R. c. 7. Plin. 15, 6 pr. Ex lentisco dentiscalpium, Martialis commendat 6. 74 Foditque tonsis ora laxa lentiscis. Id. 3, 82 Cuspides lentisci. Et 14, 22 Lentiscum melius: sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes pinna leuare potest. Quo in loco Lentiscum generis est neutri, quia pro arboris ligno sumitur.*

**LENTISCINVS**, a, um. Adi. [*ἄλιος*] *Ex lentisco factum.* Plin. 23, 2 Tunc addito lentiscino oleo.

**LENTISCIFER**, era, erum. [*ἄλινοφόρος*] *Ferens lentiscos: Linternum lentisciferum Ouid. Met. 15, 714.*

**LENTITIA**, **LENTITVDO**, **LENTO**, āre. **LENTOR**, ōris. **LENTVLVS**, Adi. *vid. LENTVS.*

**LENTVLVS**, i. m. *Cognomen fuit Corneliorum, inde illis inditum, quod lentem optime fererent. Plin. 18, 3 Cognomina etiam, inquit, prima inde: Pilumni, qui pilum pistrinis inuenerat. Pisones, a pisendo. Iam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, vt quisque aliquod optime genus fereret. Hinc*

**LENTVLĪTAS**, ātis. f. [*Λεντυλίτης*] *Fictum iocose nomen. Cic. Fam. 3, 7 Vllam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas? i. nobilitatem, qualis Lentulorum est. Vid. Appietas, in APPIVS.*

**LENTVS**, a, um. Adi. [*γλήχερος, καμπτός*] *Tener et flexibilis. Plaut. Afin. 3, 2, 29 Vbi saepe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis affectos lentis virgis. Nais lenta Ouid. de A. A. 1, 732. i. gracilis. Virg. Ecl. 5, 83 Lenta salix quantum pallenti cedit oliuae. Aurum filis immittitur Ouid. Met. 6, 68. Brachia lenta Hor. Epod. 15, 6. ir. Ouid. Epist. 18, 58. et 19, 48 de natante, cui brachia sunt pro remis. Add. Hor. Serin. 1, 9, 64. Hastile lentum Ouid. Epist. 4, 81. Humor lentus noctis Virg. Georg. 1, 290. qui lenta facit ea, quae arida et fragilia alioqui ferens. Manu lenta me traxit ad idem spectaculum Petron. 26. i. molliter, non rapiens. Ita c. 138 Manu lenta*

- verberare, de fasce vrticæ viridis, quæ tanto magis vrit, si non vi impingatur, sed moderata et velut suspensa manu. Radix lenta Ouid. Met. 11, 78. Rami lenti Virg. Georg. 4, 558. Remi Sen. Hippol. 306. Catull. 63, 183. vid. Voss. p. 212. Add. L E N T O. Styrax pinguior
- 5 lentus Plin. 12, 25 f. 55. ut nempe pix et cera. Tellus lenta gelu Prop. 4, 3, 39. Vimen Virg. Aen. 3, 51. Vincula lenta escaria, i. Tenacia Plaut. Men. 1, 1, 18. Lentior et falicis Virgis Ouid. Met. 13, 800. Lentus in frangendo calamus Plin. 12, 22. ¶ 2 Ad animum
- 10 fertur, in quantum, cedit, flecti se quasi patitur, accommodat se, sed fere cum excessu, ut sit Lentus [ἄργυρος] Tardus. Cic. de Rep. 5 ap. Non. 4, 281 Marcellus ut acer et pugnax: Maximus, et consideratus et lentus. Valer. Max. 1, 2 Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemque supplicii grauitate compensat. Quinctil. 9, 4 Particulae graues, acres, lentæ, celeres, remissæ. Nihil ego illa im-
- 15 pudentius, astutius, lentius vidi Cic. Att. 1, 12. Lentus coepti terra cunctaris Ibera Sil. 3, 176. Lentus abesto Ouid. Rem. Am. 243. i. diu. In ira lentus Ouid. Epist. 17, 249. Amor lentus me torret Hor. Carm. 3, 19, 28. Carbonibus lentis vrere aliquem Ouid. Trist. 3, 11, 47. Cupido lentus Hor. Carm. 4, 13, 6. Ignibus lentis macerari Idem ibidem
- 20 1, 13, 8. Ignis lentus e palmis, h. e. Diu durans Plin. 13, 4. Ira lenta Ouid. Epist. 3, 22. Add. Iuuenal. 13, 100. Lectio Quinct. 1, 1, 33. Materies homo tardus Plaut. Mil. 4, 5, 4. Mora lenta Martial. lib. de Spect. 23. Nomen, i. homo difficilis in soluendo: vid. Casaub. ad Cic. Att. 1, 12. Passibus lentis peragere iter Ouid. Trist. 5, 10, 6. Pugna
- 25 lentior Liu. 30, 18. Spatia lentiora aut citatiora Quinct. 11, 3, 17. Spes lenta Ouid. Epist. 2, 9. Tepor lentus, Remissus Plin. 12, 19. Tranquillitatis lentissimæ taedio lassant ventri segnes Sen. Epist. 70. Viuacitas lenta, Tenax et longa Plin. 8, 27. Vox lentior Quinct. 11, 3, 63. Sic Securus et otiosus est Virg. Ecl. 1, 4 Nos patriam fugimus, tu
- 30 Tityre lentus in vmbra Formosam, etc. Vid. Heins. ad Ouid. Her. 19, 81. Lentus spatiare sub vmbra Id. de Arte Am. 1, 67. Lentus etiam Segnis, et qui per stuporem ac tarditatem animi nunquam irascitur. Nimum patiens et lentus existimor Antonius apud Cic. de Orat. 2 c. 75. Nunc Pari, tu sapiens, et tu, Menelae, fuisti: tu, quia poscebas; tu,
- 35 quia lentus eras Propert. 2, 2, 47. i. patiens. His ego non horam possum durare querelis: ah! pereat, si quis lentus amare potest Id. 1, 6, 11. Add. 2, 14 (12) 6. Ouid. Epist. 15, 169 Lentissima Pyrrhæ Pectora. Vid. Heins. hic et ad Epist. 19, 81. Laberius apud Gell. 16, 9 Nunc lentus es tu, etc. Vid. Casaub. ad Suet. Tiber. 57. Brückh. ad Propert. 2, 11, 14.
- 40 Buckner. ad Plin. Ep. 9, 21 n. 547. Burm. ad Petron. c. 93 pr. ¶ 3 Non audiendus videtur Non. 4, 281 cum Lentum facile interpretatur. Laudat quidem Lucillii versus, Cotta senex Crassi pater huius Paceni Magnus trico fuit numarius, soluere nulli Lentus. Sed credibile est, non recte interpunxisse Nonium. Voluit Lucillius, soluere i. soluebat,
- 45 nulli: Lentus erat etc. Non enim patitur hoc ratio, ut eiusdem verbi plane contrarii sint intellectus. ¶ 4 Lentus et Laetus miscetur a librariis. Vid. Drakenb. ad Sil. 12, 567. Heins. ad Ouid. Her. 19, 81.
- LENTVLVS, a, um. Adi. Dimin. Cic. Att. 16, 11 An existimas illum in isto genere lentulum aut restrictum? nemo est minus.
- 50 De pecuniaria re, et soluendo aere alieno fermo est.
- LENTE, Adu. [ἄργυρος] Tarde et cunctanter. Plin. Epist. 1, 13 Ac tum quoque lente, cunctanterque veniunt. Agere lente: h. e. Remisse, et segniter Liu. 1, 10. Lente et seure aliquid Ferre Suet. Ner. c. 40. Cic. de Orat. 2, 287 Neque facile est perficere, ut irascatur ei,
- 55 cui tu velis iudex, si tu ipse id lente ferre videre, i. Leniter et sine ira. Festina lente Augusti et Vespas. symbolum. Cic. in Hortens. ap. Non. 4, 281 Qui quum publicas iniurias lente tulisset, suam non tulit. Gradiens asellus lente Ouid. Met. 11, 179. Nasci lente, hoc est Tarde Plin. 12, 14. Cic. Att. 2, 1 Quem tibi ego non essem ausus mittere,
- 60 nisi eum lente ac fastidiosè probauissem. Compar. Agere lentius Hirt. B. Alex. c. 71. Cic. in Parad. 1 Sed hæc videri possunt obscuriora, quum lentius disputantur. Subsequi lentius Caes. B. C. 2, 40. Superl. Mandere lentissime Columel. 2, 15. Stella Saturni iter suum lentissime efficit Sen. Qq. Nat. 7, 29.
- 65 LENTITIA, ae. f. [καμψύτης] Flexibilitas et mollitia. Plin. 16, 37 Aliae virgas sequacis ad vincituras lentitiæ Pituitæ lentitia Plin. 20, 7. Vulgus viscositatem vocat.
- LENTITIES, ei. f. Idem. Plumbi lentities Virg. in Aetna v. 542.
- 70 LENTITVDO, inis. f. [ἄργυρος] Tarditas. Cic. Quint. Fratr. 1, 1, 31 Nam illud non solum est grauitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. Idem Tusc. 4, 42 c. 19 Eamque quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. Lentitudo exitus, vel mortis Tacit. Ann. 15, 51.
- 75 LENTOR, oris. m. [γλιχρότης] Humor tenax et glutinosus. Plin. 9, 51 de piscium generatione, Quæ durioris testæ sunt, ut murices, purpuræ, saluario lentore. Colum. 5, 6 Vt aliquem tamen succum et lentorem habeat, iniiciemus areis. Plin. 13, 5 Fert et folliculos emittentes quaedam animalia seu culices, lentoremque resinofum. Add. Id. 9, 36.
- 80 LENTO, are. [καμπύλω] Virg. Aen. 3, 384. Ante et Trinacria, lentandus remus in vnda. Seruius, Lentandus: aut lente tibi nauigandum est. Nam totam Siciliam circuit. Aut flectendus. vnde Lentum vimen dicimus, i. Flexile. Posterior vera ratio. Quo enim maiori vi nauigatur, tanto magis inflectuntur inter remigandum remi, qui ab ipsa
- 85 aqua lenti sunt s. vrypt. Vidit Turn. 4, 22. et Scal. ad Catulli Argon. 184 Lentos remos. Imitatus est Sen. Agam. 437 Properat iuuentus omnis Adductos simul Lentare remos. Et Claudian. Conf. Mall. Theod. 42 Exfertus lentandis nauita tonsis Praeficitur. Sic etiam accipiendum illud Stat. Achill. 1, 436 Nec modus aut arcus lentare, aut funderè glandes, de fabris cum arcus e ferro parant lentos i. flexiles. Id. Theb. 3, 588 Alii Gortynia lentant Cornua. Sed Theb. 1, 703 Tela tibi longèque feros lentandus in hostes arcus, i. curuandus sagittis emittendis. Bella lentare Sil. 8, 11. Vid. ib. Drakenb.
- 90 LENTATVS, a, um. Treb. Pollio in Claud. c. 6 Videntur facta Romana boni principis occupatione lentata. i. Tardata. Manil. 3, 614 priore editione dederat Scaliger, Quod super occasus lentatum est. Sed Bentl. ex veteri scriptura, templatum est, dedit templum est.
- LENTEO, ui, ère. Fisse lentum, molle ac tenerum. Lucil. Lentet opus, dixit ap. Diomed. Grammat. Vsfatius
- 100 LENTESCO, ère. [γλιχραίνωμαι] Lentum, seu Tenerum ac molle fieri, vel glutinosum et tenax. In picem resinamue lentescere Tacit. Germ. 45, 10. de succino. Virg. Georg. 2, 250 de terra bona, Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. Seruius: Lentescit, Cohæret. Columel. 11, 2, 29 Quæ si naturâ minus lenta est, ante dies quindecim
- 105 præcidenda, et purgata, in stercore obruenda est, ut lentescat, de salice. Idem

Idem 2, 11 extr. Lentescit in aqua cicera. Curae lentescunt tempore Ouid. de Arte Am. 357. Dente lentescere Plin. 12, 16. de myrrha. Cael. Aurel. Tard. 1, 17, 180 Ex hac corporis purgatione — corpus — quadam dimissione lentescere, et in liquida migrando deperire.

LENTIPES, &dis. Tardus pedibus. Aufon. Epist. 21, 40. Spondus ille lentipes ibat cornes.

LENVLLVS, LENVNCLVS, vid. LENO.

## L E O

LEO, leui, lēre. [λέων] Nunc in usu non est: composita autem eius usurpantur: ut, Delco, Releo. Sed usitatum est, quo Leui, praeteritum, verbo Lino adscribitur, Hor. Carm. 1, 20, 3 — Graeca quod ego ipse testata Conditum leui. Vbi Porphyrio, Leuisse se gypso utique vult intelligi. Huic contrarium est Terentianum illud Heaut. 3, 1, 51 Releui dolia atque omnes serias. Quod significat aperui, et quasi regypsi. Sic Cato de R. R. 69, 2 Si recte leueris habet MS. pro liueris editorum. Sed iam ea aetate obsoletum fuisse Leo colligas, quia eod. loco Linito legitur. Vid. LINO.

LEO, ōnis. m. [λέων, λις] Princeps quadrupedum animal, de quo locus classicus Plin. 8, 16. sed longior. In pace leones, in praelio cerui Tertull. de Cor. Mil. c. 1. In praetoriis leones, in castris lepores Sidon. Ep. 5, 7. Genus acre leonum Ouid. Fast. 4, 215. Seminium triste leonum Lucret. 3, 741. Vis violenta leonum Idem 3, 297. Asper leo Hor. Carm. 3, 2, 11. Auibus Ouid. Epist. 9, 37. Caesius Catull. 43, 7. Flauus Hor. Epod. 16, 33. Frenens Sil. 10, 22. Fulvus leo Virg. Aen. 2, 722. Hirsutus Ouid. Epist. 9, 111. Horridus Senec. Herc. Oet. 1572. Innoxius, vid. INNEXIUS. Insanus Hor. Carm. 1, 16, 15. Iracundus Ouid. Met. 15, 86. Iubatus Senec. Thyest. 732. vid. IVBA. Magnanimus Ouid. Trist. 3, 5, 33. Magnus Virg. Ecl. 4, 22. Rapidus Hor. de Arte Poët. 393. Rigidus leo Martial. 10, 65. Saeuus Lucr. 4, 1010. Sanguineus Valer. Argon. 3, 588. Toruus Claud. in Eutrop. 2, 303. Trux Valer. Argon. 8, 456. Validus Lucret. 5, 983. Violentus Ouid. Met. 2, 81.

2 Leo marinus, ex cancrorum genere. Plin. 32, 11. 3 Leo, Signum caeleste. Id. 17, 24. Anpel. de 12 Signis. Stella vesani leonis Hor. Carm. 3, 29, 19. Aestivus leo Claud. in Ruff. 1, 365.

LEONINVS, a, um. [λεόντιος] Quod ad leonem pertinet. Adeps leoninus Plin. 24, 17. Cauum Plaut. Men. 1, 2, 49. Cuneus leoninus, i. ex osse leonis Pallad. Febr. 17, 2. Species leonina Varro de R. R. 2, 9, 4. in canibus villaticis. Societas leonina. Prouerb. Vbi alius damnus tantum, alter lucrum sentit. Vid. l. 29. §. 2 Dig. pro Socio. Versus leonini qui sunt, vid. apud Scalig. Poët. 2, 29.

LEONTICE, es. f. Herba. Plin. 25, 11 Cacalia, siue leontice vocatur: semen margaritis minutis simile, dependens inter folia grandia, in montibus fere.

LEONTIOS, i. Gemma. Plin. 37, 11 Sunt et a leonis pelle et pantherae nominatae, leontios, pardalios.

LEONTIVM, i. Vrbs Siciliae mediterranea. Vnde

LEONTINVS, a, um. Possess. Campus Leontinus Cic. Verr. 1, 47. et de Diuin. 1, 73.

LEONTOCARON, i. n. [λεοντόκαρον] Herba Polium. Apul. de Herb. cap. 57.

LEONTOPETALON, i. n. [λεοντοπέταλον] Herbae, genus pedi leonis folia similia habentis. Plin. 27, 11 Leontopetalon, alii rhapsion vocant, folio brassicae, caule semipedali, alae multae, semen in cacumine in siliquis cicericis modo, radix rapo similis, grandis, nigra.

LEONTOPHONON, i. n. [λεοντοφόνον] Exiguus Vermis esse dicitur, nec alibi nascens, quam vbi leo gignitur: quo gustato statim expirat leo Plin. 8, 38.

LEONTOPODION, i. n. [λεοντοπόδιον] Plin. 26, 8. Herba haec amatoria est.

LEONTOSPERMON, i. n. Eadem herba. Apul. de Herb. c. 7.

LEOPARDVS, i. m. [λεοπαρδαλις] Animal ex leone et panthera natum, vel ex pardo et leaena: nigris maculis leoninam pellem distinguentibus, et iubis caret. Plin. 8, 16 pr. memorat Leones, quos pardi generauerunt. Sed vox Leopardi demum Constantini aeuo usurpari coepit v. g. Vopisc. Probo 19 Editi deinde centum Leopardi Libyci; centum deinde Syriaci etc.

## L E P

LEPAS, adis. f. Conchae genus. Plaut. Caf. 2, 8, 57 Emito sepio-las, lepasas etc. Vid. Rud. 2, 1, 8.

LEPIDIVM, i. n. [λεπίδιον, λέπις] Herba. Columel. 12, 8, 3 Sunt qui satiui vel etiam siluestris lepidii herbam quum collegerunt, in umbra siccant. Conf. Id. 11, 3, 16 et 41. Plin. 19, 8 Peregrinum fuit et lepidium. Seritur a Fauonio. Dein quum fruticauit, iuxta terram praeciditur. Tunc runcatur stercoraturque. Vid. quae collegimus ad Colum. 10, 125 vbi deletura signa fugarum an focorum? herba Lepidium est.

LEPIDOTES, ae. f. Gemma, quae squamas piscium imitatur. Plin. 37, 10.

LEPIDVS, a, um. Adi. [λεπίεις] In quo leporis est plurimum, inquit Donatus ad Ter. Andr. 5, 4 extr. qui a λεπτις ducit: ad Eun. 3, 1, 37 Politus, vt λεπτις lamina. inepte satis. Caeterum tam de hominibus, quam de oratione et aliis dicitur rebus, quas a iucunditate quadam, venustateque potius, quam a virtute aut utilitate laudare volumus. Plaut. Milit. 3, 1, 65 At quidem illuc aetatis qui sit, non inuenies alterum lepidiorem ad omnes res. Ter. Eun. 3, 3, 25 O capitulum lepidissimum. Procreare liberos, lepidum est onus. PE. Hercle vero liberum esse, id multo est lepidius Plaut. Mil. 3, 1, 88. Nimium lepidus, vid. post NIMIS. Cantio lepida et suavis Plaut. Stich. 5, 5, 19. Cardo lepidus Plaut. Curc. 1, 1, 94. Causa lepida Id. Trin. 3, 3, 80. Coniux lepidissima Catull. de Gallo 76 (79) 1. Dicitur lepidum Hor. de Arte Poët. 273. Dies lepidus Plaut. Aul. 4, 8, 4. Facinus lepidum Id. Poen. 1, 2, 95. Fama lepida Id. Trin. 2, 2, 98. Forma lepida et liberalis Id. Epid. 1, 1, 41. Libellus lepidus Catull. ad Cornelium 1, 1. Literae lepidae Plaut. Pseud. 1, 1, 25. Locus lepidus Id. Bacch. 1, 1, 51. Mores lepidi Id. Mostel. 1, 3, 12. Nuntius lepidus Id. Stich. 2, 1, 2. Pueri lepidi et delicati Cic. in Catil. 2, 23 c. 10. Tabellis lepidis, Lepida conscriptis manu Plaut. Pseud. 1, 1, 26. Versus lepidi Catul. 6, 17, 100 Vnguentum lepidum Plaut. Catin. 2, 3, 10. Lepida memoratu Id. Bacch. 1, 1, 28. Lepida et concinna, cito satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum: ampla et pulchra diu placere possunt Augst. ad Heren. 4, 33. Lepidum, pro Lepide Plaut. Poen. 4, 2, 39 Lepidum eloquere.

LEPIDE. Adu. [λεπίδης] Cum Gratia et lepore. Cic. Att. 2, 3 Nunc fit lepide illa χυρσις radiorum. Adiuuas lepide hercle, h. e. eleganter et

*ad tempus.* Plaut. *Perf.* 4, 2, 5. *Efficiam lepide mea hera officium* Idem *Truc.* 4, 2, 1. *Ego hoc effectum lepide tibi tradam, tace* Plaut. *Curr.* 3, 15. *Intelligere lepide* Idem *Truc.* 3, 2, 13. *Ludere* Cic. *de Orat.* 3 c. 43. *Memoras lepide* Plaut. *Bacch.* 1, 1, 35. *Referre lepide gratiam* Id. *Truc.* 1, 2, 15. *Stratus lepide lectus* Id. *Poen.* 5, 3, 84. *Tentavi lepide hercle animum tuum* Id. *Aulul.* 5, 17. *Volo lepide molliculas escas* Plaut. *Casin.* 2, 8, 55. *Vin' tu lepide facere?* PY. *loquere* Id. *Milit.* 4, 1, 31. *Lepidius* Idem *Mil.* 3, 3, 52. *Lepidissime* Idem *Mil.* 3, 3, 66.

LEPIDVLVS, a, um. Dimin. Mart. *Capella* 6 p. 235. *Infacetus et impar lepidulis.* *Satirae lepidulae* Idem 8 p. 272.

LEPIDVLE. Adu. Dimin. Plaut. *Pseud.* 1, 5, 15. *Eam circumducam lepidule.*

LEPIS, idis. f. *Squama aeris.* Scribon. *Largus Compos.* 133. Plin. 34, 11. *Celf.* 3, 3.

LEPISTA, LEPESTA, LEPISTRA, ae. f. *Vasis nomen.* Festus: *Lepista genus vasis aquarii.* A Nonio in generibus vasorum vel poculorum, f. 15. 35 *memorantur Lepistae, et laudatur Varro de Vita Pop. Rom.* 1 *Lepistae etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt, aut aenae i. abenae f. aeneae.* Scalig. *ad Festum laudat Varronis locum coagmentatum partim ex Nonio l. c. partim ex schedis Seruianis apud Danielelem, hoc modo: Vbi erat vinum in mensa positum, aut lepesta, aut galeolam, aut sinum dicebant.* Tria enim, pro quibus nunc Acratophoron dicitur. *Locus Seruii est ad Virg. Ecl.* 7, 33. *Gloss. Philox. Lepistra εἶδος χύτρας.* Hoc nomen suspicatur

Scaliger etiam fuisse apud Varr. *de L. L.* 4, 26 p. 31, 16 *vbi post sinum, Item dicta, inquit, Depesta etiam nunc in diebus sacris Sabinis vasa vi-naria in mensa deorum sunt posita. Apud antiquos scriptores Graecos inueni appellari poculi genus δειπτικον. Quare vel inde radices in agrum Sabinum et Romanum sunt profectae. Quid si fons est et caput δειπας poculum Homericum. Δ et Λ hoc est D et L saepe permutata in deriuationibus vocum, notum est.*

LEPOR, ōris. m. [*λεπρῆ, χαριεντισμὸς*] quod et LEPOS, ōris, dicitur, quemadmodum Honor et Honos: est *Venustas, et voluptatis cuiusdam anoenitas, quae potissimum verbis fit.* καλλιπεία Onomast. *Vet. Plaut.*

*Casin.* 2, 3, 2 *Nec pote quidquam commemorari, quod plus salis, plusque leporis habeat hodie.* Plin. 17, 1 *Crassus faceto lepore solers. Lepos quidam, facetiaeque, et eruditio libero digna* Cic. *de Orat.* 1, 17. *Facietiarum et vrbanitatis oratorius, non scurrilis lepos* Id. *de Clar. Orat.* 143. *Sermonis lepor* Id. *pro Flac.* 58. *Admirabilis dicendi lepor, h. e. Ornatus, concinnitas, elegantia.* Cic. *Acad.* 4, 16 c. 6 *Cuius primo non admodum probata ratio (quamquam floruit acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi) proxime, etc.* *Disertus leporum ac facietiarum* Catull. 12, 8. *Non infaceto lepore, vid.* INFACETVS.

Magnus in iocando lepos erat in homine Cic. *de Orat.* 1, 27. *Nitidus et leuis lepor* Lucret. 5, 1258. *Affluens lepore ac venustate* Cic. *Verr.* 5, 142 c. 54. *Consecutus est leporem quendam et sallem* Id. *de Orat.* 2, 98. *Dare aeternum leporem dictis* Lucret. 1, 29. *Distincta vario lepore omnia* Idem 5, 1375. *Illigantur lepores verborum in eo genere, vid.* ILLIGO. *Perfusa lepore omnia corrident, de colore a velis theatralibus relucente* Lucr. 4, 80. *Surgit medio de fonte leporum amari aliquid* Idem 4, 1126.

LEPORARIVM, LEPORINVS, vid. LEVVS.

LEPRA, ae. f. [*λεπρᾶ*] *Morbis, qui squamis corpus opplet, quae λεπίδες sunt Graecis, unde nomen.* Plin. 24, 1 *Lacryma vitium veluti gemma, lepras et lichenas et pforas nitro ante praeparatas sanat.* Add. Scribon. *Comp.* 250. *Apud Celsum et Caelium Aurelianum non esse puto. Sed Leprae generibus videntur Impetiginis quatuor genera respondere, de quibus Celsus 5, 27, 17.*

LEPROSVS, a, um. *Gloss. Vet. Leprosus, λεπρῶς. Vid. Tertull. Apol. c. 21. et de Carne Christi c. 4. Decem maculosa gerentes Leprosi portenta viri* Sedul. l. 4 *de leprosis* Luc. 17. *Peccante nil est tetrius. Nil tam leprosum aut putidum* Prudent. *de Pass. S. Laurentii* v. 285.

LEPTOMERICVS, a, um. [*λεπτομερικὸς*] *Quod minutas et tenues habet particulas, et vim adeo subtilem.* Th. Priscian. *de Diaeta* c. 10 *Acori radix virtutem habet leptomericam.*

LEPTON, i. n. [*λεπτον*] *Centaurii nomen, a tenuitate sic dicti.* Plin. 25, 6.

LEPTOPHYLLON, i. n. [*λεπτόφυλλον*] *Quaedam Tithymalli species, a tenuitate foliorum sic dicta.* Plin. 26, 8. *Artemisia leptophylla* Apul. *de Herb.* c. 12.

LEPTORAGES, um. f. pl. [*λεπτόραγες*] *Vuae acinos minutos habentes.* Plin. 14, 1 *Est illa naturae lasciuia, vt praegrandibus (acinis) adhaereant parui, mites, et suauitate certantes: Leptoragas has vocant.*

LEPTYNTICVS, a, um. [*λεπτυντικός*] i. *Attenuatorius.* Th. Priscian. *de Diaeta* c. 10 *Ceparum virtus leptyntica.*

LEPVVS, ōris. m. [*λαγώς, λαγῶς, πτώξ*] *Animal auribus longis et pedum celeritate notum.* Varro *de R. R.* 3, 12 *Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem a celeritudine, quod leuipes esset. Ego arbitror a Graeco vocabulo antiquo, quod cum Aeoles Bocotii λέποριν appellabant.* Add. Gell. 1, 18. *et Quinct.* 1, 6, 33. *Plaut. Capt.* 1, 2, 81

I modo, *venare leporem, nunc erem tenes, i. nondum consecutus es magnam quid et dignum labore tuo: amplius laborandum est.* *Auriti lepores* Virg. *Georg.* 1, 308. *Ouid. de Arte Am.* 3, 662 *Aliae tuagaudia carpent, Et lepus hic aliis Exagitandus erit, i. iuuenis quo tu frui, puella, optas ardore a te excitatam restinguet in aliis.* Petron. 131 *vetula, quae Polyaenum armauerat in Venerem, Vides, inquit, Chrysis mea, aliis leporem excitavi. Quae praeterea de appellatione Leporis in re venera habet Pontanus ad Macrobr. Sat.* 6, 5 *longius petita videntur.* *Focundi leporis sapiens sectabitur armos* Hor. *Serm.* 2, 4, 44. *Inter quadrupes gloria prima lepus* Mart. 13, 92. *Nitui Calpurn.* Ecl. 7, 58. *Pauidum captare leporem* Hor. *Epod.* 2, 35. *Proni lepores* Ouid. *Rein. Amor.* 201. *Solicitus lepus, Timidus* Ouid. *Fast.* 5, 372. *Venari leporum canibus* Virg. *Georg.* 3, 410. *Ter. Eun.* 3, 1, 36 *Lepus tute es, et pulpamentum quaeris. Donatus, Quod in te habes, hoc quaeris in altero. Et est τρέπος ἀλλογύβητα. Multi septem diebus pulchros esse dicunt eos, qui leporem comederint* Lamprid. *in Alexandr.* c. 38. *Conf. Martial.* 5, 30.

¶ 2 *Lepus, Piscis ex lacertorum genere.* Plin. 32, 11. *Lepus marinus* Scribon. 186. *Lepores marini* 80.

¶ 3 *Lepus etiam signum in astris ap.* Colum. 11, 2.

LEPVSCVLVS, i. m. Dimin. [*λαγυσκόδιον*] Cic. *Verr.* 4, 47 *Si minus eiusmodi quippiam venari potuerant, illa quidem certe pro lepore capiebantur, patellae, paterae, turibula, etc.* *Sic de Nat. Deor.* 1, 89 c. 31 *extr.* *Varr. de R. R.* 3, 3. *Et Columel.* 9, 1 *extr.*

LEPORINVS, a, um. [*λαγῶς*] *Quod ex lepore est: vt Leporinus cinis* Plin. 28, 11. *Lac leporinum* Varro *de R. R.* 2, 11. *Lana leporina.* Vlpian. *in l. Si cui lana. §. lana legata. ff. de legat.* 3.

H 2

LEPORA-

LEPORARIUM, i. n. [λεγωτροφείον] Varro de R. R. 3, 3 Leporaria te accipere volo, non ea, quae tritani nostri dicebant, ubi soli lepores sint, sed omnia septa affixa villae quae sunt, et inclusa habent animalia, quae pascuntur. Ibid. 12. Vid. Gell. 2, 20.

## L E R

LERIA, orum. n. pl. Festo, Ornamenta tunicarum aurea. Videtur Graecum. Hesychius λέγει τὰ περὶ τῶν γυναικείων χιτῶσι κεχρυσωμένα. Laudavit h. l. Scalig. ad nugarium vnguentum Varro de L. L. 6, 3 p. 76, 8. ubi vid.

LERNA, ae. f. [Λέρνη] Palus (forte etiam oppidum) Argolidis. Plus certe quam paludem indicare videtur Stat. Theb. 2, 433 Felicibus Argos Auspiciis Lernamque regas. Propter Hydram nobilitata ab Hercule interfectam. Virg. Aen. 6, 803 de Hercule, Lernam tremefecerit arcu. Stat. Theb. 1, 360 veteri spumavit Lerna veneno. Hinc

LERNAEVS, a, um. Adi. [Λερναῖος] Palus Lerna, ubi fuit hydra quinquaginta capitum, ab Hercule interfecta. Alumni Lernaici Stat. Theb. 4, 638. Pestis Lernaica Lucret. 5, 26. Venena Lernaica Ouid. Epist. 9, 115.

LERNIFER, era, erum. Adi. [Λερνηφόρος] Venenum Lerniferum legebatur Ouid. Epist. 9, 141. Sed Heinsius legit Letifero Eueno.

## L E S

LESBOS, i. f. [Λέσβος] Insula in Aegaeo, Aeolicarum urbium metropolis. Hinc

LESBIVS, [Λέσβιος] et LESBIVS, a, um. Adi. Hor. Carn. 1, 1, 34 Lesboum refugit tendere barbiton. Plectrum Lesbium Id. ibid. 1, 26, 11. Vina Lesbia Id. Epod. 9, 34. Lesbia regula nescio an in veteri scriptore Latino memoretur. Sed fundus est Aristot. de morib. 5, 14 Lesbiae aedificationis plumbea norma est, ad figuram lapidis accom-

modat se etc.

LESBIACVS, a, um. Idem. Sidon. Epist. 9, 13 Iuncto Lesbiaco siue Anapaestico, genere carminis. Notum Lyricos a Lesbo fuisse Alcaeum Sapphonem, etc.

LESBIS, idis. [Λεσβία] Patronym. f. a loco. Ouid. Epist. 3, 3635 Forma praestante puellae Lesbides, euerfa, etc. Idem Epist. 15, 199. Lesbides aequoreae nupturae, nuptaque proles: Lesbides Aeolia nomina dicta lyra.

LESBIAS, adis. f. Gemma Lesbi patriae nomen habens Plin. 37, 10.

LESSVS, us. m. [ὀλοφύμενος] Lugubris eiulatio. Plaut. Truc. 4, 2, 18 Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio. Cic. de Legib. 2, 59 c. 23 Mulier genas ne carpito, neue lessum funeris ergo habeto. Hoc veteres interpretes Sex. Aelius, L. Acilius non satis se intelligere dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris: L. Aelius, lessum, quasi lugubrem eiulationem, ut vox ipsa significat, quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat. Ergo his verbis Lamentatio lugubris in funeribus prohibetur. Lessum autem habere, ea dicitur forma, qua ferias habere, habere comitia: quum bera toti familiae lamentationem imperat.

LESTRYGONES, vid. LAESTRYGONES.

## L E T

LETHALIS, LETHALITER, vid. LETHVM.

LETHARGVS, i. m. [λήθαργος] Est Marcor et inexpugnabilis paene somni necessitas, inquit Cels. 3, 20 cum alienatione mentis. Add. Id. 3, 18. Sipontinus, Lethargus, morbus est, quem Latini Forporem appellant. Dicitur autem Lethargus, ut quidam putant, ἀπὸ τῆς λήθης, h. e. ab obliuione. nam in eo morbo accidit obliuio omnium rerum. Plin. 20, 12 Praeterea insaniam facere, et lethargos et iecinoris vitia. Conf. Id. 32, 10. Lucret. 3, 841 Adde quod in nigras lethargi immergitur vndas, i. Obliuiones similes iis, quas facere dicitur aqua Lethaea. Lucret. 3, 466 de animo, Interdumque graui Lethargo fertur in altum Aeternumque soporem, oculis nutuque cadenti. Grandi lethargo oppressus Hor. Serm. 2, 3, 145. Graui lethargo pressus Quinct. 4, 2.

LETHARGIA, ae. f. [λήθαργος] Idem. Plin. 24, 9 Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia et phrenesi.

LETHARGICVS, i. m. [λήθαργικός] Qui lethargia laborat. Plin. 20, 4 Hydropicis quoque ex aceto aut sinapi sumti, et lethargicis. Idem 26, 11 Lethargicos excitari labor est. Add. Horat. Sat. 2, 3, 70 30. Cels. 3, 18.

LETHARGICVS, a, um. Adi. [λήθαργικός] Plin. 20, 4 Grauedinem enim, morbumque lethargicum patitur.

LETHATVS, vid. LETHVM.

LETHE, es. f. [Λήθη] Fluuius, quem apud inferos esse Poetae tradiderunt, cuius latices si quis gustauerit, omnium praeteritarum rerum obliuiscitur. Idcirco ἀπὸ τῆς λήθης, i. e. ab obliuione nomen habet. Datus est hinc fabulae locus, quia morientibus omnium rerum obliuio surrepfit. Constat autem amnem huius nominis in Africa circa extremum Syrtium cornu, BERNICEN urbem alluere: eum fama est ad ea loca inferna inundatione prorumpere. Lucan. 9, 355. Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis, Infernis (ut fama est) trahens obliuia venis. Secura Lethe Ouid. ex Pont. 2, 4, 23. ¶ 2 Lethe pro herba papauere Apul. de Herb. c. 53.

LETHAEVS, a, um. Adi. Lucan. 3, 28 Non me Lethaeae coniunx obliuia ripae Immemorem fecere tui. Amnis Lethaeus Virg. Aen. 6, 705. Aquae Lethaeae Ouid. Trist. 1, 7, 36. Fluminis Lethaei vnda Virg. Aen. 6, 714. Ianitor Lethaeus Stat. Silu. 3, 2, 112. Papauera Lethaea Virg. Georg. 4, 545. Ripae Lethaeae obliuia Lucan. 3, 28. Somnus Lethaeus Virg. Georg. 1, 78.

LETHIFER, vid. mox LETHVM.

LETHVM, vel LETVM, i. n. [θάνατος] Mors. Secundum Priscianum 9 extr. p. 873 a Leo fit, quo veteres vsi sunt pro Deleo, quoniam mors omnia delet. Quae opinio si vera est, aspirationem non recipit Letum. Apuleius Grammaticus a Luo deducit, ideoque per OE scribi praecepit. Varro de L. L. 6, 3 p. 73 et Festus a λήθη, i. ab obliuione fieri putant, unde etiam multi per adspiratam L. TH scribunt, licet apud Varronem et Festum simplex T habeant libri: quod etiam habent lapides apud Cellarium in Orthogr. Et hodie accuratissimi quique editores Letum scribi curant in Virgilio, Ouidio etc. Caeterum est vocabulum magis Poeticum quam prosae: vid. Buchner. de Commut. rat. dic. p. 31. Tamen Liu. 2, 40 Adductis deinde legionibus ex agro Romano, inuidia rei oppressum perisse tradunt: alii alio leto. Dolor ac morbus leti fabricator vterque Lucret. 3, 473. Nec vlla est Aut magno aut paruo leti fuga Hor. Sat. 2, 6, 94. Genus miserabile leti Ouid. Trist. 1, 2, 51.

Limen leti Lucret. 6, 1155. Viue Memor leti Perf. 5, 153. Mille Modis leti miseris mors vna fatigat Stat. Theb. 9, 280. Sopor con- sanguineus leti Virg. Aen. 6, 278. Omnibus est eadem leti Via Corn. Gallus Ecl. 6, 5. Vis horrida lethi Lucret. 3, 171. Voluntas ani-  
 5 mofa leti Stat. Theb. 9, 80. Felices leti Sil. 4, 398. Ignobile letum Sil. 3, 128. Memorabile letum Sil. 11, 173. Nobile letum Hor. Carm. 1, 12, 36. Abstinnere animam leto Virg. Aen. 3, 654. Adinnere aliquem leto Hor. Carm. 3, 22, 5. Affici leto Nep. in Regib. c. 3. i. cadere in pugna. Anche instanti raptum leto Sil. 17, 383.  
 10 Deuitari non potest letum Lucret. 3, 1092. Dare aliquem leto Virg. Aen. 5, 806. Sic et Phaedr. 1, 22, 9. et Ouid. Epist. 2, 147. Quin Cic. de Legg. 2 c. 9 Hos leto datos diuos habento. Eripere se leto Virg. Aen. 2, 134. Ferre letum Virg. Aen. 11, 872. Interire leto, vel perire Cic. de Diuin. 1 c. 26. Labuntur lumina leto Virg.  
 15 Aen. 11, 818. Offerre caput leto Lucret. 3, 1054. Ostentant omnia letum Catull. Argon. 62, 187. Parere sibi letum manu Virg. Aen. 6, 434. Perire praecipiti leto Senec. Hippol. 263. Praeuer- tit celeri tristitia leto Lucan. 8, 30. Sternere leto aliquem Virg. Aen. 8, 566. Volui leto Virg. Aen. 9, 433.

20 LETHĀLIS, vel LETALIS, e. *Mortiferum*. Plin. 11 c. vlt. Homini non vtique septimo (*subaudi Die*) letalis inedia. Durasse et vltra vndecimum (*scilicet Diem*) plerosque certum est. Ensis leta- lis Ouid. Met. 13, 392. Hiems letalis Ouid. Met. 2, 827. Frigus letale Ouid. Met. 2, 611. Iaculum letale Id. Met. 5, 182. Ser-  
 25 pens letalis Stat. Theb. 6, 40. Venena letalia Scribon. 169. Vul- nus letale Virg. Aen. 11, 749. Letalis et Fatalis a librariis permutan- tur: vid. Fatalis. Minari letale Stat. Silu. 4, 4, 84.

LETALE, Adu. Iam letale furens Stat. Theb. 12.

LETHALĪTER, Adu. Plin. 11, 37 Oues quidem lethaliter cir- cum renes concreto pingui.

LETHABILIS, e. *Idem quod Letalis*. Ammian. 19, 4 Lues vo- lucri velocitate letabilis.

LETHĪFER, f. LETIFER, ēra, ērum. Adi. *Quod infert mor- tem*. Columel. 7, 12 Et (vt plurimi pastores affirmant) rabies arce-  
 35 tur, letifer morbus huic generi. *De canibus*. Aestus letifer Ouid. Met. 7, 532. Anguis Stat. Theb. 5, 628. Annus Virg. Aen. 3, 139. Arcus Virg. Aen. 10, 169. Casdes Claud. in Conf. Prob. et Olyb. 29. Certamen belli Catul. Argon. 62, 394. Dextra Ouid. Met. 12, 606. Ictus Id. Met. 8, 362. Locus letifer Ouid. Met. 5,  
 40 133. Sanguine letifero totus miscbitur orbis Ouid. Fast. 1, 123.

LETHIFICVS, f. LETIFICVS, a, um. *Idem*. Stat. Theb. 8, 2 Domus letificae. *Al. Letiferae*.

LETHO, vel LETO, āre. *Interficere, leto dare*. Virg. in Culice 322. Rurſus acerba fremunt; Paris hunc quod letat, etc.

45 LETHĀTVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 3, 55 *De sociis Cadmi interemptis a serpente*, Vt nemus intrauit, letataque corpora vidit, Victoremque supra spatiosi corporis hostem.

LETHVSA, ae. f. *Papauer soporiferum*. Apul. de Herb. c. 53.

## L E V

50 LEVAMEN, ſue LEVAMENTVM, LEVATIO. *Vid. Leuo, in LEVIS*.

LEVCA, ae. f. *Spatium, quo Galli terras ſue itinera metiebantur, quale apud Perſas Paraſanga; apud Romanos Milliarium dicebatur*. Erat  
 55 mille et quingentorum paſſuum, Papias in Gloſſar. *Petr. Piſthoeus Aduerſ.* 1, 13. Ammian. 16, 23 A loco, vnde Romana promoti ſunt ſigna, ad vſque vallum barbaricum, quarta leuca ſignabatur et decima, i. vnum et viginti millia paſſuum. *Alii aliter legunt. Vid. Barth. et Niſhard. itemque Burm. ad Rutil. 2, 8. Voff. de Viſ. Scrm. 3, 19. et Valeſ. ad l. c.*

60 Ammian. p. 140. ¶ 2 Leuca, *gemma* Plin. 37, 10. *Harduin. leg. leucogaea*.

LEVACANTHA, ae. f. [*λευκάνθη*] *Herba in cacumine acu- leum habens, radice cyperi, quae manducata, dentium dolorem ſedat* Plin. 22, 16. *Add. 21, 31. et 27, 12.*

65 LEVCACHĀTES, is. m. *Gemma, quaſi tu album Achatem dicas*. Plin. 37, 10.

LEVCADIA, LEVCADIVS, *vid. mox LEVCAS*.

LEVCANTHĒMIS, idis. f. *Herba*. Plin. 22, 21 Anthemis magnis laudibus celebratur ab Aſclepiade. Aliqui Leucanthemida vo-  
 70 cant, alii Leucanthemum, alii Eranthemum: quoniam vere floreat: alii chamaemilon, quoniam odorem mali habeat: nonnulli melanthe- mon vocant. Genera eius tria flore tantum diſtant, palmum non ex- cedentia, paruiſque floribus vt rutae candidis, aut melinis, aut pur- pureis. *Conf. Plin. 27, 12.*

75 LEVCANTHES, is. f. *Ita alii Parthenium vocant*. Plin. 21, 30.

LEVCANTHVS, i. m. [*λευκανθος*] *Herba*. Apul. de Herb. c. 92.

LEVARGILLION, i. n. Plin. 17, 7 Leucargillion vocant candidum argillam, qua in Megarico argo vtuntur.

LEVCA 8, ādis. f. [*Λευκάς*] Et LEVCADIA *Petra, promon- torium Epiri circa Ambraciam, in quo etiam LEVCADIVS Apollo, qui idem Aetiacus, colitur. Ab hac Petra deſiſſiſſe in mare dicuntur inue- nuſſi deſperatique amantes, et morbo ſuo liberati. Locus claſſicus eſt* Ouid. Her. 15, 164 ſqq. *Add. LEVCATES*.

80 LEVCADIVS, a, um. [*Λευκάδιος*] *Aqua Leucadia* Ouid. Epist. 15, 180. *Deus Leucadius* Ouid. Trist. 5, 2, 76. et 3, 1, 42. *Apollo. Vertex Leucadius* Lucan. 5, 638. *Vnda Leucadia* Ouid. Epist. 15, 183.

LEVCA SPIS, idis. Adi. [*λευκάσπις*] *Candido ſcutro vſus*. Liu. 44, 41 Secundam legionem L. Albinus conſularis ducere aduerſus leu- caſpidem phalangem iuſſus.

90 LEVCĀTES, ae. f. [*Λευκάτης*] *Mons, ſeu promontorium prope Sinum Ambracium in Epiro, mare intrans alias LEVCAS*. Virg. Aen. 3, 274 *Mox et Leucatae nimboſa cacumina montis*. *Nubifer Leucates* Claud. de Bell. Get. 186. *Auſon. Cupid. crucif. 24* Et de nimbifero ſaltum Leucate minatur *Maſcula Leſbiacis Sappho peritura ſagittis*.

95 *Conf. Seru. ad Aen. 3, 274 et 279. et quae Scaliger ad Auſon. l. c. ex Pto- lemaeo Hephaeſtionis, vel Photio potius.*

LEVCE. [*λευκή*] *Vitiliginis ſpecies. Vid. ALPHOS. it. herba* Plin. 19, 5. et lapis Id. 27, 11. *Nempe Albam ſignificat.*

LEVCEORON, i. n. *Herba eadem, quae et Leontopodium, de qua ſupra. Vid. Plin. 26, 8. Apul. de Herb. c. 7.*

LEVCIPIPI, idos. f. *Epitheton Phoebes Leucippi filiae, quam ama- bat Caſtor*. Propert. 1, 2, 15. *Vid. Hygin. f. 80.*

LEVCOCHRIVS, a, um. *Muſtum* Plin. 14, 8. *alii leg. leucochrin.*

LEVCOCHRYSOS, i. m. [*λευκόχρυσος*] *Gemma, quae ſit chry- ſolitho interalbicante*. Plin. 37, 9 et 10.



- LEVCOCOMVS, a, um. [λευκοκόμος] *Albas comas habens. Punica mala leucocoma* Plin. 13, 19.
- LEVCOGAEA, ae. f. *Gemma.* Plin. 37, 10.
- LEVCOGRAPHIS, idis. f. [λευκογραφίς] *Lapis Aegyptiacus, a lacteo colore nominatus.* Plin. 27, 11.
- LEVCOGRAPHIA, ae. f. [λευκογραφία] *Gemma, quae et Galactites.* Plin. 37, 10.
- LEVCOION, i. n. [λευκίον] *Alba f. Candida viola.* Plin. 34, 12 *Sed ex eo candidum colorem sentientem violam, leucoion appellant. Verum Hard. lonchoton. Neque alias meminit Plinius. Et locus est obscurus. Certior auctoritas Columellae 9, 4, 4. et 10, 97 ubi Candida Leuoia et flauentia lumina calthae iunguntur.*
- LEVCON, onis. m. [Λεύκων] *Rex Ponti, a fratre Oxilochi interfectus, quod cum eius uxore adulterii et incestus consuetudinem haberet.* Ouid. in *Ibin* 310. *Leucon etiam Ardeolae genus* Plin. 10, 60 et 11, 37.
- LEVCONIVM, siue LEVCONICVM, i. n. [λευκόνιον] *Tomentum dicitur.* Martial. lib. 11, 22 *Culcitra leuconico quam viduata suo.* Idem lib. 14, 159 *Accipe leuconicis vellera rafa sagis. Legitur et Lingonicis.*
- LEVCONOTOS, i. m. [λευκόνωτος] *Quasi candidus auster.* Aufon. 20 *Eidyll. 12, 8 Veliuolique maris constrator leuconotos libs.*
- LEVCOPHAEVS, a, um. [λευκοφάειος] *Color natiuus ex albo et nigro nomen trahens, λευκόν, album: Φαίδον, medium inter album et nigrum, i. fuscum et paene nigrum.* Plin. 32, 10 *Iecur rubetae vel cor adalligatur in panno leucophaeo, et quartanis prodest. Idem 24, 12 Purpurea aut leucophaea, et quae facillime diluitur. Add. Vitruu. 8, 3. Censet Bayfus eum esse colorem, quem Cineritium vocamus.*
- LEVCOPAEĀTVS, siue LEVCOPHĀEĀTVS, a, um. [λευκοφαιώτης] *Leucophaeo colore indutus: cuiusmodi sunt Franciscani,* Martial. 1, 97 *Amator ille tristium lacernarum, Et baeticatus atque leucopaeatus.*
- LEVCOPHLEGMATIA, ae. f. [λευκοφλεγματία] *Certa Hydrophis species, qua tumores per totum corpus oriuntur. Vid. Cels. 2, 21.*
- LEVCOPHORVM, i. n. [λευκοφορὸν] *Glutinum auri.* Plin. 35, 6 et 23, 3.
- LEVCOPTHALMOS, i. m. *Gemma.* Plin. 37, 10 *Leucophthalmos rutila alias, oculi speciem candidam, nigramque continet.*
- LEVCOPIVS, idis. f. [λευκόπις] *Albos oculos habens. Ita Graeci vocant Artemisiam ob flores albos.* Apul. de Herb. c. 10.
- LEVCOSTICTOS, i. m. *Lapis ab albis punctis nomen habens.* Plin. 36, 7 *Rubet porphyrites in eadem Aegypto: ex eo candidius interuenientibus punctis, leucostictos vocatur.*
- LEVCOTHĒA, ae. f. [λευκοθήα] *Aurora: quasi alba dea.* Cic. Tusc. 1, 28 *Quid Ino Cadmi filia, nonne Leucothea nominata a Graecis, Mania habetur a nostris? Sic de Nat. Deor. 3, 39.*
- LEVCOTHŌE, es. f. [λευκοθήη] *Ouid. Met. 4, 468. Fuit Orcomi Babylonis ex Barynome filia, quam a Pboebo gravidam factam, pater crudeliter defodit vitam. Sed Pboebus mutauit eam in arborem tus ferentem. Est etiam Asiae Regio iuxta. Vid. Plin. 5, 9.*
- LEVCOZOMVS, a, um. [λευκοζώμος] *Albo iure conditus.* Pul. 50 *lus leucozomus* Apic. 6, 9. *Aliis est Leoeozomus.*
- LEVCRION, i. n. *Herba, Cynoglossa.* Apul. de Herb. c. 96.
- LEVCRCVTA, ae. f. *Fera Indica.* Plin. 8, 21. Solin. c. 55.
- LEVCTRA, orum et LEVCTRA, ae. [Λευκτρα] *Solinus c. 12 §. 250 etiam Leuctras videtur usurpasse. Oppidum est Boeotiae. De eo Cic. Tusc. 1, 110. et Off. 1, 61.*
- LEVCTRĪCVS, a, um. Adi. [Λευκτρικός] *Cic. Tusc. 1, 110. Priusque Leuctra tollentur, quam pugnae Leuctricae gloria. Leuctricam pugnam appellat, in qua Thebani Epaminonda duce res Lacedaemoniorum gloriamque attriuerunt.*
- LEVENNA, ae. m. *Homo leuenna* Laber. ap. Gell. 16, 7 *i. leuis.*
- LEVI, Praeteritum a Leo, Ies. *Vid. suo loco.*
- LEVI. m. *Erat tertius Iacobi filius ex Lea.* Genes. c. 29. *Hinc verum sacrarum administratio tradita. Numer. 3, 4. Vid. Arat. 1, 600.*
- LEVITAE, etiam, *Ministri dicuntur in N. Test. Fulgentius in praefationem libri de Virgiliansa contin. sic alloquitur Chalcidum, Levitarum sanctissime. Vid. Isidor. 7, 12. Sidon. Epist. 9, 2 Et Hieron. T. 4 lib. 7. de Ordin. Eccl.*
- LEVITICVS, a, um. *Genus Leuiticum* Vulg. Interpr. Deut. 17, 70 9. *Stirps Leuitica* Id. Ios. 3, 3.
- LEVITICVS, i. m. *Liber tertius Moysis* Isidor. 6, 2. *Conf. Tertul. aduers. Gnostic. c. 2. et aduers. Marc. 4, 23.*
- LEVITONARIVM, i. n. *Colobium sine manicis* Isidor. Gloss.
- LEVIATHAN, anis. m. *Bellua marina.* Iob c. 40 et 41. *Vid. 75 Rochart. Hieroz. 2, 5, 16.*
- LEVICOMIS, LEVICVLVS, *vid. LEVIS.*
- LEVIDENSVS, a, um. *An LEVIDENSIS, c. legitur* Cic. Fam. 9, 12 *Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi misi, quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem, nec scriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti veteri et amico, munusculum mittere volui leuidense, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Seruius (ut ait Stephanus, sed nescio ubi) ostendit, Leuidensam vestis esse genus vile, raro tenuique textu. Quondam inter hospitem xenia, vestes in primis erant. Vnde et apud Iuuen. 9, 30 queritur quispiam vestes donari, duri crassique coloris Et male percussas textoris pectine Galli. Isid. 19, 22 Vestis Leuidensis, quod raro filo fit, leuiterque densata. Pautensis contraria leuidensi dicta, quod grauiter pressa atque calcata fit. Si igitur corrupta est illa vox, quod volunt viri docti, qui leui dente, leui penso, vile ac densum etc. emendant ex ingenio: antiquam fateantur corruptionem necesse est, et, si non Seruio, cuius locum nondum reperi, at Isidoro certe, antiquiorem. Quod praetermissa vox insolentior est a Grammaticis, aliquid est: sed forte plura praetermissa sunt. Cum nihil varient hic libri, non ausim coniecturae posthabere nomen forte ludicrum, forte ex comoedia, aut ore vulgi adeo sumtum, cui tamen nec dissimilia sunt Dulcacidus, et, de quo mox dicemus, Leuifidus. Ludens igitur Tullius de oratione sua usurpauerit epibeton vestimento proprium. Vid. praeter viros Doctos ad ipsum Ciceronis locum Burm. ad Ouid. Am. 1, 14, 7.*
- LEVIFACIO, LEVIFIDVS, LEVISOMNVS, *vid. post LEVIS.*
- LEVIGO, *vid. Laenigo sub LAEVIS.*
- LEVĪPES, edis. Adi. [ελαφρόπους] *Celer et pedibus leuis.* Varr. de R. R. 3, 12, 6 *Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem a celeritudine, quod leuipes esset. Add. Cic. Arat. v. 121 Subterque pedes, quod diximus ante, Orioni iacet leuipes lepus.*

- LEVIR, fri. m. [*δανή*] Fest. Levir, est Vxoris meae frater. Nonius 19, 5 Levir dicitur Frater mariti, quasi leus vir. Modestinus Iurisc. l. 4 D. de Gradibus affinitatis §. 6 l. Non facile, Viri frater, levir est: apud Graecos *δανή* appellatus, ut est apud Homerum relatum: sic enim Helena ad Hectorem dixit, *Δάνη ἑμοῖο κυνὸς κακομηχανῆς ἐκρυβέσσης*. i. Levir mei canis, omnis mali causatrix horridae.
- LĒVIS, Penult. longa, vid. LAEVIS.
- LĒVIS, e. [*κῆφος, ἐλαφές*] Quod sine pondere est, et in lance librae positum ascendit, leuatur etc. Virg. Aen. 10, 169 Corythique leues humeris, et letifer arcus. Sic, Leue pondus Plin. 12, 9. Cic. Philipp. 10, 14 c. 6 Nostrae sunt legiones, nostra leuis Armatura nostri equitatus, etc. b. e. *Pedites et expediti milites*. Conf. Nep. 14, 8, 2. *Hinc metaphorice* Cic. de Divin. 2, 26 c. 10 Sed haec fuerit nobis tanquam leuis armaturae prima orationis excursio: nunc cominus agamus, experiamurque si possimus cornua commouere disputationis tuae. Animae leues *instar aurae, venti* Lucret. 3, 419. Arma leuia Ouid. Trist. 3, 12, 19. Scribonius teri iubet Collyrium, emplastrum etc. donec factum leue mellis habeat spissitudinem — Vid. Comp. 23. 37. 204. 216. 259. Currus Ouid. de Arte Am. 1, 4. Equus Valer. Argon. 6, 240. Piper leue, Quod pondere tale apparet Plin. 12, 7. Pondus leue Ouid. Met. 2, 161. Rota Virg. Aen. 1, 151. Stipula Virg. Georg. 1, 85. Foliis leuior Ouid. Epist. 5, 109.
- 2 Metaphoras parit plures non minus quam Grauis, v. g. Leuis homo, *Inconstans, et qui facile opinionem mutat* Plaut. Trin. 5, 2, 47 Auctor leuis, nec satis fidus Liu. 5, 15 extr. Homo leuis, *Vilis et abiectus*. Plaut. Men. 3, 2, 23 Quid ais homo leuior quam pluma? Quid leuius aut turpius quam auctore hoste de summis capere consilium Caes. B. G. 5, 28. Cic. de Amicit. 91 Leuium hominum atque fallacium, etc. Idem Verr. 4 Iudex nequam et leuis. Et pro Cluent. 75 Leues ac numarii iudices. Add. Cic. ad Q. Frat. 1, 2. Gell. 7, 11. Vulgus leue Ouid. Met. 12, 55. Sapientibus quietis et reip. cura: leuissimus quisque et futuri improvidus spe vana tumens Tac. H. 1, 88, 5. Leuia haec sunt, quae et tu pergrauia esse in animum induxti tuum Ter. Hec. 3, 1, 12. i. *facilia toleratu*. Acumen leue mentis discurrit. Vid. ACVMEN. Brachio leui aliquid agere, i. *Indiligenter* Cic. Att. 4, 16. Ter. Hec. 3, 4, 12 Olim quidem te causae impellebant leues. i. *Facile commouebaris*. Cic. de Finib. 3, ... Qui leuiori de causa. Colla leuia Propert. 2, 3, 13. Cura leuior Virg. Georg. 3, 305. Dolor leuis, *Paruus*. Cic. de Fin. 1, 40 Quod mors sensu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis solet esse, ut eius magnitudinem celestas, diuturnitatem alleuatio consoletur. Fortuna leuior malorum Ouid. Trist. 4, 1, 61. Fortunam facere leuem Stat. Theb. 1, 177. Gratia leuis Plaut. Poen. 3, 6, 17. Iactura leuis Claud. in Eutrop. 2, 118.
- 45 Impensa leuis Ouid. de Arte Am. 2, 255. Infania leuis Hor. Epist. 2, 1, 118. Iuuentus leuis Hor. Carm. 2, 11, 6. Ter. Heaut. 2, 4, 19 Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues. Labor leuior, minorque Ouid. ex Pont. 1, 4, 25. Leui Manu, brachio: vid. Interpp. Quinctil. p. 139. *Burm.* Medicamentum leue Scribon. 237. i. *facile*. Aquila leui Meatu, prout agmen incederet, praeuolauit Tac. H. 1, 62, 5. i. *sardo, remisso*. Pich. *malit leg. leni, quod recepit Gronou.* Mumus leue Ouid. Met. 1, 620. Nomine leuiori appellare, *Minus odioso*. Cic. pro Rosc. Amer. 93 Sin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percussores vocant, etc. *Nomen enim percussoris leuius est, quam sicarii.* Pueri inter se quam pro leuiibus Noxiis plumbeas iras gerunt Ter. Hec. 3, 1, 30. Poena leuior Ouid. Amor. 1, 1, 4. Pretium leuius Ouid. de Arte Am. 3, 171. Reprehensio leuis Cic. Acad. 4. Res leues Virg. Georg. 4, 3. Ruina non leuis Hor. Carm. 2, 19, 15. Ter. in Prol. Phorm. 5 Qui ita dicunt, quas antea fecit fabulas; tenui esse oratione, et scriptura leui. Sententia leui mulieres, pueri Ter. Hec. 3, 1, 32. Plaut. Capt. 2, 1, 4 Nunc seruitus si euenit, ei vos morigerari mos bonus est, eamque herili imperio, ingeniis voftris leuem reddere. Spes leues Hor. Epist. 1, 5, 8. Somnus leuis Virg. Aen. 5, 858. Tactus leuis Plin. 11, 53. Verba leuiora foliis Ouid. Amor. 2, 16, 45. Versus leues Hor. de Arte Poet. 231. Vina leuia, i. *Tenuia*. Plin. 23, 1 Ait leuissimum vinum celerrime inueterari. Vinbra leuis Tibul. 2, 5, 96. Vomere leui admodum fauciare summam partem terrae, b. e. *Leuiter terram arare* Columel. 2, 2. Notauit aliquos, quod pecunias leuioribus Vfuris mutuati, grauiori fenore collocaissent Suet. Aug. c. 39. Vfus leuis amicitiae, i. *Qui non multum prodest* Ouid. de Rem. Amor. 590. Vulnus leue Id. Met. 3, 87. Tacit. Hist. 2, 21, 4 Quocumque casu accidit, dum atrociora metuebantur, in leui habitum. Leuis, *cum infinitiuo* Sil. 16, 488 Omnes ire leues, atque omnes vincere digni. b. e. *Agiles ad cursum*. Peltam pro parma fecit, ut ad motus et concursus essent leuiores Nep. 11, 1, 4. i. *agiliores*. Ense leuis nudo Virg. Aen. 9, 548. Messapus leuis cursu Id. 12, 489. Nudi aut sagulo leues Tac. Germ. 6, 3. Molossus leuis Lucan. 4, 440.
- 80 LEVICVLVS, a, um. Dimin. [*ὑπὸκυρος*] Cic. Tusc. 5, 105 c. 36 Leuiculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculae, ut mos in Graecia est: insusurrantisque alteri, Hic ille Demosthenes.
- LEVI VSCVLVS, ap. Plin. ep. 1, 16, 5 legit Catanueus cum se-  
85 quacibus. Sed leg. Lenibusque.
- LEVITAS, ātis. f. [*κῆφότης, ἐλαφρότης*] De Re, quae sine pondere est, dicitur. Plin. 12, 12 Sincerum quidem leuitate deprehenditur. Id. 11, 23 Nec pudat has vestes vsurpare etiam viros, leuitatem propter aestiuam. Volucris leuitate ferri Lucret. 4, 203. Add. ib. v. 7, 46. et 3, 388. Leuitas, *Inconstantia*. Cic. Acad. 4, ... Vt omittam leuitatem temere assentientium, etc. Ergo non leuitas mihi, Sed certa ratio causam scribendi dedit Phaedr. l. 4. extr. ad Partic. Conf. Gell. 7, 11. Exsultat leuitate puer C. Gallus 1, 105. Vt aduersas res, sic secundas, immoderate ferre leuitatis est Cic. Off. 1 c. 26.
- 95 Muliebris Petron. c. 110. Poëtica Petron. c. 117. Add. Propert. 2, 16, 25. Vana leuitas incertae mentis Sil. 16, 148. Constans in leuitate fortuna Ouid. Trist. 5, 8, 18. Conuincere leuitatis, vid. CONVINO. Culpanda leuitas Ouid. de Arte Am. 2, 429.
- LEVI TER. Adu. [*κῆφος, ἄμφο*] Sine pondere: Sed plerumque  
100 ad animum et mores transfertur. Cic. de Fin. 2, 33 Sunt et in animo praecipua quaedam, et in corpore: quae quum leuiter agnouit, tunc discere incipit. Cic. Fam. 6, 6 Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit leuiter aspersus. Attingere leuiter studia, pro Paruo tempore literis operam dare, et quasi a limine salutare ipsa  
105 studia. Cadere leuius Caes. B. C. 3, 92. De telis militaribus. Hinc  
Metaph.

*Metaph.* Addunt, omnia leuius casura, rebus diuinis procuratis Cic. de Diuin. 2 c. 10. Sueton. de Clar. Grammat. 9 Functusque militia, studia repetit, quae iam inde a puero non leuiter attigerat. Attingere aliquid leuiter in transitu Quinctil. 7, 4. Cic. in Catil. 3, 17 c. 7 Tamen ut leuissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisse. *i. illud, quod minime graue, maxime tolerabile est.* Ouid. Epist. 3, 80 *Briseis Achilli*, Exagitat ne me tantum tua, deprecor, vxor — Et leuiter dicas, Haec quoque nostra fuit, *i. non grauer, non minaciter, sed frigide.* Cic. Att. 1, 10 Eius autem Collega et in me perhonorificus, et partium studiosus, ac defensor bonarum: quin nunc leuiter inter se dissident. *b. e. Aliquantum dissident.* Tale est et illud Att. 2, 1 Mihi quod defendissem, leuiter succensuit. Dolere leuiter Ouid. Met. 10, 138. Cic. de Nat. Deor. 2, 143 Genae deinde, ab inferiore parte tutantur subiectae, leuiterque eminentes *i. Paullulum.* Eruditus leuiter homo, *i. Mediocriter* Cic. de Orat. 3, 24 c. 6. Ferre leuius Id. Fam. 4, 3. Ferre leuissime, *b. e. Facile et patienter, non grauer.* Cic. de Prou. Conf. 47 c. 20 Hoc velim probare omnibus, P. C. sed leuissime feram, si forte his aut minus probaro, qui meum inimicum repugnante vestra auctoritate texerunt, etc. Fundata leuiter fides Liu. 2. Cic. de Diuin. 1, 30 Bacillum incuruum, et leuiter a summo inflexum. Plin. Epist. 6, 30 *pr.* Villa Camiliani, quam in Campania possides, est quidem vetustate vexata: ea tamen, quae sunt pretiosiora, aut integra manent, aut leuissime laesa sunt. Ligurire timide, nec leuiter aliquid Cic. Verr. 5, 177. Ornatus leuiter Cic. in Orat. 21 Alii in eadem ieiunitate concinniores, id est, faceti; florescentes etiam et leuiter ornati. Saucius leuiter Cic. de Inuent. 2, 154. Id. pro Rosc. Amer. 83 c. 30 Tametsi neque omnia dicam, et leuiter vnumquodque tangam, *b. e. Obiter, et quod dicitur, in transcurso.* Plaut. Poen. 3, 3, 26 Et quanquam bene volumus leuiter lenonibus. Leuius, *pro Minus, aduerbium quantitatis.* Cato Dist. 2, 24 Nam leuius laedit quidquid praecuidimus ante. *Sic apud* Hor. Serm. 2, 7, 19 — quanto constantior idem In vitiiis, tanto leuius miser. Dolere leuius Ouid. ex Ponto 1, 9, 30. Et in Ibin 255.

LEVICOMIS, e. vel LEVICOMVS, a, um. Fulgent. Mythol. 1. LEVIFACIO, ere. κερφοθήναι ποιῶ Gloss. Gr. Lat. Gloss. Lat. Gr. 35 Leuefecit, ἔρρηθησεν.

LEVIFIDVS, a, um. Adi. [κρηφιδίος]. Qui leui fide vel leuiter fidus est. Plaut. Perf. 2, 3, 61 Omnes sunt lenae leuifidae. Penultima corripitur, ut in Perfidus.

LEVISOMNVS, a, um. [κρηφισμνος] Quod leui somno est: elegans canum epitheton, qui leui somno premuntur. Lucret. 5, 862 Et leuisomna canum fido cum pectore cordat.

LEVO, are. [ἐλγω, ἀείγω] In altum tollere, veluti leue quiddam. Leuatio pro leuauero Enn. ap. Cic. de Sen. pr. Manum leuare Quinctil. 2, 12. Membra leuare cubito Ouid. Epist. 21, 16. Palmas leuauit ad caelum Stat. Theb. 11, 556. Ouid. Met. 2, 427 De caespite virgo Se leuat. Leuare in sublime Plin. 2, 16. Vua leuatur Scribon. 71. *i. eleuatur.* E lectulo se leuare 188. Leuare aliquem in regem ap. sequioris acui scriptores pro creare: vid. Pistoe. Aduers. 2, 6. Lips. ad Tac. Ann. 4. p. 519. Io. Dau. Koeleri singularis Disp. 2 50

Leuare, Auferre. Virg. Aen. 2, 146 Atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. Leuare, Auferre Scribon. 122. Leuare, pro. abducere, auferre etiam. Sidon. 7 ep. 2 Leuat diuitem coniugem pauper adamatus. Vbi Conf. Sauaro. Sic Colum. 3, 21, 5 Legendum puto Serum fructum cum praecoque leuet pro vulg. eleuet. Sic Pallad. Oct. 17, 1 55

Leuare mustum ex lacu. Conf. Erhard. ad Petron. 140. Sed Cic. Tusc. 1, 118 Emitterique nos e custodia, et leuari vinculis arbitremur. *i. liberari.* Sic Leuare [κρηφίζω] aliquem onere, et Leuare alicui onus, Exonerare. Virg. Ecl. 9, 65 — ego hoc te fasce leuabo.

Cic. Fam. 3, 12 Leua me igitur hoc onere. Leuare, simpliciter, pro iuuare aegrotos, certo morbum eorum mitigare. Scribon. 6. 101. 121. 159. Vid. n. 2 Leuare Artus. Sic Varr. R. R. 2, 5, 16 Leuandae matres, *i. pastu resciendae.* Leuari a poena Plin. 28, 4. 3

Formulae cum substantiis: Auxilio leuare aliquem. Virg. Aen. 2, 452. Cic. Att. 9, 6 Longior vero epistola non me solum, sed meos omnes aegritudine leuauit. Add. Id. Fam. 5, 13. extr. Sic Leuare cruciatu Idem de Fin. 4. Cic. de Amicit. 76 c. 21 Tales igitur amicitiae sunt remissione vsus leuandae: et (vt Catonem dicere audiui) dissuendae magis quam discindendae. *i. Sensim leuius colendae, inquit Budaeus.* Sed al. eluendae it. eluandae. Cic. Att. 1, 15 Tu autem qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio leuasti tuo. Animum molestiis Cic. Fam. 4, 4. Id. de Senect. 36 Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. Add. Id. Att. 13, 13. Liu. 21, 62. Magna ex parte leuauerunt animos religione. Qui salutari leuat arte fessos corporis Artus Horat. Carm. Saecul. v. 63. Cic. pro Quint. 52 Si res ista grauissima sua sponte videretur, tamen eius atrocitas necessitudinis nomine leuaretur. *b. e. Minueretur, leuior efficeretur.* Auctoritatem suam leuare inconstantia, *i. Minuere* Cic. Acad. 4, 69. Annonam leuare, et Populum leuare, frumento suppeditato in caritate annonae: *b. e. Populo annonae penuria laboranti subuenire.* Liu. 26, . . . Cic. pro Corn. Balb. 40 c. 17 Hoc tempore ipso populum Rom. quem in caritate annonae, vt saepe ante fecerant, frumento suppeditato leuauerunt. Cic. pro Rosc. Amer. 7 Deinde a vobis Iudices, vt audaciam sceleri resistatis, innocentium calamitatem leuetis, etc. Ouid. 85

Met. 2, 281 Si placet hoc, meruique, quid o tua fulmina cessant Summe deum? liceat periturae viribus ignis. Igne perire tuo, clademque auctore leuare.

Verba sunt Terrae ad Iouem, quae optat Cladem auctore leuare. *i. hoc solamen habere interitus, quod Iouis fulmine potius quam imprudentia Phaethontis pueri percat.* Cic. Verr. 5, 117 Vt leuandi cruciatus sui gratia lictori pecunia daretur, rogabant liberi suos parentes. Cura aliquem leuare, vid. CVRA. Curas et sitim leuare vino Ouid. Met. 12, 156. Cura leuanda verbis Ouid. Fast. 5, 237. Dentes leuare penna Martial. 14, 22. *b. e. Purgare.* Dolorem leuare Scribon. 53, 55. et saepius. Cic. ad Brut. 9 pr. Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teque per literas consolarer, nisi scirem, his remediis, quibus meum dolorem tum leuasses, te in tuo non egere. Conf. Id. Fam. 6, 6. Facinus leuare alicuius Liu. 4, 17. pr. *b. e. Excusare, et minus graue facere.* Famem leuare fronde et caespitibus Ouid. Epist. 14, 96. Fenus leuare, Fenore leuari Liu. 6, 27. et 32. et 39. Multa Fidem promissa leuant Hor. Epist. 2, 2, 10. Ictum serpentis leuare, *i. curare* Plin. 7, 2. Iniuriam leuare Caes. Bell. Civil. 1, 9. Inopiam leuare Id. Ibid. 3, 48. Inopiam pu-

105

blicam suis opibus Nep. 25, 2, 4. Cic. Att. 15, 2 Balbum leuari invidia per nos velim. Vellei. 2, 51, 4 Sed interdum persona, vt exemplo nocet, ita inuidiam auget aut leuat. Virg. Aen. 1, 330 — nostrumque leues quaecunque laborem. Vbi Seruius: Leues, Leuem facias. Plaut. Rud. 1, 4, 27 Vt me omnium iam laborum leuas. Cic. de Orat. 2, 23 Adiungam etiam de memoria, vt labore Crassum leuem. Membra leuare quiete, Rescivere Ouid. de Rem. Amor. 206. Cic. Tusc. 2, 59 His leuabat omnem vulnerum metuum nobilitas mortis et gloria. Liu. 2, 22 Volscis leuatis metu, etc. Plaut. Milit. 4, 6, 57 Leuandum Morbum mulieri video. M. viden' vt tremit, atque extimuit postquam te aspexit? i. aufendum. Nemus leuandum fronde Virg. Georg. 2, 400. Obsidione leuari Virg. Aen. 10, 25. Cic. de Amicit. 74 Qui hac opinione non modo verbis, sed etiam opere leuandi sunt. i. Liberandi ac deducendi ab ea opinione, quae eis grauis est. Budaeus. Ora arida leuare aqua Ouid. de Rem. Amor. 250. Partu leuare aliquam dicitur Lucina Ouid. Met. 9, 697. Paupertatem alicui leuare, pro Subuenire Plaut. Epid. 4, 1, 29. Plagam leuare, vel insectas partes de arbore: b. e. Auferre tenuissimas partes, quae post incisuram remanserunt, ne insitioni noceant. Columel. 5, 11 Tum arborem fici detrunca, plagamque leua Ibid. c. 9 Sed forte in his locis legendum Leuare, vt idem sit, quod Laeuigare, hoc est plagam laeuem facere, ne quid extet, asperumue emineat. Poenamque leuauit honore Ouid. Met. 3, 338. Promissa multa fidem leuant Hor. Epist. 2, 2, 10. b. e. Imminuunt. Multa promittentibus non habetur fides. Se liberare, siue leuare aere alieno Cic. Att. 6, 2. Id. Verr. 3, 110 Potestas erat isti homini integro atque innocenti data, vt in Apronium quum animaduertisset, sese grauissima leuaret infamia. Sitim leuare de fonte Ouid. Met. 15, 322. Sinitum leuare Ter. Heaut. 4, 4, 24. Cic. de Fin. 1, 63 Omnium autem rerum natura cognita, leuamur Superstitione, liberamur mortis metu. Cic. Verr. 3, 116 Tum iste homo innocens, qui illam Suspicionem leuare, atque ab se remouere cuperet, recuperatores dicit se de cohorte sua daturum. Tributum leuare alicuius agri, Redditus illius capere Vlpian. in l. Forma. §. Si vero. D. de censibus. Viam sermone leuare Virg. Aen. 8, 309. b. e. Minus molestum, et magis incundum iter facere. Vitiumque auctore leuauit, quidam MS. pro vulgato redemit Ouid. Epist. 17, 49. Cic. de Fin. 4, 65 Qui virtuti student, leuantur vitiiis, leuantur erroribus, b. e. Liberantur.

LEVANS, antis. Hor. Epist. 2, 1, 140

Agricolae prisci, fortes, paruoque beati,  
Condita post frumenta, leuantem tempore festo  
Corpus, etc. i. saltantes.

Fomenta leuantia vulnus Idem Epod. 11, 25. Leuantes puras manus Vulg. 1 Timoth. 2, 8.

LEVATVS, a, um. Partic. [λεβάς] Liu. 21, 58 Et mox aqua leuata vento quum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum niuosa grandinis deiecit. Leuati status instaurataeque fortunae Mamertin. Paneg. Iuliani c. 7. Nebula leuata in nubes Liu. 37, 41. pr. Saxa leuata vadis Hor. Epod. 16, 26.

LEVATIO, ōnis. f. [λεψια] Onerum facere leuationes Vitruu. 10, 8. Metaphor. Cic. Att. 12, 23 Leuatio quaedam est, si minus doloris, at officii debiti. Sic, Leuatio aegritudinum Cic. Tusc. 1, 119 f. extr. Aegritudini leuationem reperire Cic. de N. D. 1 c. 4. Id. de Fin. 4, 67 Leuatio igitur vitiorum magna fit his, qui habent ad virtutem progressionis aliquantum.

LEVAMEN, inis. n. [λεψια] Quod leuat et minuit, aut tolerabilis malum aliquod facit, siue Consolatio. Cic. Att. 12, 16 Quod si esset aliquod leuamen, id esset in te vno: et cum primum ab aliquo poterit esse, a te erit. Martial. 6, 68 Hic tibi curarum socius, blandumque leuamen. Omnis curae casusque leuamen Virg. Aen. 3, 709. Mite leuamen Ouid. Epist. 3, 62.

LEVAMENTVM, i. n. [λεψια] Idem. Cic. de Fin. 5, 53 c. 19 Nos autem non solum beatae vitae istam oblectationem videmus, sed etiam leuamentum miseriarum. Plin. Epist. 8, 19 Studia, vnicum doloris leuamentum. Malorum leuamenta Tacit. Ann. 4, 8. Modicum in praesens leuamentum fuere Tacit. Ann. 3, 28. Vxorium leuamentum Tacit. Ann. 3, 34. Praestare leuamentum Plin. 30, 3. Cic. Att. 12, 43. pr. Quod files recte mi illam rem fore leuamento, bene facis; quum id esset (mihi crede) perinde vt existimare tu non potes.

LEVATOR, ōris. m. Qui rem aliquam leuat, quam non debet. Petron. c. 140 Vnde plani, vnde leuatores viuerent, nisi aut locellos, aut sonantes aere sacellos pro hamis in turbam mitterent. Sed fluctuat lectio. Al. leccatores, lenatores, lauatores.

LEVABILIS, e. Cacl. Aurel. Acut. 3, 7 Leuabilis et possibilibis motus.

LEVAMENTARIVS, i. m. Qui leuat nauis. Theod. Cod. 13, 4 Si nauicularius originalis leuamentarius fuerit.

LEVANA, ae. f. Dea, quae pueris de terra leuandis praest, vid. Augustin. de Ciu. Dei 4, 11. Turneb. Aduers. 4, 15. Rosini Antiquitat. Rom. 2, 19.

LEVOR, LEVVS, vid. LAEVOR, LAEVVS.

LEVSON, i. n. Medulla in abiete. Plin. 16, 39.

## L E X

LEX, legis. f. [νόμος, θεσμός] Est formula, ad quam agendum aliquid vel efficiendum est, ac primum quidem verbis concepta, vnde etiam, nempe a Graeco λέγω, dicta videtur: deinde vero latius etiam patet, et denotat, quidquid id est, ad quod agitur aliquid perficiturue, in quantum illud formulae, praescriptivae rationem habet, licet verbis enunciatum non cogitemus. Famosa et eminens est illa significatio, quum regulam actionum humanarum notat, a qua vel bonae sunt, si conveniant, vel, si ab ea discrepent, malae. De hac lege generatim Cic. Phil. 2 c. 12 Est lex nihil aliud, nisi recta et a numine deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria. Id. de Legib. 1, 18 c. 6 Lex est ratio summa insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria. Eadem ratio quum est in hominis mente confirmata et confecta, lex est. Itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea vis sit, vt recte facere iubeat, vetet delinquere: eamque rem illi Graeco putant nomine suum cuique tribuendo appellatam, ego nostro a legendo. Nam vt illi aequitatis, sic nos delectus vim in lege ponimus, et proprium tamen vtrumque legis est. Quod si ita recte dicitur (vt mihi plerumque videri solet) a lege ducendum est iuris exordium. Ea est enim naturae vis, ea mens ratioque prudentis, ea iuris atque iniuriae regula. Sed quoniam in populari ratione omnis nostra versatur

tur oratio, populariter interdum loqui necesse erit: et eam legem, quae scripto sancit quod vult, aut iubendo, aut vetando, ut vulgus, appellare. Sic de Legg. 2, 8 c. 4 Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatum, nec scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quiddam, quod uniuersum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. Ita principem legem illam et ultimam, mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogentis, aut vetantis dei: ex qua illa lex, quam dii humano generi dederunt, recte est laudata. Est enim ratio mensque sapientis ad iubendum et ad deterrendum idonea. Haec et plura eo in loco eo pertinent, ut maiestas quaedam et auctoritas concilietur Legi etiam humanae, cuius ita origo ab ipsa dei aeterna mente deducatur. Verum Cic. de Nat. Deor. 1, 36 c. 14 Zeno naturalem legem diuinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. Quam legem quomodo efficiat animantem, intelligere non possumus: Deum autem animantem certe volumus esse. Zeno igitur, secundum haec, legem naturae deum esse dixit, i. formulam, ordinem, harmoniam, rerum omnium. Sic hodie Leges naturae, leges motus in ore philosophorum sunt. Ad famosam illam quam diximus, Legis significationem pertinet Cic. pro Milon. 10 c. 4 Est haec non scripta sed nata Lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti sed facti, non instituti, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta esset ratio expediendae salutis. Sed statim pro formula ciuibus praescripta ponit: Silent enim Leges (int. ciuiles) inter arina, nec se expectari iubent, cum ei, qui expectare velit, ante iniusta poena luenda sit, quam iusta repetenda. Et si persapienter et quodammodo tacite dat ipsa Lex potestatem defendendi, etc. De his legibus ciuilibus Cic. pro Cluent. 146 c. 53 Tu mihi concedas necesse est, multo esse indignius, in ea ciuitate, quae legibus contineatur, discedi a legibus. Hoc enim vinculum est eius dignitatis, qua fruimur in rep. hoc fundamentum libertatis, hic fons aequitatis. Mens et animus, et consilium, et sententia ciuitatis, posita est in legibus. Ut corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus, ut neruis, ac sanguine, et membris, uti non potest. Legum ministri magistratus, legum interpretes iudices, legum denique ideo omnes serui sumus, ut liberi esse possimus, etc. Sunt enim ibi pluscula. ¶ 2 Iam de Romanis legibus, tum quo modo illae ferrentur, tum quae illae essent, totis libris actum a Paulo Manutio, ab Anton. Augustino aliisque, nec praetermisere, qui de antiquitatibus vel generatim omnibus, vel iuris quocumque modo scripserunt. Praeclarus etiam est Index Legum, quarum apud Ciceronem mentio fit in Ernesti Clau Ciceroniana. Nos hoc agamus, ut quid unoquoque loco significet nomen Legis, quid formulae, in quibus ponitur, sibi velint, intelligi possit: hystoriam et antiquitatis cognitionem totam hic non tractamus. Breuiter modo illud inuiscandum est, Legem i. formulam et verba cui alligari populum aliquis vellet, primo a Latore eius, magistratu, vel tribuno excogitatum et scriptum, tum promulgatum tribus deinceps mundinis, i. publice propositam, ut legere et considerare possent homines. Tum vel Lator vel amici eius suadebant legem, alii dissuadebant. Deinde itum in suffragia eo modo, qui voce COMITIA describitur, rogante Latore, et ciuibus vel iubentibus eam formula Vti rogas, vel antiquantibus ipso verbo Antiquo. Sic lata lex nomen accipit vel a latore, ut Iulia, Cornelia, vel a materia, ut Agraria, Frumentaria, vel ab utroque, ut Cornelia maiestatis, etc. Agit lex interdum de una actione. v.g. Lex Manilia de imperatore constituendo Pompeio aduersus Mithridatem; interdum de specie, ut agrariae, quibus hic vel ille ager, per hos homines, huic generi hominum, assignatur; interdum ad totum genus pertinet, ut de ambitu, de Dolo malo, etc. A genere Comitiorum sunt leges Centuriatae, Curiatae, Tributae. Nunc ¶ 3 Substantiua videamus, quae legi adduntur: Auctor legis atque adiutor Cic. de Lege Agr. 2, 14 c. 6. Auxilium legum Tacit. Ann. 1, 2. Constitutor legis Quinctil. 3, 6. Latores legum Idem 3, 2. Necessitudo legis Tacit. Ann. 4, 20. Nexus legis Idem ibid. 3, 28. Peritus iuris, legumque Hor. Serm. 1, 1, 9. Sanctior legum Tacit. Ann. 3, 26. Tutela legum Quid. Trist. 2, 233. Vipsian. in l. 1 D. de constitutionibus principum. Quod principi placuit, legis habet vigorem. Lex ambitus Plin. Epist. 6, 5, 2. Lex horrendi carminis Lin. 1, 26. i. cuius ipse verba iam horrendum aliquid prae se ferunt. Lege populi aliquid posse Plaut. Trin. 5, 2, 22. Lex iudiciorum Cic. de Fin. 4 c. 1. Lex maiestatis Id. in Pison. c. 21. Tacit. Ann. 2, 50. i. de crimine laesae maiestatis. Naturae Cic. Phil. 11, 28 c. 12. Locum damus n. 4 in Scriptae leges. Repetundarum Plin. Epist. 4, 9, 6. Tabularum XII quarum historia Liu. 3, 31 sq. elogiam Cic. de Orat. 1 c. 43. ¶ 4 Epitheta ab auctoribus frequentissima, quarum exstant, ut indicauimus, Catalogi iustis libris comprehens. v. g. Hieronica, quam Siculis dederat Hiero rex suus Cic. Verr. 3, 15 c. 6. Iulia lex iubet persequi ab iis qui, etc. Cic. pro Rabir. Posth. 8. Iulia lex, qua ciuitas est sociis et Latinis data Id. pro Corn. Balb. 21. Licinia lex, ne quis ipse sibi curationem ferret Idem pro Domo 51. Licinia lex, quae est de sodalitiis Idem pro Plauc. 36. Maria lex pontes fecit angustos Idem de Legib. 3, 18. Papiria lex vetat aedes iniussu plebis consecrari Idem pro Domo 130. Pompeia lege cautum est Plin. Epist. 10, 83. hic intelligitur, non Romae lata eo modo, quo diximus; sed quam Pompeius Magnus prouinciae a se deuictae dedit. Alia Epitheta nominum appellatiuorum. Cic. pro Muraen. 11 c. 5 Ut eos magis lex quaedam Accusatoria, quam vera maledicendi facultas de vita L. Muraenae dicere aliquid coegerit, i. consuetudo accusatorum, de qua rhetores praecipunt. Acerbissima Cic. pro Corn. Balbo c. 24. Agraria Cic. de L. Agr. 2 c. 5. Alimentaria Caelius sub Cic. Fam. 8, 6. Amissae percunt leges Lucan. 3, 120. Annalis, quae finit annos candidatorum Cic. de Legg. 3 c. 3. Conf. Phil. 5 c. 17. Arctae leges additae, vid. sub ARCEO. Aspera lex Quinctil. 4, 3. Barbarica lex, vid. sub BARBARVS. Centuriata Cic. Agr. 2 c. 11. i. Comitiiis centuriatis lata. Colonicae leges, vid. sub COLONVS. Consulares leges Cic. contra Rull. Curiata Id. Agr. 2 c. 10. vid. sub CVRIA. Decemvires virales leges, vid. DECEMVIR. Derogatiua lex, vid. DEROGO, et ABROGO. Prop. 4, 11, 47 Mi natura dedit leges a sanguine ductas: Nec possum melior iudicis esse metu. Natura et educatione se bonam indicat. Durissimae leges Quinctil. 1, 10. Exitiabiles leges Patercul. 2, 18 extr. Frumentariae leges Cic. pro Sext. c. 48. item 10 Bruto c. 62. Flor. 9, 13, 1. Iudiciaria lex Cic. in Pison. c. 39. Fam. 2, 17 etc. Malignae leges Quid. Met. 10, 329. Mollior lex Cic. Verr. 3, 26. vid. MOLLIS. Mortales leges, vid. MORIOR. Perniciosae leges Paterc. 2, 18 extr. Cic. Philipp. 2. Praediatrica lex, Quae praediati bona, si non solueret, vendi iubet. Sueton. Tiber. c. 9

In vacuum lege praedictoria venalis pependerit sub edicto praefectorum. Publica lex hominum *Peaf. Sat. 5, 98. Iuuen. Sat. 14, 193* — causas age, perlege rubras *Maiorum leges, i. Miniatas. Nam capita legum notari solent minio. Vnde et Rubricae dictae. Sacratae leges,*  
 5 *vid. S A C E R.* Sanctae leges *Hor. Serm. 2, 1, 81. Cic. Phil. 11, 28 c. 12* Cassius est in Syriam profectus, alienam prouinciam, si homines legibus Scriptis vterentur: his vero oppressis, suam, lege naturae. Secundissimae plebi aduersae nobilitati leges *Liu. 8, 12 extr.* Seuera lex *Ouid. ex Pont. 3, 3, 57.* Socia lex, *Quae omnes ex aequo alligat.*  
 10 *Id. Epist. 4, 62* In socias leges vltima gentis eo. *al. in solitas.* Socialis *Cic. Diu. in Caec. c. 5.* Suuuararia lex, *Quae impensas praescribit, et mensurarum sumtus comprimit.* *Suet. Caes. c. 43* Legem praecipue suuuarariam exercuit. *De hac Cic. Fam. 7, 26. et Att. 13, 7.* Ollis (*magistratibus*) salus populi *Suprema lex esto Cic. de Legg. 3 c. 3.* Tabellaria *Cic. Brut. c. 25. pro Sext. c. 48. in primis de Legg. 3 c. 15.* Testamentaria *Idem Verr. 1 c. 42.* Theatralis lex *Quinctil. 3, 6.* Tribunitiae leges *Cic. contra Rull. 2, 21. et Lii. 6, 35.* Vanas leges sine moribus *Hor. Carm. 3, 24, 35.* Vetus lex *Quinct. 1, 5.* Viaria, non dissimilis agrariae *Rulli Caes. ad Cic. 8, 6.* Vetus lex *Quinct. 1, 5.* Viduatae indice leges *Claud. Conf. Mal. Theod. 117.* Liber a legibus, *vid.*  
 20 *L I B E R.* *Quinctil. 5, 10* Quod accusatores eorum, qui erant et ipsi ambitus damnati, e lege sint post hanc victoriam restituti. Legibus et praemia proposita sunt virtutibus, et supplicia vitiis, *b. e. per leges Cic. de Orat. 1, 247.* ¶ 5-*Formulae verborum:* Lex aut  
 25 rogatur, id est prior fertur: aut abrogatur, id est tollitur: aut derogatur, id est pars primae tollitur: aut subrogatur, id est adicitur aliquid primae: aut obrogatur, id est mutatur aliquid ex prima lege *Vlpian. Instit. Tit. 1 §. 2.* Abdicare legem, Abrogare lege, legi, et legem, Abuti legibus ad quaestum, Accipere legem, et leges,  
 30 Accipere aliquid contra leges, *vid. bb. vv.* Adaequare aliquem legibus *Tacit. Ann. 12, 60. i. auctoritatem aequam illi tribuere, ut sententiae illius sint pro legibus.* Administrare leges, *vid. A D M I N I S T R O.* Agere lege *latissimi vsus verbum, quo vtuntur quoties iuris sui consequendi causa aliquid secundum leges iudiciorum petit aut facit litigator, aut*  
 35 *facit imperio praetoris minister.* *Ther. Phorm. 5, 7, 91* Vna iniuria est tecum *D. lege agito ergo. i. in ius me voca, accusa etc. Cic. Verr. 2, 39.* Quis vnquam isto Praetore Chelidone inuita lege agere potuit? *i. iure legibus constituto experiri et certare.* *Nepos Timol. f. 20, 5* Huic quidam *Lamestius* — vadimonium cum vellet imponere, quod  
 40 cum illo se lege agere diceret — si omnibus quod quisque vellet, legibus experiri liceret. *Cic. Diu. in Caec. c. 5* Oportere eorum arbitratu lege agi, quorum causa lex sit constituta. *Idem de Orat. 1, 167 c. 36* Alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII tabulis permiserat. *Quam late pateat, in primis apparet ex Cic. pro*  
 45 *Muraen. c. 11* Possit lege agi nec ne? pauci quondam sciebant. Fastos enim vulgo non habeant: *vbi comprehendit, ut diximus, quidquid iuris sui consequendi causa apud praetorem agunt, qui illum aduocant.* *Sic Ouid. de eadem re Fast. 1, 48* Ille dies nefastus erit, per quem tria verba Praetoris, DO, DICO, ADDICO, silentur: Fastus erit, per  
 50 quem lege licebit agi. *Tacit. Ann. 12, 60* Augustus apud equestres, qui Aegypto praesiderent, lege agi, decretaque eorum proinde haberi iusserat, ac si magistratus Rom. constituisent. *Cic. pro Caec. c. 12* Vt omnes, qui in eadem causa sunt, et lege agant, et ius suum persequantur. *Idem Verr. 2, 90 c. 37* Vt ciues inter se legibus suis agerent.  
 55 *Add. Val. Max. 7, 7, 5.* *De lixtore sententiam Magistratus exsequente* *Liu. 26, 15* Fuluius acceptas literas, neque resolutas, quum in gremio reposuisset, praetoni imperauit, vt lixtorem lege agere iuberet. *Iisdem verbis de eadem re Val. Max. 3, 8, 1. Add. Lii. 26, 16. Sen. de Ira 1, 16. et Controu. 9, 2.* Aggredi aliquem legibus *Suet. Aug. c. 9.*  
 60 Agitant magnis sub legibus aeuum *Virg. Georg. 4, 154.* Adscribere in legem, vel in legibus, *vid. A D S C R I B O.* Alligari lege *Quinct. 4, 5.* Affluere legibus, *vid. A S S V E S C O.* *Cic. Quint. Fr. 1, 1* Quoad per se negligeret eas leges, quibus esset adstrictus. Cedere legibus, Coactus legibus, Coaequare leges, Coangustare legem, Committere contra legem,  
 65 Comparant leges, *vid. bb. vv.* Componere et sancire leges *Cic. de Legib. 2, 65.* Comprobare legem, *vid. C O M P R O B O.* Deinde sanctissimas leges, Aeliam et Fufiam dico, quae in Gracchorum ferocitate, et inter arma Syllana vixerunt, solus conculcaris, etc. *Cic. in Vatin. 23.* *Id. Philipp. 2, 56* Hominem vero omnium nequissimum, qui non dubitaret et vel in foro alea ludere, lege ea, quae est de alea  
 70 condemnatum. Condere legem *Idem de Legg. 2, 11.* Confligunt leges diuersae aut similes *Quinctil. 2, 7, 4.* Conscribere legem, Conferere leges, *vid. bb. vv.* *Cic. de Lege Agr. 2, 59* In posterum vero lex haec imperatoribus vestris constituitur. *Idem . . .*  
 75 Quas leges ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo vnquam conuellere. *Virg. Aen. 1, 507* Iura dabat, legesque viris. *Dare autem leges is dicitur, qui sua potestate et auctoritate constituit et imperat, quid velit fieri, cum ferre leges sit magistratus liberum populum rogantis.* *Sic Cic. Agr. 2 c. 19* Dare leges prouinciae. *Valer. Argon. 1, 213* — legem defendere cuncti Hortantur. Delere legem  
 80 *Cic. pro Sext. 56.* Denuntiare lege *Quinctil. 5, 7.* Discedere a lege *Cic. pro Cluent. 146.* Edomuit mos et lex maculosum nefas *Hor. Carm. 4, 5, 22.* Egredi leges *Tacit. Ann. 3, 24.* Epulari intra legem, *vid. I N T R A.* Euertere et perfringere leges *Cic. in Catil. 1, 18.*  
 85 Experiri legibus *Nep. 20, 5.* *Cic. post Red. in Senat. 10* Legem Tribun. pleb. tulit, ne auspiciis obtemperaretur *Cic. Phil. 1 c. 9* Lex fertur, ne quis illa lege reus fiat. *Fert autem legem, qui scribit, promulgat, suadet, rogat ac denique perfert: quos actus interdum omnes, interdum excluso vltimo comprehendit.* *Fixit leges pretio, atque refixit*  
 90 *Virg. Aen. 6, 622.* *Alluditur ad morem leges in albo scriptas, vel in aes, marmorue incisas in publico proponendi.* *Cic. Att. 14, 12* Antonius accepta grandi pecunia fixit legem a Dictatore comitiis latam. Legibus fit iudicium de etc. *Nep. 19, 3, 4.* Florent sub Caesare leges *Ouid. Fast. 2, 141.* Fundare vrbes legibus *Quinctil. in Prooem. 1.* Illaedere legem,  
 95 *pro Dissoluere, vid. I L L A E D O.* — Imponere legem alicui *Virg. Georg. 1, 60. vid. I M P O N O.* Imponere leges populo, *vid. I M P O N O.* Imponere leges populo per vim et contra auspicia *Cic. Philipp. 6, 3.* Incidere leges, *vid. I N C I D O.* Incidere leges ligno *Hor. de Arte Poët. 399.* *Cic. Philipp. 3, 30* Falsas leges C. Caesaris nomine, et  
 100 falsas decreta in aes incidenda, et in Capitolio figenda curauerit. Indicere leges *Propert. 4, 9, 55.* Infirmare legem *Cic. in Philipp. in Senat. 10.* Interpretari legem et aequitate explicare, Inurere leges, *vid. ff. ll.* Irritam legem facere *Cic. Verr. 3, 21.* Irrogare  
 105 leges, *vid. I R R O G O.* *Cic. pro Corn. Balb. 37* Legem Populum Rom. iussisse

iussisse de ciuitate tribuenda. Iurare in leges alterius, Labefactare leges ac iura, Manet lex, *vid. hb. vv.* Mitigare leges, et Intendere, *contraria Plin. Epist. 4, 9.* Nouatam haecenus edicto diui Augusti legem Pompeiam Traian. ad Plin. 10, 84. Obseruare legem Cic. Off. 2, 40 Id. Tusc. 5, 118 c. 41 Mihi quidem in vita seruanda videtur illa lex quae in conuiuiis Graecorum Obtinetur, *Aut bibat, inquit, aut abeat.* Et recte etc. Obtrectare legi, *vid. OB T R E C T O.* Pareto legi quisque legem sanxeris Aufon. 7 Sap. in Pitt. v. 5. Peragere reum lege Val. Max. 6, 2, 4. *i. facere, cum hoc, ut difficile id fuisse et impeditum fuisse intelligamus.* Perferre legem Liu. 2, 56. 3, 9 et 11 et 34 etc. 10 *vbi superandas fuisse difficultates intelligimus.* Perfringere leges, *vid. PERFRINGO.* Permissum est lege, *vid. PERMITTO.* Perrumpere leges Cic. Off. 3, 36. Perrumpere medias milite leges Lucan. 1, 322. Ponere leges Hor. Serm. 1, 3, 105. Promulgare legem Cic. Fam. 13, 4. Liu. 3, 9. Proponitur lex in publicum Cic. de Leg. Agr. 2, 13 c. 5. 15 *i. promulgatur, cum nempe in albo scribitur et proponitur per trinum mundinum legenda, considerata, etc.* Reddere leges suas ciuitatibus Idem in Verr. . . Eius morte ad me lege Redierunt bona Ter. Andr. 4, 6, 4. Refigere leges, *vid. paullo ante, Fixit leges.* Refigere, *i. Improbare.* Repudiare legem Cic. de Amicit. 96. Rescindere validas aevi leges Lucret. 5, 59. Restituere leges, *vid. paullo post, Statuere leges.* Rogare leges Lucret. 6, 3. Ruptis legibus arma ferunt vrbes Virg. Georg. 1, 510. Cic. de Amicit. 40 Haec prima lex in amicitia sanciat, ut neque rogemus res turpes, etc. Sciscere legem est, *sententia sua probare* Idem pro Planc. 35 c. 14 Nam quod primus sciuit legem de publicanis, *i. ut ipse statim explicat, suffragium tulit.* Idem pro Domo 47 Hanc legem Clodius scripsit. Sequitur aurum lex Propert. 3, 11, 50. Seruare legem Idem Fam. 2, 17. Siluere leges bello coactae Lucan. 1, 277. Soluere legibus, *i. quod nunc Dispensare vocamus* Liu. 10, 13. Cic. Philipp. 11, 11 Ille homo summo ingenio, summa potentia, qui ex Aedilitate Consulatum petit, soluatur legibus, quanquam leges eum non tenent. *Ironia acerba. Conf. Suet. Caes. c. 18.* Solutus lege Lucret. 3, 687. Soluere aenigmata legum Iuuen. Sat. 8, 50. Cic. Philipp. 6, 3 Leges statuimus per vim et contra auspicia latas: hisque nec populum, nec plebem teneri: num eas restitui posse censetis? Spretarum legum reus agitur Ouid. Met. 13, 36. Subrogatur lex, *vid. S V B R O G O.* Teneri legibus Lucret. 2, 718. Teneri implicatum legibus, *vid. I M P L I C O.* Timendae leges in pace Lucan. 2, 251. Tolerare iniquas leges Claud. Conf. Hon. 4, 259. Tollere legem, Sustulit duas leges, etc. 40 Cic. Agr. 2, 22. Quinctil. 7, 5, 5 Lex omnis aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. Lege vendere, *ut Lege agere: i. Legitime.* Plaut. Merc. 2, 3, 113 Non potes tu lege vendere, *i. Quia mancipio non accepta est, ideo lege vendi non potest.* Vetita legibus alea Hor. Carm. 24, 58. Vti legibus Lucret. 5, 957. 45 ¶ 6 *Iam denique illud ostendamus, quod de latissimo usu huius nominis diximus, quo formulam quamuis notat, ad quam fieri aliquid, aut fieri debere, intelligitur.* Sic Cic. Verr. 1 c. 51, 55. *it. de Prouinc. Consul. c. 5 Lex censoria est formula contractus, qua vectigal locatum est publicanis. Talis etiam lex Verris Verr. 1 c. 55. Tamen Varr. R. R. 2, 1, 16* 50 Ne si inscriptum pecus pauerint, lege censoria committant: *ex parte certe vim legis proprie et sollempniter dictae habet.* Lex mancipii de Orat. 1 c. 39 est formula venditionis. Ita Cato 14, 5 cum dixisset, villam aedificandam si locabis — Caetera lex, vti villa ex calce, cementis etc. Idem 145, 1 Oleam faciendam hac lege oportet locare, *deinde ponit formulam.* Et 146, 1 Oleam pendentem hac lege venire oportet. *Add.* 147. 149. 150. Varro R. R. 2, 2, 5 In emtionibus iure utimur, eo quod lex praescripsit. In ea enim alii plura alii pauciora excipiunt. Sic Cic. Verr. 3, 83 c. 36 Lex decumis vendendis C. Verre Praetore recitari iubetur. Tales sunt Cic. de Orat. 1 c. 58 Manilianae: (an Manilianae? *fluctuat enim lectio:*) venalium vendendorum leges, quas actiones vocat Varro R. R. 2, 5, 11. et 2, 7, 6: *nihil aliud quam formulas esse, satis ostendit* Idem 2, 3, 5 Itaque stipulantur paucis exceptis verbis: ac Mamilius scriptum reliquit sic, Illas capras hodie recte esse et bibere posse, habereque recte licere, haec spondesne? Vitruu. 1, 1 *ab architecto postulat, ut legibus scribendis prudentia cauere possit et locatori et conductori.* Nam si lex perite fuerit scripta, erit ut sine captione vterque ab vtroque liberetur. Idem 7, 5 *extr.* Chrysocolla — legibus excipiuntur, ut a domino repraesententur. *Sed ad multa alia transfertur, ut ad ordinem et quasi formulam naturae, ut Colum. 3,* 70 8, 1 Rerum naturam — reperiemus dixisse parem legem, foecunditatis virentibus, atque hominibus caeterisque animalibus. Id. 4, 10, 3 Maxime naturalis est autumnalis *putatio*, quo tempore diuina quadam lege et aeterna fructum cum fronde stipites deponunt. Sen. Phoeniss. 84 Ipsa se in nouas leges natura vertet. Id. Agam. 814 *de Herculis generatione, Cui lege mundi Iupiter rupta Roscidae noctis geminauit horas.* Colum. 10, 360 Femina, quae iustus tum demum operata iuuentae Legibus, obsceno manat pudibunda cruore, *verbo, menstruada.* Lex nascendi Quinctil. 10, 3, 4. *Item ad artes, v. g. Idem 4, 2, 84 Lex defensionis.* Id. 5, 13 60 Lex dicendi. Et 12, 11, 15 Leges dicendi. *De Praeceptis nimis dicendi* Quinctil. 5, 10, 101 Vnde plurimi cum in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnem etiam quem ex ingenio suo poterant habere conatum, velut adstricti certis legum vinculis, perdiderunt. *Vid. Metricae leges in METRUM.* Id. Quinct. 4, 5, 3 Hoc tamen numero velut lege non est alliganda partitio. Et 1, 11, 17 Lex gestus, *ξεργουλα.* Et 1, 12, 3 *de Citharoedo, Ne pes quidem otiosus certam legem temporum seruat.* *Quin ab eodem* 10, 1, 76 Demosthenes lex orandi vocatur. *vid. CANON.* Cic. de Orat. 3, 88 c. 49 Hanc ad legem tum exercitatione tum stilo formanda vobis oratio est. Id. Orat. 198 c. 58 Quo etiam difficilius est oratione vti quam versibus, quod in illis certa quaedam et definita lex est, quam sequi oportet. Tandem Lex vocatur exemplum, *quod nempe ipsum quoque est formula.* Ouid. Her. 5, 134 Et poteris falli legibus ipse tuis. Et ibid. 6, 154 Leges sanciat ipse suas. ¶ 7 Lex est etiam *Conditio, pars formulae, ex qua aliquid fieri debet.* v. g. Pax data Philippo in has leges est Liu. 33, 16. Tam facillime patris pacem in leges conficiet suas Ter. Heaut. 5, 2, 45. Cic. pro Muraen. 60 Iniquam legem Iudices, et miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit, etc. Plaut. Afin. 4, 1, 1 Agedum, istum ostende, quem conscripsisti, syngraphum inter me et amicam, et laenam, leges pellege. *Conf. Pro-* 100 pert. 4, 9, 55 Inter dicta viris metuenda lege piatur ara. Virg. Aen. 12, 315 Ictum iam foedus, et omnes Compositae leges. Conscribere leges Quinctil. 2, 5. Dicere legem sibi ipsi Ouid. Met. 13, 72. Dissoluere firmatas pacis leges Claud. de Rapt. Proserp. 1, 63. Facere legem Quinctil. 2, 5. Proponere legem Phaedr. 3, 13, 5. Ten-

dere ultra legem opus Hor. Serm. 2, 1, 2. Tenemur fatali lege Ouid. Met. 10, 203. Tradere se sub leges pacis Virg. Aen. 4, 618. Lege hac, hac condicione: Ter. Andr. 1, 2, 29 Verberibus caesum te in pistrinum Daue dedam, vsque ad necem, ea lege atque omine, vt si te inde exemerim, ego pro te molam. Idem Eun. 1, 2, 22 Verum heus tu, lege hac tibi meam adstringo fidem.

LEGISDOCTOR, ōris. m. Vulgat. Act. 5, 34. Sed rectius in duas voces diuiditur.

LEGISLATOR, ōris. m. [νομοθέτης, νομοποιός] Qui etiam Legumlator dicitur, et melius separatim Lator legum vel legis. Qui legem fert. Liu. 34, 31 extr. Noster legumlator non in paucorum manu Rempub. esse voluit. Cic. in Catil. 4, 10 c. 5 Latorem legis Semproniae, iussu populi poenas Reip. dependisse.

LEGISLATIO, vid. Latio in FERRO.

LEGISPERITVS, i. m. Vulg. Interp. Luc. 7, 30.

LEGICRĒPA, ac. m. [νομοδράς Gloss. Lat. Gr.] Qui leges crepat. Laudatur Varro Atacinus apud Fulgent. Legicrepaē tundunt, latrant fora, elastica turbant.

LEGIFER, ěra, ěrum. Adi. [νομοφῆρος] Idem. Virg. Aen. 4, 58 Legiferae Cereri. Ouid. Amor. 3, 10, 41 Optauit Minos similes sibi legifer annos. Moses Paullin. Nolan. Carm. 19 ad Iouium v. 39. Vates Alcim. Auit. 2, 295. i. Moses. Legifer substant. Prudent. Perist. 2, 363. i. Moses.

LEGIRŪPA, ac. m. [παράνομος] Qui legem rumpit et violat. Plaut. Pseud. 1, 3, 19. et Pers. 1, 2, 16.

LEGIRŪPIO, ōnis. m. [νομοκλάτης] Idem. Plaut. Rud. 3, 4, 4.

LEGIRŪPVS, a, um. Adi. Prudent. Harmatig. v. 238 Omnia legirupis quassantia viribus orbem.

LEGVLEIVS, siue LEGVLEVS, i. m. [νομολῆτος] Qui legum studia sectatur. Cic. de Orat. 1, 236 c. 55 Ita et tibi Iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus et acutus praeco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Laudat b. l. Quinctil. 12, 3, 11 p. 1067.

LEGITĪMVVS, a, ūm. Adi. [νόμιμος, ἔνομος, γνήσιος] Aequum, iustum, conueniens legibus, vel definitum lege. Aetas legitima ad petendum aedilitatem Liu. 25, 2. Anax legitimus, Coniugalis Ouid. Epist. 13, 30. Carmen: vid. Scalig. ad Fest. in AXAMENTA. Barth. Advers. 60, 3 p. 2851 extr. Coniux legitima Ouid. Met. 10, 437. Dies legitimus comitiis habendis Cic. Verr. 2, 129. Diem legitimum,

Supremum vocat Zeno Veronens. Serm. de Resurrect. quo iudicaturus orbem sedebit Deus. Faces legitimae Lucan. 2, 356 in nuptiis accendi solitae. Finis legitimus Ouid. de Arte Am. 1, 282. Foedere legitimo iunctus amor Id. Trist. 2, 536. Honores Suet. Claud. c. 5. i. veri. Horas legitimas accipit Cicero pro Diebus legis, vid. HORA. Impedimentum legitimum Id. pro Lege Agr. 2, 24. Et Off. 1, 64 Ex quo fit, vt neque disceptatione vinci se, nec villo publico ac legitimo iure patiantur. Munus iustum atque legitimum exhibere Sueton. Claud. c. 21. Nuptiae legitimae Cic. de Iuent. 1, . . . Iam faxo nuptias, non impares, sed legitimas et iure ciuili congruas Apul. Met. 6 p. 724. Oratio dominica vocatur legitima Tertull. de fuga in perfec. c. 3. Poēma legitimum, Iuxta carminis leges factum Hor. Epist. 2, 2, 109. Cic. Tusc. 1, 74 Nec tamen illa vincula carceris ruperit, leges enim vetant, sed tanquam a magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic a deo euocatus atque emissus exierit. Potestas iusta et legitima

Idem de Natur. Deor. 3, 88. Quaestiones legitimae Quinctil. 3, 8. Scientia legitima, i. Legum scientia. Iustin. Imp. Prooemio Institut. Verba legitima, i. Verba legis. Senec. Controuers. 4 p. 174. Viri legitimi, i. Coniuges, non adulteri. Ouid. Epist. 5, 78. Id. de Arte Am. 3, 293 Quid quum legitima fraudatur littera voce? Blaesaque fit

iusso lingua coacta sono? Vxor legitima Martial. 5, 76.

LEGITĪMA, ōrum. n. Pl. Ceremoniae, quae in publicis iudiciis obseruantur. Nepos 19, 4, 2 Inde iudicio, legitimis quibusdam confectis, damnatus, etc. vid. Cic. Philipp. 1, 26 c. 10. Legitima etiam sunt Praecepta. Vulg. Interp. Leuit. 18, 26 Custodite legitima mea.

Add. ib. v. 3.

LEGITĪME, Adu. Cic. Off. 1, 13 c. 4 Iuste et legitime imperranti. Nubere legitime Iuuen. 10, 338.

LEGITĪMATIO, ōnis. f. Actio, qua liberi naturales sunt legitimi. Nouell. Collat. 7.

LEGĀLIS, e. [νομικός] Quod ad legem pertinet. Quinctil. 3, 10. Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in priuata maxime consilia. Papinianus doctrinae legalis thesaurus Spartian. Seuero c. 21. Genus legale quaestionum Quinctil. 3, 5. Firmic. 5, 7 Docti, sapientes, legales, et qui optimo legum ac iudiciorum discursu omnia

pertractent. Quaestiones legales Quinct. 3, 8.

LEGALĪTER, Adu. Legaliter prouocare Cassiodor. Epist. 4, 37.

LEXIPYRETVS, e. [ὁ καὶ ἡ ληξιπύρετος] Medicamentum, quod febrem cessare facit, vel ardorem adeo atque inflammationem. Laudantur Plin. 20, 18 f. 76 de papaueris semine. Ego tamen damnauerim

collyriis addi: multoque magis quas vocant Lexipyretos, quasque pepticas, et caeliacas. Lexipyretos inquam, secunda declinatione, vt

Antidotos, etc. Sic et Harduin. Marcello Empir. 16 Prodest et his, qui sine horrore circuitu febrium vexantur, quamobrem Lexipyretos haec compositio dicitur. Laudatur ab Harduino ad Plin. l. c. etiam

Alexander Iatros 3, 66 Lyxoperita epithimata febrientibus et emendat, Lexipyreta epithemata, quae eadem sunt Lexipyreta cataplasmata e Theodoro Prisciano iam commemorata in Lexicis.

LEXIPYREXIA, ac. f. [ληξιπυρεξία] Marcell. Emp. c. 20 Sanare lexipyrexias.

LEXIS, eos. f. [λέξις] Dicitio. Cic. de Orat. 3, 169 c. 43 ex Lucillio, Quam lepide lexis compositae vt tesserulae omnes Arte pavimento atque emblemate vermiculato. Idem in Orat. 149 c. 44 ubi ait, cum infinitum tum puerilem laborem in collocandis verbis ita in

Albucio exagitari apud Lucillum a Scaeuola.

LEXICON, i. n. [λεξικόν] Vocabularium, Dictionarium.

LEXIDION, i. n. Gell. 18, 7 Glossaria namque colligitis, et lexicidia, i. vocolas variores, obsoletas, quae grammaticum desiderant.

## L I B

LIBA, ac. f. Quarta pars bin. Vulg. Interp. Leuit. 23, 13 Liba vini.

LIBADIVM, i. n. Herbae genus, quae nostris vulgo Centaurion minus appellatur. Plin. 25, 6.

LIBAMEN, LIBAMENTVM, LIBARIVS, LIBATIO, vid. LIBO, āre.



- LIBANIOS.** Adi. *De odore uuae vel turis: vid. Plin. 14, 18.*
- LIBANITIS,** idis. f. *Polium vocatur apud Apul. de Herb. c. 57.*
- LIBANOCHNES,** is. f. *Gemma, quae turis similitudinem ostendit, sed succum mellis. Plin. 37, 10. Quo loco legitur a quibusdam Libanochros: et ita legitur in Edit. Harduin.*
- LIBANŌTIS,** idis. f. [*Λιβανωτίς*] *Herba odorem turis reddens, quae putatur a nostris, rosmarinus dicitur. Plin. 19, 12. 20, 16. 21, 10, 26, 8. Apul. de Herb. c. 79 et 106.*
- LIBANŌTVS,** i. m. *Ventus flans inter Liba, id est Africum et Notum. Plin. 2, 47.*
- LIBANVS,** i. m. [*Λιβανός*] *Mons inter Arabes et Phoenices, excelsas arbores habens. Libanus etiam Arbor est, quae tus producit, tam masculini quam femin. generis. Vnde pro ture accipitur, quod et Libanum dicitur.*
- LIBANVS,** a, um. Adi. *Libana cedrus Sedul. 4, 55.*
- LIBELLA,** vid. **LIBRA.**
- LIBELLVS,** vid. **LIBER,** libri.
- LIBENS, LIBENTER, LIBENTIA,** vid. **LIBET.**
- LIBENTĪNA,** ae. f. *Dea Venus, seu Proserpina. Vid. Cic. de Nat. Deor. 2, 61. Varr. de L. L. 5, 6. Augustin. de C. D. 4, 8.*
- LĪBER,** ĕri. m. [*Βάκχος, Δίβνσος*] *Dicitur Bacchus, multos autem fuisse Liberos, sive Bacchos, Diodorus scribit. Celebrator vero qui ex Semele et Ioue genitus fertur, quem tertium fuisse autumam, et Thebis Boeotiae natum: qui Liber appellatus est a Liberando. nam libertatis deus est, sive quod Boeotiae vrbes liberas fecerit: ipse enim pro Boeotiae libertate pugnavit, vel quia vinum curas soluat, et mentem ab illis liberet, et audaciorem in omnes conatus faciat. Senec. de Tranquill. vitae c. 15. Varr. a Labendo deducit, Quod lubrica mens quo lubet prolabitur. Augustinus de C. D. 6, 9. docet Liberum vocari, quod mares in coeundo, per eius beneficium, emissis feminibus, liberentur. Hoc idem dicunt in feminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. Sanius aliquanto Cic. de Nat. Deor. 62 c. 23. Hinc Liber etiam (i. e. numero excellentium beneficiis virorum) hunc dico Liberum Semele natum, non eum, quem nostri maiores auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecrauerunt, quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest. Sed quod ex nobis natos liberos appellamus, idcirco Cerere nati nominati sunt Liber et Libera: quod in Libera seruant (quam nempe omnes Cereris filiam colunt) in Libero non item. Liber pater Hor. Epist. 2, 1, 5. Iocosi munera Liberi Hor. Carin. 4, 15, 26. Medici transilire munera Liberi Idem ibidem 1, 18, 7. Ornatus viridi tempora pampino Liber Idem ibidem 4, 8, 33. Interdum Liber ponitur pro ipso Vino: sed tantum apud Poetas, teste Quintil. 8, 6. Ter. Eun. 4, 5, 6. Sine Cerere et Libero friget Venus. Liber dicitur Sol, Virg. Georg. 1, 7. Vos o clarissima mundi Lymina, labentem caelo quae ducitis annum, Liber et alma Ceres. Vid. Macrobi. Sat. 1, 18. quo toto ostendit, hoc etiam loco in partes vocato et Graecis pluribus Liberum patrem solem esse. Add. Seru. ad Aen. 6, 78 et al.*
- LIBERALIA;** ōrum. n. [*Διογούσια*] *Dies Libero sacer, quo togae pueris dabantur XVI Kalend. April. Ouid. Fast. 3, 713. Cic. Fam. 12, 25. Liberalibus literas accepi tuas.*
- LĪBER,** ĕra, ĕrum. [*ἐλεύθερος*] *non modo seruo opponitur, sed unicuique, qui non potest, vel quacunque de causa non audeat, quod vult dicere aut facere: itemque passivè liberum est, in quo aliquis non impeditur, qui nullius habito respectu, quod sentit, dicit et facit. Sic Libera vti lingua Plaut. Cist. 1, 2, 9. Libero corde fabulari Idem Epid. 1, 2, 4. Homo liber Quintil. 6, 3. An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam cui licet ut voluit Perf. 5, 83. Plaut. Men. 5, 7, 40. Mea quidem hercle causa liber esto, atque abito quo voles. Omnes profecto liberi libentius sumus quam seruemus Plaut. Capt. 1, 2, 10. Statu liber, vid. Status, in STO. Ambigue Martial. 1, 68. Liber homo es nimium, dicis mihi Choerile, semper. b. e. Nimium libere loqueris ac scribis de aliis: In te qui dicit, Choerile, liber homo est. b. e. Vacuus negotiis, et quid agat non habens. Conf. 5, 62. et 12, 62. ubi indignos suis versiculis quosdam pronunciat. Dolet imprudenti Adolescenti et libero Ter. Eun. 3, 1, 40. Truculentior, atque plus aequo liber Hor. Serm. 1, 3, 52. Adolescentia liberior Cic. pro Cael. c. 18 pr. Aedes liberae: Quibus quis vti potest tanquam suis, Plaut. Milit. 3, 1, 84. Animus Liu. 36, 5. Aqua liberior Ouid. Met. 1, 42. non dicitur, nisi angustis. Arbitrium liberum, Animi voluntas ac sententia libera Liu. 37, 1. Idem 44, 43. Bilis libera indicat praecordium Hor. Epod. in 23. Cic. Tusc. 1, 58. Multo difficilior occurrit cogitatio, multoque obscurior, qualis animus in corpore sit, tanquam alienae domi, quam qualis quum exierit, et in liberum caelum quasi in domum suam venerit: Caelum liberum, in quo nihil eum coarctat. Caelo liberiore frui Ouid. Met. 15, 301. Campus liber Liu. 31, 39. Ouid. Fast. 4, 292. Suet. Tiber. 28. In ciuitate libera linguas mentesque liberas esse debere. De liberis ciuitatibus stilo Romano. Vid. Spanh. de Vsu et Praest. Num. diff. 9 p. 674. Cic. Verr. 3, 177. Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi libera, finem ut audaciae statuere ipse sibi non possit. Libera i. non impedita, restricta etc. Cursu libero ferunt equitem in hostem equi concitati Liu. 34. Dies liber Senec. Thyest. 1. Egressus liber Tacit. Ann. 4, 32. Equus liber habenis Virg. Georg. 3, 194. Exitus patet liber Lucret. 4, 399. Fama libera Propert. 4, 12, 72. Fides nulla parte libera Ouid. Epist. 20, 40. Liberiore Indignatione profcindere Val. Max. 5, 3, 3. Indignatio liberrima Hor. Epod. 4, 10. Iocus liberior Ouid. Fast. 4, 946. Iter liberum Hor. in Carm. Saecul. 43. Iurisdictio libera Tranquil. 4, 16. Lectulus liber Cic. Att. 14, 13. Legatio libera, vid. LEGATIO sub LEGO, legas. Lingua libera Ouid. ex Pont. 3, 2, 22. Cic. Att. 1, 10 (19) Ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paullo liberiores literas committere audeo. Locus liber Plaut. Caf. 3, 2, 7. Conf. Id. Poen. 1, 1, 49. et 3, 2, 25. Loca ab arbitris libera, vid. Abditus, in ABDO. Malum liberius quid esset, quaesitum est Ouid. Ep. 8, 106. Perfruo infelix liberiore malo. Hoc dicit Hermione, interdum liberius sibi conqueri licere de infortunio suo, quam noctu in toro raptoris Pyrrhi. Mandata libera, Quae plenam rei constituendae potestatem habent Liu. 37, 56 pr. Bud. Otia libera Ouid. de Arte Am. 2, 729. Liberrima Hor. Epist. 1, 7, 36. Cic. de Fin. 1, 33. Nam libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil impedit, quo minus etc. Toga libera, Togam significat virilem, qua sumta adolescentibus excedebant e magisterio paedagogorum et tutoris auctoritate, et suae libertati permittebantur. Propert. 4, 1, 132. Matris et ante deos libera sumta toga est. Eam etiam vestem Liberalibus induere solebant pueri in Liberi honorem, vel liberae vitae significationem. Verba libera edere Tibul. 1, 9, 26. Via libera facta luxuriae Propert. 3, 13, 4. Vina libera Hor. de Arte Poet. 85. Vitae liberioris iter Ouid. Fast. 3, 778. Vox libera Liu. 5, 4. Agri liberi atque immunes Cic. Verr. 105*

4, 166. Libera praedia meliorem iure sunt, quam serua Cic. de Lege Agrar. 3, 19. ¶ 2 *Diuersimode construitur hoc nomen. Ac primo cum praepositione.* Cic. pro Lege Agrar. 1 extr. 27 Omnes, qui se incolumes volent, sequentur auctoritatem Consulis soluti a cupiditatibus, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Id. Acad. 4, 123. Liber a tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius, qui nihil istorum putat sciri posse. A legibus liber, *Qui non subiectus est legibus* Plaut. Trin. 4, 3, 26. A metu liber insidiarum campus Liu. 39, 30 extr. Cic. pro Lege Manil. 32 Quam prouinciam tenuistis a praedonibus liberam per hosce annos? *Aliquando subauditur praepositio:* Liber omni cura animus, *i. A cura* Cic. de Fin. 1, . . . Metu omniber Liu. 7, . . . Pauore liber Plin. 10, 33. *Alii legunt,* In pauore. Religione liber animus Liu. 2, 36 pr. Conf. Cic. de Ar. Resp. c. 6 pr. Terrore liber animus Idem de Fin. 5, 87. Ad scribendi licentiam liber, *de Epicuro* Cic. Nat. Deor. 1, 123 c. 44. Liber est harum rerum Plaut. Amph. Prol. 105. *i. in his rebus agendis, vid. Vechner. Hellenol.* 1, 18. Reuertendi liber Ouid. Her. 1, 80. *vbi vid. Burm.* Laborum liber rusticus Hor. de Arte Poët. 212. Liberum est mihi, *b. e. Licet, possum, et in arbitrio meo constitutum est* Plin. Epist. 1, 8. Permittere liberum aliquid, *vid. PERMITTO.* Relinquere liberum alicui Quintil. 1, 4. Liberum, *Quod eminet et extat* Varr. Eumenid. Iterum Tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. Nonius laudatur. *Sed non inuenio.* ¶ 3 *De Liberis i. filiis, vid. post LIBERALITER.* Liberior et Vberior confundi in MSS. obseruat Burm. ad Quintil. Declam. 309 p. 607.

**LIBERE.** Adu. [*λευτέρας, ἐκπαδών*] *Solute, sine obstaculo, vel interno vel externo.* Plaut. Bacch. 5, 2, 19 An non vides, vt solae libere graesentur? Cic. de Amicit. 44 Consilium verum dare gaudeamus libere. Idem de Fin. 1, 23 A Cyrenais melius liberiusque defenditur. Idem de Fin. 2 Sed haec quidem liberius ab eo dicuntur et saepius. Liberius atque audacius Dicere, Inire consilia de bello Caes. B. G. 1, 18. et 7, 1. Educi libere, *b. e. Ingenue, et quemadmodum liberos pueros decet* Ter. Andr. 5, 4, 8. Ferre liberius Virg. Georg. 1, 128. Fugere imperia alicuius nimis libere Catul. 61, 80. Gerere se constanter et libere Cic. Att. 4, 16. Idem Verr. 7 In quo homine tantum animi fuit, non solum vt istum libere laederet, etc. Loqui libere Plaut. Truc. 2, 1, 2. Viuere libere, *i. Suo modo viuere, neque subiici alterius voluntati* Ter. Andr. 1, 1, 25. *it. de immoderata morum licentia* Nep. 2, 1, 2. Tuto et libere Caes. Bell. Ciuil. 1, 2.

**LIBERTAS.** *Actis. f. [*λευτεία, ἀδαια*]* *Opponitur Seruituti, Coactioni, Metui, Impedimentis, Regno, in quantum his rebus efficitur, vt non agamus, quod lubet* Cic. in Parad. 5 Quid enim est libertas? Potestas viuendi, vt velis. Libertas (*vt ait Florentinus Iurisconf. de statu hominum. l. Libertas*) est Naturalis facultas eius, quod cuique facere libet: nisi si quid vi aut iure prohibetur. Conf. Perf. 5, 83 seqq. Deo parere, libertas est Sen. de vita beata c. 15 extr. Fides, libertas, amicitia, praecipua animi humani bona sunt Tac. H. 1, 15, 6. *Plural. iocose fictus.* Tribus non conduci possim libertatibus Plaut. Caf. 2, 8, 68. Aurea libertas toto non venditur auro Enn. *Nescio unde.* Ennianum et illud apud Gell. 7, 17 Aduersus aduersarios ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat. Libertas Romana trifariam contingebat. Cic. in Topic. 10 Si neque censu, neque testamento, neque vindicta liber factus est, non est liber. *quem locum sic exponit Boëthius:* Faciendi liberi tres sunt partes. Vna quidem, vt censu liber fiat: censebantur enim antiquitus soli ciues Romani. Si quis ergo contentiente, vel iubente domino, nomen detulisset in censum, ciuis Romanus fiebat, et seruitutis vinculo soluebatur. Atque hoc erat censu effici liberum, der domini consensum nomen in censum deferre, et fieri ciuem Romanum. Erat etiam pars altera adipiscendae libertatis, quae vindicta vocabatur. Vindicta vero est virgula quaedam, quam Praetor manumittendi serui capiti imponens, eandem seruum in libertatem vindicabat, dicens quaedam verba sollemnia: atque ideo virgula illa vindicta vocabatur. Illa etiam pars faciendi liberi est, si quis suprema voluntate in testamenti serie seruum suum liberum scripserit. Haec Boëthius. Castigata Stat. Theb. 9, 688.

Maturior, *vid. MATVRVS.* Otiosa, *vid. OTIVM.* Potior metallis Hor. Epist. 1, 10, 40. Precaria Liu. 39, 37. Abdicare se libertate, *vid. ABDICO.* Non modo Consulatu, sed etiam libertate se abdicare Cic. Philip. 3, 12. ¶ 2 *Formulae verborum:* Accipere libertatem Cic. ad Brut. 16. Idem pro Domo 22 c. 9 Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. Amittere libertatem Idem ibidem 77 c. 29. Asserere libertatem Reipubl. Quintil. 6, 5. Capessere libertatem, *vid. CAPESSO.* Coalescit libertas Tacit. Hist. 4, 45. Concedere libertatem, *vid. CONCEDO.* Confirmare aliquam libertati, *vid. CONFIRMO.* Deturbare libertatem Senec. de Benef. 2, 12. Cic. pro Planc. 16 Tabella quae dat eam libertatem, vt quod velint faciant. Id. pro Corn. Balb. 24 Seruos denique, quorum vis et conditio infima est, bene de Repub. meritos persaepe libertate, id est ciuitate publice donari videbamus. *Quo in loco Cicero non simpliciter Libertatem interpretatur Ciuitatem: sed ita loquitur, quia ciuium Romanorum serui tum ciues fiebant, quum praemii causa, vt ille olim vindex libertate a Praetore publice donabantur. Sed alias etiam cum de ciue Rom. sermo est, pro toto iure Quiritium ponitur v. g. Cic. pro Caecin. c. 33. et in disputationibus Tribunorum plebis apud Liuium, vbi Libertatem vocant, cum paria iura plebeiorum et patriciorum, ius connubii, honorum communicationem etc. petunt, vel defendunt.* Cic. pro Sext. 69 Sed eos voluntatem semper eandem, libertatem non eandem semper habuisse. Inculcare atque tradere libertatem, *vid. INCVLCO.* Cic. de Legib. 3, 38 Libertatem istam largior populo, vt et auctoritate valeant, et vtantur bonis. Moriens libertas Tacit. Ann. 1, 74. Obruere libertatem bello Stat. Silu. 4, 6, 68. Omittere coeptam libertatem Tacit. Hist. 4, 44. Perdere libertatem Cic. pro Rabir. Posth. 24. Praecidere libertatem Idem Verr. 5, 3. Idem ad Brut. 16 Quae ne traditam quidem, atque inculcatam recipere possit libertatem. Idem Att. 15, 3 (13) Sed quod egerit de libertate retinenda (qua nihil est dulcius) tibi assentior. Idem de Orat. 1, 226 c. 52 Virtus tamen suum ius atque omnium rerum libertatem impunitam tenere debeat. Tenere interclusam libertatem alicuius, *vid. INTERCLVDO.* Tueri libertatem Lucan. 2, 282. Cic. de Orat. 2, 145. et de Nat. Deor. 1, 56 Soluti, et in libertatem vindicati. ¶ 3 *Observationes aliae.* Libertas pro Democratia. Libertatem et consulatum L. Brutus instituit Tac. Ann. pr. Conf. Lucan. 1, 269. Ita saepe sumitur Respublica. Nempe Seruitus est regnum etc. Libertas et licentia in malum, pro Effreni quadam animi libidine. Cic. Acad. 4, 30 Vt verear, ne maiorem largiar ei, qui contraditurus est libertatem ac licentiam. Idem pro Flacc. 16 Hoc vno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum. De Graecia.

*cia. De copia venereat libidinis exercendae* Ouid. Epist. 17, 153 Lude, sed occulte, maior, non maxima, nobis Est data libertas, quod Menelaus abest. Id. An. 2, 2, 15 *ad Ianitorem de domina, quam seruare iussus erat*, Huic furtiua tuo libertas munere detur, Quam dederis illi reddat vt illa tibi. Libertas Fandi *παρρησία*, Vjrg. Aen. 11, 346. Hoc sensu absolute saepe Curt. Tacitusque, add. Iustin. 15, 3, 6.

Asperitas agrestis et inconcinna grauisque,

Quae se commendat tonsa cute, dentibus atris,

Dum vult libertas mera dici veraque virtus Hor. Epist. 1,

18, 6. Cic. Fam. 9, 22 Amo verecundiam vel potius libertatem loquendi. Multa cum libertate notare aliquem Hor. Serm. 1, 4, 5. Affectatores libertatis Quinctil. 6, 2. Iubarum libertas Stat. Theb. 9, 687. *i. iubae libere fluctuantes.* Testamentorum libertas Quinctil. 3, 6. Libertas de licentia ludorum Saturnalium Stat. Silu. 1, 6, 45. Conf. b. l. Barth.

¶ 4 Libertas, Dea Romanis erat, cui Atrium delicatum, quod exstruxit vel refecit Asinius Pollio Suet. Aug. 29. *Iam domum Ciceronis palatinam dedicatam a Clodio Libertati Deae, constat, qua de re multa Cic. pro Domo sua praesertim c. 41 seq. Tanagraeae meretricis imaginem fuisse, quam Libertatis nomine dedicauerit Clodius, dicitur c. 43.*

**LIBERALIS**, e. Adi. [*ἐλευθέριος*] Nomen latissimi vsus significans quidquid liberum et ingenuum decet, ad liberum pertinet, liberum et honestum indicat. Consuetior fere caeteris ratio est, qua munificum et libenter impertientem aliis beneficia notat, et parco, restricto etc. opponitur. Roscius semper liberalissimus munificentissimusque fuit Cic. pro Rosc. Com. 22 c. 8. Largus, beneficus, liberalis Id. pro Deiot. 26. Regium, liberale, munificum Idem de Orat. 1, 32. Largum et liberale viaticum Idem pro Flacc. 14. Liberalis et Auidus, contraria: Id. pro Rosc. Com. 21 Liberalis auidum fraudasse dicitur. Sall. Catil. 7 Laudis auidi, Pecuniae liberales erant. Epulae liberales Tacit. Ann. 12, 55. Liu. 22, 26 Animum ad spem liberalioris fortunae adiecit. Gronouius pro Animum legit Animos; et pro Adiecit, Fecit. Liberale iudicium, et Causa liberalis: Quum quis aliquem vindicat in libertatem. Quinctil. 6, 4 de risu, Quod fecit Longus Sulpitius, qui, quum ipse foedissimus esset, eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plaut. Poen. 5, 2, 4 Si frugi esse vis, eas liberali iam asseres causa, manu. Add. Id. Curc. 4, 2 pr. Ter. Adel. 2, 1, 40. *it. integri tituli Dig. et Cod. de causa liberali. Vid. et ASSERO.* Artes liberales dicuntur, Quae ingenio coluntur, et propterea dignae sunt liberis hominibus. Plin. 14 Pro. Pessum iere vitae pretia: omnesque a maximo bono liberales dictae artes in contrarium cecidere, ac seruitute sola profici coeptum. Cic. de Orat. 1, 73 Ingenuas appellat. Vid. Fest. Coniugium liberale, *i. Honestum, ingenuum* Ter. Andr. 3, 3, 29. Doctrina liberalis Cic. Fam. 4, 4. Liberalis et digna homine nobili Id. Acad. 4 pr. Eruditio liberalis et doctrina Cic. Tusc. 2, 2. Facies liberalis Ter. Eun. 3, 2, 20. *i. Libero homine digna, qualis indicat et polliceri videtur ingenuum.* Sic Plaut. Milit. 4, 1, 20 Lepida et liberali forma est. Ter. Andr. 1, 1, 96 Et quia erat forma praeter caeteras honesta ac liberali. Add. Val. Max. 9, 2 extr. 5. Ingenium liberale Ter. Adelph. 4, 5, 50. Quaestus Cic. Off. 1, 42. Iociliberales, Libero quodam animo pronuntiat Plin. in Paneg. 49 extr. Cic. Att. 3, 15 Quod si non modo tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeii minus liberali responso perterritum a turpissimo consilio reuocaret, quod, etc. Studia liberalia Tacit. Ann. 3, 43. vid. Sen. Ep. 88. per tot. Cic. Off. 2, 42 Non solum necessarii, sed etiam liberales sumtus. Vxor: Ter. Phorm. 1, 3, 16 Vt ne addam, quod sine sumtu ingenuam, liberalem nactus es. Vbi Donatus: Ingenuam, liberalem: Hoc natalium, illud morum est.

**LIBERALITAS**, ātis. f. [*ἐλευθερίτης, δαψιλία*] Virtus hominis liberalis, quae non semper in dando inest, quamquam sollempnis admodum est illa notio; sed in animo magno quam plurimos beneficio quocunque deuincire parati et studentis. Cic. Off. 1, 20 Iustitiae est coniuncta beneficentia: quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet. Liberalitas non quia liberis debetur, sed quia a libero animo proficiscitur, ita nominata est Sen. de Vita beata c. 24. Vnaque et altera liberalitate locupletauit (Horatium Augustus) Suet. in vita Hor. Constat potuisse conciliari animos qualicumque parci senis liberalitate Tac. Hist. 1, 18, 5. Appellari singulos iussit decima liberalitatis parte apud quemque relicta Id. ib. 1, 20, 2. Reuocare liberalitates Suet. Claud. c. 29. *i. beneficia data.* In numis saepe occurrit LIBERALITAS vel LIBERALITATES Augg. vid. Spanhem. de vsu et praest. numism. diff. 13 p. 529 seq. Valer. Max. 8, 2, 2 de C. Visellio, C. Visellius Varro graui morbo correptus, trecenta millia numum, ab Octacilia Laterensi, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est, eo consilio, vt si decessisset, ab heredibus eam summam peteret, quam legati genus esse voluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. Sinistra Catul. 27, 15. Diuidere liberalitatem in multos Sen. de Benefic. 2, 28. Sed pro bonitate Ter. Adelph. 1, 1, 32 Pudore et liberalitate liberos retinere satius esse credo, quam metu. Donatus: Pudore, ad filios retulit: Liberalitate, ad parentes. Argumentum a coniugatis: Liberalitate regendi sunt, propter quod Liberi dicuntur. Liberalitatem autem Bonitatem dicit. Sic quod Caesar visitor plurimis aduersarum partium ignouit, liberalitas dicitur Cic. pro Lig. et pro Marcello. defensionem sui si Cicero suscipiat, liberalitatem vocat Vatin. sub Cic. Fam. 5, 9. Cic. de Amicit. 11 Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, iustitia in omnes? Id. de Fin. 1, 52 Opes vel fortunae, vel ingenii liberalitati magis conueniunt. Idem ad Quint. Fratr. 1, 1, 4 A quibus, rudis cum esses, videtur potuisse tua liberalitas decipi: nam vt quisque est vir optimus, ita difficillime esse aliis improbos suspicatur. Liberalitas eleganter Fonti comparatur. Plin. Epist. 2, 4 Sunt quidem omnino nobis modicae facultates, dignitas sumtuosa: reditus propter conditionem agellorum, nescio minor, an incertior: sed quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur, ex qua velut ex fonte liberalitas nostra decurrit. Quae tamen ita temperanda est, ne nimia profusione inarescat. sed temperanda in aliis: in te facile ratio constabit, etiam si modum excesserit.

**LIBERALITER**. Adu. [*ἐλευθερίως, φιλοτιμώς*] More hominis liberalis, vt Large, abundanter, cui contrarium est Parce: Cic. Verr. 3, 204 c. 88 Qua in re Senatus optime ac benignissime cum aratoribus egisset, large liberaliterque aestimasset, in ea, etc. Accipi liberalius Id. Att. 16, 6. Id. de Fin. 3, 57 Est hominis ingenui et liberaliter educati, velle bene audire a parentibus, etc. Add. Id. de Orat. 1 c. 31. Eruditus liberaliter, Optimis artibus institutus. Cic. Tusc. 2, 6 c. 2 extr. Eos si possumus excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiam differendi elegancia, ratione et

via philosophantur. Sic liberaliter instructus, apud Caes. Bell. Civil. 3, 61 Plin. 23, 1 Saluberrimum liberaliter genitis Campaniae quodcunque tenuissimum. Habere aliquem accurate et liberaliter Sallust. Jugurth. c. 103. Compar. Viuebat laute et indulgebat sibi liberalius, quam ut inuidiam vulgi posset effugere Nep. 12, 3, 2. Largiri dotem liberalissime Apul. Met. 10 p. 250. Sed etiam ad aliam liberalitatem pertinet, quae non in dando inest. Cic. Att. 5, 13 Thermoque tamen ante aduentum meum liberalissime erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philogenem, etc. Add. Nep. 6, 4, 2. Seruire liberaliter Ter. Andr. 1, 1, 11. animo liberali, et libertate digno. Liu. 1, 34 extr. Notitiamque eam breui apud regem, liberaliter dextereque obeundo officia, in familiaris amicitiae adduxerat iura. Cic. Verr. 2, 12 Hi porro, qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istis cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. Id. in Parad. 6 Cui tanta possessio est, ut ad liberaliter viuendum facile contentus sit. Liberaliter, pro indulgenter, Sallust. Catil. 11 Exercitum quem in Asia ductauerat luxuriose, nimisque liberaliter habuerat.

**LIBERI**, orum, m. [*παῖδες, τέκνα*] Filii dicuntur et filiae numero plurali, diciturque in plurali etiam de vno filio filiaue. Orta inde videtur appellatio, quod hoc nomine in vnaquaque domo a seruis distinguerentur. Caius de Verb. signific. l. Non est, Non est sine liberis, cui vel vnus filius, vnaue filia est. Haec enim enuntiatio, Habet liberos, semper pro pluratiuo numero profertur. sic et pugillares et codicilli. Tamen de singulari non modo testantur Liber Bacchus, et Libera Proserpina: sed etiam L. 33 pr. C. de inoffic. testam. Si quis suo testamento maximam quidem portionem libero relinquit, minusculam vero alii vel aliis de stirpe sua progenitis. Paullus de Grad. affin. l. Iurisconsultus, Liberi vsque ad trinepotem: vltra hos, posteriores vocantur. Papinianus de verborum signific. l. Cognoscere. Callistratus Ibidem. l. 220 Liberos, Liberos appellatione, nepotes et pronepotes, caeterique, qui ex his descendunt, continentur: hos enim omnes liberos appellatione lex XII Tab. comprehendit. Cic. Verr. 1, 40 Habitus sis in liberum loco: sicut mos maiorum ferebat. Liberi, de vno tantum filio dictum amplius declaramus. Ter. Hec. 2, 1, 15 Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent. Vbi Donatus, Multum sonanter, et accusatorio strepitu nec masculinum nec femininum posuit: nec vniam, sed liberos. Sic Cic. (Verr. 3, 93) En cui tuos liberos committas. Quum de vno ageret. Et (ibid. 153) Habemus enim liberos omnes. De puella. Haec Donatus. Add. Ter. Andr. 5, 3, 20. et Heaut. 1, 1, 99. Cic. Phil. 1 c. 1. Plaut. Aul. 4, 10, 50 Liberi tres, duo mares, quos diligentissime instituit Plin. Ep. 1, 10. Cic. pro Cluent. 31 Fratris autem liberos vita priuauit. De vno tantum filio loquitur. Vid. Gell. 2, 13. Augustin. de C. D. 16, 40. Voss. de Analogia 1, 42. Munker. ad Hygin. p. 27. Certi, vid. CERTVS. Dulces Hor. Epod. 2, 40. Quid dulcius hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi Cic. ad Quir. post Red. c. 1. Similes patri Sen. Med. 24. Trium liberos ius, inter praemia fuit, quae lege Papia, Maritis patribusque decreta fuerunt, cuius haec erat vis, ut in petitione magistratus praeferrerentur candidati, quibus plures liberi essent: item, ut in ipso magistratu praecederent tales; denique ut ante XXV annum aetatis contra legem annariam possunt admitti. Quae beneficia non nisi in illis locum habebant, quibus terni liberi nati essent; quibus pauciores, excidebant. Vid. Lips. Comment. in Tacit. Ann. 3, 25 pr. n. 45 seqq. Conf. Plin. Epist. 7, 16. Suet. Claud. c. 15. Iuuenal. 9, 87. Amittere liberos Ser. Sulpic. sub Cic. Fam. 4, 5. Auctus liberis Tacit. Ann. 3. Commendare liberos, vid. COMMENDO. Dare liberos Catull. 59, 67. i. procreare. Imperare liberos, vid. IMPERO. Parere liberos Senec. Theb. 1. Procreare liberos Quinctil. 3, 8. Suscipere liberos Cic. in Topic. vid. SVSCIPERE. TOLLERE.

**LIBERALIS**, e. Adi. Ad liberos pertinet. Liberalia nomina Varro de L. L. 7, 18 extr. eadem videntur ac gentilia, quae a parentibus in liberos transeunt.

**LIBERTVS**, i. m. [*λευθέριος*] cuius correlatiuum est Patronus; Is est, qui quum esset seruus, factus est liber. Vlpianus cum esse libertum definit, quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Plaut. Afn. 3, 3, 100 Magis decorum est, libertum potius, quam patronum onus in via portare. Modestinus l. 105 de V. S. respondit, his verbis, Libertis libertabusque meis, libertum libertae testatoris non contineri. Assignare libertum, vid. ASSIGNO. Feci, e seruo ut esses libertus mihi Ter. Andr. 1, 1, 10. Martial. 1, 2 Libertum docti Lucensis quaere secundum. Et in quadam inscriptione reperio FICIT SIBI ET PETIAE COLLIBERTAE PRIMAE VXORI. Ex quibus verbis facile conicere est in patronorum libertis ordinem quandam fuisse, et quosdam primos, quosdam secundos vocatos fuisse, quod alteri apud patronum priorem locum obtinerent, alteri proximum. Ergo Primi et Secundi dicebantur, ut aliis omnibus potiores: ac fortasse inde factum est, ut apud Iurisconsultos tam saepe nomen Primi et Secundi legamus. Turneb. Adu. 18, 3. De libertis principum, vid. Plin. Paneg. c. 88.

**LIBERTA**, ae. f. Suet. Aug. c. 65 Cum vna ex conscis liberta suspendio vitam finiisset. Fortissima liberta Hor. Serm. 1, 1, 99. In Inscriptionibus occurrunt Liberta et coniux s. vxor, bene merens, carissima, gratissima, optima, sanctissima etc. Vid. Gruter. is. Libertis libertabusque posterisque eor. Add. Plaut. Poen. 1, 1, 36.

**LIBERTINVS**, i. m. [*ἀπελευθεριστός*] dicitur, qui ex iusta seruitute manumissus est: et habet correlatiuum Ingenuus. Cic. de Or. 1, 38. c. 9 Sempronius libertinus in vrbanas tribus transfuit. Liu. 45, 15 de eadem re, Omnes qui seruitutem seruerant. Cic. pro Rosc. Am. 19 c. 7 Mallius Glaucia quidam homo tenuis, libertinus, cliens et familiaris T. Roscii. Et pro Sext. 97 c. 45 Sunt etiam libertini optimates. Et Philipp. 3, 17 c. 6 Quae porro amentia est, eum dicere aliquid de vxorum ignobilitate, qui — ex libertini filia susceperit liberos? Id. pro Cluent. 132 c. 47 Popillium Lentulus, quod erat libertini filius, in senatum non legit: locum quidem Senatorium ludis, et caetera ornamenta reliquit, et eum omni ignominia liberat. Sen. Ep. 31 fin.

Rectus bonusque animus tam in equitem Rom. quam in libertinum, quam in seruum potest cadere. ¶ 2 Quod diximus Libertinum opponi ingenuo, id eo vsque verum est, ut antiqui Romani interdum Libertinos dixerint, qui non ipsi Seruitutem seruissent, sed quorum patres essent manumissi. Auctor Sueton. Claud. c. 24 Latum clauum (Senatoriam vestem) quamuis initio affirmasset non lecturum se senatorem, nisi ciuis Rom. abnepotem, etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Rom. adoptatus esset. Ac sic quoque reprehensionem verens, etiam Appium Caecum Censorem, generis sui pro-auctorem, libertinorum filios in Senatum allegisse docuit: ignarus temporibus Appii, et deinceps aliquamdiu libertinos dictos non ipsos qui manu

manu mitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. *Recte itaque*  
 Hor. Sat. 1, 6, 20 Cenforque moueret Appius, ingenuo si non essem  
 patre natus, q. d. ne Appium quidem, qui viles ac libertini generis ho-  
 mines in Senatum legerit, laturum eum, qui non esset ingenui filius, atque  
 liberti nepos minimum, qualis erat Horatius. *Alto laxius sumit* liber-  
 tini nomen Sextus Aurelius de Vir. Illustr. c. 34 Appius Claudius Caecus  
 in censura libertinos quoque in Senatum legit, i. si Suetonium inter-  
 pretem audimus, manumissorum s. Libertorum nepotes. Libertinorum  
 filios vocant Liu. 9, 46. et Liuiana Epitome.

**LIBERTINVS**, a, um. Pater libertinus Hor. Serm. 1, 6, 6, et 45 10  
 Conditionis libertinae homo Modestinus in l. Homo liber. D. de statu  
 hominum. *Add. Martial. 5, 13, 6.* Libertinus homo Cic. pro Balbo  
 28 c. 11. Hor. Epod. 14, 15 Me libertina, neque vno Contenta Phryne  
 macerat. Plaut. Mil. 3, 1, 189 Ingenuamne an libertinam?  
 ¶ 2 *Substantius* Hor. Serm. 1, 2, 48 Tutior at quanto merx est in classe 15  
 secunda Libertinarum dico.

**LIBERTINITAS**, atis. f. in l. Iuxta. Codic. De liberali  
 causa, Siue de libertinitate, siue de ingenuitate quaestio moueatur.  
 Mafurius Sabinus in l. 2 D. Si libertus ingen. esse dicat. Qui ex liber-  
 tinitate igenuitati se asserunt. *Add. Vlpian. l. 14 D. de probation.* 20

**LIBERTINIVM**, i. n. *Idem.* Calpurn. Decl. 14 Ego postulo  
 tenue libertinium, quod vix sufficit istius funeri.

**LIBERO**, are. [*ἐλευθερω, ἀπαλλάττω, ῥύομαι, ἐρύομαι*] *Liberum*  
*facere, quod in Seruo est Manumittere,* Cum iis, quos nuper Manumif-  
 sos liberauerant Caes. B. C. 3, 9. Seruos omnes puberes liberaue- 25  
 runt lb. Nec nos et liberati ab egregiis viris (*percussoribus Caesaris*)  
 nec liberi sumus Cic. Att. 14, 14. Liberare, *Aboluere.* Cic. pro  
 Milon. c. 18 Primum certe liberatur Milo, non eo consilio profectus  
 esse. Cic. . . Nihil antiquius fuit, quam vt te a sceleratorum homi-  
 num calumniis liberarem. Liberatus sum Daue hodie tua opera: 30  
*b. e. Periculo ereptus* Ter. Andr. 2, 2, 33. A creditoribus liberare  
 Senec. de Benef. 2, 7. A mortis discrimine liberare Scribon. 70.  
 Ab omni periculo liberare 94. Cum augurato liberaretur capitolium  
 (*subaud. religionibus reliquorum deorum*) Liu. 5, 54. *extr.* Liberaſſo  
 pro liberauero Plaut. Most. 1, 3, 66. De domino liberare Iabolenus 35  
 in l. Fullo de actione. D. de Furtis. Cic. Att. 6, 1, (2) Ita multae  
 ciuitates omni aere alieno liberatae, multae valde leuatae sunt. Cic.  
 Att. 13, 22 Ego librarios tuos culpa libero. Cic. 7 (5) Verr. c. 5  
 Remitto tibi hoc totum atque ista te cura libero. Custodiis corporis  
 liberare Cic. in Somn. Scip. 6. Scribon. Epist. in. Animaduertimus, 40  
 quosdam humiles — ac ne adfines quidem eius professionis, medica-  
 mento efficaci dato protinus velut praesenti numine omni Dolore peri-  
 culoque liberasse aegrum. Cic. de Fin. 1 c. 5 Eum, quem ego arbitror  
 vnum vidisse verum, maximisque erroribus animos hominum libera-  
 uisse. Obligatam acriario Fidem Suet. Claud. 9. Cic. Verr. 2, 43 45  
 Vt odio, inuidia, infamia, turpitudine totum ordinem liberetis.  
 Inuidia magna et inueterata liberare Cic. Offic. 2, 58. Metu aliquem  
 liberare Ter. Andr. 2, 2, 3. Omni molestia liberare Scribon. 101.  
 — morbo 16. Obsidionem vrbis Liu. 26, 8 *vbi vid. Gronou. et*  
*add. 36, 25.* Cic. Acad. 4, 121 Sic ille et deum opere magno liberat, et 50  
 me timore. Periculo liberare, *vid. PERICVLVM.* Promissa  
 liberare, *pro Abrogare, vel eorum tollere obligationem, ac facere ne*  
*ligent* Cic. Off. 1, 33. Id. Fam. 1, 2 Quem ego ipsum quum audio,  
 prorsus eum libero omni suspitione cupiditatis, i. *absoluo, liberum esse*  
*puto, vs* Culpae liberare. Taedio liberare Plin. 26, 13. Tumore 55  
 liberare Scribon. 19. Vagina liberat enssem Ouid. Met. 6, 551. Vitio  
 liberare 171. Voto liberari, *vid. VOTVM.* Liberari, simpli-  
 citer, pro Curari, Scribon. 18, 231. *it. de aere alieno, Vlpian. l. 55 ff.*  
*de Solutionib. et liberat.* Qui sic soluit, vt reciperet, non liberatur.  
 Culpae aliquem liberare Liu. 41, 19. Curae et tutelae liberari Vlpian. 60  
 l. 50 D. de legat. 3. Liberare fidem suam, *Praestare promissum.*  
 Cic. pro Flac. 46 c. 20 Ipse tamen Fufiis absentibus, et fidem suam  
 liberat. Flumen, Fretum liberare *pro traicere: vid. Frontin. Strat.*  
*1, 4, 13. 1, 5, 3. 4, 7, 28.* Hygin. Fab. 257. *vid. Viri docti ad Fron-*  
*tin. Salmaf. ad Solin. p. 9. ed. nou. Schefferus ad Hygin. legendam putat* 65  
*liberato: male.*

**LIBERARVS**, a, um. Plin. 21, 20 Liberatus obsidione, abomi-  
 nandoque bello totis castris. *Donnauu regio liberata* respublica  
 Cic. Tusc. 4, 1. Poena his liberatus Curt. 9, 7, 11. In Iudiciis  
 liberatus Nepos 19, 2, 3. Liberata ponebant pro Effata, id est, lo- 70  
 cuta. Festus.

**LIBERATOR**, oris. m. [*ῥύομαι*] *Qui aliquem liberat.* Cic. ad  
 Brut. 16 Non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Cic. Att. 14,  
 12 Quid censes, quum Romam puer venerit, vbi nostri liberatores  
 tuti esse non possunt? Orbis terrarum liberatores Curt. 3, 10, 5. 75  
 Patriae liberatores Nepos 10, 10, 2. Vrbis liberator Liu. 1, 60.

**LIBERATIO**, onis. f. Cic. Q. Frat. 1, 1, 2 Possunt in pactioni-  
 bus faciendis non legem spectare Censoriam, sed potius commoditatem  
 conficiendi negotii, et liberationem molestiae. Culpae liberatio  
 Cic. pro Ligar. 1. Malorum liberatio Quinctil. 5, 10. Paullus 80  
 l. 47 de V. S. Liberationis verbum eandem vim habet, quam solutio-  
 nis. Idem l. 54 de Solutionibus et liberationibus, Solutionis verbum  
 pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam, magisque ad  
 substantiam obligationis refertur, quam ad numerorum solutionem.  
 Et ipsam lemma ac titulus huius capituli Pandectarum de Solutionibus et 85  
 liberationibus illud ex parte indicat.

**LIBER**, bri. m. [*Φλοιδε*] *Pars corticis interior, quae ligno ad-*  
*haeret.* Caprifici liber Scribon. 1014. Salicis libri 252. Columel.  
 5, 10 Ita librum arboris inolescere finito. Virg. Ecl. 10, 67 Nec si  
 quum moriens alta liber aret in vltimo. Idem Georg. 2, 77 Huc 90  
 aliena ex arbore germen Includunt, vdoque docent inolescere libro.  
 Conf. Colum. 4, 29. Plin. 13, 11. ¶ 2 Liber, [*βιβλος,*  
*τεῦχος, βιβλος, σὺνταξις*] *In quo scribimus, quia ante usum chartae, de*  
*libris et corticibus arborum volumina compaginabantur.* Vid. Seru. in  
 Virg. Aen. 11, 554. *Aliter tamen sentit Salmafius, qui ex Graeco* 95  
*βιβλος deducit, pro quo Aeoles βιβλος, βιβλος, vel γιβλος dixerint.* Vid.  
 eum de Modo vsurarum c. 10 p. 406. Sumitur autem non modo pro  
 foliis et paginis, in quibus scribitur, sed pro ipsa scriptura, argumento,  
 verbis et cogitationibus etc. Cic. Att. 9, 11 Demetrii librum de con-  
 cordia tibi remisi. Cic. Att. 4, 13. *extr.* De libris oratoriis factum 100  
 est a me diligenter, diu multumque in manibus fuerunt, describas  
 licet. Plin. Epist. 1, 20, 8 Postea recisa, ac purgata, in vnum librum,  
 grandem quidem, vnum tamen coartasse, de quibusdam Ciceronis oratio-  
 nibus s. actionibus maioribus. Cic. Att. 15, 27 Librum tibi celeriter  
 mittam de gloria. De Gloxia duos libros vno volumine scripsit Cicero. 105

*Sic Virgillii Aeneis in duodecim libros distincta est. Origo eius rei inde, quod unus liber, s. volumen esset, l. codex, non nisi certum modum literarum et orationis adeo caperet. Liber etiam dicitur Oratio. Cic. Att. 2, 1 Libros appellat, quas paullo ante Orationes vocarat. Iisdem, inquit, ex libris perspicies, et quae gesserim, et quae dixerim. Quin et Verrinas actiones, et orationes in Catilinam ipse Libros vocat. Asconius quoque in Verrinae tertiae argumento, In caeteris, inquit, orationibus defensor futurus, accusationis officium his libris, qui Verrinarum nomine nuncupantur, compensare decreuit. Paulo post, Libros igitur pro qualitate criminum Tullius diuidens, etc. Ibidem tertiam Verrinam quatuor locis librum vocat. Id quod facit et in quartae Verrinae argumento. Cic. in Orat. 103. de septem Verrinis loquens, Quod igitur in accusationis septem libris non reperitur genus? De materia librorum Martian. Capella 2 p. 35 Cernere erat, qui libri quantaque volumina, quot linguarum opera, ex ore virginis defluebant. Alia ex papyro, quae cedro perlita fuerant, videbantur; alii carbasinis voluminibus complicati libri; ex ouillis multi quoque tergoribus; rari vero in Philyrae cortice subnotati. Erantque quidam sacra nigredine colorati, quorum literae animantium credebantur effigies. De externa conditione Vlpian. l. 52 §. 5 de Legatis 3 Unde non male quaeritur, si libri legati sint, an contineantur nondum perscripti, — sed perscripti nondum malleati vel ornati continebantur: proinde et nondum conglutinati vel emendati continebantur: sed et membranae nondum confutae continebantur. Liber grandi volumine Gell. 14, 6. Liber et volumen Quinctil. 9, 4 circa finem. Multitudo librorum Sen. Ep. 2. Copia bona librorum Hor. Epist. 1, 18, 109. Carminum libri Hor. Epod. 17, 4. Liber de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore Cic. de Diuin. 2. § 3 Epitheta: Bonus liber melior est quisque, quo maior Plin. Epist. 1, 20, 4. Chronici, vid. CHRONICA. Insignes Plin. Epist. 1, 10. Laborati, Lintei, Longi, Musteus, vid. hb. ll. Plin. Epist. 3, 5, 10 Dicere solebat Plinii auunculus, Nullum esse librum tam Malum, ut non aliqua parte prodesset. Nobiles, vndique coempti Hor. Carm. 1, 29, 13. Subtiles tres et diligentes Plin. Epist. 5, 5, 3. Venosus Perf. Sat. 1, 76. Vid. Venosus in VENA. Verax aperit praecordia Hor. Serm. 1, 4, 89. Colligere librum, vid. COLLIGO. Comparare libros in aliquid Quinctil. 1. prooem. Componere librum, Conficere librum, Coniicere in librum, vid. hb. vv. Cic. Fam. 6, 7 Ego filio dixeram librum tibi legeret, et auferret: aut ea conditione daret, si reciperes te Correcturum, hoc est, si totum alium faceres. Ibid. in fine, Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne exeat: aut ita Corrigas, ne mihi noceat. Hor. Serm. 2, 1, 31 Ille velut fidis arcana sodalibus olim Credebat libris. Edere libros de re aliqua Quinctil. 6, 3. Edidit librum, non esse Caesaris filium, quem Cleopatra dicit, etc. Suet. in Iul. c. 52. Emittere librum de re aliqua Quinctil. 6 prooem. Quinctil. 1. pr. 7 Duo iam sub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricae — Namque alterum sermone per biduum habito, pueri, quibus id praestabatur, Exceperant. Exit liber v. b. v. Habemus nos autem in libris, non modo, etc. Cic. Att. 9, 11. Inchoare libros et conficere, Incidere in libros alicuius, Inscribere quidquam in libro, vid. hb. vv. Quinctil. 3, 5 Sunt tamen Inscripti nomine Hermagorae libri. Hor. Epist. 2, 2, 83 Et studiis annos septem dedit, Insenuitque Libris, et curis. Peruolutare libros Cic. Att. 5, 12. Portare fasciculum librorum Hor. Epist. 1, 13, 13. Cic. de Orat. 1, 94 Scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente et inuito excidit. Voluere libros Claud. de Nupt. Honor. 252. Voluendi sunt libri Catonis Cic. de Clar. Orat. 198. Vulgare librum Quinctil. 1 prooem. § 4 Observationes aliquot addimus: In Libros colligebantur epistolae negotiosae: Cic. Verr. 3, 167 Misit in Siciliam literas ad Carpinatium, quas ego Syracusis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romae in literarum missarum (libris) apud magistrum Tullium familiarem tuum inueni. Allatarum libri forte ipsa prima exempla authentica habebant; missarum, exempla descripta ante quam mitterentur. Sic Ciceronis epistolae ad diuersos in classes redactae: ad Atticum pro temporis ratione dispositae. Liber pro Epistola ponitur a Nepote 6, 4, 2 Librum grauem multis verbis conscripsit, etc. Librorum nomine interdum uer' ἱερογύβην Sibyllinos intelligebant Liu. 3, 10. it. 21, 62.*

**LIBELLVS**; i. m. Dimin. [βιβλίον, γραμμάτιον, δέταος, πυνδία] Non modo liber parvus est, sed unumquodque paruum scriptum, etiam si unius folii, Fabellae, paginae sit, et paucorum adeo versuum, ut Cic. pro Arch. 25 c. 10 Cum ei malus Poëta de populo libellum subiecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis. Ita Statius Silu. 1 praef. Libellos vocat singulas eclogas eius libri. Et Ausonius quartum hodie Idyllium suum libellum in praemissa Epistola appellat. Sic Cic. ad Planc. Att. 16, 16 Atticus libellum composuit: eum mihi dedit, ut darem Caesari; eram autem coenaturus apud eum illo die: quum libellum Caesari dedi, probauit causam: scripsit Attico aequa eum postulare. Argutus, vid. b. v. sub ARGVO. Aureolus, vid. sub AVRVM. Doctus Martial. 10, 19. Famosus, vid. Famosus, in FAMA. Lepidus nouus Catull. 1, 1. Macer, vid. MACER. Obfignatus Plaut. Pseud. 2, 4, 16. Rusticulus non nimis Martial. 10, 19. Sacri Iuuen. 13, 19. Seuerus parum Martial. 10, 19. Supplices Martial. 8, 31. Tristes Propert. 1, 9, 13. Curare libellos recognoscendos, emendandosque Plin. Epist. 4, 26. Dedicare libellos, vid. DEDICO. Deiciere libellos is solebat, qui creditoribus se obligare paratus erat, vel soluere parabat, vel denique eum, cuius bona proscribentur, defendere volebat. Libellus enim est programma s. tabula, qua proscribuntur bona. Cic. pro Quint. 61 c. 19 Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintii familiaris et propinquus Sex. Naeuii deiecit. Add. 27 c. 6. et 50 c. 15. Seneca, de Benef. 4, 12. Et suspensis amici bonis libellum deiecit, creditoribus eius me obligaturus. Dare libellos de re aliqua Quinctil. 1, 7. Plin. Epist. 1, 2 Libelli, quos emisimus, dicuntur in manibus esse. Libello ipse Fatetur Scribon. 97. Innotescere libellis alicuius Ouid. Amor. 3, 12, 7. Proferre libellos Tacit. Ann. 2, 30. pr. Add. Liu. 29, 19. extr. ubi inter Scipionis crimina Libellis palaestraeque operam dare. Scriptus ad Caesarem libellus Scribon. 97. i. inscriptus. Id. Epist. fin. Libellorum necessarius admodum numerus nos Sequitur. Libellus, dicitur quam vulgus Supplicationem appellat. Sueton. Aug. c. 53 Promiscuis salutationibus admittebat et plebem, tanta comitate aduentium desideria excipiens, ut quendam ioco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem. Postulationum libelli Plin. Ep. 10, 81. Signare libellos, vel subnotare Suet. in Aug.

in Aug. c. 1. Plin. Epist. 1, 10. Martial. 8, 31 Idem supplicibus vacat libellis. A libellis, dicti magistri, qui principi in hoc negotio subseruiunt, nempe ut supplices libellos ministrent. Suet. in Domit. c. 14 Epaphroditum a libellis capitali poena condemnauit. Lampridius in Alexandro c. 51 Postmeridianis horis subscriptioni et lectioni epistolarum semper dedit operam, ita vt ab epistolis, a libellis, et a memoria semper assisterent. Add. Grut. Inscr. p. 587, 9. et 10. ubi etiam a Libellis adiutor est n. 7. Triphonius in l. Rescriptum. D. de distractione pignorum, Rescriptum est ab imperatore libellos agente Papiniano. i. Libellis apud imperatorem praefecto. Budaeus. Libelli speciatim dicebantur scripta, quibus accusationes consignatae erant, vid. Colum. ad Apul. Apol. pr. p. 238. Libelli coniurationem nunciantes dati neque lecti Vell. 2, 57, 2. Libellus, pro Commentario, quam Memoriam vulgo vocant. Quinctil. 12, 8 Pessinae vero consuetudinis est libellis esse contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, aut alii ex genere aduocatorum. Add. Cic. Philip. 1, 16. Gladiatorum libelli Cic. Phil. 2, 97 c. 38. in quibus dies muneris, itemque nomina et paria gladiatorum fuisse videntur. Illustrat Lipsius Saturn. 2, 18. Suet. in Iul. Caes. c. 56 Epistolae quoque eius ad Senatum extant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli conuertisse, cum antea COSS. et duces non nisi transuersa charta scriptos mitterent: Oblongi igitur videntur fuisse libelli memoriales. Libellus, quam citationem vocant. Plaut. Curc. 1, 3, 6 Vbitu es, qui me libello Venerio citasti? ecce me: sisto: ades contra. Libelli, pro Literis, vel etiam edictis, Cic. Fam. 11, 11 Nec de Planco quidem spem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti. Cic. Verr. 2, 183 Recita mihi quaeso, hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleii. Respicit ad Libellos ab L. Canuleio missos fociis ex portu Syracusis, in quibus erat ratio scripta mensium complurium rerum exportatarum istius nomine sine portorio. Sed etiam Libellus, Epistola est assertoria, quam vulgo Certificationem vocamus, vt quas tributorum et vectigalium immunes ad publicanos destinare solent, ne pro vectura res suas aduehentes importantesue inbibent. Paullus in l. Si publicanus. De publicanis, Significet id libello manu sua subscripto, eumque ad publicanum mittat. Budaeus. Libellum pro Taberna libraria posuit Catull. 36, 3 Te campo quaesiuimus minore Te in circo, te in omnibus libellis. Vid. ibi Scalig. et Is. Voss. is. Voss. pater Inst. Orat. 4 p. 131. ¶ 2 Videtur quibusdam Libellus, Genus mensurae apud Caton. R. R. 15 Parietes villae si locet in pedes centum, id est, pedes denos quoque versus, habeat libellum in pedes quinos, et perticam vnam pedum III. CIX. Sed locus est corruptissimus. Aliis videtur Libellus, res culinae Apic. 7, 1. Lister. vero leg. lumbelli.

LIBELLVLVS, i. m. Dimin. Mart. Capell. 3 p. 71 Quantura solo inditum libellulo.

LIBELLATICVS, Quis esset in veteri Ecclesia, vt intelligatur, satis erit posuisse vnum locum Cypriani Epist. 55 qui totam rem continet, Cum ergo inter ipsos, qui sacrificant (idolis, quos turificatos dicebant) multa sit diuersitas: quae inclementia est, et quam acerba duritia, libellaticos cum iis, qui sacrificarint, iungere? Quando is, cui libellus acceptus est, dicat: Ego prius legeram, et Episcopo tractante cognoueram, non sacrificandum idolis, nec simulacra seruum dei adorare debere: et idcirco ne hoc facerem, quod non licebat, (cum occasio libelli fuisset oblata, quem nec ipsum acciperem, nisi ostensa fuisset occasio) ad magistratum vel veni, vel alio eunte mandauit: Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non posse (rhetoricatur Cyprianus: nemo istud scripsit totidem verbis, sed hoc potuit, debuit, cogitare) dare me ob hoc praemium, ne quod non licet faciam. Nunc tamen etiam iste, qui libello maculatus est, posteaquam nobis admonentibus didicit, nec hoc se facere debuisse — flet auditis nobis, et lamentatur etc. Est igitur Libellaticus, cui libellus acceptus est, h. e. qui libellum a magistratu accepit sua pecunia redemptum, quo testaretur, falso quidem; magistratus, ipsum sacrificasse, i. Christum illo risu abnegasse, vt tutus sit deinde a quaestorum aliorum iniuriis.

LIBELLENSIS, is. m. Qui libellis praestit aut suscipiendis aut recitandis. l. 32. Cod. de Appell.

LIBELLARIS, e. Sidon. Epist. 9, 11 Opus libellare conficere.

LIBELLARIVM, i. n. Cista vel capsula, in qua conditi seruantur libelli. Cic. pro Milon. 33 c. 12 Exhibe libellarium illud. Sic Pareus Lex. Crit. b. v. Alii legunt Librarium.

LIBELLIO, ōnis. m. Minutus paruorum librorum institor, qui et Librariolus dici possit. Stat. Silu. 4, 9, 21 Capsae miseri libellionis mentionem facit, de qua emtus sit liber. Gloss. Vet. Libellio, librarius, βιβλιοπώλης, βιβλιογράφος. Sed Onomast. Gr. Lat. Vulcanii, Libelliones γεωματαίς. Varro ap. Non. 2, 499 Tum ad me fuerunt, quod libellionem esse sciebant. Quo loco videtur significare librorum amatorem, et heluonem, vocabulo ὑποκαρισμῶ et ioci causa ad contemptum detorto.

LIBRARIVS, i. m. [βιβλιογράφος] Qui libros transcribit. Cic. pro Lege Agr. 14 Aliquando tandem me designato lex in publicum proponitur: concurrunt iussu meo plures vno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt. Add. Id. Fam. 16, 21. et Att. 6, 6. Mendosus librarius, vid. MENDA. Scrinia librarium Catul. 14, 17. Liu. 38, 55 In L. Scipione malim equidem librarii mendum, quam mendacium scriptoris esse in summa auri atque argenti. Cic. Agrar. 2, 13 c. 5 Lex in publicum proponitur. Concurrunt iussu meo plures vno tempore librarii: descriptam legem ad me afferunt.

LIBRARIOLVS, i. m. Dimin. [βιβλιογράφύλλιον] Pro Seruulo a manu. Cic. Att. 4, 4 Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus. Et de Legib. 1, 7 c. 2 Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa crudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis.

LIBRARIVS, a, um. Adj. [γεωφικὸς] Quod ad libros pertinet. Plin. 35, 6 Omne autem atramentum sole perficitur, librarium gummi, testorium glutino admisto. Scriptor librarius Hor. de Arte Poët. 354. Cic. Philipp. 2, 21 c. 9 Nisi se sub scalas tabernae librariae coniecisset.

LIBRARIVM, i. n. Cista, in qua seruantur libri. Cic. in Orat. pro Milon. 33 c. 12 Exhibe quaeso, Sex. Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo. Alii legunt Libellarium.

LIBRARIA, ae. f. [βιβλιοθήκη] Locus, in quo reponuntur libri. Graece Bibliotheca. Gell. 5, 4 Apud Sigillaria forte in libraria ego et Iulius Paulus Poëta, vir memoria nostra doctissimus, confederamus.

LIBRARIVS, a Libra, vid. LIBRA.

LIBRICOLA, ae. m. Sarisb. in Carm. Nummipetae cum libricolis nequeunt simul esse.

LIBRIGER, *era, erum. Qui libros portat.* Paullin. Nolanus Epist. 28, (9) 4 Postulasti per eundem librigerum, etc.

LIBET, *f. LVBET (quod conf.) libuit vel libitum est.* Imperf. [*ἀγεται*]. *Idem quod Placet:* a Labendo, *vt Varro inquit de L. L. 5, 6 quod vt lubrica mens prolabitur.* Faxis, *vt libeat quod est necesse* Aufon. 7 Sapp. in Periandro. Minimum decet libere, cui multum licet Sen. Troad. v. 336. Desurgere libet Scribon. 142. Hoc loco libet Interponere Nep. 16, 3, 1. Non libet mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt Cic. de Senect. 84. Et Att. 2, 18 De Repub. non libet plura scribere. Insanire libet tibi Virg. Ecl. 3, 36. Cic. de Nat. Deor. 1, 82 Vt mihi quidem admirari liberet, in homine esse Romano, etc. Cic. Att. 14, 21 Cui facile persuasi, mihi id, quod rogarer, ne licere quidem, non modo non libere. Libet, *personaliter positum:* Cic. de Fin. 2 Aut quod esset natura appetendum, aut quod prodesset, aut quod iuuaret, aut quod liberet. Sueton. in Iul. Caes. c. 20 Caetera, item quae cuique libuissent. ¶ 2 *Pass.* Libitum est *pro libet:* Quae facere meo animo libitum est Ter. Andr. 1, 5, 28. Add. Id. Phorm. 5, 7, 77. Si libitum fuerit Id. Andr. 1, 3, 8. Mihi libitum est Plaut. Curc. 5, 2, 28. Vt libitum est Id. Bacch. 5, 1, 9. Ter. Adel. 5, 1, 4 Prodeambulare huc libitum est. Cic. de Orat. 2, 348 De quo genere libitum est mihi paullo plura quam ostenderem dicere. ¶ 3 *A librariis permutantur libet et licet:* *vid. Drackenb. ad Sil. 15, 188.*

LIBENS, *f. LVBENS, quod conf. entis.* [*ἀεινός*] *Volens, facilis.* Cic. Fam. 13, 65 Consecutus es, vt libentissimis Graecis nutu quod velis consequare. Cic. pro Cluent. 6 c. 2 Eamque animis vestris aut libentibus aut aequis remittatis. Liu. 29, 8 Vt modicas iniurias non aequo modo animo pati, sed proprie libenti videri possent. Al. libenti. Animis libentissimis aliquem recipere Caes. B. C. 1, 15. Cic. pro Lege Agr. 1, 48 Quam ego dignitatem etsi libente illo, tamen absente illo per vos consecutus sum. Cic. Att. 10, 4 Si vera sunt, ignoscēs; si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem. Cic. Att. 4, 2 Illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. Libens, *pro Libenter, auctore Donato.* Ter. Andr. 2, 1, 39 Fugin' hinc? B. ego vero ac lubens. Morior libens Ouid. Met. 14, 721.

LIBENTIA, *ae. f.* [*ἡδονή*] *Voluptas, gratia.* Gell. 15, 2 Cui libertiae gratiaeque omnes conuiuiorum incognitae sint. *i. Complacentiae, voluptates, quasi libidines quaedam decentes.*

LIBENTER, *Adi.* [*ἀκένως, ἡδέως*] *Aequo animo.* Cic. de Legib. 2, 1 Illo loco libentissime soleo vti. Dare libentissime Cic. Verr. 4 c. 27. Audire quem libentissime Sen. Ep. 30. Studiosè libenterque Audire Cic. Div. in Verr. c. 12 Non libenter Erat ante oculos ciuium suorum Nep. 12, 3, 2. Cic. Att. 2, 1 Quamquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi atque incomta visa sunt. Ter. Eun. 5, 9, 44 Et libenter viuus, etenim bene libenter victitas. Vbi Donatus; Libenter viuus, *i. Bonorum ciborum edax es.* Cato c. 156 Si voles in conuiuio multum bibere, coenareque libenter, ante coenam esto crudam quantum voles ex aceto. *De Brassica loquitur.* Conf. Enn. ap. Gell. 12, 4. Qui dormiunt libenter, sine lucro et cura malo quiescunt Plaut. Rud. 4, 2, 18. Causam puto cur huc libentius venias Cic. de Legg. 2 c. 2. Compar. Hor. Epist. 2, 1, 262 Discit enim citius, meminitque libentius illud Quod quis deridet, quam quod probat, et veneratur.

LIBENTINA, *ae. f. Dea libidinis, Venus.* Augustin. de Ciui. Dei 4, 8 Libentinae nomen a libidine. Conf. Varr. de L. L. 5, 6. Arnob. p. 132.

LIBITVM, *f. LVBITVM, i. n. Et LIBITVS f. LVBITVS, ius. m.* Sic vulgo dicitur pro libitu, ad libitum. Vsque ad libita Pallantis prouoluta Tac. Ann. 14, 2, 4. Add. ib. 6, 1. extr. et 12, 6, 3. Qui faciunt libita sibi Tertull. de idolol. c. 4. *huc etiam a nonnullis referuntur alia loca, quae tamen melius impersonaliter accipi videntur: vid. LIBET.*

LIBIDO, *f. LVBIDO, quod conf. inis. f.* [*ἐπιθυμία, λαγνύμ*] Est (*auctore Donato ad Hec. 2, 2, 3*) quaelibet Voluntas temere suscepta. Intestini libido Scribon. 142. Incitata libidine, ipsius morbi *i. i. Desiderium.* Add. quae Rhodius collegit in Lex. Scribon. Cic. Tusc. 4, 12 Voluntas est, quae quid cum ratione desiderat: quae autem ratione aduersa incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrenata, quae in omnibus stultis inuenitur. Plaut. Epid. 1, 1, 87 Nequam homo es Epidice, cui libido est male loqui. Audacter, si libido est perdere Plaut. Perf. 2, 2, 6. Magis libido est, obseruare quid agat: ei rei operam dabo Plaut. Trin. 4, 2, 23. Ter. Heaut. 2, 1, 4 Ex sua libidine moderantur, quae nunc est, non quae olim fuit. ¶ 2 *Speciali tamen et velut propria significatione ad venereas voluptates earumque cupiditatem pertinet.* Quum sint multarum rerum libidines, tamen quum libido dicitur, neque cuius rei libido fit additur, non fere solet alia occurrere, nisi illa, qua obscenae partes corporis excitantur Augustin. de C. D. 14, 16. Cic. de Prouinc. Conf. 8 Lateant libidines eius illae tenebrosae, quas fronte et supercilio, non pudore et temperantia contegebat. Inuasit libido plerosque, *vid.*

INVADO. Vbi libido dominatur, innocentiae leue praesidium est Cic. in Orat. c. 65. Foedus ac maculosus avaritia et libidine Tacit. Hist. 1, 7. Minister libidinum, *vid. MINISTRO.* Adulandi Tac. . . . Assentandi Tac. . . . Damnoſa libido Hor. Epist. 2, 1, 107. Dira Lucret. 4, 708. et Perf. 3, 36. Epularum Tac. . . . Feminea Ouid. de Arte Am. 1, 341. Furiosa Ouid. de Arte Am. 1, 281. Importunissimae libidines, *vid. IMPORTVNVS.* Inextinctae libidinis homo Ouid. Fast. 1, 413. Intoleranda, *vid. INTOLERANDVS.* Mala Liu. 1, 57. extr. Masculae libidinis femina Hor. Epod. 5, 41. Potens Senec. Octau. 7. Saeua habendi Lucan. ad Pison. 208. Sanguinis Tac. . . . Tetra Hor. Serm. 1, 2, 33. Vetita Ouid. Met. 9, 576. Vitiosa Hor. Epist. 1, 1, 85. Vlciscendi Cic. Tusc. 4, . . .

*i. ira.* Gerere res libidine, non ratione Cic. pro Quint. 14 c. 4. ¶ 3 *Verborum formulae:* Amittere libidinem, *vid. AMITTO.* Capit aliquem libido Liu. 1, 57. extr. Commeant libidines, Constringi libidinibus, Contegere libidines. Dedere se libidinibus, *vid. ff. ll.* Plerasque res fortuna Ex libidine sua agit Sallust. de ord. rep. orat. 2, pr. Exstimulat innata libido hunc Ouid. Met. 6, 458. Facere delicias et libidines in vno Catul. 43, 24. Inuasit libido plerosque. Obſistere

libidini. Oclusa libido contumeliis, *vid. ff. vv.* Quasi Per libidinem dari Sall. de ord. rep. orat. 1. pr. Regnat ebrietas geminata libidine Ouid. Met. 12, 226. Rumpere assiduis libidinibus membra Propert. 2, 16, 14. ¶ 4 Libido, *Voluntas hominis incerti ac leuis.* Id libido est semel Plaut. Epid. 2, 2, 56. For-

tasse aliquando iniquior praeter eius libidinem Ter. Heaut. 1, 2, 27. *vid.*



*vid. Drakenb. ad Sil. 11, 312.* Ter. Phorm. 4, 5, 4 At matura, dum libido eadem haec manet. Donat. Ad nostrum arbitrium, libidinemque aduersariorum minas eludamus Cic. Verr. 2, 10. Sic de Fin. 2. Nam et ipsa declinatio ad libidinem fingitur. Libido, in bonam partem accepta. Sallust. in Catil. 7, 4 Magisque in decoris armis, et militaribus equis, quam in scortis et conuiujs libidinem habebant. Id. ad Caes. De repub. ordinanda ad finem orationis, Quod si tibi bona libido fuerit patriae, et parentibus gratificandi, etc.

**LIBIDINEVS**, a, um. *pro libidinosus*, Cathol.

**LIBIDINOSVS**, a, um. Adi. [*ἀσυλγής, ἀκλάσος, ἀφροδισιατικός*] Qui in libidinem propensus est. Caper Hor. Epod. 10, 23. Dapes, i. Curiosae et exquisitae Columel. Praefat. 10. Eloquentia Quintil. 5, 12. Sententiae Cic. pro Domo 4. i. Quae pro libidine cuiusque feruntur. Sic in Pison. c. 36 Libidinofissimae reorum liberationes. Voluptas libidinosa Cic. de Fin. 1, 59 c. 18. Libidinosus, 15 Pronus ad Venerem, siue appetentissimus Veneris. Cic. de Senect. 29 c. 9 Libidinosa etenim et intemperans adolescentia, effoetum corpus tradit senectuti. Plin. 11, 39 Libidinofiores hominum quoque hirtos colligens. Libidinofior Anacreon an ebriosior vixerit Sen. Epist. 88. Nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinofius (illo homine) Cic. in 20 Pis. c. 27. Libidinofissima Mulier Cic. Verr. 5 c. 33.

**LIBIDINOSE**. Adu. [*ἀκαλάτως*] Appetenter. Sallust. Catil. 51, 30 Post ubi paullatim licentia creuit, iuxta bonos et malos libidinose interficere. Cic. Diuinat. in Verr. 1, 38 c. 12 Ut quae ille libidinose, quae nefarie, quae crudeliter fecerit. Libidinose et crudeliter Liu. 3, 36. Comparat. Libidinofius faeuire Tertull. de 25 Monogam. 16.

**LIBIDINOR**, ari. [*ἀκολασιώνω*] Libidinose se gerere. Sueton. in Neron. c. 28 ad finem, Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceste, ac maculis vestis proditum affirmant. Conf. 30 Martial. 7, 66. Abeunt libidinatum ad filias Moab Tertull. adu. Gnost. c. 3.

**LIBIDINITAS**, atis. f. Libido. Libidinitate labitur Laber. ap. Non. 8, 61.

**LIBETHRVS**, i. m. [*Λιβηθρον*] Videtur esse Mons Macedoniae 35 habens ad radicem Pimpleam fontem. Vnde Musae dicuntur Libethrides. Strabo scribit Libethrum esse locum Thraciae, ex quo nonnulli, qui Boeotiae partem migrassent, ubi Parnassus, eodem nomine Libethrum dicarunt. apud Plin. 4, 9 pr. est Libethra, n. plur.: Etiam Mela 2, 3, 25 Hic (in Thes- 40 salia) sacro nemore nobilia Tempe: hic Libethra, carminum fontes.

**LIBETHRIDES**, um. f. pl. Musae, nymphae. Virg. Ecl. 7, 21 Nymphae, noster amor, Libethrides.

**LIBIDINOSVS**, LIBIDO, *vid. LIBET.*

**LIBITINA**, ae. f. Dea est, quam alii Proserpinam, alii Venerem dicunt: in cuius templo vendebantur et locabantur ea, quae ad sepulturam 45 pertinent, ut docet Plutarchus in Problematis 23. Add. Scholiast. Ined. Iuuenal. 12, 122. Pestilentia vnus autumnus qua triginta funerum millia in rationem Libitinae venerunt Sueton. Ner. c. 29. Liu. 40, 19 pr. In vrbe tanta fuit pestilentia, ut tunc vix Libitina sufficeret. Ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria. Vel, Operae libitinariorum, 50 ut vult Budaeus. Sic Valer. Max. 5, 2, 10 Qui tunc Libitinam exercebant, etc. Hor. Serm. 2, 6, 19 Autumnusque grauis Libitinae quaestus acerbae. Si Libitinam euaserit aeger Iuuenal. 12, 122. Conf. Martial. 10, 97. Libitina, pro Morte, Hor. Carm. 3, 30, 6 — Multaque pars mei Vitabit Libitinam, *vid. b. l. Acron. Add. Sidon. Epist.* 55 2, 8.

¶ 2 Pro mali omnis hominibus poni ap. Apul. Flor. p. 345, 6. videntur Libitinae vel Libitini forte.

**LIBITINARIVS**, i. m. [*ἐπιταφιαστής* Gloss. Lat. Gr. *ἐπιταφιαστής, νεκροθάπτης* Gloss. Gr. Lat.] Qui Libitinae praest, seu qui conducit funera, aut qui curam sepeliendorum cadauerum habet. Vlpian. in l. 55, 8 60 Quicumque D. de Institoria actione, Si libitinarium (quem Graeci κτεριστήν vocant) seruum pollinctorum habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandum in eum quasi institoriam actionem. Meminit et Seneca de Benef. 6, 38. Petron. c. 38 et 78.

**LIBITINENSIS**, e. Ad libitinam spectans; Porta libitinenfis, 65 per quam ex Amphitheatro cadauera interfectorum gladiatorum offerrebantur. Lamprid. Commodus c. 16.

**LIBITONARIVM**, *vid. LEVITONARIVM.*

**LIBO**, are. [*λίβω, λιβάνω*] Est Leuiter degustare, et quasi Primis labris attingere. Dicitur, ut quidam putant, a Labijs, quasi Labiare. 70 Sed non dubie est a Graeco λίβω. Libat, *ἀπέχεται, σπένδει* Gloss. Vet. Virg. Georg. 4, 54 Purpureosque metunt flores, et flumina libant, de apibus. Nulla nec Annem Libauit quadrupes Id. Ecl. 5, 26. Cibum libare digitis Ouid. de Arte Am. 1, 577. Dapes libare dicitur Serpens Virg. Aen. 5, 92. i. degustare, et sic imminuere: quam significationem ha- 75 bet Lucret. 5, 261 Ergo terra tibi libatur, et aucta recrefeit. Et 569 Illa ipsa interualla nihil de corpore libant. Nec opus est limant vel librant cum Lambino reponere.

¶ 2 Praecipue tamen ad sacrificia refertur, in quantum particula rei vel liquidae patera defusa, vel solidae decerpta, in ignem iniicitur. Sic libare Fontem deae Prop. 80 4, 4, 15. Honorem Iaticum libauit Virg. Aen. 1, 740. Merum libatum Propert. 3, 15, 38. de massa decerptum DI dicare. Virg. Aen. 7, 133 Nunc pateras libate Ioui. In mensam laeti libant diuosque precantur Idem ibid. 8, 279. Tibull. 1, 1, 13 Pomum libatum.

Liu. 39, 43 Vbi libare dijs dapes, ubi bene precari mos esset, etc. 85 Gell. 2, 7 Sollemni die Ioui epulum libaretur. Sic Cic. de Legib. 2, 19. Pateris altaria libant Virg. Aen. 12, 174. Hinc metaphor. Lacrimas libare alicui defuncto Ouid. ex Pont. 1, 9, 41. Memoriae defunctorum Vino mero libare Apul. Met. 4. Tura libare dijs Ouid. ex Pont. 4, 8, 39. Vuam libare deo Tibul. 1, 10, 21. conf. Drakenb. ad Sil. 11, 302. ¶ 3 Parit alias quoque me- 90 taphoras ex contextu facile intelligendas, v. g. Auct. ad Her. 4, 5 c. 3 Vide ne facias impudenter, qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare Laudem, i. decerpere. Virg. Aen. 1, 260 Oscula libauit natae, mol- liter, quasi degustandi causa, attigit. Ouid. Epist. 2, 115 Virginitas libata, i. imminuta. Sic Libare, Excerptere legendo auctores, et quod 95 sibi utile est transsumere Cic. Tusc. 5, 82 c. 29 Sed a te impetrarim libenter, ut nisi molestum sit, quoniam nulla vincula te impediunt vli- lius certae disciplinae, libasque ex omnibus, quodcumque te maxime specie veritatis mouet. Add. Idem de Orat. 1, 218. Plin. 7, 37 Va- riarum artium scientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par- 100 sis florem hominum libantibus. i. Praecipuos referentibus. Cic. de Inuent. 2, 4 Omnibus vnum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime praecipere videbatur, excerpimus, et ex variis ingenijs excellentissima quaeque libauimus. Libare pro perstringere ferro, Drakenborch. ad Sil. 9, 523.

**LIBANS**, antis. Virg. Georg. 2, 529 Te libans, Lenaeae, vocat, etc. Carchesia libans Id. Aen. 5, 77.

**LIBĀTVS**, a, um. Partic. [*σπυδῆς*] Quasi decerptus siue excerptus. Cic. de Diuin. 2, 26 c. 11 Naturale (genus diuinationis esse dicebas) quod animus arriperet, aut exciperet, extrinsecus ex diuinitate, vnde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus. Respicit ad Diu. 1, 110 c. 49 A natura decorum libatos animos habemus. Cibi libati ore alicuius, i. Praegustati. Ouid. Amor. 1, 4, 34. Potio libata gustu, i. Gustu explorata. Tacit. Ann. 13, 16. Liu. 21, 29 Integro bello nunquam antea libatis viribus Italiam aggrediendam censent i. attenuatis. Lucret. 3, 214 Nil ibi libatum de toto corpore cernas. Et 716 Partibus amissis quoniam libata recessit. Sacrificatus Tibull. 1, 1, 19 Et quodcumque mihi pomum nouus educat annus, Libatum agricolae ponitur ante deo.

**LIBĀMEN**, inis. n. [*σπονδή*] **LIBAMENTVM**, i. n. et **LIBATIO**, onis. f. pro eodem sumuntur: significantque Quidquid in sacris libatur. A Libero patre, qui primus Ioui libavit, derivat ludens Ouid. Fast. 3, 733 Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen; qui cum addit, Libaque, quod sacris pars datur inde focus, veritorem originem ipse fateri videtur. Cic. de Legib. 2, 29 c. 12 Quod tempus sacrificiorum libamenta feruentur, foetusque pecorum. Cumulat pingui libamine flammam Valer. Argon. 1, 204. Ferre libamenta ad aras Stat. Silu. 3, 1, 164. Imponit libamina prima ignibus sacris Virg. Aen. 6, 246. Metaph. Ouid. Her. 2, 130 Phaedra ad Hippolytum Tu noua seruatae carpes libamina famae primus degustabis pudicitiam adhuc seruatae, atque immunes. Famae libamina Ouid. Epist. 4, 27.

**LIBATIO**, ōnis. f. [*λοιβή*] Sacrificatio, vel ea degustatio, quae in sacrificiis Diis offerri videbatur. Nam qui de hostia aut quocumque cibi aut potus genere aliquid separatum in ignem mittit, ille hoc agere videtur, ut primitias et gustum quendam suorum bonorum Diis impertiat. Cic. de Afusp. Resp. 21 c. 9 Te appello Lentule, tui sacerdotii sunt tensae, curricula, praecentio, ludi, libationes, epulaeque ludorum publicorum. Apul. de mundo p. 74. Elnenh. Diis sacrificatur, Geniis ministratur, Obiis (al. obitis) libatio profunditur. Add. Lipsius Poliorc. 5, 10.

**LIBĀTOR**, ōris. m. Apud Augustinum.

**LIBĀTORIVM**, i. n. Crater, quo funditur libamen in sacris; Esdr. 2, 13. et 1 Maccab. 1, 23.

**LIBVM**, i. n. [*λίβον*] Genus dulcissimi cibi ex farre, et melle, et oleo. Quod libandi causa fiat. Virg. Aen. 7, 109 Et adorea liba per herbam subiciunt epulis. Vel a verbo Graeco *λίβω*: vel a Libero patre. Ouid. Fast. 3, 735 Liba deo fiunt, succis quia dulcibus idem. Gaudet, et a Baccho mella reperta ferunt. Cato c. 75 Libum sic facito: Caseum bene distere in mortario; vbi bene triueris; farinae siliigeneae libram: aut si voles tenerius esse, selibram similaginis solum eodem indito, permiscetoque cum caseo bene, ouum vnum addito, et vna permisceto bene. Inde panem facito, folia subdito, in foco calido sub testa ea coquito leniter. Annua Ouid. Fast. 1, 670. Calenti libo infusa mella Id. ibid. 3, 761. Grandia facere Id. ibid. 4, 776. Rustica Id. ibid. 3, 670. Tosta Id. ibid. 6, 482. Venalibus libis plena domus Iuuen. 3, 187.

**LIBVS**, i. m. Idem. Nigid. de Diis: Deinde surgat, faciat libos quatuor, et intra libos duos a dextra, et duos deuexos Nonius 3, 127.

**LIBACYNĒVĒVS**, i. m. Dimin. Paruum libum. Tertull. de Spectac. c. 27 Stillicidium mellis de libacunculo venenato. Sed fluctuat lectio: Ranunculo dedit Rigalt. et Prior. Lucunculo al.

**LIBARIVS**, i. m. Qui liba vendit. Senec. Epist. 56 Iam libarii varias exclamationes, etc.

**LIBĪTO**, āre. Frequent. Cic. Fam. 3, 8 Etsi de tua prolixa, beneficaque natura libitauit aliquid, etc. Alii legant Limauit; alii Limitauit, vid. Parei Lex. Crit. p. 673.

**LIBONOTVS**, i. m. Ventus flans inter Africum s. Liba et Notum. Plin. 2, 47.

**LIBRA**, ac. f. [*λίτρα, σαβύς, ζυγός*] Quae et As, et Mina seu Mna, modus Ponderis, qui duodecim constat uncias. Expende Hannibalem, quot libras in duce summo Inuenies Iuuenal. 10, 147. Conf. Martial. 2, 44. Vna libra farris Hor. Serm. 1, 5, 69. Implere libram, vid. IMPLEO. Corona aurea libra pondo Liu. 3, 29 pr. i. pendendo s. ad pendendum: vid. Gronou. de P. V. l. 1 c. 6 p. 27. sq. ¶ 2

**Libra**, Instrumentum quo res ponderantur, lancem unam vtrinque habens. Alio nomine Bilancem vocant. Cic. Tusc. 5, 51 Quo loco quam vim habeat libra illa Critolai, quae quum in alteram lancem animi bona imponebat: in alteram corporis externa, tantum propendere illam boni lancem putet, vt terram et maria deprimat. In his emtionibus, quae mancipii sunt, etiam nunc Libra interponitur Plin. 33, 3 s. 13. Proprium est, quod quis Libra mercatur et aere Hor. Epist. 2, 2, 158. Rem creditori soluit, Libraque et aere liberatum emittit Liu. 6, 14. Plin. Epist. 9, 9 Iam illa, quanta probitas in ore, quanta in sermone cunctatio, quam pari libra grauitas, comitatur. Aneps libra Pers. 4, 11.

Tib. 4, 1, 40

Nec tamen hinc aut hinc tibi laus maiorue minorue:

Iusta pari premitur veluti cum pondere libra,

Prona nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa:

Qualis inaequatum si quando onus vrget vtrinque,

Instabilis natat alterno depressior orbe.

¶ 3 Libra in ponderibus, in mensuris arborum vel spatio terrarum per diuersas mensuras in duodenario numero comprehendi potest Agri-mensor antiq. ap. Gronou. de P. V. l. 3 c. 11 p. 108. Sic est: Libra non solum Ponderis, sed etiam Mensura, quae et ipsa duodecim uncias mensuralibus constat. Galenus lib. 1. de compositione medicamentorum per genera, Appellatur enim a Romanis libratae pondus solidorum corporum, nomine simili libralis liquidorum mensura: quae permulta in tota vrbe est, ex cornu materia constans. Idem lib. 6. eiusdem operis, Idcirco medicos in libris de medicamentis accuratius oportebat scribere, qualesnam uncias vel libras medicinarum liquidarum praeciperent iniici, mensuralesne, an ponderales. Ex quibus locis clarissime intelligitur, libram duplicem Romanis fuisse, mensuralem et ponderalem. Quod si ponderalem indicamus, discriminis facienda causa adiiciendum est pondo: si mensuralem, mensura. Quale est illud ipsius Galeni lib. 1. eiusdem operis, vbi scribit Constare album emplastrum ex argenti spumae et cerusae singulorum libra pondo, olei vero duabus libris mensura. De hac Libra mensurali videtur intelligendus locus ille Suetonii in Caesare c. 38 Populo praeter frumenti denos modios ac totidem olei libras, tricenos quoque numos, quos pollicitos olim erat, viritim diuisit. Apparet etiam ex Galeni verbis supra citatis, oleum cornibus libralibus vendi consueuisse, hoc est libram unam mensuralem capientibus.

pietibus. Verum eiusmodi cornua non solum fuisse librae unius, sed aliqua duarum etiam librarum, ex Horatio intelligimus, Serm. 2, 2, 61 — cornu ipse bilibri Caulibus instillat. b. e. Duarum librarum mensuralium capaci. Sic Plautus, Bilibrem aequalem, duarum librarum capacem, dixisse videtur in Milit. 3, 2, 39. Porro libram mensuralem in duodecim uncias mensurales diuidi, abunde testatur Galenus eiusdem operis lib. 3. his verbis: Est autem apud ipsos. (de Romanis loquitur) mensura, qua oleum metiuntur, interfecta lineis diuidentibus totam in duodecim partes. Atque Mensura integra, vocatur ab ipsis Libra: Duodecima vero pars eius Uncia. Quantum autem pendeat, Libra mensuralis, potest utcumque colligi ex ipso Galeno, qui lib. 6. de compositione medicamentorum per genera, sic ait, Ego sane olei libram Romae nuncupatam quam per interfecta cornua metiuntur, appendi aliquando, cupiens scire, quantum ponderis haberet. Inueni vero duodecim uncias mensurales, decem ponderalibus aequales.

¶ 4 Libra, Signum caeleste. Plin. 18, 25 Alterumque aequinoctium Librae. Significatur imber librae occasu Idem 18, 26. Libra Phoebeos tenet aequa currus Senec. Herc. Fur. 844. Vid. Aequa libra: Manil. 3, 305 Iustaeque examina librae. Pendula caelestes libra mouebat aquas Ouid. Fast. 4, 386. Libra die somnique pares ubi fecerit horas Virg. Georg. 1, 208.

¶ 5 20 Instrumentum, quo linea horizontalis, et quantum vel infra illam aliquid deprimatur, vel ultra eam ascendat, explorari potest. Ea cum ad aquas ducendas sit utilis vocatur Aquaria libra Vitruu. 8, 6. Columel. 8, 17, 4. Sin autem locus, ubi viuarium constituere censemus, pari libra cum aequore maris est, in pedes nouem defodiatur piscina. Omnes a- 25 quae diuersa in urbem Libra perueniunt Frontin. de Aquaed. l. 1. i. altitudine, sec. Turneb. 5, 5. vid. Polenus ad Frontin. 1, 18 p. 61. Turrets ad libram factae, i. Eadem altitudine, qua opus erat, ut turrim oppugnandam superarent. Caes. Bell. Ciuil. 3, 40. Alii de aequalitate ponderis intelligunt. Sed illud melius.

¶ 6 30 Libra, pro Libramento. Plin. 16, 36 Contra status quoque peruicax libra Bononiensibus calamis.

LIBELLA, ae. f. Dimin. Nummus argenteus, qui et As dicitur, decima pars denarii. Cic. Verr. 2, 26 Et quis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset? Libellam pro Asse posuit: ex eo dicitur, quod libram aeris valebat, id est assem. Quum autem minimam pecuniolam significare volebant, assem et libellam dicebant. Idem pro Rosc. Com. 11. de poena plus petentium loquens, Si peteret sestertios 1000 dari: hic, nisi planum facit sestert. 1000 ad libellam sibi deberi, causam perdit. i. Si minimo quidem numo minus debitum fuit ex formula plus petitionis, causa cadit. Plaut. Capt. 5, 1, 27 At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Conf. Id. Pseud. 2, 2, 34. Libella argenti ideo dicitur, quod nummus erat argenteus. Haec ex Budaeo.

Cic. Attic. 7, 2 Fecit palam te ex libella, me ex teruncio. Subaud. Haeredem, i. tibi legauit decimam Denarii, vel Sestertii adeo partem, mibi quadragesimam. vid. Gronou. de Pec. vet. 2, 1 p. 55 sq. Add. 3, 12 p. 304.

¶ 2 Libella, Fabrice est instrumentum, quo linea horizonti parallela exploratur, et exigitur. Lucret. 4, 518

Denique ut in fabrica, si praua est regula prima,

Normaque si fallax rectis regionibus exit,

Et libella aliqua si ex parte claudicat hilum;

Omnia mendosa fieri atque obstipa necessum est,

Praua, cubantia, prona, supina, atque absona tecta etc.

Plin. 36, 22 Structuram ad normam et libellam, et ad perpendiculum respondere oportet. Varr. de R. R. 1, 6 Locus ad libellam aequus. Deliberare a libella, qua quid perpenditur, dictum Fest. ubi possis etiam bilancem intelligere.

LIBRALIS, e. Adi. [λιτραῖος] Quod est unius librae. Vegetius de re Mil. 2, 23 scribit, manu sola omnes milites mediatos libralia saxa: qui vsus paratior credebatur, quia non desiderabat fundam. Plin. 19, 2 Excedunt saepe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Librales offae Columel. 6, 2. i. librae mensuralis quantitate, vel ponderalis adeo. Plin. 15, 11 ad finem, Nec non et quaedam e piris libralia appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.

LIBRARIUS, a, um. Adi. [λιτραῖος] Idem. Caementum de silice frangatur, ne grauius quam librarium Vitruu. 1. 8. extr. Columel. lib. vlt. c. 53 Caro in libraria frustra conciditur. i. singula unius librae. Sed librarium foramen Caton. 21, 4 quid esset, vid. not.

LIBRARIA, ae. f. Fabrett. Inscript. p. 211. AVG. L. LIBRARIA. CON. SVO. etc. Videtur enim dicta non a libris scribendis; sed a libra, tanquam partiendis pensis praefecta. Schol. ad Iuuenal. 6, 475 Perit libraria, Lanipendiam interpretatur.

LIBRILE, is. n. [λίβριον] Onomast. Vet.] Scapus librae, inquit Festus. Synecdochice pro tota Libra. Gell. 20, 1 Perpendi in librilii. Est etiam Instrumentum bellicum. Festus: Librilia appellantur instrumenta bellica; saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris reuincta. Vid. Parei Lex. Crit. p. 677 qui huc refert locum Caes. Bell. Gall. 7, 81 Fundis librilibus sudibusque Gallos perterrent. Nonnulli apud Festum, pro Librilia, legunt Librilla.

LIBRIPENS, endis. m. [ζυγοστένης Gloss. Lat. Gr.] Qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens Caius Ictus ap. Prisc. l. 6 extr. Abl. Libripende Id. ibid. Libripendes Plural. Plin. 33, 3. Conf. locus Boethii in Top. Cic. 3 p. 797 quem damus in MANCIPATIO. Gaius Institut. tit. 6 pro eo, qui libripens appellatur, id est stateram tenens, etc.

LIBRO, are. [ζαβύριον, ζαβύριον, τάλαντιον] Ponderare, trutinare, libra seu ponderali, siue illa altera aquaria, aestimare, et examinare. Laudatur Apuleius, nescio qua fide: negat enim index Floridi, Omnia prius, quam aliquid statuas, libranda sunt. Libratur aut dioptris aut libris aquariis Vitruu. 8, 6. Librare pauimentum Cato 18, 7. i. ad libellam aequare. Carbasa ponto Sedul. 3, 49. i. velis passis navigare. Metus librare Stat. Theb. 9, 166. i. ancipiti cogitatione ponderare, utrum magis metuendum sit.

¶ 2 A motu fluctuante librae librare etiam significat mouere sursum deorsum, uti alas mouent volucres, eoque ipso motu aequilibrium et aequabilem suspensionem, vel etiam illum fortioerem quaerere. Plin. 11, 10 Apes, si cooriatu procella, apprehensi pondusculo lapilli se librant, vid. Virg. Georg. 4, 196 de apibus. Cursum librare in aere, de aibus dicitur Ouid. Amor. 2, 6, 4. Corpus libravit in alas Id. Met. 8, 201. Malleum librare Id. ibid. 2, 624. Sese librat ex alto, inquit Plinius de aquila. 10, 3. Tellurem medio librare axe Claud. in Ruf. 1, 11. Virg. Aen. 9, 417 Hoc acrior idem Ecce aliud summa telum librabat ab aure. Conf. Heinsf. ad Ouid. Her. 3, 25. ¶ 3 Librare etiam significat Aequaliter, velut libra adhibita diuidere. Columel. 10, 42 Et paribus Titan orbem libraverat horis.

LIBRATUS, a, um. Terra librata ponderibus Cic. Tusc. 5, 69

c. 24. *velut in aequilibrio suspensa, ut nusquam nisi versus suum centrum nutet.* Tellus ponderibus librata suis Ouid. Met. 1, 13. Libratum pari momento temperamentum Colum. 3, 12, 4. Compar. Liu. 30, 10 Grauior ac pondere ipso librator superne ex onerariis iustus erat.

**LIBRATIO**, ōnis. f. *Librandi actus.* Vitruu. 8, 6 Qui Archimedis libros legit, dicet, non posse fieri veram ex aqua librationem. Diuina libratio Minut. Felix c. 17.

**LIBRATVRA**, ae. f. *Idem.* Veget. de Re Vet. 2, 22 pr. Libraturam cutis consumis Catustolico medicamento: Labia cutis *codex alter interpretatur: videtur itaque esse eminentia, quae in terra librando intelligitur.*

**LIBRATOR**, ōris. m. [*σαβυρής*] *Qui peritiam habet librandi aquam ad libellam. Vulgo nunc libellator dicitur.* Plin. Epist. 10, 50 Superest, ut tu libratores vel architectum, si tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari, *vid. Buchner. ad h. l. Idem ibid. 282.*

¶ 2 **Libratores**, *Qui lapides in bello emittent.* Tacit. Ann. 13, 39 Libratoribus, funditoribusque attributus locus, unde eminus glandes torquerent: ne qua pars subsidium laborantibus ferret. *Contra Turnebus libratores apud Tacitum esse ait, non qui in hostem missilia vibrant, mittuntue manu, sed qui ex tormentis excutunt.* Taciti verba Ann. 2, 20 sunt, Remotisque paullatim legionibus, funditores, libratoresque excutere tela, et proturbare hostem iubet: missae e tormentis hastae.

**LIBRAMEN**, inis. n. *Actus librandi, i. ponderandi, v. g. Adhibere iudicii libramen* Claud. Mamert. 3, 13. Aequato libramine constat iudicium Paullin. Nat. Felic. 6, 306.

¶ 2 *Ipsa vis eiaculari et vibrandi.* Liu. 42, 65 Huic spiculo ad libramen pinnae tres, ut sagittis solent, circumdabantur.

**LIBRAMENTVM**, i. n. [*ισορροπία* Gloss. Lat. Gr.] *Aequamentum.* Columel. 1, 5 Nam eiusmodi positio medium temperatumque libramentum ventorum hiemalium et aestiuorum tenet.

¶ 2 *Punctum, in quo motus fit, ut medium illud in iugo librae.* Cic. Acad. 2 c. 36 in definitione puncti mathematici, Punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat: extensitatem, et quasi libramentum, in quo nulla omnino crassitudo sit. *Hinc pro machinatione, qua sub certis legibus efficitur, sublato aequilibrio motus.* Plin. Epist. 4, 30 extr. An nescio quod libramentum abditum et caecum, quod quum exinanitum est, suscitatur et elicit fontem, etc. Aquae libramentum *Fastigium, diuersa altitudo, unde motus diuersus oritur.* Plin. 21, 6 Ductus habet longitudinem, ita exigente libramento, passuum XLII millium Frontin. de Aquaed. l. 1. Plumbi libramenta, *Massae plumbae in arietes coniectae, quibus eo grauius vibrentur* Liu. 38, 5. Tormentorum libramenta, *Habenaes et lora seu funes, quibus librabantur seu vibrabantur tormenta.*

Tacit. Hist. 3, 23.

**LIBS**, Libis. m. [*Λιβή*] *Ventus ex Africa s. Libya spirans.* Plin. 18, 34 Ex aduerso Aquilonis ab Occasu Brumali Africus flabit, quem Graeci Liba vocant. Sic 2, 47. *vid. AFRICVS.*

¶ 2 *Liba etiam Homo Africanus.* Sidon. Carm. 9, 94. et 15, 143.

**LIBVM**, *vid. LIBO*, are.

**LIBVRNIA**, ae. f. [*Λιβυρνια*] *Regio inter Illyriam et Dalmatiam, seu (ut quidam aiunt) Pars Dalmatiae, in qua sunt Saloniae vrbs insignis, cuius populi LIBVRNI [*Λιβυρνοί*] vocitati sunt, de quibus Lucanus 4, 530 Pugnacesque mari Graia cum classe Liburnos.*

**LIBVRNVS**, i. m. [*Λιβυρναίος*] *Qui est ex Liburnia. Item, Qui priuatim quoscunque in iudicium vocabant iussu magistratum (quod vilissimorum hominum officium erat) dicebantur Liburni, quod fere e Liburnia essent.* Iuuen. Sat. 4, 75. Martial. 1, 50 Procul horridus Liburnus, et querulus cliens. Regna Liburnorum Virg. Aen. 1, 248.

**LIBVRNVS**, a, um. Adi. [*Λιβυρναίος*] *Terra Liburna* Lucan. 8, 38.

**LIBVRNICVS**, a, um. *Idem.* Insulae Liburnicae Plin. 3, 26.

**LIBVRNA**, et **LIBVRNICA**, ae. f. [*Λιβυρνια*] *Subaud. nauis. Genus nauis bellicae velocissimae, a Liburnis populis in Illyrico, qui olim nauibus velocibus vsi, Ioniam insulasque praedabantur. Qua ex causa Romani naues leuitate celeritateque praestantes, appellauere liburnicas, ut refert Appianus.* Hor. Epod. 1, 1 Ibis Liburnis inter alta nauium Anice propugnacula. Lucan. 3, 529 Ordine contentae gemino creuisse liburnae. Plin. Epist. 6, 16 Iubet Liburnicam aptari: mihi, si venire vna vellem, facit copiam. Prop. 3, 9, 44 Rostra Liburna vocat per Synecdochen.

**LIBYA**, ae. et **LIBYE**, es. f. [*Λιβύη*] *Africa: quod inde Libys ventus flare soleat: seu quod pluuia indigeat propter nimiam siccitatem, ἀπὸ τῆς Λιβύης. Vel a Libya, Epaphi filia, Iouis filii.* Agri soli Libyae

Virg. Georg. 3, 249. Aestiferas Libyes squalentia arua Lucan. 1, 206. Siccitatis Libyes calidae arenae Idem 1, 368. Deserta Libyae Virg. Aen. 1, 388. Litus arenosum Libyae Idem ibid. 4, 257. Vastitas Libyae Cic. de Nat. Deor. 1, 102.

**LIBYS**, yos. m. et **LIBYSSA**, ae. f. *mulier, [*Λιβύς*] quod ex Libya est.* Virg. Ciri 440 Nec Libys Assyrio sternatur lectulus ostro. Nuri Lectuli Punici. Arena Libyssa Catul. 7, 3.

**LIBYSSINVS**, a, um. Adi. [*Λιβυσσίνας*] *Martianus Capella, Graui ac Libyssino calore exustus. Montes Libyssini* Catul. 58, 1. *Voss. rectius edidit Libyssini.*

**LIBYSTIS**, idis. f. [*Λιβυστίς*] *Patronym.* Virg. Aen. 5, 37 Pelle Libystidis vrsae, *vid. Lips. Elect. 2, 4. Salmas. in Solin. p. 220. Voss. de Idol. 3, 52 p. 503.*

**LIBYSTICVM**, i. n. [*Λιβυστικόν*] *Herba ap. Veget. Mulom. 3, 52, 3. Al. Ligusticum.*

**LIBYCVS**, a, um. Adi. [*Λιβυκός*] *Libycum mare. Libycus campus in agro Argeo dictus, quod in eo primum fruges ex Libya allatae sunt. Vnde et Ceres ab Argis Libyssa vocata est, ut ait Festus. Aparagus* Plin. 20, 10. *i. fluestris. Gentes Libycae* Virg. Aen. 4, 320. Terrae Libycae Idem ibid. 4, 271. Vrbs Libyca Id. ibid. 4, 348.

**L I C**

**LICA**, ae. m. [*Λίχας*] *Nomen viri, qui Herculem secutus est, auctore Festo. Melius scribitur Lichas. Hunc fabulantur Poetae versum fuisse in scopulum, dum ab Hercule furente praecipitatur in mare, vid. Ouid. Met. 9, 155.*

**LICAMBES**, *vid. LYCAMBES.*

**LICENTER**, **LICENTIA**, **LICENTIOSVS**, *vid. LICET.*

**LICEO**: *Quae ad hoc verbum personale referri posse videntur, ea datus mus mox in LICET n. 2.*

**LICEOR**,

**L I C E O R**, licitus sum, ēri. [*ἀρρωσμαι*] Significat offerre pretium pro re venali, et sic rogare, quo pretio liceat eam auferre. Plaut. Stich. 1, 3, 68 Iocos ridiculos vendo, agite licemini. Cic. Verr. 3, 77 c. 33. Herbitenses quum viderent, si ad Aeschionem pretium redisset, se ad arbitrium libidinosissimae mulieris spoliatum iri: liciti sunt vsque eo quoad efficere posse arbitrabantur. Pers. 5, 196 Et centum Graecos curto centusse licetur. Animoso liceri Paul. l. 29 D. famil. herc. *Absolute aliquando ponitur: aliquando accusatio iungitur, adiecto pretio vel in ablatiuo, vel in genitiuo.* Vlpianus, Si res eius vaenierit, et existat qui plus liceatur, etc. *Add.* Pompon. l. 7 §. 8 D. de minorib. Cic. Off. 3, 61 c. 15 Non licitorem venditor, nec qui contra se liceatur, emtor opponet. *Sed pulchre Muretus, Qui contra asse i. paruo et contento pretio. Usurpatur hoc verbum non in emtionibus tantum, sed etiam in conductionibus.* Suet. Caes. c. 20 Ne in locatione nouorum vectigalium immoderatus licerentur, propalam monuit. Cic. Verr. 3, 27 c. 11 *Conductorem decumarum ita describit, Qui digito, numerorum indice, licitus sit.*

**L I C E N S**, entis. Pretium offerens pro aliqua re. Caes. Bell. Gall. 1, 18 Illo licente, contra liceri audeat nemo.

**L I C I T O R**, āri. [*πλειστηράζομαι*] Frequent. a Liceor, pretium saepe promittere, augere, quae auctio est. Curt. 4, 1, 12 Et quum habeatis arma, licitamini hostium capita, i. pretium et praemia promittitis, si quis ea vobis offerat: nisi capita pro vita posuit, eadem sententia. ¶ 2 Non. 2, 505 Licitari, Congredi, pugnare Ennius. Pars ludice saxa iactant, inter se licitantur. Caecilius Hymnide, Quae narrare inepti est scutras feruentis, quin machaera licitati aduersum aeneum coepisti sciens. *Nempe Licitati dicuntur (inquit Festus) in pugnando, siue mercando contententes.*

**L I C I T A N S**, antis. Partic. [*ἐπιπράζων*] Caius in l. Locatio. D. de Publicanis, Locatio vectigalium, quae calore licitantis ultra modum solitae conductionis inflatur, ita demum admittenda est, si fideiussores idoneos et cautionem is, qui licitatione vicit, offerre paratus sit.

**L I C I T A T I O**, ōnis. f. [*ἐπιπράξις*] Auctio. Cic. Att. 11, 15 Genus enim conditionis eiusmodi fuit, in quo non solet esse controuersia: quum ea pars, quae videtur esse minor, licitatione expleri posset. Id. Verr. 2, 133 Exquisitis palam pretiis et licitationibus factis, describebat Censores binos in singulas ciuitates Timarchides. Admittere licitationem l. 7 §. 8 D. de minorib. Vincere licitatione, vid. **V I N C O**.

**L I C I T A T O R**, ōris. m. [*ἐπιπράτης*] Qui pretium auget. Cic. Off. 3, 64 c. 15 Non licitorem venditor, nec qui contra se liceatur, emtor opponet, vid. in **L I C E O R**. Id. Fam. 7, 2 Nunc quum tuum pretium noui, licitorem potius apponam, etc.

**L I C E R I V M**, i. n. Vrbs Aquitaniae. Hinc

**L I C E R I A N V S**, a, um. Adi. Pira Liceriana Plin. 15, 15.

**L I C E T**, licet, ēre. Imperf. [*ἔχει, ἐδέχεται*] Vim verbi huius explicat Cic. Tusc. 5, 55 c. 19 Cinna non solum eo mihi videtur miser, quod ea fecit, sed etiam quod ita se gessit, vt ea facere ei liceret. Esti peccare nemini licet. Sed sermonis errore labimur. Id enim licere dicimus, quod cuique conceditur. *Igitur Licet significat permittitur, conceditur etc.* Nunc mores nihil faciunt, quod licet, nisi quod lubet

Plaut. Trin. 4, 3, 25. *Cum accusatio.* Quinctil. 4, 4, 6 Procuratorem tibi esse non licuit. *Quidam legunt Procuratori, in datiuo.* Add. 7, 1, 19. Cic. pro Corn. Balb. 29 c. 12 Si cui Romano licet esse Gaditanum. Medios esse iam non licebit Cic. Att. 10, 8. *Add.* Hor. Sat. 1, 2, 55

51. Caes. B. C. 3, 1. et B. G. 6, 35 (34) qui tamen posterior locus dubius est. Ouid. Epist. 20, 75 Licet silentem consistere. Licet esse miseris Cic. pro Lig. c. 6. *Cum datiuo.* Idem Tusc. 1, 35 c. 15 Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminondae. Hor. Serm. 1, 1, 19 — eia Quid statis? nolunt, atqui licet esse beatis. Cic. ad Brut. 16

Sed quis supplicat, vt optime meritis de Rep. liceat esse saluis? Lucan. 3, 31 Nunquam tibi — genero non esse licebit. Licet, *Responsio permittentis vel concedentis.* Plaut. Rud. 4, 6, 8 Rogato vt relinquat alias res, et huc veniat. T. licet. Licet mihi discere de te. *pro* Possum Ter. Eun. 2, 2, 31. Cic. Verr. 5, 179 Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati sunt. Licet me id scire quid sit? Plaut. Praed. 1, 1, 14. Ter. Heaut. 3, 2, 38 *Moderate licet viuere, est spes.* *Et cum infinit. pass.* Cic. Orat. c. 4 *Quidam (Demosthenis) ex epistolis intelligit licet, quam frequens fuerat Platonis auditor.* Et

c. 60 Sed tamen haec nec nimis esse diuersa — intelligi licet. Et ad Brut. Epist. 5 Sed quomodo liceat absentis rationem haberi. Caes. B. Ciu. 3, 28 Hic cognosce licuit, quantum etc. Plaut. Rud. 1, 2, 51 Mea quidem herele causa saluos sis licet. Dixerat haec, sed et haec et multo plura licebat Dicere: regressus non dabat ille viro Quid. A. A. 2, 31. Si per te licet, i. Si permisit: vel, si potero, a te non impeditus Plaut. Afin. Prolog. 12. Ter. in Prolog. Heaut. 136 Date potestatem mihi statariam agere, vt liceat per silentium, Quod ego possim vobis tacentibus. Idem Hec. 5, 4, 33 Per me exquirere licet. Cic. Philipp. 2, 9 c. 4 Petis, vt tibi per me liceat quendam de exilio reducere. *Add.* Id. Acad. 4 c. 29. Licet, *absolute, pro Poteris facere.* Cato de R. 80

R. 158 extr. Et si voles insuper vinum Coum mistum bibere, licebit bibas. Cic. Off. 1, 102 Licet ora ipsa cernere iratorum. Idem Acad. 4, 57 Hic pugnes licet, non repugnabo. Impune licere Tibul. 1, 9, 5. *Locus est etiam huic verbo in praeparationibus* Hor. Carm. 3, 27, 13 Sis, licet, felix, vbicumque maus, Et memor nostri, Galatea, viuas. Conf. Ouid. Met. 3, 404.

¶ 2 *Personaliter interdum ponitur, et numero plurali:* Scimus haec tibi qua licent sola cognita, sed marito Ista non eadem licent Catull. 59, 146. Quum in seruum omnia liceant Sen. de Clem. 1, 18. Quaedam quae licent, tempore et loco non licent Sen. Controu. 25 in fine diuis. Ne tibi, quid liceat, sed quid fecisse decebit, Occurrat, mentemque domet respectus honesti Claud. Conf. Honor. 4, 267.

¶ 3 *Peculiarem et sollempnem vim habet hoc verbum in emtionibus et venditionibus. Quam declarabimus loco* Plauti Epid. 3, 4, 36 *ubi emtor rogat, Estne mihi emta haec? Respondet venditor, Istitis legibus habeas, licet. Emtor subiicit, Conciliauisti pulchre, i. mihi vendidisti. Interrogat igitur emtor, quanti licet? suppresso habere. Respondet venditor, Decem numis licet tibi habere vel auferre rem meam.* Cic. Att. 12, 23 De Drusi hortis, quanti licuisse (eos emere) tu scribis, id ego quoque audieram. Martial. 6, 86 Puellam vendebat (venalem proclamabat) praeco — Paruo cum pretio diu liceret (eam abducere) Dum puram cupit approbare cunctis etc. *Possis etiam personaliter accipere* Liceret puella i. venalis esset. Sic certe Plaut. Menaech. extr. Venibunt quiqui licebunt praesenti pecunia, i. qui venales esse, et vendere corpus suum ad libidinem alienam volent.

**L I C I T V M** est. [*ἔπιπράς*] Idem quod licet. Ter. Hec. 5, 3, 39 Ego

dum licitum est, vſa ſum benigno, et leſido et tomi. Virg. Aen. 10, 105 Quandoquidem Auſonios coniungi foedere Teucris Haud licitum eſt: nec veſtra capit diſcordia ſinem. Cic. Fam. 14, 4 Expectaſſem Brunduſii, ſi eſſet licitum per nauas.

5 LICET. [ἐῶ] Adu. vel Coniunct. concedentis, vocant: Sed non exiit naturam verbi, e. g. Virg. Aen. 6, 400 — Licet ingens ianitor antro Aeternum latrans exangues terreat vmbraſ. Sic Licet [κῆρ, κῆρ] pro Quamvis, aduerſatiua Coni. vocatur: ſed neque hic opuſ eſt a Verbi nomine diſcedere. Cic. de Aruſp. Reſp. 19 Quam volumus licet, P. C. ipſi nos auemus, tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, etc. Virg. Aen. 6, 803 Fixerit acripedem ceruam licet. Vid. Iuuen. Sat. 8, 18.

LICITVS, a um. Adi. Negotiatio licita Vlpian. in l. 2 D. De iure patrio. Licitae acies, vid. ACIES.

LICITVRVM eſt. [ἐξουσιον] Cic. Att. 2, 1 Quod nihilo magis ei liciturum eſſet plebeio Remp. perdere, quam ſimilibus eius me COS. patriiſ eſſet licitum, i. licitum futurum.

LICITO. Adu. Solin. c. 16 (11) Aedes numinis praeterquam nudus veſtigia nullus licito ingreditur.

LICITE. Adu. Idem. Licite vſurpare Orof. 6, 10.

20 LICENS, entis. Qui ſibi licere, rebus et factis indicat. Propert. 4, 1, 26 Vnde licens Fabius ſacra Lupercus habet. Greſſus licens Martial. 4, 8. Ioci licentes Stat. Silu. 1, 6, 93. Compar. [ἐξουσιον] Cic. de Orat. 3, 183 c. 48 Inde ille licentior et diuitior fluxit dithyrambus. Accuſatio licentior Valer. Max. 9, 2, 3. Conuerſatio cum viris licentior Sen. Excerpt. contr. 6, 8. Epiftola licentior, *quae libere ſcribitur quidquid volumus* Plin. in Epift. Dedicat. Hiſt. Nat. Vita licentior, pro Diſſoluta Valer. Max. 9, 1, 2.

LICENTER. Adu. [ἀδελος] Fere exceſſam libertatis notat. Cic. in Orat. 77 c. 23 Solutum quiddam ſit, nec vagum tamen, vt ingredi libere, non vt licenter videatur errare. Liu. 26, 10 Idem tam licenter atque otioſe facere Flacco indignum viſum eſt. Ede audacter et licenter Catul. 53, 16. Eludere licenter Liu. 29, 31. Vti verbo licenter Sen. Controu. 10. Compar. Abuti licentius Cic. de Orat. 3 c. 43. Dicere licentius Quinctil. 1, 2. Aduerſario remoto eorum bona licentius Diſperſiuit Nep. 10, 7, 1. Errare licentius Ouid. ex Pont. 4, 10, 29. Virg. Aen. 7, 557. Eſſe laxius licentiusque Salluſt. Iug. c. 87.

LICENTIA, ae. f. [ἐξουσιον, ἀδελος] Impunita facultas loquendi, vel agendi quaecumque placent, et raro aliter, quam in malam partem pro exceſſu quodam libertatis, et impunitate peccandi accipitur. Auſt. Dial. de

40 Orat. Sed eſt magna iſta et notabilis eloquentia alumna Licentiae, quam Italia Libertatem vocabant etc. Cluitas inter libertatem ac licentiam incerta Tac. Hiſt. 2, 10, 1. Ter. Adolph. 3, 4, 63 Verum nimia illae licentia profecto euadet in aliquod magnum malum. Idem Heaut. 3, 1, 74 Nam deteriores omnes ſumus licentia. Graecia hoc vno malo

45 concidit, libertate immoderata et licentia Concionum Cic. pro Flacc. c. 7. Id. Verr. 3, 3 Niſi facile cupiditates noſtras teneremus, nunquam ipſimet nobis praecideremus iſtam licentiam libertatemque viuendi. Poena abſuit, et licentia conſecuta eſt Id. Verr. 3. Pueris non omment licentiam Ludendi damus Cic. Offic. 1 c. 29. Licentia ad maledicendum Id. pro Font. 30. Licentia temporum Plin. Epift. 3, 3 extr.

50 Verborum Curt. 8, 2, 2. quae eidem alio loco Intemperantia lingua. Conſtricta licentia nullo modo Claud. de Nupt. Honor. 78. Effrena Idem de Bell. Get. 369. Effuſa Tacit. Ann. 4. b. e. Immodica. Quinctil. 6, 3 Quin illae ipſae, quae dicta ſunt, ac vocantur, quas certis diebus feſtae licentiae dicere ſolebamus, etc. Foecunda vatum Ouid. Amor. 3, 12, 41. Immenſa ponti Id. Met. 1, 309. Indomita Hor. Carm. 3, 24, 28. Laſciua

55 Id. ibid. 1, 19, 8. Nocturna Ouid. Faſt. 5, 367. Poetica Quinct. 2, 4, 3 et 19. de narratione et ſigmentis, quibus Poetae eam expoliant. Aſſequi licentiam Cic. Off. 1, 148. Concedere licentiam Id. pro Murraen. 20. Dare licentiam pecunias eripiendi Id. Verr. 1, 220. Dare infinitam licentiam iudicium Senec. de Benef. 3, 7. Lucan. 1, 8 Quis furor o ciues, quae tanta licentia ferri? Iniecit vaganti frena licentiae Hor. Carm. 4, 15, 10. Largiri licentiam Cic. Acad. 4, 30. Notare licentiam verbi Quinctil. 4, 1. Obſtinere licentiam Cic. Att. 10, 4. Patere licentiam Idem

60 de Amicit. 89. Permittere licentiam, vid. PERMITTO. Pollicetur licentiam luxuriae Id. de Fin. 2, 70. Poſſidere licentiam Idem Verr. 2, 67. Praecidere licentiam Idem ibidem 3, 3. Proceſſit latius licentia Scribon. Ep. m. Prodere licentiam mentiendi Quinctil. 4, 2. Refrenare licentiam Hor. Carm. 3, 24, 28. Frenum ſoluit priſtinum licentia Phaedr. 1, 3, 3. Tranſcendet haec licentia in prouincias Tacit. Hiſt. 1, 30.

65 Licentia, ſimpliciter pro Potestate, ſive Permiſſione Tacit. Ann. 14, 49 Statuerent vt vellent, data et abſoluendi licentia. Ibidem 50 Mox licentia habendi obliuionem attulit. Bocchus legatis agendarum et quocumque modo belli componendi licentiam permittit Salluſt. Iug. 103, 3. Cic. Off. 3, 20 Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat. Idem Off. 1, 148 Nec quemquam eo errore duci oportet, vt ſi quid Socrates aut Ariſtippus contra morem conſuetudinemque ciuilem fecerit, locutiue ſint, idem ſibi arbitretur licere: magnis enim illi, et diuinis bonis hanc licentiam aſſequebantur.

70 Sed in vtroque loco tamen relationem habet illam, vt aliquid contra conſuetudinis legem fieri intelligamus.

LICENTIA TVS, i. m. Honoris hodie vocabulum, i. Designatus, vt licentiam habeat ad conſequendam dignitatem ſupremi tituli. De deriuatione huius vocis vid. Hotoman. de verbis iuris: Eraſm. Dialog. de Pronun. p. 35. et Lanſii Comm. 1. de Academ. p. 75. Adfertur etiam ex

75 Laberio ap. Non. 3, 130 Licentiatus. Sed ibi non eſt concretum nomen, verum abſtractum. Ita autem conſtituendus videtur locus, LICENTIAM feminino: maſculino Laberius in Paupertate (hic libri titulus etiam alias laudatur a Non. 1, 264) Meo licentiato. Sic, inquam, legendum pro vulgato Licentiatus.

LICENTIOSVS, a, um. Adi. [ἐξουσιον] Laudatur, non reſte, puo, Tacit. Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentioſus. Quinctil. 1, 6, 23 Nam ebor dicere, non mirus eſt licentioſum, quam ſi ſulphuri et gutturi ſubiicerent O mediam in genitiuo. Licentioſum

80 Ius Arnob. 4 p. 149. Lamentationes Apul. Met. 4 p. 154.

LICENTIOSE. Adu. vnde Licentioſus Petr. c. 140. ſed incerta lectio.

LICHANOS, i. m. [λίχανος] Phthongorum mobilium vnus, apud Vitruu. 5, 4.

LICHEN, enis. m. vel LICHENE, es. f. [λίχην] Morbi genus, quod Latini Mentagram vocant, quod a mento incipiat. Plin. 26, 1 de morbis faciei priori aeuo incognitis, Grauiſſimum ex his lichenas appellare Graeco nomine: Latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum laſciua (vt eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox et vſurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus, oculis tantum immunitis, deſcendentem vero

85 et in

et in colla pectusque ac manus, foedo cutis fursure. Vide etiam reliqua, et considera, an non leprae Iudaicae ibi sint vestigia. Martial. 11, 99 Non vlcus acre, pustulaeque lucentes, Nec triste mentum, sordidive lichenes. Sunt qui ex hoc genere putent eum, qui Neapolitanus hodie vel Gallicus morbus vocatur. Lichenas oris praestantissime vincit glutinum factum e genitalibus vitulorum Plin. 28, 12. Asini lichen narius illitus ex aceto Lethargicos excitat Idem 28, 17 f. 67. Lichenes equi commendat Id. 28, 11. f. 49. Qui porro sint hi Lichenes, descendum ex Dioscor. 2, 45 nempe calli, circa eorum genua et ungulas, in earum partium flexu indurati. ¶ 2 Lichen, Herba. Plin. 26, 4 Lichen vero herba his omnibus praefertur, inde nomine inuento. Nascitur in saxosis, folio vno ad radicem lato, caule vno paruo, longis foliis dependentibus. ¶ 3 Plin. 23, 7 f. 69 In prunis siluestribus et natiuis est limus arborum, quem Graeci lichena appellant, rhagadiis et condylesmatis mire utilis.

LICINIO, LACINIO, are. Ut ventus adhaerens pressule membrorum voluptatem graphice liciniaret Apul. Met. 10 p. 254, 11. Nihil dum prolatum est, quo satis explicaretur vis huius verbi. Forte optimum fuerit acquiescere in coniectura virorum doctorum liniaret, i. delinea-ret, exprimeret.

LICINIUM, i. n. Vestis nomen apud Isidor. 19, 22 Licinium vocatum, quod textura eius ligata sit in totum, quasi diceret Liginum, G, pro G, litera commutata. V. Edit. 1489 Licinium, quod magis conuenit cum Liginum. ¶ 2 Idem Isid. 19, 19 Lignum vocatur Graeca etymologia, (ad λύχρον respicit; quam bene, non disputo) quia incensum in lumen conuertitur, et in flammam. Vnde et Licinium dicitur, quod lumen det. Nempe idem 20, 10 Lucerna a Licinio dicta est — Licinius autem quasi Lucinius. Est enim candela lucernae. Videtur itaque Licinius s. Licinium significare linum s. filamentum lucernae, quod bibit oleum, et flammae velut fundus est: poteritque forte melius derivari a licio, i. filamento. Apertum id facit ipse Isid. 16, 1 ibi enim ex Plinio 35, 15 f. 50 recensens Sulfuris genera, Quartum, inquit, ad licinia conficienda maxime aptum, ubi Plinius, Ellychnia. Hoc suadet etiam usus medicus. Veget. Mulom. 2, 22, 2 Aceto et oleo linteolis vel licinio addito, locum ipsum complex et fasciabis. Id. 2, 48, 6 Licinio intorto cum axungia, et aceto et oleo loca, de quibus mucus (s. mucus) eiectus fuerit, satiare. Rhodius de Acta Celsi p. 147 ex Albuenss chirurgia P. 2 c. 64 affert Factum licinium ex decem filis.

LICINIUS nomen gentis Romanae latissime per Crassos, Lucillos, Muraenas, Neruas, Stolones etc. fusae. Quam putemus originem nominis modo indicauimus in LICINVS n. 2. ubi et de quantitate Syllabarum laudauimus Horat. Od. 2, 10, 1 Rectius viues, Licini, neque altum Semper vrgendo. Hinc

LICINIUS, a, um. Adi. Lex Licinia Cic. pro Planc. 36. Atria Licinia Id. pro Quint. 12. Oliua Colum. 12, 49 et 52. it. Pallad. Febr. 45 18. Stagna Licinia Stat. Theb. 4, 744.

LICINIANVS, a, um. Domus Liciniana Cic. Quint. Fratr. 2, 3. Olea Liciniana Cato de R. R. 6.

LICINVS, a, um. Boum epistemon esse docet Seruius ad Georg. 3, 55 Qui cornua sursum habent. Hinc ¶ 2 ad homines translatum videtur, quibus crines retro reflexi surgunt suo ingenio. Vet. Gl. Licinus λικινος. Hinc dicti videntur Licinii, in quo nomine cum secundam corripit Horatius Od. 2, 10, 1 Rectius viues Licini etc. non dubitauimus hic etiam breuis notam imponere. Vid. RELICINVS. ¶ 3 Quod est in Gl. Isidori Licini, candelae, lucernae, cicindilia: cognatum est nomini Licinium, de quo modo dictum.

LICIVM, et LICIA, orum. n. [utroque] Fila sunt, quibus in telis textrices implicant tramas staminis, quorum ope distrabi eae possunt, et subtemen radio immitti. Virg. Georg. 1, 285 Licia telae addere est incipere et ordiri texturam. Sic Tib. 1, 7, 85 Firmaque conductis adnectit licia telis. Plin. 8, 48 f. 74 Plurimis vero liciis texere, quae polymita appellant, Alexandria instituit. Nempe in simplici textura et vulgari singula fila, singulae tramae staminis suum sibi licium appensum habent, quae alternis, h. e. primum, tertium, quintum etc. ac similiter secundum, quartum, sextum colliguntur ad xavva, regulam transversam, ut vna et aequaliter nunc imparis numeri fila, nunc paris ope liciorum ad regulam nexorum trahi et per hiatus illum fila subteminis, ope radii, trahi possint. Cum vero figurae quaecunq; intexi debent, pluribus liciis et seriebus liciorum s. ordinibus opus est, quibus distribuuntur et distrabantur prout opus est tramae staminis. Haec Polymita. Apul. Flor. p. 346, 1270 de Hippia, Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuissimo textu, triplici licio, purpura duplici. Tales sunt apud Ammian. 14, 6 p. 26 Gron. Tunicae varietate liciorum effigiatae in species animalium multiformes. Hinc Trilicem loricae et cratem interpretamur in TRILIX. Licia, a quibus aliquid pendet: Ouid. Fast. 3, 267 Licia dependent, longas volantes sepes, Et posita est merita, multa tabella deae. Licium ergo ipsum quoque a laciendo, laqueando dictum arbitror, licet mutata sit quantitas. Quoniam hic sumus, arripiamus hanc occasionem textrini antiqui illustrandi, declarando primum loco Homeri, qui interpretum veterum et nouorum industriam videtur effugisse. Est autem Ia. ψ, 760 ubi ita prope Aiace Oiliei F. est Vlysses cursu cum illo certans, ut prope pectus mulieris est canon (καλαμὸν μίτρον, arundinem liciorum, vocat aliquis apud Eustathium ad h. l. p. 1452, 35 Basil.) quem manibus bene extendis (cum liciis ad illum alligatis, quae sic dirigit canon, ut aequaliter trahi possint, quo ipso nominis sui mensuram, notionem regulae, implet) extrahens ita stamen, (partem tramarum;) per licium (s. licia) et (alternis) ad pectus admouet: ita prope currebat Vlysses (ut nunc paene attingeret, nunc paulum relinqueretur) Hanc puto veram paraphrasin. Adde etiam interpretationem loci Theophylacti in Iohannem, quo vtuntur Casaubonus ad Baron. 16, 84 p. 560. et Salmas. ad Vopisci. Aurelian. c. 46. Alii dicunt, in Palaestina telas texi, non ut apud nos, ut supra (manum textoris, et illum locum ubi cum maxime opus sit) sint licia, et stamen (nondum textum) infra autem texatur tela, et ita (pauillatim) assurgat: sed contra eo infra esse licia, supra autem telam taxi. Quae Licia dedimus, ili utroque sunt. Sed redimus in viam. ¶ 2 Licia etiam alia

fila, filamenta, funiculi sunt. Petron. 135 Vt soluit ergo licio pannum, quo nempe extrema colligata erant ut fabas caperet. Idem 131 Illa de sinu licium protulit, varii coloris filis intortum, de magico sacro sermo, ubi multus liciorum usus. Apul. Apol. p. 293, 30 At si Virgilium legisses, profecto scisses, alia quaeri ad hanc rem solere — tura macula et licia discolora. Respicit ad Virg. Ecl. 8, 73 Terna tibi haec primum triplici diuersa colore Licia circumdo. In quem locum Seruius, Vt Licia stamen implicant, ita adolescentis mentem implicare contendit. Plin. 28, 4 f. 12 Inguinibus medentur aliqui, licium telae detractum alligantes nouenis septenisue nodis, ad singulos nominantes vi-

duam aliquam, atque ita inguina adalligantes Licio, et clauum aliudve, quod quis calcauerit, alligatum ipsos (qui calcauerint) iubent gerere, ne sit dolori vulnus. Quid. Fast. 2, 575 Tum cantata ligat cum Fusco licia rhombo, i. *Incantata ad implicandas vincendasque hostiles linguas.* Sed Dirca fororum licia Stat. Achill. 1, 520, sunt *Parcarum fila.* Sic Fatorum licia Apul. Met. 11 p. 269, 37. ¶ 2 Licium, res medicamentosa. Scribon. 23 est Lycium v. v. ¶ 3 De Furto per lancem et licium concepto, vid. FVRTVM.

LICIATVS, a, um. Augustin. de Ciuit. Dei 22, 14 Ipsa iam membra omnia sunt latenter in femine — in qua ratione — iam quodammodo, vt ita dicam, liciatum esse videtur, quod nondum est: *Pulchra metaphora: cum stamina adsunt in tela, et licia suspensa, quibus tractis subtemen inseritur, iam tota forma ac descriptio et figura telae adest etc. Male vett. edit. innatum. Liciatum etiam Benediçt.*

LICIATORIVM, i. n. *Lignum, in quo licium inuoluitur.* Vulg. Interpr. 1 Sam. 17, 7.

LICITATIO, LICITATOR, LICITOR, vid. LICEO. LICITO, Adu. LICITVM est, LICITVRVM est, LICITVS, vid. LICET.

LICTOR, oris. m. [*ῥαεδοῦχος, ῥαεδοφῆρος, δῆμιος*] Lictores erant ministri maiorum magistratum, liberi homines, ciuesque adeo Romani, qui fasces praeferebant virgarum, et his illigatas secures, quibus ad imperium magistratus uterentur. Iam Romulus Liu. 1, 8 Duodecim sumtis licitoribus se augustiorem fecit. Cum regiam potestatem haberent Consules, bis quatuor et viginti lictores apparent Liu. 2, 55. Itaque Decemviro- rum centum et viginti lictores forum implent Liu. 3, 36. Diligenter de his egit Lips. Elect. 1, 23. Illorum erat Submouere, Animaduertere, de quibus vid. hb. vv. quod faciebant, dum praecirent. Liu. 24, 44 Fabius Pater filio legatus venit. Quum obuiam filius progrediretur, lictoresque verecundia maiestatis eius (Patris) taciti anteirent; praeter undecim fasces (ergo singuli ibant) equo praeuectus senex, vt consul animaduertere proximum licto-rem iussit, et is, vt descenderet ex equo, inclamauit; tum demum desiliens, Experiri, inquit, volui, fili, satin' scires, consulem te esse. Plaut. Aſin. 3, 2, 29 Vbi saepe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis affectos lentis virgis. Liu. 2, 5 extr. Missique lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis caedunt, securique feriunt. Cic. Att. 8, 10 Subito consilium cepi, vt ante quam lucret, exirem: ne qui conspectus fieret, aut sermo, licitoribus praesertim laureatis. Nempe post reditum e Prouincia, quam diu spem triumphi habebat, retinuit apparatus Proconsularem. Idem Quint. Fratr. 1, 10 Sit licitor non suae, sed tuae lenitatis apparitor, maioraque praefereant fasces illi ac secures dignitatis insignia, quam potestatis. Atri lictores Hor. Epist. 1, 7, 6, designatoris ministri, vespillones. Consularis Id. Carm. 2, 16, 9. Paludati, vid. PALVDAMEN-

TVM. Licitor, unde dicatur, disputatur ap. Gell. 12, 3 Valgius Rufus in secundo librorum, quos inscripsit De rebus per epistolam quaesitis, licto-rem dicit a ligando appellatum esse: quod quum magistratus populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, crura eius et manus ligari vincirique a viatore solita sint: isque, qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, licitor sit appellatus. Vtiturque ad eam rem testimonio M. Tullii, verbaque eius refert ex oratione, quae dicta est pro C. Rabir. (13 c. 4). I, licitor, inquit, colliga manus. Haec ita Valgius, et nos sane cum illo sentimus. Sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, licto-rem vel a lino, vel a licio dictum scripsit. Licio enim transuerso, quod limum appellatur, qui magistratibus, inquit, praeministrabant, cincti erant. Haec Gellius. Add. Plutarch. Quaest. Rom. 67. Conf. Fest. it. Non. 1, 257. Licitor etiam inter sacrorum ministros censebatur. Fest. 6 Flaminius licitor est, Qui flamini diali sacrorum causa praesto est. Vid. Ouid. Fast. 2, 23. ibique Heins. De licitoribus atris Designatoris iam monuimus.

LICTORIVS, a, um. Adi. [*ῥαεδοῦχιδης*] Quod ad licto-rem per- tinet. Plin. 7, 30 Fasces lictorios ianuae submisit is, cui se Oriens Occidensque submiserat, de Pompeio M. et Posidonio. Virga lic- toria Flor. 1, 26.

## L I D

LIDVNA, ae. f. *Recessus maris, olim Salacia.* Marcell. Empir. c. 25 Liduna ante prandium.

## L I E

LIEN, enis. vel LIENIS, is. m. [*σπλην*] Splen etiam dicitur sedes risus et tristitiae. Plaut. Curc. 2, 1, 29 Lien diruptus est. P. ambula: id lieni optimum est. Idem Merc. 1, 2, 14 Perii, seditionem facit lien, occupat praecordia. Lienem et iecur durum habere Scribon. 89. Cels. 3, 21 Si iecur aut lienem affectum esse, manifestum est. Id. 2, 8 Quos lienes male habent. Cels. 4, 9 Aqua in qua candens fer- rum subinde extinctum sit, vel praecipue lienem coercet. Et mox, Eruca et nasturcium lienem extenuant. Et ante, Animalia apud (fa- bros ferrarios) educata exiguos lienes habent. Id. 4, 9 pr. At lie- nis vbi affectus est. Nota genitium esse, non nominatiuum. Ibidem ta- men p. p. legitur, Lienis quoque bubulus vtiliter esui datur. Sic edi- tur. Et 5, 15, 4 At si lienis torquet. Si lienes turgent Cato 157, 7. Plaut. Curc. 2, 1, 5 Quasi zona liene cinctus ambulo. Et v. 21 Lien necat. v. 29 Lien dierectus est.

LIENOSVS, a, um. Adi. [*σπληνιδης*] Qui liene laborat. Scri- bon. passim Cels. 2, 8 Lienosis bono tormina sunt. Plin. 7, 2 de Pyrrho refert, cuius dextri pedis pollex lienosis medebatur. Cor lie- nosum habeo, iamdudum salit, i. Lienis naturam habens, vt surgeat sicut lien Plaut. Casin. 2, 6, 62. Conf. Cels. 3, 8. Vitr. 1, 4.

LIENICVS, a, um. [*σπληνιδης*] Idem quod Lienosus. Plin. 29, 3 Sic et lienicis. Harduinus legit Lientericis.

LIENTERIA, ae. f. [*λειντερία*] Intestinatorum laeuitas, inquit Festus. Celsus 2, 1 His etiam laeuitas intestinatorum, quae λειντερία vo- catur. Pluscula de illa 2, 18.

LIENTERICVS, a, um. Apud Plin. 29, 3 vt Harduinus restituit. Vid. notas et emendationes eius ad l. c. n. 15 p. 718.

## L I G

LIGAMEN, vid. LIGO, arc.

LIGARIVS, i. m. Familiae Romanae nomen, e qua Quintus ille, pro quo habuit Orationem apud Caesarem Cicero. Hinc

LIGARIANVS, a, um. Adi. [*Λιγαριανός*] Cic. Att. 13, 12 Li- garianam, vt video, praeclare auctoritas tua commendauit. Subintelli- git Orationem, quam pro Ligario habuit.

LIGATVRA, LIGATVS, vid. LIGO, arc.

LIGEA,



**LIGEA**, ac. f. *Nymphae nomen apud Virg. Georg. 4, 336, quasi su Argutam dicas. Haec enim est λυγία.*

**LIGELLVM**, vid. LIGO, Ære.

**LIGER**, Æri. m. *Viri proprium. Virg. Aen. 10, 584 Dicta volant Ligeri, sed non et Troius heros Dicta parat contra. Add. Id. 9, 571.*

**LIGER**, Æris. m. [Λίγηρ] *Galliae fluvius, qui et Ligeris in nominatio dicitur. Vnde et Ligerim in accusatio lectum est. Caes. Bell. Gall. 7, 55 Liger ex niuib. creuerat. Idem ib. 75 Paulo post magnis itineribus ad Ligerim peruenit. Aufon. Mos. 461 Non tibi se Liger anteferet, non Axona praeceps.*

**LIGNVM**, i. n. [ξύλον, κέλον] a Legendo, *inquit Varro 5, 7 quod ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum vterentur, aliter Isid. 19, 19. Plin. 12, 11 Constat arboribus fructus radice, frutice, cortice, succo, ligno, etc. Cic. Verr. 1, 69 c. 27 Caedere ianuam saxi, instare ferro, ligna et sarmenta circumdare, ignem subicere coeperunt. Aridum compone lignum Hor. Carm. 3, 17, 13. Arida ligna explicare in flammis Lucret. 2, 880. Attrita inter se ligna, vid. ATTERO. Dedicatum lignum Cic. de Legib. 2. Durum Virg. Aen. 9, 544. Dolatum Iuven. Sat. 12, 58. Fissum Virg. Aen. 9, 413. Fissile Virg. Georg. 1, 544. Inutile Hor. Serm. 1, 8, 1. Lunatum, vid. LVNA. Mobile nervis alienis, vid. MOBILIS. Odoratum Virg. Georg. 2, 118. Osseum, vid. OS. Viridibus ex lignis atque humidis ignem facere Cic. Verr. 1, 45. Accendere lignum, vid. ACCENDO. Conficere ligna ad fornacem, vid. CONFICIO. Lignum pro tabulis ligneis, in quibus scribebatur, ap. Ictos, vid. Muret. Var. Lect. 9. Reponere ligna super foco Hor. Carm. 1, 9, 5.*

¶ 2 Lignum etiam dicitur Vitium in pomis. Plin. 15, 28 Pomorum aliis intus corpus et foris lignum, vt nucum. Aliis foris corpus intus lignum, vt Persicis et prunis: vitiumque cinctum fructu.

**LIGNEVS**, a, um. Adi. [ξύλιος] *Quod ex ligno est. Plaut. Poen. 3, 6, 28 Tantisper quidem vt sis apud me lignea in custodia, i. in nervo vinculus. Deus Tibul. 1, 10, 20. Equus Plaut. Rud. 1, 5, 10. Materiam ligneam flamma vri posse necesse est Cic. de Inuent. 2, 170 c. 57. Moenia Nep. 2, 2, 6. Ponticulus Cic. Tusc. 5, 59. Signum Cic. Verr. 6, 1. Simulacra Ouid. Met. 10, 694. Soleas ligneas in pedes inducere Cic. de Inuent. 2, 149. Turris Liu. 23, 37. pr.*

**LIGNEOLVS**, a, um. Adi. Dimin. Cic. Q. Frat. 3, 7 Hanc scripsi ante lucem, ad lychnuchum ligneolum. Apul. de Mundo p. 70 Qui in ligneolis hominum figuris gestus moueat. Circuitus ligneolae Rotae August. Conf. 11, 23.

**LIGNARIVS**, a, um. Adi. *Quod ad lignum pertinet: vt, Faber lignarius. Negotiatio lignaria Capitolin. Pertin. 1.*

**LIGNARIVS**, i. m. Substant. ξυλοῦργο, ἢ κούριον ξύλα Gloss. Lat. Gr. Qui lignatum it. Liu. 35, 41 Et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

**LIGNOSVS**, a, um. Adi. [ξύλιος] i. *Instar ligni durum. Plin. 12, 7 Arbor radice lata, lignosaque. Lignosiore Callo induruit Id. 16, 36. MS. tamen habet limosiore.*

**LIGNOR**, Æri. Dep. [ξύλιος] *Ad ferenda ligna ire. Plaut. Capt. 3, 4, 115 Ite istinc, efferte lora. C. num lignatum mittimur? Liu. 25, 34. pr. Et deinde assidue dies noctesque infestus aderat, vt non vagus tantum procul a castris lignatum pabulumque progressos exciperet, sed ipsis obequitaret castris. Ire lignatum Liu. 10, 25. Dum lignantur, interfecti sunt Hirt. B. H. c. 7.*

**LIGNATIO**, ònis. f. [ξύλιος] *Lignorum defectio, vel deportatio. Caes. Bell. Gall. 5, 39 Vt nonnulli milites, qui lignationis munitionisque causa in siluas discessissent, etc. Columel. 1, 5 Sit autem vel intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumque vicinum. i. Locus, vnde ligna accipi possint.*

**LIGNATOR**, òris. m. [ξύλιος] *Miles, qui lignatur. Pabulatores et lignatores tueri Liu. 41, 1. Id. 10, 25. Caes. Bell. Gall. 5, 26 Subitoque oppressis lignatoribus, magna manu, etc.*

**LIGNICIDA**, ac. c. *Qui ligna caedit. Varro de L. L. 7, 33.*

**LIGO**, Ære. [δέω, λυάδω, λυάδω, δεσύνω] *Vincere, constringere. Quidam a Lino deducunt, quasi Lino ago: quod omnia lino ligentur. Plin. 11, 46 Falus autem rectus est in articulo pedis ventre eminent, concauo in vertebra ligatus. In catenas aliqua ligare, et inexplicabili serie connectere Metaph. Quintil. 5, 14, 32. de oratoribus. Guttura ligauit laqueo Ouid. Met. 6, 134. Vulnura ligare Id. Met. 7, 849. Legibus ligare aliquem Stat. Silu. 4, 3, 75. Pacta ligare Propert. 4, 4, 82. In veneficiis mala significatione usurpatur: vid. Isidor. 8, 9.*

**LIGATVS**, a, um. Partic. [δέω] *Comas ligatas auro substringere Lucan. 3, 280. Conf. Virg. Aen. 10, 794. Crines ligatos impedit vitta Tibul. 1, 6, 66. Cic. Catil. 4, 13 c. 6 Cum filium eius impuberem ligatum a praetore missum in carcerem necandum esse dixit.*

**LIGAMEN**, ñnis. n. [δέω, δεσμός] *Quo quid ligatur. Columel. 11, 2 Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari, et ad vitium ligamina praeparari. Nocturna ligamina mitrae Propert. 2, 29, 6.*

**LIGAMENTVM**, i. n. *Idem. Tacit. Ann. 15, 54 Vulneribus ligamenta quibusque sistitur sanguis, etc.*

**LIGATIO**, neruorum. Scribon. 255.

**LIGATVRA**, ac. f. Pallad. 1, 16 *Ligatura in vitibus, etc. Ad haec omnia pertinent et ligaturae exsecrabilium remediorum, quae ars medicorum condemnat; siue in praecantationibus, siue in characteribus, vel in quibuscunque rebus suspendendis atque ligandis. Vid. L. CIVM. Ligaturae, phylacteria: vid. August. Doctr. Chr. 2, 20. et Isid. 8, 9.*

**LIGELLVM**, i. n. [καύβη] *Breue domicilium, et tugurium. Plaut. Aul. 2, 4, 24 De suo ligello fumus si qua exit foras. Sic Nonius 2, 504. Turnebus ait, sibi in mentem venisse, vocabulum hoc diminutionis formam quandam adumbrare. Postulat autem proportio, vt, quemadmodum a tigno sigillum et tigellum deducitur, vnde et sigillii nomen, sic a ligno ligillum et ligellum deriuetur. Paruum igitur lignum intelligit, quod in foco vratur fumumque reddat. Alii ex MSS. legunt Tigillo, et sic Gron. recte. Solet enim inter conignationem et tectum fumus exire.*

**LIGO**, ònis. m. [δέω, μάκλα] *Rusticum instrumentum fossorium, quod iactatione quadam et percussione imprimitur. Lucan. 1, 169 Rura antiquos Curiorum passa ligones. Plin. 18, 6 Adduxit graues ligones, vomeres ponderosos. Duris ligonibus exhauriebat humum*

Hor. Epod. 5, 30. Incurui ligones Stat. Theb. 3, 589. Iactati  
pulsarunt arua ligones Ouid. Amor. 3, 10, 31. Longis purgare ligo-  
nibus arua Ouid. ex Pont. 1, 8, 59.

LIGVLA, vid. LINGVA.

5 LIGVRIA, ae. f. [Λιγυρία] Italiae regio cuius incola vocatur  
LIGVR, ūris. m. [Λιγυρ] Nomen gentile. Probus declinat hic  
et haec LIGVR, et hic et haec et hoc LIGVS, pro incola Liguriae.  
Assuetus malo Ligur Virg. Georg. 2, 168. Tacit. Hist. 2, 13 Auxit  
inuidiam praeclaro exemplo femina Ligus, quae filio abdito, etc.  
10 Tonfus Ligur Lucan. 1, 442. Vane Ligus Virg. Aen. 11, 715. Sic  
optimi quique libri et Grammatici, vid. Pier.

LIGVSCVS, Id. vid. Varr. R. R. 1, 18, 6. 2, 5, 9. 3, 9, 17. in MSS.

LIGVRINVS, i. m. Idem. Martial. 3, 44 Circa te, Ligu-  
rine, solitudo.

15 LIGVRINVS, a, um. Vr. Alpes Ligurinae Gratian. Cyneg. v. 510.

LIGVSTINI, Ligures Plin. 10, 24.

LIGVSTIS, idis. Gentile. Sidon. Epist. 9, 15, 44 Humo atque  
gente cretus in Ligustide.

LIGVSTICVS, a, um. Adi. [Λιγυστικός] Iuuen. Sat. 3, 257

20 Nam si procubuit qui saxa Ligustica portat. Ligusticus ager monta-  
nus Varr. R. R. 1, 18, 6. Ligusticum mare Plin. 2, 47 Est maris Tusci  
pars a Liguria Prouincia, cui adiacet, denominatum. De Ligustico  
herba mox.

LIGVRIO vel LIGVRRIO, ūri vel ii, ūrum, ūre. [Λιγυρίω]

25 Multa auide consumere, et suauiora edulia carpere. Liguriunt, λιγυρεύουσι

Vet. Gloss. Liguriunt muscae, inquit Varr. de L. L. 3, 16 ubi vid. Victor.

Ter. Eun. 5, 4, 14 Quae cum amatore suo quum coenant, liguriunt. Vbi

Donatus, Liguriunt, ἀνὰ τὴν λιγυρίαν, quod secundum Graecos stauae intel-

30 ligitur. Ligurire dicitur, qui eleganter et more senum, multo fasti-  
dio suauiora quaeque degustat. Non. 2, 507 Ligurire, Degustare,

unde Abligurire, Multa auide consumere. Ligurire Aliquem Plaut.

Capt. 1, 1, 16. i. opes eius consumere. Liguriunt muscae Varr. R. R.

3, 16, 6. Furta ligurire, i. Cibum furto ablatum Hor. Serm. 2, 4,

79. Ius tepidum ligurire Hor. Serm. 1, 3, 21. Ligurire, ait Bu-

35 daeus, est Paulatim in ore commanducare aliquid gustu suauae, unde Cic.

Ligurire lucra, est Sensim lucrifacere, et in eo oblectari: cui opponitur

Deuorare, quod sit praeauide ab homine hiantis avaritiae. Respicit Verr.

3, 177 c. 76 Non reperietis hominem timide, nec leuiter haec impro-

40 bissima lucra ligurientem. Deuorare omnem pecuniam publicam

non dabitur. Cic. Fam. 11, 21 Quum quidam de collegis nostris

agrariam curationem ligurirent, disturbavi rem, totamque in

aduentum vestrum integram referuavi. i. Quum legis agrariae men-

tionem sensim tentarent, et cum magna suauitate in animo versarent.

Haec Budaeus.

45 LIGVRITIO, ōnis. f. [Λιγυριτία] Auiditas, immoderata appe-

sentia. Cic. Tusc. 4, 26 c. 11 Aegrotationi autem talia quaedam

subiecta sunt, avaritia, ambitio, mulierositas, pernicacia, liguritio,

vinolentia, cupedia, et si qua sunt similia. Ciceroni etiam restitutum

50 it Gron. ad Att. 13, 46. pr. ubi legi vult, Lepta enim de sua liguritione

laborans me ad eum perduxerat. Sic per consentum appellari peritio-

55 nem curationis munerum et ludorum, quae a Caesare tum parabantur, de

qua re Fam. 6, 19. Et vidimus modo formulam Ligurire curationem

agrariam.

LIGVRITOR, ōris. m. Gulosus, antiquis Catillo dictus. Aufon.

55 Epigr. 120. in obsceno sensu. Liguritor, Piscis genus Macrobr. Sa-

turn. 2, 12. extr.

LIGVRIVS, Gulosus, catillo, λιγυρ Vet. Gloss.

LIGVS, LIGVSTICVS, vid. LIGVRIA.

LIGVSTICVM, i. n. [Λιγυστικόν] Herba. Plin. 19, 8 Ligusti-

60 cum siliestire est. In Liguriae suae montibus feritur. Vbique sua-

uius satium, sed sine viribus. Panacem aliqui vocant. Crateuas

apud Graecos cunilam bubulam eo nomine appellat: caeteri fere con-

zoides, cunilaginem. Dictum autem Ligusticum ut vidimus, a patria

65 sua Liguria: Alii Libysticum a Libya vocatum putant. Pharmacopolae

vocant leuisticum. Add. Plin. 20, 15. Colum. 12, 57, 5.

LIGVSTRVM, i. n. [λύστρα] Eadem arbor est inquit Plin. 24,

10 quae in Oriente Cypros. Suos in Europa vsus habet. Succus eius

neruis, articulis, algoribus: folia vbique veteri vlceri, cum salis

mica, et oris ulcerationibus profunt. Virg. Ecl. 2, 18 Alba ligustra

70 cadunt. Sed hic Ligustra vocat, Flores ligustri, quos constat esse candi-

diffimos. Martial. 1, 116 Toto candidior puella cycno, Argento,

niue, lilio, ligustro. Niueum Ouid. Met. 13, 789. Ligustrum,

Genus herbae, per sepes et macerias serpens. Columel. 10, 301 Et nigro

75 permista ligustro Balsama. Quo in loco si forte Ligustrum arbusculam

intelligit Columella, respexit ad eius Semen seu Baccas, quas passim vide-

mus nigerrimas.

## L I L

LILIVM, i. n. [λίλλιον] Herbae hortensis genus, de qua apud

80 Plin. 21, 5. Alba Virg. Georg. 4, 131. Breue Hor. Carin. 1, 36,

16. Candida Virg. Aen. 6, 709. Candentia Ouid. Met. 12, 411.

Grandia Virg. Ecl. 10, 25. Tibi lilia plenis Ecce Ferunt nymphae

calathis Virg. Ecl. 2, 45. Infringere lilia Ouid. Met. 10, 191.

¶ 2 Lilium, Genus munitionis appellatur ex similitudine floris, quod

85 describit Caes. Bell. Gall. 7, 73.

LILIAEVS, a, um. Adi. [λίλλιαιός] Oleum liliaceum Palladio

6, 14. in lemmate.

LIRINVS, a, um. [λίρινος] Quod est lili: Lirinum oleum

Plin. 21, 5. 23, 4. 25, 5.

90 LILIETVM, i. n. [λίλιετον] Locus, in quo liliorum copia est. Pal-

ladius, Lilieta, canneta ponenda sunt. Idem 3, 21 Noua lilieta

formabunt.

LILYBAEVM, i. n. [Λιλυβαίων] Siciliae promontorium est, quod

Africam respicit.

95 LILYBEIVS, a, um. Adi. [Λιλυβήϊος] Virg. Aen. 3, 706 Et

vada dura lego saxis Lilybeia caecis.

LILYBAETANVS, a, um. Aliud Adi. Cic. Verr. 4, 37 A

Lifone vero Lilybaetano primo homine, apud quem diuersatus es,

Apollinis signum certe esse non oportuit.

## L I M

LIMA, ae. f. [λίμη] Instrumentum denticulatum fabrile, quo fer-

rum, aut aliquid aliud expolitur terendo. Nec radio, nec subula, nec

105 lima, nec torno, nec id genus ferramentis vti nosse Apul. Flor. 2.

Lignaria lima Scribon. 141. *Metaphora consueta* Quinctil. 10, 4, 4 Opus poliat lima non exerat, *vbi nimum emendandi studium damnat. Plane similiter discipulus Fabii*, Perfectum opus absolutumque est, non splendescit lima, sed atteritur Plin. Ep. 5, 11. Ultima lima defuit meis scriptis Ouid. Trist. 1, 6, 30. Plin. Epist. 1, 2 Immo quo magis intendam limam tuam, confiteor et ipsum me, et contubernales ab editione non abhorreere. *h. e. Vt acuam et excitem tuum iudicium ac emendationem in hunc librum quem ad te misi.* Limae plus in illis est Vell. 2, 9, 3. Martial. 5, 81 Quem censoria cum meo Seuero Docti lima momorderit Secundi. Plin. Epist. 1, 8 Memini quidem te iam quaedam notasse, sed generaliter. Ideo nunc rogo, vt non tantum vniuersitati attendas, verum etiam particulas, qua soles lima persequaris. Rufus liber lima Ouid. ex Pont. 2, 4, 17. Vti lima mordacius Id. ex Pont. 1, 5, 19.

LIMO, ãre. [*λίμου*] Lima lignaria limare Scribon. 141. Plin. 18, 1 Atque quum in arbores exacuunt, limentque cornua elephantum. Scalpere atque limare gemmas Plin. 36, 7. Limare, *per translationem, pro Expolire, et redundantia circumcidere, vt ait Budaeus.* Cic. de Orat. 1, 115 c. 25 Neque haec ita dico, vt ars aliquid limare non possit: neque enim ignoro et quae bona sint, fieri meliora posse doctrina. Ornare ac limare Cic. de Orat. 3, 88. Cura tenui limari Ouid. ex Pont. 4, 6, 36. Politius limare aliquid opus Cic. Acad. 1, 2 c. 1. *i. Ornatus facere.* Ratio limat aliquid Quinctil. 2, 4. Cic. Off. 2, 35 Alia est illa, quum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas: alia, quum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. Limare caput cum altero. *i. Coniungere, inquit Nonius* 4, 274. *ex veteribus, vt Plaut. Poen. 1, 2, 81. Conf. Turneb. Adu. 15, 6. Alia metaphora significat imminuere et attenuare, vt de tua prolixa beneficaque natura limauit aliquid posterior annus Cic. Fam. 3, 8. Hor. Epist. 1, 14, 37 Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. i. Atterit, et inuido oculo fascinat Porphy.*

LIMATVS, a, um. Partic. [*ἐπιμηθεύς*] *metaphora sollempni.* Cic. de Nat. Deor. 2, 74 Nec vero hoc in te vno conuenit moribus domesticis, ac nostrorum hominum vrbantate limato, sed etc. Limatus et emunctus Quinctil. 12, 10. Tersus ac limatus Idem 12, 10. Cic. de Orat. 1, 180 c. 39 Qu. Scaeuola aequalis et Collega meus, homo omnium et disciplina iuris ciuilibus eruditissimus, et ingenio, prudentiaque acutissimus, et oratione maxime limatus atque subtilis. *Quid esset limatum in oratione, magis sentias, si consideres etiam hunc locum* Cic. Bruto 91 Videmus alios Oratores inertia nihil scripsisse, ne domesticus etiam labor accederet ad forenses: alios, quod melius putent dicere se posse, quam scribere, quod peringeniosis hominibus, neque satis doctis, plerumque contigit, vt ipsi Galbae: quem fortasse vis non ingenii solum, sed etiam animi, et naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiebatque, vt et incitata, et gratis, et vehemens esset oratio: dein, quum otiosus stilum prehenderat, motusque omnis animi tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio; quod iis, qui limatius dicendi consecretantur genus, accidere non solet, propterea quod prudentia nunquam deficit Oratorem, qua ille vtens, eodem modo possit et dicere, et scribere, ardor animi non semper adest: isque quum confedit, omnis illa vis et quasi flamma Oratoris extinguitur. Idem in Orat. 20 Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam floruerunt. Nam et grandiloqui (vt ita dicam) fuerunt cum ampla et sententiarum grauitate, et maiestate verborum, vehementes, varii, copiosi, graues, ad perimouendos et conuertendos animos instructi et parati. Et contra, tenues, acuti omnia docentes, et dilucidiora non ampliora facientes, subtili quadam et pressa oratione limati. Idem de Orat. 3, 28 Ecce praesentes duo prope aequales Sulpicius et Cotta. quid tam inter se dissimile? quid tam in suo genere praestans? Limatus alter et subtilis, rem explicans propriis aptisque verbis, haeret in causa semper: et quid Iudici probandum sit, quum acutissime vidit, ommissis caeteris argumentis, in eo mentem orationemque defigit. Sulpitius autem fortissimo quodam animi impetu, plenissima et maxima voce, summa contentione corporis, et dignitate motus, verborum quoque ea grauitate et copia est, vt vnus ad dicendum instructissimus a natura esse videatur. Martial. 7, 50 Iure madens, varioque togae limatus in vsu, *i. politus, et subactus, vt Optime calleat omnia, quae togato viro conueniunt.* Limatior, *i. Politior et emendatior* Acron. ad Hor. Serm. 1, 10, 65 — fuerit Lucilius (inquam) Comis et vrbanus, fuerit limatior idem Quam rudis. Ingenium limatius Plin. Epist. 1, 20.

LIMATE. Adu. Compar. Ammian. 15 c. vlt. Constantinus cum limatius superstitionum quaereret sectas, *i. Accuratius.*

LIMATVIVS, a, um. Adi. Dimin. Cic. Fam. 5, 33 Opus est huc limatulo et politulo tuo iudicio. *i. Terso et subtili.*

LIMATVIRA, ae. f. [*λίμηρα*] Puluisculus limando detractus. Onomast. Vet.

LIMATIO, ònis. f. *apud Augustinum.*

LIMATOR, òris. m. [*λίμητης*] Gloss. Cyrill.

LIMAX, ãcis. m. [*λίμηξ*] Qui exquirat, vt aliquid auferat Plaut. Fragm. 3, 42. Limaces viri quod atterant et consumant Nonius 4, 274.

LIMAX, ãcis. m. et f. [*κοχλιάξ*] Cochlea terrestris. Limaces liuidae, *gen. fem.* Plaut. ap. Varr. L. L. 6, 3 p. 76, 5 videtur conuicium esse in mulieres, meretrices praesertim. Columel. 10, 324 Implicitus conchae limax, hirsutaque canipe. Festus, Limaces cochleae a limo appellatae. Add. Varr. L. L. 6, 3 Limax a limo, quod ibi viuunt. Plin. 29, 6 Limacis inter duas orbitas intuentae ossiculum, etc.

LIMBUS, i. m. [*λίμπος*] Pars vestis extrema, quae Instita dicitur. Originem a limis ducunt Donat. ad Ter. Eun. 3, 5, 53. et Hygin. 90 de limitib. p. 161. Virg. Aen. 2, 616 — limbo effulgens, et Gorgone saeva. Alii legunt Nimbo. Idem Aen. 4, 137 Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. Vbi Seruius; Limbus, est Fascia quae ambit extremitatem vestium secundum antiquum ritum. Conf. Lucret. ad Stat. Theb. 6, 367. Orbis oceani limbo circumseptus Oros. 1, 2. Aureus limbus obibat chlamydem Ouid. Met. 5, 51. Ultima pars telae tenui circumdata limbo Ouid. Met. 6, 127. Limbum XII signorum appellat Varro Zodiacum, teste Budaeo.

LIMBATVS, a, um. Chlamydes limbatae Treb. Poll. in Claud. c. 17.

LIMBOLARIVS, i. m. Qui limbum vestibus praetextit. Plaut. Aul. 3, 5, 45 Textores, limbolarii, areularii ducuntur, datur aes. Pareus legit Limborarius. Similiter ap. Non. 14, 30. al. legunt limborarios, alii limbolarios.

LIMEN, inis. n. [*λίμος*] Dicitur, quod ex transuerso in ianua est: a Limo, id est obliquo, quod ingredientibus exeuntibusque transuersum

fit, *ut est apud Donatum et Festum.* Ter. Hec. 3, 3, 18 Iam vt limen exirem, ad genua accidit. Limen, *etiam Superiorem partem ostii significat.* Iuuen. Sat. 6, 227 Pendentia liquit Vela domus, et adhuc virides in limine ramos, *i. fersa et coronas inde suspensas.* Cato

5 *virumque complectitur, quum inquit c. 14* Tigna omnia, quae opus sunt, limina, postes, etc. Limen superum et inferum dixit Naevius ap. Non. 4, 278 Exime limen superum, quod mihi misero saepe confregit caput: inferum quoque, vbi ego onneis defregi digitos. *Limen superum inferumque discedentes salutabant.* Plaut. Merc. 5, 1, 1

10 Limen superum, inferumque salve, simul autem vale. Adstrictum limen, *Clausum* Ouid. Amor. 3, 1, 50. Auratum Senec. Herc. Oct. 5. Crudelia Virg. Aen. 3, 616. Dulcia Id. Georg. 2, 54. Incustodita et aperta, *vid. INCUSTODITVS.* Lacta Virg. Aen. 1, 711. Marmoreum limen Hor. Epist. 1, 18, 73. Perfractum Senec. Troad. 7.

15 Prosperum Stat. Silu. 4, 3, 97. Religiosa deorum Virg. Aen. 2, 366. Reuulsum tellure Ouid. Met. 12, 281. Rigido crudeles cum limine postes Ouid. Amor. 1, 6, 73. Superba ciuium potentiorum limina Hor. Epod. 2, 8. Tritum Catul. 66, 71. Adire limina alicuius Virg. Aen. 6, 115. Circumuolare potentiorum limina, *vid. CIR-*

20 *CVMVOLITO.* Compescere ferrea limina Lucan. 1, 62. Exturbatus limine templi Sil. 11, 103. Insistere limen Virg. Aen. 6, 563. *vid. INSISTO.* Irrumpit interiora domus limina Virg. Aen. 4, 645. Perrumpit dura limina bipenni Virg. Aen. 2, 480. Pulsare limina Ouid. Amor. 2, 19, 39. Scandere limina turris Stat.

25 Theb. 12, 15. Sedere in limine Virg. Aen. 4, 473. Transire limen cautius Ouid. Amor. 1, 12, 5. Limen, *pro Ingressu aliquando ponitur,* *vid. Non. 4, 278.* Virg. Aen. 2, 453 Limen erat, caecaeque fores, et peruius vsus. *Add. Plin. Praef. 3.* Carceris ostium limenque Cic. Tusc. 5, 13. Cubiculi limen Cic. pro Cluent. 15. Portarum obsessa

30 tenere limina Virg. Aen. 3, 803. Limen, *Interior pars domus.* Virg. Georg. 2, 504 — penetrant aulas et limina regum. *Vbi Seruius, Profitentur satellitium.* Limina autem ait interiorum familiaritatem. Limen, *Locus in quo statur,* *vid. Non. c. l.* Virg. Aen. 5, 316 Signoque repente Corripiunt spatia audito: limenque relinquunt,

35 *carceres, unde cursus initium.* Ad limina feruus, *pro Atrienfi, apud Apuleium de Asino 2.* Et apud Virgil. Aen. 9, 648 — fidusque ad limina custos. *i. Aedituus, ait Seruius, v. A. D. Budaeus.* Limen, *pro Amicitia, teste Seruio, enarrante illud de Turno, Aen. 7, 579* De limine pelli. Iuuen. Sat. 3, 124 Limine submoueor, perierunt

40 tempora longi Seruitii. *i. Repellor ab amicitia. Nempe quem a limine repellunt homines, illum amicum nolunt.* ¶ 2 *Metaphorice initium et principium significat.* Secundi Anni liminibus rapuit me sibi Persephone Inscr. Grut. p. 659, 7. In limine belli Tac. Ann. 3, 74. Leti limina Lucret. 6, 1155. Senectutis limen ingressus Firmic.

45 3, 1. Vitae limen *i. natiuitas:* *vid. Burm. ad Val. Flacc. 1, 823.* Markl. ad Stat. Silu. 2, 6, 70. Quidendop. ad Lucan. 2, 106. A limine disciplinas salutare, *vid. A, vel AB.* Limina et Lumina *miscentur a librariis, vid. Drakenb. ad Sil. 1, 66.* Item Limina et Litora, Limen et Limes, *vid. Idem ad Sil. 3, 4, et 4, 105.*

50 LIMEN, enis. [λιμήν] Latine Portum significat. A quo LIMENARCHA, ae. m. [λιμεναρχος] Qui locis maritimis praest, *unde Proiectus est ad exteras nationes.* Paullus, D. de seruis fugitiuis, l. 4 Limenarchae et stationarii fugitiuos deprehensos recte in custodiam retinent. *Nominantur etiam l. 18 §. 10 ff. de Muneribus.*

55 LIMINARIS, e. Ad limen pertinens. Liminares trabes Vitruu. 6, 4. LIMENTINVS, i. m. Deus, qui praest liminibus. *Vid. Tertull. de Idol. c. 15. et de Coron. mil. c. 13. Elmenhorst. ad Arnob. p. 23.*

60 LIMES, itis. m. [ἕσος, ἕσρανός] Transuersa via dicitur, a nomine Limus, a, um. *Cumque eadem viae etiam diuidere solerent agros vicinorum, hinc Limes etiam terminum significat.* Virg. Aen. 9, 324 Et lato te limite ducam. Columel. 1, 8 Semitas, nouosque limites in agro fieri non patiat. Festus, Limites in agris nunc Termini, nunc Viae transuersae sunt. Acclius limes Ouid. Met. 2, 19. *vid.*

65 ACCLIVIS. *Arctior* Stat. Theb. 1, 24. Attritus aquarum Ouid. Epist. 18, 133. Curuus Senec. Thyest. 841. Directus Stat. Silu. 2, 2, 84. Longo limite sulcus Virg. Aen. 2, 697. Obliquus Senec. Oedip. 365. Scopulosus Stat. Theb. 1, 332. Sectus in obliquum Ouid. Met. 2, 130. Spatiosus Ouid. Met. 15, 849. Tenuis limes longa subnubilus umbra Ouid. Rem. Amor. 599. ¶ 2

70 *Verborum formulae:* Latumque per agmen ardens Limitem Agit ferro Virg. Aen. 10, 514. Idem limes Agendus erit Ouid. A. A. 3, 558. *Conf. Drakenb. ad Sil. 16, 338.* Descendere curuo limite Ouid. Met. 14, 830. Grassari recto limite Ouid. Trist. 2, 477. Incidere rectum limitem Quinctil. 2, 13. Partiri limite campum Virg. Georg. 1, 126. Positus limes agro Virg. Aen. 12, 898. Rescindere limites

75 Stat. Silu. 4, 3, 41. Limites, *ait Sculus Flaccus de Conditionibus agrorum, p. 15. Goef. ab Liminibus vocabula acceperunt: quoniam quo modo limina introitus exitusque locis praestant, limites agris similiter introitus exitusque: qui in agris diuisis et assignatis semper peruii esse debebunt, tam itineribus, quam et mensuris agendis.* Quum ergo omnes limites a mensura denum actuum Decimani dicti sint, hi, qui Orientem Occidentemque intuentur, qui Meridianum et Septentrionem tenent, vnum vocabulum illis erat: *Decumanum* nuncupabant

80 spectantem matutini et vespertini et meridiani et septentrionis cardinem. Alii vero ab regionum positione et natura appellauerunt *Maritimos* et *Montanos*. Postea vero, quum agri diuiderentur et assignarentur, *Decimani* quidem vocabulum permansit, vt hi, qui Orientem Occidentemque intuentur, *Decimani* dicerentur: ii vero, qui Meridianum et Septentrionem, quoniam cardinem mundi tenerent, *Cardines* sunt appellati. Et omnes hi limites dirimunt agros, centuriasque designant: qui vt supra diximus, in agris diuisis et assignatis semper peruii esse debebunt, et itineribus, et mensuris agendis. *Limitum autem nomina haec inuenimus in libello extremo eiusdem Flacci p. 26*

90 Orientales, Septentrionales, Maximi, Actuarii, Intercisui, Quintani, Cultellati, Nonani, Maritimi, Gallici, Temporales, Regales, Subrunciuui, Linearii, Sextanei, Tessellati, Diagonales, Montani, Aufrinales, Praefecturales, Vndecimani, Colonici, Passiui, Hypotenussales, Duodecimani, Egregii, Solitarii, Perpetui, Limites qui

95 antica et postica diuidunt. Aggenus de Limitibus Agrorum p. 46 Limes est, quodcunque in agro ad obseruationem finium opera manuum factum est. Rigor vero suae rectitudinis naturalis nomen accepit. Hyginus de Limitibus constituendis *pr. p. 150* Antiqui mensuras agrorum normalibus longitudinibus incluserunt. Primum duos limites constituerunt: vnum, qui ab Oriente in Occidentem dirigeret: hunc

100 appellauerunt *Duocimanum*, ideo, quod terram in duas diuidat partes, et ab

et ab eo omnis ager nominatur, alterum a Meridiano ad Septentrionem, quem *Cardinem* nominauerunt, a mundi cardine. *Duocumanum* postea *Decumanum* appellauerunt: quare (*f. quasi*) a decem potius quam a duobus, sicut *duo pondo* nunc dicimus *dupondium*, et quod dicebant antiqui *duo viginti* (*f. duiginti*): nunc dicimus *viginti*. Similiter *duocumanus*, *Decumanus* est factus. Reliquos limites fecerunt angustiores: et, qui spectabant in orientem, *prorsos*, qui ad Meridianum, *transversos* appellauerunt. *Limites* autem appellati a *limo*, antiquo verbo, id est, transuersi. nam et *limum cinctum*, ideo quod purpuram transuersam habeat. item *limina* ostiorum. Postea *prorsos* et *transversos* limites appellauerunt, a *liminibus*, quod per eos agrorum itinera seruantur. Postea apud quosdam nomina a loci natura acceperunt: et qui ad mare spectant, *maritimos*, qui ad montem, *montanos* appellauerunt. Omnis ergo huius mensurae et rectorum longitudo rationalis, *limes* appellatur. nec interest quidquam, *decumanum* dicamus, an *limitem*. *Decumanus* autem *primus*, *maximus* appellatur, item *Cardo*: nam latitudine caeteros praecedunt. Sunt alii limites actuarii, alii linearii. *Actuarius* est *limes*, qui primus actus est, et ab eo quintus quisque, quem si numeres, cum primo, erit sextus: quoniam quinque centurias sex limites cludent. Reliqui medii limites *linearii* appellantur, in Italia *subruncii*. *Actuarii* autem extra maximos, *Decumanum* et *Cardinem*, latitudinem habent pedum XII. Per hos iter populo, sicut per viam publicam debetur. ita enim cautum est lege Sempronia, et Cornelia, et Julia. Quidam ex his latiores sunt XII pedibus, ut si qui sunt per viam publicam (militarem) acti. habent enim latitudines viae publicae. *Linearii* limites mensurae tantum determinandae causa sunt constituti: et si finitimi interueniunt, latitudinem secundum legem Mamiliam accipiunt. In Italia itineri publico seruiunt sub appellatione *subrunciuorum*. habent latitudinem pedem octonum. Hos conditores coloniarum fructus adsportandi causa publicauerunt, nam et possessiones pro aestimio vbertatis, angustiores sunt assignatae: ideoque limites omnes non solum mensurae, sed et publici itineris causa latitudines acceperunt. Secundum antiquam constitutionem limites diriguntur: quare non (*f. quo nomine*) omnis agrorum mensura in Orientem potius quam in Occidentem spectat. In Orientem, sicut aedes saerae. nam antiqui architecti in Occidentem templa spectare recte scripserunt. Postea placuit omnes religionem eo convertere, ex qua parte caeli terra illuminatur. sic et limites in Orientem constituuntur. Haec Frontinus. *Add. apud Goef. p. 216. et 290.*

¶ 3 *Limites in urbe sunt, ut Semitar, Viae transversae, Lincio, ut 31, 24*

Intra portam, extraque latae sunt viae: ut et oppidani dirigere aciem a foro ad portam possent: et extra limes mille ferme passus in Academiae gymnasium ferens, pediti equitique hostium liberum spatium praebere. Per translationem Senec. de Benef. 1, 14. Quare si quis existimat nos, quum ista praecepimus, benignitatis fines introrsus referre, et illi minus laxum limitem aperire, etc. *Limes a librariis confunditur cum lincio et Miles, ubi vid.*

**LIMITO**, arc. et **LIMITOR**, oris. [*ἐπιζω*] *i. Partiri, diuidere, sine distinguere.* Limitare terminos. Sidor. Epist. 7, 1. Plin. 17, 22. Vineas limitari decumano oportet, XVII pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, etc. Cic. Fam. 3, 8. Etsi de tua prolixa beneficaque natura limitabit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporum. Sic legendum videtur Budaeo: et ita in vetustioribus codicibus legitur. Sed melius vulg. limauit.

**LIMITATUS**, a, um. Ager limitatus, In centurias dimensus, inquit Festus. Vlpian. in l. 1 D. de fluminib. ne quid, etc. Si insula in publico flumine nata fuerit, in eaque aliquid fiat: non videtur in publico fieri. Illa enim insula aut occupantis est, si limitati agri fuerint: aut eius, cuius ripam contingit. Quaestio Varr. R. R. 2, 2, 1. s. terminata.

**LIMITATIO**, onis. f. [*δριμας*] Columel. 2, 12. pr. Non intempestiue commemorabimus Iulii Graecini conscripta, velut formulam, ad quam posita est limitatio terrae vinealis. *Add. SSec. Rei Agr. Goef. p. 16 et 119.*

**LIMITATOR**, oris. m. Lincio tribuitur.

**LIMITARIS**, e. Adi. Iter limitare Varr. de L. L. 4, 4. i. *Semita modica, quae relinquitur inter duo confinia.*

**LIMITANEVS**, a, um. Adi. [*δριμας*] Limitanei milites, Qui in limitibus regionis constituuntur in praesidio, ob incursum inimicorum vicinorum. Reparato de limitaneis exercitu S. Rufus c. 25. Iurisc. in l. vltima, de Fundis limitrophis, Agros limitaneos vniuersos cum paludibus, omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio, atque arare consueuerunt, etc. Fundi limitanei, i. *Limiti deputati.* vid. Spartian. in Nigro c. 7. et Vopisc. in Prob. 14.

**LIMITROPHVS**, a, um. Unde milites limitanei aluntur, vid. Tit. Cod. de fundis limitrophis. Graece est *λιμητρόφος* in Gloss. Graec. Cangii. Vox hybrida.

**LIMEVM**, i. n. Herba appellatur a Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod *Venerum ceruarium* vocant Plin. 27, 11.

**LIMICOLA**, LIMIGENVS, etc. vid. LIMVS, i.

**LIMINIVM**, i. n. Cic. in Topic. 36. Quum ipsius postliminii vis quaeritur, et verbum ipsum notatur. in quo Seruius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum nisi post, et *liminium* illud productionem esse verbi vult, ut in *finitimo*, *legitimo*, *aeditimo*, non plus inesse *rimum*, quam in *meditullio tullium*. *Add. POSTLIMINIVM.* Ineptiunt Glossae Isid. *Liminium*; seruitium mortiferum, captiuitas. Paulo melius Papias, *Liminium* captiuitas, seruitium, quando quis de limine absportatur. Nempe finxerunt hoc minuti Grammatici ex Postliminio.

**LIMIS**, e. vid. sub LIMVS, a, um.

**LIMITO**, arc. vid. LIMES.

**LIMMA**, atis. [*λίμμα*] Defectus. Macrobius in Somn. Scip. 2, 1. Plato semitonium *limma* vocitauit.

**LIMNE**, es. f. [*λίμνη*] Stagnum, lacus. Vitruui. 8, 3. *Limne* Asphaltitis habet supernatans liquidum bitumen.

**LIMNESTIS** vel **LIMNITES**, Herba eadem quae *centaurea maior*, ap. Apul. de Herb. c. 34.

**LIMNICE**, es. f. *Gladiolus*. Apul. de Herb. c. 78.

**LIMNISCVS**, vid. LEMNISCVS.

**LIMOCINCTI**, vid. LIMVS vsflis.

**LIMO**, arc. vid. LIMA.

**LIMONIA**, ae. f. Alterum genus *anemones*. Plin. 21, 11.

**LIMONIATES**, ae. f. Gemma eadem videtur, quae *Smaragdus*. Plin. 37, 10.

LIMONIVM, i. n. Frutex est nunquam cubitali altior, cristisque foliorum ac radice nigra, sed dulci. Recipit cum in cibis Oriens Plin. 22, 22. vid. LEMONIVM.

LIMOSVS, vid. LIMVS Subst.

5 LIMPIDVS, a, um. Adi. [διαφανής] Clarus, purus, liquidus quicum plane videtur conuenire. Veluti enim a Liquore fecerunt Liquidum, ita Limpidum a Lympha quasi Lymphidum videntur dixisse. Et sane Lymphidum scribitur v. g. Pallad. Oct. 14, 12 Vinum vero eadem die ex austero lymphidum atque optimum fieri, etc. Et mox Item faeculentum  
10 statim lymphidum reddi. Sic Lymphidum collyrium Veg. Mulom. 2, 135. Mucus 2, 36, 1. Vulnus 2, 22, 2. Sed hae videntur Grammaticorum recentium argutiae. Limpidus a Lympha iam eo tempore videtur ad Latinos transfuisse, cum nondum ita accurate elementa Graeca seruari. Certe iam apud Catull. 4, 42. sunt Lacus limpidi. Columel. 12, 28, 3 Postea,  
15 quum de doliis aut de feriis diffundere voles, vere florente rosa defaecatum quam limpidissimum in vasa bene picata et pura transferto. Liquidissimum edit. primae. Aqua limpidiore Vitruu. 8, 7. Gemmae limpidae Plin. 37, 9. Vocem limpidae ac canoram facit sandaracha Idem 34 c. vlt. Numquid de luto limpidium quiddam haurire potestis S. Bernhard. Epist. 8.

LIMPIDITAS, atis. f. Oct. Horat. 4 Vique ad limpiditatem contere.

LIMPIDO, are. Macer. 2, 5 Appositum humores limpida omnes. Veget. Veterin. 2, 18, 1 Ut interdum limpidet oculum passio.

25 LIMPIDATUS, a, um. Zeno Veronens. Peccatorum paleis limpidaus.

LIMPITUDO, inis. f. [τὸ διαφανές] Plin. 32, 11 Stant veluti suillo crure longo in arena defixae, hiantesque qua limpitudo est, pedali non minus spatio.

30 LIMVS, i. m. pro vestis genere, vid. sub LIMVS, a, um.

LIMVS, i. m. [λίμω] Lutum est, seu coenum illud mollius, quod ex aquis stagnantibus relinqui solet. Plin. 11, 37 Labra herbas eruentibus limumque lata, ut suum generi. Grauis veteri craterae limus adhaesit Hor. Serm. 2, 4, 80. de cuiusvis generis sordibus. In-

35 formis Virg. Aen. 6, 416. Niger limus Id. Georg. 4, 478. Durascit limus igni Id. Ecl. 8, 80. India Conferente fluminum florum limum Plin. 35, 7. Obducere plagam limo, vid. OBDUCCO.

Vnge leui rimosa cubilia limo Virg. Georg. 4, 45. Pro pice, quo doliis, etc. inducuntur, Pers. 4, 28. Conf. ibi Casaub. p. 343.

40 ~~Limonum~~ Plin. 23, 7 f. 69. qui in prunis Lichen vocatur, nihil aliud videtur esse, quam muscus.

LIMACEVS, as, um. Adi. Tertull. de Resurr. Carn. c. 49 Primus homo de terra choicus, id est, limaceus.

45 LIMARIVS, a, um. Frontin. de Aquaeduct. 1, 15 p. 56 Interposita est piscina limaria, vbi inter amnem et specum consisteret et liquaretur aqua, i. subsidente limo defaecaretur, ut pulchre Polenus, quem vide.

LIMOSVS, a, um. Adi. [λίμω] Limosus, et coenosus. Plin. 16, 36 Vbi limosiore callo induruit. Harduin. legit  
50 lignosiore. Aqua limosa Columel. 5, 9. Flumina Ouid. Met. 1, 634. Humus Id. de Rem. Amor. 142. Iuncus Virg. Ecl. 1, 49. Lacus Id. Aen. 2, 136. Radix Plin. 27, 5. Regio Columel. 8, 16.

Vluva Lucan. 2, 70.

LIMOSITAS, atis. f. Conf. Afer. 2, 22 Dentium limositas.

55 LIMICOLA, ae. c. *Habitator limi.* Aufon. Epist. 7, 36 Iunctus limicolis musculus ostreis.

LIMIGENVS, a, um. *In limo natus.* Aufon. Mofella v. 45 — limigenis ripam praetexeris vluis.

60 LIMVS, a, um. Adi. [πλάγιος] Quod et LIMIS, e. dicitur. Festus, Limis, Obliquus, id est transuersus: vnde et Limina. Ter. Eun. 3, 5, 53 Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum. Vbi

Donatus; Limis, si nominatiuus singularis est, Transuersus significat, si septimus pluralis, deest Oculis. Nam Limis, est Transuersus: vnde Limen dicitur quoque, quod ingredientibus exeuntibusque transuer-

65 sum sit. Quum igitur dissimulant homines, se videre quod vident, et non recta facie, sed transuersa intuentur: limis dicuntur adspicere. Conf. Varro ap. Non. Noniusque ipse, 2, 500. Plaut. Mil. 4, 6, 2

Aspice limis oculis, ne ille nos se videre sentiat. Limibus oculis contueri aliquem Ammian. 20, 9. Id. Amm. Marc. 17, 7 Climatiae,

70 qui limes ruentes et obliqui vrbes, aedificia, montesque complanant. Ocellis limis subridere Ouid. Amor. 3, 1, 63. Venerei appellati sunt limi oculi Quintil. 11, 3.

LIMVS, i. Subst. Est vestis, quae ab umbilico vsque ad pedes producit. Haec autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam. Inde et nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus. Haec Isid. 19, 22. Id. 15, 14 Limus, cingulum, quo serui

75 publici cingebantur, obliqua purpura. Quin iam Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, apud Gell. 12, 3 Licio transuerso, quod limum appellatur, qui magistratibus, inquit, praeministrabant, cincti erant.

80 Hygin. de Limit. p. 151 Goes. in etymologia limitis, Nam et limum cinctum ideo dixere, quod purpuram transuersam habebat. Et in Fragm. p. 215. It. in excerptis Varr. Auctor. de Limit. p. 290 Transuersa omnia antiqui lima dicebant — hinc et Limus vocabulum accepit,

cingulum, quo serui publici cingebantur, obliqua purpura, quae vel ex

85 Isidori l. c. vel e communi fonte hausta sunt. Seru. ad Aen. 12, 20 Velati lino, et verbera tempora vinciti, primo obseruat, Fetiales, quos hic signari nempe sumit, nunquam vsos vestibus lineis — deinde Caper, inquit, et Hyginus hoc loco dicunt lectionem esse corruptam; nam Virgillum ita reliquisse confirmant, Velati limo. Limus autem est vestis,

90 qua ab umbilico vsque ad pedes teguntur pudenda poparum. Haec autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam, vnde et nomen accepit. Apud Reines. Inscr. 6, 44 iunguntur Apparitores et limocincti tribunalis eius, quod forte melius diuiditur, limo

cincti.

95 LIMVLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὀππλάγιος] Plaut. Bacch. 5, 2, 12 Viden' limulis vt obsecro intuentur?

LIMO. Adu. Solin. c. 40 Nunquam limo vident.

## L I N

LINAMENTVM, LINARIVS, vid. LINVM.

LINEA, ae. f. [γραμμὴ] Quo nomine generatim notari videtur aliquid in longum productum, proprie aliectionum nomen est, a lino, planta ductum, quod substantiue ponitur, intellecto nomine restis. Est enim linea

105 prima notione funiculus ex lino. Vet. Gloss. Funis vsq̄. Varro R. R. 1, 23,

1, 23, 6 Sic vbi *feras* cannabim, linum, iuncum, spartum, vnde nectas bubus paleas, (f. soleas) lineas, restes, funes. Colum. 3, 13, 9 Aequaliter linea posita — fossam educere, — tum per omne spatium gradus aequaliter mouenda linea est: *i. extentus funiculus, qui dirigit fossores.* Add. 3, 13, 13. Idem 3, 15, 1 Linea per totidem pedes, quot 5  
destinaueris interordiniorum spatiis purpura, vel quolibet alio conspicuo colore insuitur, eaque sic denotata per repastinatum intenditur, et iuxta purpuram calamus defigitur. *Huic agricolarum lineae affinis est altera fabrorum, de qua Cic. ad Quint. Frat. 3, 1* Columnas neque 10  
rectas neque e regione Diphilus collocarat. Eas scilicet demolietur. Aliquando perpendicularo, et linea discet vti: perpendicularo, *vt reclusae* 15  
*fiant, linea, vt e regione respondeant.* Huc pertinet Rectissima linea tensa Quinct. 3, 6, 82. Colum. 8, 11, 15 Emissa ligato pede longa linea gallina custoditur. Vitruu. 5, 3 Vti linea cum ad imum gradum et ad summum extenta fuerit. Hygin. de Limit. p. 178 *Goef.* Lineam per metas extendemus. Sic Linea est funiculus e quo hamus suspensus est: Plin. 9, 43 At vulpes marinae glutunt amplius vsque ad infirma lineae, quae facile praerodant. Et 32, 2 s. 5 Muraenae amplius deuorant, quam hamum, admouentque dentibus lineas, atque ita erodunt. Et *ibid.* Spina lineam praefecare. Martial. 5, 57 Tremulaque captum linea trahit piscem. De hac videtur intelligendus Plaut. Most. 5, 1, 22 Docte atque astute mihi captandum est — mittam lineam. Sic *Isid.* 19, 4 Catapeirates definitur, linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. Add. CATEIA, vt a Seruio describitur. Venatorum etiam Linea funiculus est, quae Formido alias vocatur. 25  
Sen. Hippol. 49 Picta rubenti linea pinna Vano eludat terrore feras. *Latius* Nemesian. Cyneg. 303

Linea quin etiam magnos circumdare saltus

Quae possit, volucresque metu concludere praedas

Digerat innexas non vna ex alite pinnas.

Grat. Cyneg. 27 Illa (quam adhuc descripsit) operum patiens, illa vsus linea longi. Et v. 83 Ne repressa suis properantem linea pinnis Implicet. Sen. de Clem. 1, 12 Sic feras lineis et pinna conclusas contine. Et de Ira 2, 12 Linea pennis distincta. Funiculus aut fitum etiam est Margaritarum linea apud *ICtos*, vt Scaeuola l. 26 ff. ad 35  
L. Falcidiam, Lineam margaritarum triginta quinque ligauit. Vlpian. l. 27 ad L. Aquil. §. 30 Si, maritus vxori margaritas extricatas. dedisset in vsum, ea inuito vel inscio viro perforasset, vt pertusis in linea vteretur. Add. Scaeuola l. Medico §. vlt. ff. de auro, arg. mundo. Talis esse videtur Linea diues Martial. 8, 78 nempe varii generis missilia 40  
vni funiculo inserta utcumque, vt inde vno iactu excuti et spargi in populum possint. Linea in arcu neruus est Terentian. Maur. praef. Ceu Parthus solet aut Scythes Arcus cornibus extimis Leuem nectere lineam. ¶ 2 Solidum etiam aliquid est Linea illa theatralis, de qua Ouid. Am. 3, 2, 19 Quid frustra refugis, puella, osculum, aut manum adeo: cogit 45  
nos linea iungi, qua impediente frustra reflecteris et reclinaris. Fuerit itaque haec linea loricae genus a tergo imminens gradibus, quod humeros sedentium coerceret, ne reclinare se in post sedentes, neue aliquis de superiore gradu in inferiores detrudi, ac stragem sic ruinamque facere posset. Hinc Quinctil. 11, 3, 133 Transire in diuersa subsellia parum vetecundum est. Nam et Cassius Seuerus vrbane aduersus hoc facientes lineam poposcit, qua scilicet continerentur immoderati motus. Illi lineae theatri ad perpendicularum subiecti sunt cancelli, quibus pedes, vt linea humeri coercentur, v. v. Est et in Circo linea, et quidem alba. Cassiod. Var. 3, 51 Alba linea non longe ab hostiis (ostiis) in vtrumque podium quasi regula directa producit, vti quadrigis progredientibus, inde certamen oriretur. Est igitur eadem, quae Calx, vbi vid. De proverbio Alba linea mox dicemus n. 4. ¶ 3 Solida etiam est linea lactis Sulpic. Seuer. Dial. 2, 3 Vt solet ex vberibus caprarum aut ouium pastorum manu pressis longa linea copiosi lactis effluere. 60  
¶ 4 Linea est vestigium illud coloratum, quod fabrilis linea rubrica vel atramento tincta, postquam intenta retracta, et signo dum resilit illisa est, relinquit. Quod si creta vtaris, non apparebit linea alba in lapide, vel signo, nihilque adeo discernet. Porro illa alba linea, λευκή σάδμη non modo est in Graecorum prouerbio, de qua Casaub. ad Theophr. Charact. p. 130, 65  
Coll. Eustath. ad Il. O, p. 1022, 60 edit. Rom. Sed Latinorum etiam: Gell. praef. Multa et varia lectitantes, in quas res cunque inciderant, alba, vt dicitur, linea sine cura discriminis, solam copiam sectati, conuerrebant. Quod autem e Gellio afferunt versum Lucillii, Nam vt discrimen non facit, neque signat, linea alba; cum versum ego apud 70  
Gellium inuenire non potui. Caeterum linea etiam pictorum est. Plin. 35, 10 s. 36 Apelles arreto penicillo lineam ex colore duxit summae tenuitatis per tabulam, et mox. Apelli fuit perpetua consuetudo nunquam tam occupatum diem agendi, vt non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in prouerbium venit. Illud Prouerbium ita vulgo 75  
effertur, Nulla dies sine linea. Et venit mihi in mentem putare, annanbuc respexerit forte Martial. 8, 78 Omnis habet sua dona dies, nec linea diues cessat: q. d. vt nulla dies Apelli sine linea, ita hic nulla sine muneribus. Pictorum sunt primae lineae, quibus opus utcumque designatur. Quinct. 2, 6, 2 Alii cum primas modo lineas duxissent, de prima institutione 80  
rhetorica. Et 4, 2, 120 Non vt consumantur affectus, sed vt tamen velut primis lineis designentur, vt plane qualis futura sit imago rei, statim appareat. Id. 10, 2, 6 Quemadmodum quidam pictores in id solum student, vt describere tabulas mensuris ac lineis sciant. Et mox: non esset pictura, nisi quae lineas modo extremas umbrae, quam corpora in sole fecissent, describeret. Idem 12, 10, 4 Parrhasius examinasse subtilius lineas traditur, id est, vt mox ipse interpretatur, ita circumscriptis omnia, vt eum legum latorem vocent, quia deorum atque heroum effigies, quales ab eo sunt traditae, caeteri, tanquam ita necesse sit, sequuntur. Conf. 11, 3, 46 Qui singulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt, sine quo ne membris quidem suas lineas (i. circumscriptionem, magnitudinem) dedissent. Huc pertinent Lineae in Solariis horologiis aestiuae, hibernae, aequinoctiales, menstruae apud Vitruu. 9, 9. Prudent. Cathem. 11, 11 Scandit gradatim denuo Iubar priores lineas. Huc per metaphoram forte perinet 95  
Mors vltima linea rerum Hor. Epist. 1, 16, 79: vel etiam ad ludum tesserarum, in quo Lineae sunt, quae XII scripta vocantur. Vltimae ad quas aliquis victus redigitur lineae sunt Incitae, de quibus h. v. Certe ad has in ludo copia est, Eho ne videndi quidem erit? Si illud non licet, Saltim hoc licebit. Certe extrema linea amare haud nihil est, i. e. longinquo, vt sis remotus a scopo et fine amoris. Quidam malunt referre ad lineam in circo albam s. calcem, de qua n. 3. Caeterum conf. locum Lutatii ad Stat. Theb. 3, 283 Puellam extrema amoris linea diligens fatis animo solo faciebat adpectu: quem totum damus in HYME- 100

- NAEVS. *Tales ductus intelliguntur, cum in Genealogiis linearum mentio fit.* v. g. Paullus l. 9 ff. de Gradib. et affinit. Stemmata cognationum directo limite (*transuerso ductu*) in duas lineas separantur, quarum altera superior altera inferior. Ex superiore autem et secundo gradu transuersae lineae pendent. Sic Linea valli in Notit. Imp. est tractus illius in longum productus. Hinc excusari possunt certe Analogia quadam, qui Lineas etiam scripturae tribuunt. Sed frustra prouocatur ad Apul. de Syllog. p. 31, 23 Propositiones non abre est in quadrata formula spectare. Sunt igitur in superiore linea, vt infra scriptum est, vniuersalis Dedicatiua et abdicatiua — Item in inferiori linea sub vtraque particulae subnotentur — Deinde ducantur obliquae lineae angulares, etc. Apparet lineas esse ductus simplices, quibus constat formula i. figura quadrata. Neque opus est hoc nomine, cum Versum dicant veteres v. v.
- ¶ 5 Denique Geometrae extenuantes magis magisque hoc genus lineae, nihil illi praeter longitudinem reliquere. Eam M. Varro apud Gell. 1, 20 ita definit: Linea est, inquit, longitudo quaedam sine latitudine et altitudine. Euclides autem breuius, praetermissa altitudine, γραμμή, inquit, est μήκος ἀπλατῆς, quod exprimere vno Latino verbo non queas, nisi audeas dicere illatibile. Frontin. Agrim. p. 31
- Goef. Linea est longitudo sine latitudine: lineae autem fines signa (i. puncta) ordinata. Rectae lineae aequidistantes (*parallelae*) sunt, quae in eadem planitie positae eiectae in ytramque partem in infinitum non concurrunt. Linearum genera sunt tria, rectum, circumferens, flexuosum. Recta linea est, quae aequaliter suis signis interposita est. Circumferens, cuius incessus a conspectu signorum suorum aequaliter distabit. Flexuosa linea est multiformis etc. Quintil. 1, 10, 10, 41 Illa circumcurrens linea si efficiat orbem, quae forma est in planis maxime perfecta, amplius spatium complectetur, quam si quadratum, paribus oris. Et f. 44. Quae circumibit, linea. Cic. Tusc. 1, 40 Subuolent rectis lineis in caelestem locum ignea. Idem Parad. 3, 1 Siquidem est peccare tanquam transire (*transilire al.*) lineas: quod cum feceris, culpa commissa est, quam longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam transcendendi culpam nihil pertinet. Speciatim pro perpendiculari linea Cic. de Fin. 1, 18 c. 6 Censet Epicurus, illa indiuidua et solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam; hunc naturalem esse omnium corporum motum. — Cum illud occurreret: si omnia deorsum e regione ferrentur, et vt dixi ad lineam, nunquam fore, vt atomus altera alterum posset attingere — declinare dixit atomum, etc.
- 40 LINEOLA, ae. f. Dimin. Gell. 10, 1 Numerus tertii consulatus non, vt initio prioribus literis, sed tribus tantum lineolis incisus, significatus est.
- LINEO, 3re. [ὑπογράφω] Lineas ducere, lineis rem aliquam figurare et deformare. Cato c. 14 Et quae opus sunt domui, praestabit: et ad opus dabit, succidet, dolabit, lineabit, secabitque materiam solam duntaxat. Radios lineare Vitruu. 9, 4. Lineari Id. ib.
- LINEATVS, a, um. Carina bene lineata Plaut. Mil. 3, 3, 42.
- LINEATOR, oris. m. Boeth.
- LINEARIS, e. Adi. [γραμμικός] Quod lineis constat. Vnde Linearis pictura vocata est, Quae lineas circum vmbrae hominis deductas habet: cuius auctor Philocles putatur, teste Plin. 35, 3. Linearis, absolute pro pictura lineari Plin. l. c. Sed ¶ 2 Geometricum significat v. g. Quintil. 1, 10, 36 Illa vero linearis ratio, i. pars geometriae, quae non numeros, sed formas tractat. Et in ipso sine lineares probationes (Gr. γραμμικὰ ἀποδείξεις) vocat i. geometricas.
- LINEALIS, e. Adi. Idem. Ammian. 22, 40 (Vales. 16) Omnes ambitus lineales farina resperfit. Loquitur de metatione Alexandriae, quam descripsit Curtius 4, 8, 6.
- LINEALITER. Adu. Mart. Capell. 8 p. 280 Circulos, quos linealiter fecit.
- LINEAMENTVM, i. n. Idem quod linea. Cic. Acad. 2, 116 c. 36 Lineamentum est longitudo latitudine carens. Id. de Orat. 1, 187 In geometria lineamenta, formae, interualla, magnitudines. Et Orat. 186 c. 56 Numerus quasi quandam palaestram, et extrema lineamenta orationi attulit. Nempe palaestra lex motus est, extrema lineamenta picturam expoliunt. ¶ 2 Plural. descriptionem et formam humani vultus notat, qua alter alteri similis aut dissimilis est, quasi tu picturam lineamentis suis absolutam dicas. Iustin. 1, 2, 2 Lineamentorum aequalitas matri et filio persimilis. Oris Gell. 1, 9. add. Liu. 21, 4. Lineamenta et formae deorum Cic. de Natur. Deor. 1, 75. Quae compositio membrorum, quae Conformatio lineamentorum, quae figura, quae species, humanâ potest esse pulchrior Idem ib. 1 c. 18. Idem de Fin. 3, 75 Animi lineamenta sunt pulchriora quam corporis.
- LINEATIO, onis. f. Vitruu. 9, 4.
- LINEAMENTATIO, onis. f. Firmic. 1 c. vlt. Vnde enim sese singuli propria corporis lineamentatione cognoscunt, etc. i. Lineamentis.
- LINEVS, vid. LINVM.
- LINGO, linxi, linctum, 3re. [λίσσω] Aliquid lingua molliter tangere. Plaut. Casin. 2, 8, 21 Mel mihi videor lingere. Lingere rursus dicimur, quum aliquid in ore tenentes, guttasim destuere in stomachum finimus. Plin. 37, 10 Sed lingentium calculos frangit, pellitque. Idem 31, 9 Datusque sal lingendus, et oculis iumentorum inspuitur.
- 85 LINCTVS, us. m. [λίσγω] Plin. 31, 9 Multi tussim veterem linctu salis discussere. Conf. Id. 36, 17.
- LINCTOR, oris. m. λικτης Gloss. Gr. Lat.
- LINGONES, um. m. Pl. [Λιγγωνες, Λεῦνοι] Inter Celtas populi finitimi Heduis, Sequanis ac Tullenibus, qui dicebantur Leuci. Caes. Bell. Gall. 1, 26. Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis Lucan. 1, 398.
- LINGONVS, i. m. [Λιγγωνος] Idem. Martial. 8, 75 Lingonus a recta, Flaminiaque recens.
- LINGONICVS, a, um. Adi. [Λιγγωνικός] Lana Lingonica Martial. Epigr. 11, 57. Tomentum Lingonicum Id. 14, 160.
- 95 LINGVA, ae. f. [γλῶσσα] Pars oris, qua lingunt et cibum gustant, ac varie subigunt animalia, homo etiam loquitur. De diuersa ratione linguarum in animalibus locus classicus Plin. 11, 37 f. 65 qui ita finit: Reliquis in suo genere semper absoluta; homini tantum ita saepe restricta venis, vt intercidi eas necesse sit. Metellum adeo inexplanatae fuisse accepimus, vt multis mensibus tortus (i. torfisse se) dicatur, dum meditatur in dedicanda aede Opis vere (recte) dicere. Lingua quasi stabellum est seditionis Cic. pro Flacco c. 23. Lucret. 4, 625 Diditur et rarae per plexa foramina linguae Succus ciborum. Radix vltima linguae Ouid. Met. 6, 557. Lucret. 4, 628 Humida linguae circum sudantia templa, i. palatum. Humor linguae deficit Ouid. Met.



Met. 9, 566. Aspera lingua premit fauces Virg. Georg. 3, 508. Aspera lingua nimia ficitate, *vid.* ASPER. Bisulca Ouid. Met. 9, 65. *Ache-  
loi in serpentem versi.* Sic Fissa in duas partes Id. ibid. 4, 585. Frigi-  
da Virg. Georg. 4, 525. *morientis.* Multifidas linguas vibrans draco  
Valer. Argon. 1, 61. Nigra lingua subest Virg. Georg. 3, 388. Sup-  
pressa palato Ouid. Trist. 3, 3, 21. Tribus linguis praesignis draco Id. Met.  
7, 150. Trifulcis linguis micat ore Virg. Georg. 3, 439. Vibrantes Id. Aen.  
2, 475. Abstulit comprehensam forcipe linguam Ouid. Met. 6, 556. Co-  
ruscare linguis *dicuntur serpentes* Id. ib. 4, 493. Deterget se lingua bos  
Colum. 6, 6, 1. Cic. de Orat. 3, 4 Haec tibi est excidenda lingua: qua vel  
euulsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. Resecta ense  
Ouid. in Ibin 439. ¶ 2 *Formulae, in quibus ad loquendi facul-  
tatem respicitur.* Situs thesaurus in lingua stultis Plaut. Poen. 3, 3, 12,  
Lingua loqui, *vid.* LOQVOR. Commercialia linguae, *i.* Colloquia Ouid.  
Trist. 3, 11, 9. Facundia linguae Id. ibid. 3, 5, 29. Intemperantia  
Curt. 8, 1, 45. Petulantia Suet. Tib. c. 61. Solutio linguae Cic. de  
Orat. 1, 114 c. 25. *facultas explanate loquendi.* Titubantia Sueton.  
Claud. c. 30. Tela linguae Ouid. ex Pont. 4, 6, 36. Adstricta  
lingua mercede, *vid.* ADSTRINGO. Blaesca Ouid. de Arte Am. 3, 294.  
Celeri et exercitata sunt oratores quidam Cic. de Orat. 1, 83. Diues  
Hor. Epist. 2, 2, 121. Elegans Catul. 41, 4. Exanimis Ouid. Met. 11,  
32. Facunda Hor. Carm. 4, 1, 36. Falsae periuria linguae Ouid.  
Epist. 7, 67. Ferina *rabularum* Apul. Apol. p. 275, 10. *vid.* LOCARE  
Virus. Ficta gratia linguae Ouid. Epist. 12. Garrula Tibul. 4,  
13, 20. Immodicus lingua Tac. Hist. 3, 53, 1. Inexplanata, *vid.* IN-  
EXPLANATVS. Post effert animi motus Interprete lingua Hor.  
A. P. v. III. Interpres animi, *dicitur* Lucret. 6, 1147. *it.* Prudent.  
Rom. 771. Interpres cogitationis Lactant. de Ira Dei c. 14. Magi-  
cae potentia Ouid. Met. 7, 330. Modesta Id. Epist. 19, 63. Nocens  
Propert. 2, 28, 14. Nulla lingua est, qua negem quidquid roges  
Plaut. Capt. 5, 1, 15. Patruae verbera Hor. Carm. 3, 12, 3. *vid.* PA-  
TRVVS. Pia Ouid. Epist. 15, 68. Pietae tectoria Perf. Sat. 5, 25.  
Procax Sil. 8, 250. Professoria Tacit. Ann. 13, 14. Promta ad rigi-  
dos sonos Ouid. Fast. 4, 310. Sacrilega Id. de Rem. Amor. 367. Se-  
cretior Quinctil. 1, 1. Subdola Ouid. de Arte Am. 598. Tertia  
*apud* Vulg. Interpr. Sirac. 28, 16 *γλώσσα τέρτη calumniatrix est, quae se  
interponit inter duos amicos, et utrumque suspicionibus atque odio implet.*  
*vid.* Drusius Quaest. 14. et Buxtorf. Lex. Rabbin. p. 1160. *Est enim ratio  
Ebraica.* Trepidans Catul. 61, 28. Vanas mendacia Ouid. Amor.  
3, 11, 21. Venalis Lucan. 1, 269. ¶ 3 *Verborum formulae:* 40  
Acuere linguam causis Hor. Epist. 1, 3, 23. Auferre usum linguae  
alicui Ouid. Met. 14, 99. Cohibere linguam . . . Senec. Epist.  
84 Tentantur pedes, lingua non constat. *De ebrio loquitur.* Contine-  
re linguam, *vid.* CONTINEO. Deerat lingua palato, *i.* Non po-  
teram loqui Ouid. Epist. 15, 111. Delirat lingua Lucret. 3, 454. Deperdere  
usum linguae Ouid. Met. 5, 562. Diuertere linguam ad mores alicuius,  
*pro Reprehendere* Plaut. Poen. 5, 2, 24. Eripere linguam alicui Ouid. Fast.  
2, 608. Fauere linguis, *vid.* FAVEO, Feruet lingua mero Id. ib. 2, 732.  
Fundere stolidae conuicia linguae Ouid. Met. 13, 306. Habeant fac-  
linguam aedes tuae. A. quid ita? S. quom veniam inuocent Plaut. 50  
Casin. 3, 1, 13. Habere crimen linguae Ouid. Fast. 1, 445. Haesit inu-  
tilis lingua Id. Epist. 4, 7. Haesitare lingua Cic. de Orat. 1, 115. *vid.*  
ABSONVS. Infringitur lingua Lucret. 3, 1156. Legere properante  
lingua Ouid. ex Pont. 3, 5, 9. Loqui titubante lingua Ouid. Trist. 3,  
1, 21. Linguis angelorum Vulg. 1 Cor. 13, 1. Occludere linguam alicui,  
*vid.* OCCLUDO. Palpitare lingua Scribon. 194. Praestringens  
aciem gladiatorum lingua Plaut. Truc. 2, 6, 11. Liu. 33, 3 *extr.* Si  
Aetolorum linguas Refundere vellent. Riget lingua Ouid. de Arte Am.  
1, 515. Silet rapta altera lingua Ouid. Met. 6, 632. Esse linguam in  
quaestu Quinctil. Prooem. 1. Tardescit lingua Lucret. 3, 478. Non  
tenere linguam nimio mero Ouid. Trist. 2, 446. Tenere linguam in  
ore clauso Catull. 53, 18. Titubat lingua Ouid. de Arte Am. 1, 598.  
Torpet lingua Catul. 49, 9. Torpuerat gelido lingua retenta metu  
Ouid. Epist. 11, 82. Lucan. ad Pison. 58. Densaue vibrata iaculari  
fulmina lingua. Cic. Fam. 9, 2 Tibi autem idem consilii do, quod  
mihimetipsi, vt Vitemus oculos hominum, si linguas minus facile pos-  
simus. Vti lingua libera, *vid.* LIBER *Adi.* ¶ 4 *Lingua, pro  
Differentia sermonum: unde, Linguas omnes scire apud* Plaut. Poen.  
Prol. 112. *Plin. 12, 1 Est Gortynae in insula Creta iuxta fontem plata-  
nus vna, insignis vtriusque linguae monumentis.* Cic. Tusc. 5, 116  
In his linguis, quas non intelligimus, quae sunt innumerabiles, furdi  
profecto sumus. Linguam Graecam Latina copiosiore esse dicit  
idem ibidem 2, 35. Agmina dissona lingua Sil. 16, 19. Gentes variae  
linguis Virg. Aen. 8, 723. Sermo lingua concinnus vtraque Hor.  
Serm. 1, 10, 23. Egestas linguae Lucret. 1, 140. Doctus sermonis  
vtriusque linguae Hor. Carm. 3, 8, 5. Ediscere duas linguas Ouid. de  
Arte Am. 2, 122. *Intelligit Romanam et Graecam.* Lingua Latina, *vid.*  
LATIVM. Facere potentiorum linguam Latinam Quinctil. 1, 5.  
Latinam linguam non modo non inopem, vt vulgo putant, sed locu-  
pletiorum etiam esse quam Graecam sentit Cic. de Fin. 1, 10. Tueri  
linguam Quinctil. 1, 1. ¶ 5 *Ob similitudinem s. per metapho-  
ram etiam de aliis quibusdam rebus dicitur, v. g. de lamella quadam in  
vitiis accipi vult Harduin. apud* Plin. 10, 29 l. 43 Homines repertos,  
qui sonum luscinarum addita in transversas arundines aqua, foramen  
inspirantes, linguaeque parua aliqua opposita mora, indiscreta redde-  
rent similitudine. *Sed videtur potius ipsa hominis inflantis arundinem  
lingua intelligi, qua moderetur ipse influentem suo ex ore aera. Interim  
nec absurda Harduini sententia, cum γλώσσα et γλωττις apud Graecos sic  
accipiantur, et Lingulam sic poni, doceat Festus. v. v. Porro Lingua,  
Herba quae nascitur circa fontes* Plin. 24, 19. Lingua bubula Idem  
17, 14. et Apul. de Herb. c. 41. *i. buglossa.* Canis Apul. de Herb. c. 96.  
*i. cynoglossa.* Ceruina Idem c. 78. Linguae etiam dicuntur Promon-  
toria a similitudine. Hanc lacus angustum iam se cogentis in arcum  
Hesperiae, tenuem productum in aequora linguam Lucan. 2, 613. *de Brun-  
disio.* Caes. Bell. Gall. 3, 12 Erant eiusmodi fere situs oppidorum, vt po-  
sita in linguis promontoriisque, etc. *Alii loquuntur* Lingulis, sed alteram  
lectionem confirmat Festus: Lingua promontorii genus non excellentis,  
sed molliter in planum deuexi. Liu. 37, 31 *extr.* Inde in altum lingua mille  
passuum excurrrens. *Conf. Schott. Obsf. Humanis.* 3, 28. *Ciacc. ad Caes. l. c.*  
LINGVARIVM, *i. n.* *Intell. aes, aurum, argentum, supplicium,*  
*vel tale quid.* Sen. de Benef. 4, 36 *de eo, qui temere et ingrato promissit:* Si  
exiguum est, dabo: non quia dignus est, sed quia promissit: non tan-  
quam munus dabo, sed vt verba mea redimam: vt aurem mihi peruel-  
lam, damno castigabo promittentis temeritatem. Ecce, vt doleat tibi  
(*se ipsum, et animum suum alloquitur*) vt post ea consideratius loqua-  
VOL. III.

ris, quod dicere solemus, linguarium dabo. Si maius erit, non committam, quemadmodum Maecenas ait, ut sestertio centies obiurgatus sim. Linguarium igitur posuit, ut calcearium, cerarium, vestiarium. Paruo se promisso exsoluere vult, et illo damno temeritatem promittendi lue-  
 5 re; magno non item. Sic Muret. V. L. 12, 5. Gron. de Pec. Vet. 4, 4. Quae de nescio qua theca linguae alii, iocosa sunt.

LINGŪLA, sive LIGŪLA, ae. f. Dimin. [γλωσσάριον, γλωσσάριος] Festus, Lingula per diminutionem linguae dicta: alias a similitudine linguae exsertae, ut in calceis: alias insertae, id est intra dentes  
 10 coërcitae, ut in tibiis. Nempe sunt Calceorum lingulae Scribon. 208. cum denigrari eas dicat melanteria s. creta futoria, lora coriacea intelligi par est. Martial. 2, 29 Non extrema sedet lunata ligula planta. Vbi propter primae syllabae productionem, alii legunt Lingula. Iuuen.  
 Sat. 5, 20 Et ligulas dimittere, sollicitus ne Tota saluatrices iam turba

15 peregerit orbem. i. non adstringere lora omnia, et ansis suis inferere. ¶ 2 Columel. 8, 11, 4 Stabulum autem carere debet vligine: cuius in solo per ordinem figuntur breues paxilli: eorumque partes summae lingulas edolatas habent, quae transuersis foratis perticis inducantur. Videmur satis diserte illum locum explicasse partem tenuiorem trabis ita do-  
 20 latam, ut conueniat in tigni alterius foramen. Talis videtur Lingula torcularii, de qua Cato 18, 2. 19, 2. Add. 84, 2. Talis est Lingula vectis et lingua Vitr. 10, 8. ubique pars extenuata intelligitur, quae a cauo recipiatur.

¶ 3 Ligula Instrumentum cauum et oblongum, in speciem linguae factum: quale est illud, quo vtuntur aromatarii ad extrahenda e vasis unguenta.  
 25 Plin. 21, 14 Cera Punica fit hoc modo: Ventilatur sub dio saepius cera fulua. Deinde feruet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro. Inde ligulis hauriunt florem, id est candidissima quaeque, transfunduntque in vas, quod exiguum frigidae habeat. Nomen habere putatur a similitudine linguae ad palatum retractae, atque ita cauae, quae sane cochlearis est forma. Columel. 6, 2, 7 de boue curando,  
 30 Librales ossas in praesulsa adipis liquamine tinctas, lingula demittito. De varia et descriptione et pronuntiatione huius nominis. Martial. 14, 120 de ligula argentea, Quamuis me ligulam dicant equitesque patresque, Dicor ab indoctis lingua grammaticis. Indoctos

35 vocat Grammaticos, i. indoctos, qui non velint loquentium non plebeiorum modo, sed nobilium consuetudini concedere, sed suis illam disputationibus postbabeant. Porro Ligulam vocat Columel. 9, 15, 13 Instrumentum ad purgandam e vase spumam, Deinde, inquit, ubi liquatum mel in subiectum alueum defluerit, transfertur in vasa fictilia, quae paucis  
 40 ante diebus aperta sint, dum musteus fructus deferuescat: isque saepius ligula purgandus est. ¶ 4 De usu ligulae etiam obseruari potest locus Caton. de R. R. 84 Pone cum catillo et lingulis, de Sauillo, quod quia integrum non facile eximi potest, cum catillo in quo coctum est ponitur, et lingulis, quibus vtantur coniuuae ad eximendum. Martial. 8,  
 45 23 cum derisisses tenuitatem phialae munere sibi missae, addit, Quid tibi cum phiala, ligulam cummittere posses? Mittere cum posses vel cochleare mihi? unde minus ligula cochleare indicat. Tamen pro eodem accipiunt viri docti, in quantum est ligula Mensurae genus, quarta pars cyathi. Plin. 20, 5

Item opisthotonicis et iocinorum vitiis, et torminibus, et stranguriæ, durarum aut trium ligularum mensura. Vid. Id. 20, 5. Mellis ligula Scrib. 144. Binae vel ternae ligulae III. Duae ligulae 230. Columel. 12, 21, 2 Ligula cumulata salis. Conf. Apicius 8, 6 sub fin. ¶ 5 Lingulam vocitauerunt etiam veteres Gladiolum oblongum, in speciem linguae factum, ut docet Gell. 10, 25. Et addit versum Naeuii, Sine mihi morem gere  
 50 videar lingua; verum lingula. Sic ex MSS. Gronou. Varro de L. L. 6, 6 p. 82. 25 Gladii lingula a lingua. Quid si Lingula est ipsum ferrum gladii sine manubrio et vagina? ¶ 6 Lingula sive Lingua, pro Promontorio oblongo. Caes. Bell. Gall. 3, 12 Erat eiusmodi fere situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis, promontoriisque, neque  
 60 pedibus aditum haberent, etc. Bud. vid. supra in LINGVA n. 5. ¶ 7 Conuicium est, et appellatio contumeliosa Plaut. Poen. 5, 5, 30 Ligula; i. in malam crucem. Tunc hic amator audes esse, etc.

LINGVATVS, a, um. Pro loquaci posuit Tertull. de Anima c. 3 Apostolus Athenis expertus linguatam ciuitatem.  
 65 LINGVAX, acis. Adi. [γλωσσουργος, λάλος] Verbofus multum loquens, dicax. Gell. 1, 15 Veteres nostri hoc genus homines in verba proiectos, locutuleios, et blaterones, et linguaces dixerunt. Alii legunt Lingulacas. Sed Onomast. Vet. Linguax, λάλος, ἀδουρβυλλωτος.

LINGVLĀCA, ae. f. [γλωσσώδης] Lingulaca, Genus piscis, vel Mulier argutatrix, inquit Fest. Hermolaus, Quem Plautus atque Varro  
 70 lingulacam nominant: aut solea est, aut ei non absimilis. Plaut. Cal. 2, 8, 62 Vin' lingulacas? s. quid opus est, quando vxor domi est? ea lingulaca est nobis: nam nunquam tacet. De Varrone nondum inueni. Sed huc pertinet etiam Gell. 1, 15 Veteres nostri hoc genus homines in verba proiectos, locutuleios et blaterones et lingulacas dixerunt. al. linguaces. Lin-  
 75 gulaca, quae et lingua, Herba circa fontes nascens Plin. 25, 11.

LINGVLĀTVS, a, um. Adi. [γλωσσώδης] A Lingula s. Ligula, de qua supra n. 2 diximus. Dicuntur autem Lingulati tubuli ex parte altera, ut alius in alium inire conuenireque possint Vitru-  
 80 uio 8 c. vlt. p. 170.

LINGVŌSVS, a, um. Idem quod Linguax. Petron. c. 43 Durae buccae fuit, linguosus. Add. Id. c. 63. Artes linguosae August. Confess. 1, 9 pr. Conf. Hieron. Epitaph. Paullae (Ep. 27) c. 10.

LINIO, iui, itum, ire. [ἐπιλειφω] pro LINO, leui, linere. v. v. inferioris et sordidae aetatis videtur Burmanno ad Quintil. Declam. 13,  
 85 5 p. 277. Nam quod laudatur Prop. 3, 10, 11 Neue tua Medae linian- tur caede sagittae, Brouckhusius, ne facta quidem alterius lectionis mentione, non minus quam alii editores, dedit laetentur. Quod passim legi-  
 90 tur apud Columellam, v. g. 4, 24, 6. 6, 26, 4. 6, 30, 3 etc. in eo librarios accusat, cum praesertim optimi codices formam tertiae coniugationis praese ferant. Sed apud Palladium certe ea forma tum in simplici-  
 95 tum in compositis frequentior est, quam ut solis eam librariis imputare audeam. Nec varietatem obseruo Plin. 17 extr. Sanguine vrsino liniri volunt post putationem easdem (falces). Et 19, 6 l. 35 Porrigines (curantur) felle ouillo cum creta Cimolia, linito capite, donec inarescat. De hac forma est etiam nomen, quod statim damus.

LINITVS, ūs. m. Plin. 20, 12 l. 47 de petroselino, Praeualere contra serpentes potu et linitu.

LINO, liui vel leui, litum, ĩre. [ἐπιλειφω, ὑποκρίτω] Vngere, molle et madidum, aut pingue quiddam inducere. Liu. 21, 8 Id sicut in pilo quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice. Martial. 4, 39 Nec quae Callaico linuntur Auro. Faciem Iuuenal. 6, 481. i. fucare. Labra Martial. 3, 42. Medicamentum linitur aluta Scribon. 81. 82. Ora linere venenis, i. fucare faciem Ouid. de Rem. Amor. 351. Tecta auro sublimia linuntur Id. de Medicam. faciei 7. Spi-  
 100 ramenta

ramenta linere, *Obturare* Virg. Georg. 4, 39. *Ventrem* Martial. 3, 42. *In praeterito huius verbi laborant Grammatici. De Liniui vel Lini iam dictum in LINIO.* Lini probat Diomed. 1 p. 367. *Sed quod probat ex Ter. Heaut. 3, 1, 51 Reliui omnia dolia, accuratissimi bodie Releui.* Priscian. 10 p. 898 *Sperno quoque spreui facit, et Lino liui,* 5  
vel magis differentiae causa ad nomen *Liui* (*genit. nominis Liius*) *Leui*: quod a *Leo* quoque simplici nascitur, quod in usu non est, ex quo *Deleo Deleui* — Iuuen. in III (9, 58) *Nam quis plura liuit (linit legitur bodie) victuro dolia musto.* Terent. in Heauton. (3, 1, 51) *Rele-* 10  
*vi omnia dolia, omnes serias.* Vetustissimi tamen etiam *Lini* in praeterito protulisse inueniuntur, ut Varro rerum rusticarum *Oblinerunt vasa.* *Sed non inuenio locum.* *Obleuerunt se visco accipitres legitur* 3, 7, 7. *Quod laudatur Quincil. Decl. 1, 15 Et ne quid scelere impio deesset, mariti tui cruore parietem liniisti; iustitiam Burm. ex superioribus resinuit: et Liniisti Baatii coniecturam esse ait.* Columel. 12, 15

50, 17 *Multi quum semel noua dolia, vel serias crassa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti sunt.* Cato R. R. 69, 2 *Si recte leueris, (MS. liueris) in dolium quinquagenarium gummi P. IV satis erit.* Hor. Carm. 1, 20, 3 *Sabinum, Graeca quod ego ipse testa conditum leui.* *Metaphora fuerit, si recte legatur* Cic. Quint. 20  
Fratr. 2, 11 *Lucretii Poemata (ut scribis) lita sunt multis luminibus ingenii, multae tamen artis. At ex vetusto exemplari legitur, Non ita, quod magis videtur sententiae aptum.* Carmina linenda cedro Hor. de Arte Poët. 331. ¶ 2 *Delere.* Cum relego scripsisse pudet, quia plurima cerno Me quoque, qui scripsi, iudice, digna lini Ouid. ex Ponto 1, 5, 16. 25

LITVS, a, um. [*ἰπυλοφθία*] *Maculatus, inspersus.* Virg. Georg. 4, 38 *Ardentes auro, et paribus lita corpora guttis.*

LITVS, ūs. m. Plin. 33, 6 *Vsus eius ad collyria, et litu ad muliebrium cicatricum foeditates tollendas.*

LITVRA, ae. f. [*ἐπιλοιφή*] *Superinductio et complanatio, deletio; 30 fit, quum inducta ope stili versi cera, vel atramento, alioque liquore scripturam vel picturam abolemus, ne appareat.* Cic. Verr. 1, 92 *Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit, i. isa scripsit nomen, ut apparet, prius aliquid fuisse stilo deletum. Classicus velut locus est* Cic. Verr. 2, 187 sq. c. 76 *Cum iam in manibus tabulas habe-* 35

remus, repente adspicimus lituras eiusmodi, quasi quaedam vulnera tabellarum recentia — *Erant pecuniae acceptae a C. VERRVTIO C. F. sic tamen, ut vsque ad literam R literae constarent integrae, reliquae omnes essent in litura — cur seruus, qui tabulas confecerit, semper in Verrutii nomine certo ex loco mendosus esset? — Literae liturae-* 40

que omnes assimilatae expressae de tabulis (*ceratis*) in libros (*atramento scriptos*) transferuntur. — *Videtis Verrutium? Videtis primas literas integras? Videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris, tanquam in luto demersam esse in litura?* Ouid. Epist. 3, 3 *Quascunque aspicias, lacrymae fecere, lituras.* Martial. 4, 10 45

*Non possunt nostros multae Faustinae liturae Emendare iocos, vna litura potest.* Caecae liturae Ouid. Epist. 11, 1. *Multa litura coërcuit carmen* Hor. de Arte Poët. 293. *Litura Exstat* Suet. Claud. c. 16. *Litura in nomen alicuius* Cic. pro Arch. c. 5 *subint. facta.* *Facta litura* admonitu tuo Ouid. ex Ponto 2, 4, 18. *Suffusas lituras habet litera* 50

Id. Trist. 3, 1, 15. ¶ 2 *Litura pro re, quae illinitur.* Columel. 4, 24 *Solem etiam et pluias arcet eiusmodi litura.*

LITVRO, are. *Inducere, delere.* Sidon. Epist. 6, 3 *Tunc certius te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognouero.* *Conf. ibid. Sauaro.*

LITVRARIVS, a, um. *Idem quod Deleticius.* Auson. Praefat. 55  
in Centonem, *Hoc die vno et addita lucubratione properatum modo inter liturarios meos cum reperissem, etc.* *Vid. ibi Scalig. f. Auson. Lect. 2, 13 p. 124. Verbo Liturarii libri sunt, in quos prima cogitata con-* 60  
*iciimus, unde post emendationem et lituras describantur.*

LINIMEN, ūis. n. Th. Priscian. 1, 18 *Pro linimine adhibere.* 60

LINIMENTVM, i. n. *Idem.* Pallad. Octob. 4, 14 *Linimentum dolii non gypso, sed etc.* *Add. Cels. 5, 25. Oct. Horat. 1, 21.*

LINITVS, ūs. m. Plin. 20, 12 *pr.*

LINOSTĒMA, ātis. n. [*λινόστημα*] *Vestis ex lana linoque confecta* Isidor. 19, 22. 65

LINOSTRŌPHON, i. n. *Herba, quae alias Marrubium dicitur.* Plin. 20, 22 *Marrubium plerique inter primas herbas commendauerunt, quod Graeci prasion vocant, alii linostrophon. Vulgo nomen retinet.*

LINOZOSTIS, is. f. *Herba, quae alias Mercurialis dicitur,* 70  
*teste Plin. 25, 5.*

LINQVO, liqui, lictum, *secundum Priscianum, 8re. [λιπώ]* *Idem quod vstatius compositum Relinquere, et Deserere.* Virg. Ecl. 1, 3 *Et dulcia linquimus arua.* Cic. pro Planc. 26 c. 10 *Minturnenses coloni quidem, etc. quod C. Marium, linquentem terram eam, quam serua-* 75  
*uerat, lacrimis, votisque omnibus prosequuti sunt, aeterna in laude versantur. Animas linquebant* Virg. Aen. 3, 140. *Hospitium linquere* Id. ibid. 3, 61. *Laborem longum linquere* Idem Georg. 3, 160. *Lunina vitalia linquere* Cic. de Diuin. 1, 18 *Ex quodam Poeta. Mensas linquere* Catul. in Carm. Nupt. 60, 3. *Mensas liquere* Virg. 80

Aen. 3, 213. *Promissa linquere* Idem Argon. 62, 59. *Sueton. Caes. c. 45* *Extremo tempore repente animo linqui solebat.* *Linqui deinde animo et submitti genu coepit* Curt. 4, 6, 20. *Quidam ad vulneris noui, quidam ad veteris et purulenti tractationem inspectionemque* 85  
*concidunt et linquuntur animo* Senec. Epist. 57 *med. Sed Henr. Stephanus liquuntur. Simpliciter s. elliptice* Ouid. Ep. 2, 130 *Quo magis accedunt, minus et minus utilis adfio, Linquor et ancillis excipienda cado.*

LINQVENS, entis. Curt. 9, 5, 11 *Quem ut iniicere corpori suo manus sensit (credo vltimi dedecoris indignitate commotus) linquentem renocauit animum, et nudum hostis latus subiecto mucrone hausit.* 90  
*Budaeus voce ANIMVS.*

LINQVENDVS, a, um. [*λιπτέος*] Ouid. Met. 13, 72 *utque reliquit, Sic linquendus erat.*

LICTVS, a, um. *Capitol. in Antonin. Philos. c. 7 Imperium lictum cum aliquo participare.* *Conf. b. l. Casaub. not.* 95

LINTEARIVS, LINTEATVS, LINTEO, LINTEOLVM, *vid. LINTEVM.*

LINTER, tris. m. *et frequentius f. [ἐνάφη]* *Nauicula e causa arbore facta.* Caes. Bell. Gall. 7, 60 *Conquirunt etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit.* Liu. 21, 26 *extr.* 100  
*Itaque ingens coacta vis nauium est, linteriumque temere ad vicinalem usum paratarum.* Cic. de Clar. Orat. 216 c. 60 *C. Iulius ex Curione, in vtramque partem toto corpore vacillante, quaesiuit, Quis loqueretur e lintre? Exiguus linter* Tibul. 2, 5, 34. *Cauat arbore lintres* Virg. Georg. 1, 262. *Cic. pro Milon. 75 c. 27 Repente linteribus in* 105

*eam infulam materiam, calceni, caementa, atque arma conuexit. Nat*

- in liquida tibi linter aqua Tibul. 1, 7, 38. Transuecti amnem lintribus Claud. in Conf. Stil. 1, 1, 206. ¶ 2 Lintres etiam sunt vasa, in quibus uua portatur Seru. ad Virg. Georg. 1, 262. Sic Seruabit plenis in lintribus uuas Tibul. 1, 5, 23.
- 5 L I N T R A R I V S, i. m. Qui lintri praeest, apud Vlpian. l. j. §. De exercitoribus. D. nautae, caupones, stabularii, ut recepta restituant.
- L I N T R I C V L V S, i. m. Cic. Att. 10, 10. Sed lectio dubia est.
- L I N T E R N V M, f. L I T E R N V M, i. n. [Ἀστραγόν] Campaniae vicus, ubi Scipio Africanus inuidiae cedens obiit, ac sepultus est. Linternum sine n in prima scribi oportere, volunt Sigon. ad Liu. 22, 16. N. Heins. ad Sil. 6, 654. Cellar. Geogr. Ant. 2, 449. Lentisciferum Linternum Ouid. Met. 15, 713. Palustre Linternum Sil. 8, 533.
- L I N T E R N V S, f. L I T E R N V S, a, um. [Ἀστραγόν] Palus
- 15 Literna Sil. 7, 278.
- L I N T E R N I N V S, f. L I T E R N I N V S, a, um. Idem. Rus Linterninum Plin. 14, 4. et 16, 44. Substant. subaud. praedium. P. Scipio in Linterninum concessit Liu. 38, 52 pr.
- L I N T E R N V S, f. L I T E R N V S, i. m. Campaniae fluius ap.
- 20 Liu. 32, 29.
- L I N T E V M, i. n. [ἰνδαίον, σινδαίον] a Lino fit; Pannus lineus. Martial. 14, 56 Non tam saepe teret lintea fullo tibi. Cic. pro Rabir. Posth. 39 c. 14 Auditae visaeque merces fallaces quidem et fucosae, chartis et linteis et vitro delatae. Tepescere linteum Cels. 3, 6.
- 25 Succinctus linteo Sueton. Calig. Lintea, Vela quibus utuntur nautae. Virg. Aen. 3, 636 Certum est dare lintea retro. Caua lintea Valer. Argon. 4, 83. vid. C A V V S. Conuersa domum dare lintea, Renauigare domum, Hor. Epod. 16, 27. Orba lintea ventis Ouid. Met. 13, 195.
- L I N T E A R I V S, a, um. Adi. Vlpian. in l. Procuratoris. §. Si plures. ff. De trib. act. Duas negotiationes exercebat, puta sagariam et linteariam.
- L I N T E A R I V S, i. m. Qui lintea conficit aut vendit. l. 5. §. 4. Dig. de instit. Act. et Cod. Theod. l. 16. de murilegulis et gynaeceariis: si quis ex corpore linteiorum, i. Ex collegio illorum.
- 35 L I N T E A M E N, inis, n. Idem quod Linteum. Apul. Met. 11, p. 261 Candido linteamine cinctum pectorale. Lotum linteamen Lamprid. Heliog. c. 26. Linteamina resoluta sunt P. Chrysolog. Serm. 84. de resurrectione Christi.
- L I N T E O L V M, i. n. Dimin. [ἰνδαίον] Spissum linteolum Scribon. 53. Duplex 268. Tenuè, simplex, rarum 227. Carpta linteola 205. Continguntur 237. Plin. 20, 17 Distillationem narium discutit tufum, in linteolo olfactum. Plaut. Epid. 2, 2, 46 Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum caesicium. Columel. 6, 16 Praefractis cornibus linteola sale atque aceto et oleo imbuta superponuntur.
- 45 L I N T E V S, a, um. Adi. [ἰνδαίον] vs, Lintea vestis, e lino contexta. Cic. Verr. 5, 145 c. 56 Illi ad deprecandum periculum proferbant alii purpuram Tyriam, thus alii atque odores, vestemque linteam. Fasciola lintea Scribon. 47. Libri lintei, Qui lino fiebant, siue Qui in linteis vice chartae erant scripti: cuiusmodi Sibyllini quidam
- 50 fuerunt. Liu. 4, 7 Licinius Macer auctor est, et in foedere Ardeatino, et in linteis libris ad Monetae inuentos. Plin. 13, 11 In plumbeis linteisque voluminibus scriptitatum constat. Conf. Vopisc. Aurelian. c. 1 et 8. Loricae Nep. 11, 1, 4. Conf. Drakenb. ad Sil. 9, 587. Texta Symmach. Ep. 4, 34. Thorax Liu. 4, 20, 7. Tunicae linteae candidae Liu. 9, 40.
- L I N T E A T V S, a, um. [ἰνδαίον] Linteo indutus. Liu. 10, 38 Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacra nobilitas erat, appellata est, vid. totus locus. Senec. de Vita beat. c. 27 Quum linteatus senex laurum, et medio lucernam die proferens, conclamat iratum esse aliquem deorum, concurritis. Haruspicem describit.
- 60 L I N T E O, onis, m. [ἰνδαίον] Qui texit linteamina pro conficiendis vestibus, ut docet Seruius in Aeneid. 7, 14. Plaut. Aulul. 3, 5, 38 Aut manulearii, aut murobathrarii, propolae, linteones, calceolarii. Add. Cod. Theodof. l. 8. de murileg. et gynaecear.
- 65 L I N V M, i. n. [ἰνδαίον] Herba illa, cuius cortex in fila ductus, et contextus infinitas hominibus commoditates praestat, in primis cum vela ex lino parata sunt. Vnde declamandi contra illud occasionem arripit Plin. 19 Praef. Quod miraculum maius, herbam esse, quae admoueat Aegyptum Italiae — Deinde Passum, tufumque et in mollitiem lanae coactum — Et c. 1 Euulfum et in fasciculos manuales colligatum, siccatur in sole — Virgae ipsae merguntur in aquam solibus tepescitam, pondere aliquo depressae. — Maceratas, indicio est membrana laxatior — Mox arefactae in saxo tunduntur stupario malleo. Quod proximum cortici fuit, stupa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. Et ipsa tamen peccitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Medullae numerosior distinctio, candore, mollitia (Nempe putabat Plinius interiora lini esse filamentis aptiora: in quo falsus est, cum liber velut lini sit, qui in fila duci se patitur: interiora fragilia etc.) Linumque nere, et viris decorum est.
- 80 Cortices quoque decussi (immo medulla) clibanis et furnis praebent usum. Ars depeccendi digerendique. Iustum e quinquagenis fascium libris quinas denas carminari. Iterum deinde in filo politur, illifum crebro in silice ex aqua: textumque rursus tunditur clauis, semper iniuria melius. Deinde de lino viuo, quae mox dabimus, et claudit, Ergo huic lino principatus in toto orbe. Proximum byssino etc. Lini et lineae vestis elogium est Apul. Apol. p. 310 Elmenh. Plin. 10, 33 Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens. Seges lini vrit campum. Virg. Georg. 1, 212. Semen lini Plin. 34, 12. Farina seminis lini Scribon. 187. Carpere linum, vid. CARPO. Crudum
- 90 linum Cels. 7, 4. Factum linum, Linum infectum Vlp. in l. Si cui lana legetur. D. de legat. 3. ¶ 2 Linum etiam vocatur, quidquid ex lino netum, vel nexum, vel textum est. Sic Cels. 7, 21 Traicere lina acu. Et 7, 14 A quibusdam tumor ad imum acu traicetur duo lina ducente: deinde vtriusque lini duobus capitibus diuersae partes adstringuntur. Multiplex linum, pro Thorace apud Sil. 4, 293. Vid. Drakenb. ad l. c. et ad 9, 587. Linum, pro Fune nautico. Ouid. Fast. 3, 587 Dumque parant torto subducere carbasa lino. Linum pro Vinculo, quo epistola obligatur. Cic. Catil. 3, 10, c. 5 Tabellas proferri iussimus, quae a quoque dicebantur datae. Primum ostendimus Cethego signum; cognouit. Nos linum incidimus. Vid. Taubmann. ad Plaut. p. 1011. Linum, pro Verriculo. Virg. Georg. 1, 142 — pelagoque alius trahit humida lina. Lina pluraliter, pro Cassibus quibus ferae capiuntur. Ouid. Met. 3, 148 Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum. Ibid. 153 Sistite opus praesens, nosa
- 105 dosaque tollite lina. Sic Lina piscatoria Plin. 24, 9. ¶ 3 Viuum

vum linum, quod ignibus non absumitur *vocari ait* Plin. 19, 1. *et addit*, Ardentes in focis conuiuorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quam possent aquis. — Vocatur autem a Graecis Asbestinum etc.

¶ 4 Linum quoque nonnunquam appellatur granum Gnidium s. chamelea et thymelea, vid. Plin. 13, 21.

LINEVS, a, um. Adi. [λίνοσ, λινός] Quod ex lino factum est. Plin. 12, 6 Sed vnde lineas vestes faciunt, etc. Compes, vid. VISCVM. Nebula linea eleganter a Petronio c. 55 dicitur Coa vestis, mollissima ac pellucida. Vincula linea Virg. Aen. 5, 510.

LINEA, vid. supra s. l.

LINIFICVS, i. m. Idem qui Linteo. L. Cod. 13. de Murileg. et Gynaec. it. Cod. Theod. tit. cod. l. 8 et 16.

LINIGER, era, erum. Adi. [λινωφάρος] Quid. Met. 1, 747 Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. *Isidis sacerdotes intelligit, vestibus lineis indui solitos.* Linigeri veniunt calui sistrataque turba Martial. 12, 29. Grex liniger Iuuen. Sat. 6, 532. Isis linigera Ouid. Amor. 2, 2, 25.

LINAMENTVM, i. n. [μωρδς] Aliquid ex lino vel linteo. Plin. 32, 10 Delphini adipe linamenta accensa excitant vuluae strangulatu oppressas. Linamentum Celsus semper accipit pro linteis carptis, vulgo Carpie: ut 6, 26. Sic 8, 9 Linamentum demittendum. Et 7, 25 Superdare linamenta. Add. Id. 5, 26. Colum. 6, 11 Expressus sinus suppurationis — linamentis pice liquida et oleo imbutis colligatur. Et 6, 12, 2 Postea linamenta sale atque aceto imbuta applicantur. Et 6, 38, 2 Suppuratio ferro reclusa linamentis curatur. De eadem re Veget. Mulom. 3, 4, 7 Sinus — linamentis ac stuppis siue linteolis pice liquida et oleo infusis curatur.

LINARIVM, i. n. Locus ubi linum nascitur. Columellae tribuitur: falso, puto.

LINARIVS, i. m. Plaut. Aul. 3, 5, 34. i. qui lina conficit. Sic MS. Camerar. al. Lanarius.

LINOSITAS, atis. f. ubi linum abundat. Plaut.

LINYPHVS, i, vel LINYPHARIVS, i. m. Lini tensor, vid. Vopisc. Saturn. c. 8. et Cod. Theod. l. 8. et 16 de Murileg. et Gynaeciar. ubi male legitur Lynifos et Lynifariorum. Sunt etiam λινυφός vel λινυφός. Vid. Gesbofr. et Salmas. ad ll. cc.

## L I O

LIO, are. Testoria poliro, vel inducere. Cisternam liare Tertull. de Idol. 5.

LIACVLVM, i. n. Polissio siue testorium, vti Salmasius restituit. Vitruu. 7, 3 Liaculorum subactiones. sed in Gloss. est Liaculum, λιωλή, pro instrumento, quo liantur parietes. Conf. Vitruu. 2, 4. et Salmas. in Solin. p. 142.

## L I P

LIPARA, ae. s. LIPARE, es. f. [λιπαρά] Vna ex Aeoliis insulis. Claud. Conf. Hon. 3, 196 Ignifluisque gemit Lipare fumosa cauernis, quia est Vulcani officina.

LIPARENSIS, e. Adi. Cic. Verr. 3, 85 Emit agri Liparenfis 50 miseri atque ieiuni decumas. Sic ibidem frequenter.

LIPARAEVS, a, um. Adi. Idem. Liparaca taberna Iuuen. Sat. 13, 45.

LIPARITANVS, a, um. Obsidio Liparitana Val. Max. 2, 6, 4.

LIPARENSIS. Idem. Liparenfes piratae Liu. 5, 28.

LIPARA, ae. f. [λιπαρά] Liparac, inquit Hermolaus, medicamenta pingua sunt, et ut Celsus ait, lenia. Plin. 33, 6 Addunt et in medicamenta quae vocant liparas, ad excrescentia vlcera, etc. Add. Id. 293, 9. Cels. 5, 19, 23 Lenia quoque quaedam emplastra sunt, quas λιπαράς fere Graeci nominant, vid. Scribon. 220. 222. Rufa lipara Idem 223.

LIPARIS, is. m. Genus lacertorum, teste Plin. 32, 11. Liparis etiam, siue Lipare, Gemmae nomen est, quae suffita omnes bestias euocat, teste Plinio 37, 10.

¶ 3 Liparis, teste Plinio 5, 27 Ciliciae fluius, ἀπὸ τοῦ λιπαρῶ, quoniam, ut scribit Vitruu. 8, 3 nantes in hoc flumine, aut se lauantes, non aliter vngi ab ipsa aqua, quam si oleo aut adipe lauarentur.

LIPPO, ae. de Miluo, Audi. Philomel. v. 24 Accipiter pipat, miluus hiansque lipit.

LIPPVS, a, um. [λιπτός] Qui oculos habet lacrimantes, vel cui pituita crassior ab his defluit. Plaut. Mil. 4, 5, 15 Vbi matrem esse aiebat soror? cubare in naui lippam, atque oculis turgidis nauclerus dixit. Est et oculorum ipsorum epitheton, ut, Lippo quasi oculo. me herus meus manum abstinere nonquit Plaut. Perf. 1, 1, 11. Plin. Epist. 7, 21 Quam satis acerbis oculis, quanquam adhuc lippis, pinguis simam vidi, de gallina. Hor. Serm. 1, 3, 25 Quum tua peruideas oculis mala lippis inunctis, Cur in amicorum vitis tam cernis acutum? Omnibus et lippis notum et tonsoribus Hor. Serm. 1, 7, 3. i. vetulis mulieribus. Ficus lippa Martial. 7, 19. stillans adhuc humorem, quo maculetur mappa. Martial. 8, 53 in luscum furem, Adspicis hunc vno contentura lumine, cuius Lippa sub attrita fronte laeuna patet. Stillans, humectans. Add. Martial. 8, 9 ubi Lippus, Luscus, Caecus gradatione ponuntur.

LIPPVLVS, a, um. Ditin. Arnob. 7 p. 240.

LIPPIDVS, γλαυώδης Gloss. Gr. Lat.

LIPPITVDO, inis. f. [λίπυ, γλίμμυ] Ipse morbus. Plin. 16, 37 Flos eius contra lippitudinem illinitur. Cic. Att. 7, 13 Sed dictavi propter lippitudinem. Oculi, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur Sen. de Clem. 2, 6. Subire lippitudines Cels. 2, 1. Perodiosa lippitudo, vid. PERODIOSVS. Si turpitudine malum est; et turpem esse malum est: tam mehercules quam si lippitudo malum est, et lippire malum est Senec. Epist. 117.

LIPPIO, iui, itum, ire. [λιπῶ, γλιπῶ] Lippum esse. Non lippituum eo anno Plin. 27, 12. Id. 28, 4 Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos, qui quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. Cic. Att. 7, 14 Quum leuiter lippirem, has literas dedi. Fauces lippunt, dixit Plautus Curcul. 2, 3, 39. ridicule, pro eo quod est, salua mihi mouetur. Imperf. Plin. 38, 8 Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, et croci vncia.

LIPPIENS, entis. Lippientes diutius Scribon. 135. Tertull. aduers. Marc. 1, 2 Lippietibus etiam singularis lucerna numerosa est.

LIPS, vid. LIBS.

## L I Q

LIQVAMEN, LIQVEFACIO, LIQVEFIO, LIQVESCO, vid. LIQVO, are.

LIQVET, impersonale, EIQVIDVS, LIQVO, Ære, LIQVOR, oris, *vid. post LIQVOR, Æris.*

LIQVOR, Æris, liqui. Dep. [λύκου] Dissolvi. Virg. Georg. 1, 44 Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur. i. Paullatim defluit, *inquit Seruius.* Lucan. 9, 772 Femorum quoque musculus omnis Liquitur, *tabescit, consumitur.* Amnes liquuntur Virg. Georg. 2, 187. i. *paullatim colliguntur et confluunt.* Add. Claud. de Raptu Prof. 3, 251. Lucret. 2, 1131 Inde minutatim vires et robur adultum Frangit, et in partem peiorem liquitur aetas. *Primam in hoc verbo et eius coniugatis deriuatisque ancipitem esse obseruat Burm. ad Ouid. 1, 14, 7. et docent exempla, quae damus hic et in LIQVENS.*

LIQVENS, entis. Principio caelum ac terram Camposque liquentes, *pro Mari,* Virg. Aen. 6, 724. Mella liquentia, i. *defaecata, pura* Virg. Aen. 1, 436. *Vbi prior longa est, sic et 9, 679* Lipientia flumina. *Sed Vina liquentia fundam* Virg. Aen. 5, 238. *Metaph. Gell. 18, 5* Vt non turbidae fidei nec ambiguae, sed vt pirae liquentisque esset.

LIQVENTER. Adu. *Idem. Compar. Laudatur* Gell. 18, 5 Vt pure liquentiisque foret. *Sed est 5, 18 quem modo dedimus in LIQVENS.*

LIQVIDVS, a, um. [ὕψος, ἄρδς] Fluidus, et hinc purus, pellucidus non turbidus, non habens quidquam alieni. *Estque primo humorum epitheton, deinde aliarum rerum, in quibus illa puritas, nihil alieni aut turbidi habens, intelligitur. Primam produxit* Lucret. 1, 350. et 3, 428. *Idem 4, 1252* Crassaque conueniunt liquidis, et liquida crassis.

Aluus liquida, *vid. ALVVS.* Sic Venter Martial. 13, 116. *b. e. Fluidus et laxus.* Sed Virg. Georg. 4, 102 Dulcia Mella premes, nec tantum dulcia quantum Et liquida, et durum Bacchi domitura saporem. i. *Defaecata, et sine fordibus, inquit Seruius: non quae fluunt: nam mala sunt.* Cic. pro Caecin. 78 c. 28 Quidquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. Virg. Ecl. 6, 33 Et liquidi simul ignis. *Idem Georg. 2, 200* Non liquidi gregibus fontes. *Sine pestilentia Seruius.* Aër Virg. Georg. 1, 404. Aestas Virg. Georg. 4, 59. Aether Virg. Aen. 7, 65. Liquidissimus Lucret. 5, 501. Annis liquidissimus Ouid. Met. 6, 400. Aquae liquidae

Id. Amor. 1, 8, 6. Aurae Lucret. 5, 213. Eurotas in quo Artem ipso amne liquidiorum plurimi dixere Plin. 34, 8 f. 19, 16. *de opere statuarii.* Carmen liquidum citharae Lucret. 4, 978. Caelum Ouid. Met. 1, 23. i. aër. Colores Hor. Carm. 4, 8, 7. Fides liquida, i. *Pura, integra, sincera, doli experta.* Valer. Max. 6, 5 *de Populo Romano.* *Idem,* quum P. Claudius Camerinus ductu atque auspiciis suis captos, sub hasta vendidisset: *etsi aerarium pecunia, fines agris auctos animaduvertebat, tamen quia parum liquida fide id gestum ab Imperatore videbatur, maxima cura conquisitos redemit, hisque habitandi gratia locum in Auentino assignauit, et praedia restituit.* Parum

liquida: *quia quum se eius fidei dedidissent, illos tamen vendiderat.* Opponitur Fides turbida et ambigua Gell. 18, 5. Fontes Virg. Ecl. 2, 59. et Georg. 2, 200. Humor liquidus aquarum Lucret. 1, 350. et 3, 428. Iter liquidum, *Iter per aquam* Propert. 3, 21, 14. Literae, *oppositae mutis: vid. Priscian. 1, 3 de accid. lit.* Lumen Lucret. 5, 282. Medicamentum liquidum Scribon. 37, 38. *Idem 51* Liquide vti, *de melle.* Nubes liquidae Virg. Aen. 5, 525. Odor Virg. Georg. 4, 415. Oratio ita pura erat, vt nihil liquidius Cic. de Cl. Orat. c. 79. Plumbum Hor. Carm. 1, 35, 20. Querela liquida cyncorum Lucret. 4, 552. Somni liquidi potentia Valer. Argon. 4, 16. Sorores Ouid. Met. 1, 704. *Sic vocat Nymphas amnium.* Tempestas liquidissima caeli Lucret. 4, 169. Veritas liquidissima Augustin. Retract. 2, 1. Vox Hor. Od. 1, 24, 3. *Conf. Burm. ad* Quintil. 1, 8 p. 94. Voces liquidae auium Lucret. 2, 145. et 5, 1378. Virg. Georg. 1, 410. Auspicium liquidum, *Optimum* Plaut. Pseud. 2, 4, 72. *vid. AVSPICIVM.* Liquidus Animus et tranquillus Plaut. Epid. 5, 1, 36. Mente liquida videre aliquid Catul. 61, 46. Voluptas liquida et libera Cic. de Fin. 1, 58.

LIQVIDVM, i. n. [ὕψον] pro Aqua. Hor. Serm. 1, 1, 54 Vt tibi si sit opus liquidi non amplius vrna Vel cyatho. Ad liquidum Perducere rem Vell. 1, 16, 1. Curt. 9, 2, 14. Sen. ep. 71. Quintil. 5, 14. Ad liquidum explorata veritas Liu. 3, 8. *vid. AD.* Liquidum, *adverbialiter.* Et Liquidum tenero gutture cantat auis Ouid. Am. 1, 13, 8.

LIQVIDIVSCVLVS, a, um. Compar. Dimin. *pro Leni, Melli suae Sereno vsus est* Plaut. Mil. 3, 1, 71 Leniorem dices, quam mutum est mare; Liquidiusculusque ero, quam ventus Fauonius. *Conf. Non. 4, 275.*

LIQVIDO. Adu. [καταρως] De animo fere dicitur, cum in nullam partem dubitamus, nihil incerti, obscurae admixtum sententiae nostrae indicamus etc. Pure et manifeste, *inquit Donatus.* Ter. Andr. 4, 3, 14 Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi non apposuisse, vt liquido possim. *Alii malunt interpretari, Vere.* Cic. Fam. 15, 6 Gratissimum est, te libenter amicitiae dedisse, quod liquido veritati dares. Discere liquido aliquid ab aliquo Liu. 39, 47. *pr. Cic. 53* (3) Verr. 136 c. 59 Nemo esset, quin hoc se audisse liquido diceret, i. *aperte.* Negare Cic. Fam. 10, 27. Id. Verr. 4, 124 c. 56. *pr. Confirmare hoc liquido, Iudices, possum, valuas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas vnquam vilo tempore fuisse.* Plin. 37, 2 Nos liquido affirmare possumus, in cautibus Alpium nasci, atque adeo auiis, vt plerumque fune pendentes eam extrahant. *De crystallo*

verba facit. Ouid. ex Pont. 3, 3, 49 Scis tamen, et liquido iuratus dicere posses, Non me legitimos sollicitasse toros. *Idem 4, 6, 21* Te quoque idem liquido possum iurare precari, O mihi non dubia cognite Brute nota. Senec. de Benef. 7, 9 *de perlucidis mulierum vestibus,* Video Sericas vestes (si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus aut denique pudor possit) quibus sumtis, mulier parum liquido nudam se non esse iurabit; i. *non sine metu mendacii et periurii.* Vlpian. in l. alias autem. D. de iureiurando, Siue enim dominus petat, coegerit reus docere liquido se iurasse, posita scilicet exceptione: siue ex stipulatione de rato agat, necesse habebit

ipse de periurio suo docere.

LIQVIDE. [σαφως] *Idem.* Liquide consistere laudatur Gell. 14, 1. Caelum Liquide serenum Gell. 2, 21. *Compar. Cic. Fam. 10, 10* Liquidius de toto sensu tuo iudicau: *b. e. Apertius, et certius, ac facilius.* *Superl. Defendere liquidissime* August. Epist. 28. *Constat* liquidissime August. Solil. 2, 13.

LIQVIDITAS, atis. f. Aëris liquiditas Apul. de Mundo p. 707.

LIQVOR, oris. m. [ὕψουα] Ipse humor liquidus. Scribon. 84. E naribus liquor 8. Varii liquores 104. Pro potu 105. Plin. 10, 52 Piscium oua ex liquore mollia. Aquae effusae liquor decla-

rat ei admixtum esse calorem Cic. de Nat. Deor. 1, 26. Blandus amara-

amaracini floris Lucret. 2, 846. *i. unguentum amaracinum.* Colatus liquor Scribon. 134. Dulcis, flavusque mellis Lucret. 1, 936. Fluidus Virg. Georg. 3, 984. Gelidos haurire liquores Ouid. Met. 5, 347. Leuem fundunt oculi liquorem Senec. Oedip. 12. Niueus, *vid. NIX.* Oleaceus, *vid. OLEA.* Perlucidi amnium Cic. de Nat. Deor. 2, 98 c. 39. Perspicuus Ouid. Met. 4, 300. Vitigeni liquoris latex Lucret. 5, 14. Idem 1, 454. Pondus uti Saxi, calor igni, Liqueor aquai, *priore producta.* Quale quid et in aliis coniugatis obseruauimus. ¶ 2 Pro subtili et liquida natura animae humanae posuit Prud. Cath. 10, 12. Humus excipit arida corpus, Animae rapit aura liquorem.

LIQVESCO, ère. [τήκομαι] Liquidum et fluidum fieri, mollescere. Liquefcit Scribon. 238. Liquefcant 201. Ouid. ex Ponto 1, 2, 57. Sic mea perpetuis liquefcunt pectora curis. *Sed restituit Fabric.* Liquefcunt. Virg. Aen. 8, 446. Vulnificusque chalybs vasta fornace liquefcit. *Vbi Seruius,* Liquefcit, proprie dixit: nam ferrum non soluitur, sed mollescit. Cera liquefcit igni Virg. Ecl. 8, 80. Silex fornace liquefcit Stat. Silu. 3, 1, 122. Cic. Tusc. 2, 52 c. 22. Opinio est quaedam effeminata ac lenis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate: qua quum liquefcimus, fluimusque mollitia, apud aculeum sine clamore ferre non possumus. Liquefcere, *elegantè pro Colari et liquidum fieri.* Hirt. de B. Alex. 5. Alexandria est fere tota suffocata, specusque habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in priuatas domus inducitur, quae paulatim spatio temporis liquefcit ac subsidit. Hac uti domini aedificiorum, atque eorum familia consueuerunt: nam quae flumine Nilo fertur, adeo est limosa atque turbida, ut multos variosque morbos efficiat. *Dilabi, quod quae liquida sunt sic diffuere solent.* Vitruu. 8, 1 de aquis loquens, Rubro saxo, inquit, et copiosae et bonae, si non per interuenia dilabantur et liquefcant. Epist. 26. Incommodum summum est minui et deperire, et ut proprie dicam, liquefcere. *Conf. Prudent. Hymn. ante somnum extr. it. Apoth. v. 1023. et Laurent. Nouariens. Homilia de poenitentia. Metaphor.* Ouid. ex Ponto 1, 2, 68. Nil igitur mirum, si mens mihi tabida facta De niue manantis more liquefcit aquae. *Vid. LIQVEFIO.*

LIQVESCENS, entis. Partic. [τήκμενος] Liu. 21, 36. Per nudam infra glaciem, fluentemque labem liquefcantis niuis ingrediebatur.

LIQVO, àre. [μέλω, τήκω] Liquidum facere, quocumque modo, pro natura rei, de qua agitur. Lucan. 7, 159 de fulmine, Ereptaque pila liquauit. Plin. 15, 6. Ut fraces et amurca liquentur. Cels. 4, 4. Liquanda alius, interdum etiam ducenda. *Quo ex loco intelligendum est Liquidam alium appellari, quae fluida est et libera, neque adstricta: Ducta autem alius, quae liberius fluit, quam natura patitur, et multum soluta est.* Aqua liquatur cum post motum turbida consistit et demittit limum. Frontin. de Aquaed. 15 p. 57. Pote — Piscina limaria, ubi inter amnem et specum consisteret et liquaretur aqua. Per colum liquatus succus Col. 12, 38, 7. et acetum 12, 17, 2. Idem 9, 15, 12. Saligneus qualis, vel tenui vimine rarius contextus saccus, qualis est, quo vinum liquatur. Hor. Carth. 1, 11, 6. Vina, inquit, liques. *Vbi Turnebus, id ex antecedente consequens significat, i. Vinum bibas, et tibi indulgeas: ex antiquorum consuetudine, qui vinum ut defaecarent, et liquidius redderent, minusque nocens fructis velut viribus, antequam biberent colo transmittabant.* Tertullianus, Conquirito altiliuuium enormem faginam, defaecato senectutem vini. *Haec ille.* Martial. 9, 3. Incensura niues dominae Setina liquantur. *Hinc metaph.* Quinètil. 12, 6, 4 de Ciceronis iuuenis eloquentia, Quae deferbuisse tempore, et annis liquata ipse videtur.

LIQVATVS, a, um. Guttæ liquatae solis ardore Cic. Tusc. 2, 25 c. 10. Expressis Mella liquata fauis Ouid. Fast. 4, 152.

LIQVATIO, ònis. f. *Liquandi actus.* Vopisc. Aurel. c. 46. Aurum per varios bractearum, filorum et liquationum usus perit.

LIQVATOR, oris. m. Cels.

LIQVATORIVM, i. n. Colum. Cael. Aurel. Acut. 2, 39. Non aliter, quam si vinum sine faece per liquatoria fundatur.

LIQVABILIS, e. *Quod liquefcere potest.* Cera liquabilis Apul. Apol. p. 454. Saxum liquabile Prudent. Hamart. v. 743.

LIQVAX, àcis. Adi. *Idem quod liquidus vel liqueus, Nic. Heinsius e quibusdam libris attulit ad Ouid. Rem. 177. ubi ex MS. Adspice iucundo liquaces murmure riuos. Et Metam. 8, 457. Flagrantem mater ab igne Eripuit torrem, sparfitque liquacibus vndis. Editur liquentibus. Sic scribendum censet Metam. 3, 486. Quae simul adspexit liquaci rursus in vnda, pro liquefacta. Et Prudent. Cathem. 5, 89. Cui ieiuna eremi saxa liquacibus Exundant scatebris pro vulg. loquacibus.*

LIQVÀMEN, ònis. n. [τήγμα] Liquor alicunde expressus, vel quacumque ratione eductus, ut garum, et Salsamentorum liquores. Pallad. Febr. 25, 12. Liquamen de piris castimoniale sic fiet: Pira maturissima cum sale calcantur integra. *Vbi carnes eorum fuerint resolutae, vel in cupellis, vel in vasculis fistilibus picatis condiuntur. Post mensem tertium suspensae eae carnes liquorem dimittunt saporis iucundi etc.* Colum. 9, 14, 17. de apibus, Optimum est per aditum vestibuli siphonibus dulcia liquamina immittere, et ita penuriam temporum sustinere. Columel. 7, 4, 7. Succus excocti lupini, veterisque vini faex, et amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ouis imbuunt. *Sollemniter vero de garo dicitur et absolute apud Apicium aliquoties; vid. Lister. ad 1, 7. Cael. Aurel. Tard. 2, 1, 40. Garum, quod appellamus liquamen, ex pisce siluro confectum. Sic 2, 7, 107. Sed ibid. 2, 13, 167. Ex vitium cinere confectum liquamen est lixiuum.*

LIQVAMINARIVS, i. m. γαρφαλῆς Gloss. Lat. Gr.

LIQVAMINATVS, a, um. Porcellus liquaminatus Apic. 8, 7.

LIQVAMINOSVS, a, um. Res salsae et liquaminosae Marcell. Empir. c. 5.

LIQVEFIO, eri. [ἐκλήνωμαι, κέωμαι] *Idem quod Liquefcere.* Senec. Quaest. Nat. 3, 30. Tellus liquifiet. *Metaph.* Ouid. ex Pont. 1, 2, 57. Sic mea perpetuis liquefcunt pectora curis. Liquefciet Scribon. 210. Liquefcunt 257. 265. Liquefcieri debent 263. igne 298. ad ignem 216.

LIQVEFACIO, ère. [ἐκλήνω, κέω] Scribon. 66. 175. 270. Oleo ad ignem liquefacere omnia 82. Catull. 87, 6. Omentum in flamma pingue liquefaciens. *Vbi obseruare licet secundam esse productam. Metaph.* Cic. Tusc. 5, 16 c. 6. Beati, quas nullae futiles laetitiae exultantes languidis liquefaciant voluptatibus.

LIQVEFACTVS, a, um. Aliud Partic. [τρήγμενος] Aqua liquefacta Cic. de Nat. Deor. 2, 26. Ab igne liquefacta Scribon. 203. Super ignem 206. Aera Cic. in Catil. 3, 19 c. 8. Carmina lyrâ Sil. 11, 416. Coagula liquefacta lacte Ouid. Fast. 4, 545. Glacies liquefacta Noto Claud. de crystallo 6. Glacies admisto calore Cic. 105

de N. D. 2 c. 10. Medullae tabe liquefactae Ouid. Met. 9, 175. Membra liquefacta, i. Consumta Sil. 1, 178. Saxa Virg. Georg. 1, 473. Viscera Id. Ibid. 4, 555. Vnda, b. e. Liquida, Quae prius turbata, post facta est limpidior et purior Ouid. Met. 3, 486. Heinsf. liquenti vel liquaci substituere volens, ab ipso deseritur Burmanno.

LIQVET. Imperf. [*λυωδολατος ἐστ*, *λυωφισθηλτος ἐστ*] Constat, manifestum et certum est. Quoniam quae resolvuntur, certa, constantia et manifesta sunt. Pro significatione primitiva et propria laudari posse videtur Ouid. ex Ponto 1, 2, 58. ubi legunt vet. edit. Sic mea petuis liquecunt pectora curis, Ignibus admotis vt noua cera liquet. Sed Fabric. restituit, liquefiunt et solet. Ter. Eun. 2, 3, 39 Illum liquet mihi deierare his mensibus, etc. Conf. b. l. Donat. Cic. Acad. 4, 94 Si habes quod liqueat, neque respondes, superbis. Conf. Id. N. D. 1 c. 12. et 2 c. 1. Cic. de Nat. Deor. 1, 3 Sed (quod inter nos liqueat) ne tu quidem intelligis. Gell. 14, 1 Praeter ea mirabatur, id cuique pro percepto liquere, i. certum et indubium videri, quasi perceptum esset. Praet. Liquit Africae Tertull. adu. Gnost. c. 6. Protagoras cui neutrum Liquerit, nec esse deos, nec non esse Cic. de N. D. 1, 117 c. 42. Id. de quo Panaetio non liquet, reliquis solis luce clarius Cic. Diu. 1 c. 3. Non liquere de causa dicebant veteres, quando probationes et argumenta non satis erant idonea ad diiudicandam causam. Cic. pro Cluent. 76 c. 28 Deinde homines sapientes ex vetere illa disciplina iudiciorum, qui neque absoluerent hominem nocentissimum possent, neque eum, de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condemnare vellent: non liquere dixerunt. Aut fer sententiam, aut, quod facilius est, nega tibi liquere Sen. Ep. 66. Paullus in l. Pomponius. D. de re iudic. Pomponius 38. ad Edictum scribit, Si vni, etc. Vlpianus de Arbitris, in l. Idem Pomponius, Proinde si forte vrgeatur a Praetore ad sententiam: aequissimum erit, si iuret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari. De quantitate primae Syllabae, vid. LIQVENS. LIQVIRITIA, ae. f. Idem quod Glycyrrhiza. Priscian. de Diaeta c. 9 Liquiritia frigida est et dulcis.

LIQVIS, e, vel LIQVVS, a, um. Nomen nondum satis explicatum apud Frontin. Agrim. p. 32 Goef. Omnium summitatum (i. superficierum) metiendi observationes sunt duae, enormis et liquis. Enormis, quae in omnem actum rectis lineis (sic leg. non angulis) continetur. (recte, i. nihil discedentibus ab extremitatibus agri) Liquis, quae minuendi laboris causa, et salua rectorum (verorum in gibbis excurrentibus) angulorum ratione, secundum ipsas extremitates subtenitur. Videtur igitur liquis vel liquus esse a linquendo et notare lineam, quae linquit, deserit, discedit a recta et vera linea. Enormis hic non significat excessum normae, sed aliquid exactum ad normam. Vid. de toto loco Goef. in Ind. Caeterum ab hoc nomine Liquus Scal. ad Fest. Sublices deriuat ipsum hoc sublices quasi subliques, et obliquus.

## L I R

LIRA, ae. f. quae effes, docet Columel. 11, 3, 20 Est autem lira similis ei porcae, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, vt viginem vitent. Idem 2, 4, 11 Liras autem rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, vt inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis praebet. v. b. l. Gesner. Porca, quod in arando exstat: Lira, quod defossium est Vetus Gromat. Rigalt. p. 298. Conf. Non. 1, 62. Columel. 2, 8, 3.

LIRO, aere. Liram facere. Lirare est semina operire Plin. 18, 20. Varro de R. R. 1, 29 Tertio, quum arant iacto semine, boues lirare dicuntur, i. quum, tabellis additis ad vomerem, simul et satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant fossas, quo pluuiialis aqua delabatur. Columel. 11, 2 Lirantur autem iugera duo opera vna: at si facilis est terra, proscinditur iugerum duabus operis, iteratur vna: lirantur vna iugera quatuor, quum in subacta iam terra latiores porcae sulcantur. Add. Aufon. Ep. 12, 9.

LIRATIM. Adu. Per liras. Columel. 11, 3, 20 Habet enim velut allium plures cohaerentes spicas: eaeque quum sint diuisae, liratum feri debent, vt in puluibus positae, minus infestentur hyemis aquis.

LIRAMENTVM, i. n. Deliramentum. Vet. Interp. Irenaei 2, 42 Liramenta confirmare.

LIRION, i. n. [*λελιον*] i. Liliun. Apul. de Herb. c. 107. vnde LIRINVS, quod vide in LILIVM.

LIRIOPE, es. f. Nympha, Oceani et Tethyos filia, ex qua Cepheus Narcissum suscepit, vid. Ouid. Met. 3, 342.

LIRIS, is. m. [*Λιρις*] Fluuius Campaniae, Minturnas praeterfluens. Non rura, quae Liris quieta mordet aqua taciturnus amnis Hor. Carm. 1, 31, 7. Umbrosae Liris per regna Maricae Lucan. 2, 424.

In Lirem praecipitat Fibrenus Cic. de Legib. 2, 6.

LIRVS, i. m. pl. Liri, Nugae, friuola, Graecum est λιγος Plaut. Poen. 1, 1, 9 Liroe scribitur. Conf. Turneb. Aduers. 3, 20.

## L I S

LIS, litis. f. [*λις, λυξ*] a Limite dicta est, si credimus, quod primae inter homines lites de limitibus fuerunt. Non. 5, 34 Iurgium et Lis hanc habent distantiam: quod Iurgium, leuior res est. Inter inimicos dissensio lis appellatur Marcus Tul. de Republ. 4. Admiror nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam: si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio, non lis; inimicorum, iurgium dicitur. Et in sequenti, Iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Conf. Varr. L. L. 6, 5. Iudex de lite iocosa Ouid. in Ibin 265. Cupidus litium et rixae Hor. Carm. 3, 14, 26. Deceptor litium Apul. Apol. p. 321. Interceptor litis alienae Liu. 3, 72. pr. Aestimatio litis Cic. pro Cluent. 116. Forum orbum litibus Hor. Carm. 4, 2, 44. Instrumentum litis a Quinctiliano dicitur, quidquid scriptum habent litigatores, quo aliquid probare volunt. Quinctil. 12, 8 Ideoque opus est intueri omne litis instrumentum: quod videre non est satis: perlegendum erit. Nam frequentissime aut non sunt quae

promittebantur, aut minus, etc. Nomen litis, vt vult Vlpianus in l. Litis. D. de verb. et rer. significat. Actionem significat, siue in rem, siue in personam sit. Quinctil. 2, 1 In mediis litium medullis versantur. Haereditariae lites Quinctil. 3, 10. Aufon. in Monosyllabis, v. 101 Quis subit in poenam capitali iudicio? vas.

Quis quum lis fuerit nummaria, quis dabitur? praes. Nostra omnis lis est, vid. NOSTER. Quinctil. 6, 1 Quum Domitiae vxoris suae pecuniariam litem aduersus aliquem ageret, Accipere litem, vid.

ACCIPIO. Aestimare litem Cic. pro Cluent. 116, vid. AESTIMO. Agere litem aduersus aliquem Quinctil. 6, 1. Amittere

litem. Auferre litem, vid. bb. u. Cecidisse lite dicitur (inquit Festus)



Festus) qui eius rei, de qua agebat, causam amisit, *vid. mox* Perdere. Coire in lites, *vid. COEO*. Componere lites inter aliquos Virg. Ecl. 3, 108. Concire lites, *vid. CONCIO*. Conferre lites, *Rixari* Hor. Serm. 1, 5, 54. Constituere summam totius litis in re aliqua, *vid. CONSTITVO*. Contestari litem, Contrahere lites, Creare et ferere lites, *vid. hb. vv.* Dare litem secundum tabulas alicuius Cic. pro Rosc. Com. 3. Diudicata lis Hor. Caria. 3, 5, 54. Virg. Aen. 12, 898 Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat Limes agro positus, litem ut discerneret aruis. Distineri litibus Nep. 25, 9, 4. Facere litem suam dicitur iudex, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur, si evidens arguatur eius gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes: ut veram aestimationem litis praestare cogatur. Ulpianus in l. Si filius familias. D. de iudiciis. *Sed aliter* Cic. de Orat. 305 Quid? si quae vitia aut incommoda sunt in aliquo iudice vno, aut pluribus, ea tu in aduersariis exprobrando, non intelligas te in iudices inuchi, mediocre peccatum est? quid? si quum pro altero dicas, litem tuam facias: aut laesus efferare iracundia, causam relinquant, nihilne noceas? *i. Si ita agas, ut non alienam causam, sed tuam agere videaris, vid. Gellius* 10, 1. Facere litem Quinctil. 3, 11. Idem 7, 4 Nisi propter verba, quae litem generant. Cic. Acad. 4, 8 Mecum vero quid habent litium, qui ipsorum disciplinam sequor? Semper Habet lites alternaque iurgia lectus, in quo nupta iacet Iuuenal. 6, 267. Implicitus atris litibus Hor. de Arte Poët. 344. Virg. Ecl. 9, 14

Quod nisi me quacunq[ue] nouas Incidere lites

Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,

Nec tuus hic Moeris, nec viueret ipse Menalcas.

Inferre litem capitis in aliquem Cic. pro Cluent. 116. Instruere litem, *vid. INSTRVO*. Intendere litem alicui Idem de Orat. 1, 42 *vid. INTENDO*. Ire in litem Quid. Fast. 6, 89. Iurare in litem, *vid. IVRO*. Liberare se periculo litium Cic. Verr. 1, 95. Morari aliquem iniqua lite Hor. Epist. 2, 2, 19. Cic. de Orat. 1, 197 Neque intelligebat, si ita esset actum, litem aduersarium perditurum. Plaut. Casin. 3, 3, 6 Contriui diem dum adsto aduocatus cuidam cognato meo: quem hercle ego litem perdidissem gaudeo. Hor. Serm. 1, 7, 37

Ventum erat ad Vestae, quarta iam parte diei

Praeterita, et casu tunc respondere vadato

Debebat: quod ni fecisset, perdere litem.

Perorare litem Cic. Off. 3, 43. Hor. Serm. 2, 3, 103. Nil agit exemplum quod litem lite resoluit. Secantur magnae iudice lites Hor. Epist. 1, 16, 42. Sequi lites Ter. Andr. 4, 6, 16. et Adel. 2, 2, 40. Lis litem Serit Plaut. Poen. 3, 2, 10. Sum. Est adhuc sub iudice lis Hor. de Arte Poët. 78. Nostra omnis lis Est: vicimus Plaut. Cas. 2, 8, 73. Suspensere litem Quinct. 4, 2. Traicere arbitrium litis in aliquem Quid. Met. 12, 688. Vertere litem in rem suam dicitur iudex, Rem inter duos controuersam adiudicare sibi: Liu. 3 circa finem. Orare ne pessimum facinus peiore exemplo admitterent iudices, litem in suam rem vertendo. *Suidaeus*. Litem, pro Discrepantia et confusione quarumcunq[ue] rerum, etiam in animatarum, posuit Ouid. Met. 1, 21 — quia corpore in vno

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,

Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Hanc deus, et litem melior natura diremit. De Chao.

Stilites dixisse antiquos Quinct. 1, 4 p. 45. et marmora testantur.

LITIGO, are. [*λείζω, ἀμφοτέρω, διαδέχομαι*] Quasi Litem agere, disceptare, contendere. Plaut. Rud. 4, 4, 16 Qua de re nunc litigatis inter vos? Cic. Philipp. 3, 30 Hic cum C. fratre putat se litigare.

Ad. Id. Fam. 9, 25 et ad Quint. Fr. 2, 9.

LITIGANS, antis. Cic. pro Cael. 27 c. 11 Aliquot in causis eum videram frustra litigantem.

LITIGIVM, i. n. [*λίτιον*] Lis. Plaut. Casin. 3, 2, 31 Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos. Plin. 37, 10 Siderites ferro similis, et litigio illata discordias facit. Cum viro litigium Natum est uxori Plaut. Men. 5, 2, 15.

LITIGIOSVS, a, um. Adi. [*λίτιος*] Qui in litibus versatur, Res, de qua litigatur. Cic. de Orat. 1, 216 Vereris, ne tui somis talis et vixit et cetera a litigioso

et vixit et cetera a litigioso

et vixit et cetera a litigioso

et vixit et cetera a litigioso

LITIGATIO, onis. f. [*μάχη ἢ διαλέγων*] Gloss. Lat. Gr.

LITIGATOR, oris. m. [*λείτης*] Qui litigat, et patronum adhibet. Cic. pro Domo 115 c. 44 Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius quam aestimabat. Al. licitatoribus: *vid. Vrsin.*

not. Rusticus, illiteratusque litigator Quinct. 2, 21. Urbani litigatores Suet. Aug. 33.

LISTA. [*in Vet. Gloss. γειμμή*] Deriuat ab hoc nomine Scal. ad Virg. Copam p. 260. nomen Sublestus.

LITIGATRIX, icis. f. Legi dicitur apud Suetonium: negat Index Bernegg.

## L I T

LITATIO, *vid. LITO*.

LITERA, vel LITTERA, ae. f. [*γράμμα*] Sermonis humani, in quantum oculis exponi, i. scribi potest, Elementum, ut A, B. Cic. pro P. Sylla 45 Literae posteritatis causa repertae sunt, quae subsidio oblivioni esse possent. Idem de Orat. 3, 46 Ut iota literam tollas, et e plenissimum dicas. Hic est vsus literarum, ut custodiant voces, et velut depositum reddant legentibus Quinctil. 1, 7, 31. Figuras literarum

inuenerunt Cadmus, qui ex Phoenicia in Graeciam primum eas intulit, et Euander. Auxerunt Palamedes et Simonides. Vid. Plin. 7, 56. Tacit.

Ann. 11, 14. et ibi Lipsium; et Scalig. ad Euseb. Literae in terminis inuentae quid significant, ostenditur in libro variorum auctorum de limitibus, in quo sunt haec p. 270 Gies.

A, si in termino inueneris, finem in proximum significat, aut aquam viuam designat. B, si in termino inueneris, bifurcium ostendit, aut triuium significat. C, si in termino inueneris, a centuria nunquam recedas. D, si in termino inueneris, decimanum ostendit. E, si in termino inueneris, vallem ante se significat, aut riuum, aut fluuium: et super se subrectiore lo-

105

co per planitiem limes excurrit. F, si in termino inueneris, finalem causam exponit, et in longinquo terminum ostendit. G, si in termino inueneris, sui termini auctorem, limitem tortuosum ostendit. H, si in termino inueneris, grandes longitias limitum ostendit, et 5 rariora signa in fine inuenies. I, si in termino inueneris, viam significat, aut collis rigorem ostendit, hoc est iugum. K, si in termino inueneris, cardinem ostendit, quem terminum subtilissimum et speciosum inuenies, hoc est formosum. L, si in termino inueneris, suae normae facturam designat, limitem gammatum, et in longinquo arcam 10 finalem ostendit, et conuallia eius fundi finem vindicant. M, si in termino inueneris, fines quadras designat, et in proximo signa finalia inuenies. N, si in termino inueneris, proximam aquam significat, et quadras fines habentes aquae, a Septentrione arcam marmoriam inuenies. O, si in termino inueneris, a Septentrionali parte siluam de- 15 monstrat, et per ipsam siluam riuus currit, et trans riuum signa demonstrat. P, si in termino inueneris, pedaturam significat, extra aliis signis finalibus, vel quod literas finales continet. has per singulos titulos inuenies, aliosque finales titulos sine nostris signis in agris positimus, qui rationem ostendunt limitum, et causam dirigunt finalem. 20 Q, si in termino inueneris, a limite riuum. R, si in termino inueneris, per collicellum terminos inuenies. S, si in termino inueneris, supra possessionem multas aquas viuas indicat, quae alucum transeunt. T, si in termino inueneris, trifinium ostendit. V, si in termino inueneris, terminum in collem meridianum ostendit, per limitem 25 orientalem. X, si in termino inueneris, quadrifinium exponit, et pro decumano finem habebis. Y, si in termino inueneris, sub se fontanam proximam habet. Z, si in termino inueneris, a sinistra parte fontem significat. Caducae literae, *vid. CADVCVS*. Confusae literae Scribon. 231. *i. turbatae s. fugientes; de stigmatis, quae literarum notis formatae sunt.* Neque expressae, neque oppressae, *vid. Appellare literas, in APPELLO.* Exolescentes Suet. Aug. c. 7. Grandes, *vid. s. l.* Immutatis literis, *vid. IMMUTO.* Longae cubitum Plaut. Poen. 4, 2, 15. et Rud. 5, 2, 7. Maximae Cic. Verr. 2, 24. Minutae et Maximae, *contraria, vid. Diminut. LITERVLA.* Prae- 35 formatae Quinct. 5, 14. Petron. c. 29 Superque quadrata litera scriptum. Hieronym. Praefat. in Iob. Vnciales vocat. *His Romani utebantur in Inscriptionibus.* Salutaris, *vid. SALVS.* Affigere literas alicui Quinctil. 1, 1. Appellare literas, Exprimere literas, Obscurare literas negligentius, Dilatare literas, *vid. Appellare literas, in APPELLO.* Idem 11, 3, 33 Vt est autem necessaria verborum explanatio, ita omnes computare et velut annumerare literas, molestum et odiosum. Idem 1, 4 Vt pro Fundanio Cicero testem, qui primam eius literam Dicere non posset, irridet. Imprimere literam humi, Inspirare alicui literae, Intexere literas vestibus, *vid. 45 bb. vv.* Ordinare literas syllabarum, *vid. Ordino, in ORDO.* Litera, dicitur quasi Legitera, eo quod legenti praebet iter. Vel quod in legendo iteretur, *ut ait Seruius. Vel a lituris, quod scripta deleri possit: quia in ceratis tabulis plerumque antiqui scribere solebant, et inde debebant. Vel a lino, linis, quod in scribendo illinitur, id est leniter induciitur atramentum. Iulius tamen Scaliger lib. 1. de Causis linguae Latinae cap. 4. longe aliter sentit. eius verba subieciimus: De litera acturi, veram eiusmodi nominis rationem ex figura emergere comperiemus, quum literas certis lineis contineri videbimus. Exemptis namque ex prisca nominis origine aliquot elementis, quum primum 55 dictae essent lineaturae, literae postea factae sunt, sicut apud Graecos  $\nu\epsilon\lambda\alpha\upsilon\alpha\tau\alpha\ \nu\alpha\gamma\eta\ \tau\eta\upsilon\ \nu\epsilon\gamma\alpha\mu\upsilon\upsilon\upsilon\upsilon$ . Neque enim a lituris literae, quia delentur: prius enim factae quam deletae sunt. Nec geminata consonante scribendum est: sub suae namque originis forma producit primam naturam. Si igitur a lineis dicta est, et linea minima corporis dimensio est: erit profecto litera, minima pars dictionis. Vide ibi reliqua.* Literam longam ex se facere, pro Laqueo vitam finire, quia suspensi corpus reclusum, et pedes porrecti, speciem habent I literae, Plaut. Aulul. 1, 1, 38. Idem ibid. 2, 4, 46 Tu trium literarum homo vituperas me? A. etiam fur trifurcifer. Ad literam, idem quod Ad verbum, et quod barbari 65 literaliter dicunt Quinctil. 9, 1. *vid. AD.* Literis mandare, pro Scribere Plin. 9, 8. Cic. Acad. 4, 2 Itaque vt literis consignamus, quae monumentis mandare volumus, *vid. MANDO.* Commendare literis, Consignare literis, *vid. bb. vv.* Dare in literas Macrob. Saturn. 5, 19. Tradere aliquid literis Quinctil. Prooem. ¶ 2 *Speciatim* 70 Literae, arum. pluraliter tantum, pro Epistolis accipitur. Proprie dictum illud, Tuas literas, quas pluribus epistolis accepi Cic. ad Quint. Fr. 3, 1, 3. Idem Att. 12, 52 Hodie tuas literas expectabamus matutinas. Literae de Britannia Idem Quint. Frat. 2, 13. Aculeatae literae Id. Att. 14, 18. Acerbae 21 et 16 Fam. Minaces 11 Fam. 3. Odiosae 9 75 Fam. Stomachosae 3 Fam. 11. Accuratae, *vid. ACCURO.* Antiquae Cic. Att. 7, 11. Ardentes, Atroces, Compositissimae, Contumeliosae in aliquem, Crebrae, *vid. bb. vv.* Disertae Id. Fam. 3. . . . Frigidae Idem ibid. 10, 16. Humanae, vel sparsae humanitate, suaves, facetiae, refertae officiis, amabiles Idem ib. 7, 33. etc. 80 Inanes Idem ib. 6, 22. Inconstantes, *vid. h. v.* Languidae, vel somnium adferentes Idem Att. 9, 19. Et alibi. Iam Balbi ad me literae languidiores, etc. Laureatae Liu. 45, 1. De his Cellar. ad Plin. Paneg. c. 8. Io. Guil. Berger. singulari Diff. Lepidae, *vid. LEPIDVS.* Liberiores, *vid. LIBER.* Plenae rerum Cic. Fam. 10. 85 Pomeridianae Idem Attic. 12, 52. Tacit. Ann. 1, 5 Vixdum ingressus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitit. Recentes, vel proximae, pro recentibus Cic. Att. 5. Scriptae mea manu Cic. . . Et si tuas literas, sed iam nimis veteres Id. Att. 5. Vnae Cic. Att. 2, 2. Mutum a literis tempus, *vid. MUTVS.* Breuitas literarum Id. Fam. 11, 9. Diligentia literarum Id. Att. 7. Exemplum literarum Id. Fam. 6. Literae tenues et obscurae Notae voluntatis sunt Cic. . . Obligaciones literarum Tit. in Iure Rom. i. *syngraphae, vid. Grot. ad Luc. 16, 5.* Prudentia literarum Cic. Att. 6. Sermo literarum Id. Fam. 7. Accire properis literis, Accipere li- 95 teras, Accommodare literas ad rem aliquam, Affluunt literae, Afferre literas, Aperire literas, Appellare literis quempiam, Assequi literas, Cantant literae, Castigare literis, Cognoscere ex literis; Colloqui per literas, Commeant literae, Committere literas, *vid. ff. de Committere literis, vel commendare Cic. Fam. 2, 4.* Componere 100 literas, *vid. COMPONO.* Cic. . . Plures literas conficere non potui. Conquiescunt literae Cic. Att. 12, 38. Consignare Cic. . . Dare literas, pro Reddere. Cic. Fam. 10, 16. et 7, 5. Dare et mittere absolute, pro Dare et mittere literas Idem Att. 4, 4. Et Fam. 7, 5. Deferre literas alicui, et ad aliquem, *vid. DEFERO.* Elicere li- 105 teras Idem Att. 7, 12. Exarare literas Idem ibid. 1. Et 13, 17.

Expectare auide literas amici, *vid.* AVIDVS. Iustin. 27, 2 Inde ad Antiochum fratrem literas Facit, quibus auxilium eius implorat. Incidere literas in alicuius manus Cic. Att. 2. Intercipere literas, *vid.* h. v. Ne patiamur Intermitteri literas Cic. . . . . Loqui literas Id. de Legib. 1, 8. Mittere literas, Mittere obuiam literas, 5 Monere literis, Obsignare literas, *vid.* hb. vv. Obstrepere literas Cic. Fam. 5. Perferre literas, *vid.* PERFERO. Recitare literas, Idem ibid. 12, 25. Reddere literas Idem Att. 1, 12. Et Fam. 2, 17. Referre literas. Cic. . . . Et a te literas mihi referat. Regustare literas alicuius, *vid.* REGVSTO. Requirere literas, *vel* desiderare Idem 10 Brut. 14. Idem Att. 11, 9 Nam quod resignatae sunt literae. Resoluere literas, *i.* Resignare Liu. 26, 15. Scribere literas Cic. Att. 14, 12. Veniunt literae alicui ab aliquo Id. Fam. 11. Volant literae Id. Att. 2, 19. ¶ 3 Sed etiam Litera in singulari, pro Epistola, scripto, apud Poetas interdum legitur. Ouid. Epist. 3, 1 Quam legis, ab rapta Briseide litera 15 venit. *Add.* Id. ex Pont. 1, 7, 1. 2, 7, 1. 4, 8, 1. Sic Heroid. 12, 114 Deficit hoc vno litera nostra, *i.* laborat apologia mea, et scripta defensio. Id. Art. Am. 2, 500 de Delphis, Estibi diuersum fama celebrata per orbem Litera, cognosci quae sibi quemque iubet, *i.* dictum, Nosce te ipsum. Arcana Ouid. Met. 9, 515. Deducta mero Id. Epist. 17, 88. Infelix, 20 Quae infaustum aliquid nuntiat Idem Amor. 1, 12, 2. Lecta Idem Epist. 21, 238. Nuntia Idem ibid. 6, 9. Scripta Idem ibid. 5, 2. Tristis Id. de Arte Am. 483. Sic ¶ 4 Litera, pro Scribentis manu. Cic. Att. 7, 2 Nam Alexidis animum amabam, quod tau prope accedebat ad similitudinem tuae literae. manum non amabam: 25 quod indicabat te non valere. *Negative saepe et vniuersaliter ponitur:* Cic. Att. 13, 39 Neque inde venit, vnde mallet, neque diu obfuit, neque vllam literam ad me. Idem Fam. 2, 16 Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me literam nunquam misit. Sic Nullam literam scripsit, pro Nihil scripsit Id. pro Arch. 18. Et de Orat. 30 2, 86 De frangendis cupiditatibus, confirmandis hominum moribus, litera in eorum libris nulla inueniretur. Sic Verr. 1, 92 Cum ad HS vices quinquies redegisse constaret — nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit. ¶ 5 Omne genus scripti Literarum nomine significatur. Sic Literae publicae, quae 35 barbari Registra vocant. Cic. Verr. 1, 89 Quamobrem vnam ex decem (nauibus) non praedonum repentino aduentu, sed legati latrocinio: non vi tempestatis, sed hac horribili tempestate sociorum amissam, in literas publicas retulerunt. Corruptere literas, *vid.* CORRVMPO. Literae, pro Edicto et mandato magistratus. Cic. Verr. 5, 56 Cedo mihi 40 eiusdem Praetoris literas, et rerum decretarum, et frumenti imperati. Flammarere insuper allatae a Vespasiano literae, *i.* Edictum Tacit. Hist. 4, 24. Literae, Auctoritates scriptae. Cic. Verr. 1, 16 Quo in negotio industriam meam celeritas reditionis, diligentiam multitudo literarum, et testium declarauit. Sic Condere literas in aerario, *vid.* 45 CONDO. Perscrutari literas, *vid.* PERSCRVTOR. Quaero manifestas literas, *vid.* MANIFESTVS. Literae, Instrumenta, documenta, monumenta. Id. pro Quinct. 38 In Galliam ad te ipsum venit, in agrum communem: eo denique vbi non modo res erat, sed ratio quoque omnis, et omnes literae. Literas vocat, societatis rationes, 50 et scripturam seu perscriptiones et tabulas. Cic. Verr. 5, 164 Itaque ego id solum ex literis ostendam Syracusanorum. *Conf.* ib. 147. et 148. Literas nescire *i.* Nescire scribere. Paull. in l. 3 D. de accusationibus, Item subscribere debet is, qui dat libellos, se professum esse: vel alius pro eo, si literas nesciat. Suet. in Neron. c. 10 Et quum de 55 supplicio cuiusdam capite damnati, vt ex more subscriberet, admoneretur: Quam vellem, inquit, nescire literas. Sic et Seneca de Clementia 2. ¶ 6 Hinc ponuntur Literae, pro scientiis et disciplinis, quae literarum monumentis continentur. Disciplina literarum Cels. 1. praef. Corpori inimica est. Ib. Cic. Fam. 5, 15 Quod enim 60 esse poterat mihi profugium spoliato et forensibus, et domesticis ornamentis, atque solatiis? literae credo, quibus vtor assidue. Homo sine ingenio, sine literis Cic. Verr. 40, 44. Plant. Truc. 4, 2, 22 Literas didicisti: quando scis, sine alios discere. Cic. Att. 4, 16 Quaeque vita maxime est ad naturam, ad eam me refero et literas et 65 studia nostra. Nullis literis vir, *vid.* NULLVS. Quinct. 6 Prooem. Tunc igitur optimum fuit infaustum opus, et quidquid est in me infelicitium literarum, super immaturum funus consumpturis viscera mea flammis iniicere. Cic. Fam. 7, 33 Opus est hic limatulo et politulo tuo iudicio, et illis interioribus literis meis, quibus saepe verecundio- 70 rem me in loquendo facis. Vnum est Profugium doctrinae et literae Idem ibid. 6, 12. Columel. 9, 14 de solstitiis et aequinoctiis, Nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus, vt aiunt, rusticorum literis necessaria est. Simile est illi, Pingui Minerva. Nihil peius est iis, qui paullum aliquid vltra Primas literas progressi, falsam sibi scientiae 75 persuasionem induerunt Quinct. 1, 1, 8. Cic. Fam. 15, 21 Multae erant, et reconditae literae, vis non erat. Vulgares, et Interiores, siue reconditae literae, contraria. Id. de Clar. Orat. 265 Erant in eo plurimae literae: nec eae vulgares, sed interiores quaedam, et reconditae. Abdere se literis, *vid.* ABDO. Agere aetatem in literis . . . 80 Alienus a literis, *vid.* Alienus in ALIVS. Assidere literis, *vid.* ASSIDEO. Cic. Fam. 16, 14 Ego omni delectatione, literisque omnibus careo, quas ante quam te videro, attingere non possum, *i.* tractare iterum incipere. Attingere leuiter literas, *vid.* ATTINGO. Cic. in Brut. 19 Ego a te peto, vt scribas aliquid: iam pridem enim conticue- 85 runt tuae literae. Dare operam literis . . . Deditus literis a pueritia, *vid.* D E D O. Discere . . . Doctus literis Cic. de Clar. Orat. 169. Eruditus literis Quinctil. 1, 10. Valer. Max. 3, 4 in fine, Alterius patrem cultellos venditasse, omnium paene doctorum literae loquuntur. Esse literas in aliquo Cic. Fam. 15, 21. Imbutus 90 leuiter literis Quinctil. 1, 2. Initiatus literis, *vid.* INITIVM. Instituire aliquem literis Id. 1, 1. Inuoluere se literis, *vid.* INVOLVO. Nescire literas Cic. de Orat. 3, 259. Perdiscere literas, *vid.* PERDISCO. Perpolitus literis, *vid.* h. v. Politus literis Cic. in Pison. 70. Scire literas dicuntur etiam, qui prima tantum elementa didicerunt: *vid.* 95 Burm. ad Petron. c. 10 p. 41. Tinctus literis, *vid.* TINGO. Cic. de Arusp. Resp. 18 c. 9 Neque is sum, qui, si cui forte videor plus quam caeteri, qui aequae atque ego sunt occupati, Versari in studio literarum, his delecter aut Vtar omnino literis, quae nostros animos deterrent atque auocant a religione. Vorare literas Id. Att. 4, 10. 100 Literae, Scripta, s. libri. Idem ib. 1, 11 De Crasso, qui mihi eam laudem eo minus deberet, quod meis omnibus literis in Pompeiana laude esset perstrictus. Literae, pro Grammatica, Idem in Brut. 153 de Seruio Sulpicio: Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam, quasi lucem ad ea, quae confuse ab aliis aut respondebantur, aut agebantur. 105

Dialecticam mihi videris dicere, inquit Recte, inquam, intelligis. sed adiunxit etiam et literarum scientiam, et loquendi elegantiam. Cicero Orat. 3, 125 Eleus Hippias, quum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est cuncta paene audiente Graecia, nihil esse vlla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret: nec solum has artes, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, literarum cognitionem, et Poëtarum, atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de Rebus publicis dicerentur: sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Idem de Orat. 130 Num Geometriam Euclide aut Archimede, num musicam Damone aut Aristoxeno, num ipsas literas Aristophane aut Callimacho tractante, tam discerptas fuisse, vt nemo genus vniuersum complecteretur? Certe solet Cicero Grammaticam per literas significare, nec id immerito: nomen quippe habet a literis. Grammata literae sunt. Literae altiores, Artes magicae Plin. 14, 4.

L I T E R Ū L A, ae. f. Dim. [*γραμμάρτιον, γραμμαρτιδιον*] Cic. Verr. 4, 93 Signum Apollinis pulcherrimum, cuius in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum. Idem Fam. 16, 16 Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis. Literulae, Epistolium. Idem Att. 12, 1 Vndecimo die postquam a te discesseram, hoc literularum exaravi. Eidem 14, 4. extr. Etsi noui nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitteri literulas. Literulae pro Studiis. Cic. Fam. 16, 10 Literulae meae siue nostrae tui desiderio oblanguerunt. Eidem 7, 2 Chrysippum vero, quem ego propter literularum nescio quid libenter vidi, in honore habui. At me literulas stulti Docuere parentes Martial. 9, 75. Graecis literulis imbutus Hor. Epist. 2, 2, 7.

L I T E R Ā L I S, e. Cael. Aurel. 4, 5 Literalis lectio adhibenda. Commmercium Symmach. Ep. 4, 54. Series Idem 5, 22.

L I T E R Ā T V S, a, um. Adi. [*παιδευτός*] Literis ornatus, eruditus, doctus. Cic. Verr. 1, 92 Circumpedes autem homines formosos, et literatos, suos esse dicebat, se omisse. Idem de Nat. Deor. 3, 23 c. 9 Hoc (genus argumentandi) si placet, iam efficies, vt mundus optime librum legere posse videatur. Zenonis enim vestigiis hoc modo rationem poteris concludere. Quod literatum est, id est melius, quam quod non est literatum. Nihil autem mundo melius. Literatus igitur est mundus. Viri literati, ac studiis, doctrinisque dediti Cic. pro Corn. Balb. 3 c. 1. Literatus et disertus fuit Idem de Clar. Orat. 81. Idem Tusc. 5, 105 Quid est dulcius literato otio, i. In quo literis operam damus. Compar. Gell. 18, 9 Alter literatior fuit, alter literas sciens. Quibus ineptiis nec Literatior fit quisquam nec melior Sen. Quaest. Nat. 4, 13. Superl. Cic. Fam. 9, 16 Pueri literatissimi. Frater tuus, quem Literatissimum fuisse iudico, facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est Cic. Tusc. 5 c. 37. ¶ 2 Sueton.

Grammat. 4 Appellatio Grammaticorum Graeca consuetudine inualuit: Sed initio literati vocabantur. Cornelius quoque Nepos in libello quo distinguit literatum ab erudito, Literatos vulgo quidem appellari ait eos, qui aliquid diligenter et acute sciensque possint aut dicere aut scribere: caeterum proprie sic appellandos, qui a Graecis γραμματικῶν nominentur, eosdem literatores vocitatos. Messala Coruinus in quadam epistola, non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida (forte Nigidio?) aut literatore Catone: significat enim haud dubie Valerium Catonem, Poëtam simul Grammaticumque notissimum. Sunt qui literatum a literatore distinguant, vt Graeci Grammaticum a Grammatista; et illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment, quorum opinionem etiam Orbilius exemplis confirmat. Nam apud maiores, ait, quum familia alicuius venalis produceretur, non temere quem Literatum in titulo, sed Literatorem inscribi solitum esse: quasi non perfectum literis, sed imbutum. Haec Suetonius. Sed puto ego nomen Literatus eos in seruo venali mali ominis causa, refugisse. Nempe ¶ 3 Literatus etiam est cuius fronti literae impressae sunt, stigmatate notatus, stigmatosus. Plaut. Casin. 2, 6, 49 Si hic literatus me sinat. Apul. Metam. 9 p. 222 Literati frontes, et capillum semirasi. Semirasi, puto ad hoc ipsum, vt stigmata melius apparant, regi minus possint. Nempe Literatum est, quid-

quid literis notatum. Plaut. Rud. 2, 5, 21 de urna, Haec literata est, ab se cantat cuius sit. Idem ibid. 4, 4, 113 In eo ensiculo literarum quid est? P. mei nomen patris. post alitrinsecus est securicula ancipes, item aurea literata: ibi matris nomen in securicula est. Id. Poen. 4, 2, 14 Haud secus tu videas literatas ibi epulas, pice signatas, nomina insunt cubitum longis literis. Laciniae auro literatae Apul. Met. 6 p. 174, 28 Silex Inscript. Vet.

L I T E R Ā T E, Adu. [*παιδευτός*] Docte, erudite, eleganter. Cic. de Arusp. Resp. 17 Quid igitur responderem? quaero ex eo ipso, qui ferre me non potest, me ciuem esse Romanum? literate respondissem. an tacuissem? desertum negotium. Idem in Pison. 61 c. 25 Quas rationes si cognoritis, intelliges nemini plus quam mihi literas profuisse. ita enim sunt perscriptae scite et literate, vt scriba, etc. Scriptorum veterum literate peritus Cic. de Cl. Orat. c. 56. Compar. Idem ibid. 105 c. 28 Iisdemque temporibus L. Furius Pilus perbene Latine loqui putabatur, literatiusque quam caeteri. Conf. Augustin. Ep. 19, 4.

L I T E R Ā T Ū L V S, i. m. Dimin. Hieron. adu. Rufin. 1, 7.

L I T E R A R I V S, a, um. Adi. [*γραμματικός*] Quod ad literas pertinet. Plin. 9, 8 Ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, etc. i. in scholam. Quinct. 1, 4.

L I T E R Ō S V S, a, um. Adi. Idem quod Literatus. Cass. He- mina Annal. 4. Homo mere literosus. Haec *βυγγέματος* Onomast. Vet. Nonius 2, 495.

L I T E R A T I O, ōnis. f. Varro apud August. T. 1 p. 488. et Isidor. 1, 3.

L I T E R Ā T O R, ōris. m. [*γραμματιστής*] Qui literas nouit vel docet. Vid. Suet. de Clar. Gramm. c. 4. quem dedimus in Literatus n. 2. Quispiam linguae Latinae literator Gell. 16, 6. Literator Sulla Catull. 1, 4, 9. Literator etiam, Qui prima literarum rudimenta docet Apul. Flor. 4 p. 363 Prima cratera literatoris, ruditatem eximit, secunda Grammatici, doctrina instruit, etc.

L I T E R A T R I X, icis. f. Primas literas docens. Quinctil. 2, 14 Grammatice literatura est, non literatrix.

L I T E R A T O R I V S, a, um. Eruditio literatoria Tertull. de Idol. c. 10. Adde Quinct. 2, 14.

L I T E R Ā T Ū R A, ae. f. [*γραμματεία*] Ars, quae de literis tractat. Cic. in Partit. 26 Nihil sane praeter memoriam, quae est germana literaturae quodammodo, et in dissimili genere persimilis. Prima illa Literatura, per quam pueris elementa traduntur Sen. Ep. 88. Quinctil. 2, 14 Nos ipsam nunc volumus significare substantiam, vt grammaticae literatura est, non literatrix, quemadmodum oratrix: nec lite-

literatoria quemadmodum oratoria. Martian. Capella 3 Mihique attributum literarum formas propriis ductibus, lineare: hicque mihi Romulus literaturae nomen adscripsit. *Verba sunt Grammaticae. Paulo etiam latius patet Literatura, ut sit Literarum cognitio et scientia.* Cic. Philip. 2, 116 c. 45 Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, 5 cogitatio, diligentia. *De Caesare loquens.*

LITERIO, ōnis. m. *Idem qui Literator, cum contemptus notatione.* Ammian. Marcell. 17, 22 Iulianum carpentes appellantesque loquacem talpam, et purpuratam simiam, literionem Graecum.

LITERNVM, *vid.* LINTERNVM. 10

LITHANICVS, a, um. Adj. *Calculi morbo affectus.* Plin. 20, 22.

LITHARGYRYM, i. n. *sive LITHARGYROS, i. m. [λίθαργυρος] Argenti scoria, in duritiem lapideam compacta: cuius usus est in medicinis, appellantque pharmacopolae lithargyron argenti corrupte, ad differentiam scoriae vel spumae aureae, quam lithargyron auri no-* 15 *minant.* Plin. 26, 10.

LITHIZONTES, um. m. [λίθίζοντες] *Lapidibus similes, sive gemmae languidius lucentes.* Plin. 37, 7.

LITHOCOLLA, ac. f. *Glutinum, quo lapides coniunguntur. fit enim ex lapide Pario, aut marmore cum taurino glutino.* Plin. 7, 56. 20

LITHOSPERMVM, i. n. [λίθόσπερμον] *Herba, de qua* Plin. 27, 11.

LITHOSTRŌTOS, i. m. *et LITHOSTRŌTVM, i. n. [λίθόστρωτος] distilio composita ex λίθος lapis, et στρωτός stratus, est Locus lapidibus stratus. Latinis tessellatum, nunc musium opus. Lithostro-* 25 *ta ex parvulis crustis constabant, quibus solum pavimenti incrustabatur.*

Varr. de R. R. 3, 1 *Quum enim villam haberes opere tectorio et intestino, ac pavimenti nobilibus lithostrotis spectandam: parum putasses esse, ni tuis quoque literis exornati parietes essent. Ibid. c. 2 Nuncubi hic vides citrum, aut aurum? num minium aut armenium? num* 30 *quod emblema, aut lithostrotum? Add. Plin. 36, 25. Isidor. 19, 4.*

LITHOTŌMVS, i. m. [λίθότομος] *Lapidicida, Cels.*

LITICEN, *vid.* LITVVS.

LITIGATOR, LITIGIOSVS, LITIGO, LITIGIVM, 35 *vid.* LIS, litis.

LITO, āre. [καλλιεργεῖν] *et LITOR, āri. Dep. Sacrificio factio* deos placare, votumque impetrare. Semper sacrificare, nec vquam litare Plaut. Poen. 2, 41. *Vict. de Viris illust. 4 Et dum Numam*

Pompilium sacrificiis imitatur, Ioui Eliō litare non potuit, fulmine ictus cum regia conflagrauit. Cic. de Diuin. 2, 36 *Quum tristissima* 40 *exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur saepe pulcherrime. Ibidem 38 Quid quum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit ut litetur aliis, aliis non litetur? Plu-*

ribus hostiis caesis litare non posse Suet. Caes. c. 81. *Sacrificio non* litante Suet. Aug. c. 96. *vbi tamen de lectione dubitatur. Inter Lita-* 45 *re et Sacrificare hoc interest, ut ait Non. 5, 12 Sacrificare, est Veniam petere: Litare est Propitiare et votum impetrare. Virg. Aen. 4, 50*

*Tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis, Indulge hospitio. Seru. Diis litatis debuit dicere. Non enim sacra sed deo sacris lita-* 50 *mus, id est placamus. Ergo noue dixit. Succurrite et de latro-*

*nis huius sanguine legibus vestris et disciplinae publicae litate Apul. Met. 3. Sepulchrum mei Tlepolemi tuo luminum cruore litabo Apul. Met. 8 p. 206. Quem autem honorem litabimus domino deo Ter-*

*tull. de Pat. c. 7. Plura non habui, dolor, tibi quae litarem Sen. Med. sub fin. Litasse veteres quum dicebant, quo verbo grata accepta-* 55 *que diis immortalibus sacra fuisse intelligebant, a soluendo, si Varroni credimus, ita loquebantur; proinde quasi sit Litare, Lutare, i. luere et soluere. tum enim denique solutum diis esse videtur, quum acceptum fecere.*

Varronis verba sunt, Habes qui et cuius rei causa fecerim Hecatomben, in quo ego, ut puto, quoniam luere est solnere, lutau: *Itaque ut Ma-* 60 *ximus et Maximus dicitur: ita Lutau et Litau dici Varro videtur existi-*

*simasse. Turneb. Adv. 18, 20. ex Non. 2, 482. Mola falsa litant qui tura non habent Plin. Praef. Conf. Macro. 3, 5. Non. 5, 12. Exta ovis pastor*

*litabat Propert. 4, 1, 24. Victimae litare, apud Tranquill. Othon. c. 8. i. Victimis caesis litare. Non quacunque manu Victima caesa* 65 *litat Martial. 10, 73. Litare, pro Satisfacere. Plin. in Paneg. c. 52*

*desertus, Ergo istae quidem aereae et paucae manent, manebuntque: illae autem aureae et innumerabiles strage et ruina publico gaudio litauerunt.*

LITATVS, a, um. Festus: *Litatum alii solum, deditum Deo, quasi luitatum: alii ex Graeco a precibus, quas illi λιτάς dicunt.* 70 *Virg. Aen. 4, 50 Sacrisque litatis. Venerato Numine hostiisque lita-*

*to et votis Ammian. 22, 23.*

LITATO. [λιτάς] *Eo modo dictum, quo Auspicato. Liu. 5, 38 Non* deorum saltem, si non hominum metiores, nec auspicato, nec litato instruunt aciem diductam in cornua. 75

LITANDVM. Gerund. [καλλιεργητός] *Virg. Aen. 2, 118 Sanguine* quaerendi reditus, animaque litandum Argolica.

LITATIO, ōnis. f. [λίτανσις Gloss. Lat. Gr.] *Liuius 27, 23 Per* dies aliquot hostiae maiores sine litatione caesae: diuque non impetrata pax desunt. *Adde 41, 15. Plaut. Pseud. 1, 3, 99 Ut hodie ad li-* 80 *tationem huic suppetat satias Ioui.*

LITĀMEN, inis. n. *Sacrificium quo litatur. Prudent. Praefat. Ham-* martig. v. 50 *Cuius litamen sordet, et terram sapit.*

LITABILIS, e. *Hostia litabilis Minuc. Felix c. 32. Vi-* ctima litabilis, *i. grata, iusta Lactant. 1, 21. Litabilior victima* 85 *Idem Epit. c. 5.*

LITANIA, ac. f. *Αιτωμαί, pro λησσομαί supplico, precor; Graecum nomen ad publicas rogationes et supplicationes in Ecclesiis translatum est; et latinitate donatum Sidon. Epist. 5, 7. it. 14. et aliis. Vid. Walafrid. Strabon. de rebus Ecclesiasticis c. 28.* 90

LITTERA, *vid.* LITERA.

LITVURGIA, ac. f. [λειτουργία] *Ministerium sacrum. Vox Eccl.*

LITVURGICVS, a, um. Adj. [λειτουργικός] *Libri Litur-* gici apud Ecclesiast.

LITVGVVS, i. m. [λειτουργός] *Minister publicus. Mart. Capella* 95 *2 p. 45 Cum liturgos caelo miraretur adstare.*

LITVRA, LITVS, *vid.* LINO, linis.

LITVS, *sive LITTVS, ōris. n. [λίττωλος, λίτων, λίτη, λίτ,* 99 *λίτων] Terra, quae ab aqua tangitur. Dicitur quod alluitur, vel quod aqua ad id allidat, vel quod id aqua elidat: proprieque de mari dicitur. 100*

Sueton. in Neron. c. 27 *Dispositae, per litora et ripas diuersoriae* tabernae. *Litus (inquit Celsus iuriconsultus) l. Litus. D. de Ver-*

*borum et rerum significatione, est Quousque maximus fluctus a mari* peruenit, idque M. Tullium aiunt, quum arbiter esset, primum con-

*stituisse. Conf. Aquil. ap. Cic. Top. c. 7. Et quae disputamus ad Co-* 105

- lum. 4, 20, 2. *Add. Quinct. 5 extr.* Litus, de fluminibus etiam dicitur. *Vet. Poëta* in *Diris* 49 Litora quae dulces auras diffunditis agris, de *Mincio*. *Virg. Aen.* 7, 797 Qui saltus Tyberine tuos, sacrumque Numici Litus arant. Idem ibidem 8, 83 Litus, Terra mari vicina: inquit *Seruius*. Idem ibidem 4, 212 — cui litus arandum. *Plin.* 9, 57 Cauernasque faciat sibi in terra, atque in iis viuat, etiam reciprocis annibus siccato litore. Litus et Ripa, pro eodem accipi videntur etiam apud *Columel.* 1, 5 Villa semper mare recte conspicit, quum pulsatur, ac fluctu respersitur, nunquam ex ripa, sed paulum summota a litore, *vid. RIPA*. *Catull.* 61, 87 At ubi humida Albicantis loca litoris adiit. *Aprica litora, vid. APRICVS*. Arenosum litus *Lybiae* *Virg. Aen.* 4, 257. *Bibulum* *Ouid. Epist.* 17, 139. Breue et incertum *Tacit. Ann.* 14 et 6. Id. *Ann.* 33 Breuia litorum nudantur, *Curuum* *Virg. Aen.* 3, 16, *vid. CVRVVS*. *Densum* *Ouid. Met.* 2, 572. *Deserta* *Virg. Aen.* 3, 122. *Dira* Idem ibid. 7, 22. *Flauum* *Ouid. Met.* 15, 722. *Flauum vocat propter arenam*. *Fluctifragum* *Lucret.* 1, 306. *Fruticosa litora calcare* *Ouid. Epist.* 2, 121. *Virg. Aen.* 5, 149 — studiisque vauentum Consonat omne nemus: vocemque inclusa volutant Litora. *Incurui litoris bibulam lauit aequor arenam* *Lucret.* 2, 376. *Inhospitale, vid. INHOSPITVS*. *Inhospita* *Lucan.* 1, 367. *Iniquum* *Hor. Carm.* 2, 10, 4. *Innocuum* *Virg. Aen.* 7, 230. *Iuncofa* *Ouid. Met.* 7, 231. *Lactissima myrtetis* *Virg. Georg.* 2, 112. *Lata* *Ouid. Epist.* 2, 122. *Nuda* *Senec. Agamem.* 6. *Percussa fluctu* *Virg. Ecl.* 5, 83. *Porrecta* *Ouid. Epist.* 10, 93. *Procurua* *Virg. Aen.* 5, 765. *Raucum* *Stat. Theb.* 5, 291. *Scelerata* *Ouid. Met.* 13, 628. *Al. Limina*. *Siccum* *Virg. Aen.* 3, 135. *Non siccum litus, sed quod mare alluit* *Scribon.* 162. *Sinuosa blando anfractu* *Valer. Argon.* 2, 452. *Catull.* 62, 121 Aut vt vecta ratis spumosa ad litora *Diae*. *Vdum* *Hor. Carm.* 1, 32, 8. ¶ 2 *Verborum formulae*. *Applicare puppim litori* *Senec. Herc. fur.* f. 9. *Arare litora, vid. ARO*. *Contingere litus* *Lucan.* 8, 33. *Quinctil.* 5, 10 *Piscium quoque genera alia planis gaudent, alia saxosis, regionibus etiam litoribusque discreta sunt*. *Feriuunt fluctus litora* *Virg. Ecl.* 9, 43. *Interluit angusto litore diductas vrbes pontus* Idem *Aen.* 3, 411. *Nudare litora, vid. NVDVS*. *Petere litora cursu* *Virg. Aen.* 1, 161. *Et Aen.* 7, 10 *Proxima Circaeae raduntur litora terrae*. *Torquere clauum ad litora* Idem ibidem 5, 177. *Tunditur litus vnda* *Catull.* 11, 3. *Prouerbialiter vitur* *Cic. Att.* 1, 18 *Metellus non homo, sed litus atque aer, et solitudo mera*. *Positur etiam pro Seceffibus amoenis*. *Tacit. Hist.* 3, 63 *Vitellius de numero seruorum et electione litorum loquitur, vid. ibi Lipsium. Conf. ACTA*. *Coenare in litore* *Quinct.* 7, 3 p. 622. *Litora et Limina confunduntur a librariis, vid. LIMEN*. *LITOREVS, a, um. Adi. [αλιθαλιος] Quod est litoris, et ad litus pertinet*. *Arena litorea* *Ouid. Met.* 15, 725. *Arx* *Stat.* 45 *Achill.* 2, 28. *Virg. Aen.* 12, 248 *Litoreas agitabat aues*. *Seruius, Palustres*. *Cancer* *Ouid. Met.* 10, 127 *Domus litorea, Quae in litore, aut iuxta litus constructa est*. *Martial.* 10, 58 *Anxuris aequorei placidos Frontine recessus, Et propius Baias litoreamque dquum*. *Virg. Aen.* 3, 390. et 8, 43 *Litoreis ingens inuenta sub ilicibus sus*. *Myrtus litorea* *Ouid. Amor.* 1, 1, 29.
- LITORALIS, e. [αλιθαλιος] Idem*. *Catull.* 4, 22 *Neque vlla vota litoralibus deis Sibi esse facta*. *Piscis litoralis, In litore viuens*. *Plin.* 9, 17 *Nec litoralibus gratia*.
- LITORARIVS, a, um. Idem*. *Cael. Aurel. Tard.* 5, 11, 135
- 55 *Arenae litorariae feruor*.
- LITOROSVS, a, um. Adi. [αλιθαλιος] Plin.* 37, 10 *Calais saphirum imitatur, candidior, et litoroso mari similis, b. e. Eum aquae marinae colorem referens, qui est circa litus*. *Ager macerrimus litorosissimusque* *Seru. ad Aen.* 1, 7. *al. litorios*.
- 60 *LITVVS, i. m. [λίτιος] Gell.* 5, 8 *Lituus est virga breuis, in parte qua robustior est, incurua, qua augures vtuntur*. *Sic Macrobi. Saturn.* 6, 8. *Locus classicus est* *Cic. de Diuin.* 1, 30 c. 17 *Quid lituus iste vester (quod clarissimum est insigne auguratus) vnde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum vrbem condidit*. *Qui quidem Romuli lituus (id est incuruum, et leuiter a summo inflexum bacillum quod ab eius litui quo canitur, similitudine, nomen inuenit) quum situs esset in curia Saliorum, quae est in Palatio, eaque deflagrasset, inuentus est integer*. *Sed conf. lib. 2 c. 38 pr.* *Liu.* 1, 18 *Augur ad laeuam eius capite velato sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens; quem lituum appellauerunt*. *Qu. Fratrem lituum meae profectionis fuisse, ita enim scripsit Cic. Att.* 11, 12 *al. illicium*. ¶ 2 *Lituum Genus esse buccinae incuruae, scribit Fest.* vnde vox gracilior exiret. *Virg. Aen.* 6, 167 *Et lituo pugnas insignis obibat et hasta*. *Ab huius similitudine dictus est lituus baculus auguralis, teste Cicero in superiori exemplo, et Gell.* 5, 8. *Stridor lituum, clangorque tubarum* *Lucan.* 1, 237. *Stat. Theb.* 6, 228 *Et lituis aures circumpulsantur acutis*. *Quirinalis* *Virg. Aen.* 7, 187 *Terribiles* *Claud. de Conf. Mal. Theod.* 181. *Daturus erat iam lituus pugnae signa* *Ouid. Fast.* 3, 217. *Obibat lituo pugnas* *Virg. Aen.* 6, 167. *Scilicet in vulgus manant exempla potentum, Vtque ducum lituos sic mores castra Sequuntur* *Claud. de Laud. Stilic.* 1, 168. *Virg. Georg.* 3, 183 *Primus equi labor est, animos atque arma videre Bellantum, lituosque pati, i. lituorum sono non terri*. *Permissus sonus tubae lituo* *Hor. Carm.* 1, 13. *Strepuunt litui* Id. ibid. 2, 1, 18.
- 85 *LITICEN, inis. m. Eadem forma qua Tibicen, a Lituo, quod eo canat, dictum esse, et ab antiquis usurpatum probat Nonius* 1, 268 *Litices a Lituo; vt Tubicines, a Tuba, vid. et Varr. de L. L.* 4, 16. *Canus liticinum* *Ammian.* 14, 8. *Add. 16, 34. et vid. Cat. apud Gell.* 20, 2.

## L I V

- 90 *LIVEO, LIVESCO, LIVIDVS, vid. LIVOR*.
- LIVIVS, a, um. [Λίβιος] Romanae gentis nomen, quod summam dignitatem adeptum est in Liua Drusilla, uxore Augusti, quae matrimonii huius nomine Augusta, et adoptione Iulia dicta: de illius consecratione* 95 *sperata, Ouid. Fast.* 1, 536 *Sic Augusta nouum Liua numen erit*. ¶ 2 *Altera lux gentis Historicus Patauinus*. *De hoc Hieronymus ad Paullinum, Ad Titum Liuium lacteo eloquentiae fonte manantem de vltimis Hispaniae Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus, Et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnus hominis fama perduxit*. *Vid. Senec. Epist.* 45 et 100, et *Quinctil.* 10, 1. ¶ 3 *Memorandus etiam, vt reliquos taceamus, Liuius Andronicus, Liuii Salinatoris libertus, cuius filios erudit, ab eodemque ob ingenium libertate donatus*. *Auctor Eusebius, cuius etiam haec: Primus Romae fabulam dedit, C. Clodio Caeci filio et M. Tuditano COSS. anno ante natiuitatem Ennii.* 105 *Vid. Cic. de Clar. Orat.* 72. *Hor. Epist.* 2, 1, 69

Non equidem infector, delendaque carmina Liui  
 Esse reor: nemini quae plagosum mihi paruo  
 Orbiliū dicitare: sed emendata videri,  
 Pulchraque, et exactis minimum distantia, miror.

¶ 4 Arbos Liuia Columel. 10, 413. *inter ficus.* Familia Liuia Ta- 5  
 cit. Ann. 6, 51.

LIVIANVS, a, um. *Idem.* Aes Liuium Plin. 34, 2. Fici  
 Liuianae Columel. 5, 10, 11.

LIVOR, ōris. m. [*πελώμα, σμῶδιξ*] *Vestigium et nota sanguinis  
 suffusi, quae fit ex aliqua percussione aut contusione.* Artuum lior Scri-  
 bon. 180. Liiores 250. Liuoribus quasi maculis variari 187. Plin.  
 20, 22 Illinitur et liuoribus sugillatisque cum melle. Cels. 5, 18  
 Quod si facie contusa liuor suberuentus est. Tumidi liiores Iuuen.  
 Sat. 16, 11. Venit liuor pressos in artus Ouid. Met. 10, 258. Tu-  
 more aut liuore decoloratum corpus mortui si fit, significat eum vene- 15

no necatum Auctor ad Heren. 2, 8 c. 5. Liuor, *Colorem nigriorem si-  
 gnificat.* Varro, Paullatim liuor in candorem vertitur, et omnis ma-  
 cies e corpore abscedit. Ouid. Amor. 3, 5, 26 Sed niger in vaccae  
 pectore liuor erat. Idem Trist. 2, 454 Et quibus e succis abeat de  
 corpore liuor. *Metaph. de fructibus,* Columel. 12, 47 Haec candidior 20

est oliua, quam ea, quae contusione liuorem contrahit, i. *nigrescit.*  
 Iuuen. Sat. 2, 81 Vuaeque conspecta liuorem ducit ab vua, *proverbia-  
 liter.* ¶ 2 Liuor, *pro inuidia.* Liuor tabificum malis vene-  
 num, Intactis vorat ossibus medullas etc. Euphorb. in Catal. Virg. p.  
 175. Lucan. 1, 283 Liuor edax tibi cuncta negat, gentesque suba- 25

ctas. Inuidiae liuor, *vid. IMMACVLO.* Tacit. in vita Agric.  
 cap. 41 Pessimi malignitate, et liuore prouentibus principem  
 extimulabant. Acerbus liuor Claud. de Rapt. Proserp. 3, 290. Edax  
 liuor Ouid. Amor. 1, 15, 1. Firmicus 8, 1 Nam et istum tractatum  
 Petosiris inuido voluit liuore celare. Impediuntur maleuolentia et 30

liuore, ne quid faciant Brut. ad Cic. Fam. 11, 20. Laedere viuos  
 liuor, et inuiso carpere dente solet Ouid. ex Ponto 3, 4, 74. Pasci-  
 tur in viuis liuor, post fata quiescit Ouid. Amor. 1, 15, 39. Sum-  
 ma Petit liuor Ouid. R. A. v. 369. Rumpere liuor edax Ouid. Rem.  
 Am. v. 389. *vid. LIVIDVS n. 2.* 35

LIVĒDO, ūnis. f. *Idem.* Apul. Met. 9 p. 222 Dii boni! quales  
 illic homunculi vibicibus liuedinis totam cutem depicti.

LIVIDVS, a, um. Adi. [*πελιδός, πείλιος*] *Qui ex percussu carnem  
 nigram habet fluxione cruoris ad eum locum, qui percussus est.* Pli-  
 nius . . . Tapsiae succus sugillatis ac liuidis prodest. Articuli 40

los et artus liuidos facere Scribon. 188. Colla liuida facta lasciuus  
 notis Ouid. Amor. 1, 8, 98. Ora liuida facta digitis Id. Epist. 20,  
 82. Liuidus, Niger, *vt ait Seru. ad Virg. Aen. 6, 320* — illae re-  
 mis vada liuida verrunt. Brachia liuida armis Hor. Carm. 1, 8, 10.  
 Cortex Plin. 16, 15. Racemi Hor. Carm. 2, 5, 10. *maturitatis indi- 45*

*sium.* Liuida materno feruent adipata Veneno Iuuenal. 6, 631. Vo-  
 rago paludis liuidissima Catul. 18 (17) 11. ¶ 2 Liuidus, *In-  
 vidus: quod qui inuidia laborant, exedentes se dolore, hunc colorem con-  
 trahunt.* Martial. 1, 41 Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. Cic.  
 Tusc. 4, 28 Ergo inuidi et maleuoli, liuidi, et timidi, et misericor- 50  
 des, quia procliuēs ad eas perturbationes, non quia semper feruntur.  
 Liuidus et mordax Hor. Serm. 1, 4, 93. Dens Hor. Epod. 5, 47. *i.  
 cariosus.* Lingua Ouid. Fast. 1, 74. Obliviones Hor. Carm. 4,  
 9, 33. Multo liuidior sententia Sen. Contr. 14. *al. frigidior.*

LIVIDVLVS. Adi. Dimin. [*ὕπελιδνος*] Iuuen. Sat. 11, 110 55  
 Ponebant igitur Tusco farrata catino Omnia tunc: quibus inuideas,  
 si liuidulus sis.

LIVĪDE. Adu. Compar. Plin. 33, 7 Qui languidius ac li-  
 vidius lucent.

LIVĪDO, āre. *Liuidum reddere.* Paullinus Nol. ad Cyther. 60  
 Pallore vultum liuidet.

LIVIDINANS, antis. Petron. c. 138 Ipse Paris, Dea-  
 rum liuidinantium iudex. *Alii legunt Libidinantium, alii Litigan-  
 tium.* *vid. Gruter. Suspicion. 1, 12. et Barth. ad Stat. Achil. 2, 337.*

LIVEO, ēre. [*πελιδνόμεαι, κελιδόμεαι*] *Atrum esse.* Plin. 20, 43 Qui- 65  
 dam eodem nomine appellant pustulas liuentes ac noctibus infestantes.  
 Labellis impressis liuere os, aptius erat Ouid. Amor. 1, 7, 41. Ru-  
 bigine liuent dentes Id. Met. 776. ¶ 2 Liuere, *Inuidere.* Li-  
 vere iis, qui eloquentiam exercerent Tac. Ann. 13, 42, 3. Qui mihi  
 Liuet Martial. 6, 86. *Add. Id. 9, 24. Stat. Epithal. Stellae v. 150. ibi- 70*

*que Geuart.* Pompeius malignus homo fortunis aliorum semper li-  
 uens. Martial. 8, 61 Liuet Carinus, rumpitur, etc. *Add. Ta-  
 cit. Ann. 4, 2, 3.*

LIVENS, entis. Partic. Subfusca ac Liuentia Tac. Agric. 12, 9.  
 Thapsiam auxiliari etc. item in alopeciis sugillatisque ac liuenti- 75  
 bus Plin. 13, 22 *extr.* Brachia liuentia Ouid. Met. 6, 279. Crura  
 liuentia compedibus Idem Amor. 2, 2, 47. Genae Stat. Silu. 5, 5, 12.  
 Lacertos planctu liuentes atro Lucan. 2, 37. Nebula Sil. 6, 282. Pe-  
 ctora liuentia tundunt Ouid. Met. 8, 535. Plumbi liuentis glandes  
 Virg. Aen. 7, 687. Pruna nigro liuentia succo Ouid. Met. 13, 817. 80

Racemi Propert. 4, 2, 13. Terga liuentia equorum Sil. 7, 685. *De  
 Vuīs etiam adhibetur; vid. Heinsf. ad Sil. 7, 208.* ¶ 2 Item  
*Inuidus.* Fata liuentia Stat. Silu. 5, 1, 145. *Magis vsitatum est  
 Inuida fata.*

LIVENTER. Adu. *Fusce.* Paullin. Petrocor. 4, 192 Liuenter 85  
 fracto nigrescunt gutture fauces.

LIVESCO, ēre. [*πελιδνόμεαι*] *Liuidum fieri et inuidere.* Claud. de  
 Rapt. Prof. 3, 27 Haud equidem inuideo, nec enim liuescere fas est, Vel  
 nocuisse deos. Liuescit nulla caligine fusca, nec odit Explorato-  
 res nubila massa focos, *de Phiala* Martial. 8, 51. Digni liuescunt in 90  
 pedibus Lucret. 3, 527.

LIVESCENS, entis. Partic. Scribon. Larg. Comp. 181 Omni  
 sensu carent liuescentibus membris.

## L I X

95

LIX, licis. f. [*λίγις*] *Cinis.* Non, 1, 309 Lix etiam cinis dicitur,  
 vel humor cineri mistus. Varro apud Plin. 36, 27 Lix cinis est foci.  
*Videtur cognatum nomen esse liquando, liquori etc.* Sic Varro L. L. 4,  
 22 p. 28, 24 Elixum est e liquore aquae deductum. 100

LIXIVVM, i. n. *sive LIXIVIA,* ae. f. [*λίγια*] *Aqua, in qua  
 lauandi gratia decoctus est cinis.* Destillatio aquae cineribus liquatae,  
 quam Lixiuum vocant C. Aurel. Tard. 2, 3. Lixiuum e sarmento-  
 rum cinere factu potum Scribon. 182. Lixiuia cineris ex sarmentis  
 pota 198. Columel. 12, 16, 3 Sunt qui culmos fabae exurant, et 105

ex eo, quod cremauerunt, cinere lixiuiam faciant. Deinde in lixi-  
viae sextarios, etc. Lixiuam eliquato Colum. 12, 22, 1. i. humore cineri-  
bus effuso elicto. Idem 12, 16, 1 In olla noua fictili ampla praepara-  
tam lixiuiam cineris farmenti calefieri conuenit, etc. Add. Veget. 3,  
5 46. Scrib. Largus, Lixiua calda ex cinere farmentorum facta 184.  
Lexiuum dedit Mercer. Non. 1, 309.

LIXIUVS, vel LIXIUIVS, a, um, Adi. Scribon. Largus 216.  
228 Hoc teritur ex cinere lixiua. Sic ibidem frequenter Ex cinere lixi-  
ua, qua culinarii vtuntur 230. Cinis lixiui 229. vid. Rhod. Lex Scribon.  
10 Ser. Sammon. v. 802. Cinis lixiuius Plin. 14, 20, vid. CINIS. ¶ 2  
Vinum lixiuum [πεύθεπος οίνος] dicitur a Columel. 12, 41 quod Pli-  
nius Protropum vocat, vid. PROTROPVM. Nempe sic vocant quod  
sponte, sine vi prelorum destillat, ut aqua de cineribus. Sic Lixiuum  
(al. Lixiuum) mustum Cato 22, 2. Colum. 12, 27 et 36. Lixiuum  
15 oleum Veget. Mulom. 3, 13. Quasi lixiuum defluens oleum, al. li-  
xiuum Colum. 12, 50, 11.

LIXA, ae, [σκυσοφόρος] et pl. LIXAE, arum. m. sunt [ut scribit  
Festus Pompeius] Qui exercitum sequuntur, quaestus gratia. dicti  
quod extra ordinem sint militiae, eisque liceat quod libuerit. Alii  
20 eos a Licha appellatos credunt, quod et ille Herculem secutus sit.  
Quidam a liguriendo quaestum. At Non. 1, 309 haud paullo sapien-  
tius, Lixarum proprietas haec est, quod officium sustineant militi-  
bus aquae vehendae. Namque Lixam Aquam veteres esse dixerunt.  
Liu. 39, 1 extr. Itaque non lixa sequebatur, non iumentorum longus  
25 ordo agnen extendebat. Idem 23, 16 Impedimenta subsequi iussit,  
calones, lixaque, et inualidos milites vallum ferre. Sil. 5, 31

— Omnifque ruebat  
Mistus eques, nec discretis leuia arma manipulis  
Insertique globo pedites: et inutile Marti

30 Lixarum vulgus, etc.  
Vid. Burm. ad Quinctil. 8, 6 p. 744. Tacit. Ann. 2, 62. Curt. 3, 3,  
26. et Suet. Galb. c. 20. Non. 1, 238.

LIXVS, a, um. [ἄφθος] aiunt, quod est coctum cinere ol-  
lae supposito.

35 LIXO, are. [ἐψάω] Lixum facere, i. coquere dicunt.  
LIXABVNDVS, a, um. [σκυσοφορώδης] Lixam agens, qui exiguae  
mercedis gratia vilissimis sese obsequiis immiscet. Plaut. apud Festum,  
(vbi tamen non inueniebant) Qui famam tuam lixabundus et nomen  
foedas. Isidor. Gloss. Lixabundus ambulat, qui voluptatis  
40 causa ambulat.

LIXAMEN, inis. et LIXAMENTVM, i. n. Apud Apicium,  
qui esse monuit, errasse videtur in Liquamine et Liquamento. Cognatam  
esse Licem Liquori, ante dictum.

LIXATVRA, ae. f. Idem, apud Sidonium.  
45 LIXIO, onis. m. Aquarum portitor Gloss. Isidor.  
LIXVLA, ae. f. Dimin. Cibi genus ex farina, caseo et aqua com-  
missum Varr. de L. L. 4, 22 p. 27, 38. vbi et circulum magis incondite  
factum vocat.

LIXVS. [Λίξος] Colonia a Claudio Caesare facta in Mauritania,  
50 vel fabulosissime ab antiquis narrata. Ibi regia Antaei, certamen-  
que cum Hercule et Hesperidum horti. Affunditur autem huic aestua-  
rium e mari flexuoso meatu, in quo draconis custodiae instar fuisse  
nunc interpretantur. Verba sunt Plinii 5, 1. ¶ 2 Est et Li-  
xus, Annis in eadem ora, cuius meminit ibidem Plinius, et Pomponius  
55 Mela in fine sui operis.

## L O B

LOB A, ae. f. [ἡ καλυμένη λάβη] quid sit, interpretatur Plinius  
18, 7 Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est,  
60 nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolefcit ad  
pedes altitudine septem praegrandibus culmis: lobas vocant, omnium  
frugum fertilissimum. Conf. Apul. de Herb. c. 74.

LOBVS, i. m. [λαβός] Infima pars aurium, item iecoris fibra sic vo-  
catur vulgo, item binae partes, in quas abeunt semina quaedam, ut fabae.  
65 Sed Graecum est.

## L O C

LOCARIVM, LOCARIVS, LOCATIO, LOCATOR,  
vid. in LOCVS.

70 LOGELLVS, vid. Loculus, in LOCVS.

LOCITO, LOCO, vid. LOCVS.  
LOCRI, idos. f. [Λοκρίς] Regio est proxima Phocidi: dicuntur et  
LOCRI, eius regionis populi, itemque illorum colonia in Brutiis Italiae.  
Virg. Aen. 3, 399 Hic et Naritii posuerunt moenia Locri. Alii sunt  
75 Locri in Graecia cognominati Ozolae, a malo odore: alii Opuntii Boeo-  
tiis finitimi, qui et Epicnemidii dicti sunt.

LOCRENSES, ium. m. pl. Cic. Verr. 3, 89.  
LOCVLATVS, LOCVLAMENTVM, LOCVLVS, LOCV-  
PLES, vid. LOCVS.

80 LOCVS, i. m. pl. loci, m. vel loca, orum, n. [τόπος, χώρος,  
χωρίον] Quidquid aliquid continet: siue, ut ait Varro de L. L. 4, 2  
Vbi quidquam consistit. Nempe Locus ante appellatus, qui postea fun-  
dus: vid. Aucr. de Limit. ap. Rigalt. p. 337. Conf. Locuples. Plaut.  
Cistel. 4, 2, 8 Vbi ea sit nescio: nisi, ut opinor, loca haec circiter  
85 excidit mihi. Virg. Aen. 8, 46 Hic locus vrbs erit. Cic. in  
Partit. 36 In locis autem et illa naturalia, Maritimi an remoti a mari,  
Plani an Montuosi, Leues an Asperi, Salubres an Pestilentes, Opaci  
an Aprici: et illa fortuita, Culti an Inculti, Celebres an Deserti,  
Coaedificati an Vasti, Obscuri an rerum gestarum vestigiis Nobilitati,  
90 Consecrati an Profani. Loca et Locos, Gellius pro eodem ponit 6, 6  
Nam quoniam non ipsae tantum aues, quae prosperius praeuolant, sed  
etiam Loci quos capiunt, quod idonei felicesque sunt, Praepetes appel-  
lantur: idcirco Daedali pennas praepetes dixit, quoniam ex locis in  
quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat. Virg. Aen.

95 1, 369 Deuenero locos, vbi nunc ingentia cernis Moenia. Pro parte  
corporis humani solet vti Scribonius, v. g. Loco flamma praecalfacto 156.  
i. parte laesa. Morsus locus Scribon. 173. Radicum pilorum 230.  
Scabiei locus nitro ex aceto fricatur 253. ¶ 2 Formulae  
cum genitiuo: Ad id locorum, vid. AD praepositionem. Alienus  
100 loci, Qui peregrinus est in loco aliquo. Ouid. Fast. 1, 396 Di quoque  
cultores gelidi venere Lycaei, Et quicumque loci non alienus erat.  
Al. Ioci. Cultus locorum Stat. Silu. 2, 2, 41. Cultus, habitusque  
locorum Virg. Georg. 1, 52. Tacit. Ann. 14, 10 Non vt hominum  
vultus, ita locorum facies mutantur. Forma locorum Ouid. Trist.  
105 3, 4, 56. Virg. Aen. 9, 397 — ac videt Euryalum, quem iam  
manus



manus omnis Fraude loci, et noctis subito turbante tumultu Oppressum  
 rapit. Ignarus loci Virg. Aen. 2, 384. Ingenium loci Stat. Silu.  
 2, 2, 44. Opaca locorum Virg. Aen. 2, 725. Positus locorum  
 Stat. Silu. 5, 3, 236. Regio certa loci Lucret. 2, 260. Species,  
 cultusque locorum Stat. Silu. 2, 2, 41. Vbicunque locorum viuitis  
 Hor. Epist. 1, 3, 34. ¶ 3 *Epitheta*: Abdita loca, *vid.* Ab-  
 ditum, *in* ABDO. Aestiuus, *vid.* sub AESTAS. Affluens stu-  
 diis, *vid.* AFFLVO. Amicta niue Catul. 61, 70. Amoenus  
 locus, ab arbitris remotus Cic. Verr. 5, 79. Anceps et lubricus  
 Plin. Epist. 1, 8. Appositus, Apricus, *vid.* bb. vv. Aptus equis  
 Hor. Epist. 1, 7, 41. Arbustiuus, *vid.* ARBVSTVM. Aspera  
 loca Ouid. Met. 1, 510. Bacchata, Bellicosissimus, Bellus, Calcu-  
 losa, Capitalis, Circumiecta, Cliuosus, *vid.* ff. ll. Commodior  
 Ouid. ex Pont. 3, 3, 64. Qui oppidum non maximum maximis ex  
 pecunia sua locis Communibus monumentisque decorauit Cic. Verr. 2  
 c. 46. *Sed Locus Communis* Plaut. Caf. prol. v. 19. *i. terra vel*  
*orcus. It. Lupanar ap.* Sen. Contr. 1, 2. Conclufus Hor. Serm. 1,  
 4, 76. Culta Lucret. 1, 210. Decliuus et praeceps locus, *vid.*  
 DECLIUIS. Tacit. Ann. 1, 61 Incedunt moestos locos, visuque  
 ac memoria deformes. Deiecti et inferiores Caef. B. C. 1, 46. 20  
 Deserta pastorum Lucret. 5, 1386. Dira furiarum Senec. Herc. fur.  
 15. Dolens locus Scribon. 229. Editiora Caef. Bell. Ciuil. 1, 7.  
 Effera Ponti Valer. Argon. 4, 318. Finitimi Ouid. Epist. 7, 120.  
 Foeta furentibus Auftris Virg. Aen. 1, 55. Inanis, *vid.* INANIS.  
 Infamis Ouid. Epist. 18, 141. Idem in Ibin 365. Integer, *vid.* pauli 25  
 post, Vitiatus locus. Intumescens, *vid.* INTVMEO. Laetantia  
 aquarum Lucret. 2, 344. Virg. Aen. 6, 638 Deuenero locos laetos,  
 et amoena vireta Fortunatorum nemorum. Lapidosa, Latebrosus,  
 Lepidus, *vid.* bb. ll. Ouid. Met. 5, 133 Huius in obliquo missum  
 stetit inguine ferrum Lethifer ille locus. Liber, Medius mundi, 30  
*vid.* bb. ll. Moesti Tacit. Ann. 1, 61. Montosus, *vid.* sub MONS.  
 Muliebres loci Scribon. 156. Munitissimus habendi Senatus, *vid.*  
 MVNIO. Natalis Ouid. Amor. 2, 16, 38. Nebulosus,  
*vid.* NEVLA. Nefasti Stat. Theb. 1, 273. Notus prodigio  
 Ouid. Met. 6, 320. *al.* Lacus. Obnubila, *vid.* OBNUBILVS. 35  
 Obsita virgulis, et Obsita tenebris, *vid.* OBSERO. Occultissimus  
 Plin. 34, 6. *vid.* OCCVLTVS. Oculatissimus Plin. 34. *vid.*  
 OCVLVS. Opacus, *vid.* OPACVS. Opacus et frigidus in silua  
 Cic. de Orat. 3, 18. Opaca et siluis redimita Catull. de Berecynthi.  
 61, 3. Opletus crebro salicto, *vid.* CREBER. Opulenta Seneca  
 Herc. fur. 5. Palustris, *vid.* Palustris, *in* PALVS. Perbonus, 40  
*vid.* PERBONVS. Peruia equo Ouid. Met. 14, 361. Plena  
 metus Idem Met. 4, 111. Plena timoris Idem Met. 10, 29. Prae-  
 cipites Lucret. 4, 512. Praepetes *supra* vidimus e Gell. 6, 6. Pri-  
 vati, ac publici Tacit. Ann. 11, 38. Purus, *vid.* PVRVS. Redi- 45  
 mita siluis Catull. de Berecynthia 61, 3. Sacer Perf. 1, 113. Salu-  
 ber Claud. Conf. Hon. 4, 322. Secreta petere Hor. de Arte Poët.  
 298. Silentia Virg. Aen. 6, 265. *Intelligit Regna inferorum. Al.*  
 Tacentia. Non steriles Senec. Herc. Oet. 2. Surda, *in* quibus nullus  
 auditur strepitus, aut nulla vox Senec. Herc. fur. 7. Sic Caeca vocan- 50  
 tur loca, Quae senebricosa sunt. Viridis Eurotae, *i.* Prata Eurotae  
 Stat. Silu. 1, 5, 40. Cels. 5, 26 Si nihilo magis malum constitit:  
 vri id, quod est inter integrum ac vitiatum locum, debet. ¶ 4  
*Formulae verborum*: Abducere in aliquem locum, *vid.* ABDVCO.  
 Adducere in locum, *vid.* ADDVCO. Ambire locum Ouid. Met. 5, 55  
 624. Capere locum Virg. Aen. 5, 185. Captus opportune locus  
 ad eam rem Cic. pro Rosc. Amer. 68. Celebrare locum conuentu,  
 Cedere loco, *vid.* bb. vv. Cedit loco sententia mutata Virg. Aen. 9,  
 220. Circumferibere locum alicui, Committere se in locum prae-  
 cipitem, Compellere in vnum locum, *vid.* bb. vv. Complent 60  
 cursu loca camporum Lucret. 2, 323. Confluere in vnum locum,  
 Congregare vnum in locum, Conquiescere in loco, Conuenire  
 in locum, Conuestire locum dicitur hedera, *vid.* bb. vv. Dece-  
 dere loco Tacit. Ann. 3, 31. Deferre in aliquem locum, *vid.* DE-  
 FERRO. Tacit. Ann. 11, 38 Censendo nomen, et effigies priuatis, 65  
 ac publicis locis demouendas. *Sed. Metaph.* Quinct. 7, 3, 17 Demo-  
 vere formidine animum loco et certo de statu. Destinare locum  
 vulneri Senec. Theb. 1. Duplicet iste locus Hor. Epist. 1, 19, 47.  
 Errare ignotis locis Ouid. Met. 4, 294. Explorare novos locos  
 Virg. Aen. 1, 310. Facere locum muneribus Ouid. Am. 2, 13, 26. 70  
 Fungitur primo loco leuissima quaeque quaestio Quinctil. 3, 6, 8  
*i. collocatur quasi in acie.* Imposuere delubra nefastis locis Stat. Theb. 1,  
 274. Inaugurare locum, *vid.* INAVGVRO. Incolere locum  
 aliquem, *vid.* INCOLO. Ouid. Met. 2, 338  
 Repperit ossa tamen peregrina condita ripa, 75  
 Incubuitque loco, nomenque in marmore lectum  
 Perfudit lachrymis. Incurrere in loca, Insi-  
 dere locum insidiis, Instruere locum, Intendere locum fertis,  
*vid.* bb. vv. Legunt loca forte Virg. Aen. 5, 132. Migrare in  
 locum, *vid.* MIGRO. Moliri locum Virg. Aen. 7, 158. Motus 80  
 est loco grex noster per tumultum Terent. Phorm. prol. 33. *i. exattus*  
*de theatro, vt non liceret agere fabulam.* Mutare locum, *vid.* MVTO.  
 Mutare locum in melius Lucan. 6, 60. Mutare se loco Hor. Serm.  
 2, 7, 64. Cic. Att. 1, 15 Nactus mihi videbar locum refecandae  
 libidinis, etc. Noui locum vbi sit, *vid.* NOSCO. Obsidere 85  
 locum, et Locus obsessus corporibus. *vid.* OBSIDEO. Optare  
 locum, pro Eligere, *vid.* OPTO. Ordinare locum vitibus, *vid.*  
 Ordino, *in* ORDO. Homo locum ornat, non ornat hominem  
 locus Anon. ap. Charif. Parare locum, *vid.* PARO. Penetrare  
 locos Lucret. 4, 1240. Pererrare omnem locum Virg. Aen. 5, 442. 90  
 Possidere locum Lucret. 1, 965. Vadit celeberrima per loca Hor.  
 Epist. 1, 17, 28. Id. Serm. 1, 8, 18 — furesque, feraeque suetae  
 Hunc vexare locum. ¶ 5 *Formulae promiscuae*: Eo loco  
 Scribon. 84. *i. ibi.* Cic. de Orat. 3, 176 Nam siue de caeli natura  
 loquitur, siue de terrae, siue de diuina vi, siue de humana, siue ex 95  
 inferiore loco, siue ex aequo, siue ex superiore. *De inferiore loco,*  
*est ad Iudices: de superiore, pro Reftris: ex aequo, est in Senatu.*  
 Budaeus. Priore loco causam dicere, est Ante defendere, quam quis sit  
 accusatus. Cic. pro Quint. 84 Aut causam capitis, si sponsonem  
 fecisset, priore loco diceret. Budaeus. Add. Cic. ib. 8. et 31. Post- 100  
 riore loco causam dicere. *i. Defensorem esse, et pro reo dicere.* Cic.  
 pro Quint. 33 Quoniam maiores ita constituerunt, vt qui pro capite  
 diceret, is posteriore loco causam diceret. Cic. Fam. 16, 6 Adhuc  
 dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti.  
 Secundo loco, pro Aeterea. Cic. Fam. 1, 6 Facile secundo loco me 105  
 VOL. III.

- consolatur recordatio meorum temporum. ¶ 6 Locus est Status, Condicio, qua quis est aut esse dignas habetur, ordo, honos etc. In eum locum res rediit. Plaut. Bacch. 4, 2, 24. Ter. Adelph. 3, 2, 46. Peiore res loco non potest esse, quam in quo nunc sita est
- 5 Cic. ad Brut. 3 Nostrae res meliorem loco videbantur. *Add. Id. Att. 11, 13. Sic Virg. Aen. 2, 322 Quo res summa loco Panthu? vid. Melior in BONVS.* Deduxit rem in eum locum Cic. Att. 2. Incidi in eum locum, *vid. INCIDO.* Cic. Att. 3, 24 Haec res quemadmodum ceciderit, et tota res quo loco sit, velim ad me scribas.
- 10 Simus ut meliore loco, ne optandum quidem est Cic. de Arusp. Resp. 61. Eo loci res erat, et causa nostra, ut, etc. Cic. pro Sext. 67 c. 31. Venerat res in eum locum, vel deducta est, ut nisi, etc. Cic. ad Brut. 7. *Et Fam. 16, 11, (12)* In eum locum res deducta est, ut nisi quis deus, vel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus.
- 15 Cic. Fam. 12, 27 (28) Res neque nunc difficili loco mihi videretur esse. *Id. Att. 6, 1* Quoad mecum rex fuit, per bono loco res fuit. *Speciatim ad genus s. nascendi conditionem refertur.* Sallust. Catil. 23. *pr.* Natus haud obscuro loco. Cic. pro Flac. 18 c. 8 Honesto loco natus. *Sic Ignobili loco natus, vid. IGNOBILIS.* Infimo loco natus
- 20 Cic. pro Flac. c. 11. *pr.* De Summo loco summoque genere Plaut. Capt. prol. 30. Summo loco natus Liu. 1, 34. Is erat loci Senatorii Gell. 12, 1. Lamprid. Alex. Sev. c. 19 Libertinos nunquam in Equestrem locum redegit, asserens seminarium senatorum Equestrem locum esse. *Huc refertur, cum Locus, pro amore, gratiaque ponitur.*
- 25 Cic. Philip. 2, 71 c. 29 Quem locum apud ipsum Caesarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti? *Sic Obscuro positus loco, i. non celebri et claro* Senec. Thyest. f. 4. Iuuen. Sat. 10, 110 Quid Crassos, quid Pompeios euertit, et illum Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?
- 30 Summus nempe locus nulla non arte petitus, etc. Assignare potissimum locum Quinctil. 4, 3. Attribuere locum, *vid. ATTRIBVO.* Caes. B. Gall. 1, 26. *extr.* Qui si iuuissent, eodem se eos loco quo Heluetios habiturum. Habere eo loco honestatem, ut sine ea, etc. Cic. de Fin. . . . .
- 35 Obtinere locum primum ac potentissimum Quinctil. 6, 5. Cic. de Petit. Consul. 4 Prodest quorum in locum ac numerum peruenire velis, ab his ipsis illo loco ac numero dignum putari. Reponere in aliquo artis loco Cic. de Orat. 2. Est locus non Homero soli (ut de Graecis loquar) aut Archilochus, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis vel etiam infra secundis
- 40 *loc. Cic. in Orat. 4.* Esse eodem loco apud patronum quo alius Cic. Fam. 13. *Id. pro Domo c. ult. Et pro Planc. 81* Qui in mea salute principem semper locum auctoritatemque tenuistis. Cic. de Clar. Orat. 137 c. 36 Qui hoc munere in ciuitate functi sunt, ut tenerent oratorum locum. Quinctil. 3, 3 Huic quoque igitur necessario tribuendus est quintus locus. ¶ 7 Locus pro Vice. Ter. Andr. 1, 5, 57 Si te in germani fratris dilexi loco, siue haec te solum semper fecit maximi. Idem Heaut. 1, 1, 52 Licere speras facere me viuo patre, amicum ut habeas prope iam in vxoris loco? Cic. in Verr. Diuinat. 61 Praetorem Quaestori suo, parentis loco esse oportere.
- 50 Ascendere in locum Id. pro Cluent. 150. Amare in loco fratris, *vid. IN* praepositionem. Cic. Verr. 2, 29 Reuera multo magis est petendum ab hominibus, si salui esse volumus, ut eant nobiscum in prouinciam, quam hoc illis in beneficii loco deferendum. Duce mini ipsi in hostium numero locoque Cic. Verr. 5, 124. Esse te mihi fratris loco duco Id. Fam. 5, 3. Habere aliquem loco vetustissimorum familiarium Afri. *ad Cic. Fam. 10, 31. Cic. de Invent. 2, 144* Petebat id sibi loco praemii. Positum loco Id. Fam. 8, 16. *med. subaud. suo: vid. Manus. et Victor.* Cic. in Pison. 31 c. 14 Tunc etiam immanissimum ac foedissimum monstrum ausus es, meum discessum illum, testem sceleris et crudelitatis tuae, in maledicti et contumeliae loco ponere? Putant criminis loco, quod viuum Cic. Fam. 7, 3. Qui voluptatem nullo loco numerat? *b. e. Nihil facit* Cic. de Finib. 2, 90. *vid. NUMERO.* Quinctilianus 12, 1, 28 Nam quomodo pugnam incipientibus, tot simul metus laborum, dolorum, postremo mortis ipsius exciderint, nisi in eorum loco pietas et fortitudo et honesti praesens imago successerit? Cic. ad Brut. 13 Succedere in patris locum. Cooptari in locum alterius, *vid. COOPTO.* Duceretur quae mulier in concubinae locum Cic. de Orat. 1, 183. Inaugurari in locum alterius, *vid. INAUGURO.* Petere Consulat
- 70 tum in locum alterius, *vid. IN* praepositionem. Mittere aliquem in locum alterius, *vid. MITTO.* Cic. . . . . In iniuriae loco id numerant si quando ab inimicis admoneantur. Cic. . . . . Restitui in eum locum cupit unde decidit. Substituere in locum Quinctil. . . . . Id. 6, 1 In locum lacrymarum eius ipse successit. Plaut. Bacchid. 4, 9, 116
- 75 Verum ut ego opinor, si ego in istoc siem loco, dem potius aurum, quam illum corrumpi sinam. ¶ 8 Locus interdum opportunitatem loci, temporis, hominum etc. significat: Cic. in Partit. 8 Loco tu quidem quaeris, sed planius quoduis explicabitur, quum ad orationis ipsius, quaestionumque rationem venero. Cic. de Legib. 3, 40
- 80 Huic iussa tria sunt, ut adsit: nam grauitatem res habet, quum frequens ordo est, ut loco dicat: id est rogatus. ut modo: ne sit infinitus, *vid. DICO.* *Add. Cic. ib. 11. Sic etiam locis* Quinct. 9, 4, 83 Vtrumque locis vtile, *i. suo quidque loco, tempore etc.* Cic. Fam. 11, 16 Quemadmodum coram qui ad nos intempestiue aduunt, molesti saepe sunt: sic epistolae offendunt non loco redditae, *i. non opportune.* Dicere certo loco, *vid. CERTVS.* Cic. Verr. 5, 37 c. 14 Ut haec ipsa aedilitas — recte collocata, et iudicio populi in loco posita esse videatur. In loco, *Opportune.* Ter. Heaut. 3, 2, 26 In loco ego vero laudo. *Budaeus. Interdum, vel Nonnunquam, aut Opportune interpretatur, vid. IN. Conf. Manus. ad Cic. Fam. 11, 16.* Dulce est desipere in loco Hor. Carm. 4, 12, 28. Ter. Andr. 1, 4, 6 Dii date facultatem obsecro huic pariundi, atque in aliis potius peccandi locum. Plaut. Capt. 2, 1, 18 Ut sine hisce arbitris atque vobis, nobis detis loquendi locum. Veritas locum ubi consistat, reperire non poterit
- 95 Cic. pro Quint. 5. Id. pro Planc. 81 Si in mea familiaritate locus esset nemini nisi litigioso aut nocenti. Idem pro Muraen. 12 Maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est: quod omnia laus occupauit. Cic. in Catil. 4, 21 Erit profecto inter horum laudes aliquid loci nostrae gloriae. Admonitionibus alicuius locum relinquere Cic. Fam. 1, 1. Locus ignoscendi apud hominem constantem Cic. pro Muraen. 63. Id. de Fin. 3, 66 Quod nisi ita se haberet, nec iustitiae vllus esset, nec bonitati locus. Idem pro Quint. 49 Mors honesta saepe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honestae locum relinquit. Preci locus non est relictus: *b. e.*
- 105 *Precibus amplius flecti non potest* Ter. Andr. 3, 4, 22. Liu. 24, 8. *pr.* Si aut

Si aut pacem in Italia, aut bellum cum eo hoste haberemus, in quo negligentiae aut errori locus esset. Dare locum Oratori Cic. de Orat. 1, . . . Si Peccato locus esset Sall. Cat. 52, 35. Rationi dare locum, *Cedere rationi et ratione vii* Cic. pro Quint. 53. Segnitiae nihil loci Ter. Andr. 1, 3, 1. Consilii locum non habere neque auxilii copiam Id. Andr. 2, 1, 20. Differendi locus Cic. de Fin. 1. Faciendae medicinae non erit locus Cic. pro Quint. 8. Id. Att. 9, 16 Bonis viris quod ais probari quae adhuc fecerimus, scirique ab iis non profectis, valde gaudeo: si est nunc vllus gaudendi locus. Instituti aut docendi locum nullum habeo Cic. in Orat. 143. *i. Nullam temporis partem.* Respirandi non est locus Cic. Q. Frat. 3, 1. Nulli improbo locus est ad Rempublicam violandam Id. Fam. 1, 9. Patet fugae locus, *vid. PATEO.* Ter. Andr. 1, 1, 127 Quis igitur relictus est obiurgandi locus? Defuit fortunae Destruendi eius locus Vell. 2, 48, 2. Cic. pro Quint. 61 Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est? *i. Occasio, ut ait Budaens.* Existimandi nonnihil loci dare alicui secus Cic. Fam. 3, 6. Sermoni obtractatorum locum non reliquit in tam suspiciosa ac maledica ciuitate Cic. pro Flacc. 68. Locum ad occasionem Aperire Liu. 4, 31. *pr. Aperire locum suspicioni, vid. APERIO.* Dare locum dubitationi Cic. Off. 2, 17. Id. Fam. 12, 14 Ego nullum locum praetermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem. Quinctil. 3, 5 Erunt quaedam remotae ab affectibus, qui vt non vbi- que habent locum, ita quocumque irrumpunt, plurimum valent. Quaerere locum insidiis Liu. *saepius.* Seditioni Id. 3, 46. *vbi vid. Gronou.* ¶ 9 Locus pars argumenti, de quo agitur: pars scripti- ans libri, quae describitur, legitur, ad quam prouocatur. Ter. in prol. Adolph. 9 Qui lenoni eripuit meretricem in prima fabula. Eum Plau- tus locum reliquit integrum. cum hic locum sumsit sibi in Adelphos. Cic. de Legib. 2 Et hunc locum satis in iis libris, quos legistis, expref- sit Scipio. Id. de Orat. 2, 203 c. 50 Qui locus a te praetermissus est in Cepionem? Cic. in Verr. 5, 2 Nouilocum, video vbi se iacta- turus sit Hortensius. Dum ad Locum venias Id. Fam. 5, 12. *Sic.* ¶ 10 Loci, orum, *Sedes argumentorum sunt, quae intra se continent argu- menta, et ex quibus ipsa argumenta petenda sunt.* Cic. de Orat. 2, 130 c. 30 Habere oportet certos locos, qui, vt literae ad verbum scriben- dum, sic illi ad causam explicandam statim occurrant. Sed hi loci ei demum oratori prodesse possunt, qui est versatus in rebus, vel vsu, quem aetas denique affert — Nam si tu mihi quamuis eruditum ho- minem adduxeris, — si erit idem in consuetudine ciuitatis — hospes, non multum ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta promuntur. Cic. in Orat. 46 Idemque locos (sic enim appellat, quasi argumentor- um notas) tradidit. Ibid. 162 Itaque hunc locum longe, et late patentem philosophi solent in officiis tractare. Idem in Topic. 8 Locus est argumenti sedes. *Et p. a.* Sic (Loci) enim appellatae ab Aristotele sunt hae quasi sedes, e quibus argumenta promuntur. *Sed totus nimirum ille Tullii libellus huc pertinet.* Penetralia loci Quinctil. 6, 2. Frequens locus Idem 7, 3. Fusus est latius locus hic Quinctil. 6, 5. Magnus locus philosophiaeque Proprius Cic. de Diuinat. 2 c. 1. Quinctil. 4 prooem. Quum ad aliquem grauiorem venissent locum. Laetus, atque plausibilis locus Quinctil. 4, 3, 1. Repetiti loci ex intima quaestionum naturalium subtilitate Idem 1, 4, 4. Est hic locus late Patens de natura vsuque verborum Cic. in Orat. c. 48. *extr.* Speciosi Quinctil. 7, 2. Vberes Idem 5, 13. Verbofissimi Quinctil. 2, 4. Idem 6, 2 Non tamen potui ac ne debui quidem, locum istum in vnam speciem concludere. Consti- tuere locum Quinctil. 4, 2. Ediscere locos electos Idem 2, 7. Excutere locos argumentorum Quinctil. 4, 10. Exercere locum Idem 4, 2. Instare loco Quinctil. 7, 2, 36. Cic. de Orat. 104 Loci communes, qui de vniuersa re tractari solent, vt, etc. Idem in Orat. 126 Tamen in communibus locis maxime excellet: qui com- munes appellati, eo quod videntur multarum iidem esse causarum, sed proprie singularum esse debent. *De Auxesi.* Coniicere in communes locos Cic. in Parad. 1. *vid. CONIICIO.* Tradere locos communes Quinctil. 5, 1. *vid. 2, 1, 9. et II. etc.* ¶ 11 Locus pro tempore. Interea loci Sall. Iug. 63. et 72. *Sic, ad id loco- rum, tunc locorum etc. Vid. Gronou. ad Liu. 27, 7. extr.* ¶ 12 Loca, *δημοι, κωμαι:* *vid. Graeu. ad Cic. Att. 7, 3 p. 673.* ¶ 13 Loci muliebres *ἰτέρα, κλῆραι, μήτρον* Vet. Gloss. *Sunt nempe Loci, pluraliter tantum. Vterus mulieris, quem Matricem etiam vocant.* Mu- liebres loci durissimi Scribon. 156. Varr. de L. L. 1, 2 in Origin. Sic loci muliebres in quibus nascendi initia consistunt. Plin. 11, 37 Feminis eadem omnia, praeter vesicae iunctus vtriculus, vnde dictus vterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus vuluam. Loci, *de equa etiam dicitur.* Columel. 6, 27 Quod si admiffarius iners in Venerem est, odore perfricatur deterfis spongia feminae locis, et admota equi naribus. Loca, *de pavonibus.* Co- lumel. 8, 11 Saepiusque digitis loca feminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt oua. *De virorum genitalibus est ap. Lucret. 4, 1032. 1041. 1043.* ¶ 14 Loca et lautia dare Liu. 28, 39. *i. reci- pere in domum et victum praebere, de militibus.* ¶ 15 Locus, *Sepulcrum notat. Plura exempla in Inscriptionibus antiquis: vt Romae:* LOCVS OPORTVNI CIRCITORIS CONIVGISQVE EIVS ALBINAЕ, etc.

LOCVLVS, i. m. Dimin. [*λοκιδιον*] Paruus locus. Plaut. 85 Milit. 3, 2, 38 Sed in cella paullulum erat loculi lubrici. Loculus Archimedi quid esset, indicauimus in OSSICVLVM n. 2. ¶ 2 Loculamentum, pars caui maioris Varro de R. R. 3, 17 Hortensius fami- liaris noster quum piscinas haberet magna pecunia aedificatas ac locu- los, ita saepe cum eo ad villam iui. *Ex vetusto codice legitur, Aedi- ficatas ad Baulos.* ¶ 3 Loculi [*γλωτοκομῆον*] in quibus pecunia seruatur. Martial. 14, 12 describuntur loculi eborei s. eburnei. Hos nisi de flaua loculos implere moneta Non decet: argentum vilia ligna ferant. Lignei Martial. 14, 13. Loculi, in quibus erant claues vinariae cellae, quas resignauit matrona Plin. 14, 12. s. 14. Hebeni 95 loculi ex quorum tabellis Mercuriolum artifex expediuit Apul. Apol. p. 301. Sic Varr. de R. R. 3, 5 Quendam deprehensum tesserulas coniicientem in loculum. Iuuen. Sat. 13, 139 Gemmaque princeps Sardonychum, loculis quae custoditur eburnis. Condi loculis Ouid. Amor. 2, 15, 19. Demittere numum in loculos Hor. Epist. 2, 1, 100 175. Depromit gramina loculis eburnis Ouid. Fast. 6, 749. Locu- lus et sacculus. Martial. 5, 41 Excussi loculosque sacculumque, *i. quidquid domi in loculis erat, quidquid mecum gestabam in sacculo sive crumena.* Iuuenal. 1, 89. *maximam summam descripturus, ait;* Neque enim loculis comitantibus itur Ad casum tabulae, posita sed luditur arca. 105 Loculi, quam scatolam vocant hodie, arca maior. Laeuo suspensi

Loculos tabulamque lacerto Hor. Sat. 1, 1, 74. et Epist. 1, 1, 56. *i. tabulam loculatam.* Plaut. Casin. 2, 8, 11 At candidatus cedit hic mastigia, stimulorum loculi. *i. Vt in loculis seruatur pecunia, ita hic meretur, ut in ipso stimuli recondantur, quo vexetur magis.* ¶ 4

5 Loculus, Feretrum, in quo mortui includuntur. Plin. 7, 2 Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo.

LOCCELLVS, i. m. *Paruus loculus.* Martial. 14, 13 Si quid adhuc superest in nostri faece locelli, Munus erit: nihil est, ipse locellus erit. *Conf.* 10, 88.

10 LOCVLĀTVS, a, um. Adi. *Quod habet diuersos locos.* Varr. de R. R. 3, 17 Nam vt Pausias; et caeteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi diuersi colores sint, certas: sic hi loculatas habent piscinas, vbi dispares discusos habeant pisces. *Vetus exemplar habet, Vbi discolors sint cerae.*

LOCVLĀRIS, e. Adi. *Locularis refina* Pallad. Feb. t. 25, 23. *Sed Gesner. hunc locum suspectum habet, et suspicatur aliquid de larice.*

20 LOCVLAMENTVM, i. n. *Locus distinctus, in cauo maiore, a loculis.* Columel. 8, 8 Vel si non ita competit, paxillis adactis tabulae supponuntur, quae vel loculamenta, quibus nidificent aues, vel scitilia columbaria recipiant. Idem 9, 12 Loculamentum, pro *Conceptaculo, siue theca.* Vitruu. 10, 14 Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, inclusum in alterum loculamentum collocetur. *Ibid.* Inque eius tympani theca (siue id loculamentum est) fiat foramen. *Loculamenta appellantur etiam, Loculi libris digerendis compositi in bibliotheca.* Senec. de Tranquill. vitae c. 9 Apud desidiosissimos videbis, quidquid orationum historiarumque est, et tecto tenus exstructa loculamenta.

30 LOCVLŌSVS, a, um. Adi. *Multis loculis plenus.* Plin. 15, 22 Sola differentia generum in putamine duro fragiliue, et tenui ac crasso, loculoso et simplici.

LOCĀLIS, e. Adi. *Ad locum pertinens.* Locales aerumnæ Ammian. 14, 7. Determinatio localis Tertull. aduers. Marc. 4, 24. *Add.* Claud. Mamert. 3, 4.

35 LOCALĪTER, Adu. *Idem.* Localiter appellatus Ammian. 19, 12. Et Tertull. de Pallio c. 2 Mutat et nunc localiter habitus, cum situs laeditur. *Conf.* Cl. Mamert. 3, 3.

LOCALĪTAS, ātis. f. *Necessaria corporis affectio.* Vid. Claud. Mamert. de Statu animae 3, 3 et 4.

40 LOCVPLES, ētis. [*πολυπλάμων, πολυκλήμων, εὐπορος*] omnis generis secundum Priscianum: *ablatiuo locuplete vel locupleti.* Dicitur a *lata humo, hoc est locorum plenus: qui multas possessiones habet, vid.* Gell. 10, 5. Hinc et Locupletes dicebant loci, hoc est agri plenos Plin. 18, 3. *Conf.* Quid. Fast. 5, 279. Fest. Locupletes, locorum multorum domini. Quinctil. 5, 10 Praeterea finimus aut vi, sicut superiora: aut *ἐπιμολογία*, vt assiduum ab assidendo, et locupletem a

45 locorum, pecuniosum a pecorum copia. *Sed latius patet, et genus omne diuitiarum complectitur.* Cic. de Senect. 56 Semper enim boni assidue domini referta cella vinaria, olearia, et penaria: villaque tota locuples est, abundat porco, hoedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Hor. Serm. 2, 6, 102 in Locuplete domo. *Locuples est*

50 *Tenuis aut egens, contraria.* Cic. Verr. 2, 138. *Sic* pro Planc. 86 Egentes in locupletes, perdit in bonos, serui in dominos armabantur. Pauperes et Locupletes, *contraria.* Hor. Epist. 1, 1, 25 Id quod

55 Aequae pauperibus prodest, locupletibus aequae. *Sic festinanti semper Locupletior obstat* Hor. Sat. 1, 1, 113. Censu institutus, vt insignis ad inuidiam Locupletiorum fortuna esset Liu. 1, 47. *extr.* Parum locuples Hor. Carm. 2, 18, 22. Tu me fecisti locupletem Hor. Epist. 1, 7, 15. Locuples copiis rei familiaris, et pecuniosus Cic.

60 pro Rosc. Com. 44. Annus locuples frugibus Hor. Epist. 2, 1, 137. Ciuitas locuples copiis Cic. Verr. 3. Hor. Serm. 2, 6, 102 Quum ponit vterque in locuplete domo vestigia. Homo domi suae cum primis locuples Cic. Verr. 2. Prouincia locuples ac referta Cic. de Orat. 1, 161. et Verr. 5, c. 19. Regio locupletissima Nep. 17, 3, 1.

65 Villa Cic. de Sen. 56 c. 16 quae abundat porco, hoedo, agno etc. *Ad alia transfertur.* Cic. de Orat. 3, 185 c. 48 Inde ille licentior et diuitior fluxit dithyrambus: cuius membra et pedes, vt ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa. Eloquentia locuples, et speciosa vult esse Quinctil. 5, 14. Lingua Latina locupletior quam

70 Graeca Cic. de Fin. 1, 10. Lysias locuples oratione, rebus ipsis ieiunior Cic. de Fin. 5, 3. Locuples, *Large instructus et copiosus. metaphorice.* Cic. de Nat. Deor. 1, 313 Locupletior igitur hominum natura ad beate viuendum est quam deorum: quod pluribus generibus fruitur voluptatum. Locuples, *Firmus certusque ad rem quamlibet.*

75 v. g. *Testes ex censu et facultatibus spectantur, quod homines tenues et egentes facile pretio ad falsum dicendum adducantur. Vnde Testes idonei, Locupletes testes dicebantur.* Cic. in Topic. 73 Opulentos homines, et aetatis spatio probatos, dignos quibus credatur putamus. non recte fortasse: sed vulgi opinio vix mutari potest. Cic. de

80 Diuin. 2, 119 c. 58 Iam Pythagoras et Plato locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos, etc. Id. Offic. 3 c. 2 *extr.* Accedit eodem testis locuples Posidonius: qui etiam scribit in quadam epistola, etc. Tabellarius locuples, *pro Fideli, certo, et idoneo, cui recte literas committere possis.* Cic. Q. Frat. 3 Sed quaero

85 locupletem tabellarium accipiat. Locuples ad augendum facultatem dicendi Quinctil. 10, 1 De Varrone.

LOCVPLETISSIME, Adu. Filia locupletissime dotata Epit. Victor. in Vesp. Locupletissime muneratus Spartian. Hadr. c. 3.

90 LOCVPLETO, āre. [*πλησιζω*] *Locupletem, i. diuitem facere: nam illam locorum i. praediorum notionem plane videtur amisisse.* Columel. 3, 3 pr. Vt ante perpensum, et exploratum habeamus, vt locupletet patrem familiae vinearum cultus. Cic. Verr. 3, 185 Ob haec res quoniam te locupletauit, hoc annulo aureo dono. Idem Offic. 1, 43

95 Hi arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacumque ratione. Cic. de Clar. Orat. 331 Qui non linguam modo acuisset exercitatione dicendi, sed et ipsam eloquentiam locupletauisset grauiorum artium instrumento. Multitudinem excursionibus locupletauit Nep. 1, 2, 1. Fortunis locupletare Cic. de Lege Agrar. 2, 67 c. 26.

100 LOCVPLETĀTVS, a, um. Cic. Verr. 5, 80 c. 31 Hac tanta praeda auctus, mancipiis, argento, veste locupletatus, etc. Praediis locupletatus Suet. Neron. 30. Voluptas locupletata perfectione vitae Cic. de Fin. 2, 38.

105 LOCVPLETĀTOR, ōris. m. Eutrop. 10, 7, 9 Familiarium locupletator. Et Numo Hadriani apud Vaillant. tom. 1 p. 66 LOCVPLE-

CVPLETATORI ORBIS TERRARVM. *Adde Spanb. de Vsu et praeslant. num. diff. 13 p. 556.*

**LOCO**, are. [*ἔξω, ἐκδιδοῦσι, μισθῶ, ἀπομισθῶ*] *quasi In loco ponere, Constituere. Item rem suam alteri concedere, ut eam vel meliorem reddat, quo nomine pecuniam accipit, vel ea in rem suam utatur, et pro illo usu solvat pecuniam. Cui sic locatur aliquid, is illud conducere dicitur.* Virg. Aen. 1, 432 — hic alta theatri Fundamenta locant. Cic. Fam. 15, 2 Castraque ad Cybistra locavi. Ordine locare aliquid Virg. Aen. 5, 102. Tacit. de Germ. 6 Quos ex omni iuventute delectos ante aciem locant. *Iam substantiva ordine elementari locabimus.* Agrum fodiendum locare: *i. Dare agrum fodiendum pacta mercede.* Plaut. Amphit. 4, 2. suppos. 1, 27 Perinde est praebere, ac si Agrum sterilem fodiendum loces. Sic Locare sternendum locum Cic. Att. 15, 16. Plin. Epist. 7, 30 Instat et necessitas Agrorum locandorum perquam molestata, adeo rarum est invenire idoneos conductores. *Hic de colonis sermo est.* ut Cic. Verr. 3, 55 Xenonis Meneni nobilissimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. *Sed de aedificatione Arcem locare, et urbem condere* Lucret. 5, 1107. Plaut. Mostel. 1, 3, 144 Nec quidquam Argenti locavi tam diu vsquam aequae bene, *i. collocavi, impendi.* Argentum foenori locare, *pro Foenori dare.* Plaut. Mo-  
stel. 3, 1, 1 Scelestiosem ego annum locando Argento foenori nunquam vllum vidi. Auerfione locare, *vid. s. l. sub AVERTO.* Beneficium apud gratos locare Liu. 7, 20. Plaut. Aul. 3, 6, 32 Si hercle ego te non elinguendam dederō, vsque ab radicibus: impero, auctorque sum, ut me cuius Castrendum loces. Idem Capt. 4, 3, 39 Qui locant Caedundos agnos, et duplam agniam danunt. Equites pro cornibus locare Quinctil. 2, 13. Cic. Fam. 4, 12 Ut iidem Athenienses in eodem loco Monumentum ei marmoreum Faciendum locarent. Liu. 34 Aediles eam biennio ante ex multatitio argento faciendam locarant *b. e. Commiserant conductoribus s. redemptoribus.* Filiam locare est *nu-  
psum tradere, ut collocare.* Ter. Phorm. 4, 3, 41 Quaeſo, quid si Filiam suam vnicam locaret? Idem Phorm. 5, 1, 26 Ut potui virginem nuptum locavi huic adolescenti. Fundamenta in stabulo loco locare Plin. 36, 14. Fundamenta theatri locant Virg. Aen. 1, 432. Fundum locare in quinquennium. Paul. in l. Si a Colono. D. De verborum obligat. Funus locare *intell. Libitinaris, qui pecunia accepta illud curant* Cic. Verr. 5, 119. In arca locare Hor. Serm. 1, 8, 9. Cic. de Fin. 4, 8 Quum autem assumpta ratio est, tanto in Dominatu locatur ut omnia, *etc.* Quinctil. 4, 1 Non inutiliter interim ex quaestionibus in Exordio locabuntur, *tanquam in acie.* Plaut. Cist. 2, 3, 18 Tu locere in luculentam Familiam: vnde tibi talenta magna viginti pater det dotis. Plaut. Trin. 3, 3, 52 Tum tu igitur demum adolescenti aurum dabis, ubi erit locata virgo in Matrimonium. Quinctil. 10, 1 Quem in Numero veterum locare non timeas, *i. Annumerare inter veteres.* Virg. Aen. 4, 374 — cieſtum, litore egentem Excepi, et regni demens in Parte locavi. Id. ibid. 2, 525 Sic ore effata, recepit Ad sacra sese, et longaeuum in Sede locavit. Plaut. Rud. 2, 5, 17 Mettio hercle ne illa mulier mihi Infidias locet, ut comprehendar cum sacra vna Veneria. *b. e. Struat et ponat.* Tacit. Hist. 4, 3 Capuae Legio tertia hiemandi causa locatur. Marmora secunda Hor. Od. 2, 18, 17. Ouid. Amor. 1, 10, 30 Sola viro mulier spoliis exultat ademptis, Sola locat Noctes: sola locanda venit. Gell. 3, 3 Ob quaerendum victum ad circumagendas molas, quae trufatiles appellantur, Operam pistori locasset. *De Plauto.* Plaut. Amph. 1, 1, 122 Perge nox, ut occoepisti: gere patri morem meo: optume optumo optumam Operam das datam pulchre locas. Opus aliquod locare alicui Idem Afin. 2, 4, 37. Opus locatur id, quod ex mea pecunia reficiatur Cic. Verr. 1, 142. Ornamenta locare, *i. vtenda pro pecunia dare* Plaut. Curc. 4, 1, 3. Sedes et templa locarunt in caelo Lucret. 5, 1187. Plaut. Amph. 1, 1, 147 Rex Creon vigilēs nocturnos singulos semper locat. s. bene facit. Cic. de Amicit. extr. Vos autem hortor, ut ita Virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest: ut ea excepta, nihil amicitia praestabilius putetis. Graeu. suspicatur leg. colatis. Virus ferinae linguae locare alieno dolori Apul. Apol. p. 275, 11. *de rabulis.* Vitam in tranquillo locare Lucret. 5, 12. Urbem Pataui, sedesque locavit Teucro-  
rum Virg. Aen. 1, 251. Plaut. Rud. 2, 6, 51 Quid, si aliquis ad ludos me pro manduco locem. *Ad artem pistoriae operam locare* Plaut. Trin. 2, 2, 2. Locare, *pro Conducere possunt putantur* Varro de R. R. 2 Praef. Igitur quod nunc intra murum fere patres familiae correperunt, relictis falce et aratro, et manus mouere maluerunt in theatro ac circo, quam in segetibus ac vineis, frumentum locamus qui nobis aduehat ex Africa et Sardinia. *Nempe idem est, ac si dixisset, frumentum advehendum locamus, in quo nihil esset insoliti.*

**LOCATVS**, a, um. Lucret. 3, 610 Anima incerta regione locata. Benefacta male locata Cic. de Off. 2, 62 c. 18. Ciuitas in fide alicuius locata Id. Att. 6, 1. Equites ab utroque cornu locati Curt. 3, 9, 8. Exercitus in terra locatus Vellei. 2, 85, 2. Membra suo quaeque loco locata Cic. de Clar. Orat. 209 c. 57. Oratio est de Re certis in personis ac temporibus locata Cic. de Orat. 1 c. 31. *i. de quaestione finita.* Tabernaculum super ripam fluminis locatum Curt. 7, 8, 1.

**LOCATIM**. Adu. *Per loca; scil. Pagos.* Valer. Max. 5, 3, extr. Ille locatim dispersos ciues suos in vnam urbem contraxit, *Vid. Graeu. ad Cic. Att. 7, 3 p. 673.*

**LOCITO**, are. [*ἀπομισθῶ*] *Frequentatiuum formatum a supino, A in i mutata.* Ter. Adelph. 5, 8, 26 Agelli hic sub vrbe est paululum, quod locitas foras.

**LOCARIVM**, i. n. *vid. LOCARIVS.*

**LOCARIVS**, i. m. Martial. 5, 25 de Hermete, gladiatore nobilissimo, Hermes diuitiae locariorum, *i. eorum, qui loca, siue spectacula locant in theatris, siue de designatoribus intelligas, de quibus s. l. siue de pauperculis, qui mature occupant loca, iisque mercedula intercedente aliis cedant.*

**LOCARIVM** quid sit, Varro explicat de L. L. 4, 2 Locarium, quod datur in stabulo et taberna, vbi consistant. *Recte igitur ICsi vulgo Locarium pro mercede locationis ponunt.*

**LOCATOR**, oris. m. [*ὁ ἀπομισθῶν*] *Qui locat aliquid faciendum conductori, cui pro opera datur pecuniam; aut vtendum, ut pro usu, quem conductori permisit, accipiat pecuniam* Locator dominus rei locatae. Plin. 7, 52 Romae quoque Corfidium materterae suae maritum funere locato reuixisse, et locatorem funeris ab eo elatum. *Conf. Vitr. 1, 1. Domus faciendae l. 60. D. loc. cond. §. 3. Fundi locator. l. 35. Dig. Locati conduct. Operis l. 36 D. loc. cond.*

**LOCATIO**, onis. f. [*ἀπομισθῶσις*] *Locatoris actio, ut conductio conductoris.* Cic. Verr. 1, 152 Hic istius scelerata locatione, nefarioque latrocinio, bonis patriis, fortunisque omnibus spoliatus venit in iudi-

cium. Idem Att. 4, 3 Disturbata porticus Catuli, quae ex S. C. COSS. locatione reficiebatur, et ad tectum paene peruenerat. Vestigialium locatio Suet. Caes. 20. Cic. Att. 1, 17 Asiani qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in Senatu, se cupiditate prolapsos nimium inagno  
 5 conductuisse: ut induceretur locatio, postulauerunt. *i. ut rescissa priore locatione, nova institueretur.* Vid. Lit. 39, 4. *Birr.* *ICi iungere solent* Locatio Conductio, ut Emtio Venditio. Ludificari locationem, vid. LVDVS. Amphibolian fieri vitiosa verborum locatione Quinct. 9, 4.

LOCABILIS, e. unde INLOCABILIS.

10 LOCATARIUS, i. m. Qui domum, aut fundum, aliudue in locationem conducit. ICT.

LOCATITIVS, a, um. Adj. [Gloss. Vet. Locatitius *μιοτάσιμος.*] Fatigatio locatitia Sidon. Epist. 6, 8. Manuslocatitiae Saluian. Epist. 1. *utroque loco idem fere est, quod mercenarius.*

15 LŌCVSTA, ae. f. [*ἀκρίς*] Animal ex insectorum genere. Vid. Plinium 11, 29. Hieron adu. Iouin. f. 34, B Orientales et Libyae populos, quia per desertum et calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci moris est. Hoc verum esse, Iohannes quoque Baptista probat. Bruchus et excussio confidens ore Locusta Alcim. 5, 188. Exorta Vis locustarum Tac. Ann. 15, 5, 4. ¶ 2  
 20 Locustae, *Piscium siue lacertorum genus, de quo Plin. 9, 30. et 32, 11. Cels. 2, 28. Suet. Tiber. c. 60. Gloss. Locusta, κάρατος. Conf. Interpp. Petron. c. 35 p. 135. Non. de re Cibar. 3, 36. ¶ 3 Lōcvsta etiam, Mulier veneficii peritissima, Neroni grata. Tacit. Ann. 12, 66. et 13, 15. Conf. Iuven. Sat. 1, 71 Instituitque rudes melior Locusta propinquas.*

LOCVTIO, LOCVTOR, LOCVTVLIVS, vid. LOQVOR.

## L O D

30 LODIX, fcis. f. [*ἐπιβλημα*] *Experimentum lecti.* Iuven. Sat. 6, 194 *Verba modo sub lodice relicta, i. lasciuia amatoria, ζῆνι καὶ ψυχῇ.* Et Sat. 7, 66

Magnae mentis opus, nec de lodice paranda

Antonitae, currus, et equos, faciesque deorum

Aspicere.

Vid. Martial. 14, 152.

Pollio dixit

hos lodices *ap.* Quinctil. 1, 6 *extr.*

LODICVLA, ae. f. Dimin. [*ἐπιβλημάτιον*] Suet. in August. 6, 8. *Ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret, festerio, vel lo-*

## L O E

45 LOEDORIA, ae. f. [*λοιδωρία*] *Conuicium, maledictum, opprobrium, sales conuiciofi.* Macrobi. Saturn. 7 c. 3 Praeter categoriam quae est *ψέγος*, et praeter *διαβολή*, quae delatio est, sunt alia duo apud Graecos nomina, Loedoria, et Scomma: quibus nec vocabula Latine reperiō, nisi forte dicas Loedoriam exprobrationem esse ad directam contumeliam. Scomma enim paene dixerim morsum figuratum, quia saepe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intelligas.  
 50 Est autem Loedoria huiusmodi: Oblitusne es quum falsamenta vendebas? *Vide plura ibidem.*

LOEMODES, is. f. [*λοιμώδης*] *Species Luis pestilens, volucris velocitate letalis.* Ammian. Marcell. 19, 4.

## L O G

LOGEVUM, i. n. [*λογεῖον*] *Pulpitum significat.* Testis Vitruuius 5, 8 Minoreque latitudine pulpitum, quod logeum appellant.

60 LOGOS, i. m. [*λόγος*] apud Graecos modo Sermonem, verbum, orationem significat: modo Rationem, proportionem, supputationem. Nonnunquam et pro Libro usurpatur: A verbo *λέγω*, quod est dico, *siue colligo.* Logos, pro Dicto ridiculo et contemnendo sumitur. Cic. pro Gallio, Ego te certo scio omnes logos, qui ludi dicti sunt, animadvertisse. Haec Nonius 1, 318. Ter. Phorm. 3, 2, 8 Foeneratum istud beneficium tibi pulchre dices. D. logi. i. *verba, praeter, uque nihil.* Ridiculos logos vendere Plaut. Stich. 1, 3, 68. *In bonam partem: Referensque paucos de tuis scriptis logos, Quasi labra melle adsperserit* Paullin. Iamb. ad Cyther. v. 425. *sed forte leg. locos.*

70 LOGARIVM, i. n. *Ratiuncula.* Vlpian. in l. 3 Qui penum. §. 10 D. de penu leg. Sed et chartas ad ratiunculam, vel ad Logarium paratas contineri. *Mere Graecum videtur.*

LOGICE, es: *sive LOGICA*, ae. f. [*λογική*] Latine Rationalis: Cic. de Fin. 1, 22 Iam in altera philosophiae parte, quae est quaerendi ac differendi, quae *λογική* dicitur, iste vester, ut mihi quidem videtur, plane inermis ac nudus est. Id. de Fato c. 1 Obscura quaestio est, quam *περὶ δυνατῶν* philosophi appellant, totaque est Logice (*sic adiectivum fuerit*, quaestio *λογική*, rationalis: sed *Dauis.* Logicae) quam rationem differendi voco. *Conf. Isidor. 2 c. 22 et 24.*

80 LOGICA, ōrum. n. [*λογικά*] Cic. Tusc. 4 c. 14 Habes ea, quae de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quae logica appellant, quia differuntur subtilius.

LOGICVS, i. m. *Qui logicam docet.* Vid. Isidor. 8, 6. et Sidon. 15, 101 *Physica vel logice, logicum vel mittit ad ethos.*

LOGISTA, ae. m. [*λογιστής*] Rationalis, qui reddendis rationibus praest. apud ICTos. Et in Vet. inscript. Hisp.

90 LOGISTORICVM, i. n. [*λογιστορικόν*] Liber, sermonum et discolorum insignium narrationem continens. Gell. 4, 19 Marcus Varro in logistorico scripsit. Mercer. ad Non. p. 207 Logistoricos Varronis *aitos esse putat libellos minutos eos, qui non ut Menippeae haberent versus admixtos, sed prosaici essent tati, ut Catus vel de liberis educandis* Gell. 4, 19. et 20, 11. *Horum respectu* Sidon. Epist. Varronem Logistoricum sicut poposceras, et Eusebium chronographum misi.

LOGODAEDALVS, i. m. *Explicatur* Cic. Orat. 39 c. 12 Thrasymachum, Gorgiam, Theodorum — *λογοδαδάλως* appellat in Phaedro Socrates: quorum satis arguta multa, sed ut modo primum nascentia, minuta, et versiculorum similia quaedam, nimiumque depicta. *Sunt ergo Logodaedali, artifices quidam orationis, sed artem nondum dissimulantes, quod summi artificis est.*

100 LOGODAEDALIA, ae. f. [*λογοδαδάλια*] *Nimis operosa sermonis elaboratio.* Auson. Eidyll. 12 *pr.* E logodaedalia strides modo qui nimium trux. *Add. Id. Epist. 14, 26.*

LOGOGRAPHVS, i. m. *Rationarius, qui libros rationum scribit; et qui in tabulas publicas refert, quae ad rem publicam refert.* Vid. Cod. lib. 10 t. 69 de Tabulariis, scribis logographis, etc. Et Dig. lib. vlt. t. 4 l. 18 §. 10.

**LOLA**, ac. f. Lolae floris Apic. 1, 2, 2. *i. olei floris: sed et sic rectius legitur.*

**LOLIGO**, inis. f. [τευθις] Genus piscis, dictum est quasi Voligo, ut ait Varro de L. L. 4, 13. Plin. 32, 15 Sunt lacertorum Genera, loligo volitans, locustae, lucernae, etc. Idem 32, 2 f. 6 Trebius Niger loligines euolare ex aqua tradit, tanta multitudine, ut nauigia demergant. Nigrum niueo portans in corpore virus Loligo Ouid. Hal. 129. Add. Plin. 9, 15. Loligo, pro Liuore hominis atri, id est maleuoli, Hor. Serm. 1, 4, 100 Hic nigrae succus loliginis, haec est Aerugo mera. Vid. Porphyrio.

**LOLIGVNCVLA**, ac. f. Dimin. [τευθιδιον] Plaut. Casin. 2, 8, 57 Emito sepiolas lepidas, loligunculas hordeias.

**LOLIVM**, i. n. [αίλα] Herbae genus segetibus inimicum, quod Graece appellatur Zizania. Plin. 18, 17 Nam lolium est tribulos, et carduos, lappasque non minus quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terrae pestem numerauerim. Virg. Georg. 1, 154 Infelix lolium, et steriles dominantur auenae. Lolio victitare dicuntur, qui visu sunt imbecillo: nocere enim putatur oculis lolium. Plaut. Mil. 2, 3, 50 Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico. Ouid. Fast. 1, 691 Et careant loliis oculos vitiantibus agri. Conf. Seru. 20 in Virg. Ecl. 5.

**LOLIACEVS**, a, um. Farina loliacea Varro de R. R. 3, 9.

**LOLIARIVS**, a, um. Adi. [αίλαδε] Ad lolium pertinens. Columel. 8, 5, 16 Cribro vitiaro, vel etiam loliario, qui (f. quod) iam fuerit in vsu, pulli superponantur.

**LOLIETVM**, i. n. Locus lolio obstitus. Guil. Brito Philipp. 5, 170 Per Baiocarum lolieta, per arua Caletum.

## L O M

**LOMENTVM**, i. n. [λετωμα] Farina fabacea, qua ad eruganda corpora vsa est antiquitas. Martial. 3, 42 Lomento rugas vteri quod condere tentas. Hemina lomenti Scribon. 159. Lomentum Graeci λετωμα vocant, quod tritum proprie significat, ut ait Hermolaus: Plin. 33 extr. Subtilissimum genus lomenti, quod quidam tritum vocant, quibus assibus aestimatum. Pallad. Oct. 14, 9 Ex pisa Afra lomentum. Conf. Id. 18, 12. Cael. ap. Cic. Fam. 8, 14 De Appio, qui ex prouincia infamiam retulerat, Scis Appium censorem hic ostenta facere? de signis et tabulis, de agri modo, de aere alieno, acerrime agere? Persuasum est ei, censuram lomentum aut nitrum esse. Errare mihi videtur. Nam fordes eluere vult: venas sibi omnes et viscera aperit. Nempe Lomentum quasi Lauamentum est a lautus, lotus etc.

**LOMENTARIVS**. συμματαπάλαις Gloss. Gr. Lat.

## L O N

**LONCHITIS**, is. f. [λογχίτις] Non ut plerique existimarunt, eadem herba est, quae Xiphion aut Phasganion, quanquam cuspidi similis semine: habet enim folia porri rubentia ad radicem etc. Plin. 25, 11 f. 88.

**LONDINIVM**, i. n. [Λονδίνιον] Britanniae insulae hodie metropolis. Tacit. Ann. 14, 33 pr. Londinium cognomento quidem coloniae non insigne, sed copia negotiatorum et comitatum maxime celebre.

**LONGABO**, onis. Farciminis genus, vid. mox **LONGANON**.

**LONGAEVVS**, vid. **LONGVS**.

**LONGANON**, s. **LONGAON**, onis. m. Restum intestinum, quia in longum protenditur, et non est ita orbibus implicitum, sicut intestina tenuia. Cael. Aurel. Chron. 4, 25. it. 21 et 28 Longanone pro intestino recto hominis posuit: et saepe Chron. 4 c. 3 ubi tamen semper Longaon scribitur e. g. f. 50 p. 511 Retenta (defluxio incendiola) sessionis in locis, quam Graeci hedran vocant, Longaonem exurit. Idem Acut. 3, 22 Defluxio vltimarum partium coli, atque sessionis siue Longanonis, ut nos appellamus, de homine. De iumentis Veget. Mulom. 1, 42, 1 Longanon intestinum vocatur, per quod sterces egeritur. Idem 1, 49 Si manum miseris et inueneris valde patere longanone. Haec de viuo animali. Sed 1, 56, 17 Longanone porci pinguis falsum dixit. Et 4, 8, 1 Intestinum porcinum recens, quod Longanone vocant. Apic. 4, 2 p. 111 Longanones porcinos fartos ex iure Tarentino coctos, concisos, memorat. Huc, credo, pertinet etiam Varro de L. L. 4, 22 p. 29, 4 Tertium fartum est Longabo, quod longis quam duo hila. Arnob. 7 p. 29 extr. Longaui leguntur: siue scribarum error intercessit, siue in re parum scribentibus obuia ipsi variarunt auctores.

**LONGOBARDI**, orum. m. Populi, quos vulgo ferunt nominatos a proluxa barba et nunquam tonsa Isidor. 9, 2 Alii a telo, quod hodie Germani Helabardam vocant, dictos volunt; vel quasi Lingobardos, eo quod Lingones ex Germania et Bardi ex Gallia facta unione ad vsramque Padi ripam sedem fixerunt. Tacit. Germ. c. 40 Suevis subiungit.

**LONGVS**, a, um. Adi. [μακρός] Porrectus, breui opponitur, et ad corporum pariter ac temporis mensuram pertinet. Virg. Aen. 9, 229 Stant longis innixi hastis et scuta tenentes. Plaut. Trin. 4, 2, 58 Qua facie est homo? s. sesquipede quidem est, quam tulongior. Longum sesquipede, latum pede Plin. 35, 14. Idem 6 c. vlt. In hoc caeli circumplexu aequinoctii die media, umbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Columel. 2, 11 In morem horti areas latas pedum denum; longas pedum quinquagenum facito. Paulo post, Atque ita mense vltimo Aprilis serito tantum, quantum ut singuli cyathi seminis locum occupent decem pedum longum, et quinque latum. Non ita longus, vid.

**NON**. Absentia longa et continua Tacit. Ann. 3, 31. Aetas Hor. Serm. 1, 4, 132. Sed Catull. 75 ad molestiam, quae longum faciat spatium alias sat breue, refert Voss. ad b. l. p. 304. Conf. mox Annus, i.

**Nox**. Aeuum Hor. de Arte Poët. 346. Agmen longum pascitur per valles Virg. Aen. 1, 190. Longissimum Caes. B. G. 5, 31. Al-

**lvus**, Virg. Georg. 3, 427. Ambages Idem Aen. 1, 345. Amor longus, i. Diuturnus Idem ibidem 1, 753. it. 3, 487. Anni Ouid. Amor. 1, 3, 5. Annus Iuuenal. 6, 589. ut Voss. ad Catull. p. 304. legit, i. molestus. Bellum Virg. Aen. 2, 109. Certamen Hor. Epist. 1, 10, 35.

**Circuitus** Virg. Aen. 3, 412. Crines Idem ibidem 7, 73. Cursus Idem ibidem 3, 116. Dies Hor. Epist. 1, 1 20. vid. mox Nox. Plaut. Epid. 4, 1, 17. i. Longum tempus. Cels. 1, 2 Longis diebus meridiari potius ante cibum vtile est. Plin. Epist. 5, 15 Quod mihi cognitum est, non fama, qua alioqui optima et meritissima fruitur, sed longis magnisque experimentis. Fabula non longa Hor. Serm. 2, 1, 95.

**Facies longa** Idem ibidem 2, 4, 12. Ferae Idem Carma. 4, 5, 37. 109

Fletus longos ciebat Virg. Aen. 3, 344. Fluctus Idem Georg. 3, 200. Haetae Idem Aen. 9, 229. Homo longus, *i. Stultus* Catull. 68, 47. Longus homo est, magnas quoi lites intulit olim Falsum mendaci ventre puerperium, *vid. MAGNVS* homo. Interuallum Virg. Aen. 5, 320. Iter Hor. Serm. 1, 5, 94. Latus Virg. Georg. 3, 54. Plaut. Perf. 3, 1, 64 Librorum enim ecce illum plenum foracum habeo. Si hoc accurassis lepide, cui rei operam damus, dabuntur dotis inde sexcenti tibi Longi, atque Attici omnes. Militia Hor. Carm. 2, 7, 18. Mora Ouid. Met. 1, 214. Mora non longior plena hora Idem *ibid.* 10, 734. Liu. 27, 22 Additae ei ad praesidium prouinciae quinquaginta longae naues. Negotia Hor. Carm. 3, 5, 53 Idem Epist. 1, 1, 21

Vt nox longa quibus mentitur amica, diesque  
Longa videtur opus debentibus, vt piger annus  
Pupillis, quos dura premit custodia matris:  
Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora *etc.*

Obluua Virg. Aen. 6, 715. Tacit. Ann. 14, 31 Rex Icenorum Prastagus, longa opulencia clarus, *i. opibus longo tempore collectis.* Opus 20 Hor. de Arte Poët. 360. Oratio longior Caes. B. G. 2, 21. Ordo Virg. Aen. 1, 399. Longissimus comitum Iuuenal. 3, 248. Pes Hor. Serm. 1, 2, 93. Piper Plin. 12, 7. Ouid. Met. 2, 416 Nulla potentia longa est. Secessus Virg. Aen. 1, 163. Senectus Hor. Carm. 2, 16, 30. Series longissima rerum Virg. Aen. 1, 645. Sermo 25 longus Idem *ibidem* 1, 221. Plaut. Trin. 3, 3, 77 At enim nimis longo sermone utimur. Seruitium Hor. Serm. 2, 5, 99. Spatium longius aequo Lucret. 4, 179. Spatium longius anno Ouid. Epist. 18, 25. Plaut. Mil. 2, 6, 23 At ita di me deaque omnes ament, nisi mihi supplicium virgarum de te datur longum, diutinumque, a mane vsque 30 ad vesperum. Tempus Virg. Georg. 2, 80. Tractus longi flammaram Idem *ibidem* 1, 367. Cic. de Legib. 2, 68 Ne plus quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius. *Add. Diomed. Grammat. 3 p. 493.* Longa cum Vestae sacerdos Virg. Aen. 6, 645. *Conf. b. l. Taubmann.* Martial. 1, 33 Et comites longae quaeris habere viae. 35 Umbrae Plin. 12, 1. ¶ 2. *Inserdum aliquid relationis alterius quoque includit. v. g. Longus, pro longinquo.* Sil. 5, 9 Lydius huic genitor, Tmoli decus, aequore longo Moeoniam quondam in Latias aduexerat oras Tyrrenus pubem. *Vid. ibi Drakenb. it. ad 6, 628. et Brouckb. ad Tibul. 1, 4, 18. et Heinsf. ad Ouid. Remed. Amor. 591.* Nimum longi sumus in rebus apertissimis Cic. de Fin. 2, 41 c. 27 *pr.* Id. de Nat. Deor. 1, 83 c. 36 Possim de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longior. Ter. Phorm. 3, 2, 30 Experire, non est longum, *i. non multi temporis.* Idem Andr. 5, 6, 13 Memini: atque adeo longum est, nos illum expectare dum 45 exeat. Cic. Acad. 4 Longum est explicare. *i. longum esset.* *Conf. Vopisc. in Tac. c. 11. et in Caro c. 3. Capitolin. in Op. Macrino c. 12.* Commemorare longum est et non necessarium, quae apud, *etc.* Cic. Verr. 4, 135. Dicere quam improbe fecerit, longum est Idem *ibid.* 1, 156 c. 60. Refellere est longum et superuacaneum Plin. 7, 43. 50 Ter. Heaut. 2, 3, 94 Longum est Clitipho, si tibi narrem, quam ob rem id faciam. Ne longum faciam, *i. vt breuiter dicam* Hor. Serm. 1, 3, 137. Cic. Verr. 2, 156 Atque adeo hoc ne longius aut obscurius esse possit, procedite in medium, explicatae, *etc.* Idem pro Rabir. Posth. 29 Nec mihi longius quidquam est Iudices, quam videre hominum 55 vultus, *i. Nihil molestius, aut nihil desideratius.* Cic. Fam. 11, 27 Quem quum obiurgarem, quod parum valetudini parceret, tum ille nihil sibi longius fuisse quam vt me videret. Virg. Ecl. 9, 56 Causando nostros in longum ducis amores, *b. e. Differs.* Seruius. Conferre aliquid in longiorem diem Caes. B. G. 1, 40. Durare in 60 longum, *vid. Duro, in DVRVVS.* Tacit. Hist. 4, 22 Ita paucis diebus per licentiam absumta sunt, quae aduersus necessitates in longum sufficissent. Idem Ann. 11, 20 Nec multo post Curtius Rufus eundem honorem adipiscitur; qui in agro Mattiatico recluserat specus quaerendis venis argenti: vnde tenuis fructus, nec in longum fuit. 65 Trahere in longum, *vid. IN.*

L O N G V M. Adu. *Longo tempore.* Virg. Aen. 10, 740 Non me, quicumque es, inulto, Victor, nec longum laetabere. Idem Ecl. 3, 79 Et longum formose vale, vale, inquit, Iola. Sis memor ó, longumque vale Claud. de Raptu Proserp. 2, 234. *Add. Plaut. Epid.* 70 5, 1, 58. *et Pseud. 2, 3, 21. et Perf. 1, 3, 87.*

L O N G E. Adu. [*μακρῶν, πόρρω, ἄλλε*] *pro Longitudine tam temporis quam loci.* Cic. de Fin. 2, 115 c. 54 Quae autem est alia causa erroris tanti, tam longe, lateque diffusi, nisi quod *etc.* Idem pro lege Manil. 35 Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum *etc.* Ter. Eun. 3, 3, 13 Rus Sunii et quod habeam et quam longe a mari. Cic. pro lege Manil. 32 Longe a domo bellare. Idem Verr. 2, 13 Qui locus est non longe a Syracusis. *Sic de Legib. 1 c. 1* Non longe ab aedibus. Liu. 1, 50 Principibus longe ab domo excitis. Abieram longe Ter. Eun. 4, 2, 5. Abeam ne longe, *per translationem* Cic. de Fin. 2. *vid. ABEO.* Abest longe Ouid. Met. 8, 811. Plaut. Rud. 1, 5, 8 Illico nos hic imus haud longule ex hoc loco: verum longe hinc abest, vnde vectae sumus. Cic. Att. 6, 3 Non quo me aliquid iuuare posses, quippe res enim est in manibus, tu autem abes longe gentium. Abest longe a me Plaut. Curc. 85 1, 2, 24. Cic. Fam. 13, 59 Sentiatque meam sibi amicitiam, etiam quum longissime absum, prodesse in primis apud te. *Conf. Id. de Sen. c. 16.* Abesse longe, procul, *etc. vid. ABSVM.* Virg. Aen. 1, 35 lactatos aequore toto

Troas, reliquias Danaum, atque immitis Achillei

Arcebat longe Latio. Arcet longe sum- 90 motos Virg. Aen. 6, 316. Discedere longe Quid. Epist. 15, 107. Distare Lucret. 2, 334. Plaut. Bacch. 3, 3, 19 Nego tibi annis viginti fuisse primis copiam, digitum longe a paedagogo pedem vt efferresex aedibus. Plaut. Most. 2, 1, 43 Si ego ita aduenientem patrem faciam tuum, non modo ne introeat, verum etiam vt fugiat longe ab aedibus? Idem 95 Truc. 4, 3, 79 Nae ista stimulum longe habet, quae vsque illine cor pungit meum, *b. e. Longe vel in longum protensum.* Id. Rud. 4, 3, 95 Vbi tu hic habitas? G. porro illic longe vsque in campis vltimis. Procedere obuiam longe alicui Cic. Verr. 2, 65. Idem de Amicit. 4 100 Eo loco Fanni et Scaeuola locati sumus, vt nos longe prospicere oporteat futuros casus Reipublicae. Resonantia longe litora Virg. Georg. 1, 358. Sum. Scin tu ruri Esse ad villam longe Plaut. Caf. 2, 6, 68. Plin. in Paneg. 25 Expectatum est, prouisumque, ne quis aeger, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuisset, *etc.* Est longe hinc in saltum 105 vestrum Cic. pro Quint. 79. ¶ 2. Longe esse peculiari elegantia dicitur.



*aitur. Nempe ut adesse alicui ad auxilium et opem refertur. Ita longe esse contrariam vim habet.* Martial. 1, 82

Vicinus meus est, manuque tangi  
De nostris Nouius potest fenestris. *Et tamen*  
Tam longe est mihi, quam Terentianus,  
Qui nunc Niliacam regit Syenen.  
Non conuiuere, nec videre saltem,  
Non audire licet, nec vrbe tota

Quisquam est tam prope, tam proculque nobis.

*Ergo* Longe est, qui nihil inuauit Virg. Aen. 12, 52 Longe illi Dea mater 10  
erit. *Poëtarum similia loca dabunt Cerda ad l. c. Drakenb. ad Sil. 17, 80*  
Longe coniugia, ac longe Tyrios Hymenaeos Inter Dardanias acies fore.  
Brouckh. ad Tib. 1, 5, 2 At mihi nunc longe gloria fortis abest. *Ne-*  
*que in prosa insolitum.* Caes. B. Gall. 1, 36 Si id non fecissent, longe  
ab his fratrum nomen Populi Rom. abfuturum. Plin. Pan. 49 pr. 15  
*de Domitiano*, Dimouit perfregitque custodias poena — longeque tunc  
illi diuinitas sua, longe arcana illa cubilia saeuique secessus, *b. e. nihil*  
*opis ab illis fuit.* Flor. 2, 6, 34 Longe illi triplex murus, totidemque  
arces etc. *de Syracusarum expugnatione.* Id. 2, 2, 8 Longe illis nauticae  
artes. *Plura collegit Freinsb. in Indice. Et ante caeteros Muret. Var. 20*  
*Lect. 10, 4. Add. Barb. ad Rutil. 1, 335.* ¶ 3 *Augendi*  
*vim habet cum nominibus et verbis. Iungitur autem Comparatiuo, ut* Virg.  
Aen. 9, 556 At pedibus longe melior Lycus. Beatior longe longe-  
que cunctis illa est Ouid. Met. 4, 325. *Al. Potentior. Superlatiuo* Cic.  
de Orat. 1, 47 c. 11 Principi longe omnium in dicendo grauissimo et e- 25  
loquentissimo Platoni. Doctissimus longe Hor. Serm. 1, 5, 3. Pul-  
cherrimus panis longe Idem ibid. 1, 5, 89. Cic. de Fin. 2, 68 Alteri  
plurimum se, et longe longeque plurimum tribuere honestati, sed tam-  
men etc. *Positiuis iunctum aliquando reperitur. Sed illis fere, qui iam*  
*eminentiam aliquam atque adeo comparationem significant. Ut* Apul. de Deo 30  
Socratis p. 52. *Elmenb.* Calchas autem longe praestabilis hariolus. Id. in  
Florid. Longe ante caeteros excellens. Cic. Acad. 1, 3 Praesertim quum  
et ipse in eo excellas, et id studium, totaque ea res longe caeteris et  
studiis et artibus antecedit. Idem pro Domo 41 c. 16 Longe aliter  
atque a me dicta erant, detulerunt. Aliter longe euenit Liu. 22. 35  
Idem 2 Res aliter longe euenit. Cic. Tusc. 3, 26 c. 14 Haec igitur  
praemeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quae ven-  
ientia longe ante videris. Ante alias specie ac pulchritudine longe  
insignis Liu. 1, 9. Longe Alia in fortuna esse Cic. Fam. 14, 11.  
Sallust. Catil. 52 pr. Longe mihi alia mens est, Patres Conscripti. Cic. 40  
pro Font. 39 O fortunam longe disparem M. Fonteii, si deligere, etc.  
Dissimilis longe succus Hor. Serm. 2, 8, 28. Cic. Fam. 13, 14 L. Ca-  
stronius Pactus longe princeps municipii Lucensis, est honestus, grauis,  
plenus officii, *i. Excellentior caeteris.* Liu. 1, 49 extr. Is longe princeps  
Latini nominis erat. Cic. Verr. 2, 65 Longe primus ciuitatis est Epi- 45  
crates. Liu. 23, 32 Qui tum auctoritate atque opibus longe primus  
erat. Cic. de Clar. Orat. 55 Coruncanum, quod ex Pontificum com-  
mentariis longe plurimum ingenio valuisse videatur. Longe pluri-  
mos captiuos ante currum duxit Liu. 1, 10. Cic. de Amicit. 22 Quod  
si ita esset, vt quisque valetudinis minimum in se esse arbitraretur, ita 50  
ad amicitiam esset aptissimus: quod longe secus est. *Add. Id. Partit. O-*  
*rat. c. 5. Verborum exempla:* Antecellere caeteris longe Cic. Verr. 4, 118.  
Plaut. Bacch. 5, 1, 3 Quicumque vbi vbi sunt, qui fuere, quique fu-  
turi sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fungi, bardii, buccones, blenni,  
ego longe anteo stultitia et moribus indoctis. Cic. Tusc. 5, 12 Cuius 55  
ego iudicium, pace tua dixerim, longe antepono tuo. Idem de A-  
micit. 31 Ab his, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, lon-  
ge dissentimus. Ter. Adelph. 1, 1, 40 Et errat longe, mea quidem  
sententia, qui imperium credat grauius esse aut stabilius, vi quod sit,  
quam illud, quod amicitia adiungitur. Praecedere longe Quint. 10, 1. 60  
Praestare Lucret. 5, 1178. Cic. de Fin. 5, 40 Quum longe mul-  
tumque praestet mens atque ratio. Plin. Epist. 5, 15 Sicut est ab omni am-  
bitione longe remotus. Remotus a vulgo longe lateque Hor. Serm. 1, 6, 18.  
¶ 4 *Compar. [νοσθητέον, κωλύειν] de loco et*  
*tempore dicitur.* Plaut. Cistell. 2, 3, 37 Aucta est, inquit, peregre 65  
hinc habitatum longius. Id. Trinum. 3, 2, 95. Abest longius, *b. e.*  
*Diutius* Ter. Heaut. 5, 2, 31. Caes. Bell. Gall. 3, 18 Neque longius  
abest, quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat.  
Abire Ter. Eun. 4, 9, 20. Currere Cic. de Fin. 2. Tacit. Hist. 3, 15  
Exploratores, vt non est, longius curabant. Discedere lon- 70  
gius a naturae constantia Cic. Tusc. 4. Ire Lucret. 4, 207. Prodire  
longius Caes. Bell. Gall. 1, 48. Procedunt irae Virg. Aen. 5, 461.  
Prouchi Quint. 1, 4 Prooem. Cic. de Amicit. 34 Quod si qui longius  
in amicitia profecti essent, tamen semper labefactari, si in honoris con-  
tentionem incidissent. Recedunt a stabulis Virg. Georg. 4, 192. *Su-*  
*perl. De loco et tempore etiam dicitur.* Liu. 1, 18 extr. Signum, contra  
quod longissime conspectum oculi ferebant, animo finiuit, etc. Abest  
a vero Cic. Acad. 4, 36 c. 11. Prouinciae abfunt Caes. Bell. Gall. 1, 1.  
Abhorret mea ratio voluntasque ab hoc facto Cic. Verr. 2, 10. Com-  
prehendere disiuncta Id. in Pison. 3. Plaut. Men. 5, 9, 52 Quid 80  
longissime meministi, dic mihi, in patria tua? Plin. 2, 8 pr. Pars no-  
stra terrarum, de qua memoro, ambiente, vt dictum est, Oceano velut  
innatans, longissime ab Ortu et Occasu patet. Plaut. Stich. 4, 1, 24  
Quam dudum in portum huc venis? P. longissime.

LONGVLE. Adu. dimin. a Longe. Plaut. Rud. 1, 5, 8 Illico 85  
nos hic imus haud longule ex hoc loco. Idem Men. Prol. 64 Nam  
rus vt ibat, et multum forte pluerat, ingressum fluiuium rapidum ab  
vrbe haud longule, rapide raptorem pueri subduxit fides. Dissita  
longule Apul. Flor. 1 pr. Adde Ter. Heaut. 2, 2, 10.

LONGVLVS, a, um. Adi. [ύπομήνης] Cic. Att. 16, 13 Longu- 90  
lum sane iter, et via inepta. *vid. Graeu. ad b. l.*

LONGIVSCVLE, a, um. Adi. dimin. [ύπομακρότερος] A  
comparatiuo Longius. Cic. pro Arch. 25 c. 10 Quod epigramma in  
eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis.

LONGIVSCVLE. Adu. Idem. Sidon. Epist. 8, 11. 95

LONGIPES, edis. f. [μακρόπους] Plin. 30 c. 4 Buprestis ani-  
mal est rarum in Italia, simillimum scarabeo longipedi, *i. Longos pedes*  
*habenti.*

LONGITVDO, inis. f. [μήκος, μακρότης] Spatii ac temporis ha-  
bet significationem, vt de Longus nomine obseruauimus. Plin. 11, 25 In- 100  
telligi autem gracilitate et longitudine. Cic. Philipp. 9, 2 c. 1 Non  
longitudo itineris, non auperitas viarum, non morbus ingrauescens re-  
tardauit. Cic. Partit. 59 c. 17. Ter. Heaut. 5, 2, 10 Vbi te vidi  
animo esse omisso, et suauia in praesentia quae essent, prima habere,  
neque consulere in longitudinem, cepi rationem, vt neque egeres, ne- 105

que ut haec posses perdere. Diei Cic. de Legib. 3, 30. Idem Verr. 5, 26  
Ita diei breuitas, conuiuii: noctis longitudo stupris et flagitiis conte-  
rebatur. Immodica Quintil. 4, 1. Loci longitudo apud Geo-  
graphos est Distantia graduum in Aequatore a primo meridiano, unde ap-  
paret, an et quantum locus sit, altero orientatior, vel occidentatior.

LONGITIA, ae. f. Idem. Innocent. de Casis liter. p. 230 Goef.  
Sub se in campo limes excurrit extremus in longitia ahenuum est etc.  
Add. ib. p. 241 et 271.

LONGINQVVS, a, um. Adi. [*ἀπόρροος*] Remotum, distans.  
Cic. de Senect. 85 Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum:  
non quod aequo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimans non  
longinquum inter nos digressum et discessum fore. Aeuum Lucret.  
2, 68. Arua Hor. Epist. 1, 8, 6. Bellis obruti Plin. 7, 54.  
Bellum Catul. Argon. 62, 345. Et Iustin. 1, 1 Sed longinqua, non  
finitima bella gerebant. Ciuitates longinquoiores Caes. Bell. C. 1, 60.  
Plin. 9, 38 Ac modico vapore torrerit, et ideo longinquaec fornacis  
cuniculo, i. longae. Homo longinquus et alienigena Cic. pro Deiot.  
c. 3. Itinera longinqua acturi Sarmatae, etc. Plin. 8, 42. Id. 9, 17  
Longinqua linea per os ad branchias religata. Montes longinquos  
respicit, i. Remotos. Id. Epist. 2, 17. Liu. 1, 31 Donec ipse quoque  
longinquo morbo est implicatus. Brouckhus. ad Prop. 1, 6, 27 plura ex-  
empla dedit. Noctibus longinquis per hiemem Gell. Praef. p. 3.  
Oppugnatio Caes. Bell. Ciuil. 3, 80. i. diutina. Ouid. Trist. 3, 1, 26  
Longinquo referam lassus ab orbe pedem. Prouinciae Tacit. H. 1, 76.  
Spes non longinqua Stat. Silu. 2, 1, 52. Sermo longinquus: cui Breuis  
opponitur Plaut. Milit. 4, 2, 29. Tempus Nep. 2, 4, 4 i. diuturnum.  
Vetustas Virg. Aen. 3, 415. Vita Plaut. Milit. 3, 1, 133. Plin. 10, 42  
Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit: sed expressior loqua-  
citas certo generi picarum est. Id. 7, 52 Reperimus inter exempla,  
Hermetini Clazomenii animam relicto corpore errare solitam, va-  
gamque e longinquo multa annuntiare, quae nisi a praesenti nosci non  
possent. Longinquum amanti istuc: h. e. Diuturnum nimis et fasti-  
diosum Plaut. Merc. 5, 2, 55. Loqui longinquum, h. e. Diutius.  
Id. ibid. 3, 4, 23. In longinquo absens Paullus in l. Quum seruus.  
in principio D. de leg. 1. Longinqui, Qui longe habitant. Cic. Fam.  
15, 17 Non dubito quin praesentes censeant: nos quidem longinqui,  
et a te ipso missi in vltimas gentes. Add. Id. pro Deiot. c. 3.

LONGINQVE. Adu. pro Longe. Accius Andromache, apud  
Non. 11, 49 Haec malos annos multosque longinque a domo bellum  
gerentes, etc. Compar. Gell. 1, 22 Superstit dixit pro longinquus diu-  
tiusque adfit.

LONGINQVITAS, ae. f. Ipsa distantia locorum et temporum.  
Cic. Fam. 2, 8 Propter longinquitatem et propter atrocitatem tardissime o-  
mnia perferuntur. Locorum nimia longinquitate commoueri Idem  
pro Lege Manil. 23 c. 9. de tempore dicitur. Nauigandi longinquitas  
Plin. 31, 6. Est tarda quidem illa medicina, sed tamen magna, quam  
affert Longinquitas et dies Cic. Tusc. 3 c. 16. Aetatis Ter. Heec. 4, 2, 20.  
Nihil est, quod longinquitas Temporis efficere non possit Cic. de Di-  
uin. 1 c. 7. Add. Caes. Bell. Ciuil. 1, 29. Cic. de Fin. 2, 188. Qui  
autem voluptate vitam effici beatam putabit, qui sibi is conueniet, si  
negabit voluptatem crescere longinquitate? Idem Tusc. 5, 117. Pro  
Longitudine posuit Gell. 1, 1. Quanta longinquitas corporis ei mensurae  
conueniret.

LONGINQVVS, ae. f. Claud. Mamert. 1, 1 Deum a se longinqua-  
re. Add. Tertull. de Pudicit. c. 5.

LONGITER, pro Longe. Adu. antiq. Lucil. Non (vt opinor) id  
a lecto iam longiter acti. Ex Nonio 11, 49. Vfus est et Lucretius 5, 133  
et 3, 682.

LONGITRORSVS. Adu. Festus, Longitrorus sic dicitur, sicut  
Dextrosus, Sinistrorsus.

LONGITVRNVS, a, um. Vulg. Baruch. 4, 35.

LONGO, are. Fortunat. Tempore longatur, sed variatur amor.

LONGISCO, ere. [*μακρόνομος*] Longum ferri, vel Frangere.  
Ennius 17 — neque corpora firma Longiscunt quidquam. Idem,  
65 Cum sola est eadem faciunt longiscere longe Nonius 2, 506.

LONGVRIO, onis, m. [*ἐκμαρτυρία*] i. Longus homo. Varro Tri-  
phalo, apud Non. 2, 484 Ego nihil narro, adee hic ita curat, qui ante  
me est nescio qui longurio. Antiquum.

LONGVRIVS, i. m. [*μακροῦς*] Pertica longior, quae sepibus hor-  
torum vel etiam bellicis traieci solebat ad eas confirmandas. Varro de R.  
R. 2, 7 Itaque in stabulis ab humore prohibere oportet humum, clausa  
habere ostia ac fenestras, et inter singulas a praesepibus intericere lon-  
guriis, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Caes. Bell.  
Gall. 7, 84 A castris longuriis, musculos, falces, reliquaue, quae  
eruptionis causa parauerat, profert. Ibid. 4, 17 Haec directa ma-  
teria iniecta contexebantur, ac longuriis, cratibusque consternebantur.  
Conf. Id. Bell. Ciui. 2, 14.

LONGAEVVS, a, um. Adi. [*μακρότων, δύναμις, μακροβίος*]  
Quod est longi aevi. De huius vocis significatione disputatio est apud Gell.  
2, 16. ad illud Virg. Aen. 6, 764 Quem tibi longaeuo serum Launia  
coniunx Educet filius. Nempe Siluius, de quo ista Poeta, postuma pro-  
les paulo ante vocatur: itaque Apollinaris Sulpicius Longaeuum interpre-  
tari malebat de immortalit. et in longum aeuum et perpetuum iam recepto.  
Sed locus longior est. Vid. POSTVMVS. Sacra Longaeuum in sede  
locavit Virg. Aen. 2, 525. Cunctantem Longaeva manu deducit  
Ouid. Met. 10, 462. i. anus. Longaeva Aetas Cic. de Sen. c. 19 sec. Calep.  
sed al. rectius leg. longa. Caput Propert. 4, 1, 52. Martial. 14, 27  
Si mutare paras longaeuos cana capillos: Accipe Mattiacas, quo tibi  
calua? pilas. Noualia Valer. Flacc. 6, 118 sed restit. Heins. La-  
gea. Nutrix Ouid. Epist. 1, 103. Parens Virgil. Aen. 3, 169.  
Senecta Propert. 2, 13, 47. Senes Virg. Aen. 5, 715. Vetustas  
Martial. 1, 5.

LONGAEVITAS, ae. f. Macrob. Saturn. 7, 5 Nam non  
minus edacitatis habent, quam de longaeuitate eorum opinio fabulatur.  
De coruis et cornicibus loquitur. Add. ib. c. 10.

LONGANIMVS, a, um. Adi. Tardus ad iram, remissor in vici-  
scendo. Vox frequens apud Theologos, vid. Isidor. 10. lit. L. ubi Lon-  
ganimis, c. exstat.

LONGANIMITAS, ae. f. [*μακροθυμία*] Eiusdem censurae  
apud Theologos.

LONGANIMITER. Adu. Fulgent. Epist. ad Venant. Pressuras  
longanimiter tolerare.

LONGIFLVVS, a, um. Tractus Eugen. Toletan. Carm. 25.

LONGILOQVIVM, i. n. Interpres Irenaei.

LŌPAS, ädis. f. [λαπάς] *Genus conchae marinae. Eadem Lepas Gr. λαπάς, solentque a librariis permutari, ut observat Voss. Etymol. Plaut. Rud. 2, 1, 8 Habemus echinos, lopadas, ostreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam, vid. Non. 17, 9.*

## L O Q

LOQVOR, loqui. Dep. [λαλέω, ἀλλάω, μνθεώ, φθέγγομαι] *Proprium sermonis humani verbum. Varr. de L. L. 5, 7 p. 55, 10 Loqui ab loco dictum: quod qui primo dicitur fari, et vocabula, et reliqua verba dicit ante quam suo quisque loco ea dicere potest. Et paullo post. Igitur is loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit. Loquere, ut te videam Socrates: vid. Apul. Flor. 1. Plus scire satius est, quam loqui seruum hominem, ea sapientia est Plaut. Epid. 1, 1, 57. Loqui aliquando Dicere significat. Cic. Fam. 9, 22 Quum loquimur terni, nihil flagitii dicimus. Plaut. Men. 2, 2, 47 Quas mulieres quos tu parasitos loquere? Add. Id. ibid. 5, 9, 7. Petron. c. 117. ubi Conf. Burm. it. Luineii ad Plin. Paneg. 7, 11. et ad Nep. 22, 3, 2. Accuratius loqui Quinct. 3, 2. Cic. in Parad. 5, 2 Loquitur ad voluntatem: quidquid denuntiatur sit, facit: adfertur, assidet, muneratur. Idem de Amicit. 91 Quamuis multis nominibus est hoc vitium notandum leuium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Etiam Cic. pro Quint. 93 c. 30 Fatetur se non belle dicere, non ad voluptatem loqui posse. Legitur in emendationibus codicibus, Voluntatem. Ter. Andr. 1, 2, 31 Ita aperte ipsam rem modo loquutus, nihil circuitione vsus es. Cic. de Fin. 3, 9 Saepiusque ista loquemur inter nos, agemusque communiter. Id. ibid. 2, 74. Mene ergo et Triarium dignum existimas, apud quos turpiter loquere? Idem Att. 2, 22 Sed postea tamen ille non destitit de nobis asperrime loqui. Audita sit mihi fas loqui Virg. Aen. 6, 266. Caetera mitte loqui Hor. Epod. 13, 10. Citra reprehensionem loqui Quinct. 1, 5. Commode, vid. COMMODVS. Commodum Plaut. Trinum. 5, 2, 12. Comprehenso, vid. sub COMPREHENDO. Id. Amph. 2, 2, 206. Quae non deliquit, decet audacem esse, et confidenter pro se, et proterue loqui. Confuse, Conuenienter, vid. hb. vv. Cic. Fam. 1, 2 Ita sum cum illo locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Idem ibid. 8, 11 Cum Curione vehementer loquutus est. Cum deo Sen. Ep. 10. i. preces fundere. Crates adolescentulo dicenti, mecum loquor, caue, inquit, ne Cum homine malo loquaris Id. ibid. . . Cic. Att. 9, 11 Illud me praeclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, et ut cum grauitate potius loquar. Id. ibid. 10, 4 De ea re nos inter nos locutos. Id. de Amicit. 17 Nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur, quam eius, qui, etc. De magnis rebus Lucret. 4, 1012. Deliramenta Plaut. Amph. 2, 2, 64. Dilucide Cic. de Orat. 1 c. 32. Dulce Hor. Epist. 1, 7, 27. Efficaciter minus Quinct. 5, 13. Ethendate Id. 1, 5. Caes. Bell. Civil. 3, 15 Loquuntur ambo ex nauibus cum M. Acilio et Statio Murco legatis. Facta, infecta Stat. Theb. 3, 430. Falsa Ouid. Ep. 14, 45. Familiariter cum aliquo Plaut. Aulul. 2, 1, 15. Ficta Ouid. Met. 1, 771. Fronte porrectiore, h. e. Audacter. Plaut. Casin. 2, 4, 3. Furtim aliquid Ouid. Epist. 17, 261. Haud ignota loquor Virg. Aen. 2, 91. Hoc cum palam decumani tota prouincia loquerentur Cicero Verr. 3, 113. Impensius loqui Senec. de Benefic. 2, 24. Impune, vid. in dictione Abditum, in ABDO. In eandem sententiam, h. e. Eiusdem esse sententiae. Caes. Bell. Civil. 1, 1 In eandem sententiam loquitur Scipio, Pompeio esse in animo Reip. non deesse, si Senatus sequatur. Cic. Verr. 1, 68 Haec quum omnes sentirent, et quum in eam rationem pro suo quisque sensu, ac dolore loqueretur, omnes, etc. Inconstanter, vid. INCONSTANS. Inductum et quasi deuium, vid. INDVCO. Cic. Att. 5, 1 Ex quo ego veni ad ea, quae fueramus ego et tu inter nos de sorore in Tusculano locuti, vid. INTER. Lapidem loqueris Plaut. Aulul. 2, 1, 30. Et apud Martial. 5, 42 Theatra loqueris, et gradus, et edicta. Cic. Verr. 3, 164 Latine me scitote, non accusatorie loqui. Latine, et Grammaticae loqui, differunt. Quinct. 1, 6 Mihi non inuenuste dici videtur, aliud esse Latine, aliud Grammaticae loqui. Plaut. Mil. 4, 2, 11 Quia enim loquitur laute, et minime sordide Id. ibid. 3, 1, 21 Quis homo fit magis meus, quam tu es? PL. loquere lepide et commode. Libere loqui, vid. LIBER. Plaut. Truc. 2, 1, 16 Male corde consultare, bene loqui lingua. Longinquum loqui, vid. LONGVS. Magnifice, vid. MAGNVS. Magnifice magna Tibul. 2, 6, 11. Magnum loqui, nitique cothurno Hor. de Arte Poët. 280. Male loqui absenti: i. Detrahere absenti. Ter. Phorm. 2, 3, 25. Pergin' hero absenti male loqui, impurissime? vid. MALVS. Cum Accus. Omnes qui libere fabulas conferebant, male Pertinacem loquebantur Capitolin. Pert. 13. Male loqui mandata Horat. de Arte Poët. 104. Plin. Epist. 4, 2 pr. Commendabat actionem, quod tanquam homo Romanus, et bonus ciuis in negotio suo mature et grauitate loquebatur. Mente simulata loqui Virg. Aen. 4, 105. Mirabiliter de te loquuntur et sentiunt Cic. Fam. 4, 13. Quinct. 4, 2 Serui nostri de peccatis suis mollius loquuntur. Monstra ac portenta loqui Lucret. 4, 594. Non est quod multa loquamur Hor. Epist. 2, 1, 30. Nec recte loqui, est Maledicere. Plaut. Bacch. 4, 4, 83 Chrysalus mihi vsque quaque loquitur, nec recte pater. Sic, Nec recte dicere, usurpatur in Afinaria. Turnebus. Nomen tuum loquere mihi, h. e. Dic, effer Plaut. Men. 5, 9, 7. Optata loqui, vid. OPTO. Ore rotundo loqui Hor. de Arte Poët. 324. Omnes simul vno ore loquuntur Ouid. Met. 12, 241. Plin. de Viris illust. c. 76 pr. Mithridates rex Ponti, oriundus a septem Persis, magna vi animi et corporis, ut sex iuges equos regeret, duarum et viginti gentium ore loqueretur. Ore muto nititur loqui Ovid. Fast. 2, 614. Otiose loqui, vid. OTIVM. Ter. Heaut. 4, 6, 24 Quod imperabit facito loquitur paucula. Plaut. Amph. 2, 1, 31 Satin' hoc plane, satin' diserte here nunc videor tibi loquutus esse? Praelia loqui Hor. Carm. 4, 15, 1. Cic. Fam. 8, 6 Pro Caesare loqui coepit. Pro re pauca loquar Virg. Aen. 4, 337. Rancidulum quiddam balba de nare locutus Pers. 1, 33. Rem Plaut. Epidic. 2, 2, 101. i. verum dicere, non iugari. Rem aliquam loqui, pro De aliqua re Senec. Epist. 91. Virg. Ecl. 6, 74 Quid loquar? aut Scyllam Nisi, etc. Secreto loqui cum aliquo Horat. Serm. 1, 9, 67. Plaut. Mostel. 2, 2, 80 Quid tute tecum loquere? Cic. pro Quint. 53 Ne haec quidem tecum loquutus es. Securius inter coenam loqui de aliquo Quinctil. 6, 3. Submisso Idem 6, 5. Superba Propert. 1, 10, 22. Tacenda Ouid. A. A. 2, 604. Verba fortia Id. ad Liu. 10. Verba loquor socianda chordis Hor. Carm. 4, 9, 4. Vitiose loqui Quinct. 1, 6. Voce supplice Ouid. ex Pont. 4, 6, 10. Vulgo cum loquerentur, 105*

- suppositum in eius locum, quem pro illo probare velles Cic. Vetr. 5, 74. Orsa loqui vates Virg. Aen. 6, 125. ¶ 2. *Observationes.*  
*Differunt loqui et dicere.* Cic. in Brut. Scipio collega meus mihi fante bene et loqui videtur et dicere. *Hic docet Loqui et Dicere non idem esse.* Nam disputandi ratio et loquendi, Dialecticorum est: Oratorum autem, dicendi et ornandi. Cic. in Orat. 309 de Rhetorica et Dialectica verba faciens: Ut hoc videlicet differant inter se, quod haec ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. *Sensus est: Ratio dicendi, quae Rhetorica est, late copioseque differit: ratio vero loquendi seu disputandi, breuiter contracteque rem agit. haec autem est Dialectica.* Paulo ante dixerat, Aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen vtrumque in differendo. Disputandi et loquendi ratio, Dialecticorum sit, Oratorum autem dicendi et ornandi. *Sensus est: Loqui est, quomodocunque verba facere: Dicere vero, polite et ornate.* Sed tamen vtrumque, siue quis oratione utatur, siue disputatione, siue loquatur, siue dicat, in differendo versatur, Est enim Differere, verbum commune, tam ad Rhetores quam ad Dialecticos pertinens. Nam Dialectica, Ratio differendi Latine vocatur: et qui dicendo valent, Diserti appellantur. Loquier, pro Loqui assertur ex Cic. Att. 12, 32 pr. Publia ad me scripsit, matrem suam cum Publilio loquier, ad me cum illo venturam, et se vna si ego paterer. Sed fluctuat lectio: Graeu. loqui retur, Loqui dicuntur etiam non homines, ea nempe, e quibus aliquid intelligitur. Cic. pro Domo 86 Ut annales Populi Rom. et monumenta vetustatis loquuntur, h. e. Referunt, commemorant. Id. Acad. 4, 5 Ego autem quum Graecas literas M. Catonem in senectute didicisse acceperim: P. autem Africani historiae loquantur in legatione illa nobili, etc. Cic. Att. 3 Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur. *Apertissima esset et sermone non egeret.* Add. Id. pro Mil. c. 20. Conclusio ipsa loquitur nihil percipi posse Cic. Acad. 4, 67. Loquitur fama Martial. 1, 1. Digiti cum voce locuti Tibul. 3, 4, 41. Haec quidem mera scelera loquuntur Cic. Att. 9, 14. Loquendi, loquendo, loquendum. [τῷ φθέρυγεθου] Complexus, seriesque loquendi Quinct. 1, 5. Finem dedit ore loquendi Virg. Aen. 6, 76. Forma loquendi Quinct. 1, 6. Lex, et obseruatio loquendi Id. 1, 6. Ratio loquendi Id. 1, 6 et 4, 2. Studium immane loquendi Ouid. Met. 5, 678. Vices loquendi Id. ex Pont. 2, 10, 35. Vires loquendi habere Id. Fast. 2, 797. Vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi referuavi Cic. in Orat. 160. Valet loquendo Ouid. Met. 13, 12. Consumere tempora loquendo Id. Trist. 5, 13, 27. ¶ 3. Loqui passiuè. Cael. ad Cic. 8, 8 Magna illico fama surrexit et de damnatione feruenter loqui est coeptum. Sed quod laudant ex Varron. L. L. 1 pr. non inueniebam.
- LOQVENDVS.** Partic. [μυθητός] Martial. 5, 26 Quem charis famaëque damus populisque loquendum. Nunquam sine laude loquendus Sidon. Paneg. Anthemii v. 192.
- LOQVENS,** entis. Partic. [φθέρυγμένος] Cic. de Legib. 3, 2 c. 1 Vereque dici potest, magistratum, legem esse loquentem: legem autem, mutum magistratum. Plaut. Rud. 4, 4, 70 Eo tacent, quod tacita bona est mulier semper, quam loquens. Quam musa loquentibus Annis Battiadae veteris mirando tradidit aevo Petron. c. 135. Graeca Lingua loquens Nep. 1, 3, 2 et 10, 1, 5. Omnia magna loquens Hor. Serm. 1, 3, 13. Id. ibid. 1, 4, 18 Di bene fecerunt, inopis me, quodque pusilli Finxerunt animi, raro et perpaucia loquentis. Verba violenta loquens Ouid. Met. 3, 717. Voce furtiua loquens Catul. ad Ianuam 65, 41. Inducere aliquem loquentem, vid. INDVCO. Chordae loquentes Lucret. 4, 978. Lex loquens Cic. de Legib. 3, 2 c. 1. Supercilio paene loquente signa dare Ouid. Epist. 17, 82. Verba superciliis sine voce loquentia dicam Ouid. Amor. 1, 4, 19.
- LOQVENTIA,** ae. f. [λαλία] Quod frequentius tamen etiam separatim non inauditum est. Certe in compositione vsurpatur, ut Breuiloquentia, Multiloquentia, Blandiloquentia. Valerius Probus Grammaticus illustris, apud Gell. 1, 15 illud Sallustianum Catil. 5, 4 Satis eloquentiae sapientiae parum, sic legere coepit, (sic legendum,) et sic ab eo relictum affirmavit, Satis loquentiae, sapientiae parum, quod Loquentia nouatori verborum Sallustio maxime congrueret, eloquentia cum insipientia minime conueniret. Edidit etiam Loquentiae ex uno alteroque MS. Cortius. Plin. Epist. 5, 20 Itaque Iulius Candidus non inuenisse solet dicere, aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam. Nam eloquentia vix vni aut alteri, immo si M. Antonio credimus, nemini; haec vero quam Candidus loquentiam appellat, multis atque etiam impudentissimo cuique maxime contingit.
- LOCVTVS,** siue **LOQVVTVS,** a, um. Partic. [φθέρυγμένος] Dicenda, tacenda locutus Hor. Epist. 1, 7, 72. Sibi commissos fibra locuta Deos Prop. 4, 1, 100. Lingua pariter locutus omni Martial. 8, 2. Mirifice sperabat se esse locutum Catull. de Ario 82, 3. Lingua titubante furtim locutus Ouid. Trist. 3, 1, 21. Ore sic locuta est Virg. Aen. 1, 618. Ore blando locutus Valer. Argon. 8, 36. Voce demissa locuta est Virg. Aen. 3, 320. Voce tristi locutus Ouid. Met. 7, 517. Add. Enn. ap. Gell. 12, 4.
- LOCVTVS,** sis. m. Apul. Florid. 2 sub fin. Passis versibus, soluto locutu, libera oratione.
- LOCVTIO,** siue **LOQVVTIO,** ōnis. f. [φράσις] Sermo, tota ratio loquendi, vel scribendi. Cic. Offic. 1, 146 Ex moestitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione. Idem de Clar. Orat. 258 c. 74 Solum quidem; inquit ille, et quasi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam et Latinam. Quinct. 1, 10 Quid enim tam necessarium, quam certa locutio? Neu diu taceat procax Fescennina locutio Catull. 62, 127. Graeca Cic. de Cl. Orat. 259 c. 74. Procax locutio Catul. in Epithal. Iul. 59, 127. Recta locutio Quinctil. 1, 6.
- LOCVTOR,** siue **LOQVVTOR,** ōris. m. [λάλος] Qui nimium loquitur. Gell. 1, 15 Qui sunt leues et futiles et importuni loquutores. Add. Augustin. Conf. 1, 18.
- LOCVTVLEIVS,** i. m. [ἀθροβύλωσος] Linguae, lingua prodigus et infrenis. Gellius 1, 15 Neque minus insigniter veteres quoque nostri hoc genus homines in verba prouectos, locutuleios, et blaterones, et linguaces dixerunt. Conf. Casaub. ad Theophrast. περὶ λαλιᾶς.
- LOCVTVLEVS,** a, um. Adi. Alcimus 5, 148 Sueta locutuleis fundet succumbere ranis.
- LOCVTIVS,** i. m. Deus apud Romanos, vid. AIVS.
- LOQVITOR,** āri. Frequent. Deponens. [λαλέω] Plaut. Bacch. 4, 7, 5 Eho tu loquitatusne es gnato meo male per sermonem, quia mihi id aurum reddidit? Et Apul. in Florid. 2 p. 352 Elmenhorst. Hoc erat primum sapientiae rudimentum meditari, condicere, loquitari, dedicere.

**LOQUAX**, ācis. Adi. [λάλος] loquacior, loquacissimus. *Verbosus, garrulus.* Cic. in Parad. 5, 3 Adolescentibus paullo loquacioribus est feruendum. *Loquax et Mutus, contraria.* Cic. de Orat. 2, 160 Istam autem totam dimittamus, quae in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. *De Dialectica.* Nutu, 5 manibusque loquax Claud. Conf. Mall. Theod. 313. *Auis Ouid. Trist. 3, 12, 8.* Epistola, i. *Verbosior et longior* Cic. Att. 4, 19 (14) *Fama Ouid. Met. 9, 157.* Lymphae Hor. Carm. 3, 13, 15. *Nutus Tibul. 1, 2, 21.* Oculi Id. 2, 6, 43. *Ranae Virg. Georg. 3, 431.* Senectus natura loquacior Cic. de Senect. 55 c. 16. *Vultus loquax* 10 *Ouid. Amor. 1, 4, 17.* *Superfl.* Vnus omnium loquacissimus et minime aptus ad docendum Cic. Att. 8, 4.

**LOQVACVLVS**, a, um. Adi. [καλίσκος] Lucret. 4, 1158 *At flagrans odiosa, loquacula, etc.*

**LOQVACĪTAS**, ātis. f. [ἀδολεσχία, ἀκαλογία] *Stulta et inanis,* 15 *certe nimia copia loquendi.* Cic. Att. 7, 13 Loquacitati ignoscas, quae et me leuat ad te quidem scribentem, et elicit tuas literas. *Add. ib. 6, 4.* Idem de Orat. 1, 105 Gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse, qui non Graeci alicuius quotidianam loquacitatem sine vsu, neque ex scholis cantilenam requirunt, Conterere loquacitatem vultu, *vid.* 20 **CONTERREO.** Inhibere loquacitatem immodicam Plin. 28, 8. *Pro Facundia posuit* Sidon. Carm. 14

Eia Calliope, nitente palma,  
Da sacri laticis loquacitatem,  
Quem fodit pede Pegasus volanti.

**LOQVACĪTER.** Adu. [πολυλόγως] Cic. pro Muraen. 26 c. 12 *Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, vnde petebatur, non habebat.* Scribetur tibi forma loquaciter Hor. Epist. 1, 16, 4. *Dum Loquacius vos fatigo* Paullin. Nol. Epist. 39. *ad Aprum.* c. 8.

**LOQVACĪTO**, āre. *Garrere.* apud Hieron. 30

**LOQVĒLA**, ae. f. [λοχνη, λαλιὰ] Cic. de Fin. 4, 68 c. 25 *Ex ea difficultate illae fallacis loquelae, vt ait Accius, malitiae natae sunt.* *Quaedam exemplaria legunt* Fallaci loquentiae: *et sic* Non. 2, 354. *Al. leg.* fallaciloquae. *Blanda atque infracta nutricis loquela* Lucret. 5, 231. *Commodare loquelam, vid.* **COMMODO.** *Fundere* 35 *suaues ex ore loquelas* Lucret. 1, 40. *Add. Virg. Aen. 5, 842.* *Gaudet Venus verbosa loquela* Catul. in *Camerium*, 53 (56) 30.

**LOQVELARIS**, e. Isidor. 1, 12 Praepositiones loquelares dicuntur, quia loquelis, id est verbis semper cohaerent, nec aliquid valent solae positae. *Conf. Fests. in Am. Val. Probus l. 1 p. 1427.* 40

## L O R

**LORA**, vel **LVRA**, ae. f. *Vter est.* Ausonius Odyss. Perioch. 10 *Sortisque eius oper aliquas in lora esse existimantes.* *Quo verbo quidam offensi.* *In scorto, subiiciunt: sed hanc dictionem retinendam esse Tur-* 45 *nebus probat* 10; 11. *Ab videtur ista Lora cum loro et loris habere aliquam cognationem, coris namque, vnde utraque sunt, atque appellationis sola terminatione distantis.* *Sic* *Tullien. 57 165* *Bulla illa scorsea puerorum vocatur signum de paupere loro.*

**LŌRA**, ae. f. [δευτερίαι οἶνος] *Vinum secundarium.* Varro de R. 50 **R. 1, 54, 3** *Quum desit sub prelo fluere, quidam circumcidunt extrema, et rursus premunt: et rursus, quum expressum, circumcisum appellant: ac seorsum, quod expressum est, seruant: quod respicit ferrum, expressi acinorum folliculi, in dolia coniciuntur, coque aqua additur: ea vocatur lora, quod lota acina, ac pro vino operariis* 55 *datur hieme.* *Add. Columel. 12, 40.* *Plin. 14, 10* *Non possunt iure dici vina, quae Graeci deuterias appellant, Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis.* *Sed tamen inter vina operaria numerantur.* *Tria eorum genera: decima parte aquae addita quae musti expressa sit, et illa nocte et die madefactis vinaceis, rursusque prelo subiectis.* 60 *Alterum quomodo Graeci factitauerunt, tertia parte eius quod expressum sit addita aquae, expressoque decocto ad tertias partes.* *Tertium est faecibus vini expressum: quod faecatum Cato appellat.* *Nulli ex his plus quam anno vsus.* *Non. 17, 13* *citat* *Varronem de Vita Pop. Rom.* *Antiquae mulieres maiores natu bibebant loram, aut sapam, aut de-* 65 *frutum, aut passum, quam murrhinam quidam Plautum appellare putat.*

**LŌREA** a *Catone vocatur de R. R. c. 25* *Indidem si voles, lauio paullulum, et lorea erit familiae, quod bibat.* *Add. Iuuenal. 5, 165.*

**LORAMENTVM**, **LORARIVS**, **LOREVS**, *vid.* **LORVM.**  
**LORĪCA**, ae. f. [θώραξ] a *Loro; dicitur Munimentum corporis,* 70 *coriaceum initio s. e. loris.* *Liu. 5, 38. extr.* *Multosque imperitos nandi, aut inualidos graues loriceis, aliisque tegminibus hausere gurgites.* *Cic. pro Muraen. 52* *Descendi in campum cum firmissimo praesidio fortissimorum virorum, et cum illa lata insignique lorica, non quae me tegeret; etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem,* 75 *sed caput et collum solere petere.* *Ouid. Met. 3, 63* *Loricaeque modo squamis defensus, et atrae Duritia pellis, validos cute reppulit icibus.* *Aeneae loricae et galeae* *Cic. Verr. 4, 97.* *Nec duplici squama lorica Fidelis et auro* *Virg. Aen. 9, 707.* *Add. ib. 10, 485.* *Conferta hantlis* *Virg. Aen. 3, 467.* *Linteae* *Suet. Galb. 19, vid. ibi* 80 *Torrent. et Casaub. Add. Nepot. 11, 1, 4.* *Rigens ex aere* *Virg. Aen. 8, 621.* *Triplex auro* *Virg. Aen. 5, 259.* *Ambulare cum lorica* *Cic. pro Flacc. 41 c. 17.* *Caelare loricas opere* *Corinthio, vid. OPVS.* *Nec enim lorica* *Poscit* *Achillis* *Thersites* *Iuuenal. 11, 30.* *Virg. Aen. 12, 88* *Auro squalentem, alboque orichalco* 85 *Circumdat humeris lorica.*

¶ 2 *Lorica, Pars est murorum et structurarum, qua illae muniantur a stillicidio* *Vitruu. 2, 8 de lateritiis parietibus, Quum enim in tecto tegulae fuerint fractae, aut ventis deiectae, qua possit ex imbris aqua perpluere, non patietur lorica testacea laedi laterem, sed proiectura coronarum reiciet extra* 90 *perpendicularum stillas.* *Loricam appellat Coronarum proiecturam, quae fit in parietibus eiuscemodi.* *Add. Id. 7, 1.* *Sic* *Plin. 30, 10 f. 27.* *Loricas ostiorum et fenestrarum memorat, in quibus cubilia ponant stellationes.* *Sed* ¶ 3 *Curt. 9, 4. extr.* *Angusta muri corona erat non pinnae, sicut alibi, fastigium eius distinxerant: sed perpetua* 95 *lorica obducta transitum sepserat.* *Itaque Rex haerebat magis, quam stabat in margine, clypeo vndique incidentia tela propulsans.* *Hic lorica videtur tenuis murus ad pectoris altitudinem in ipsis moenibus s. crassioribus muris excitatus post quem tutius stant propugnatores.* *De hoc* *Caes. B. Gall. 5, 39* *Turres contabulantur, pinnae loricaeque ex crati-* 100 *bus attextuntur, vid. Lips. Poliorcet. 2, 2.* *Stewech. ad Veget. p. 275.* ¶ 4 *In pauimentis etiam ruderatis et parietibus Lorica appellatur vel* **LORICATIO** *Corium e marmore tuso cum calce et arena.* *Vitruu. 7, 1* *Itaque si necessitas coegerit, vt minime vitiosa fiant, sic erit faciendum. Quum coaxatum fuerit, insuper altera coaxatio* 105

transuersa sternatur: clausisque fixa, duplicem praebet contignationi loricationem. Deinde ruderi nouo tertia pars testae tusae admisceatur. De hac re Varr. de R. R. i, 57 Parietes et solum opere tectorio marmurato loricandi.

5 LORICŪLA, ae. f. Dimin. in re militari significat Munimentum, quod obfessores urbium construunt: nam ultra iactum teli fossam faciunt: eamque vallo, sudibus, et turriculis instruant: ut erumpentibus e ciuitate possint obsistere: quod opus loriculam vocant, et saepe, cum obsidio describitur inuenitur in historiis, loracula urbem esse circumdatam. Haec Vegetius de Re Milit. 4, 28. Caes. Bell. Gall. 8, 9 Haec (castra) imperat vallo XII pedum muniti, coronisque pro hac ratione eius altitudinis inaedificari, fossam duplicem, pedum quinque denum lateribus directis deprimi, turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum pontibus traiectis, constratisque

15 coniungi, quorum frontes viminea loracula munirentur, ut hostis a duplici propugnatorum ordine depelleretur.  
LORICO, aere. [Λορικόω] Lorica inducere, s. corium ex quarta nominis significatione. Plin. 8, 24 s. 30. de ichneumone, Mergit se limo saepius, ficitque sole. Mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. Sic Solum et Parietes loricare, i. Calce obducere Varr. R. R. 1, 57.

LORICĀTVS, a, um. Partic. [Λορικότων ἄγαλα] Liu. 23, 19 Statua eius indicio fuit Praeneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite, etc. Liu. 35, 48. pr. Partim loricanos, quos cataphractos vocant, partim sagittis ex equo utentes. Conf. Hirt. de B. Hisp. c. 4.

LORICATIO, ōnis. f. Actus, quo lorica seu incrustatio aedificio inducitur. Vitruu. 7, 1 Coassatio clausis fixa praebet contignationi loricationem. Conf. l. 79. fin. ff. de Verb. signif. ubi Incrustationes, loricationes, picturae ad voluptuarias impensas referuntur.

30 LORICARIVS, i. m. Gloss. Gr. Lat. Λορικόποιδος, loriciarius.

LORICĪFER, era, erum. Adi. Eadem Gloss. Λορικόφορος, lorifer.

LORĪPES, edis. [Λορῖπες] Qui pedem in modum lori sortum habet. Iuuen. Sat. 2, 23 Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. Plaut. Poenul. 3, 1, 7 Nequidquam hos patronos mihi elegi,

35 loripedes, tardissimos. Nec Praetextatum rapuit Nero loripedem Iuuen. Sat. 10, 308.

LORVM, i. n. [Λορς, βορς, βυρς] Graeca dictio, λωρον, Latine Corrigia dicitur. Saepo ponitur pro habenis. v. g. Ouid. Met. 2,

40 Colla iugo erumpunt, abruptaque lora relinquunt. Al. Excutiunt. Fluuitantia lora Ouid. de Arte Am. 2, 433. i. Laxae et solutae habenae.

Rubra Catull. ad Varum 20, 7. Virg. Aen. 5, 146 Nec sic immissis

aurigae undantia lora Concussere iugis, b. e. Valde effusa et laxa.

Concute lora per admissas iugas Ouid. Amor. 2, 16, 49. Corripe

lora manu Ouid. Met. 2, 145. Virg. Georg. 3, 107 Illi instant ver-

45 bere torto, Et prona dant lora: volat vi feruidus axis. Virg. Aen.

1, 481 Fertur equis, curruque haeret resupinus inani Lora tenens

tamen. ¶ 2 Lorum, Quodcumque corium in longitudinem

50 sectum. Hor. Carm. 3, 5, 35 Sensit lora restrictis lacertis. Gell. 5,

14 Postea, inquit, videbamus Androclum et leonem loro tenui reuin-

55 ctum. Cic. de Arusp. Resp. 23 Puer ille patrum et matrum se

terram non tenuit, aut thensam, aut lorum omisit. Ouid. de Arte Am. 1,

41 Dum licet, et loris passim potes ire solutus, Elige cui dicas, tu mihi

sola places. Lora, Corrigiae quibus noxii caedebantur. Donatus: Lora

apud veteres Laura dicebantur, a Laura triumphorum, sub qua mos erat

60 captiuos vinciri, ducique per pompam. Ideo autem vi conditionis

reminiscantur, loris caeduntur. Plaut. Epid. 5, 1, 6 Periphanem

emere lora vidi: aderat ibi vna Apoecides. Ter. Adelph. 2, 1, 28

Nam si molestus pergis esse, iam intro arripere, atque ibi vsque ad

65 necem operiere loris. s. loris liber? Caedere loris Cic. Philip. 8,

24 s. 8. et 13, 26. vid. CAEDO. Variari loris, vid. VARIVS.

Hor. Epist. 1, 16, 47 Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat Seruus,

habes pretium, loris non vreris, aio. Lora, Corrigiae, quibus

lecti et sellae instruuntur, super quas tomenta vel culcitrae imponuntur.

Martial. 2, 57 Recensque sella linteisque lorisque. Vomitorium lorum

65 Scribon. 180. Per lorum vomitorium reuicere ib. Vid. ibi co-

piose Rhodius.

LORVS, i. m. Idem. Apul. Met. 3 p. 84 Et cum dicto lorum

quempiam sinu suo depromit.

LORARIVS, i. m. dicebatur, Qui in scenicis fabulis parebat iis, qui

70 ludis erant praefecti, et vel vinciebat, vel caedebat quos iussus erat vin-

cire vel caedere. Gell. 10, 3. extr. Itaque ii sequebantur magistra-

75 tus, tanquam in scenicis fabulis, qui dicebantur lorarii. Sic Plaut.

Capt. 1, 2 Lorarius persona est, qui vincire et asseruare captiuos iubetur.

LORAMENTVM, i. n. [Λορς] Ligamentum. Iustin. II, 7. extr.

75 Quum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non pos-

set, violentius oraculo rex vsus, gladio loramenta caedit. De nodo

Gordii loquitur.

LORĀTVS, a, um. Adi. Virgil. in Moreto v. 122 Sub iuga

80 parentes cogit lorata iuuenos. i. Loris vincita.

LOREVS, a, um. [Λορῖνος] Plin. 18, 31 Antiqui funibus vittis-

que loreis ea detrahebant, et vectibus. Cato c. 33 Loreus funis.

Loreum latus, vid. in LATVS.

## L O T

85 LOTĪVM, i. n. [Λοτῖον] a nomine Lotio, ōnis, dicitur: Vrina, a diluendis corporibus sic dicta. Sueton. in Vespas. c. 23 Reprehen-

denti filio Tito, quod et vrinae vectigal commentus esset, pecuniam

ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans, num odore offenderetur.

At illo negante, Atqui, inquit, e lotio est. Prima syllaba longa

90 deriuatione, et produxit Catullus in hoc Scazonte 37, 21 Hoc te amplius

bibisse praedicet loti. Loti pro Lotii. Lotium difficiliter transibit

Cato c. 122. Suillum lotium Cato c. 7. Non valet lotium suum

Petron. c. 57. conuicium seruile.

LOTIOLENTVS, a, um. Idem quod Commicillius, apud Non. 2, 109.

95 LOTIOLENTE. Adu. dictum veluti Lutulente, a Lotio. Ti-

tinnius, Lotiolente flocci fiet, et circulator Non. 2, 485. Antiquum.

LOTOMETRA, ae. f. [Λοτμετρα] Herba. Plin. 22, 21. s. 28

Est et lotometra, quae fit ex loto sata: ex cuius semine simili milio

100 sunt panes in Aegypto a pastoribus, maxime aqua vel lacte subacto.

Est igitur Lotos herba satu mansuescens, metra a magnitudine ut Ortygo-

metra, Echinometra maiores sui generis, et reliquorum veluti matres.

LOTVRA, et LOTVS. Adi. vid. LAVO.

LOTOS, LOTVS, et LOTIS, idis. f. [Λωτος] Proprium nomen

105 nymphae Neptuni filiae, quae Priapum, a quo adamaretur, fugiens, et deo-

*est.* Ouid. Met. 10, 96 Amnicolaeque simul falices, et aquatica Lotos.

*Ab hac*

LOTOS vel LOTVS, i. f. [*λωτός*] Arbor, frutex, et herba Plin. 14, 16 f. 19, 2. *Nempe primo est Arboris nomen, de qua Plin. 13, 17 f. 32 Eadem Africa qua vergit ad nos, insignem arborem lotum gignit, quam vocant celtin: et ipsam Italiae familiarem, sed terra mutatam. Praecipua est circa Syrtes atque Nafamonas. Magnitudo quae piro: quanquam Nepos Cornelius breuem tradat. Incisurae folio crebriores, quae ilicis videtur. (Sic. Hard. Al. alioquin ilicis viderentur) Differentiae plures, eaeque maxime fructibus fiunt. Magnitudo huic fabae, color croci, sed ante maturitatem alius atque alius, sicut in vuis. Nascitur densus in ramis myrti modo, non vt in Italia, cerasi. Tam dulcis ibi cibus, vt nomen etiam genti, terraeque dederit, nimis hospitali aduenarum obliuione patriae. Ferunt ventris non sentire morbum, qui eum mandant. Melior sine interiore nucleo, qui in altero genere offeus videtur. Vinum quoque exprimitur huic simile mulso, quod vltra denos dies negat durare idem Nepos: baccasque contusas cum alica ad cibos doliis condi. Quin et exercitus pastos eo accipimus, vltro citroque commeantes per Africam. Ligno colos niger. Ad tibiaram cantus expetitur. E radice cultellis capulos breuesque alios vsus excogitant. Hinc ¶ 2 Lotos etiam, Fructum loti arboris significat. Ouid. ex Pont. 4, 10, 18 Nec degustanti lotos amara fuit. ¶ 3 Lotos, Herba. Plin. 13, 17. post ea, quae de Loto arbore modo dedimus. Est autem eodem nomine et herba, et in Aegypto caulis in palustrium genere. Recedentibus enim aquis Nili riguis, prouenit similis fabae caule, foliisque densa congerie stipatis, breuioribus tantum, gracilioribusque: cui fructus in capite papaueri similis incisuris, omnique alio modo. Intus grana ceu milium. Incolae capita in aceruis putrefaciunt, mox separant lavando, et siccata tundunt, coque pane vtuntur. Mirum est, quod praeter haec traditur, Sole occidente papauera ea comprimi, et integri foliis. Ad ortum autem aperiri donec maturescant, flosque qui est candidus, decidat. Conf. Plin. 21, 17 f. 63. et 22, 21 f. 27. ¶ 4 Lotos pro Tibia ponitur. Vidimus modo, lignum loti arboris ad tibiaram cantum expeti. Festus, Lotos arboris genus, ex cuius materia frequenter tibiae fiebant. Ouid. Fast. 4, 190 Terret, et horrendo lotos adunca sono. Mygdonia lotos Sil. 8, 505. Vid. ibi Heinsf. et Id. ad Ouid. Met. 4, 759. et Rem. Am. v. 753. Gronou. Obs. 4, 15. Phrygia Sil. 11, 432. vbi vid. Commentatores.*

LOTOPHAGI, orum. m. [*λωτοφάγοι*] Populi Africae Minoris. Plin. 5, 4 Lotophagorum oram citra Borion in intimo sinu Syrtis maioris statuit: Id. 13, 17 f. 32 Praecipuan, vt modo vidimus, Loton arborem ait circa Syrtes atque Nafamonas. — Tam dulcis ibi cibus, vt nomen etiam genti terraeque dederit, nimis hospitali aduenarum obliuione patriae. De his Sil. 3, 310 Spectari castris, quos succo nobilis arbor, Et dulci pascit lotos nimis hospita bacca. Nimis hospitam dixit, quod vescens, eius dulcedine adeo capiuntur, vt terram non nisi inuiti deserant. Hinc illa Odyssaeae 9 Homeri de sociis Vlyssis fabula. Conf. Ouid. Rem. Am. 2, 393. Lotophagi obliteratores patriae Paullin. Nolan. Epist. 16, 7.

## L V A

LVA, ae. f. Dea quaedam apud veteres fuit, a luendo expiandoque nomen sortita, quae praerant lustrationibus et lustris. Liu. 8, 1 Armorum vis magna tum inter caesa corpora hostium, tum in castris inuenta est. Ea Luae matri dare se Consul dixit. Id. 45, 33 de Aem. Paulo, Caetera omnis generis arma cumalata in ingentem aceruum, precatus Martem, Mineruam, Luamque matrem, et caeteros Deos, quibus spolia hostium dicare ius fasque est, ipse imperator face subdita succendit etc.

## L V B

LVBET, lubuit, [*ἀβήτω*] Imperf. per V scripsere veteres: quod tamen per I scribimus. Conf. LIBET. Plaut. Perf. 3, 1, 48 VI. At meo si liceat modo, sapienter potius facias, quam stulte. s. lubet. VI. lubere per me tibi licere intelligo: verum lubere haud lubeat, si liceat mihi. Patri sibi lubere dicenti respondet filia virgo, ipsum habere suae voluntatis potestatem: verum si penes se esset, se facturam, vt illi non lubeat, scilicet filiam vendere. Idem Amph. prol. 123 In Amphitruonis vortit sese imaginem, omnesque eum esse censent serui, qui vident: ita versipellem se facit, quando lubet. Ibid. 2, 1, 8 Tunc sum proinde, vt commodum fiet, lubet quidquid facias. Idem Afin. 4, 1, 36 Deam sibi inuocet quam lubebit propiciam, deum nullum. Idem Cureul. 1, 2, 39 Ecquid lubet? LE. lubet. PA. etiam mihi quoque stimulo fodere lubet te. PH. tace, noli. Add. Id. Cist. 2, 1, 7 et Trin. 2, 1, 36. Lubet me scire Plaut. Merc. 1, 2, 19. Cic. de Senect. 58 Id ipsum tamen vt lubebit: quoniam, etc. Et de Clar. Orat. 44. Magis lubet, vid. MAGIS.

LVBENS, entis. [*ἀβήνω*] Plaut. Cistell. 1, 1, 13 Edepol factum id est lubenti animo, fietque. Plaut. Stich. 3, 2, 20 Num quidem hoc tibi tam graue est? promitte. E. certum est. G. sic fac inquam. E. certa res. G. lubente hercle me facies. Idem Truc. 2, 4, 10 Coenabo vbi tu iusseris. P. hoc me lubente facies. Idem Amph. 2, 2, 217 Mulier istam rem inquisitam certum est non amittere. AL. edepol me lubente facies. Idem Men. 2, 1, 47 Cape atque serua: me lubente feceris. Hilarem ac lubentem face te in nati nuptiis Ter. Adel. 4, 7, 38. Plaut. Cistell. 4, 2, 13 Sed nonne ecastor ego sum multo incitior, hos quae rogem, aut quae fatigem, qui semper malo muliebri sunt lubentes? i. Delectat eos malum inferre, siue nocere mulieri alicui. Conf. Id. Curc. 2, 3, 1. et Perf. 5, 1, 8. Compar. Plaut. Afin. 2, 2, 2 Vti ego illos lubentiores faciam, i. Hilariores. Superl. Cor lubentissimum Plaut. Pseud. 5, 2, 22. Lubens, pro Lubenter cum verbis iungitur [*ἀβήνω*] Plaut. Amph. 4, 4, 36 Faciam id, si queo, signis palam, tu responde prius. A. lubens. Idem Casin. 5, 1, 12 Hic Pardalisca esto, qui hinc exeat, eum vt ludibrio habeas. P. lubens fecero, et solens. Conf. Id. Truc. 2, 4, 46. Ter. Heaut. 4, 5, 15 Faciam boni tibi aliquid pro istac re, ac lubens. Idem Adelph. 5, 5, 6 Seruum haud illiberalem praebes te, et tibi lubens bene faxim. Ibid. 5, 6, 8 Et tibi ob eam rem, si quid vsus venerit, lubens bene faxim. Ioui opulento, bonas copias commodanti, lubens meritoque vitulor Plaut. Perf. 2, 3, 2. de qua formula, lubens meritoque, vid. Briffon.

LVBENTER. Adu. [*ἀβήτως, ἀβήτως*] i. Lubenti animo. Plaut. Rud. 4, 2, 18 Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro et cum malo quiescunt. Magis lubenter, vid. MAGIS. Nimium lubenter, 105

*vid. post NIMIS.* Compar. Plaut. Capt. 1, 2, 10 Omnes profecto liberi lubentius sumus, quam feruimus.

LVBENTIA, ae. f. Plaut. Stich. 2, 2, pr. et Afin. 2, 2, 2. quo posteriore loco Pareus accipit pro dea lactitiae, *vid. LIBET.*

LVBIDO, inis. f. [λαγνεία] *vid. LIBIDO.* Plaut. Trin. 4, 2, 23 Lubido est obseruare quid agat: ei rei operam dabo. Idem Pers. 2, 2, 6 Audacter tibi si lubido est perdere.

LVBIDINITAS, atis. f. pro Lubidine, *teste Nonio* 8, 61 Laberius Colace, Lubidinitate labitur.

LVBITVM et LVBITVS, *vid. in LIBITVM.*

LVBRICTVS, a, um. Adi. [ὀλισθηρός, ὑάλιδος, γλισθηρός] *Quasi tu labricum dicas a labando.* Valla l. 4 Lubricus locus est, in quo nequeas insistere, nec ingredi, quales sunt herbae perfusae sanguine, ut apud Virgilium de Niso, et Homerum de Aiace Oilei: aut aliter humectatae: marmora laeuigata, lapidesque vel humore conspersi, terra glaciat, aqua gelata, pauimenta, caeteraque huiusmodi, lubrica dicuntur.

Metaphor. Cic. Acad. 4, 68 Tum paucis additis venit ad Soritas, lubricum sane, et periculosum locum. Simili metaphora dixit idem Cic. pro Cael. 41 c. 17 Vias adolescentiae lubricas, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix possit. Semita lubrica canenti cliuo Sil. 3, 519. *de glacie.* Terra Tibull. 2, 3, 52. Via lubrica tota Propert. 4, 4, 49. Tum lubrica sunt, quae facile elabuntur manibus, difficulter senentur. Virg. Aen. 5, 84 Aduis quum lubricus anguis ab imis. Amnis Ouid. Amor. 3, 6, 81 *de amne ut*

25 deo. Conchylia Hor. Serm. 2, 4, 30. Cic. de Nat. Deor. 2, 142, c. 57 Sed lubricos Oculos fecit et mobiles. Ora lubrica tabo Stat. Theb. 9, 73. Virg. Aen. 2, 474 Lubrica conuoluit sublato pectore Terga. Seruius: Lubricum dicitur et Quod labitur dum tenetur, ut piscis, serpens: et Locus in quo labimur; ut, Et sese opposuit Salio per lubrica surgens. Ouid. Fast. 5, 476 Lubrica prestantes effugit Umbra manus. Vultus nimium lubricus adspice Hor. Carm. 1, 19, 8 quem qui aspiciat nimis facile labatur in cupiditatem. Lubricus, Fallax, mobilis. Virg. Aen. 11, 716 Nequidquam patrias tentasti lubricus artes. Seruius. Lubricus assensus, Inconstans, non tutus, fragilis. Cic. Acad. 4, 108 Ego enim etsi maximam actionem puto repugnare visis, obistere opinionibus, assensus lubricos sustinere, etc. Dominandi Cupiditas praeceptus et lubrica Cic. Phil. 5 c. 18. Defensio lubrica Id. pro Planc. 5. Lubricus locus, per translationem, pro Difficili et incerto. Cic. Off. 1, 65 Qui locus est sane lubricus, quoniam vix inuenitur qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Observatio

30 Quinctil. 1, 5. Spes Stat. Achill. 1, 547.

LVBRICTVM, i. n. [ὀλισθηρός] *Substantiue pro ea, quam Lubricitatem analogia dices, si pateretur auctoritas.* Tacit. Hist. 1, 79, 2

45 Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate. In lubrico Agere Tac. A. 6, 51, 3. Magis lubrico circummagi Cels. 8, 3. Versari in lubrico Cic. in Orat. c. 28. Tacit. Ann. 1, 65 Illi sanguine suo, et lubrico paludum lapsantes, etc. Lubrico Viae Tac. Hist. 2, 85, 5. Idem Hist. 3, 82 Per angusta, et lubrica viarum flexerant. Metaph.

50 Idem Ann. 14, 56 Quin si qua in parte lubricum adolescentiae nostrae declinat, reuocas, *vid. ADOLEO.* Aetatis lubricum Plin. Epist. 3, 3. Modestinus in l. Famosi. D. Ad legem Iul. maiest. Nam et persona spectanda est, an potuerit facere, et an ante quid fecerit, et an cogitauerit, et an sanae mentis fuerit: nec lubricum linguae ad poenam

55 facile trahendum est.

LVBRICTE. Adu. [ὀλισθηρῶς] *Dubis, periculose.* Laudatur Cic. Philipp. 2 c. 24 Et lubrice versatus in bello est. *Sed rectius e vetusto codice legitur,* Reliquorum factorum eius R. L. difficilis sane est reprehensio et lubrica, versatus est in bello.

60 LVBRICTO, are. [ὀλισθηρὸν ποιῶ] *Lubricum reddere.* Iuuen. Sat. 11, 173 Qui Lacedaemonium pitysinare lubricat orbem, *vid. PITYSMA.* Angues lubricare Tertull. in Genesi c. 1. Cliuum Prudent. Pass. Petri et Paulli v. 35.

LVBRICTATVS, a, um. Arnob. aduersus gentes 1 p. 22 Lubricatus lapis, et ex oliui vngue ordinatus.

## L V C

LVCA, ae. f. Bos luca, dicitur Elephas. [ἐλεφας] Plin. 8, 6 Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, et boues lucas appellauit, in Lucanis visos. Cur Elephantes dicti sint Lucae boues, disputat Varr. de L. L. 6, 3 p. 72, 30 Postquam enim laudauit prouerbium quod fuerit apud Ennium, Atque prius pariet locusta lucam bouem, addit. Luca bos elephas. Cur ita sit dicta, duobus modis inueni scriptum. Nam et in C. Aelii commentario erat, a Libycais Lucas, et in Verginii commentario, ab Lucaneis Lucas: ab eo, quod nostri, cum maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bouem: et in Lucaneis Pyrrhi bello primum vidissent apud hosteis elephantos, — lucam bouem appellasse. Si a Libya dictae essent Lucae, pantherae et leones non Africanae bestiae dicerentur, sed Lucae. Si ab

75 Lucaneis dictae; vrsi cur potius Lucani quam Luci dicti? Quare ego arbitror potius Lucas ab luce, quod longe relucebant, propter inauratos regios clypeos, quibus eorum tum ornatae erant turres. Tamen Scaliger Append. Coniectan. ad b. l. recte tuetur illam a Lucania appellationem: quam probat etiam Isid. 12, 2. Lucret. 5, 1301 Inde boues Lucas turrato corpore tetros, Anguimanos, belli docuerunt vulnera Poeni Sufferre. Auson. Epist. 15

80 Cur me propinquum Santonorum moenibus Declinas, ut Lucas boues Olim refumto praeferoce paelio Fugit iuuentus Romula. Sen. Hippol. 351

Amat insani bellua ponti Lucaeque boues. Add. Lips. Elef. 2, 4 et Drakenb. ad Sil. 9, 572.

LVCANI, orum. m. [Λυκανοί] Populi inter Calabros et Apulos siti, et a Samnitibus orti, duce Lucio, ut scribit Plin. 3, 5. Eorum regio LVCANIA, Violenta Lucania Hor. Serm. 2, 1, 38.

LVCANVS, a, um. Adi. [Λυκανός] Aper Lucanus Hor. Serm. 2, 8, 6. Iuga Sil. 8, 571. Mare Stat. Silu. 3, 2, 85. Pascua Hor. Epod. 1, 28. Scarabaei Lucani v. b. v. ex Plinio. Vrsos modo habuimus ex Varron. de L. L. 6, 3.

90 in Poeta nobili, cuius habemus Pharsaliam.

LVCANICA, ae. f. [ἀλλὰς] Genus farciminis porcinis carnibus infarctum, a Lucanis populis primum inuenta. Martial. 13, 35 Filia Picenae venio lucanica porcae, Pultibus hinc niueis grata corona datur.

LVCAR, aris. n. recte interpretantur Vett. Gloss. τὸ θιαλερικόν, et Charif. p. 25, 3 θιαλερικὸν κρυγύριον. Plut. Qu. Rom. 88 υἱὸς τὸ ταλόμενον οἷς θιάς.



*de Jure.* *Ac fuisse pretium histrionibus datum, vel unus conficit* Tertull. adu. Gnost. c. 8 *de Iobanne Baptista*, Ipse — contumeliosa caede truncatur in puellae salticae lucar. *Hac etiam referunt viri docti* Tac. A. 1, 77 De modo lucaris, et aduersus lasciuia fautorum, multa decernuntur, *vbi Lipsius hunc ipsum modum lucaris ex antiquis scriptoribus studet definire.* *Mensio etiam fit lucaris aliquoties in antiquis Inscriptionibus, quas laudat Rader. ad Mart. 5, 25.* A luco s. lucis derivant Festus b. v. Lucar appellatur aes, quod ex lucis captatur: et mox Lucaris pecunia, quae in luco erat data: *itemque Plutarchus Qu. Rom. 88 vbi reditus lucorum publicorum in spectacula impensos monet. Itaque non temere assentiar Cerdæ, qui Adu. sacr. 48, 6 apud Festum legi vult aes, quod ex ludis captatur: nec Salmasio, qui locar a locis theatri dictum existimat; licet Locarios Martialis, de quibus sub LOCVS, inde dictos, non sit dubium.* Scaliger ad Festum etiam Liuius vult lucar restitui, apud quem 23, 11 ita editur, Pythio Apollini, rep. vestra bene gesta seruataque, lucris meritis (Scal. lucaris meriti) donum mittitote. *Sed non satis rem a Scaligero explicatam, monet Gronovius. Quid sibi velit apud Charisium p. 14 post med. Lucar, lucaris τὸ λυκαῖος, quaerendum est. Quod est in Vet. Gl. Lucar μῦθος ἀπὸ φλοῦς, illud cum Plutarchi et Festi sententia conciliari facile potest.*

LVCARIS pecunia modo e Festo prolata est.

LVCARIA, orum. n. [Λυκαρία καλέμενη] Festa, quae in luco Romani colebant, qui permagnus erat inter viam Salariam et Tyberium, pro eo quod victi a Gallis fugientes e praelio ibi sese occultauerint. Festus.

LVCCEIVS, gentis Romanae, e qua nobilis Historicus, quem Cicero rogat, ut res in consulatu gestas seorsum describat. Fam. 5, 12.

LVCCELLVM, vid. LVCRV M.

LVCENS, vid. LVX.

LVCEO, vid. LVX.

LVCERES, um. m. Tertia pars fuisse populi Rom. temporibus Romuli regis. Seruius ad Aen. 5, 560 Constat primo tres partes fuisse Populi Rom. vnam Tatiensium, a Tito Tatio duce Sabinorum iam amico post foedera: alteram Ramnetum a Romulo: tertiam Lucerum, quorum, secundum Liuium (1, 13) et nomen et causa in occulto sunt. Varro tamen dicit (de L. L. 4, 10) Romulum dimicantem contra Titium Tatium a Lucumonibus, id est Tuscis, auxilia postulasse. — Ergo a Lucumone Luceres dicti sunt. *Haec inquam, Seruius in illud Virg. Aen. 5, 560 Tres equitum numero turmae, ternique vagantur Ductores, etc. Luceres, prima modo producta, modo correpta.* Propert. 4, 1, 31 Hinc Tities, Ramnesque viri, Luceresque coloni. Ouid. Fast. 3, 132 Quin etiam partes totidem Tatiensibus ille, Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit. Festus Lucerenes et Luceres, quae pars tertia Populi Rom. est distributa a Tatio et Romulo; appellati sunt a Lucero Ardeae rege, qui auxilio fuit Romulo aduersus

Tatium bellanti.

LVCERENSES, et LVCERTES, idem qui Luceres. Fest.

LVCERIA, ae. f. [Λυκερία] est Dauniorum colonia in Apulia, teste Plinio 3, 11. Arx Luceriae Lucan. 2, 473. Hor. Carm. 3, 15, 13 Te lanae prope nobilem Tonsae Luceriam, non citharae decent.

LVCERVS, i. m. Ardeae rex, qui auxilio fuit Romulo contra Tatium Festus, vid. LVCERES.

LVCERNA, LVCESCO, vid. LVX.

LVCETIVS, i. m. Dicitur est Iupiter a luce, quam praestare hominibus putabatur. sic Iuno Lucetia, quod lucis causa sit. Fest. Seru. ad Virg. Aen. 9, 570. Gell. 5, 12.

LVCIDVS, LVCIFER, LVCIFVGA, vid. LVX.

LVCILIVS, i. m. [Λυκίλιος] Nomen Poetae, qui primus, ut ait Plinius in Praef. Stili nasum condidit, i. scripsit Satiras. Hor. Serm. 1, 4, 6 Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus. 2 Lucilius Bassus, malus Poeta. Cic. Att. 12, 5 Cato me quidem delectat, sed etiam Bassum Lucilium sua.

LVCILIANVS, a, um. Adi. Filius Lucilianus Cic. Att. 16, 11. Caractere Luciliano libelli Varr. de R. R. 3, 2.

LVCINA, ae. f. dicta est Iuno, quae partui praest, quod partum ferat in lucem. Sunt qui a luco deducunt, qui Romae Iunoni sacer est in Exquilis. Plin. 16, 44. Ouid. Fast. 2, 449 Gratia Lucinae, dedit haec tibi nomina lucus: Aut quia principium tu dea lucis habes. Add. ib. v. 451. Macrobi. Saturn. 7 c. vlt. Lucina, quae Luna est, a parentibus invocatur, quia proprium eius munus est distendere rimas corporis, et meatibus viam dare: quod accelerando partui est salutare. Vox parturientis Iuno Lucina fer opem Ter. Andr. 3, 1, 15. Add. Plaut. Aul. 4, 7, 11. Catull. Carm. Saecul. v. 35. Lucina, Ilithyia, Genialis; Idem Hor. in Carm. Saecul. 15. Casta faue Lucina Virg. Ecl. 4, 10. Experta labores Lucinae Idem Georg. 4, 340. i. foeta, quae peperit. Fauente Lucina pignora bina dedi Ouid. Epist. 6, 122. Pati Lucinam, Parere Virg. Georg. 3, 60. Parce precor grauidis facilis Lucina puellis Ouid. Fast. 2, 451.

LVCINVS, a, um. Horae Lucinae, i. Horae, quibus edimur in lucem Prudent. contra Symmach. 2, 222. Deus loquitur, Ipse ego sum — Et qui Lucinas tribus nascentibus horas.

LVCINIA, ae. vid. LVSCINIA.

LVCIVS, i. m. [Λυκίος] Praenomen apud Romanos fuit. Lucius, (ait Pompeius Festus) praenomen est eius, qui oriente luce natus est. Varro de L. L. 5, 2 Lucii, qui prima luce nascuntur. Add. ib. 8, 38 extr.

LVCIPOR, oris. m. Lucii puer vel seruus. Plin. 33, 1 f. 6 Hoc profecere mancipiorum legiones, et in domo turba externa, ac seruorum quoque causa nomenclator adhibendus. Aliter apud antiquos singuli Marcipores, Luciporesue, dominorum gentiles, victum in promiscuo habebant.

LVCO, aere. unde compositum COLLVCO, v. v.

LVCOMEDI, orum. m. A duce suo Lucomo (Scal. suspicatur Lucomone) dicti: qui postea Lucerenes dicti sunt. Festus. Certe sic interpretari licet Prop. 4, 2, 51 Tempore quo sociis venit Lucomedius armis, Atque Sabina feri contudit arma Tati. Etiam Lucomonius legi vult Io. Goropius apud Brouckh. Sed si vere Festus, Lucomedius est per Synecdochen positum pro plurali, vid. LVCVMO.

LVCRENSIS, vid. LVCERES.

LVCRETIA, ae. f. [Λυκρητία] Gens Romana, e qua Sp. Lucretii filia, quam Sex. Tarquinius Tarquini Superbi Romanorum regius filius stuprauit. Quod ipsa quum patri et viro Collatino indicasset, gladio se occidit, fecitque ut populus scelus ulcisceretur, et reges exigeret. Claud. de Laud. Seren. 153 Et grauis incumbens casto Lucretia ferro, etc.

VQL. III.

*Hanc historiam scribit Liu. i circa finem: et Ouid. Fast. e, 685. Seneca Octau. 300*

Te quoque bellum triste secutum est

Maestata tua miseranda manu

Nata Lucreti stuprum saevi

Passa tyranni.

*Pro Pudica, et mari-*

*ti amante ponitur a Petron. c. 9 Cum ego clamarem, gladium strinxit, et si Lucretia est, inquit, Tarquinium inuenisti. Vid. Martial. II, 105. Hinc*

¶ 2 Lucretius Poeta nobilis, de quo Ouid. Amor. 1, 15, 23 Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti, Exitio terras quum dabit vna dies.

LVCRETILIS, is. m. [*Λυκρήτιλος*] Mons est in Sabinis, de quo Hor. Carm. 1, 17, 1 Velox aenonum saepe Lucretilem Mutat Lycaeo Faunus. *In hac vicinia etiam*

LVCRETINVM, praedium Attici, quo respiciens Cic. Att. 7, 11 Vnam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quam omnia istiusmodi regna.

LVCRIŪVM, i. n. *Dauniorum est oppidum in Apulia, ut scribit Pomponius 2, 4. ubi tamen rectius legitur Larinum.*

LVCRIŪVS et Auernus [*Λυκρίνος ἢ Ἄορνός*] lacus, uterque in Baiano sinu est. At Lucrinus Populi Romani cura piscosus factus, vectigalibus operam pensantibus. Vid. Seruium apud Virg. Georg. 2, 161 An memorem portus, Lucrinoque addita claustra, etc.

LVCRIŪVS, a, um. Adi. [*Λυκρίνος*] Aqua Lucrina Propert. 1, 25 II, 10 Lacus Lucrinus Hor. Carm. 2, 15, 3.

LVCRIŪNSIS, e. *Idem. Res Lucrinenses Cic. Att. 4, 10.*

LVCRIŪM, i. n. [*κέρδος*] *Quaestus. Vid. Varr. L. L. 4, 36. Ter. Heaut. 4, 4, 25 Nae ille haud scit hoc paullum lucri quantum ei damni apportet. Cic. Tusc. 5, 9 Alii emendi aut vendendi quaestum*

et lucro ducerentur. Cupido lucri Ouid. de Arte Am. 3, 373. Lucri bonus est Odor ex re Qualibet Iuuenal. 14, 204. Scabies et contagia lucri Hor. Epist. 1, 12, 14. Studium lucri Idem Carm. 12, 25. Bonum lucrum, vid. BONVS. Dulce Ouid. Fast. 1, 194. Perenne, vid. PERENNIS. Pudenda Ouid. de Arte Am. 3, 442. Sordidum

Quinctil. 1, 12. Utile Plaut. Capt. 2, 2, 75. Vlpian. in l. j. Quorum rerum actio datur, Neque enim oneratum se hoc nomine potest queri libertus, si lucrum Abruptum ex re patroni non fecerit. Lucrum abruptum dicit, quasi Praeceptum, et praeter spem abactum, ait Budaeus. Legitur et Abreptum et Obruptum. Afficere lucro, vid.

40 AFFICIO. Hor. Carm. 1, 9, 14. Quid sit futurum cras, fuge quaerere: et Quem fors dierum cunq̄ue dabit, lucro Appone. Ter. Phorm. 2, 1, 21 (1, 5, 16)

Quidquid praeter spem eueniet, omne id Deputabo in lucro. Cic. Verr. 3, 72 Imperat Agyrinensibus vt decumas ipsi publice accipiant, Apronio lucrum Dent. Et paullo post, Quare putabas emtori lucrum addi oportere? Facere lucrum Plaut. Capt. 2, 2, 77. Cic. Verr. 3, 86 Quomodo igitur hoc assequar, Iudices, vt sciam lucri quantum factum sit? Facere lucri rem dicitur pro Facere lucrum alicuius rei.

50 Neq̄us 8, 1, 3 Quae ille vniuersa naturali quodam bono fecit lucri. Ligurire lucra, vid. LIGVRIO. Cic. pro Flacc. 40 Quiescant igitur et me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Idem Fam. 7, 24 Id ego in lucris pono. Idem Philipp. 3, 30 c. 12 Reliquas res ad lucrum, praedamque reuocauerit. Esse in lucro Ouid. Trist. 1, 3, 68. Est lucro Plaut. Mil. 3, 1, 80. Cic. Philipp. 13, 40 Quibus vtri nostrum ceciderint, lucro futurum est. Est lucri, Prodest. Ter. Phorm. 1, 2, 11 Vbi quid mihi lucri est te fallere? De lucro iam quadriennium Viuimus Cic. Fam. 9, 17. med. Lucrus, masculino genere, teste Nonio 3, 119 apud Plautum Perf. 4, 3, 23 Nunc ea narrabo, vnde tu pergrandem lucrum facias. al. pergrande.

LVCROSVS, a, um. Adi. [*κεφάλκος*] Plenum lucro. Plin. 18, 31 Id peraeque lucrosissimum. Idem 37, 12 Neque est vlla fraus vitae lucrosior. Bona Caius in l. Eius. D. de testam. Dolus Vlpian. in l. 3 D. de tribut. actio. Eloquentia lucrosa, et sanguinans Tacit. 65 de Orat. c. 12. Poena est lucrosa Poetae Ouid. Trist. 2, 507. Voluptas Idem Amor. 1, 10, 35.

LVCROSE. Adu. *Idem. Hieron. de Custod. Virg. Epist. 22 c. 5 Sub virginali nomine lucrosius pereant. Sed M. Victorius ibi Tutius mauult.*

70 LVCCELLVM, i. n. Dimin. [*κερδύριον*] Cic. Verr. 3, 72 c. 30 Age, quid tum? si Apronio deliciis Praetoris lucelli aliquid iussi sunt dare, putate Apronio datum: si Apronianum lucellum, ac non Praetoria praeda vobis videbitur. Dulce lucellum Hor. Epist. 1, 18, 102. Facere aliquid lucelli Cic. Verr. 3 c. 44.

75 LVCRAŪVS, a, um. Adi. Iulianus in l. Omnes. D. de action. et oblig. Omnes debitores, qui speciem ex causa lucratiua debent, liberantur, quum ea species ex causa lucratiua ad creditorem pervenisset. Acquisitio lucratiua Vlpian. in l. Apud Celsum. §. Auctoris D. de doli mali except. Opera lucratiua Quinctil. 10, 727 p. 958. Sed vox Lucratiua suspecta est Burmanno. Vid. eum ad loc. cit.

LVCRIŪCO, are. Tertull. de Praescript. c. 24 Paullus factus omnibus omnia, vt omnes lucrificaret.

LVCRIŪCABILIS, e. [*κερδαλός*] Plaut. Perf. 4, 3, 46 Nae hic tibi dies illuxit lucrificabilis, i. Lucrum afferens. Antiquum.

85 LVCRIŪCVS, a, um. *Idem.* Facula lucrifica Plaut. Perf. 4, 3, 46.

LVCRIŪVGA, ae. m. [*Φυγόνεδος*] Qui lucrum fugit. Plaut. Pseud. 4, 7, 33 Venus mihi haec bona dat, quum hos huc adiicit lucrifugas, damni sui cupidos.

90 LVCRIŪETA, ae. m. Foenerator lucripeta Plaut. Moss. argument. v. 6.

LVCRO, Act. legitur a quibusdam ap. Tertull. ad Mart. c. 2. sed emendati libri habent Lucretis.

LVCROŪ, ari. Depon. [*κερδαίνω, κερματίζομαι*] Lucrum facere. Cic. Verr. 5, 61 c. 24 Pretio certo missos facere nautas: missorum omne stipendium lucrari. Si fuerit, vt locupletes suum perdant, debitores lucentur alienum Cic. Off. 2 c. 24 pr. Idem Verr. 1, 33 c. 12 Dedecora praetereantur: lucretur iudicia veteris infamiae, i. Ne respocatur ab eo illiusmodi damnorum ratio. al. rectius iudicia. i. non indicabo. Vid. Graeu. ad b. l. Moram fati lucrari Stat. Theb. 9, 779.

LVCRAŪNS, antis. Suet. Neron. c. 45 Ex annonae caritate lucentium accreuit inuidia. al. lucentium.

LVCRAŪVS, a, um. [*κερματισόμενος*] Lucratus nomen ab Africa domita Hor. Carm. 4, 8, 19. de Scipione, qui Africanus dictus fuit.

105 Pythias emuncto lucrata Simone talentum Hor. de Arte Poet. 238.

**LVCRATORES** aulici leg. a quibusdam ap. Suet. Ner. c. 45. sed legendum Luctatores.

**LVCRATIO**, ōnis. f. Tertull. adu. Gnost. c. 4. et ad Vxor. 2, 7.

**LVCRICVPIDO**, inis. f. Apul. de Philos. p. 78. sed praefat diuifim legere.

**LVCRIDVCO**, ěre. Tertull. adu. Marc. 5, 20. melius in duas voces diuiditur.

**LVCRIFACIO**, ěci, actum, ěre. [*κερδαλω*] Idem quod lucrari. Martial. 8, 11 Emit lacernas millibus decem Bassius, Tyrias coloris optimi lucrificavit. Iniuriam lucrifacere Plin. 7, 39. i. iniuriam impune committere, et poenam non luere. Sic A. de B. Hispan. 36, 1 Illo beneficio suum maleficiū existimabant se lucrifacere. Notam censoriam ap. Val. Max. 4, 1, 10. effugere. Varr. de R. R. 3, 4 Atque adeo non dissimulabo, quod volo de ornithone primum, quod lucrificerunt hoc nomen turdi. Quam plurimum Brut. ad Cic. Fam. 11, 20. Conf. Plaut. Poen. 3, 5, 26. et Truc. 3, 2, 22. Petron. c. 15. In multis libris diuifim scribitur.

**LVCRIFACTVS**, a, um. Partic. [*κερδαυθεις*] Cic. Verr. 3, 174 c. 75 Iam vero ab isto omnem illam ex aerario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis.

**LVCRIFĪO**, ěri. Passiu. [*κερδαλωμαι*] Cic. Verr. 3, 111 c. 46 Quid si ostendo in hac vna emtione lucrifieri tritici modios centum? Conf. Tertull. ad Vxor. 2, 7. et adu. Gnost. c. 6.

**LVCRIHABITA** anima Tertull. de Corona mil. c. 11. re-  
flius diuiditur.

**LVCRIVS**, i. m. Qui lucro praeest: Mercurius. Arnob. 4 p. 132 Quis est, qui credit esse Deos Lucrios, et lucrorum consecutionibus praesidere? de Mercurio loquitur, qui *κερδαίως* dictus. Vid. Meurf. ad Lycoph. Alexandr. v. 208.

**LVCRIO**. Ant. Inscript. f. 189 n. 4. et f. 601 n. 2. vel **LVCRO**, ōnis. m. Lucrari undique capiens. Sic Lucro, Seruile nomen apud Petron. c. 60. Conf. l. 37. §. 3. ff. de Legat. 3. Conf. Fest. in Cerropā.

**LVCSTATIVS**. [*Λυκστάριος*] Gentis Romanae nomen. Vid. Lutatius Catulus, qui primo Punico bello trecentis nauibus aduersum Poenos profectus, sexcentas eorum naues commeatibus et aliis oneribus impeditas, apud Aegates inter Siciliam et Africam depreffit, sinemque bello imposuit. al. scribunt Lutatius.

**LVCATOR**, āri. [*παλαίω, διαπάλω*] Proprie Luctari dicuntur, qui se inuicem quamcūque concertationem uehementemque conatum referunt. Liu. 7, 38 An aequum esse dediticios suos illa fertilitate atque amoenitate perfrui, se militando fessos in pestilente atque arido circa urbem solo luctari, aut in vrbe insidentem labem crescentis in dies foenoris pati? Luctantur inter sese Plin. 17, 12. Cic. de Orat. 1, 74 Tum ridens Scacuola, Non luctabor, inquit, tecum Crasse amplius. Add. Idem pro Sylla c. 16. Contendunt ludo, et fulua luctantur arena Virg. Aen. 6, 643. Complexu luctari Plin. 9, 30. Equo luctari Sil. 4, 240. vid. mox Morti. Molimine magna luctari Ouid. Met. 6, 694. Morti luctari Sil. 10, 296. i. Cum morte, vid. LUCTANS. Remis ad opem luctare ferendam Ouid. Trist. 4, 5, 19. Quinctil. 5, 50

13 Est et illud vitium nimium solliciti, et circa omnia momenta luctantis. Vid. ibi Burm. Exerceri luctando Nep. 15, 2, 5. Luctandum in turba Hor. Serm. 2, 6, 28. Lucto, are. apud antiquos. Ennius 9 Viri a validis viribus luctant. Ter. Hec. 5, 3, 32 Dicitque sese illi annulum dum luctat, detraxisse. Vid. Non. 7, 31.

**LUCTANS**, antis. Partic. [*παλαίων*] Iuueni luctantes Virg. Georg. 2, 357. Idem Aen. 4, 696 Irim demisit Olympo: Quae luctantem animam nexosque resolveret artus, b. e. Egredi conantem. Sil. 2, 514 Luctantem fati petit inflammata Saguntum. Multa Silii similiter constructa notat Drakenb. Hor. Od. 1, 1, 15 Luctantem Icariis Fluctibus Africum. Lumina luctantia composuit somnus Sil. 7, 204 Oscula luctantia carpit Ouid. Met. 4, 358. Virg. Aen. 1, 57

Hic vasto rex Aeolus antro  
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras  
Imperio premit. Vbi Seruius: Luctantes, Elaborantes egredi. Viri luctantes Propert. 3, 14, 4. Luctantes in contignatione dicuntur, quod erecti inuicem se teneant more luctantium Isidor. 19, 19. subaud. trabes.

**LUCTITO**, āre, et **LUCTĪTOR**, āri. Frequent. Priscianus p. 797 ait apud vetustissimos, Luctito pro Luctitor inueniri.

**LUCTĀTOR**, ōris. m. [*παλαίτης*] Plaut. Pseud. 5, 1, 6 Magnum hoc vitium vino est: pedes captat primum, luctator dolosus est. Ouid. in Ibin v. 393 Vt iacet Aonia luctator ab hospite fusus. Luctator audax Angeli Prudent. Cathem. 2, 74. i. Iacob.

**LUCTATIO**, ōnis. f. [*πάλαισμα*] Cic. de Fato 12 c. 6 Vigila Chryippe, ne tuam causam, in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio est, deseras. Gladiatorum luctatio Scribon. 101. Hic per translationem dictum. Liu. 21, 36 extr. Tetra ibi luctatio erat, vt a lubrica glacie non recipiente vestigium, etc. Spiritus inclusi et in exitum nitentis luctatio Sen. Q. N. 5, 13. Sine aduersario nulla luctatio est Cic. de Fato 30.

**LUCTĀTVS**, a, um. Metaph. Vellei. 2, 63, 3 Dubia fide diu, quarum esset partium, secum luctatus.

**LUCTĀTVS**, ūs. m. [*διαπάλασμα*] Idem ac Luctatio. Plin. 32, 2 Quem luctatum eius si forte alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adiuuare nixus erumpentis. Sic 8, 12 Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus. Plur. apud Tertull. de Spectac. c. 29.

**LUCTĀMEN**, inis. n. [*διαπάλη*] Idem. Virg. Aen. 8, 89 Mitis vt in morem stagni placidaeque paludis Sterneret aequor aquis remo vt luctamen abesset. Miserum luctamen Valer. Flacc. Argon. 2, 234. Emendatio morum iudiciorumque correctio, et Difficile luctamen et periculi plenum negotium est Mamertin. Paneg. Iul. c. 4. Operam luctaminibus Mollioribus dare Lamprid. Alexandr. c. 30. Add. Capitolin. Maximin. c. 6.

**LUCTA**, ae. f. sive **LUCTATIO**. [*πάλη* Onomast. Vet.] Vnus ex quinque ludis antiquorum, quo alius alium proferre in terram nititur. Hygin. Fab. 273 Ajax vicit lucta. Vid. Sidon. Epist. 2, 1. Convincitur lucta Augustin. Ep. 106. et Auson. Epigr. 93. Capitolin. in Maximino c. 6.

**LUCTVS**, **LUCTVOSVS**, vid. **LVGEO**.

**LVCV̄BRO**, āre. [*λυκτογραφέω, λυκτοίρω*] Aliquid nocte ad lucernam componere. Liu. 1, 57 Sed nocte sera deditam lanae inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem inueniunt. De Lucretia. Farinam perungibilem lucubrare Apul. Met. 9. Viam Idem ibidem l. 6. Lucubrandum est Cels. 1, 2.

LUCUBRĀTVS, a, um. Cic. in Parad. 1 pr. Accipies hoc parvum opusculum, lucubratum his iam contractioribus noctibus. Nox lucubrata Martial. 4, 90.

LUCUBRATIO, ōnis. f. [νυκτογραφία] Columel. 11, 2 Item ad lucubrationem vespertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidemque per antelucanam lucubrationem. Antelucana, Vespertina Plin. 18, 26. Cic. de Nat. Deor. 1, 91 Nam ista, quae vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum. Lucubrationum fuligo bibenda Quinctil. 11, 3. Lucubrationes Detraxi et meridiationes addidi Cic. de Divinat. 2 c. 68. Columel. 11, 2, 90 Nam multa sunt, quae in lucubratione recte aguntur. Et mox: Nulla regio non aliquid affert, quod ad lucubrationem confici possit — Possit etiam salix pridie decisa ad lucubrationem expurgari — Tum etiam per lucubrationem ferramenta acuere. Cato de R. R. 37, 3

Per lucubrationem hieme haec facito.

LUCUBRATIVNCŪLA, ae. f. Dimin. Gell. Praefat. Si cui forte nonnunquam tempus voluptasque erit, lucubrationunculas istas cognoscere. Pro Tempore lucubrationis ponitur ab Aufon. Epist. 21 Isti spatio lucubrationunculae vnius effusi, i. Vigilia vnius noctis.

LUCUBRATORIVS, a, um. [νυκτογραφιδων Φορσιδιον] Lucubrationem lecticulam Tranquillus appellat in Augusto c. 78. in qua lucubrare solebat Augustus. vid. b. l. Casaub. in Buchner. ad Plin. Ep. n. 127 p. 44.

LUCUBRVM, i. n. Materia, quae facile ignem concipit. Vid. Plin. 16, 40. Scalig. in Moret. Salmaf. Proleg. Exerc. Plin. p. 17. Da-

lechamp. ad Plin. l. c.

LUCVLENTVS, vid. LVX.

LUCVLLVS, i. m. [Λύκυλλος] Cognomen fuit Liciniorum, in quibus divitiis et magnificentia nobilitatis ille Ciceronis aequalis, cuius elogium est prooemium libri quarti Academicarum quaestionum, qui et Lucullus inde vocatur a Grammaticis.

LUCVLLĒVS, a, um. Adi. [Λυκυλλαιος] Plin. 36, 6 Post hunc Lepidum ferme quadriennio L. Lucullus Consul fuit, qui nomen (vt apparet ex re) Luculleo marmor dedit, admodum delectatus illo, primusque Romam inuexit.

LUCVLLĀNVS, a, um. Idem. Sidon. Paneg. Antem. v. 518 Lucullanis freta cincta carinis.

LUCVMO, ōnis. m. [Λυκμων] Tuscorum lingua veteri regem significabat aut principem. Seru. ad Aen. 2, 278 Duodecim enim Lucumones, qui reges sunt lingua Tuscorum, habebant. Idem ad 8, 65

De Tuscia — — nam et Lucumones reges habebat: Et ad v. 475 Tuscia duodecim Lucumones habuit, id est, reges, quibus vnus praefuit. Sed singularum civitatum quoque magistratus sic dicti, si credimus eidem ad Aen. 10, 202 Gens illi (Mantuae) triplex, populi sub gente quaterni. Quia Mantua tres habuit populi tribus, quae in

quaternas curias dividebantur, et singulis singuli Lucumones imperabant, quos in tota Tuscia duodecim fuisse manifestum est, ex quibus vnus omnibus praerat. Hinc Romulus a Lucumone vel a Lucumoni-

bus adeo, id est, a Tuscis auxilia postulasse dicitur, quorsum Varro laudat idem Seru. ad Aen. 5, 560. Hinc Luceres dicta tribus Romana. Vid. Varro de L. L. 4, 9 p. 16, 30. Aur. Vict. de Vir. Ill. 2. Prop.

4, 1, 29 Prima galeritus posuit praetoria Lucumo contracte pro Lucumo. Itaque omnis causa Damaratus Corinthius apud Tarquinius exulans filio suo Lucumoni nomen esse voluit, qui Romam translatus L. Tarquinius Priscum nomen edidit Liu. 1, 34. Add. Macro. Sat. 1, 6. Vict. de

Vir. Ill. 6. Talis est Lucumo ille Clusinus, praepotens iuuenis Liu. 5, 33. Maneat igitur Lucumonem esse potestatis et potentiae adeo nomen ac nobilitatis apud Etruscos, undecumque deriuetur. Scaliger ad Orphei hymnos ait esse Lycaonas, quod Regium in Arcadia nomen fuisse, et λυκωνων etiam significasse contendit: unde explicat illud Festi, Lucumones quidam homines ob insaniam dicti, quod loca, ad quae venissent, infesta facerent. Nescio quam bene, quam emendate ista Festus. Fr.

Marianus de Etruria Metropoli c. 3 hanc insaniam notionem inde haesisse nomini putat, quod iidem Lucumones, qui Curetes et Corybantes. Sed historiam et antiquitates Etruscas, et Annium Viserbiensem, mittimus merito. In usu Latinorum scriptorum manemus. Igitur non recte putamus a Scaligero factum Aufon. Lect. 2, 12. quod ad insaniam notionem traxit illud Aufon. Epist. 4, 68

Accipe congestas mysteria friuola nugas,  
Quas tamen explicitis nequeas deprendere chartis,  
Scillite decies non si purgeris aceto,

Anticipesque tuo Samii Lucumonis acumen.

Plane acumen suum deserit, aut nimis adeo acutus est Scaliger, cum Samium Lucumonem ipsum vocari ait Theonem, i. acute stultum, cum Samiare sit acuere. Debat ipsa Samii appellatio in mentem illi reuocare Pythagoram, quem Lucumonem cum dixit, non principem modo virum intelligi voluit, sed Tuscum. Cleanthes apud Porphyrium de Vita Pythag. pr. dicit, alios esse ei rōn πατέρα αυτη Τυθηδον αποβαλοντας, των την λημων αποικισαντων etc. Si ergo patrem ipsius Tuscum a quibusdam dictum sciuit, si principem virum non ignoravit, quid mirum, si Samium Lucumonem vocavit hoc sensu, haec nugacia mysteria non explicaveris, mi Theon, si acutior sis Pythagora. Pro rege posuit Sidon. 5, 7 fin. Temperat Lucumonem nostrum Tanaquil sua: Viroque nomine in laude usus. De Chilperico enim rege sermo est, quem paullo ante vocavit virum non minus bonitate quam potestate praestantem. De uxore autem statim, aures mariti virofa susurronum fece completas opportunitate falsi sermonis eruderat. Addimus hoc vnum, cognationem maximam literarum esse inter literas, h. e. consonantes nominis Lucumo, et 772 quo oriens regem denotat.

LUCVNS, untis. n. Edulii genus veteribus usitatum. Varro apud Nonium 2, 483 Ac nulla ambrosia ac nectar, non allia sardae, Panis, pemma, lucuns, cibus qui purissimus multo est. Et, Vinum, pemma, lucuns nihil adiuuat, ista ministrat.

LUCVNCŪLVS, i. m. Dimin. E panificiorum genere fuisse, satis docet Apuleius Met. 10 p. 245, 11 Hic panes, crustula, lucunculos, hainos, laterculos, plura scitamenta mellita. Afranius apud Non. l. c. Pistori cur non, cur non scriblitario vt mittat fratris filio lucunculos? Stat. Silu. 1, 6, 17 Molles Caïoli lucunculique, si audimus Turn. 18, 20 pro vulg. Lagunculique.

LUCVNTER, eris. m. Genus operis pistorii ap. Festum. Vid. ibi Ios. Scalig. et Salmaf. ad Aelium Lamprid.

LUCVS, i. m. [ἄλος, κτενος] Nemus arboribus densum et consecratum. Cic. pro Mil. 86 Vos enim Albani tumuli, atque luci, vos inquam imploro atque obtestor. Liu. 35, 51 Luci fanaque sacrosancta. Cic. de Divin. 1, 101 Lucus Vestae. Virg. Aen. 1, 445 Lucus in vrbe fuit media laetissimus umbra. Vbi Seruius: Vbicumque Virgilius Lucum ponit, sequitur etiani

etiani

etiam consecratio. Virg. Aen. 6, 673 Nulli certa domus : lucis habitamus opacis. Dicuntur enim heroum animae lucos tenere. Lucus autem dicitur quod non luceat : non quod sint ibi lumina causa religionis, vt quidam volunt. *Sed merito hanc derivationem reiecit* Quintil. 1, 6, 34. Senium venerabile lucorum Stat. Silu. 1, 3, 39. Lucus Dianae Liu. 27, 4. Ferentinae Idem 7, 25. Feroniae Idem 26, 11. 27, 4. Iunonis Lacinae Idem 24, 3. Iunonis Sospitae Idem 22, 1. Maricae Idem 27, 37. Similac Idem 39, 12. *Sed vid. h. v.* Alti Virg. Ecl. 8, 86. Caligans nigra formidine Id. Georg. 4, 468. Desertis cessant sacraria lucis Propert. 3, 13, 47. Inaccessi Virg. Aen. 7, 11. Iners, i. *Quietus* Stat. Theb. 10, 86. Ingens Virg. Aen. 7, 29. Petelinus Liu. 6, 20. Pios errare per lucos Hor. Carm. 3, 4, 7. Praenubilis densa arbore Ouid. Amor. 3, 13, 7. Sacri Virg. Aen. 5, 761. Sacratu Camoenis, quo se Numa conferebat Liu. 1, 21. Sacra Virg. Aen. 7, 78. Sancti Ouid. Met. 15, 793. Silentes Virg. Georg. 1, 477. Sonantes Id. Ecl. 10, 58. Steriles Stat. Theb. 2, 12. Viridis Virg. Aen. 7, 800. et Stat. Theb. 5, 152. Umbrosi Hor. Carm. 1, 4, 11. ¶ 2 *Hinc nomina quaedam locorum orta videntur, vt* Lucus Augusti, Lucus Feroniae apud Geographos.

LVCVLVS, i. m. Dimin. Suet. in vita Horatii Domusque eius ostenditur circa Tiburtini luculum.

## L V D

LVDIA, LVDIBRIVM, LVDIBVNDVS, LVDICRVS, LVDI-25 FIGO, LVDIVS, LVDO, *statim dabimus.*

LVDVS, i. m. [*παιδιά, παιγνα*] Factum dictumue oblectandi animi aut nostri aut aliorum causa susceptum prolatumque : opponiturque Serio. Cic. de Orat. 3, 58 c. 15 Sed vt homines labore assiduo et quotidiano assueti, cum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, aut etiam nouum sibi ipsi aliquem excogitant in otio ludum. Hor. Serm. 1, 1, 27 Sed tamen amoto quae ramus seria ludo. Et Art. Poët. 226 Seria vertere ludo. Virg. Ecl. 7, 17 Posthabui tamen illorum mea seria ludo. Campestris, vid. CAMPVS. Consimilis, vid. CONSIMILAS : Tempestiuum pueris concedere ludum Hor. Epist. 2, 2, 142. Plaut. Rud. 2, 4, 13. Otium vbi erit, tum tibi operam ludo et deliciae dabo. i. *Tecum ludam, et delicias faciam.* Dare ludum amori, *Indulgere amori* Hor. Carm. 3, 12, 1. Conf. Cic. pro Caes. c. 12 et 18. Ducere noctem ludo Virg. Georg. 3, 379 Gaudens ludis Hor. Epist. 1, 7, 59. Genuit ludus trepidum certamen et iram Id. ibid. 1, 205, 48. Id. ibid. 1, 14, 36 Nec luisse pudet, sed non incidere ludum. b. e. *Abrumpere, desinere ludere.* Inani ludo prohibere animos Virg. Georg. 4, 105. vid. INANVS. Horat. Od. 1, 2, 37 ad Martem, Heu nimis longo fatiate ludo i. *bello; quidam Marti est.* Ludus est, illa perdiscere Cic. de Finib. 2, 7. de Orat. 2, 72 Omnium caeterarum rerum oratio, mihi crede ludus est hominem non hebeti. Iocans ludus Lucret. 4, 586. Adhibere ludos, vid. ADHIBERE. Lucret. 4, 794 Scilicet arte valent simulacra, et docta vagantur. Nocturno facere vt possint in tempore ludos? Ter. in Phorm. 5, 7, 52 *Obi tunc is eras?* D. vt ludos facit. Facere ludos aliquem, *pro Irridere.* Plaut. Capt. 3, 4, 48 Vt scelestus, Hegio, nunc is te ludos facit. Idem Bacchid. 5, 1, 4. Facere operam ludos, i. *Perdere operam.* Plaut. Rud. 4, 1, 8 Pol magis sapuisset, si dormiuisset domi : iam nunc et operam ludos facit, et retia. Noui iam ludum Plaut. Amph. 4, 2 suppos. 2, 32. vid. NOSCO. Ter. Andr. 3, 1, 21 Hicce me si imparatum in veris nuptiis adortus esset, quos mihi ludos redderet! Druso ludus est Suggestendus Cic. Att. 12, 44 post med. i. *dolo capiendus.* Ludus et Iocus, *pro Re abiecta ac parui pretii, quae merito contemni ac ludibrio haberi possit.* Ter. Eun. 2, 3, 7 Hic vero est, qui si amare ceperit, ludum iocumque diceces fuisse illum alterum, praecut huius rabies quae dabit. Cic. pro Flacc. 12 quum fidem auctoritatemque eriperet testimoniis Graecorum, vsus collatione Romanorum hominum ; Num, inquit, illos idem putatis quibus iusiurandum, iocus est : testimonium, ludus ; existimatio vestra, tenebrae. Liu. 28, 42 pr. in oratione Fabii Max. aduersus P. Scipionem, res ipsius gestas in Hispania contentis atque eleuantis, Nae tibi P. Corneli, quum ex alto Africam consexerit, ludum et iocus fuisse Hispaniae tuae videbuntur. Virg. Aen. 5, 674 Galeam proiecit in anem, Qua ludo indutus belli simulacra ciebat. Cautique per atria ludi Claud. de Rapt. Proserp. 3, 206. ¶ 2 Ludus, [*διδασκαλίον*] De exercitatione gymnastica dicitur, et omni adeo conuentsu discendi causa instituto. Asconius in Diuin. Verr. 4 Omnem scholam ludum dixere Romani. Cic. ad Quint. Fr. 3, 4 Ducensque necum Ciceronem meum in ludum discendi non lusionis. *Talis fuit Ludus Aemilius* Horat. A. P. v. 32 In eodem ludo doctae mihi omnes videntur ad malitiam Ter. Hec. 2, 1, 6. Add. ib. v. 7. Sueton. in Caes. c. 31 Formam qua ludum gladiatorium erat aedificaturus considerauit. Quintil. in Gladiatore 12 p. 200 *Burm.* Quia redemptorem illis diuitem promiseram patrem, in ludum vendiderant tanquam decepti b. e. Gladiatorium. Ludos tamen gladiatorios (inquit Valla) frequentius, quam Ludum dicimus, quando unum pluraue parua gladiatorum ad spectaculum pugnatura producantur. Vid. Torrens. ad l. c. Suet. it. ad c. 26. et Brouckh. ad Tibull. 1, 4, 45. Cic. de Orat. 2, 100 Hoc in ludo non praecipitur : faciles enim causae ad pueros deferuntur. Et statim post, Haec est in ludo causarum fere formula. De ludo Rhetorico. Plin. 9, 8 de delphinis, Puerum, ex Baiano Puteolos itantem in ludum Literarum. Et paullo post, Receptumque Puteolos per magnum aquo in ludum ferebat. Liu. 6, 25 Ingressus urbem, vbi patentes ianuas et tabernis apertis proposita omnia in medio vidit : intentosque opifices suo quemque operi, et ludus literarum strepere discantium vocibus, etc. Horat. Epist. 1, 1, 3 Spectatum satis, et donatum iam rude, quaeris Mecaenas iterum antiquo me includere ludo. Quintil. 1, 4 Literarii paene ista sunt ludi, et triualis scientiae, vid. LITERA. Horat. Sat. 1, 10, 75 An tua demens Vilibus in ludis dictari carmina mauis. Cic. Quint. Fr. 3, 4 Haec scripsi ad IX Calendas Nouembris, quo die ludi committebantur, in Tusculanum proficiscens, ducensque necum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. Magister ludi factus est Val. Max. 6, 9 extr. 6. Magistrum ludo esse Ter. Hec. 2, 1, 7. Habere Plin. 9, 8. Cic. pro Lege Manil. 28 Qui e ludo, atque pueritiae disciplina, bello maximo atque acerrimis hostibus ad patris exercitum, atque in militiae disciplinam profectus est. Cic. Fam. 9, 18 Dionysius tyrannus quum Syracusis pulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse. ¶ 3 Ludi, in plurali, Spectacula publica significant. Quod enim singulari numero visitur Horat. Od. 4, 2, 42

Concines laetosque dies, et vrbis  
Publicum ludum super impetrato  
Fortis Augusti reditu, forumque  
Litibus orbum :

- 5 Non tam Ludi proprie dicti, quam generatim publica hilaritas potest intel-  
ligi : ferias imperatas propter triumphum Caesaris intelligis Vet.Schol.  
Cruq. Cum spectacula pugnantium, certantium, canentium, aurigantium,  
etc. notat, Plurale est. Cic. Verr. 2, 130 Inter binos ludos. Ludis  
Liu. 2, 36 pr. i. ludorum tempore, vid. h. l. Gron. Apollinares Cic.  
10 Philipp. 10, 7. Liu. 25, 12 vid. Spanhem. de Num. Diss. 10 p. 121 seqq.  
Capitolini Liu. 5, 50. Cereales, vid. CERES. Circenses, vid.  
CIRCVS. Celebres Ouid. de Arte Am. 1, 97. Funebres it. Mega-  
lenses : in Terentii Comoediarum didascalii memorantur : unde discimus,  
Comoedias etiam eorum Ludorum partem fuisse. Funerium exempla Liu.  
15 28, 21, 31, 50. Ludi Magni Idem 2, 36 etc. Matutini Procurator  
in Vet. Inscript. apud Reines. 1, 157. i. gladiatorii vel pugnae cum feris.  
Quod recte colligitur etiam ex Grut. p. 335, 2, 3. Add. Sen. Ep. 7. Sue-  
ton. Aug. 44. Militares ludos dare Capitol. Max. 2. Porro exempla  
Ludorum Megalesiorum Liu. 29, 14. Plebeiorum Idem 23, 30.  
20 Romanorum Id. 1, 35. it. 23, 30. Scenicorum origo Idem 7, 2. Ex-  
empla 31, 4 etc. Votivi Liu. 7, 15. Cic. Quint. Frat. 3, 8 extr. de  
Milone; Ludos apparat magnificentissimos : sic, inquam, ut nemo sum-  
tuosiores; stulte bis terque, non postulatus : vel quia munus magni-  
ficum non dederat, vel quia facultates non erant, vel quia magister,  
25 vel quia potuerat magistrum se, non aedilem putare. Celebrare dies  
festos ludorum Cic. pro Arch. 13 c. 6. Committere ludos, Idem  
quod Celebrare Id. Quint. Frat. 3, 4. Committuntur ludi, i. Inci-  
piuntur Liu. 2, 37. Condecorare ludos, vid. CONDECORO.  
Edere ludos Tacit. Ann. 1, 15. Liu. 28, 21. Facere ludos, pro E-  
30 dere. Plin. 7, 45. Facere ludos Apollini Cic. de Clar. Orat. 78 c. 20.  
Instituere ludos Quinctil. 3, 8. Instituit sacros celebri certamine  
ludos Ouid. Met. 1, 446. Instaurati per triduum Liu. 25, 2. Septies  
Idem 29, 11. Parati ex instauratione Idem 2, 36. Voti tumultus  
causa Idem 4, 27. ¶ 4 Ludos pro Ludiis s. bistrionibus  
35 posuit Iuuen. 11, 20 Sic veniunt ad miscellanea Ludi. Idem 6, 82  
Nupta Senatori comitata est Hippia Ludum. Sic vult Salmas. ad  
Treb. Claud. 5 p. 362 Hack. ubi Index Ludorum est pars libelli  
munerarii.

- LVSVS, ūs. m. [λαῖψα] Ludendi actus, et puerorum proprie di-  
40 citur. Quinctil. 1, 3, 10 Nec me offenderit lusus in pueris : est et hoc  
signum alacritatis. Anni lusibus apti Ouid. Epist. 15, 21. i. rei Ve-  
nerae. Lusius equi nunc est, leuibus nunc luditur armis Id. Trist.  
3, 12, 19 al. Vltus, melius. Virgineis exercent lusibus vndas Naiades  
aequoreae Ouid. Met. 14, 556. Aleae lusius Sueton. Cal. 41. Lusius  
45 hic sit Quinctil. 1, 1, 19. i. puer putet se, dum discit, ludere. Lusius  
duodecim scriptorum Idem 11, 2, 38. Lusius etiam pro loco accipitur,  
opponiturque Serio. Plin. Epist. 5, 3 Quos, quantosque auctores sequar,  
facile impetrari posse confido, ut errare me, sed cum illis finant, quo-  
rum non seria modo, verum lusius etiam exprimere laudabile est. Lu-  
50 sius et iocus Martial. 2, 4. Carentes grauitate lusius Ouid. ex Pont.  
1, 9, 9. Dare de se venustissimos lusius Quinctil. 5, 13, 46. i. ridiculum se  
praebere. Inepti lusius Ouid. Trist. 2, 223. sic vocat sua Poemata. Of-  
ferre aliquid in lusium puero Quinctil. 1, 1, 26. Nec, iuueni lusius qui  
Placuere, placent Ouid. ex Pont. 1, 4, 4.

- LVSIO, ōnis. f. [λαῖσις] Idem. Cic. de Fin. 5, 55 Infantes lu-  
sionibus vel laboriosis delectantur. Idem de Senect. 58 c. 10 Sibi igi-  
tur habeant alii arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam,  
sibi natationes, et cursus : nobis senibus ex lusionibus multis talos  
relinquant et tesseras. De voluptate senili (inquit Valla) locutus est,  
60 non de spe lucri : cuius spei causa plerique ludunt. Cic. de Orat. 1, 73  
c. 16 Qui pila ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio  
palaestrae.

- LVDIVS, i. m. [λαῖσις] Histrio. Cic. de Arusp. Resp. 22  
Quum ille seruorum et ludiorum multitudini, etc. Saltat tonantem  
65 tauricomem ludius Prudent. Rom. v. 222. Ouid. de Arte Am. 1, 112  
Ludius aequatam ter pede pulsat humum. Legitur et Lydius. Ludii,  
inquit Dionysius Halicarnassensis 2 p. 130. Adolescentes erant tuniculas in-  
duti insignes, galeati, et ensiferi peltatique, qui omnibus circensibus et the-  
atralibus pompis in versum incedebant, ipsius velut pompae duces Saliis si-  
70 miles, Ludii ex eo vocati, quod a Lydis id genus ludicri inuentum videtur.  
Haec et plura Dionysius. Si qui eorum essent grandiusculi et iam ve-  
stificipes, vellebantur, glabrique reddebantur. Plautus Aulul. 2, 6, 6 Tu  
istum gallum Glabriorem reddes, quam volsus ludius est, vid. et No-  
nium 12, 47. et Torrent. ad Hor. Serm. 1, 6, 1. Arnob. 4 p. 148. Lu-  
75 dius pro gladiatore : vid. Salmas. ad Flor. 3, 20, 3. et ad Trebell. Poll.  
Claud. c. 5.

- LVDIO, ōnis. m. [λαῖσις] Idem. Liu. 7, 2 Ludiones ex  
Hetruria acciti ad tibicinis modos saltantes. Idem 39, 6 extr. Et con-  
uiuialia ludionum oblectamenta addita epulis.

- LVDIA, ae. f. [λαῖσις] Mulier, artes ludicras exercent, aut  
vixor vel amica ludii. Hinc Iuuen. Sat. 6, 104 Hippiam, quae relicto  
marito gladiatorem in Aegyptum sequuta est, vocat Ludiam, Quatamen  
exarsit forma? qua capta inuenta est Hippia? quid vidit propter quod  
ludia dici Sustinuit. Martial. 5, 25 Hermes cura, laborque ludia-  
85 rum. Martianus Capella, Ludiam quandam Gaditanam saltantem vi-  
dimus semicinctam. Vndae ludiae Catull. 32, 13. i. χορεύουσα sec.  
Scalig. Alii leg. Lydiae. al. Lariae.

- LVDIMAGISTER. [λαῖσις] Qui praestitudo literario.  
Coniunctim scribitur Cic. de Natur. Deor. 1, 73 c. 26 Sed quum agellus  
90 eum non satis aleret, ut opinor, ludimagister fuit. Sed apud eundem  
in Diuin. in Caec. 47 legitur, Magister ludi nescio quis. Magistri ludi  
(inquit Asconius) dicuntur, qui primas literas docent. Valer. Max. 6,  
9 extr. 6 Magister ludi factus ex tyranno, De Dionysio loquitur. Conf.  
Martial. 10, 6.

- LVDIBVNDVS, a, um. Adj. [λαῖσις] Dicitur Ludens. Si  
Vulteiū habebis, omnia ludibundus conficies Cic. Verr. 3, 156. Per  
lasciuam et iocum ludibundi rediere Liu. 24, 16. Cic. Verr. 3, 156  
c. 67 Quia multos per se et per alios multa ludibundos, libidinosē a-  
pud Verrem effecisse vidit. Idem de Orat. 3, 119 c. 58 ex Poeta, Tum  
100 ad te ludibunda docte et delicate detulit.

- LVDO, si, sum, ĩre. [λαῖσις] Ludum vel lusum agere. Plin. E-  
pist. 5, 16, 3 Ut parce custoditeque ludebat. Turpe est nescire pu-  
ellam Ludere, ludendo saepe paratur amor Ouid. de Arte Am. 3, 368.  
Exultim ludit velut equa trima Hor. Carm. 3, 11, 10. Ludere, cum  
105 accusativo. Suet. in August. c. 71 Aliquando ut vincat, ludit assidue  
aleam

aleam. Ciuem bonum ludere *i. agere, simulare* Caes. ad Cic. 8, 9 *pr.*  
 Ter. Eun. 3, 5, 38 Et quia consimilem luserat iam olim ille ludum, im-  
 pendio nrgis animus gaudebat mihi. Ludum insolentem ludere  
 Hor. Carm. 3, 29, 50. Soli chamaeleonti dattim, quod vulgo dictum  
 est de corio suo ludere. Tert. de Pall. *quod, obseruante Salmasio p. 200, re-*  
*spectum habet ad prouerbium, de alieno corio ludere. Conf. in CO-*  
 RIVM ex Mart. 3, 16. et add. Apul. 7 p. 193, 8 Reuera ludis de alieno  
 corio. Operam ludere, *Perdere operam, Frustra laborare.* Plaut.  
 Pseud. 1, 3, 135 In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.  
 Ter. Phorm. 2, 2, 18 Quia enim in illis fructus est, in illis opera lu-  
 ditur. *Vbi Donat. Luditur opera: exercetur, an illuditur, id est fru-*  
*stratur? Otium ludere* Martial. 3, 25. Par impar ludere Hor.  
 Serm. 2, 3, 248. Sueton. Aug. c. 71. Verba mea ludunt, *pro Inani-*  
*ter iactantur, incassum volant, et tanquam ludibria sunt* Propert. 2, 33, 23.  
 Ter. Adelp. 4, 7, 21 Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris. 15  
 Cic. de Fato, Et Philipp. 2, 56. Talis Suet. Aug. c. 71. Alea luditur  
 pernox Iuuen. Sat. 8, 10. Artes quibus alea luditur Ouid. Trist.  
 2, 471. Vopisc. Proculo 13 Quum in quodam conuiuio ad latrun-  
 culos luderetur. Plaut. Mostel. 5, 2, 36 Scis solere illanc aetatem  
 tali ludo ludere. Pictura ludere Paullin. Natali Felic. 9, 580. Pila 20  
 ludere Cicer. Tusc. 5, 217. Ludere in numerum, *Saltare ad mo-*  
*dum rhythmi et cantilenae, ut ait Seruius ad Virg. Ecl. 6, 28* Tum vero  
 in numerum Faunosque ferasque videres Ludere. Ludere in spe-  
 ciem chori Ouid. Met. 3, 685. Agni satiati ludunt Lucret. 2, 320.  
 Pecus omne ludit campo Hor. Carm. 3, 18, 9. Ter. Adelp. 3, 3, 23 25  
 Congrum istum maximum in aqua finito ludere paullisper. *i. Moueri,*  
*ut interpretatur Seruius. Sic Virg. Aen. 8, 632 — geminos huic vbera*  
*circum Ludere pendentes pueros.* ¶ 2 Ludere, *Iocari,*  
*et irridere, siue scurriliter et leuiter loqui, vel deludere alterum, siue elu-*  
*dere, ut ait Valla.* Ter. Andr. 4, 5, 48 Hic ille est, non te credas Da- 30  
 vum ludere. Cic. de Natur. Deor. 3, 3 Quum vero deos nihil agere,  
 nihil curare confirmat, membrisque humanis esse praeditos, sed eorum  
 membrorum vsum nullum habere, ludere videtur. Sanguine homi-  
 nis ludere in conuiuio Liu. 39, 43 *extr.* Ludere, *Decipere.* Virg.  
 Aen. 1, 356 — vana spe lusit amantem. Cic. Tusc. 1 In vtroque e- 35  
 andem habuit fortuna potestatem, sed lusa in altero est. Aciem ocu-  
 lorum ludere, *vid. ACIES.* Ouid. de Arte Am. 3, 332 Cuiue pater  
 vafri luditur arte Getae. Dolis aliquem ludere, *Dolo circumuenire.*  
 Ter. Eun. 2, 3, 94 An potius haec pati aequum est fieri, vt a me lu-  
 datur dolis? Imaginibus falsis ludere aliquem Virg. Aen. 1, 40  
 412. ¶ 3 Occupationes et actiones, quae exercendorum vel cor-  
 porum vel animorum causa, suscipiuntur, ludendi verbo designari solent.  
 Sic Hor. Art. Poet. 379 Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.  
 Claudian. Conf. Honor. 4, 538 Simulacraque Martia ludis. Tib. 1,  
 4, 45 Si volet arma, leui tentabis ludere dextra. Ouid. Tr. 3, 12, 19 45  
 Vfus equi nunc est, leuibus nunc luditur armis. Et 4, 1, 72 Nec nisi  
 lusura mouimus arma manu. Cic. de Off. 1 c. 29 Suppeditant autem  
 et campus noster, et studia venandi honesta exempla ludendi. Ouid.  
 Rem. Am. 380 Blanda pharetratos Elegeia cantet amores, Et leuis ar-  
 bitrio ludat amica suo. Sic Gellius, Is optime ludere a magistro 50  
 eius didicerat, de Musica. Sic de carmine, paruo in primis nec He-  
 roico, Virg. Ecl. 1, 10 Ludere quae vellem calamo permisit agresti.  
 Idem Georg. 4, 565 Carmina qui lusi pastorum. Hor. Carm. 1, 32, 2  
 Poscimus si quid vacui sub vmbra Lusimus tecum. Add. ib. 4, 9, 9.  
 Laeta et iuuenilia lusi Ouid. Trist. 5, 1, 7. Musa tua lusit Idem 55  
 Amor. 3, 1, 27. Modis bucolicis luserat Idem Trist. 2, 538. De Vir-  
 gilio. Versu ludere Virg. Ecl. 6, 1. Quin de auium cantu, vt  
 Vernula quae vario Carmine ludit aus Rutil. Itin. 1, 112. Conf. b. l.  
 Burm. ¶ 4 Ludere de re Venerea. Ludite vt lubet, et  
 breui liberos date Catull. Epithal. v. 211. Add. Hor. Epist. 2, 2, 214. 60  
 Ouid. A. A. 2, 389. Conf. Barth. ad Scriptt. Ven. p. 183. Interpp. Pe-  
 tron. c. 10 p. 43 seqq. Prop. 2, 5, 4 de Thaide, In qua populus lusit  
 Erichthonius. ¶ 5 Lusum, Lusu, Supina. Hor. Serm. 1, 5, 48  
 Lusum it Maecenas, dormitum ego, Virgiliusque.

LVDENS, entis. Partic. [παιζων] Pueri ludentes Hor. Epist. 65  
 1, 1, 59. Inter pueros ludens pila Petron. c. 27. Ludentem lasciuia  
 verba decent Hor. A. P. v. 107. Lucan. ad Pison. 162 Si carmina forte  
 Neetere ludenti iuuuit fluitantia versu.

LVSVS, a, um. Partic. [παιζεις] Deceptus. Cic. de Fin. 2, 2  
 c. 1 Sed et illum, quem nominavi, et caeteros Sophistas, vt e Platone 70  
 intelligi potest, lufos videmus a Socrate. Chlamys aurato multum  
 Subtemine lusa Nemes. Cyn. 91. *i. acu picta. Vid. Illustus ab ILLVDO.*  
 Sed Spanhem. malis fusa *i. effusa, fluens.*

LVSITO, are. Frequent. [παιζω] Plaut. Capt. 5, 4, 6 Nam  
 vbi illo adueni, quasi patriciis pueris, aut monedulae, aut anates, aut 75  
 cothurnices dantur quibuscum lusitent. Gell. 18, 13 *pr.* Saturnali-  
 bus Athenis alea quadam festiua et honesta lusitabamus huiuscemodi.

LVSOR, oris. m. [παιστης] Qui ludit, aut decipit. Plaut. Amph.  
 2, 2, 62 Quid enim censet, te vt deludam contra lusorem meum, qui  
 nunc primum te aduenisse dicas, modo qui hinc abieris? Maligni 80  
 Nempe sic Firmicus 4 Praef. fin. Est Luna aut synodica, aut plena, aut dichotomos, aut monoides (menoides legendum) aut amphicyrtos: et per has mutatas formas cursus mensuræ luminis complet. Martianus autem 8 p. 291 sq. sic: Quæ quidem Luna cum eum (solum) in orientis partibus comprehenderit, obscuratur; et cum in occasu deseruerit, lucefcit. Cuius primi luminis effigies quibusdam velut cornibus circulata *μηναιοδης* dicitur. Cum vero XC partibus a sole discedens orbem eius mediatenus idem radius luminari, *διπλομος* perhibetur. Sed praedictis partibus cum alias XLV adiecerit, perhibetur *ἀμφικύρτος*, id est maior dimidia, minor plena. Cum vero CLXXX partibus a sole discesserit, contrario posita totam partem, quam terris opponit, illuminat, *πασέληνος* perhibetur: ac dehinc deficiens seruat tum praedictis partibus nomina memorata. *Magis populariter* Plin. 2, 9 l. 6 Omnium admirationem vincit nouissimum fidus terrisque familiarissimum, et in tenebrarum remedium ab natura repertum, Lunae — crescens semper aut senescens. Et modo curuata in cornua, modo aequa portione diuisa, modo sinuata in orbem: maculosa, eademque subito praenitens immensa orbe pleno, ac repente nulla: alias pernox, alias fera, et parte diei solis lucem adiuuans: deficiens, et in defectu tamen conspicua, quae mensis exitu latet, cum tamen laborare non creditur. Iam vero humilis et excelsa etc. *Conf.* 18, 35 l. 79 *de tempestatum ex luna praesagiis.* Apul. de Deo Soer. pr. Lunam solis aemulam, noctis decus, seu corniculata, seu diuidua, seu protumida, seu plena fit: quanto longius facessat a sole, tanto longius collustrata etc. *sunt enim pluscula.* Columel. 11, 3 *de alio loquens*, Seruabimus ut luna infra terram sit. Plin. 18, 32 *Seminaria quum luna supra terram sit, fieri: calcari musta, quum luna sub terra.* Idem 14, 21 *Ipsa quoque defrutta ac fapas, quum sit caelum sine luna.* b. e. *In sideris eius coitu, neque alio die coqui iubent.* Aucta et damna lunae Gell. 20, 7. Coitus lunae Plin. 16, 39. *Vid.* Silens luna. Idem 2, 13 *Defectus ducentis viginti duobus mensibus redire in suos orbis certum est, solisque defectum non nisi nouissima primaue fieri luna, quod vocant coitum.* Concurfus lunae et solis, *pro Coitu* Cels. 1, 4. Lunae Cursum comitata insania mentis Iuuen. 1, 476. *de morbo eorum, qui vocantur Lunatici.* Defectus lunae Plin. 2, 10. Globus lunae Lucret. 5, 70. *Virg. Aen. 6, 725.* Idem Georg. 2, 478. *Defectus solis varios, lunaeque labores, i. eclipses, quae cum fiunt, Laborare luna dicitur.* Meatus solis lunaeque Lucret. 1, 129. *Ad lunae Motum variant animalia corpus* Manil. 2, 94. Numen lunae Plin. 18, 32. Orbis lunae Idem 2, 9. *vid.* ORBIS. Status lunae Idem 18, 29. Vultus purpureus lunae Ouid. Amor. 1, 8, 12. *2 Epitheta: Alta luna* Virg. Aen. 9, 403. Aquilonia Plin. 2, 97. *vid.* AQUILO. Aurea Ouid. Met. 10, 448. Bicornis, regina siderum Hor. in Carm. Saecul. v. 35. Candida Virg. Aen. 7, 9. Caua Plin. 8, 54. Celeres Hor. Carm. 4, 7, 13. Decrescens Plin. 17, 9 *ad finem.* Dimidia, *vid.* Intermentrua luna. Dimidiata Plin. 18, 32. Idem 2, 18 *In quadrato solis diuidua est, in triquetra seminari ambitur orbe, impletur autem in aduerso.* Errans Quinctil. 1, 10. Varr. de R. R. 1, 37 *Dies lunares quoque obseruandi, qui quodam modo bipartiti. Quod a noua luna crescit ad plenam, et inde rursus ad nouam lunam decrefcit, quod veniat ad intermentruum, e quo die dicitur luna esse Extrema, et prima.* Globosa, an plana, an acuta Quinctil. 7, 3. Hibernae ventosa cacumina lunae Stat. Theb. 3, 48. Quia signa tempestatis in lunae cornibus sunt constituta. Lucretius. Plin. 18, 32 *Stercus nisi decrefciente luna ne tangito. Maxime Intermentrua dimidiaque stercorato.* Idem 18, 39 *Nisi Intermentrua luna atque dimidiata, ne tangas materiem.* Menstrua Virg. Georg. 1, 353. Minor Hor. Serm. 2, 8, 32. *i. Imminuta.* Nascentes Id. ibid. 2, 4, 30. Noctivaga Stat. Silu. 3, 5, 101. Nouae pergunt interire lunae Hor. Carm. 2, 18, 16. Nouissima, *vid.* Coitus lunae. Plin. 2, 97. *vid.* NOVVS. Pernox Plin. 2, 9. Liu. 5, 28 *extr.* Caes. Bell. Gall. 4, 29 *Eadem nocte accidit ut esset luna Plena.* Plin. 18, 32 *Oua luna noua supponito.* Scrobes luna Plena noctu facito, *vid.* NOVVS. Pauperata luminibus Firmic. 1, 2. Prima luna Scribon. 12. A Prima luna ad tricesimam ib. Quarta luna nati, *i. Laboriosi et infelices, vid. Chiliad.* Radiantis imago lunae Virg. Aen. 8, 23. Redentis cornua lunae, *i. Renascentis* Ouid. Met. 10, 479. Roscida Virg. Georg. 3, 337. Rubens Hor. Serm. 1, 8, 10. Ouid. Amor. 2, 1, 23 *Carmina Sanguinea deducunt cornua lunae.* Secunda Plin. 28, 16. Sera Idem 2, 9. Sicca Idem 17, 9 *ad finem.* Sitiens luna Idem 17, 9. Ibid. c. 14 *Luna sitiente, hoc est sicca.* Tacit. Hist. 3, 23 *Donec adultæ nocte luna Surgens ostenderet acies.* Tacitae per amica silentia lunae Virg. Aen. 2, 255. Tricesima luna Scribon. 12. Turbida Claud. de Bell. Gildon. 495. Vicesima luna, *pro Vicesimo die post nouam lunam.* Plin. 2, 97 *Aestus idem triduo in mense consistit septima, octaua, nonaque luna.* *3 Verborum formulae: Agit luna sub terra* Plin. 18, 32. Quinctil. 1, 10 *Iopas ille (Virg. Aen. 1, 746) nonne Canit — errantem lunam, solisque labores? Colligit quum primum ignes luna reuertentes* Virg. Georg. 1, 427. *Complent cornua lunae se tertia lumine* Virg. Aen. 3, 645. *i. Hic tertius est mensis.* Varr. de R. R. 1, 37 *Quaedam facienda in agris potius Crescente luna, quam senescente. Paulo post, Lunam et Crescentem, et contra senescentem.* Plin. 18, 32 *Omnia quae caeduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decrefciente luna, quam Crescente fiunt.* Crescit luna Plin. 9, 14. Ostreis et conchyliis omnibus (*dicitur*) contingere, ut cum luna pariter Crescant, pariterque decrefcant Cic. Diuin. 2 c. 14. *Decrescente luna* Scribon. 16. *Decrescens luna* Varr. de R. R. 1, 37. *Deducere lunam caelo, dicuntur venescaae, quibus superstitione veteris eclipses huius sideris adscriberet; contra iuuari eam putabant tinnitu aeris, etc.* Virg. Ecl. 8, 69. *Deducere lunam e curru* Tibull. 1, 8, 21. *Deficiens luna* Plin. 2, 9. *Deficit luna* Idem 2, 13. *Deripere lunam caelo* Hor. Epod. 5, 46. *Euanescunt cornua lunae* Ouid. Met. 2, 117. *Fudit se luna plena per insertas fenestras* Virg. Aen. 3, 152. *Fulgebat caelo luna sereno* Hor. Epod. 15, 1. *Imminente luna, i. Sub vesperum* Id. Carm. 1, 4, 5. *Implet luna orbem cornibus quater iunctis* Ouid. Met. 2, 344. *Latuit quater luna, tota quater, orbe recreuit* Idem Epist. 2, 5. *Lucet luce aliena luna, vid. LVX.* *Minuitur luna* Plin. 2, 14. *Operatur noctes luna, vid. OPEROR.* *Premittit lumen obscura luna* Virg. Aen. 4, 81. *Protulit os vaga luna deorum* Hor. Serm. 1, 8, 21. *Rubet luna* Hor. Carm. 2, 11, 10. *Senescens luna, vid. Crescens luna.* *Vid. etiam* Plin. 2, 9. *Arbores hiemali tempore cum luna simul Senescen-*

scentes Cic. Diuin. 2 c. 14. Plin. 16, 39 Lunam vocat Silentem, quando non lucet, *vid.* SILEO. Succurrere laboranti lunae Iuuen. Sat. 6, 442. Tenebat nox lunam in nimbo Virg. Aen. 3, 587. Luna Dea, cuius templum Romae in Auentino Liu. 40, 2. Meminit etiam Festus. *Conf.* LVNV S DEUS. ¶ 5 De Luna in calceis senatorum, *vid.* LVNVLA.

LVNVLA, ae. f. [σελήνιον] Res parua, in lunae modum incuruata, in mundo muliebri. Isidor. 10, 31 Lunulae sunt Ornamenta mulierum, in similitudine lunae bullulae aureae dependentes. Plaut. Epid. 5, 1, 34 Lunulam atque anellum aureolum in digito? Lunulae in calceis patriciorum vel centenarii Nota fuisse, quot primum patres a Romulo delecti, vel ex alia ratione usurpatae. *Vid.* Plutarch. probl. 76. et Vët. Interpr. ad Iuuen. Sat. 7, 192 Appositam nigrae Lunam subtegit alutae.

LVNARIS, e. Adi. [σεληνιαίος] Quod ad lunam pertinet. Cic. 15 in Somnio Scip. 12 Quam ob causam summus ille caeli stelliferi cursus, cuius conuersio est incitator, acuto et excitato mouetur sono: grauisimo autem hic lunaris et infimus. Annus lunaris, Qui mense vno suum efficit cursum Isidor. 5, 36. Currus lunares Ouid. Met. 15, 790. Cursus Cic. Somn. Scip. c. 5. Damna oceani lunaria Claud. Con. 20 sul. Hon. 6, 499. Refluxus maris. *Vid.* Apul. de mundo p. 65, 39. Equi lunares Ouid. Fast. 5, 16. Globus Claud. de Rapt. Proserp. 2, 298. Iubar Idem in Ruff. 1, 147. Lampas Stat. Theb. 10, 277. Orbita, *vid.* ORBIS. Lunari Potestate ostrearum conchyliorumque et concharum omnium corpora augeri ac rursus minui Plin. 2, 41. Sidus 25 Senec. de Prouid. Lunaribus Plin. 18, 39.

LVNATICVS, a, um. Adi. Lunatici dicuntur, In quos luna agit, et, ut Apuleius ait, Qui cursum lunae patiuntur: quales sunt potissimum qui comitiali morbo laborant, aut insania, alioque morbi genere quopiam certis lunae temporibus grauantur et agitantur. *Vnde* Paullus mancipium 30 furiosum aut lunaticum redhibendum censuit, in l. Bouem. §. Aliquando. D. de Aedil. Edicto. Oculus Veget. 2, 18. Isidorus 10 lit. C. Caducus a cadendo dictus, i. e. Lunaticus, eo quod certo lunae tempore patiatur. Artemidorus quoque cum lunae acceptum ferri ait.

LVNO, are. [καμπυλιόζω] In modum lunae, quando in cornua 35 curuatur, flectere. Ouid. Amor. 1, 1, 23 Lunauitque genu sinuosum fortiter arcum, i. Intendit.

LVNATVS, a, um. Partic. Curuatus. [καμψός] Ferramentum lunatum Columel. 12, 54. Acie lunata aggredi hostem Frontin. Strat. 2, 3. Agmen Stat. Theb. 5, 145. Aequora lunata placido recessu 40 Stat. Silu. 2, 2, 13. Cauda lunata delphinorum Senec. Oedip. 5 v. 465. Classis Lucan. 3, 533. *vid.* CLASSIS. Cornibus lunatis obliquatur mare Caspium Plin. 6, 13. Flexus lunati Sil. 4, 319. Frons lunata vituli Claud. de Rapt. Proserp. 1, 129. Martial. 8, 49 Aurea lunatae quum stetit vnda Iubae, De borrente leonis iuba loquitur. Iu- 45 uenci nondum lunati fronte Stat. Theb. 6, 267. Lignum osseum lunatumque Plin. 13, 4. Martial. 1, 50 Lunata nusquam Pellis, et nusquam toga; ubi Interp. i. e. Non aderant nobiles Romani, quibus moris erat Lunae formam in calceis gestare. *Vid.* Supra in LVNVLA; et Alb. Ruben. de Re Vestiar. 2, 1 et 3. Peltae Virg. Aen. 1, 494. 50

LVNA, ae. f. [Λύνα] Ligurum in solo Etruriae oppidum, portu nobile. Ennius ap. Pers. 6, 9 Lunai portum est operae cognoscere ciues. Lunae Portus Scribon. 163.

LVNENSIS, e. [Λυνήσιος] Casus sic dictus ab oppido Luna. Plin. 11, 42 Lunensem magnitudine conspicuum e misto Hetruriae at- 55 que Liguriae confinio mittunt. Martial. 13, 30 Casus Hetruscae signatus imagine Lunae, Praestabit pueris prandia mille tuis. Ara Lunensis Suet. Neron. c. 50. Marmor Lunense Plin. 36, 6. *Vid.* Drakenb. ad Sil. 8, 482.

LVNCHVS, i. m. λυγχος a λυγχη lancea. Tertull. de Coron. 60 Mil. c. 11 Super luncho, quo perforatum est latus Christi.

LVNVS, i. m. Deus Carenorum. Spartian. in Caracalla c. 6 Quum — hibernaret Edessae, atque inde Carras Luni Dei gratia venisset — c. 7 Et quoniam Dei Luni fecimus mentionem, sciendum, doctissimis quibusque id memoriae traditum, atque ita nunc quoque a Carrenis 65 praecipue haberi, ut qui Lunam femineo nomine ac sexu putauerit nuncupandam, is addictus mulieribus semper inseruiat: at vero qui marem Deum esse crediderit, is dominetur vxori, neque vllas muliebres patiatur insidias. *Vnde* quamuis Graeci vel Aegyptii eo genere, quo feminam hominem, etiam Lunam Deam dicant, mystice tamen Deum 70 dicunt. Nihil mutandum, quod videbatur Salmasio, qui frustra hic sudare videtur. Spartianus hoc dicit, Graeci et Aegyptii feminino nomine in vulgari sermone Lunam dicunt, ut hominem feminam. Selene feminarum nomen Aegyptiis vsitatum etiam in regia familia, (Gr. σελήνη) tamen etiam habent mysticum et occultum nomen in sacris, quod masculini generis 75 est. *Add.* Selden. de Diis Syr. 2, 2 p. 239. De Luno in numis, *vid.* Spanh. diff. 4 p. 193. ¶ 2 Lunus cinctus error est, *vid.* LIMVS.

## L V O

LVO, lui, ère. [λύω, τίνω, ἀποτίω] Persolvere, *vid.* Varr. locum supra in LVMECTA. A lauando quidam ductum volunt, alii a Graeco λύω, λύσις, λύσι. Cic. Att. 12, 6 pr. Quomodo hoc ergo lues? si mihi librum miseris, i. Expurgabis, expiabis hoc peccatum. Aes alienum luere, pro Soluere. Curt. 10, 2, 25. *vid.* AES. Delicta alicuius luere 85 Hor. Carm. 3, 6, 1. Facta luere Stat. Theb. 1, 601. Cic. Verr. 1, 77 Verresne tibi tanti fuit, ut eius libidinem, hominum innocentium sanguine lui velles? Idem ibid. 5, 120 Errabas Verres, et vehementer errabas, quum te maculas furtorum, et flagitiorum tuorum, socio- 90 rum innocentium sanguine luere arbitrabare. Alii lagunt Eluere. Peccata luere, Delictorum supplicium ferre. Liu. 38, 48 Ego tamen et cum aliis pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi. *Add.* Virg. Aen. 10, 31. *vid.* ibi Seruium. Liu. 10, 28 datum hoc nostro generi est, ut luendis Periculis publicis piacula simus, ait Decius se deuouens. Poenas luere, quod et Dare poenas dicitur, pro Ferre sup- 95 plicium. Cic. Att. 3, 9 Itaque mei peccati luo poenas: quamquam tuae me literae sustentant. *Add.* Liu. 38, 47. Tacit. Ann. 6, 4 Praecipuus olim circumueniendi Titii Sabini, et tunc luendae poenae primus fuit. Stuprum oblatum voluntaria morte huius Lucretia Cicer. de Fin. 5, 54. Acerbum est, parentum scelera filiorum Poenis lui Cic. ad Brut. Epist. 12. 100 Manil. 1, 745 Luit ipse Incendia Mundus. Et 4, 839 Luit ipsum incendia caelum i. ad ipsum mundum et caelum peruenit incendium, ut nempe luit aliquis interdum poenas ab alio commeritas. Iustin. 2, 5, 6 Quicumque capi potuerunt, Supplicia crucibus luerunt. Liu. 9, 5 Obsides etiam sexcenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur. 100

Lucan. 2, 312 Hac caede luatur Quidquid Romani meruerunt pendere mores. ¶ 2 Luere, *Solutio pretio liberare*. Fundum obligatum l. 78 §. 6 D. ad SCt. Trebell. Praedia obligata l. 6 C. de fideicom. Vlpian. in l. Qui status. D. de re militari, Qui status controversiam patiuntur, licet reuera liberi sunt, non debent per id tempus militiae dare, etc. sed nec qui ab hostibus redempti sunt prius, quam se luant.

LVT O, āre. *Idem quod Luere*. Varro *ἐκατομβῆ*, Habes quī, et cuius rei causa fecerim hecatombem, in quo ego (vt puto) quoniam est luere soluere, lutauī. *ap. Non. 2, 482. Antiquum. pro litauī.*

LVITIO, ōnis. f. [*λύσις*] Vlpian. de Captiuis et postliminio reuersis. l. Si patre, Si patre redempto et ante luitionem defuncto, filius post mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum est suum ei posse haereditatem existere.

15 LVELA, ae. f. *Idem*. Lucret. 3, 1028 Sed metus in vita poenarum pro malefactis Est insignibus insignis, scelerisque luela Carcer, etc. *i. Carcer sceleris expiatio et poena. Lambinus.*

LVITVRVS, a, um. Partic. [*τίτων*] Luitura poenas puppis Claud. Conf. Hon. 6, 140.

20 LVENDVS, a, um. Partic. [*λυτός*] Ouid. Trist. 2, 101 Scilicet in superis etiam fortuna luenda est. Innocentium sanguis istius supplicio luendus est Cic. Verr. 1 c. 3. *i. expiandus, ne resp. grauis sit.*

## L V P

25 LVPA, LVPANAR, LVPATVM, *vid. LVPVS.*

LUPERCAL, ālis. n. [*Λυπερκάλιον λύκαιον*] *Quid fuerit, doceat Seruius*, Sub monte Palatino est quaedam spelunca, in qua de capro luebatur, id est sacrificabatur: unde et *Lupercal* dictum nonnulli putant. Alii quod illic lupa Remum et Romulum nutrierit. Alii (quod est verisimilius) locum esse hunc sacratum Pani deo Arcadiae: cui etiam mons Lycaeus in Arcadia est consecratus. Et dictus est Lycaeus, quod *λύκος* *i. lupos* non sinat in oues faeuire. Ideo et Euander deo gentis suae sacrauit locum, et nominauit Lupercal, quod praesidio ipsius numinis lupi a pecudibus arcerentur. *Haec Seruius enarrans illud Virg. Aen. 8, 343*

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum Rettulit, et gelida monstrat sub rupe Lupercal, Parrhasio dictum Panos de more Lycaei. *Conf. Ouid. Fast. 2, 381. Quinctil. 1, 5, 66* Inueniuntur, qui *Lupercalia* tres partes orationis esse contendunt, quasi *luere per caprum*.

LUPERCALIS, e. Adj. Sacrum lupercale Suet. August. c. 31.

LUPERCALIA, ōrum. n. [*Λυπερκάλια*] *Celebritas erat Romae in honorem Panos; et Luperci dicebantur, qui haec sacra faciebant*. Seruius: Quum in honorem Panos Lupercaliorum sollempnitas celebraretur, pecora Romanorum subito a latronibus rapta sunt. Illi proiectis vestibus persecuti sunt latrones: quibus oppressis, et receptis animalibus, propter rem a nudis prospere gestam, consuetudo permansit, vt nudi Lupercalia celebrarent. *Haec Seruius explicans illud Virg. Aen. 8, 663*

50 Hic exultantes Salios, nudosque Lupercos. *Vid. Liu. 1, 5. Et Valer. Max. 2, 1 tit. vlt. Varr. L. L. 5, 3. Ouid. Fast. 2, 367. Fiebant mense Februario ad expiandos manes. Graeci λύκαια vocant. Vid. Cic. Philipp. 2, 89. Et Quint. Frat. 2, 12* Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis.

55 LUPERCI, ōrum. m. *Dicti sunt iuuenes illi seminudi, qui, vt Varro ait de L. L. 4, 13 et 5, 3* Lupercalibus in Lupercali sacra facerent nudi in honorem Panos. Cic. Philipp. 2, 85 c. 34 *insectatur M. Antonium; Ad Lupercalia veniamus. — Sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus. Adscendis, accedis ad sellam (ita eras Lupercus, vt te consulem esse meminisse deberes) diadema ostendis. Gemitus toto foro — Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu reiiciebat. Nempe sub ludicri specie tentabat populum Antonius, patine posset, regem renuntiare, diadema sumere Caesarem. Nam nudi sacerdotes luperci currendo lustrabant ciuitatem, et verberabant praegnantium manus mulierum (vt facilioris essent partus) zona ex corio capri. Ouid. Fast. 5, 101 Semicaper coleris cinctutis Faune Lupercis. Plin. 34, 5 Lupercorum habitu.*

60 LUPERCA, ae. f. Dea, quae lupis praest, ne noceant Arnob. 4 p. 128.

70 LVPPIA, *sue* LVPPIA, ae. f. [*Λυππία*] Germaniae fluius in Rhenum illabens, Pomponio 3, 3. *Coniectura est cum esse, quem hodie vulgo die Lippe vocant. Nominat Tacit. Ann. 1, 60. et 2, 7. et Hist. 5, 22.*

LVPINVM, i. n. [*ῥέγιμος*] *et frequentius LVPINVS, i. m. Genus leguminis, amarum. Plin. 18, 14* Lupino est vsus proximus, quum fit et homini et quadrupedum generi ungulas habenti communis. Remedium eius ne metentes fugiat exsiliendo, vt ab imbre tollatur. Nec vllius quae feruntur, natura assensu terrae mirabilior est. Primum omnium cum sole quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubo demonstrat. Ter praeterea floret. Terram amat, terraque operiri non vult. Et vnum hoc feritur non arato. Quae rit maxime fabulosa et sicca, atque etiam arenosa. Coli vtique non vult. Tellurem adeo amat, vt quamuis frutectoso solo coniectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perueniat. Pinguescere hoc satum arua, vineasque diximus. Itaque adeo non eget fimo, vt optimi vicem repraesentet. *Add. Cato R. R. c. 37. Colum. 2, 10. Mensurae quantitatis f. modi nomen est, v. g. Lupini magnitudine Scribon. 170. Lupini magnitudinis Id. 152. Quantum lupinus Id. 144. Hor. Epist. 1, 7, 23*

85 Nec tamen ignorat quid distent aera lupinis. *Praeclare hunc locum illustrarunt viri docti ex Plauti Poen. 3, 2, 20 AG. Agite, inspicite, aurum est. CO. Profecto, spectatores, comicum. Macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boues. Nempe, Boues per hiemem coctum maceratumque probe alit lupinum Columel. 2, 10, 1. Hinc Labrum lupinarium, de quo statim. Pallentes lupini Ouid. de Medicam. faciei 69. Tristis lupini fragiles calami Virg. Georg. 1, 75.*

90 LVPILLVS, i. m. Dimin. Plaut. Stich. 5, 4, 9 Lupilli comminuto crustulo, *inter cibos cum nucibus, fabulis, ficulis, olea.*

LVPINARIVS, a, um. Adj. Labrum lupinarium Cato de R. R. c. 10 et 11. *in quo maceretur lupinum.*

LVPINARIJ, ōrum. m. Pl. *Negotiatores lupinorum. Lamprid. Alex. Seuer. c. 33.*

LVPINACEVS, a, um. Adj. Lomentum lupinaceum Apul. de Herb. c. 21. n. 2.

LVPINVS. Adj. a Lupus, *vid. infra.*

LVPVS, i. m. *Notum animal rapacitatis et famis causa. Graece λύκος dicitur. Ap. veteres epicoenum, vnde Enn. Lupus femina: vid. Colom.*

100

105

et



et *Burm. ad Quinctil.* 1, 6 p. 174. *Iecur lupi* Scribon 123. *Barba lupi* Hor. Serm. 1, 8, 43 in *instrumento magico*. Genus acre luporum Virg. Georg. 3, 264. *Incurfus luporum* Idem ibid. 3, 407. *Acres lupi* Hor. Epod. 12, 26. *Asper* Ouid. Met. 11, 403. *Auidus* Id. Trist. 1, 1, 78. *Auius* Virg. Aen. 11, 810. *Canus* Ouid. Met. 6, 528. *Ceruarius lupus*, vid. CERVVS. *Cruentus* Stat. Theb. 5, 165. *Frementes lupi circum stabula* Ouid. Met. 5, 627. *Fuluus* Idem ib. 11, 772. *Infestus pecori* Horat. Epod. 15, 7. Ouid. Fast. 2, 800. *Infatiabiles* Idem in *Ibin* 172. *Martiales* Hor. Carm. 1, 17, 9. *Martiales vocat, quia olim Marti hoc animal sacrum fuit. Hinc etiam Martis pueros Romulum et Remum lupa vberibus aluit.* vid. Liu. 10, 27. Conf. Iustin. 43, 2, 7. *Montani* Ouid. Epist. 11, 90. *Proceri* Hor. Serm. 2, 2, 36. *Rapaces* Idem Epod. 16, 19. *Superbi* Valer. Argon. 3, 635. *Vehemens* Hor. Epist. 2, 2, 28. *Vlulantes* Virg. Georg. 1, 486. *Triste lupus stabulis* Idem Ecl. 3, 80. *Acuunt agni lupos balatibus*, vid. 15

A C V O. *Infidiatus pleno lupus ouili* Virg. Aen. 9, 59. *Petit taurus cornu lupus dente* Hor. Serm. 2, 1, 52. ¶ 2 *Proverbia plusscula sunt de lupo, quae cum Erasmanianis interpretationibus ponemus.* *Lupus est homo homini, non homo, quum qualis sit, non novit* Plaut. Afin. 2, 4, 88. *Hoc prouerbio monemur, ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atque a lupo caueamus.* *Quem lupo commisisti* Ter. Eun. 5, 1, 16. *Concinne utemur hoc prouerbio, quoties ei seruandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi.* Cic. Philipp. 3, 27 c. 11 *Etenim in concione dixerat se custodem futurum vrhis, vsque ad Calendas Maias, ad urbem exercitum habiturum.* 25

*O praeclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum.* *Custosne vrhis, an director et vexator esset Antonius?* *Eripere agnum lupo* Plaut. Poen. 3, 5, 31. *Utemur hoc prouerbio, ubi quis frustra conatur praedam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur, sperare futurum, vt lupo agnum semel arreptum amittat.* In fabula 30

*lupus* Ter. Adelph. 4, 1, 21. *Dicitur hoc adagium, quum forte fortuna in medio sermone interuenit is, cuius mentio fiebat.* Vid. Donat. *Seruius ad* Virg. Ecl. 9, 54 *adhiberi ait, quoties superuenit ille, de quo loquimur, et nobis sui praesentia amputat facultatem loquendi.* Cic. Att. 13, 33 *De Varrone loquebamur. Lupus in fabula; venit enim ad me, et quidem id temporis vt retinendus esset.* Plaut. Stich. 4, 2, 71 *Atque eccum tibi lupum in sermone esuriens adest.* Ter. Phorm. 3, 2, 21 *Mihine domi est? immo, quod aiunt, auribus teneo lupum. nam neque quo amittam a me, inuenio; neque vti retineam, scio.* *Dicitur in eos, qui eiusmodi negotio inuoluuntur, quod neque relinquere sit integrum, neque tolerari possit.* Sueton. in Tiber. c. 25 *Cunctandi causa erat metus, vndique imminentium discriminum: vt saepe lupum se auribus tenere diceret.* Conf. Beroald. ad Sueton. l. c. Virg. Ecl. 9, 54 *Nunc oblita mihi tot carmina.* *Vox quoque Moerin iam fugit ipsa: Lupi Moerin videre priores.* *Senis querela.* *Festiuus dicitur in eos, qui metu alienum potius scum, alioqui feroces.* *Seruius admonet physicos auctores dixisse, inesse eam vim lupis, vt si quem hominem priores viderint, ei vocem adimant.* Plin. 8, 22 *Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius: vocemque homini quem priores contemplantur, adimere ad praesens.* Conf. Alb. Gentil. Lect. Virgil. c. 18. 50

¶ 3 *Lupus, [λύπη]* *Piscis a rapacitate nomen quadrupedis naclis.* Plin. 32, 2 *Minus in prouidendo lupus solertiae habet, sed magnum robur in poenitendo. nam vt haeserit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera, donec excidant infidiae. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati, a candore, mollitiaque carnis.* Martial. 13, 89 *Laneus Euganei lupus excipit ora Timau, Aequoreo dulces cum sale pastus aquas.* Hor. Serm. 2, 2, 36

Laudas insane trilibrem

Mullum; in singula quem minuas pulmenta, necesse est.

Ducit te species, video: quo pertinet ergo

Proceros odisse lupos? quia scilicet illis

Maiorem natura modum dedit: his breue pondus.

*Flunialis lupus Romae fastiditus a delicatioribus*, vid. Varr. R. R. 3, 3, 9. *Colum.* 8, 16, 4. *Rapax lupus* Idem 8, 16, 4. *it.* 9, 17, 8. ¶ 4 *Lupi, Freni asperrimi, a lupinis dentibus dicti, quia inaequales sunt: sine, quia duritiam habent lupinorum dentium similem, et propterea morsus, eorum asperrimus.* *Dicuntur et Lupata, de quibus mox.* *His frenis utebantur Galli.* Ouid. Trist. 4, 6, 4 *Tempore paret equus lentis animosus habenis, Et placido duros accipit ore lupos.* ¶ 5 *Lupus, Instrumentum aulicum, quo vasa, quae in puteum forte ceciderunt, extrahuntur: Harpax Graeco vocabulo, et Harpago nominatur.* Liu. 28, 3 *In alios lupi superne ferrei iniecti, vt in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur.* *Affine est instrumentum, de quo Pallad.* 1, 43, 2 *Lupos, id est serrulas manubriatas minores maioresque ad mensuram cubiti, quibus facile est, quod per ferram non potest, reserando trunco arboris aut vitis interseri.* ¶ 6 *Lupus salictarius, Herba, cuius meminit* Plin. 21, 15 *Lupum salictarium ponit inter herbas sponte nascentes, quibus pleraeque gentium vtuntur in cibis.* ¶ 7 *Lupus, Aranei genus.* Plin. 11, 24 l. 28 *Luporum nomine minimi non textunt, vid. LYCOS.* 80

L V P A, ae. f. [λύπη] *Femina lupi.* Victor de Viris illust. c. 1 *de Romulo et Remo*, *Paruulos in Tyberim abiecit, quos aqua in sicco reliquit: ad vagitum lupa accurrat, eosque vberibus suis aluit.* *Et Liu.* 1, 4 *Lupam sitientem ex montibus, qui circa sunt, ad puerilem vagitum cursum flexisse: eam summissas infantibus adeo mitem praebuisse mammae, vt lingua lambentem pueros magister regii pecoris inuenerit, ab eo ad stabula Laurentiae vxori educandos latos. sunt, qui Laurentiam vulgato corpore Lupam inter pastores vocatam putent: inde locum fabulae ac miraculo datum.* Vet. Inscript. Grut. p. 105 n. 2. Plin. 8, 17 *Quae de infantibus ferarum lacte nutritis, quum essent expositi, traduntur, sicut de conditoribus nostris a lupa, magnitudini fatorum accepta ferri aequius, quam ferarum naturae arbitror.* *Inhumana lupa* Propert. 4, 4, 54. *Rapidae tradis ouile lupae* Ouid. de Arte Am. 3, 8. *Raua lupa* Hor. Carm. 3, 27, 3. ¶ 2 *Lupa, pro Meretrice.* Cicer. pro Milon. c. 21 *Ille, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupo, ducebat.* Plaut. Epid. 3, 3, 22 *Devortunt mores virgini longe, ac lupae.* *Add. Liu.* 1, 4 *cuius verba modo posuimus* Catull. Carm. 100 (97) *ad Iuuentium.* *Ipse propudiosus, vxor lupa* Apul. Apol. vid. Taubmann. ad Plaut. Pseud. p. 956. *Vinet. in Aufon.* p. 212. *Hinc*

L V P V L A, ae. f. Dimin. Apul. Met. 5 p. 164, 3 *Perfidiae lupulae insidias tibi comparant.* It. 3 p. 139, 6 *Siccine me vix a lupulis conseruo* Theffalis.

L V P A N A R, aris. n. [νογείον, χαμάρτυρον] *Locus in quo diuersantur meretrices.* Quinctil. 7, 4 *An deprehensus in lupanari cum* 105

aliena vxore adulter sit, quaeritur. Iuuen. Sat. 6, 121 Intrauit calidum veteri centone lupanar. *Add. ib. v. 132.* Idem libidinum gane-arumque locus, lustrum, lupanar Apul. in Apol. O lutum lupanar Catull. 40, 13. *Al. aliter v. Interpp.*

5 LVPANARIVM, i. n. *Idem.* [λαυπηριον] Vlpian. De petitione hereditatis, Licet a lupanario praeeptae sint. nam et in multorum honestorum virorum praediis lupanaria exercentur. Idem in 1 Quid tamen. D. De receptis. et l. 43 D. de ritu nupt.

LVPANARIS, e. Adj. Apul. Met. 9 p. 229 *Elm.* Larem mariti lupanari maculare infamia. *Conf. Voss. ad Catull. c. 1.*

LVPOR, ari. [πορνεύω] *Scortari, meretricari.* Accius apud Non. 2, 497 Qui cum meretrice per vias habitu nostro lupantur. *Antiquum.*

15 LVPATVS, a, um. Adj. Hor. Carm. 1, 8, 6 Gallica nec lupatis temperet ora frenis. *Frena autem lupata, frena sunt lupos habentia, et duriora, asperioraque: ut currus falcati dicuntur, qui falces habent: secures dolabratae, quae habent dolabram, etc. Turnebus.*

20 LVPATVM, i. n. [χαλιιδε] *Idem, quod Lupus, pro Freno asper-rimo.* Virg. Georg. 3, 208 Pressique negabant Verbera dura pati, et duris parere lupatis. Dicta lupata, *ut ait Seruius, a lupinis dentibus, qui inaequales sunt. Vnde et eorum morsus vehementer obest. Ouid. Amor. 1, 2, 15 Asper equus duris contunditur ora lupatis.*

25 LVPATVS, i. m. *Dixit Solinus c. 57 (45)* Equum ouaturus insiluit: isque adeo spreuit lupatos, ut de industria cernuatus ruina et se et equitem pariter affligeret.

30 LVPINVS, a, um. Adj. [λύκινος] *Quod pertinet ad lupum.* Plin. 28, 9 Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Cic. in Catil. 3, 19 c. 8 Quem inauratum in Capitolio paruum atque lactentem vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Galea lupina Propert. 4, 11, 20. Lupino Ritu deorare Prudent. Pass. Calagurrit. v. 98.

## L V R

35 LVRA, ae. f. Os culci, vel etiam vtris, vnde Lurcones capaeis gulae homines, et bonorum suorum consumptores. Festus. *Conf. LORA.*

40 LVRCO, onis. m. [λαρκεμαργος] *Gulosus, de quo locum Festi modo dedimus in LVRA.* Plaut. Perf. 3, 3, 16 Perennisue lurco, edax, furax, fugax. Lucilius apud Non. 1, 34 Edite lurcones, comedones, viuite ventres. Suet. de Clar. Grammat. c. 15 Lastaurum et lurconem, et nebulonem, popinonemque appellans, et vita, scriptisque monstrifum. Labris lurconibus vetitam degustant alimoniam de Adamo Aldhelmus apud Gronou. Obs. Eccl. 4 p. 45.

45 LVRCONIANS, a, um. Adj. Tertull. de Anima c. 33 Condi-menta Apiciana et lurconiana.

50 LVRCO, are; et LVRCOR, ari. Dep. [λαβροφαγος] *Cum au-ditate cibum consumere, ut interpretatur Non. 1, 34, a quo laudatur Pomponius Syris, Lardum lurcabat lubens. Et Lucilius Satyr. 2. Nam quid Mutio, subiectoque huic opus signo, Ut lurcaretur lardum, et car-naria furtim. Varro Eumenid. Contra cum psaltria et cum Flora lur-care, adstrepis. Haec Non. Gron. Obs. Eccles. 23 S. Aldhelmo restituit Sed gula quae dulcis lurcatur fercula victus.*

55 LVRCABVNDVS, a, um. Lurcans. Quintil. 1, 6, 44 Neque enim tuburchinabundum et lurcabundum iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit auctor. *Ita dedit etiam Burm. Sed in magna lectionis va-rietate nihil ausim constituere, nisi forte illud, adspirationem abesse debere, et scribendum Lurcabundum vel Lurcinabundum.*

60 LVRIA, ae. f. Oxymelum appellatum, quod ex aceto et melle componitur Isidor. 20, 3.

65 LVRIDVS, a, um. Adj. [παλιιδε] *Quod est supra modum pal-lidum, et cadaverosi coloris. Quidam volunt esse quasi Loridum et loro percussum, liuidumque factum. Turnebus autem Luridum colorem existi-mat esse appellatum a similitudine coloris lurae, id est vtris coriacei, atque adeo a similitudine corii.* Plaut. Capt. 3, 4, 64 Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Hor. Carm. 3, 4, 74 Moeretque partus fulmine luridum Missos ad Orcum. Aconita Ouid. Met. 1, 146. *vid. ACONITVM.* Plin. 18, 10 Quod nisi festinato peragatur, lu-rido colore mucescere. Dentes Hor. Carm. 4, 13, 10. Varro de

70 R. R. 2, 10 Quum in Liburniam venisses, te vidisse matresfamilias eorum, afferre ligna, et simul pueros quos alerent, alias singulos, alias binos, quae ostenderent foetas nostras, quae in conopeis iacent dies ali-quot, esse luridas, mucidas et contemnendas. Horror Ouid. Met. 14, 198. Idem ibid. 15, 786 Solis quoque tristis imago Lurida so-llicitis praebat lumina terris. Mors Sil. 13, 560. Pallor Ouid. Met. 4, 267. Pelle lurida amicta ossa Hor. Epod. 17, 22. Plin. Epist. 6, 20 Mox dies vere, sol etiam effulsit, luridus tamen qualis esse, quum deficit, solet. Sulfura Ouid. Met. 14, 791.

80 LVRO, oris. m. [παλιιδωμα] *Pallor.* Lucret. 4, 333 Lurida praeterea fiunt quaecunque tuentur Arquati: quia furoris de corpore eorum Semina multa fluunt simulacris obuia rerum. Deformes lurore Apul. Met. 9 p. 222.

85 LVRIDATVS, a, um. Adj. Tertull. aduers. Marc. 4, 8 Qui retro luridati delinquentiae maculis, et nigrati ignorantiae tenebris.

LVRVLENTVS, a, um. *Laudatur ex Apul. Met. 7 p. 100* Con-ceptaculum aquae lurulentae. *Verum in Elmendorfsiana et Steweckiana, emendato mendo typographico, extat lutulentae.*

## L V S

90 LVSCINIA, ae. f. [λυσκιν] *Gloss. Lat. Gr.] Avis, dicta quod lu-gens canat.* Plin. 10, 39 Luscinis diebus ac noctibus continuis quin-decim garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu aue. Primum, tanta vox tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in vna, perfecta musicae scientia modulatus editur sonus, et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuscatur ex inopinato: interdum et secum ipse murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extensus, ubi visum est vibrans, summus, medius, imus. *Graeci Philomelam vocant. Lusciniae in solitudine Africana canticum adolescentiae garrulam Apul. Flor. 3. Mart. 7, 86 Lusciniae tumultum si Thelesina dedit. Hor. Serm. 2, 3, 245 Luscinias soliti impenso prandere coemptas. Secunda syllaba ab his Poetis correpta videri potest. Sed Ios. Iscanus de B. Troi. 6, 384 Caueat ardea*

ardea rostro Marmoreum foffore folum, Lufcinia planat, quod defendit Drefemius, et in Horatii atque Martialis verſibus Synizeſin intelligit, I pronuntiato conſonantis inſtar. Idem locum habet in Phaedro 3, 18, 2 Cantus luſcinii quod ſibi non tribuerit: ubi quidam luſcinii legunt. Nempe

LVSCINIUS, i. m. Idem. Phaedr. Fab. 3, 18, 2. Sen. Ep. 76 in MSS. ap. Daum. de cauſſ. amiſſ. R. L. L. p. 126.

LVSCINVS, ἀψών Gloſſ. Lat. Gr.

LVSCINIOLA, ae. f. Dimin. [ἀψώνιον] Plaut. Bacch. 1, 1, 4 Pol ego quoque metuo, luſciniolae ne defuat cantio. Prouerb. de iis, quae miraculo affinia ſunt. Conf. LVSCIOLA.

LVSCIOLA, ae. f. Luſciola, quod luſtuoſe canere exiſtimatur Varro L. L. 4, II. ſed etymologiae ratio ſuadet, vt legatur luſcinia, ſ. porius luſciniola. Verum compara, quae de quantitate ſecundae Syllabae in LVSCINIA diximus.

LVSCIOSVS, qui et LVSCITIOSVS, a, um. Adi. [μύωψ, νυκτάωψ] Luſcioſi ſunt, vt quidam exiſtimant, quos Graeci Nyctilopas appellant, qui et mane et veſperi exiliter admodum vident, nec fere niſi interdium. Nonius 2, 512 Luſcioſi ad lucernam non vident: et myopes minus videntes vocantur a Graecis. Veſperi non videre, quos appellant Luſcioſos Varro ap. Non. l. c. Plin. 29, 6 ſ. 38 Finum quoque gallinaceorum duntaxat rubrum luſcioſis illinendum monſtrant. Conf. Id. 23, 7. et 28, 10. Plaut. Mil. 2, 3, 52 PAL. Verbero, edepol tu quidem caecus, non luſcioſus. Conf. Taub. ad b. l. Add. l. 10 §. 4 D. de aedil. ed. et redh.

LVSCITIO, ōnis. f. Vitium viſus, quod Graeci νυκτάωπιαν dicunt. Feſtus, Luſcizio vitium oculorum, quod clarius veſperi quam meridie cernit. Conf. NVSCITIOSVS. Vlpian. in l. Idem filius. §. Item. D. de Aedil. edicto, Idem, ubi homo neque matutino tempore videt, neque veſpertino: quod genus Graeci νυκτάωπιαν vocant. Luſcitionem quidam putant: ubi homo lumine adhibito nihil videt. Quidam Nuſcitionem, quidam Eluſcationem hic legunt. Hinc Luſcioſus, qui et Luſcitionus et Nuſcitionus, vt ait Budaeus, vid. NVSCITIOSVS.

LVSCVS, i. m. [ἐτεροφθαλμος] Qui altero captus eſt oculo. Varro de L. L. 8, 43 p. 115. extr. Item dicunt, cum ſit ſimile ſtultus, luſcus; et dicatur ſtultus, ſtultior, ſtultiſſimus; non dici luſcus, luſcior, luſciſſimus. Sic in hoc genere multa. Ad quae dico, adeo fieri, quod natura nemo luſco magis ſit luſcus, cum ſtultior fieri videatur. Perf. 1, 128 — qui poſſit dicere luſce. Cic. de Orat. 2, 246 c. 60 Coenabo, inquit, apud te huic luſco familiari meo C. Sextio: vni enim locum video. Martial. 8, 53 Hunc tu coniuuam cautus vitare memeno: Tunc furit, atque oculo luſcus vtroque videt. Iuuen. Sat. 10, 158 Quum Getula ducem portaret bellua luſcum. Intelligit Anibalini. Lippo, non luſco collyria nigra Medentur: qui ſemel eſt luſcus, non niſi luſcus erit Alantis Parab. claſſ. 3, 12.

LVSCA, ae. f. [ἐτεροφθαλμος] Martial. 1, 171 Oculo Philaenis ſemper altero plorat: Quo fiat iſtud quaeris modo? luſca eſt. LVSCINVS, a, um. Plin. 8, 37 Qui altero lumine orbi naſcerentur, Coclites vocabantur: qui paruis vtriſque, Ocellae; Luſcini iniuriae cognomina habuerunt. Cognomen fuit Fabriciorum Romae.

LVSIO, vid. LVDO.

LVSITANIA, ae. f. [Λυσιτανία] Pars vltioris Hispaniae, quam nunc Portugalliam appellant. Scribit Plin. 3, 1 ſ. 3 ex Varrone, Luſium Liberi patris, aut Lyſam cum eo bacchantem nomen dediffe Luſitaniae.

LVSITANVS, a, um. Adi. Tela Luſitana Valer. Max. 9, 1, 5. Sil. 5, 335 Namque per aduerſos, qua Luſitana ciebat Pugnas dira manus.

LVSITO, LVSOR, vid. LVDO.

LVSTRAGO, inis. f. herba Verbenaca, in luſtrando olim adbibita Apul. de Herb. c. 3.

LVSTRVM, i. n. [Φώλεος, κατάδουσις] Ferarum habitacula. Feſtus, Luſtra ſignificant lacunas (edit. veſt. Lamas) luſoſas, quae ſunt in ſiluis aprorum cubilia. Similia Non. 4, 272. Varro R. R. 2, 4, 8 Luſtra, in quibus volutantur ſues. Virg. Georg. 2, 471 Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum. Deſerta ferarum luſtra Virg. Aen. 3, 647. Denia Ouid. Met. 3, 146. Inuia Virg. Aen. 4, 151. Tetrica Stat. Theb. 9, 615.

A qua ſimilitudine ii, qui in locis abditis et ſordidis ventri et deſidia operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere. Sunt igitur Luſtra, Popinae et lupanaria, ac meretricum diuerticula. Seruius, ad Aen. 3, 647 Lupanaria luſtra dicimus, ubi habitant lupae, id eſt meretrices: dictae ab obſcoenitate, et odoris ſimilitudine. Add. Schol. Horat. Sat. 1, 6, 68. Plaut. Aſin. 5, 2, 84 Te cuculum vxor ex luſtris rapit. Cic. Philip. 2, 6 c. 3 Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, vino luſtrisque conſectus. Idem pro Cael. 57 In qua luſtra, libidines, etc. Add. Id. in Sen. c. 6. Mala Hor. Serm. 1, 6, 75 69. Iacere in luſtris, vid. IACEO. Lucret. 4, 1130 Deſidioſe agere aetatem, luſtrisque Perire. Studere luſtris Plaut. Aſ. 5, 2, 17. Add. Id. Caf. 2, 3, 26. et Curc. 4, 2, 22. et Bacch. 4, 4, 91.

¶ 3 Denuo audiamus Feſtum, Cum eiſdem vocabuli prima Syllaba producit [vt ſit λυſτρον, cum prius illud pronuntiarint λυſτρον] ſignificat nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem. Ab hoc incipiendum. Eſt igitur Luſtrum ſacrificium purgatorium, ſ. expiatorium, quo luentur, abluentur impuritates a ſcleribus contractae. Liu. 45, 41 Aemilius Paullus, Delphis, inquit, Apollini pro me exercitibusque et claſſibus luſtra ſacrificauit. Lucan. 1, 592

Mox iubet et totam pauidis a ciuibus urbem

Ambiri, et feſto purgantes moenia luſtro

Longa per extremos pomoeria cingere fines

Pontifices. Sacra ambarualia deſcribit. Ad haec etiam

refert Iac. Gothofredus Luſtrorum ſacrificia, ad quae celebranda compelli Eccleſiaſticos veſat Conſtantine M. l. 5 C. Theod. de Episcopis: itemque Luſtra miſſa ſuouetaurilibus a fratribus arualibus ap. Gruter. p. 121. Haec publica luſtra. De priuatis Cato 141, 3 Harumce rerum ergo, fundi, terrae, agrique mei luſtrandi, luſtrique faciendi ergo, ſicuti dixi, maſte hiſce ſuouetaurilibus lactentibus immolandis eſto. Titulus eſt, Agrum luſtrare ſic oportet. Proprie ita vocabatur Romae illud ſacrificium, quo finire cenſum ſolebant. Liu. 1, 44 Cenſu perfecto

— edixit, vt omnes ciues Rom. equites peditesque in ſuis quiſque centuriis in campo Martio prima luce adeſſent. Ibi inſtructum exercitum omnem ſuouetaurilibus luſtrauit. Idque conditum luſtrum appellatum, quia is cenſendo finis factus eſſet. Millia LXXX eo luſtro ciuium cenſa eſſe dicuntur. Add. Aſcon. ad Diuin. 8. Liu. 3, 3 Cenſus deinde actus, et conditum a Quintio luſtrum. Et 3, 24 Cenſus res priore anno inchoata, perficitur: idque luſtrum ab origine urbis decimum conditum. Obſerua, hunc fuſſe annum ab origine urbis

CCXCV: cenſum autem a Seruio Tullio inſtitutum non diu certe poſt

annum CC. Nondum igitur certum ea tempestate intervallum. *Add. mox dicenda n. 4. Sed nec semper censu acto lustrum etiam conditum.* v. g. Liu. 3, 22. pr. Censu actus eo anno: lustrum propter capitolium captum, consulem occisum, condi religiosum fuit. Sic Liu. 24, 43. pr. Ne lustrum perficerent censores, mors prohibuit P. Furii. *Tribuitur lustrum conditum censoribus plurimum numero, ut etiam Liu. 40, 46 Lustrum condatis: tamen ab uno proprie illud factum docent ista:* Cic. de Orat. 2, 268 Afello Africanus obiciienti lustrum illud infelix, Noli, inquit, mirari: is enim, qui te ex aerariis exemit, lustrum condidit, et taurum immolavit. *Sortiri autem solebant Censores, uter lustrum conderet.* Liu. 29, 37 Lustrum condunt serius, quia per provincias dimiserunt Censores, ut civium Romanorum in exercitiis quantus ubique esset referretur numerus. Censa cum iis CCXV millia hominum. condidit lustrum C. Claudius Nero. Idem 15 35, 9. pr. Censores erant priore anno creati Sex. Aelius Paetus, et C. Cornelius Cethegus. Cornelius lustrum condidit. Et 38, 36. extr. M. Claudius Marcellus Censor, sorte superato T. Quintio, lustrum condidit. *Rursus 42, 10. pr. Eo anno lustrum conditum est.* Censores erant, Q. Fulvius Flaccus, L. Posthumius Albinus. Posthumius condidit. *Caeterum ipso hoc lustro condito, cum consummari demum census et absolvi videretur, hinc Cic. de Orat. 1, 183 c. 40 Quae- ritur, is, qui domini voluntate census sit, continuone, an ubi lustrum conditum, liber sit? It. Cic. Att. 1, 18 fin. Sub lustrum censer, germani mercatoris est, i. non prius, quam cum iam differri diutius non 25 potest. Nempe tributum simul ex censu confertur.* Varro de L. L. 5, 2 p. 46. pr. Lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, hoc est soluendo: quod quinto quoque anno vectigalia et vltro tributa per censores persolvebantur. Cic. Att. 6, 2 Quaesivi ipse de iis, qui annis decem proximis magistratum gesserant. Aperte fatebantur. 30 Itaque sine vlla ignominia suis humeris pecunias populis retulerunt. Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiam superioris lustrum (pecunias) retulerunt. Sic Plin. Epist. 9, 37 Nam priore lustro, quamquam post magnas remissiones, reliqua creuerunt. *Indicat alias etiam locationes in lustra factas.* Sic 35 Vlpian. l. Si quis nec causam D. de rebus creditis, Nam etsi colonus post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat. Sed ¶ 4 De intervallis, quibus Lustrum conderetur, iam dicendum. Censorin. de Die nat. 18. extr. cum dixisset de Olympiade, quaternum annorum circuitu, addit, Idem tempus anni magni Romanis fuit, quod Lustrum 40 appellabant; ita quidem a Servio Tullio institutum, ut, quinto quoque anno censu civium habito, lustrum conderetur: sed non ita a posteris servatum. Nam cum inter primum a Servio rege conditum lustrum et id, quod ab Imperatore Vespasiano V et Caesare III C O S S. factum est, anni interfuerint paullo minus sexcentis quinquaginta, 45 lustra tamen per ea tempora non plura, quam septuaginta quinque sunt facta: et postea plane fieri desierunt. *Cum certum sit Olympiada fuisse annorum quatuor, mirum est, illam a Censorino cum lustro comparari. Sed nempe de Olympiade non minus fluctuabant, ut ibi ostendimus, Latini scriptores, cum non satis attenderent, aliud esse quinto quoque anno 50 ineunte celebrari, i. quatuor interiectis, aliud quinque annos completos continere, vel post quintum annum absolutum celebrari; illud in Olympiada convenit, hoc in lustrum, quod quinque annorum plenorum esse, dubitari non potest: quod luculenter ostendit Ios. Castalio Obs. 1, 10 tum aliunde, tum praesertim ex Fastis Capitolinis, quos exhibet etiam Gruter. 55 p. 293. ubi aliquoties post quina Consulum paria ponuntur censores, qui L. F. hoc est Lustrum fecere. Vtitur etiam hoc argumento Harduin. ad Plin. 2, 47. no. mai. 47. Contra ea Scal. Aufon. Lect. 2, 23. extr. sibi constare ait, lustrale aurum quarto quoque anno vendi solitum: quod aliter se habere, et illius auri pensionem cum quinquennialibus, decennialibus, quindecennialibus votis coniunctam fuisse, ostendit Anson. Pagi diff. 60 hypat. 2, 4, 6. Caeterum quinquennale lustrum loquuntur omnia. Varronem iam audiuimus de L. L. 5, 2 p. 46. pr. Lustrum nominatum tempus quinquennale etc. Aufon. Pedian. in Verr. 1, 104 c. 41 Neque census esset, b. e. neque census eius in quinquennium illud esset factus, 65 quorum annorum spatio instaurari census solet apud censores, quorum administratio per lustrum, b. e. quinquennium extenditur. Nihil potest clarius. Ipse Cic. de Legg. 3 c. 3 de Censoribus, Magistratum quinquennium habento. Hinc Censoribus in urbe respondent Colonia- rum et Municipiorum quinquennales. Tac. An. 16, 2 Ac forte quin- 70 quennale ludicrum secundo lustro celebrabatur. De Poetis non est dubium. Hor. Carm. 2, 4. extr. quadragenarium se dicit, cuius octa- vum trepidavit aetas claudere lustrum: et Carm. 4, 1, 6 quinquagena- rium, circa lustra decem etc. Mart. 10, 38 Quindecim annos diserte tribus lustris aequat. Claudian. sext. Conf. Hon. 391 Circumflexa rapit 75 centenus saecula consul, His annis, qui lustra mihi bis dena recensent. Aufon. Epit. Hero. 31 Aniciae sedecenni matronae: Omnia quae longo vitae cupiuntur in aeuo Ante quater plenum consumpsit Anicia lustrum. Ergo nihil Lustrum detrabi patiamur eo, quod Lustrum et Olympias a multis eodem significato usurpantur. Ouid. ex Pont. 4, 6, 6 80 In Scythia nobis quinquennis olympias acta est, iam tempus lustrum tran- sit in alterius. Martial. 4, 45 Ut qui prima nouo signat quinquen- nia lustro, Impleat innumeras Burrus olympiadas. Aufon. de suo Fastorum Lib. ad Proculum, Epigr. 141 Fors erit, ut lustrum quum se cumulauerit istis, Confectam Proculus signet olympiadem. Seruius 85 exponens illud Virg. Aen. 1, 287 — veniet lustris labentibus aetas, etc. Lustris, inquit, i. Quinquenniis. Et bene olympiadibus computat tempora: quia nondum erant vel Roma, vel Consules. Lustrum autem dictum, quod post quinquennium vnaquaeque ciuitas lustraba- tur. Cui haec non sufficiunt, ille cogitet, ¶ 5 Lustrum videri 90 interdum generaliori significatione pro periodo quacunq; poni. Pro annua, si audimus Scaligerum ad Manil. 3, 580 Lustra decem tribuat solis, cum mensibus octo: Lustra solis, i. circuitus, verbo, annos. Sed Bentleius legit, Lustra duo tribuent, solidis cum mensibus octo. Etiam Manil. 3, 321 dederat Scaliger Et paribus spatiis per singula lustra resurgunt, 95 i. intervalla, periodos: sed Bentl. puncta, sensu sane commodissimo utro- que loco. Sed destituitur ab auctoritate librorum. Caeterum Lustrum pro periodo poni satis euincit Plin. 2, 47. extr. Omnium redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat non ventorum modo, verum et reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustrum 100 eius semper intercalari anno, Caniculae ortu. Sic etiam sumi videtur Ouid. Fast. 1, 165 ubi de anno intercalari Iuliano, In lustrum accedere debet, Quae consummatur partibus, vna dies. Quartis partibus diei, i. senis horis quatuor annorum superantibus consummatur et colligitur vna dies, quae accedere debet in illam quatuor annorum periodum, quae hic 105 lustrum appellatur.*

**LVSTRO**, 3re. [*ἀγνῶσις, ἀποκαθάρσις*] *Expiare significat, adspersione et circuitu praesertim.* Virg. Ecl. 5, 75 Et quum sollemnia vota reddemus nymphis, et quum lustrabimus agros. Idem Aen. 3, 279 Lustramurque Ioui, votisque incendimus aras. Seru. Aut, Lustramur, i. Purgamur, vt Ioui sacra faciamus. Aut certe, Lustramur Ioui, i. Expiamur. *De ritu et formula lustrandi agros vid. Cat. R. R. c. 141: et Tibull. 2, 1. vbi Conf. Brouckhus.* Lectos aegrotorum Ouid. A. A. 2, 329. Tibull. 1, 5, 11. *Conf. b. l. Brouckhus.* Virg. Aen. 6, 231

Idem ter socios pura circumtulit vnda,  
Spargens rore leui, et ramo felicis oliuae:  
Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba.

Oues cum pastore: *vid. Brouckh. ad Tibull. 2, 1, 13.* Urbem lustrare Plin. 10, 13. Lustror, *passuum.* [*ἀγνέουμαι*] Varro R. R. 2, 1, 10 Populus Rom. cum lustratur suouitaurilibus circumaguntur verres, aries, taurus. Ouid. Met. 13, 953

Ego lustror ab illis,  
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto,  
Pectora fluminibus, iubeor supponere centum.

Magicè lustrare ritu Ouid. Met. 10, 398. ¶ 2 *Ab illo circuitu lustrantium lustrare etiam est* [*περιεῖναι, περιερχέσθαι, περιόδουσαι*] *Circuire, ambire, aut etiam peragrarè.* Virg. Aen. 8, 153 Totum lustrabat lumine corpus. Cic. de Finib. 5, 87 c. 25 Pythagoras Aegyptum lustrauit. *Add. Cic. Tusc. 4, 43.* Aequora lustrare Virg. Aen. 3, 377. Arcolas et sepem horti lustrauit gradiens *menstruata,* i. *circuitu magicae medicinae causa* Colum. 10, 363. Arua lustrare, *Pererrare* Virg. Georg. 4, 519. Campos oculis lustrare Lucan. 7, 795. Extrema Libyae Virg. Aen. 1, 581. Limina aliena lustrare Ouid. in Ibin 113. Muros equo lustrat Virg. Aen. 9, 58. Opera omnia flammis sol lustrat Id. Ibid. 4, 607. Vestigia lustrare Id. Ecl. 2, 12. Virg. Aen. 4, 6 Postera Phoebea lustrabat lampade Terras. *Vbi Seru. Aut illustrabat: aut reuera lustrabat, i. purgabat, nam nox quodammodo polluit mundum.* *Add. Virg. Aen. 2, 6.*

¶ 3 Lustrare exercitum, *Recognoscere, et recensere exercitum, quod cum sacrificiis solet.* Tum exercitum rite lustratum ad concionem vocat Tac. Ann. 15, 26. Caes. Bell. Gall. 8, 52. Cic. de Diuin. 1, 77 c. 35 Qui exercitus lustrato quum Aretium versus castra mouisset, et contra Annibalem legiones duceret, etc. *Vid. Liu. 38, 12 et 40, 6. Curt. 10, 9, 12. Cluodon. ad Caes. l. c. n. 529.* Lustrare animo, *pro Considerare, reputare, prospicere.* Cic. Off. 1, 57 c. 17. Idem de Fin. 2, 115 Sed lustramus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur. *Conf. Non. 4, 277.*

Pericula incerta lustrare Virg. Aen. 9, 96. ¶ 4 Lustrari, *Deo, in lustris, et lupanaribus versari.* Plaut. Pseud. 4, 5, 61 Nam qui liberos esse illico se arbitrantur, ex conspectu heri sui si sese abderunt, luxuriantur, lustrantur, comedunt. Idem Cas. 2, 3, 29 Vnde is nihil? vbi vixisti? vbi lustratus? vbi bibisti? *vid. Non. 4, 277.*

**LVSTRATVS**, a, um. *Partis, pass.* [*ἀγνόςτος*] *Expiatus.* Capitolium lustratum atque purgatum Liu. 3, 19. Id. 36, 42 Lustrata classe ad Lacinium. *De modo lustrandi classes apud Romanos,* *vid. Appian. Bell. Civ. 5 p. 727.* Corpus lustratum diuino odore Ouid. Met. 14, 605. Exercitus lustratus Cic. de Diuin. 1, 77 c. 35. Infantes lustrantur die lustrico, *vid. LVSTRICVS.* Martial. 8 Epist. praef. Meminerit non nisi religionis purificatione lustratus accedere ad templa debere. *Add. Hor. Od. 3, 25, 12* Pede barbaro lustratam Rhodopen. Hirt. B. Afr. c. 75 Lustrato exercitu.

**LVSTRABILIS**, e. [*περίεργος*, spectabilis, lustrabilis Gloss. Gr. Lat.]

**LVSTRALIS**, e. Adi. [*ναδύστριος*] *Quod ad lustrum, hoc est sacrificium pertinet.* Liu. 1, 28 Castra castris iungere iubet: sacrificium lustrale in diem posterum parat. Aqua lustralis Ouid. ex Pont. 3, 2, 73. Aurum, *tributi genus.* *vid. Icti ad tit. Cod. Theod. de lustrali collatione et Iustin. de Lustralis auri collat. f. libri 11, 1.* Censui lustralis Vlpian. Tit. 1, 8. *Nempe verum est, quod de vna provincia Cic. Verr. 2, 139 c. 56* Quinto quoque anno tota Sicilia censetur. Certamen lustrale Tacit. Ann. 16, 4. Extia lustralia Virg. Aen. 8, 183 Vates dixerunt Praepinguis: eo quod lustralis, id est quinquennialis, hoc dicitur esse perfectae aetatis. *vid. Seru. ad l. c. Pers. 2, 33*

Ecce aui, aut metuens diuinum matertera, canis  
Exemit puerum, frontemque atque vda labella  
Infanti digito et lustralibus ante saluus  
Expiat, vrentes oculos inhibere perita.

Possessio lustralis apud Ictos est quinquennii praescriptio. *vid. Iac. Gothofr. ad l. vn. C. Th. de quinquennii praescript. Vota lustralia* Valer. Argon. 3, 414. *de sacrificio nocturno.*

**LVSTRIFICVS**, a, um. Adi. [*ναδύστριος*] *Idem.* Cantus lustrificus Valer. Argon. 3, 448.

**LVSTRICVS**, a, um. Adi. [*ἀγνύριος*] Lustrici dies infantium appellantur, puellarum octauus, puerorum nonus: quia iis infantes lustrantur, et nomina eis imponuntur Fest. Macrobr. Saturn. 1, 16 Lustricus dies olim appellabatur, quo pueri lustrabantur, et nomen accipiebant. Suet. in Neron. c. 6 Eiusdem futurae infelicitatis signum euident die lustrico extitit. Nam C. Caesar rogante sorore (Agrippina, matre infantis) vt infanti quod vellet nomen daret, intuens Claudium patrum suum, a quo mox principe adoptatus est, eius se dixit dare: neque id ipse serio, sed per iocum, et adspemante Agrippina, quod tum Claudius inter aulae ludibria erat. *vid. Scalig. ad Fest. et Leff. Auf. l. 2 c. 22. Casaub. ad Pers. sat. 2 p. 197. sq. Torrent. ad Suet. l. c.*

**LVSTRATIO**, ōnis. f. [*περίεργη*] *Circuitio, peragratio.* Cic. Philipp. 2, 57 c. 23 In eodem vero Tribunatu quum Caesar in Hispaniam proficiscens, huic conculcandam Italiam tradidisset, quae fuit eius peragratio itinerum, lustratio municipiorum? *Sic Tusc. 5, 79* Quid bestiae? nonne frigus, non famem, non montiuagos atque siluestres cursus, lustrationesque patiuntur? ¶ 2 Lustratio, [*ἀγνύριον*] *Sacrificium expiationis.* Columel. 2, 22, 5 Hoc loco certum habeo quosdam, quum sollemnia festorum percensuerim, desideraturos lustrationum caeterorumque sacrificiorum; quae pro frugibus fiunt, morem praefici vstratum.

**LVSTRATOR**, ōris. m. Apul. Apol. p. 288 Hereules lustrator orbis. i. *Peragror.*

**LVSTRAMEN**, inis. n. [*περιόδεια*] *Lustratio.* Valer. Argon. 6, 509 Seminecesque duces inter sua tela, suosque Inter equos, facuam misero lustramine versant Congeriem. *Conf. Id. 3, 409 et 442.*

LVSTRAMENTVM, i. n. Purgatio facta per sacrificium, aut incantationem, quas tamen interdum veneficii instar habetur, ut Martiani in l. Eiusdem. D. Ad l. Iuliam de sicar. Pigmentarii, inquit, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas, buprestim, mandragoram, cantharidas, aut quid lustramenti causa dederint: poena teneantur huius legis. *Hotomann. de Verh. Iur. de intemperanti et effrenata rei Venercae cupiditate intelligit, cum cantharidum ea vis sit, ut ad eam incitent.*

LVSTRO, ōnis, qui in lustris versatur, ut Gulo, Heluo, et similia. Festus, Aleonem, aleatorem; Naculus, Pessimorum pessime, audax, ganeo, Lustro, aleo. *Sic esse in veteribus libris, fatetur Scaliger, ipse tamen, cum ganeo et lustro idem sint, retinet Luteo. Catul. Epigr. penult. Omnia magna haec sunt: tamen ipse est maximus lustrō. Ita pro vltor, quod est in libris, Scaliger. Sed Voss. vltro.*

LVSVS, vid. LVDO.

## L V T

LVTAMENTVM, LVTARIVS, vid. LVTVM.

LVTATIVS, vid. LVCTATIVS.

LVTER, eris. m. [ὁ λυτήρ] labrum, in quo lauatur Hieron. in Iouian. I. *Vtuntur eo septuaginta Interpr. Exodi 38.*

LVTESCO, vid. LVTVM.

LVTETIA, ae. f. [Λευκορένεια] Galliae vrbs maxima et nobilissima. Caes. Bell. Gall. 6, 3 *Vt omnia postponere videretur, concilium in Lutetiam Parisiorum transfert. Add. Ammian. 15, 27.*

LVTĒVM, siue LVTVM, i. n. Herba est, qua caeruleum inficiunt auctore Vitruu. 7, 14. *vid. Plin. 33, 5. Lutum croceum Virg. Ecl. 4, 44. Tib. 1, 9, 51 Non illi fontica causa est (morbus, a quo palleat) Sed nimius luto corpora tangit amor. Suauisque Rubescere luto Nemesian. Cynege. 319. Caes. Bell. Gall. 5, 14 Omnes se Britannii luteo inficiunt, quod et caeruleum efficit colorem. Dauidus vitro. Luteo videtur Criticis deberi, qui Vltro quorundam codicum (pro vitro) sic mutarunt. Oui luteum, Vitellus est. Plin. 10, 53 ipsum animal ex albo liquore oui corporatur, cibus in luteo est.*

LVTĒVS, a, um. Adi. [λευκώδης] Luteus color, qui est dilu-  
tior rutilus, qualis est color aurii. Plin. 21, 8 Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammis totum feminis concessum. *Aurora. Virg. Aen. 7, 26. Emplastrum luteum Scribon. 215. Fella*  
*amollit. Tabul. 1, 9. Lutea sed niueum inuoluat*  
*membrana libellum. Ball. Tabul. 1, 7, 46. Pallor. Hor. Epod.*  
*10, 16. Papauer. Catull. 59, 195. Pers. 3, 95. Surgit tacite tibi*  
*lutea pellis: At tu deterius palles. Sulfura Quid. Met. 15, 351.*  
*Vela lutea, rufaque, et ferruginea Lucret. 4, 73. Plin. 21, 6*

Violis honos proximus. Earum plurima genera: purpureae, luteae, albae. *Et paullo post, Sed satius maxima auctoritas luteis. Vulcanus luteus, pro igni, siue flamma. Iuuen. Sat. 10, 132*

Quem pater ardentis massae fuligine lippus,  
A carbone, et forcipibus, gladiosque parante.

Incude, et luteo Vulcano ad Rhetora misit.

Luteo legendum per Synizesin duabus Syllabis: nisi malis luteum, i. sordidum dici a luto, i. stercore.

LVTEA, ae. f. Chryfocollae genus a colore dictum. *De chryfocolla enim Plin. 33, 5 c. 26. Vt plane intelligatur nihil aliud chryfocolla quam vena putris. Natiua duritia maxime distat, Luteam vocant. Et tamen illa quoque herba, quam Luteam appellant, tingitur. Natura est quae silino, lanae ad succum bibendum. Harduin. legit Lutum. Et mox c. 27 de eadem, Luteam putant a Luto herba dictam (etiam hic Lutea est.) quam ipsi caeruleo subtritam pro chryfocolla inducunt.*

Lutea igitur herba nondum satis firma.

LVTĒVS, a LVTO, vid. LVTVM.

LVTEŌLVS, a, um. Adi. dimin. Columel. 9, 4, 4 At in hot-  
tensi lira confita nitent candida lilia, nec his sordidiora, leucoia, tum  
punicae rosae, luteolaeque, et Sarranae violae. *Caltha luteola Virg.*

Ecl. 2, 50. Oliuae luteolae Colum. 12, 47, 9.

LVTO, are. Vid. LVTVM.

LVTRA, ae. f. [λυδρε] Animal amphibium, hoc est, tum in  
aqua, tum etiam in terra degens, castori simile, nisi cauda differret:  
Plin. 8, 30 Clauda piscium iis: caetera species lutrae. *Vtrumque*  
*aquaticum: utriusque mollior pluma pilus. Add. Idem 32, 11. Varro*  
*de L. L. 4, 13 p. 22. pr. Lytra dicta, quod succidere dicitur arborum*  
*radices in ripa, atque eas dissoluere, vnde Lytra. Igitur ἀπὸ*  
*τῆς λύβης deriuat. Vossius ab ἑλυδρε Acol. ἑλυδρε.*

LVTRVM, i. n. Lauatio frigida. *Vitr. 5, 11 Frigida lauatio,*

quam Graeci λυτρεν vocant.

LVTVM, i. n. [πυλός] Terra humore soluta, inquit Festus, a  
λύβην. *Iuuen. Sat. 6, 13 Compositique luto nullos habuere parentes,*  
*de primis hominibus a Prometheo ex argilla factis. Amica luto sus Hor.*

Epist. 1, 2; 26. *Paleatum lutum, vid. Paleatus, in PALEA.*

Palaestritarum lutum, vid. HAPHE. *Recenti luto spargere iumenta*  
*Iuuen. Sat. 7, 180. Vdum et molle lutum Pers. 3, 23. Aspersus*  
*imbre lutoque Hor. Epist. 2, 11, 11. Composuit pocula de facili luto*

Tibul. 1, 1, 40. *Concinnare lutum, vid. CONCINNO. De-*  
*mersus in luto Cic. Verr. 2, 191. Fictus ex argilla et luto homulus*

Cic. in Pison. 59. *Volutatus in luto totius corporis vestigiis Verres*  
*Cic. Verr. 4, 53. In medio luto esse Plaut. Pseud. 4, 2, 27 i. Impli-*  
*cari negotio, aut in periculo esse. In eodem luto haesitare, i. Sic*

implicari cupiam negotio, ut se quisquam nequam extricare. *Ter.*  
*Phorm. 3, 2, 15 Quid nunc porro, quid fiet? in eodem luto haesitas:*

vorsura soluis, *Geta: praesens quod fuerat malum, in diem abiit,*  
*plagae crescunt. A viatoribus translatus, qui simulatque in lutum inci-*  
*derint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur.*  
*Rursum ut hunc extrabant, alter quem eduxerant, denuo est infingendus.*  
*Add. Plaut. Pers. 4, 3, 66. Lutum per translationem vocat Lenonem*

Plaut. in Pers. 3, 3, 10 *Possim te facere ut argentum accipias, lutum?*  
*Lutum es, Conuicium apud Romanos in hominem nequam et nullius rei,*  
*vid. Plaut. Most. 5, 2, 45. Conf. Id. Mil. 2, 3, 54. Lucil. ap. Non. 1,*  
*165. Lutum et fordes Cic. in Pison. 62. Lutus, i. m. apud anti-*  
*quos, referente Nonio 3, 132. Claud. Annal. 4 Pluvia, imbrī lutus*

erat multus.

LVTĒVS, a, um. Adi. [πυλινός] Ex luto factus. *Luteus paries,*  
*Vasa lutea. Cic. Verr. 4, 32 c. 14 Tum illos coepisse Praetori dicere,*  
*putasse se id quod audissent, alicuius pretii scyphos esse Pamphili, lu-*  
*teum negotium esse, non dignum, quod in suo argento Verres haberet.*  
*Caput luteum Rheni Hor. Serm. 1, 19, 37. Homo luteus, Consens-*

*tus, nulliusque pretii.* Plaut. Poen. 4, 2, 4 Neque periurior, neque peior alter vsquam est gentium, quam herus meus est, neque tam luteus, neque tam coeno collitus. *Conf.* Iuuenal. 10, 132. Meretrix lutea Plaut. Truc. 4, 4, 1. Pelusiotas nos appellant et luteos Hieron. Ep. 65, 3. *vid. Casaubon. contra Baron. proleg. p. 20.* Nempe Pelusiotae nomen ad *πυλόν, lutum, alludit.* Quid. Fast. 1, 158 Ignotaque prodit hirundo, Et luteum celsa sub trabè fingit opus. Plaut. Men. 5, 5, 19 Quin me interrogas, purpureum panem, an puniceum soleam ego esse, an luteum?

LŪTŌSVS, a, um. Adi. [*πυλῶδης*] *Luto plenus.* Plin. 18, 19 10 Lutosam terram ne tangito. Columel. 2, 4 Sed quodocunque arabitur, obseruabimus, ne lutosus ager tractetur. Rapa lutosā, *Quorum radix luto est infecta* Columel. 12, 54.

LŪTENSIS, e. Adi. *Luto nutritum.* Plin. 9, 37 Purpurae, nomine alio pelagiae vocantur. Earum genera plura, pabulo vt solo discreta. 15 Lutense putri limo, et algense enutritum alga vilissimum.

LŪTO, āre. [*πυλῶδ*] *Luto inficere, siue oblinere.* Cato de R. R. 92 Eo granarium totum oblinito crasso luto; postea conspergito amurca bene omne quod lutaueris. Nidosque reuerfa lutabit hirundo Calpurn. Ecl. 5, 17. Lutare, *Maculare.* Martial. 14, 50 Ne lutet imundum nitidus ceroma capillos: Hac poteris madidas condere pelle comas. ¶ 2 *Pro Luere vel soluere usus est hoc verbo* Varro apud Non. 2, 482 cuius locum damus in LITO.

LŪTĀTVS, a, um. Partic. Perf. 3, 104 Crassoque lutatus amomo, *vid. etiam Lamprid. Heliogab. 14.* 25

LŪTESCO, ēre. [*πυλῶμαι*] *Lutum fieri, et in lutum verti.* Furius Antias apud Gell. 18, 11 Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit. *Laudat versum, quem vocat auctoritatis ignobilis* Non. 2, 498. Columel. 8, 17 Quae limo, coenoque lutescunt (vt ante iam dixi) conchyliis magis et iacentibus apta sunt animalibus. 30

LŪTAMENTVM, i. n. [*πύλωμα*] *Opus luto oblitum, vt ait Budaeus.* Cato de R. R. 128 Ita neque aspergo nocebit, neque mures caua facient, neque herba nascetur, neque lutamenta scindent se.

LŪTŪLO, āre. *Conspūrcare, luto inquinare.* Plaut. Trin. 2, 2, 15 Eisdem lutulant, quos collaudant. 35

LŪTVLENTVS, a, um. Adi. [*πυλῶδης*] *Plenum luto.* Plaut. Bacchid. 3, 1, 17 Vt eum ex lutulento coeno protere hinc eliciat foras. Columel. de Arborib. 12 Lutulentam terram neque arare, neque fodere oportet. Annis Ouid. Amor. 3, 6, 95. Palma Hor. Serm. 2, 4, 83. Cic. in Sallust. 3 Itaque nihil aliud studet, nisi vt lutulentus sis cum quouis volutari. Sic, Idem in Pison. 27 At ne tum quidem emerfisti lutulente Caeso ex miserrimis naturae tuae fordibus. Et in orat. pro Rosc. Com. 20 Lutulenta persona. Hor. Serm. 1, 4, 11 de Lucilio, Quum stueret lutulentus, erat, quod tollere velles, Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem. Vitia Cic. in Pis. pr. Compar. Plaut. Poen. 1, 1, 30 Non lutum est lutulentius. 45

LŪTVLENTE. Adu. Non. 2, 485.

LŪTARIVS, a, um. Adi. [*πυλῶδης*] *Quod in luto degit.* Plin. 32, 4 Sunt ergo testudinum genera terrestres, marinae, lutariae, et quae in dulci aqua viuunt. Mullus lutarius; *Pisces* Plin. 9, 17. 50

LŪTVM, *vid. LŪTEVM.*

## L V X

LUX, lūcis. f. [*φῶς, φῶς*] *proprie significat Claritatem sine splendorem, abstractam a corpore, i. consideratum per se sine corpore, vt contra ea Lumen est corpus lucidum.* Corusca lux Sil. 13, 640. Lucret. 4, 81 Omnia corrident concepta luce Diei. Lucret. 6, 848 Est apud Hammonis fanum fons luce Diurna Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur. Egens lucis aer Ouid. Met. 1, 17. Egenus lucis Tartarus Lucret. 3, 1024. Larga, *vid. LARGVS.* Maligna, *vid. MALVS.* Praeclara Lucret. 2, 1031. Publica lux mundi Phoebus Ouid. Met. 2, 35. Pura Virg. Aen. 2, 590. Rosca Stat. Silu. 3, 1, 134. Siderea Ouid. Met. 4, 169. Naturale Solatium lux Curt. 8, 4, 8. Valer. Argon. 3, 558 Stagna vaga sic luce micant vbi Cynthia caelo Prospicit. Admittere lucem in thalamos totis fenestris Ouid. de Arte Am. 3, 807. Albescit primum lux Virg. Aen. 4, 586. Conuestit omnia perfundens sua luce Sol Lucret. 2, 147. Cucurrit stella multa cum luce Virg. Aen. 2, 694. Dant clara incendia lucem erranti Virg. Aen. 2, 570. Dispergere claram lumine lucem Claud. de Rapt. Proserp. 1, 8. Funde tristem lucem per auras Senec. Med. 10. Gignuntur tenebrae et lux alterno tempore Lucret. 5, 976. Haurire lucem Virg. Georg. 2, 340. Oborta lux, *vid. OBORTOR.* Refulsit humus purpurea luce Ouid. Fast. 6, 252. Subducta lux repente Sil. 8, 634. Subducta luce caelum fretumque miscet Senec. Agam. 6. *Metaphora huius vocis varia est, vt, Historia lux est veritatis* Cic. de Orat. 2, 36 c. 9. Proferre res occultas in lucem Cic. Acad. 4, 62 c. 19. Id. Verr. 2, 186 Erit vobis luce clarius, Iudices, quum eos ipsos produxero, qui dederunt. Signa omni luce clariora Cic. pro Cael. c. 9. Lucēs, *in plurali.* Cic. in Arat. 96 Illae quae fulgent lucēs ex ore corusco. *pro Stellis.* Lux, *pro Coruscatione.* Sil. 17, 478 Lux atrox micat. Lux masculino genere apud antiquos reperiri probat Non. 3, 118 *sum aliunde, sum ex* Plaut. in Aulul. 4, 10, 18 Luce claro diripiamus aurum matronis palam. Add. Donat. ad Ter. Ad. 5, 3, 54. ¶ 2 Lux, *pro Die.* Gell. 2, 29 Alia luce orta auis in pastum profecta est. Martial. 8, 20 Quum facias versus nulla non luce ducentos. Luce vicefima, *pro Vicefimo die* Plin. 2, 9. Cic. pro Milon. 99 c. 35 Centesima lux est haec ab interitu P. Clodii, et opinor ultra, etc. Multis ante lucibus, *i. Multis diebus ante* Ouid. ex Pont. 2, 1, 25. Varro apud Non. 12, 39 Hic Demetrius est catus, Quot lucis habet annus absolutus, *i. nouit quot dies contineat annus integer.* Lucret. 5, 687 Vbi anni Nodus nocturnas exaequat lucibus umbras. Acerba Senec. Herc. Oet. 1419. Exacta lux, *exactus dies* Stat. Silu. 2, 2, 47. Festae Hor. Carm. 4, 6, 42. Hesternā Ouid. Amor. 2, 2, 3. Hodierna Id. Epist. 9, 167. Honorata Claud. in sec. Conf. Stilich. 79. Iuuen. Sat. 14, 105 de Mose, Sed pater in causa, cui septima quaeque fuit lux Ignaua, et partem vitae non attigit vllam. *Sabbatum intelligit.* Longior toto anno Virg. Ecl. 7, 43. Natalis Ouid. in Ibin 219. Oriens Catul. Argon. 62, 376. Patens Ouid. de Arte Am. 2, 620. Peracta Id. Epist. 21, 85. Profestae et sacrae Hor. Carm. 4, 15, 25. Prona lux in astra, *i. Dies vergens ad noctem, in qua lucent astra* Senec. Agam. 6. Renata Senec. Herc. fur. 2. Sacra Stat. Achil. 1, 287. Serena Virg. Aen. 5, 104. Viridans fluiui, *vid. Viridans, in VIRIDIS.* Ab ortu lucis ad vbram Hor. Epist. 2, 2, 187. Abstulit nox lucem tenebris Lucan. 8, 58. Condit nox alma lucem 10

Senec. Med. 11. Data est mensae pars optima lucis Ouid. Met. 7, 622.  
 Dormire in lucem Hor. Epist. 1, 18, 34. In vno die Inuenit lucem  
 et noctem Sen. Ep. 12. Inuocare lucem Suet. Calig. c. 51. Luce-  
 bit luce Plaut. Curc. 1, 3, 36. Perditur lux, *i. Amittitur dies sine*  
 5 *commodo* Hor. Serm. 2, 6, 39. Propinquat inimica lux Virg. Aen.  
 9, 355. Reducet aurora lucem. Ouid. Met. 3, 149. Cic. in Pi-  
 son. 23 Etenim illa iam omitto, quum seruorum delectus haberetur in  
 foro, arma in templo Castoris luce et palam comportarentur. Id. Off.  
 3, 93 Si quis sapiens rogatus sit ab eo, qui eum heredem faciat, quum ei  
 10 testamento-tertertium milies relinquatur, vt ante quam haereditatem ad-  
 eat, luce palam in foro saltet. Luce demum ausus incurfare in hostem  
 Liu. 8, 38. Clara luce Plaut. Aulul. 4, 10, 18. Multa luce reuecti hostes  
 Tac. Hist. 5, 22. Ouid. Met. 1, 630 Luce finit pasci: quum Sol tellure sub  
 alta est, Claudit, et indigno circumdat vincula collo, *i. interdiu*. Ter.  
 15 Adolph. 5, 3, 54 Caeterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Do-  
 natus legit Cum primo luci; *dicens*, Cum primo luci veteres dicebant,  
 Lucum pro Luce, pro Sole ponentes. Ergo cum primo luci, Quum  
 primum Sol coeperit lucefcere. *Etiā Faernus dederat cum primo luci.*  
*Sed Bentl. ex MSS. cum promo luci. vid. n. 4.* Liu. 1, 44 Vt omnes  
 20 ciues Romani, equites, peditesque in suis quisque centuriis in campo  
 Martio prima luce adessent. Cic. Att. 4, 3 *fin.* Metellus cum prima  
 luce in campum currebat. Prima luce, Sabinus ante quam hostilia  
 coeptarent, *etc.* Tacit. Hist. 3, 70. Caef. Bell. Civil. 1, 81 Idem po-  
 stero die a prima luce faciunt. Leniter illustrans lux, *vid.* LENIS.  
 25 Ad lucem Suet. Caef. c. 31. Bibere in lucem, et Coenare in lucem,  
*vid.* IN praepositionem. Pugnare ad lucem, *vid.* AD praepositionem.  
 Ante lucem, *vid.* ANTE praepositionem. Ante lucem Galli cantant  
 Cic. Diu. 2, c. 26. Tacit. Hist. 4, 50 Illi raptim veeti obscuro ad-  
 huc coeptae lucis, domum Proconsulis irrumpunt. Coepta luce, mis-  
 30 sae in latera regiones Tacit. Ann. 1, 65. Idem 15, 55 Coepta luce Mili-  
 chus in hortos Seruilianos pergit. Dubiae lucis crepuscula Ouid.  
 Met. 11, 596. Seram pepulere crepuscula lucem Idem ibid. 15, 651.  
 Virg. Georg. 4, 52 Vbi pulsam hiemen sol aureus egit Sub terras, cae-  
 lumque aestiua luce reclusit. Ouid. Trist. 1, 11, 39 Iactor in indo-  
 35 mito brumali luce profundo. *¶ 3. Lux, pro Vita, vi Lu-*  
*men.* Cic. Tusc. 2, 10 c. 4 *Est enim mihi conscius sum, nunquam*  
*me nimis cupidum fuisse vitae, tamen obiiciebatur interdum animo me-*  
*tus quidam, et dolor cogitanti, fore aliquando finem huius lucis, et*  
*amissionem omnium vitae commodorum.* Contemptor lucis animus  
 40 Virg. Aen. 9, 205. Quincil. 3, 8 Non cupiditatem lucis allegabimus?  
 Plin. 7 praefat. Ab hoc lucis rudimento, quae ne feras quidem inter  
 nos genitas, vincula excipiunt. Abrumpere inuisam lucem, *vid.*  
 ABRUMPO. Abrumpere ense inuisae lucis moras Senec. Troad. f.  
 10. Accipere lucem Cic. pro Cluent. 31. Adspicere lucem, *vid.*  
 45 ADSPICIO. Carere luce, *vid.* CAREO. Carentum luce corpora,  
*i. Mortuorum* Virg. Georg. 4, 255. Dilecta magis luce Idem Aen. 4,  
 31. Cic. Verr. 5, 74 c. 29 Cur inquam, ciuibus Romanis, quos pira-  
 tae ceperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis vsuram tam diu-  
 turnam dedisti? *i. viuere permisisse.* Editi in lucem gnati. Senec. Oc-  
 50 dip. 939. Frui communi luce Claud. de Rapt. Proserp. 261. *al.* Sole.  
 Frui optata luce Virg. Aen. 4, 619. Catull. 5, 5 Nobis cum semel oc-  
 cidit breuis lux, Nox est perpetua vna dormienda. Cic. Tuscul. 3,  
 26. Tu te Thyesta damnabis, Orbabisque luce, propter vim sceleris  
 alieni? Piget lucis, *Taedet vitae* Virg. Aen. 5, 678. Relinquere lucem  
 55 Id. ibid. 4, 452. *¶ 4. Formulae aliae.* Lux mea, *Blandimentum.*  
 Cic. Fam. 14, 2 Hem mea lux, meum desiderium. Lux, *pro Oculis.*  
 Stat. Theb. 11, 585 — et effosae squalent vestigia lucis. Non pos-  
 sum sicca dicere luce, vale Rutil. It. 1, 166. Ademptae lucis damnus,  
*i. Caecitas* Ouid. Met. 14, 197. Lux, *pro felicitate.* Cic. pro Lege  
 60 Manil. 33 c. 12 Proh, dii immortales, tantanae vnius hominis incredi-  
 bilis ac diuina virtus, tam breui tempore lucem adferre Reip. potuit?  
 Lux altissima Fati occultum nihil esse finit Claud. Conf. Honor. 4, 273.  
 Lux, *pro Publico: quoniam omnes in luce degunt.* Cic. de Senect. 12  
 Nec vero ille in luce modo, atque in oculis ciuium magnus, sed intus  
 65 domique praestantior. Versari in luce Asiae Id. pro L. Man. c. 3.  
 Vocare in lucem Idem pro Deiot. 30. Idem de Clar. Orat. 32 Isocra-  
 tes, cuius domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam patuit, atque of-  
 ficina dicendi, magnus Orator, et perfectus magister, quamquam fo-  
 rensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo qui-  
 70 dem meo iudicio est postea consequutus, *b. e. Foro, quod lux et thea-*  
*trum ingenii esse solet.* Honorum luce conspicui L. 3 C. de com-  
 merc. et mercat. Lux doctrinarum altera Cicero Plin. 17, 5. *dixit,*  
*quo insigne quid et praestantissimum significatur.* Sic Cic. Catil. 4, 11 c. 6  
 Videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, *etc.*  
 75 Et Virg. Aen. 2, 281 O Lux Dardaniae, *etc.* Lux pro Nitore vel splen-  
 dore. Viridi cum luce sinaragdi Lucret. 4, 1120. Virg. Aen. 2, 470  
 Primoque in limine Pyrrhus Exultat telis, et luce coruscus athena.  
 Tyriae luces, *i. Colores.* Fulgores, splendores, Manilius 258. *Vid. Gro-*  
*nou. Obseru. 2, 7. Sed Bentl. Tyrios fucos reposuit.* *¶ 5*  
 80 *Non satis certum, an* Lucus, m. g. dixerint veteres, *vt vult* Donatus,  
*ad Adolph. 5, 3, 54. Certe in antiquis editt. apud Plautum et Terentium*  
*saepius legitur. Lucu in ablatiuo, vt* Cum luci simul abii hinc mane  
 Plaut. Merc. 2, 1, 31. *Sed Gronou. cum luci. Cum primo luci* Plaut.  
 Cistel. 2, 1, 49. *ubi itidem* luci Gron. Lucret. 4, 236 *sine varietate, quam*  
 85 *obseruarint editores, est,* In luci quae poterit res Accidere ad speciem,  
 quadrata nisi eius imago. *Sic apud* Ter. Adel. 5, 3, 56 *Cum primo*  
*lucu legit* Donatus. *Sed Bentl. luci. Vide paullo ante n. 2 pri-*  
*ma Luce.*

L V CI. Adu. [*μειδ' ἡμεραν*] *i. Die, siue Mane.* Plaut. Casin. 4, 2, 7  
 90 Sed properate istum atque istam actutum emittere tandem, vt veniamus  
 luci. Cic. Philipp. 12, 25 c. 10 Quis enim audeat luci, quis in milita-  
 ri via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi?

L V C V L E N T V S, a, um. Adi. *Plenum luce, splendens, perspi-*  
*cuum, ornatum, elegans, pulchrum, magnum.* A luce enim dicitur, *te-*  
 95 *stibus* Feste et Nonio. *Quantitatem docet Phaleucus iste* Martial. 2, 86  
 Nec dicitat mihi luculentus Atys. Plaut. Mostel. 3, 2, 131 Viden' ve-  
 stibulum ante aedes, et ambulaerum cuiusmodi? T E. luculentum ede-  
 pol. Cic. Fam. 7, 10 Camino luculento vtendum. Idem Att. 10,  
 16 Non credo, vt est luculentus auctor: potuisse certe tenere illam  
 100 prouinciam scio. Plaut. Milit. 4, 1, 6 Quin tu rem tuam cura po-  
 tius, quam Seleuci, quae tibi conditio noua et luculenta fertur per me  
 interpretem. *Optima, vel opima.* Dies luculentus Plaut. Epid. 3, 2,  
 5. *i. Felix, fortunatus.* Diuitiae Id. Rud. 5, 2, 33. Facies Apul.  
 Met. 4. Plaut. Men. 1, 2, 32 Vin' tu facinus luculentum inspicere?  
 105 *i. insigne.* Idem Cistel. 2, 3, 17 Ego te reduco et reuoco ad diuitias,  
 vbi



vbi tu iam locere in luculentam familiam. Femina luculenta atque festiua Idem Milit. 4, 1, 12. Forma Ter. Heaut. 3, 2, 12. Hereditas luculenta atque magna Plaut. Truc. 2, 3, 24. Homo Idem Capt. 2, 2, 76. Plin. Epist. 5, 17 pr. Recitabat *κατασκευασμένον* eruditum sane, luculentamque materiam. Navigia Cic. Att. 16, 3. Oratio luculenta, *Aperta vel etiam optima* Sallust. Catil. c. 31. Patrimonium Cic. Philipp. 12, 19. Patronus Id. in Brut. 129. Idem Philipp. 7, 17 Luculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix, *i. Magnam*. Reclamatio praeclara et luculenta Idem ibid. 4, 5. Cic. Att. 4, 16 De re filiae quod scribis, erit mihi curae: etenim est luculenta res. 10 Scriptor luculentus, *Probatas, optimus* Id. Att. 7, 17. *Add.* Id. de Cl. Orat. c. 26. Verba luculentiora Id. Att. 12, 21.

LUCULENTE, Adu. [*διαφανῶς*] *Clare, splendide*. Cic. de Divin. 1, 131 Quum ipse paucis interpositis versibus dicas satis luculente. Habere luculente diem, *i. Laute atque opipare se curare* Plaut. Epid. 1, 15, 2, 54. Cic. de Clar. Orat. 76 Et luculente scripserunt, etiam si minus quam tu, polite, *i. perspicue*. *Add.* Id. Att. 14, 21. Vendere luculente Plaut. Merc. 2, 3, 88.

LUCULENTER, Adu. *Idem*. Cic. Off. 3, 60 Hoc quidem sane luculenter, vt ab homine perito definiendi. Idem de Fin. 2, 15 c. 5 20 Quum Gracee, vt videor, luculenter sciam. Sane Opus Texebatur luculenter Idem ad Q. Fratr. 3, 5.

LUCULENTIAE, arum. f. *Splendores nitores*. Arnob. 3 p. 103 Verborum luculentias fumere a Cicerone.

LUCULENTITAS, atis. f. [*τὸ διαφανές*] *Antique dictum*. Caecilius Hymnide, Vide luculentitatem eius et magnificentiam. Laberius Tucca, Dominus noster tua luculentitate captus. Nonius 2, 510.

LUCEO, luxi, ēre. [*λάμπω, σελαγέω, ἡμαρύσσω*] et saepius *Lucet*. *impersonaliter, Splendere, lucem emittere*. Cic. pro Rosc. Amer. 97 c. 34 Octisus est a coena rediens: nondum lucebat, quum Americae scitum est. *Sic* Verr. 5, 94 Lucebat iam fere. Lucet hoc iam Plaut. Mil. 2, 2, 63. Facem lucere alicui, *pro Ante faciem lucem ferre: id est, alicui praeferre lumen* Plaut. Casin. 1, 30 Primum omnium huic lucebis nouae nuptae facem. Idem Curcul. 1, 1, 9 Tu te tibi puer es, lautus lucet cereum. Focus lucet igne Tibul. 1, 1, 6. Luna lucere luce aliena dicitur, quod a sole lumen suum mutuetur Cic. in Somn. Scip. 8 c. 3. Oculi lucent Ouid. Met. 1, 239. Cic. Att. 3, 15 Meaque Officia et studia, quae parum antea luxerunt, sic exquar, vt, etc.

LUCENS, entis. Partic. [*λάμπων*] *Splendens, conspicuus*. Virg. Aen. 6, 725 Lucentemque globum lunae. Faces lucentes Ouid. Fast. 3, 270. Lympha lucens Idem Met. 4, 297. Marmora lucentia Stat. Silu. 1, 3, 36. Tunicae lucentes auro Id. Theb. 9, 691.

LUCESCO, vel secundum alios LUCISCO, ēre. Virg. Ecl. 6, 37 Iamque nouum terrae stupeant lucefcere solem. Lucefcit *antique* Lucifcit, *Impers.* [*ἡμέρα γίνεσθαι*] *Lux oritur*. Liu. 4, 28 Et iam lucefcibat, omniaque sub oculis erant. Ter. Heaut. 3, 1, 1 Lucifcit: hoc iam cesso pultare ostium vicini? *i. in media Syllaba dedit ex MS. 900 annorum etiam Bentl.* *Add.* Plaut. Amph. 1, 3, 45.

LUCULENTO, are. *Luce perfundere*. Vitruv. . . .

LUCIBILIS, e. Seru. ad Aen. 6. . .

LUCIDVS, a, um. Adi. [*φωτεινός*] *Clarum, perspicuum*. Lucida nox Plin. 2, 79. Aer candens Lucidus Lucret. 4, 341. Amnis Quinct. 12, 10, 60. Domus lucidior Ouid. Fast. 1, 94. Gemma lucida Idem Epist. 15, 74. Lucidior Glacie Idem Met. 13, 796. Ouis, *i. Candida* Tibull. 2, 1, 62. Saxa Stat. Silu. 3, 3, 200. Sedes, *Sedes decorum* Hor. Carm. 3, 3, 33. Sidera Idem ibid. 1, 3, 2. Spicula Virg. Aen. 7, 626. Stella lucidissima Vitruu. 9, 6. Oculi fulgentes lucidum Hor. Carm. 2, 12, 14. *¶ 2 Metaph.* Narratio lucida Quinct. 4, 2, 31. Lucidus Ordo Hor. Art. Poët. 41. Philistus imitator Thucydidis, vt multo infirmior, ita aliquatenus lucidior Quinctil. 10, 1, 74.

LUCIDE, Adu. *Idem*. Cic. de Orat. 2, 108 c. 25 Lucide breuiterque definire. *Compar.* Senec. Epist. 2 p. 265 Animus lucidius tranquilliusque inter diuina mansurus. Lucidius posse dici non putatur A. ad Herenn. 4, . . . Sic ostendit Lucidissime causam Quinctil. 4, 5, 12.

LUCIDO, are. Chrysol. Serm. 112 Obscura lucidare.

LUCIFER, eri, m. [*φωσφόρος*] Stella Veneris, quum antegraditur Solem: quum vero subsequitur, appellatur Hesperus, *esse* Cic. de Nat. Deor. 2, 54. *Ibidem* Lucifera Diana dicitur. *Conf.* Plin. 2, 8. Tibul. 1, 10, 62 Dum Rota Luciferi prouocet orta diem. Sidus Luciferi Virg. Georg. 3, 324. Nitens Tibul. 1, 3, 94. Obscurus Lucifer illa nocte fuit Ouid. Met. 11, 570. Renouatus Sil. 7, 639. Vndecimus Lucifer stellarum coegerat agme 1 Ouid. Met. 11, 98. Virg. Ecl. 8, 17 Nascere, praeque diem veniens age Lucifer alium. Ducit diem Lucifer Virg. Aen. 2, 802. Exit clarus Lucifer albo equo Ouid. Met. 15, 189. Exit aquis Eois vigil Lucifer Id. Fast. 6, 474. Pulsabat tertius auroram Lucifer Stat. Theb. 12, 50. Retegens diem, noctisque fugans tempora Lucifer Ouid. Met. 8, 1. Surgebat iugis summae Idae Virg. Aen. 2, 801. *¶ 2 Lucifer pro die.* Ouid. Fast. 3, 772 Restat, vt inueniam, quare toga libera detur Lucifero pueris, candide Bacche, tuo, *i. die tibi festo*. Et Fast. 1, 46 Non habet officii Lucifer omnis idem. Propert. 2, 15, 28 Memento venturum paucis me tibi Luciferis. Tib. 1, 4 extr. Hunc precor, hunc vtinam nobis Aurora nitentem Luciferum roseis candida portet equis. Rursus Ouid. Fast. 2, 568 Nec tamen haec vltra, quam tot de mense supersint Luciferi, quot habent carmina nostra pedes. Pers. 5, 103 Luciferi rudis est imperitus dierum navigationi commodorum. Ouid. Fast. 3, 877 Tres vbi luciferos veniens praemisit Eos. Prop. 2, 15, 28 Venturum paucis me tibi Luciferis.

LUCIFER, era, erum. Adi. [*φωσφορός*] Diana lucifera Valer. Argon. 7, 179. *quod probat Heins.* Al. Letifera. Ouid. Epist. 11, 46 Denaque luciferos luna mouebat equos. Faces Val. Flacc. 5, 370. Ouid. Epist. 20, 192 In partu nempe rogabis Vt tibi luciferas adferat illa manus, *i. auxiliatrices in partu; de Diana, quam Luciferam, Φωσφόρον ex numis hic etiam laudat Heinsius: nempe in lucem producentis partibus auxiliari putabatur Diana*. Fenestrae luciferae opponuntur Prospectiuis in Cod. lib. 8. t. 10. l. 12 §. 3. Iubar Nemesian. Cynege. v. 143. *Conf. h. l. Burmann.*

LUCIFICARE Laber. apud Gell. 10, 17. *sec. Icttionem Gron. sed alii aliter.*

LUCIFICVS, a, um. Adi. Solis Lucifici vapor Cael. Aurel. Acut. 2, 9. *Vid.* August. contra Manich. 1, 9.

LUCIFLVVS, a, um. *Luce fluens*. Prudent. Ppsych. v. 625

Quaerite Lucifuum caelesti dogmate pastum. *Add. Iuenc. in Matth. c. 24.*

LVCIFVGV S, a, um. *Adi. Qui fugit lucem. Cic. de Fin. 1, 61 c. 18* Ecce autem alii minuti et angusti, aut omnia semper desperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi. *Blattae Virg. Georg. 4, 243. Coniux Fulgent. Mythol. 3. Natio lucifuga Minuc. Felix c. 8. Ita MSS. et veteres libri; vulgo Lucifugax. Viri Rutil. Itin. 1, 440. i. monachi.*

LVCIFVGA, ae. c. *Senec. Epist. 122 sub fin. Lucifugarum turba. Et Apul. Apol. p. 430* Cum ipse humilitate abditus et lucifuga, non sis mihi mutuo conspicuus.

LVCIFV GAX, acis. *Adi. Idem ac Lucifugus, vid. supra in LVCIFVGV S.*

LVCINIVM, i. n. *Cicindela in Glossar. Vet. Conf. Isidor. 19, 15 19. et 20, 10. it. Gloss. Isidori voc. Licini. ¶ 2 Id quod emungitur a lucerna s. candela.*

LVCIPARENS, entis. *Idem quod Lucifer. Luciparens nox Auienus in Phaenom. Arat. v. 854.*

LVCIPOR, vid. LVCIVS.

LVCISATOR, oris. m. *Auctor lucis. Prudent. Cathem. 3, 1 O Crucifer bone, lucifator.*

LVCERNA, ae. f. [*λύχνος*] *Instrumentum nocturni luminis, sec. Seru. ad Aen. 1, 730 a λύχνος dicta, unde prima corripitur, vid. LYCHNVS. Cic. Acad. 4, 80* Itaque Timagoras Epicureus negat sibi unquam quum oculum torfisset, duas ex lucerna formulas esse visas. *Apposita narramus verba lucerna Propert. 2, 15, 3. Cubicularis, vid. CVBILE. Cubicularia Martial. 14, 39. Dulcis ad Extremas fuerat mihi rixa lucernas Propert. 3, 7, 1. Matutinae Iuuen. Sat. 12, 92. Serae Martial. 10, 19. Simplex b. e. Vnam tantum partem ex-*

*porrectam et quasi nasum habens, et uno ellychnio contenta, quae Cubicularia dicitur: de qua Martialis 14, 39. aut dimyxos, ad duo ellychnia ferenda: aut trimyxos, ad tria: aut polymyxos, ad plura. Idem 14, 41* Illustrem quum tota meis conuiuia flammis, Totque geram myxos, vna lucerna vocor. *Vigiles Hor. Carm. 3, 8, 14. Viuae Id.*

*ibid. 3, 21, 23. Lumen lucernae obscuratur luce solis Cic. de Fin. 3 c. 14. Taedis, Lucernis, cereis, sebaceis, nocturni luminis instrumentis, clarescunt tenebrae Apul. Met. 4. Dispositae pinguem nebulam vomuere lucernae Pers. 5, 181. Cic. Att. 8, 2* Ego XIII Kalendarum, quum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam, Formis ad Pompeium, si de pace ageretur, praefectus: si de bello, quid ero? *i. eodem tempore. Idem 7, 7* Facerem diutius, nisi me lucerna desereret. *Hor. Serm. 1, 6, 124* Non quo fraudatis immundus Natta lucernis. *Quo loco Turnebus, Non ut opinor, inquit, oleum intelligit e lucerna sumtum. Nec enim in ea satis est olei ad unctio-*

*45 nem: deinde quis e lucerna quam ampulla sumere mallet? Ego genus quoddam olei lucernarium fuisse appellatum lego, quod vile et rancidum esset, et ad lumina relegatum: quo tamen inopes et sordidi ungere se solebant, quum Horatius optimo oleo primaeque notae vteretur. Nam qui oleo se ungit, eo quo solent lucernae accendi, is lucernas defraudat alimento suo, suoque fomento. De oleo lucernario Aëtius meminit, ut ibidem Turnebus refert. Olere lucernam Proverbum Graecum, λύχνον ὄζειν, quod in diligentiam Demosthenis iactabatur a censoribus.*

LVCERNVLA, ae. f. *Dimin. Hieron. Epist. 47* Extemporalis est dictatio, et tanta ad lumen lucernulae facilitate profusa, ut notarium manus lingua praecurreret.

LVCERNATVS, a, um. *Lucernis illustrata. Tertull. ad Vxor. 2, 6* Ianua laureata et lucernata.

LVCERNARIA, ae. *Verbascum, herba. Marc. Empir. c. 20.*

LVCERNARIVM, i. *Vespertinum tempus, quo lucernae accendi solent. Augustin. in Reg. Cleric.*

L VXO, are. [*ἔξαρθρόν*] *A Luo, luis: significat Soluere, suo loco movere. Plin. 17, 24* Aut circumfossor iniurioso ictu verberauit. Vel etiam subarator imprudens luxauit radices.

L VXANS, antis. *Passiuo significatu. Luxante claudus poplite Prudent. Cath. 2, 78. de Iacobo ab angelo percusso. al. lapsante.*

L VXATVS, a, um. *Luxata [*ἔξαρθρήματα, ἑρήματα*] dicuntur, inquit Festus, Locis suis mota et soluta. Plin. 17, 28* Verba a Catone prodita contra luxata membra, iungenda harundinum fissurae. *Respicit ad Caton. c. 160. 157, 4* Et luxatum si quod est, bis die calida foueto.

*70* Fregit aliquis crus aut extorsit articulum? non vehiculum nauemque conscendit, sed aduocat medicum, ut fracta pars iungatur, ut luxata in locum reponatur *Sen. Ep. 104. ap. Celsum non extat hoc verbi nisi in Lemmatibus, quae tamen non sunt ipsius Celsi. Sed Plinius frequentissime utitur.*

L VXATIO, onis. f. *Vet. Gloss. Luxatio, ἑρήματα.*

L VXATVRA, ae. f. *Idem Marcell. Empir. c. 36.*

L VXVS, a, um. *Idem quod Luxatus apud Non. 1, 272. Luxum si quod est, ut excantes Cato R. R. c. 160. Luxum, Neut. Sing. simpliciter Scribon. 209. 259. 266. Luxa, Neut. Plur. Scribon. 208. intell. 80 membra. Non. 1, 272* Luxum, i. vultum et loco motum, quod nunc luxari ignari Latine dicimus. *Pede luxa Sallust. Fragm. c. 32 lib. 3 p. 1009* *Corr.*

L VXVS, us. m. *Idem quod Luxatio. Apul. Florid. 3 p. 27. Cruris articulus loco concessit, atque eo luxa adhuc fluxus est. Vid. et Apul. de Herb. c. 31, 4. et Plin. Valer. 2, 49. ¶ 2 De altero Luxumox.*

L VXOR, ari. *Luxantur a luxu dictum, id est luxuriantur Fest. Conf. Non. 4, 277. qui Plaut. Pseud. 4, 7, 6. sic legit, Luxantur, lustrantur, comedunt quod habent: quod defendit etiam Pareus. In Gronouiana tamen expressum Luxuriantur.*

L VXVS, us. m. [*ἄνωγλα*] *Superfluitas, et nimia profusio: Sumtuosior cibi, vestitus, et aliarum rerum cura. Non. 1, 277* Luxuriam et proinde luxum etiam inde deriuat, quia a recte viuendi via sit exclusa et eiecta. *Cic. Verr. 3, 62* Nisi forte existimatis, cum in vino ac luxu non risisse, qui, etc. *Ter. Adel. 4, 7, 42* Domus sumtuosa, adulescens luxu perditus. *Distinafor honesti, luxus Claud. de Rapt. Proserp. 3, 28. Populator opum, luxus Idem in Ruff. 1, 35. Famofus Tarenti Idem Conf. Mall. Theod. 158. Pudendus Tacit. Ann. 3, 53. Regali luxu splendida domus Virg. Aen. 1, 641. Regifico luxu paratae epulae Idem ibid. 6, 605. Combibat illapsos ductor per viscera*

*100 luxus Sil. 11, 402. Ducere pocula multo luxu Propert. 2, 9, 21. Effusus in luxum Tacit. Hist. 4, 36, 3. Explicare suos luxus Lucan. 10, 110. Fouere hiemem luxu Virg. Aen. 4, 193. Solutus luxu Quintil. 3, 8. Ad epulas fere pertinet: In luxuria varius: nam saepe appetens vini, frequenter abstinens Capitolin. in Cl. Albino c. 13 pr. Sed vel praecipue luxuriae saeuitiaeque deditus Sueton. in Vitell. c. 13. Ad*

*105*

*Venerem turpitudinem refertur Tac. Hist. 4, 14 Delectum suapte natura grauem onerabant ministri auaritia et luxu, senes aut inualidos conquirendo, quos pretio dimitterent. Haec auaritia erat: iam de luxuria: sed forma conspicui ad stuprum trahebantur.*

**LUXVRIA**, ac. f. [*ἀουρία*] *Idem.* Nonius 1, 272 Luxum, i. Vulfum et loco motum, quod nunc Luxari ignari Latine dicimus: inde Luxuria: quia a recta viuendi via sit exclusa et eiecta. *De triplici genere luxuriae vid.* Boëth. de Disciplina scholar. 1, 2. Cic. Off. 1, 106 c. 30 Intelligimus quam sit turpe diffuere luxuria, delicate ac molliter viuere. *Idem pro Muraen. 76 Odit Pop. Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Luxuria, (*inquit Festus*) Morum est solutio. Luxuriae Grata est inopia Plaut. Trin. Prol. v. 8. Quint. 4, 2 Vt si defendendus est M. Caelius, nonne optime patronus occurrat prius conuitiis luxuriae, petulantiae, impudicitiae, quam venificii? Blandum malum luxuria Val. Max. 1. 9 in. Instrumenta luxuriae Ouid. Fast. 5, 279. *Intelligit, Aurum et argentum.* Diligentissimus luxuriae interpres Menander Plin. 36, 6. *de apparatu marmorum.* Pestis blanda, luxuria Senec. Octau. l. 7. Misera Propert. 1, 2, 33. Luxuria cum omni aetate Turpis, tum senectuti Foedissima est Cic. Off. 1 c. 34. Solers Perf. 5, 142. Cepit praefectos luxuria, *vid.* CAPIO. Circumscribere luxuriam vtilitate, *vid.* CIRCUMSCRIBO. Luxuria et lasciuia Diffuere Terent. Heaut. 5, 1, 72. *Conf.* Laurent. Nouar. Howil. de poenit. *passim Tertull. ad Nation. 1, 16.* Facta est via luxuriae Propert. 3, 13, 4. Indulgere luxuriae, *vid.* INDVLGEO. Luxuria Pullulans reprimenda Nep. 24, 2, 3. *¶ 2 Metaphor.* Luxuria est Redundantia Virg. Georg. 1, 191 At si luxuria foliorum exuberat umbra Plin. 9, 2 Causa euidens, humoris luxuria. *Vid.* Non. 4, 286.

**LUXVRIES**, ei. f. [*ἀκολασία*] *Idem.* Cic. Diuin. Verr. 1, 3 Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis, etc. 30 *Ibid.* 4 Quum perferre non possent luxuriam, crudelitatem, auaritiam, superbiam. *Et pro Rosc. Amer. 75 c. 27 In vrbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia, necesse est.* Perferre luxuriam alicuius, *vid.* PERFERO. Praedulce malum luxuries Claud. Conf. Stil. 2, 132. Segetum luxuries, *quam Plin. 18, 17. inter vitia frugum ponit, 35 i. Redundantia germinis: nempe quando seminis abundantia graminis ipsas segetes suffocat.* Cic. de Orat. 2, 96 c. 23 Quod si hic noster Sulpitius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, vt in herbis rustici solent dicere, in summa vbertate inest luxuries quaedam, quae stylo depascenda est. *i. Scribendi frequentia, et assidua meditatione 40 reprimenda illa naturalis vbertas, quae interdum redundat.* Virg. Georg. 1, 112 Luxuriam segetum tenera depascit in herba.

**LUXVRIOSVS**, a, um. Adj. [*ζωωρος*] In re familiari solutus, *inquit Festus.* Luxuriosus, ganeo Isidor. 1. 10. Cic. de Fin. 2, 21 Si ea, quae sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum et mortis et doloris metu etc. *Add. ib. c. 7.* Cic. pro Lege Agrar. 2, 57 Vt in suis rebus, ita in Rep. luxuriosus nepos, qui prius filias vendat, quam vincas. Amor luxuriosus Ouid. Rem. Amor. 746. Quint. Prooem. 8 Muliebris et luxuriosus cultus non corpus exornat, sed detegit mentem. *¶ 2 Nimis abundans.* Frumenta luxuriosa, *Quae confertim et copiose nimis proueniunt: ita vt immitti in ea soleant oues ad depascendum.* Cic. in Orat. 81 c. 24 *de rusticis loquens,* Siquidem est eorum gemmare vites, fitire agros, laetas esse segetes, luxuriosa frumenta, etc. *Hinc noua metaphora,* Liu. 2, 21 Eo nuntio erecti Patres, erecta plebs, sed Patribus nimis luxuriosa ea fuit laetitia, *i. Nimia, et profusior quam par est.* Plin. 17, 4 Nec luxuriosa pabula, pinguis foli semper indicium habent, *Quae maximam herbarum copiam adferunt.* Seges luxuriosa Ouid. Fast. 1, 690. Columel. 5, 6 Plerique vitem validam et luxuriosam falso crediderunt feraciorem fieri. Luxuriosior Sen. Ep. 7. *Compar.* Plin. 17, 3 Alterum genus luxuriosius. *Superl.* Columel. 8, 16, 3 Luxuriosissimum factum atque dictum. Oppida luxuriosissima ap. Seru. ad Virg. Aen. 1, 165. Pestis luxuriosissima Treb. Poll. c. 8.

**LUXVRIOSE**, Adu. [*ζωωτως*] Cic. pro Cael. 13 Cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose viuere. *Add. Id. de Fin. 2 c. 7. 65 Compar.* Nepos 4, 3, 2 Epulari luxuriosus. Luxuriosus fercula struere Colum. Prooem. *Superl.* Bibere luxuriosissime August. de Morib. Eccles. Cathol. c. 34.

**LUXVRIO**, are, vel **LUXVRIOR**, ari. [*ἀουριώω*] Luxu peccare, Modum et velut articulos excedere verum alias bonarum et laetarum. 70 Liu. 1, 19 Positis externorum periculorum curis ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium, disciplinaque militaris continuerat. Lecta principia eius magistratus nimis luxuriauere Liu. 3, 33 pr. Plaut. Pseud. 4, 7, 6 Luxuriantur, Iustrantur, comedunt. Deliciis luxuriare Ouid. Epist. 16, 192. Liber luxuriat vmbilicis Martial. 3, 2. Splendide ornatus est. Picturis variis colorum luxuriari Plin. 16, 25. Animi luxuriant rebus plerumque secundis Ouid. de Arte Am. 2, 437. Animi luxuriant iuuenilibus annis Id. Fast. 5, 246. Vereor, ne haec quoque Laetitia luxuriet nobis et vana euadat Liu. 23, 12. Mens luxuriat Ouid. de Arte Am. 1, 360. Membra luxuriant Id. Met. 7, 80 292. Pecus luxuriat in pratis Id. Fast. 1, 156. Luxuriare, *Nimis abundare.* Sic Arbores luxuriantur, *quum abundantius ramos emittunt, siue producunt.* Columel. de Arbor. c. 11 Cacumina virgarum ne luxuriantur demutilato. Ager assidua luxuriabat aqua Ouid. Fast. 4, 644. Humus luxuriat Id. Epist. 1, 54. 85

**LUXVRIANS**, antis. Partic. [*ἀουριώνων*] Compscere luxuriantia Hor. Epist. 2, 2, 122. Einicat, arrectisque fremit ceruicibus alte Luxurians Virg. Aen. 11, 496.

**LUXVRIATVS**, a, um. Aliud Partic. Ouid. Trist. 5, 1, 44 Non tamen, vt lusit, rursus mea littera ludet: Sit semel illa meo luxuriata ioco. Aliquot ex his *Crotoniensibus* Luxuriatos, incredibile videbatur Iustin. 20, 4, 7. Fames luxuriata multo sanguine Stat. Theb. 2, 676.

## L Y A E

**LYAEVS**, i. m. [*Λυαῖος*] *Dicitur Bacchus, vt Grammaticis placet παρὰ τὸ λύειν id est soluere, quod curas soluat, atque discuiat.* Pater Lyacus Virg. Aen. 4, 58. Sil. 7, 169 Pocula nec norant succis mulcere Lyaci: Fonte sitim, et pura soliti defendere lymphas. Tempora vda Lyaeo Hor. Carm. 1, 7, 22. Annosus Lyaeus, *Vinum vetus Tibul. 3, 2, 1.* Corniger Lyacus Ouid. Amor. 3, 15, 17. Dulci Lyaeo curam soluere Hor. Epod. 9, 38. Iocoso Lyaeo consilium arcanum retegere Idem Carm. 3, 21, 14. Larga flumina Lyaci Stat. Silu. 1, 6, 95. Pubescentem Lyacum, *i. Vnas maturescentes, dixit Idem ibidem 2, 2, 100.*

LYAEVS, a, um. Adj. [Λυαίος] Pro Lyeius, figurate: Latex Lyaeus, i. Vinum Virg. Aen. 1, 690.

## L Y C

LYCAEVVS, vid. LYCEVS.

LYCAMBES, is. m. [Λυκάμβης] Vir Thebanus, quem Archilochus Poëta iambis ad suspendium adegit: de quo vide, in dictione ARCHILOCHVS. Infidus Lycambes Hor. Epod. 6, 13. Idem de Lycambe

Epist. 1, 19, 25. LYCAMBĒVS, a, um. Adj. [Λυκάμβειος] Ouid. in Ibin v. 51 In te mihi liber iambus Tincta Lycambeo sanguine tela dabit. Et Martial. 7, 11 Si qua Lycambeo sanguine tela madent.

LYCAON, ōnis. m. [Λυκάων] Titani ac Terrae filius, Arcadiae rex, qui (vt in fabulis fertur) a Ioue in lupum conuersus fuit, quod Iouem hospitem necare moliretur. Seruius enarrans locum Virg. Georg. 1, 138 Nauita tum stellis numeros, etc. Vid. fabulam pulchre enarratam Ouid. Met. 1, 165. Notus feritate Lycaon Id. ibid. 1, 198. Arae fontes Lycaonis Stat. Theb. 11, 128.

LYCAONĪVS, a, um. Adj. [Λυκαώνιος] Quo designatur in primis Callisto Lycaonis filia, et Arcas, quem illa e Ioue concepit, mutata in ursam, et in caelum cum filio translata. Axis Lycaonius, Septentrionalis Ouid. Trist. 3, 2, 2. Astra Claud. Conf. Mall. Theod. 299. Callisto Catull. de coma Berenicis 64, 66. Menfae Lycaoniae foeda conuiuia Ouid. Met. 1, 165. quod obsidis occisi viscera Ioui hospiti apponere ausus esset. Conf. 1, 227 sq.

LYCAONIS, idis. f. Ouid. Fast. 2, 173 Periura Lycaoni, i. Callisto, Lycaonis filia, vocandi casu.

LYCAONES, um. m. [Λυκαόνες] Populi sunt Asiae, Phrygibus et Gallograecis, quos Galatas nominari ante scripsimus, vicini. Auctor Pompon. Mela 1, 2.

¶ 2 Sunt et Lycaones, vt ait Solinus c. 43 Lupi ceruice iubati, et tot modis varii, vt nullum eis abesse colorem dicant. Plin. 8, 34 f. 52 In Indis Lycaon, cui iubata traditur ceruix. Pomponius Mela 3, 10 de Aethiopia scribens, Sunt et faeuissimae ferae omni colore varii lycaones, et quales accepimus sphingas.

LYCES, i. m. Fluius, idem qui et Lycus. Valer. Argon. 4, 719 Quas Tanais, flauusque Lyces, Hypanisque, Nomasque Addat opes vid. LYCVS.

LYCĒVM, vel LYCĪVM, i. n. Nam Λύκειον per u scribitur: fuit Athenis Schola Aristotelis. Vnde Peripateticorum nomen effulsit. Cic. Acad. 1, 17 Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt: quia disputabant inambulantes in Lycio. Lyceum, fuit etiam Gymnasium Ciceronis in Tusculano, a nomine scholae Aristotelicae, de quo de Diuin. 1, 8 sic refert. Nuper quum essem cum Qu. Fratre in Tusculano disputatum est. Nam quum ambulandi causa in Lyceum venissemus (id enim superiori gymnasio nomen est,) Perlegi, ille inquit, tuum paulo ante tertium de natura deorum.

LYCĒVS, i. m. [Λύκειος] Mons Arcadiae, qui Pani deo sacer est, et ubi templum bicornis Fauni. A quo Lycea, laticra illi sacrata, Lupercalia Latine dicta. Dicitur enim Lyceus κρο των λύκων, id est a lupis, quibus propter frequentiam pecudum abundabat. Ouid. Fast. 2, 424 de hoc monte loquitur, Quid vetat Arcadio dictos a monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Amnes Lycei Virg. Georg. 3, 2. Saltus Lycei Idem ibidem 1, 16. Culti arbutta Lycei Ouid. Met. 2, 710. Virg. Ecl. 10, 15 Maenalus et gelidi fleuerunt saxa Lycei. Viridis Lyceus Idem Georg. 4, 539. Umbrosus Lyceus Stat. Theb. 1, 363.

LYCĒVS, a, um. Adj. [λύκειος] Collis Lyceus Ouid. Met. 1, 698. Nemus Lyceum Idem ibid. 8, 317.

LYCHAS, ae. m. [Λύχας] Nomen famuli Herculis, cui Deianira vestem imbutam cruore Nessi, ad maritum perferendam dedit. Ille vero quum vestis ardore et veneno consumeretur, furore actus Lycham in mare Euboicum ex Oeta monte deiecit, qui illic in scopulum mutatus fuisse dicitur. Fabulam vide apud Ouid. Met. 9, 226 quam his versibus claudit:

Nunc quoque in Euboico scopulus breuis eminent alte Gurgite, et humanae seruat vestigia formae, Quem quasi sensurum nautae calcare verentur, Appellantque Lychan.

LYCHNIS, idis. f. [λύχνις] Herbae genus. Flos aestiuus Plin. 21, 11 f. 39 etc. Id. Plin. 31, 4 f. 10 de rosis, Nec odore nec specie probabilis est, quae Graeca appellatur a nostris, a Graecis Lychnis, non nisi in humidis locis proueniens, nec vnquam excedens quinque folia, violaeque magnitudine, odore nullo. ¶ 2 Est et gemma. Plin.

37, 7 f. 29 Ex genere ardentium Lychnis appellata a lucernarum accensu, tamen praecipue gratiae. Reperit Isid. 16, 13.

LYCHNĪTES, is. m. [Λυχνίτης] Lapidis genus, de quo Plin. 36, 5 Omnes autem tantum candido marmore vsi sunt e Paro insula, queni lapidem coepere lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, vt auctor est Varro, multis postea candidioribus reperitis. Add. Plin. 37, 7.

LYCHNĪTIS, idis. f. [Λυχνίτης] Herbae species: de qua Plin. 25, 10 f. 74 Sunt et phlomidis duae hirsutae — Tertia lychnitis vocatur, ab aliis Thryallis, foliis ternis, aut cum plurimum quaternis, crassis, pinguisque, ad lucernarum lumina aptis, i. ad ellychnia, unde nomen est.

LYCHNĪCVS, a, um. Adj. Lapidis lychnici Hygin. Fab. 223 sunt Marmor candidum e Paro insula, quod et Lychniten appellauerunt. Conf. Plin. 36, 5.

LYCHNVS, i. m. [λύχνος] Latine Lucerna dicitur. Varro de L. L. 4, 25 Lucerna a luce dicta est: aut ab eo, quod vocant Graeci λύχνον. Cic. Qu. Fratr. 3, 7 Hanc scripsi ante lucem, ad lychnum ligneolum, qui mihi erat periucundus, quod cum te aiebant, quum esses Sami, curasse faciendum. Legitur et Lychnuchum, quod probat Spanb. de usu et praest. Num. T. 1 p. 170. Idem pro Cael. 67 Lux denique longe alia est Solis et lychnorum. Pendentes lychni Lucret. 5, 296. Virg. Aen. 1, 730 Dependent lychni laquearibus aureis Incensu.

LYCHNŪCHVS, i. m. [Λυχνύχος] Dicitur: Quidquid lucernam sustinet. Plin. 34, 3 Placere et lychnuchi pensiles in delubris aut arborum modo mala ferentium lucentes. Sueton. in Caes. 37 Ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus. Add. Cic. ad Q. Fratr. 3, 7 quem dedimus modo in LYCHNVS.

LYCHNOBII, orum. m. pl. [Λυχνόβιοι] Qui ad Lucernam vitam degunt Senec. Epist. 122 extr. Dicitur in eum, qui peruerso Diei munera in noctem conferret.

**LYCIA**, ae. f. [*Λυκία*] *Minoris Asiae regio inter Pamphyliam et Cariam sita, cognominata est a Lyco rege Pandionis filio, atque, ut ferunt, interflata olim Chimaerae ignibus.* Pompon. 1, 15 Lycia prope tota Tauro monte premitur, eius iugis bona parte clausa. Dumeta Lyciae Hor. Carm. 3, 5, 62. Vrbes Lyciae Ouid. Met. 4, 296. Fertilis agris Lycia Id. ibid. 6, 317. Virg. Aen. 4, 143 Qualis vbi hibernam Lyciam, Xantique fluenta Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo.

**LYCII**, orum. n. Pl. *Incolae Lyciae regionis.* Virg. Aen. 1, 117.

**LYCIVS**, a, um. Adi. [*Λύκιος*] Cateruae Lyciae Hor. Carm. 1, 8, 16. Coma Lycia, pro Ea, quae promissior sit et comior: proverbium est inde natum, quod Lycii consueverant studiose fodere comam, atque adeo, ut multam subire maluerint, quam eum praecidere. Vid. Caes. Rhodig. 16, 19. Deus Lycius, Apollo Propert. 3, 1, 38 Ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro Prouisum est, Lycio vota probante deo. Montes Lycii Stat. Silu. 1, 2, 222. Pharetra Lycia Virg. Aen. 7, 816.

**LYCIDAS**, ae. m. *Centauri nomen ap.* Ouid. Met. 12, 310. et pastoris apud Virgilium. Lycida, Vocatiuus. Virg. Ecl. 7, 67 Saepius at si me Lycida formose reuifas. Lycidas, Nomen etiam pueri apud Hor. Carm. 1, 4, 19 Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet iuuentus Nunc omnis.

**LYCISCA**, ae. f. *Nomen canis, diminutiuum a λύκος, quod lupum significat, appellata sic, quod vel ex lupo nata sit, vel similis sit lupo.* De priori versus est At lupo et catula formant coeundo Lyciscam Eugen. Tolet. Carm. 22. vid. **AMBIGENVS**. Conf. Vlit. ad Grat. v. 253. Vid. Isidor. 12, 2. et Seru. ad Virg. Ecl. 3, 18. Virg. Ecl. 3, 18 Multum latrante Lycisca. Ouid. Met. 3, 220 Et Thous, et Cyprio velox cum fratre Lycisca.

**LYCISCVS**, i. m. *Pueri nomen apud* Hor. Epod. 11, 36 (Bentl. 24) Nunc gloriantis quamlibet mulierculam Vincere mollitia, amor Lycisci me tenet.

**LYCIUM**, i. n. [*λύκιον*] *Medicamentum ex radice rhamni syluestris factum.* Plin. 24, 14 Huius radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocant lycium. Et paullo post, Lycium praestantius e spina fieri tradunt, quam et pyxacantho chironiam vocant. Vid. Scribon. 113. 115. Cuius est Indicum Lycium 142. Indicum verum 19. Pataricum Lycium 142.

**LYCOPHOS**, otis. n. *Festus: Lycophos Graeci dicunt, quod nos Primum tempus lucis, dictum autem Lycophos, quasi λαμπρό φως, i. lumen candidum.* Sed Scalig. ad b. 1. a λούμ manu derivare, quod lucem significat, antequam, unde et lucis ipsum nomen derivat.

**LYCOPHRON**, onis. m. [*Λυκόφρων*] *Chalcidensis ex Euboea, Stat. Silu. 5, 3, 157 Carmina Battiadae, latebrasque Lycophronis attri. Accurum vocat quasi obscurum, vel quia in omnibus scriptis obscurior fuit: vel certe ad Alexandram alludit s. Cassandram, quod carmen exstat. Ouidius enim sagittis interfectum esse innuit, quum inquit in Ibin 532 Utque cothurnata periiisse Lycophrona narrant, Haereat in fibris fixa sagitta tuis.*

**LYCOPHTHALMOS**, i. m. *Gemma quatuor est colorum, ex rutilo et sanguineo: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illi per omnia similis* Plin. 37, 11.

**LYCOPHON**, i. n. *Herba, Latine Scelerata dicta* Apul. de Herba c. 8.

**LYCOPSIS**, idis. f. [*λυκόψις*] *Herba.* Vid. Plin. 27, 11.

**LYCORIS**, idis. *Mulieris nomen, quod posuisse putatur* Virg. Ecl. 10, 2 pro Cytheride, s. Volumnia mimae, quam Antonius Triumvir amarunt, et Poeta Gallus.

**LYCORMAS**. [*Λυκόρμας*] *Fluuius est Aetoliae, vocatus postea Euenus, ab Eueno, qui se in eum praecipitavit, de quo Strabo 7. Ouid. Met. 2, 245 Arfurusque iterum Xanthus, flauisque Lycormas.*

**LYCOS**, i. *Genus aranei* Plin. 30, 6 f. 17. quasi Lupus sui generis. Add. 30, 11 f. 30. vbi illius tela etiam laudatur. Lupos vocat 11, 24 f. 28.

**LYCTVS**, i. *Vrbs Cretae, a Lycto filio Lycaonis appellata. Hinc*

**LYCTIVS**, a, um. Adi. [*Λύκτιος*] *Lyctius Idomeneus, i. Cretae* 65 *tuus* Virg. Aen. 3, 401. Vid. Ecl. 5, 72.

**LYCURGVS**, i. m. [*Λυκούργος, Λυκούργος*] *Lacedaemonum rex, qui cum esset philosophus, Lacedaemoniis leges sanctissimas condidit: adstrictis civibus iuramento, se tam diu eas intemerate observaturos, donec ipse rediret; e patria nunquam rediturus emigravit. De quo v. g. Iustin. 3, 2 et 3. vbi praecipua instituta eius enarrantur. Lycurgus durissimarum Lacedaemoniis legum auctor musices disciplinam probavit* Quintil. 1, 10.

¶ 2 *Lycurgus item rex Nemeae apud* Stat. Theb. 5, 39. ¶ 3 *Lycurgus praeterea rex Thraciae fuit, qui, ut habet fabula, dum contemnens Liberum, eius amputat vites, cura sua incidit. Re vera autem abstemius fuit: quos constat acrioris esse naturae: quod etiam de Demosthene dictum est. Haec Seruius enarrans illud* Virg. Aen. 3, 14 *Thracas arant acri quondam regnata Lycurgo. Exitium Thracis Lycurgi* Hor. Carm. 2, 19, 16. *Regna latissima Lycurgi* Ouid. Epist. 2, 111. *Bipennifer Lycurgus* Id. Met. 4, 22. de Baccho. *Vesanus Lycurgus* Propert. 3, 17, 23.

¶ 4 *Lycurgus rhetor Atheniensis vehemensissimus, cuius nomine per Antonias severos iudices designat* Ammian. 22, 9. it. 30, 8. Vid. Vales. ad locum priorem p. 347 Gron.

**LYCURGEVS**, a, um. Adi. [*Λυκούργειος*] *Cic. Att. 1, 13 Nosmet ipsi, qui Lycurgei a principio fuissetus, quotidie demitigamur. De suo ardore accusandi Clodii remittente, respiciens ad oratorem, de quo modo dictum n. 4. de cuius vehementia in malis persequendis satis ad l. c. interpretes.*

**LYCVS**, i. m. *Nomen proprium viri, quo nomine multi vocati sunt, v. g. Troianus de quo* Virg. Aen. 1, 226 *Fata Lyci, fortemque, Gyan, fortemque Cloanthum. Acres boni ominis causa: Poetae rapaces et saeuos ita videntur appellasse.* ¶ 2 *Lycus, Araneae genus, vid. LYCOS.*

## L Y D

**LYDA**, ae. f. [*Λύδη*] *Antimachi Poetae uxor fuit, quam egregie animo caram habuit, quae quum mortua esset, elegiam qua moerorem solaretur sibi fecit nomine Lyden, ubi enumeratis heroicis calamitatibus et infortuniis, malis alienis acgritudinem sibi minuit. Huius meminit Plutarch. in lib. de Consolat. Hinc* Ouid. Trist. 1, 5, 1 *Nec tantum Clario Lyde dilecta Poetae, etc.*

**LYDIA**, ae. f. [*Λυδία*] *Asiae regio Acolis et Ioniis, vicina, nota est Graeci fortuna et rebus gestis, tum etiam Pactoli fluii fama auram traben-*

*sis. Vid. Pomponium 1, 2. Virgil. Georg. 4, 211 Praeterea regem non sic Aegyptos, et ingens Lydia, nec populi Parthorum etc. Lydia tota fremit Ouid. Met. 6, 146.*

LYDVS, i. m. [*Λυδός*] *Qui est ex Lydia. Lydorumque manum, collectos armat agrestes Virg. Aen. 9, 11. De Tyrrhenis s. Tuscis Lydorum colonis.*

LYDVS, a, um. Adi. [*Λυδός*] Ouid. Fast. 2, 356 Ridet amatorem Lyda puella suum. *Intelligit Iolen.*

LYDIVS, a, um. *aliud* Adi. [*Λυδός*] Aurifer amnis Lydius Tibul. 3, 3, 29. *Intelligit Pactolus.* Sonus Lydius et modus musicus, de quo Plin. 7, 56 Lydios modulos inuenit Amphion. Querulum vocat Apul. Flor. 1, 4 p. 342, 19. Lapis Lydius, idem qui Heraclius, quem Latini vocant Indicem, in quem Batus ille pastor apud Ouid. Met. 2, 688, transfiguratus est, manente nimirum etiamnum in lapide prodendi studio,

15 Plin. 33, 8 Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tinolo, ut auctor est Theophrastus: nunc vero passim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes. Iis coticulis periti, quum e vena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel aeris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente.

LYDVS, i. m. *Herculis filius ex Iole.* 2 Lydus alter filius Athyos, et frater Tyrrheni: a quo Lydia regio est appellata. Nam quum propter terrae sterilitatem fratres simul ferre non possent: Tyrrhenus sorte iacta discedens, cum ingenti multitudine ad Italiam veniens eam tenuit partem, quae ad mare inferum versa est, et a se Tyrrheniam nominauit. Lydus vero remanens, Maeoniam de suo nomine vocauit. Seru. in Aen. 8, 479.

30

## L Y G

LYGDINVS, i. m. Lapis in Tauro (Pars Harduin.) repertus candoris eximii Plin. 36, 8.

LYGDON, i. n. *Ipsum lapidem ita appellat* Martial. 6, 42.

LYGOS, i. m. [*λύγος*] *Frutex, idem qui Vitex.* Plin. 24, 9.

## L Y M

LYMFA, ae. f. Lyciae flumen est, et eodem nomine ciuitas, inquit Mela 1, 15. *vid. Ouid. Met. 9, 646.*

LYMPHA, ae. f. [*λύμα*] *Aqua dicitur Latinis, Graecis vero λύμα: matauerunt autem Latini in λ.* Columel. 10, 135 Doctaque Parthenope Sebethide roscida lympa. Fluuialis Virg. Aen. 4, 635. Fugax

45 lympa trepidat obliquo riuo Hor. Carm. 2, 3, 12. Gelida Ouid. de Medic. faciei 99. Leuis Hor. Epod. 16, 48. Liquidae Ouid. Met. 3, 451 Loquaces lymphae saxis defiliunt Hor. Carm. 3, 13, 16. Lucentis lymphae stagnum Ouid. Met. 4, 298. Manantes Hor. Epod. 2, 27. Lymphae, vini Pernicies Catull. 27, 5. Puteales Lucret.

50 6, 1172. Sobria lympa mista mero Tibull. 2, 1, 46. Abluere vulnera lymphis Virg. Aen. 4, 683. Dare lymphas manibus Idem ibidem 1, 705. Finit copia lymphae sitim Horat. Epist. 2, 2, 146. Haufit de gurgite lymphas Virg. Aen. 9, 23. Lauimus ora manusque tua Feronia lympa Hor. Serm. 1, 5, 24. Restinguere pocula lympa

55 Idem Carm. 2, 11, 20. Siccare vulnera lymphis Virg. Aen. 10, 834. 2 Lympa tanquam dea inuocatur Varr. R. R. 1, 1, 6. 3 Lymphae et Nymphae confunduntur a librariis. Drakenb. ad Sil. 11, 420.

LYMPHAGEVS, a, um. *Crystallinus.* Mart. Capell. 6 p. 188. *vid. ibi Not. Grotii.*

60 LYMPHOR, oris. m. *Antiquum, Idem quod Lympa.* Lucilius, Impermistum lymphorem Non. 3, 129.

LYMPHATICVS, a, um. Adi. [*λυμφοεικής*] *Furiosus, insanians, qui vitium ex aquae conspectu contraxit, vel ex imagine vasa in aqua.* Plin. 25, 5 s. 24 scribit, Helleborum mederi melancholicis, in-

65 sanientibus, et lymphaticis, elephaniae, et tetano. Festus, Vulgo memoriae proditum est, quicumque speciem quandam e fonte, id est effigiem nymphae viderint, furendi non fecisse finem, quos Graeci *λυμφοεικής* vocant, Latini lymphaticos appellant. Isid. 10 lit. L. Lymphaticus, quod aquam timeat, quem Graeci *υδροφοβήν* vocant. Lymphaticus proprie dicitur, qui vitium ex aqua contrahit, cuius vitium est huc atque illuc currere, aut a fluore aquae sumto vitio. Sed Poetae iam hoc genus nominis pro furiosis vsurpant. Lymphatici etiam dicuntur Hydropici. Serenus de hydropi loquens, v. 507 Helleboro quoque purgatur lymphaticus error. Metus inter lymphaticos capti-

70 vitatem, catenas, verbera, numerat sapiens apud Sen. Epist. 85. Plaut. Poen. 1, 2, 132 A. G. Sunt mihi intus nescio quot numi aurei lymphatici. M. deserto ad me, faxo actutum consistenter lymphaticum, i. Numi, qui se in crumena continere non possunt. Pauor lymphaticus Liu. 10, 28. Somnia lymphatica Plin. 26, 8.

80 LYMPHO, are. *Perturbare, et in furorem impellere.* Valer. Argon. 3, 46 Rupta quies: deus ancipitem lymphauerat urbem. Stat. Theb. 7, 113 de Pauore deo, Bonus omnia credi Auctor, et horrificis lymphare incurfibus vrbes. *Vid. Barb. ad Theb. 10, 154.* Plin. 24, 17 s. 102 Hac (*berba potamitide*) pota lymphari homines, obuersantibus

85 miraculis.

LYMPHANS, antis. Partic. Stat. Theb. 10, 154. (*al. 160*) Ecce recens, superis animum lymphantibus, horror Thiodamanta subit. Id. Theb. 7, 662 It lymphante deo.

LYMPHOR, ari. Dep. [*λυμφοεικής*] *Insanire, desperare.* Plin. 34, 17 Hac herba epota, lymphari homines obseruantibus miraculis. Curtius 4, 12, 14 Quippe lymphati trepidare coeperunt, omnia pectora occulto metu percurrente. *Add. Id. 4, 13, 13. et 9, 7, 8.*

LYMPHATVS, a, um. [*λυμφοεικής*] *Idem quod Lymphaticus, Insanus, quasi Nympharum spiritus correptus: vel si audimus Cerdam ad* Virg. Aen. 7, 377. *a vino aquis (hae enim nymphae) mixto turbatus.* Liu. 7, 17 Et tunc quidem velut lymphati et attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt. Cic. de Diuin. 1. Et Plin. 30, 10 Rursus magi tradunt lymphatos sanguinis talpae adsperfu resipiscere. Animi caeco pauore lymphati Tacit. Hist. 1, 82, 2. Discurrent lymphatis similes

100 Curtius 6, 2, 16. Lucan. 1, 496 It Fama per urbem Praecipiti lymphata gradu. Plin. 8, 46 s. 71 Hi greges (*puerorum Apin comitantium*) repente lymphati futura praecinunt. Furit lymphata per urbem Virg. Aen. 7, 377. *vid. ad h. l. la Cerda, in Drakenb. ad Sil. 1, 459.* Furor lymphatus Senec. Med. f. 6. Mens lymphata Maeotico

105 Horat. Od. 1, 37, 14. *inebriata, furiosa, ex hinc in terrorem panicum impulsu.*

*pulsa.* Metu lymphato trepidare Lucan. 7, 186. Sen. Epist. 13 Nulli tam perniciosi tam irrevocabiles, quam lymphati metus sunt: caeteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. Mente lymphata furebant Catul. Argon. 62, 254. Ore lymphato furens Senec. Troad. 1. Pectora lymphata Ouid. Met. 11, 3. Vrbs lymphata incertis horribus Stat. Theb. 10, 551. Flexanima tanquam lymphata, vt Bacchi sacris Commota, in tumulis Tenerum commemorans suum Pacuu. ap. Varr. de L. L. 6, 5 et Cic. de Divin. 1, 80.

LYMPHATIO, ōnis. f. [*λυμφολαψία*] *Morbus eius, qui Lymphatus dicitur.* Plin. 34, 15 Namque circumscribi circulo, terue circumlato mucrone, et adultis et infantibus prodest contra noxia medicamenta: et praefixisse in limine, e sepulcro euulsos clauos, aduersus nocturnas lymphationes.

LYMPHATVS, ūs. m. Plin. 37, 10 Aliam eodem nomine argentei coloris, contra lymphatum habendam.

LYMPIDVS, *vid.* LIMPIDVS.

## L Y N

LYNCESTVS, i. m. *Fons et LYNCESTIS, aqua.* [*Λύγκεστος*] *Fons est circa Lynceum oppidum Macedoniae, cuius ciues Lyncestae vocantur, de quo Vitruu. 8, 3 Sunt nonnullae acidae venae fontium, vt Lyncesto etc.* Plin. 2, 103 Lyncestis aqua, quae vocatur, acidula vini modo temulentos facit. Hinc aqua, quae vocatur acidula, vini modo temulentos facit.

LYNCESTIVS, a, um. Adi. [*Λυγκέστιος*] Ouid. Met. 15, 329 *Quum de Clitorio amne dixisset,*

Clitorio quicumque sitim de fonte leuarit,  
Vina fugit, gaudetque meris abstemius vndis. *Subiungit deinde,*  
Hinc fluit effectu dispar Lyncestius amnis,  
Quem quicumque parum moderato gutture traxit,  
Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

LYNCEVS, *Vnus de quinquaginta filiis Aegypti, cui soli fratrum Sponsa sua Hypermetra pepercit. Fabulam damus in AEGYPTVS.* Add. Ouid. Her. 14.

¶ 2 Lynceus, [*Λύγκεος*] *disyllabum, huius Lyncei vel Lynceos, m. Nomen proprium vnus ex Argonautis, Apharei filii, Idae fratris, acutissima oculorum acie praediti: unde alios quoque acie oculorum valentes Lynceos vocare mos obtinuit: vt illum, quem Solinus c. 6 Strabonem vocat, de quo Plin. 7, 21 Tradidit Cicero fuisse, qui peruideret centum triginta quinque millia passuum. Huic et nomen M. Varro reddidit, Strabonem vocatum. Solitum autem Punico bello, a Lilybaeo Siciliae promontorio, exeunte classe Carthaginis portu, etiam numerum nauium dicere. Hunc, inquam, Lynceum dicit Schol. ad Horat. Sat. 1, 2, 90. Sic in veteri lemma Lynceus est idem Strabo, de quo Valerius Maxim. 1, 8, 14 Nec illius quidem paruae admirationis oculi, quem constat tam certa acie luminum vsum esse, vt a Lilybaeo portu Carthaginensium egredientes classes intueretur. Vid. Perizon. ad Ael. Hist. Var. 11, 13. Apul. Met. 2 p. 124, 39 Vides hominem ferreum et insomnem, certe perspicaciorum ipso Lynceo vel Argo, et oculeum totum. Sen. Medea 228 ex persona Medae, Munus est Orpheus meum, — Quique trans Pontum quoque Summota Lynceus lumine immisso videt. Horat. Epist. 1, 1, 28 Non possis oculo quantum contendere Lynceus, Nunc tamen idcirco contemnas lippus inungi. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat Cicer. Fam. 9, 2. Horat. Sat. 1, 2, 90 Tu corporis optima Lyncei Contemplare oculis: Hypsaea caecior illa, Quae mala sunt spectas. Plin. 2, 17 Nouissimam lunam primamque in eadem die vel nocte, nullo alio in signo quam Ariete conspici: id quoque paucis mortalium contigit. Et inde fama cernendi Lynceo. Hyginus fabula 14 Lynceus et Idas Apharei et Arena Bibali filiae filii, Messenii ex Peloponneso. Ex his Lynceus sub terra quaeque latentia vidisse dicitur, neque vlla caligine inhibebatur, ideo quod aurifodinas norat, in quas descendebat, et aurum subito ostendebat. Ita rumor fuit, eum sub terra solitum videre. Valer. Flacc. Argon. 1, 462*

Occupat et longe sua transfra nouissimus Idas.  
At frater magnos Lynceus seruatus in vsu,  
Quem tulit Arene, possit qui rumpere terras,  
Et Styga transmissio tacitam deprendere visu.  
Fluctibus e mediis terras dabit ille magistro,  
Et dabit astra rati. quumque aethera Iupiter vmbra  
Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.

Magnos seruatos in vsu: quia demortuo succedens gubernatori, nauim moderabitur. Rumpere terras: Irrumpere, visu penetrare. Terras dabit ille magistro: Dicit, indicabit, ostendet ipsi etiam nauis magistro et gubernatori, quae terrae vitandae, quae aduendae. erit ipsius magistri magister. Perdiderit: Offuscauerit, occultauerit. Idas et Lyncei mortem exsequitur Hyginus fabula 80.

LYNCEVS, a, um. Adj. [*Λύγκεος*] Ouid. Fast. 5, 709 Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense. Conf. Boeth. de Consol. Philos. l. 3 prof. 8.

LYNCIDES, ae. m. Patronym. Ouid. Met. 4, 767.

LYNCVRIVM, i. n. [*λυγκύριον*]. *Gemma, quae e lyncis vrina coacta putabatur.* Plin. 8, 38 Lynceum humor ita redditus, vbi gignuntur, glaciatur arefcitue in gemmas carbunculis fimiles, et igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas, atque ob id succino a plerisque ita generari prodito. Nouere hoc sciuntque lynces: et inuidentes, vrinam terra operiunt. Add. Id. Plin. 37, 3 et Ouid. Met. 15, 413.

LYNCVS, i. m. [*Λύγκεος*] *Inquit Seruius ad Aen. 1, 327 Rex Scythiae fuit, qui missum a Cerere Triptolemon, vt hominibus frumenta monstraret, susceptum hospitio, vt in se gloria tanta migraret, interire cogitauit. ob quam rem irata Ceres eum conuertit in lyncem feram varii coloris, vt ipse variae mentis extiterat.*

LYNSA, ae. f. *Dea, apud Martian. Cap. 1 p. 16. Grot. ad l. c. Lympham f. Lympham suspicatur.*

LYNX, lyncis. m. *vel f.* [*λύξ*] *Animal est ex cervariorum genere, vario colore, et maculoso tergore, et acutissimo visu praeditum.* Virg. Aen. 1, 327 Maculosae tegmine lyncis. Plin. 28, 8 Peregrinae sunt et lynces, quae clarissimae omnium quadrupedum cernunt. Varias lynces Bacchi Virg. Georg. 3, 264. Varias dicit quas alibi Maculosas dixerat. Sunt autem in tutela Bacchi. Hinc Lyncibus in caelum vecta Ariadna tuis ad Bacchum canit Propert. 3, 16, 8. Conf. de Lyncibus Hieron. Epist. 1, 4. Timidos agitare lynces Hor. Carm. 2, 13, 40.

Imbelles lynces sectari Stat. Ach. 2, 407. Fugaces lynceas cohibere arcu Hor. Carm. 4, 6, 34.

## L Y O

LYO, Ære. *A Graeco λύνω, significat liquare, in humorem solvere, ut, Alicam, Ptfanam lyare Apic. 5, 1 et 44. Add. Id. 5, 3 et 5. Lyata pulpa Id. 5, 1. i. minutatim concisa.*

## L Y R

LYRA, æ. f. [λύρα] *Instrumentum musicum, ἀπὸ τοῦ λύειν, o- nare sec. Etymol. vel διοὖνι λύτρα λέγεται, sec. Eustath. Plin. 7, 56 Ci- tharam Amphion, ut alii, Orpheus; ut alii, Linus inuenit. Se- ptem chordis additis Terpander. Octauam Simonides addidit, Nonam Timotheus. Cithara sine voce cecinit Thamyras primus: cum cantu Amphion, ut alii Linus. Citharoedica carmina composuit Terpander. Haec Plinius. Hieron. scribit effici in modum A literae cum chordis viginti quatuor, et per digitos varijs vocibus, tinnulisque ictibus in diuersis modis concitari. Sed Lyrae figuras diuersas exhibent antiqua monumenta. Simpliciter antiquam prae se fert illa ratio, qua Lyram a Mercurio inuentam narrat Homerus Hymno in Mercurium v. 25 sqq. Testudo enim s. Chelys et Lyra aut non differunt, aut saepe miscentur: ut in hymno laudato λύρα, et χέλυς et Φόρμιγγξ et κίθαρα de eadem re dicuntur. Plin. 9, 10 s. 12 Trogloditae cornigeras habent (testudines, animalia) ut in Lyra annexis cornibus latis etc. Conf. CHELYS.*

Poëmata omne genus, apta virgae, Lyrae, focco, cothurno Apul. Flor. 2. Canor lyrae Ouid. Epist. 16, 180. Canorus assumpta lyra Idem de Arte Am. 3, 142. Fidicen lyrae Idem ex Pont. 4, 16, 28. Solers lyrae mufa Horat. de Arte Poët. 407. Aurata Ouid. Met. 8, 16. Canorae Claud. de Rapt. Proserp. 3, 257. Curuae lyrae parens, Mercurius Hor. Carm. 1, 10, 6. Ouid. Met. 11, 167 Distinctamque lyram gem- mis et dentibus Indis Suffinet a laeua. Al. Instructamque fidem. Eburna Hor. Carm. 2, 11, 22. Garrula Tibull. 3, 4, 38. Imbellis Hor. Carm. 1, 6, 10. Inuita Ouid. Amor. 3, 9, 24. Canere alicuius laudes lyra Idem de Arte Am. 3, 50. Increpare lyram digitis Idem Epist. 3, 118. Institui lyra Quintil. 1, 10. Sub Lyrae cantu omnes Poëtas intelligere musicam, notat Barth. ad Claud. p. 501.

Lyra, Signum caeleste. Varro de R. R. 2, 5 Hoc secundum astri ortum facio, quod Graeci vocant Lyram, Fidem nostri Ouid. Fast. 2, 75. Co- lumel. 10, 79 Sidereoque polo cedit Lyramersa profundo.

Lyrae lyrae; vox effutitia est, quam pro Nugis et f. iuolis veteres posue- runt. Plaut. Poen. 1, 1, 9 Gerrae germanae, atque edepol, lyrae lyrae. Sic Turneb. Aduers. 3, 20 et 15, 6. Al. et Gronou. liroe vel leroi, λήρο

quibus metri lex repugnat.

LYRICVS, a, um. Adi. [λυρικὸς] Quod ad lyram pertinet: hinc Poëtae lyrici dicti, qui ad lyram sua carmina cantabant. Modi lyrici Ouid. Epist. 15, 16. Vates lyrici Horat. Carm. 1, 1, 35. Lyrica, pro Carminibus lyricis, dixit Plinius Epist. 3, 1 Scribit enim et v- traque lingua lyrica doctissima. Senec. Epist. 49 Negat Cicero, si duplicetur sibi aetas, habiturum se tempus, quo legat Lyricos, in- tell. Poëtas.

LYRICEN, Inis. m. [λυρικὸς] Qui lyra canit Onomast. Vet.

LYRISTES, æ. m. [λυριστής] Sidon. Ep. 8, 11 Alceo potior lyristes ipso. Plin. Epist. 9, 17 Quam multi, quum lector aut lyristes aut comoe- dus indoctus est, calceos postunt?

LYRCAEVVS, siue rectius LYRCEVS, vel LYRCIVS, i. m. [Λύρκαιος] Fons est, ex quo Inachus fluvius oritur ad Cynuriam montem Arcadiae. Auctor Strabo l. 8. Stat. Theb. 4, 711 Aret Lerna nocens, aret

60 Lyrcaeus, et ingens Inachus.

LYRCAEVVS, a, um. Adi. [Λύρκαιος] Ouid. Met. 1, 598 Iam pascua Lernae, Constatque arboribus Lyrcaea reliquerat arua.

LYRCIVS, a, um. Aliud Adi. [Λυρκίος] Valer. Flacc. Argon. 4, 355 — Lyrceia tellus.

65 LYRIS, vid. LIRIS.

LYRNESSVS, [Λυρνησσός] Ciuitas est Phrygiae, vnde fuit Briseis. Hinc

LYRNESSIVS, a, um. Patron. Seruius in illud Virg. Aen. 10, 128 Fert ingens toto connixus corpore saxum, Haud partem exiguam montis, Lyrnessius Acmon. Ouid. Met. 12, 108 Lyrnessia moenia.

LYRNESSIS, idis. f. Patronym. [Λυρνησσός] Ouidius pro gen- tili posuit Trist. 4, 1, 15 Fertur et abducta Lyrnesside tristis Achilles. i. Briseide.

LYRON, i. n. Herba. Plin. 25, 10 s. 77 Item Alisma, quam alii Damasonion, alii Lyron appellant. Folia erant plantaginis, nisi angu- stiora essent etc.

## L Y S

80 LYSANDER, dri. [Λύσανδρος] Dux Lacedaemoniorum, de quo Nepotem legunt omnes.

LYSAS, antis. m. Herba, alias Artemisia, ap. Apul. de Her- bis c. 10.

LYSIAS, æ. m. [Λυσίας] Oratorum Atheniensium qui sub exitum belli Peloponnesiaci floruerunt, ut acate, ita quoque laude fere primus. Cic. in Bruto 35 Fuit Lysias in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans, quem iam prope audeas Oratorem per- fectum dicere. Id. in Orat. 29 Venustissimus scriptor ac politissimus.

Quintilianus 10, 1 Lysias subtilis atque elegans, et quo nihil, si Orato- ri satis sit docere, quaeras perfectius. Nihil enim est inane, nihil ar- cessitum, puro tamen fonti quam magno flumini propior. Et 9, 4 Nam neque illud in Lysia dicendi textum tertie atque rarum laetioribus numeris corrumpendum erat. Perdiderit enim gratiam, quae in eo maxima est, simplicis atque in affectati coloris, perdiderit fidem quo- que. Gell. 2, 5 Favorinus de Lysia et Platone solitus est dicere, Si ex Platonis, inquit, oratione verbum aliquod demas mutesue, atque id commodissime facias, de elegantia tantum detraxeris: si ex Lysia, de sententia.

LYSIDIVS, i. m. [Λυσιδίδης] Nomen proprium, quod ludens interpretatur Cic. in Philipp. 11, 14 c. 6 Qui iura omnia dissoluit. Reddi etiam potest Director controuersarum.

LYSIMACHIA, æ. f. Verbs Aesoliae: et alia Hellepontis ap. Iustin. 17 pr. Conf. Liu. 34, 58. 2 2 Herba, de qua Plin. 25, 7 et 8.



Monumentum Siue Sepulchrum Heredem Non Sequitur. M. T. C. Marcus Tullius Cicero. M. T. F. E. Malo Tuo Factum Est. M. V. Manibus, Monumentum, Viuens. Mineruiae Victricis (Legionis) M. V. S. Merito Votum Soluit. M. X. Menses Decem. M. X. D. II. Menses Decem, Dies Duo.

## M A C

MACAERINTHEN, Prophetae vocant Rosmarinum apud Apul. de Herb. c. 79. *i. beatam et salutarem.*

MACAREVS, i. m. [Μακαρεύς] Filius Acoli, qui Canacen sororem suam vitiauit. Ouid. Trist. 2, 384 Nobilis est Canace fratris amore sui. Inter Heroidas Ouidii est nona quam scribit Canace Macareo. Vbi v. 21 O vti nam, Macareu, quae nos commisit in vnum Venisset leto serior hora meo.

MACARIA, Aeon Valentini. Tertull. adu. Valent. c. 8.

MACARIO TES. similiter Aeon Valent. ib.

MACCVS, i. et plural. MACCI, orum. m. Macci dicuntur Stolidi, et fatui, idque de nomine mulieris cuiusdam stupidas et bardae. Maccos Atellanarum Poetae fecere personas sordidas, fatuas, stultas, secundum Diomed. l. 3. Apuleius Apol. p. 325 Si cum hac vna Rufi fallacia contendantur, macci prorsus et buccones videbuntur. Nouum etiam in Macco exule, it. in Maccis citatum a Nonio inuenimus, qui tituli fabularum. Vid. Index Mercer.

MACEDO, ðnis. m. [Μακεδών] Filius Osridis, filii Iouis, a quo MACEDONIAM quidam dictam volunt, de qua Plin. 4, 10. ¶ 2 Qui Macedoniam habitat. Lucan. 8, 694 Quum tibi sacro Macedo seruetur in antro. Vir Macedo Hor. Carm. 3, 16, 24. de Philippo rege. Alexander Macedo, quum ab incunte aetate res maximas genere coepisset, nonne tertio et tricesimo anno mortem obiit? Cic. Tusc. 5, 48. ¶ 3 Macedo, Philosophus familiaris Gellii, de quo 13, 8 pro foribus omnium templorum scribi debere censebat verum hunc Pacuui, Ego odi homines ignaua opera, et philosopha sententia.

MACETA, vel MACETES, ae. m. Idem, qui Macedo, [Μαχέτης.] Stat. Silu. 4, 6. extr. Necte, regnator Macetum. i. Alexander. Nonnulli legunt Macetum pro Macedonum, qui talem contractio nem haud patitur. Macetum pro Macetarum, siue Maceton restituit Scaliger ad Aufon. de Clar. Urb. 3. s. Aufon. Lect. 1, 23. vid. Drakenb. ad Sil. 17, 633. Fines Macetum Lucan. 10, 28. Grat. Cynege. 117 Quid, Macetum immensos libeat si dicere contos. Claudian. in Rufin. 2, 279 Tangebatur Macetum fines. Rutil. Itin. 1, 85 Magni Parthorum reges, Macetumque tyranni. Prisc. Perieg. Ad cuius Zephyrum Macetum sunt moenia regis.

MACEDONIVS, a, um. Adi. [Μακεδόνιος] Ouid. Met. 12, 466 Qui clypeo, gladioque, Macedoniaeque sarissa Conspicuis. Vbi necessitate metri coactus, propter tot syllabas breues secundam produxit.

MACEDONICVS, a, um. Adi. Possess. [Μακεδονικός] a Macedonia. vide Mare Macedonicum Plin. 4, 11.

MACEDONIANVM Senatus-Consultum, quodque, ne filiis famil. mutuuum detur, titulum sibi suum habet in Digestis.

MACEDONIENSIS, e. qui venit e Macedonia. Plaut. Pseud. 4, 4, 4 Vir Macedoniensis.

MACELLVM, i. n. [ὄψοπωλείον] Locus quo venalia omnia, quae ad victum humanum pertinebant, contrahantur. Plaut. Aulul. 2, 8, 3

Venio ad macellum: rogo pisces, indicant caros. Cic. de Diuip. 2, 59 c. 27 Si Epicuri de voluptate liber rosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. Vid. Casaub. ad Suet. Caes. c. 26. Ex horto plebi macellum Plin. 19, 4 s. 19, 2. E carnario aut macello viuendum esse Id. l. c. Forum olitorium: hoc erat antiquum

macellum, vbi olerum copia Varro L. L. 4, 32. Macellum a macellandis pecoribus dictum Donat. in Terent. Eun. 2, 2, 24. Conf. Isidor. 15, 11. Fabellam sapit, quod narrat apud Donatum ad Ter. Eun. 1, 2, 25 Varro in libris Rerum human. Numerius Equitius Cupes, et Romanus Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt

infesta. His in exilium actis, publicata sunt bona, et aedes vbi habitabant dirutae: eque ea pecunia scalae deum penatium aedificatae sunt. Vbi habitabant, locus, vbi venirent ea, quae vescendi causa in urbem erant allata. Itaque ab altero macellum, ab altero forum cupedinis appellatum est. Haec ille. Ipse Varro de Ling. Lat. 4, 32

p. 35, 28 Forum olitorium. Hoc erat antiquum Macellum, vbi olerum copia. Ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant μακελώτας. sed Iones ostia hortorum et castelli μακέλλως. Deinde postquam de foro piscario et cupedinis foro dixit, pergit, Haec omnia postquam contracta in vnum locum, quae ad victum pertinebant, et aedificatus

locus, appellatum Macellum, vt quidam scribunt, quod ibi fuerit ortus (hortus) alii, quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quae ibi publice diruta, e qua aedificium hoc, quod vocatur ab eo macellum. Festus, Macellum dictum a Macello quodam, qui exercebat in vrbe latrocinia, quo damnato Censores Aemilius et Fuluius staterunt, vt in domo eius opsonia venderentur. Sed fabellam sapit

ista narratio. Si suspitioni etymologicae locus sit, his, quas ad Festum dedere viri docti, adiecerim, a macerandis salsamentis primo dictum, cum hoc opsonium antiquissimum et vulgarissimum fuerit, et magna pars recentioris etiam macelli cetarii. Pernicies et tempestas, barathrumque macelli. Hor. Epist. 1, 15, 31 in hominem edacem. Liu. 27, 11

extr. Locauerunt inde (censores) rescindenda, quae circa forum incendio consumta erant, septem tabernas, macellum, atrium regioni. Ter. Eun. 2, 2, 24 Interea loci ad macellum vbi aduenimus, Concurrunt laeti mi obuiam cupedinarii omnes, Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, aucupes. Horum itaque macellum forum fuit. Sueton. Caes. 43 Dispositis circa macellum custodibus, qui opsonia contra vetitum retinerent. Varro R. R. 3, 2, 16 vbi de turdis, Coenae tunc

innumerabiles excandefaciebant annonam macelli. Id. 3, 17, 7 Macellum cetariorum. ¶ 2 Masculino genere, forte cum respectu ad Macellum illum antiquum dominum, Martial. 10, 96 Hic pretiosa fames, conturbatorque macellus, qui facit, vt conturbent et decoquant homines.

MACELLARIVS, i. m. [ὄψοπωλικός Vet. Gloss.] Qui in macello omnia opsoniorum genera, vendit. Sueton. in Caes. 26 Ea quae ad epulum pertinebant, quamuis macellarius oblocata, etiam domesticatim apparabat. Differunt interdum a laniis. Varro R. R. 3, 2, 11

Et num pluris tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellario Seius? Macellarios quidam libri, quasi sint apri Macellarii. Sic Turdos alunt Macellarii apud eundem Varr. R. R. 3, 4, 2, 105

MACELLARIVS, i. m. [ὄψοπωλικός Vet. Gloss.] Qui in macello omnia opsoniorum genera, vendit. Sueton. in Caes. 26 Ea quae ad epulum pertinebant, quamuis macellarius oblocata, etiam domesticatim apparabat. Differunt interdum a laniis. Varro R. R. 3, 2, 11

Et num pluris tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellario Seius? Macellarios quidam libri, quasi sint apri Macellarii. Sic Turdos alunt Macellarii apud eundem Varr. R. R. 3, 4, 2, 105

MACELLARIVS, i. m. [ὄψοπωλικός Vet. Gloss.] Qui in macello omnia opsoniorum genera, vendit. Sueton. in Caes. 26 Ea quae ad epulum pertinebant, quamuis macellarius oblocata, etiam domesticatim apparabat. Differunt interdum a laniis. Varro R. R. 3, 2, 11

Et num pluris tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellario Seius? Macellarios quidam libri, quasi sint apri Macellarii. Sic Turdos alunt Macellarii apud eundem Varr. R. R. 3, 4, 2, 105

MACELLARIVS, i. m. [ὄψοπωλικός Vet. Gloss.] Qui in macello omnia opsoniorum genera, vendit. Sueton. in Caes. 26 Ea quae ad epulum pertinebant, quamuis macellarius oblocata, etiam domesticatim apparabat. Differunt interdum a laniis. Varro R. R. 3, 2, 11

Et num pluris tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellario Seius? Macellarios quidam libri, quasi sint apri Macellarii. Sic Turdos alunt Macellarii apud eundem Varr. R. R. 3, 4, 2, 105

MACELLARIUS, a, um. Adi. Valer. 3, 4, 3 Miro gradu Varro ex macellaria patris taberna ad Consulatum conscendit. *Am. sint* Apri macellarii, quaerendum Varr. de R. R. 3, 2, 11. *de quo modo dictum.*

MACELLŌTA, ae. f. ab Ionibus hortorum ostium dicitur, teste Varrone de L. L. 4, 32 *ut modo vidimus.*

MACEO, MACESCO, *vid.* paullo post MACER.

MACER, eris. *vid.* MACIR.

MACER, cra, crum. [*μακρὸς*] *Exilem extenuatumque significat, quem pingui, obeso, saginato, certe bene habito, opponunt.* Virg.

10 Ecl. 3, 100 Eheu quam pingui macer est mihi taurus in aruo. *Sipontinus a Graeco deduci putat. Graeci enim μακρὸν longum dicunt, quae autem tenuia sunt, longiora videntur.* Macer, a Marcere. Varro

de L. L. 5, 6. *extr.* Moerere a marcere, quod moerore corpus marcescere videatur: hinc etiam dicti Macri. Agello macro pauper

15 Hor. Serm. 1, 6, 71. Boues macrae Propert. 4, 1, 22. Humus pinguiissima vel macerrima Columel. 2, 9. *Id.* 4, 23. et 8, 1. Libellus inacer Martial. 2, 6. *i. exiguus.* Solum exile et macrum

Cic. de Lege Agr. 2, 66. Macra cauum repetes arcum, quem macra subisti Hor. Epist. 1, 7, 33. Macrior, *Compar.* Varr. de L. L. 7.

20 Vitis macrior Columel. 4, 24. Macrior ager Cato R. R. c. 6, 2. Macerrimus, *Superl.* De hoc Varr. de L. L. 7, 39 p. 99, 15. Maximī dolores consistunt in macerrimis corporis partibus Sen. Ep. 78.

MACELLVS, a, um. Adi. dimin. [*μακρὸς*] *pro Macilento.* Si nosti non magnus homo est, nasutus, macellus Lucil. *apud* Non. 2,

25 524. Varro de L. L. 7, 40 p. 99, 35 Macer, macricolus, macellus: niger, nigricolus, nigellus. *Sed* Conturbator Macellus, *vid.* ante sub

MACELLVM n. 2.

MACILENTVS, a, um. Adi. [*μακρὸς*] *Idem qui Macer.* Festus: Macilenti, Macie attenuati. Plaut. Capt. 3, 4, 113 Sed qua

30 facie est tuus sodalis Philocrates? AR. dicam tibi, macilento ore, naso acuto, corpore albo, et oculis nigris.

MACIES, ei. f. [*μακρὸς, φθίσις*] *Corporis macri et extenuati habitus.* Columel. 6, 14 Est etiam illa grauis pernicies, quum pulmo-

35 nes exulcerantur, inde tussis et macies. Aquarum Solin. c. 36. Terrae Iustin. 43, 3, 5. Adducit cutem macies Ouid. Met. 3, 397. Conci-

dimus macie Id. Epist. 21, 215. *Confecta viri forma suprema macie* Virg. Aen. 3, 590. Deformat macies horrida vultum Id. Georg. 4,

40 255. Ire in maciem Solin. c. 8. Minari maciem, et infirmitatem *metaphor. de facultate dicendi* Quintil. 2, 4. Narrare de sua solici-

40 tudine macieque Cic. Att. 3, 15. Occupat turpis macies decentes malas Hor. Carin. 3, 27, 53. Sedet in corpore toto macies Ouid.

Met. 2, 775. Senescere aetate et macie Lucret. 1, 326. Tenuare aliquem macie Virg. Georg. 3, 129.

MACREDO, inis. f. *macies, ap. Columell. esse dicitur.*

45 MACRITAS, atis. f. [*μακρὸς* Vet. Gloss. Lat. Gr.] Macritas arenae Vitr. 2, 4. Propter macritatem semen aliud ferre non valet

terra Pallad. 11, 1, 2.

MACRITVDO, inis. f. [*μακρὸς*] *Idem.* Plaut. Capt. 1, 2, 32

50 Ossa, atque pellis sum misera macritudine. *vid.* Non. 2, 517.

MACROR, oris. m. *sive* MACOR, *absque* x post c. [*μακρὸς*] *Ipsa macies.* Pacuvius Periboea *apud* Non. 2, 525. Corpusque meum

tabe, moerore, errore, macore senet. *Conf.* Sen. de Tranquill. c. 2.

MACEO, *sive* MACREO, ui, ere. [*μακρὸς*] *Macrum esse.* Plaut. Aulul. 3, 6, 28 Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet.

55 MACESCO, ere. [*μακρὸς*] *Macrum fieri.* Plaut. Capt. 1, 2, 31 Ego, qui tuo moerore maceor, macesco, confenesco, et tabesco miser. Varro de R. R. 3, 16, 20 *de apibus,*

60 Tum enim propter laborem asperantur et macescunt. Semine macescunt arua Pallad. 11, 1, 2. *Feminae boues Macescentes melius concipere dicuntur* Varr. R. R. 2, 1.

MACRESCO, ere. [*μακρὸς*] *Idem.* Varr. de R. R. 2, 5, 12

Algor enim eas, et fames macescere cogit. Inuidus alterius macescit rebus opimis Hor. Epist. 1, 2, 57.

MACIO, are. [*μακρὸς*] *Macrum facere.* A quo Emacio.

65 Solin. c. 15 Maciari imbribus.

MACERO, are. [*μακρὸς*] *Attenuare, conserere: et ad corpus tunc refertur.* Liu. 26, 13 Alterum annum circumuallatos in-

70 clusosque vos fame macerant. Se Macerare, *ad animum translatum, est* Nimia cura, studio, vel solitudine seipsum conficere et attenuare.

Ter. Andr. 4, 2, 2 Tu modo anime mi noli te macerare. Cur me

excrucio? cur me Macero Id. ib. 5, 3, 15. Lucret. 3, 75 *Consimili*

75 ratione ab eodem saepe timore Macerat inuidia. Florus 2, 6, 28 Itaque per Samnium totum, per Falernos, Gauranosque saltus sic ma-

cerauit Annibalem, ut, qui frangi virtute non poterat, mora commi-

80 nueretur. ¶ 2 Macerare, *Mollificare, ut sit quum quippiam tam diu in aqua tenetur, donec tenerum et molle fiat.* Ter. Adolph.

3, 3, 27 Salsamenta haec Stephanio fac macerentur probe. Columel.

2, 9 Hoc medicamine vna nocte semina macerata iaciuntur. Brassi-

80 cam macerare in aquam Cato 156, 5. Sale macerare Plin. 31, 7.

*extr.* Plin. 11, 41 *de lacte asinino,* Balnearum etiam solio totum

corpus illo lacte macerabat *Poppea.* Vitruuius 7, 2. *pr.* Item iubet

calcem coctam diu macerari ante quam fabri ea vtantur. Colum. 4,

22, 6 Macerat arborem situ et veterno muscus. Id. 1, 6, 21 Macerare lupinum, vimina, virgas. Et 11, 3, 51 Macerare lacte semen.

85 Et de Arb. 19, 1 Macerantur scrobes sole et pluuia. Et 1, 6, 22 Macerari assiduo liquore. Macerari in sextarium vnum Scribon.

148. Macerantur vase fictili 269. Vini hemina vna 265. *Metaph.* Hor. Carm. 1, 13, 8 Quam lentis Penitus macerer ignibus. *i. Tabescam,*

90 liquefcam, consumar. Maceror interdum, quod sim tibi causa doloris Ouid. Epist. 20, 125. Male maceror, *vid.* MALVS.

MACERATVS, a, um. Partic. *Mollis et tener factus.* Plaut.

Poenul. 3, 2, 21 Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues.

Lana saepius macerata Senec. Epist. 71. Calx Pallad. 1, 14. Oua

aceto Plin. 10, 60. Maceratum in aqua Scribon. 85. — ex aqua 227.

95 — aqua 24. 35. 112. — muria 60. Macerata, simpliciter, Scribon. 21. macerata aceto, ex aceto, vino 248. 251. 173. et 256.

Crocum maceratum 8. Panis maceratus 227. *Metaph.* Pars exercitus macerata Vellei. 2, 112, 3.

MACERATIO, onis. f. Vitruu. 7, 2. Viscerum maceratio

100 Arnob. 4.

MACERESCO, ere. *Maceratum fieri: Antiquum.* Cato de R. R.

92 Frumento curculio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca

facito: palearum paulum addito, finito macerescant bene. *Ante*

105 *Victorium edebatur* Marcescant. *vid.* p. 4.

MACERIA,

**MACERIA**, ae. vel **MACERIES**, ei. f. [μακρία] *In muri formam ordinata congeries lapidum sine calce aut alio genere ferruminis*, Seru. ad Georg. 2, 417 Antes alii intelligunt macerías, quibus vineta clauduntur: quia maceriae sunt de assis, i. siccis lapidibus (vid. ASSVS, a, um) Sisenna ap. Non. 2, 560 Post villarum macerías ac parietinas quinque cohortes in insidiis relinquit. *Sed quam late hoc nomen pateat, docere potest* Varr. de R. R. 2, 14, 4 Maceriae species fere quatuor: quod fiunt e lapide — e lateribus coctilibus — e lateribus crudis — ex terra et lapillis compositis in formis. *In his omnibus nulla calcis mentio, et a muro hac ipsa re differre, apertum est: Videturque adeo maceries ab hoc ipso dicta, quod macra est, et nihil admixtum habet, quo deinciantur partes.* Tér. Adelp. 5, 7, 10 Atque hanc in horto maceriam iube dirui quantum potest. Cic. Fam. 16, 18 Helico nequissimus HS M dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. Gladium in publicum trans maceriam horti abiicit Liu. 23, 9. *fin. Sed etiam* ¶ 2 Maceries, [μακρία] pro Macritudine, siue maceratione. Afranius Excepto, Si ille hoc nunc sentit facere illi satis, vis quanta illius mors sit maceries tibi Nonius 2, 536.

**MACEREOLA**, siue **MACERIOLA**, ae. f. Dimin. Vet. In-  
script. apud Spon. Misc. Erud. Antiq. p. 293 **LOCVS MACEREOLA  
CLVSVS.** Vbi Sponius dicit Maceriolam esse Murum, quo sepul-  
crorum arcae clauderentur s. busta, vid. Suet. Ner. c. 33.

**MACIDVS**, a, um. *Macilentus.* Constant. Afer 12, 12 Si materia  
et cholericá, corpus erit macidum. Add. Id. 6, 9.

**MACERO**, **MACESCO**, vid. **MACER.**

**MACHAERA**, ae. f. *Graece μαχαιρα, Latine Sica, gladius, cul-  
ter.* Carnifici ad amputandas manus tribuitur ap. Suet. Claud. c. 15.  
Plaut. Curcul. 3, 54 Clupeatus elephantum vbi machaera difficit.  
Iuven. Sat. 7, 9 Ames nomen, victumque machaerae. Liu. 7, 24  
pr. Laeio humero machaera prope traiecto cesserat parumper ex acie.  
*Ex vetusto codice legendum* Matari. Hebes Plaut. Mil. 1, 1, 53. Add.  
Plaut. Bacch. 1, 1, 35. et 4, 8, 46. it. Merc. 5, 2, 85. Idem Pseud. 4,  
7, 85 hoc verbum obsceno sensu usurpat. *Sed* Atque tuam Fulgens ani-  
mam, mihi crede, machaera sc. percurret Iuven. in Luc. 2.

**MACHAERIVM**, i. n. [μαχαίριον] *Cultellus coquinarius.* Plaut.  
Aulul. 2, 9, 1 Tu machaerio congrum, muraenam, exdorsua, etc.  
*Item Gladiolus.* Plaut. Rud. 2, 2, 9 Qui tres duceret chlamydatos  
cum machaeris.

**MACHAEROPHORVS**, i. m. [μαχαίροφορος] *Sicarius gladium  
ferens.* Cic. Q. Frat. 2, 8 (al. 9 vel 10) med. Machaerophoris  
centum sequentibus miros risus nos edere.

**MACHAERVS**, untis. [μαχαίρις; Stephano] *Arx Iudaeae, se-  
cundum olim ab Hierosolymis dignitatis locum obtinens.* Plin. 5, 16.

**MACHABROPHYLLON**, i. n. [μαχαίροφυλλον] *Herba.* Apul. 45  
de Herb. c. 78.

**MACHAGISTIA**, ae. f. *Verbum mysticum, quo, ut Ammianus  
23, 6 loquitur, Magiam Plato Machagistiam verbo mystico esse docuit,  
diuinorum incorruptissimum cultum.* In *Philosophia* hodie legi hoc verbum,  
negat Lindenbrog. p. 405. *Gron.*

**MACHAON**, ónis. m. [Μαχάων] *Aesculapii filius. Is ob prae-  
stantiam medicae artis cum aliis heroibus Graecorum ad Troiam e Creta  
conuocatus fuit.* Propert. 1, 2, 59 Tarda Philoctetae sanauit crura  
Machaon.

**MACHAONIVS**, a, um. [Μαχάωνος] *Quid. ex Pont. 1, 3, 5  
Machaoniae artes.* Idem Rem. Amor. 546 Ille Machaonia vix ope  
sanuserit. Saeua Machaonio coierunt vulnera Succo Stat. Silu. 1, 4, 114.

**MACHINA**, ae. f. [μαχανή, ἔκδοξα] *Generali notione videtur  
significare, quidquid ad mouendum aliud excogitatum est: v. g. ad onera  
molienda ut Horat. Epist. 2, 2, 73 Torquet nunc lapidem, nunc ingens  
machina lignum. Vitruuius, qui totum librum decimum machinis de-  
scribendis impendit, sic incipit, Machina est continens ex materia con-  
iunctio, maximas ad onerum motus habens virtutes — Est autem  
vnius generis scanforium — cum machinae ita fuerint collocatae, vt  
ad altitudinem tignis statutis et transuersariis colligatis, sine periculo  
scandatur ad apparatus spectationem. Spiritale est, cum Spiritus ex-  
pressionibus impulsus, et plagae voceque deprimuntur.*

— Inter machinas et organa hoc videtur esse discrimen, quod machi-  
nae pluribus operibus aut vi maiore coguntur effectus habere, vti  
balistae torculariumque praes. Organa autem vnius operae prudenti  
factu perficiunt quod propositum est etc. Plin. 19, 2 f. 8 Quanto fit  
in vsu omnibus terris, nauium armamentis, machinis aedificationum,  
de Sparto. Mundi machina Lucret. 5, 97. Machina dicitur, vt  
ait Vlpianus, vbi non tam materiae ratio, quam manus, atque inge-  
nii ducitur. Machinae etiam olim dicebantur, quibus serui in ergastulo  
aut alibi continerentur, et coercerentur. Amicam, quam palam domi  
haberet, de Machinis emit Q. Cic. de petit. conf. c. 2. intelligit Ca-  
tastam. De pictoris apparatu Plin. 35, 10 Paucis diei horis pingebat,  
id quoque cum gratitate, quod semper togatus, quanquam in machinis.  
Belli machina an sit, aequus Troianus, quaerunt Virg. Aen. 2, 151.

Arietaria, vid. in **ARIES.** Frumentaria l. 12 f. 10 D. de instructo  
vel instrum. leg. Murales, vid. **MVRVS.** Admouere machinam,  
vid. **ADMOVEO.** Apponere, vid. **APPONO.** Audere machinas  
Tacit. Hist. 4, 23. Fabricata Virg. Aen. 2, 46. Machinae, per  
translationem, Consilia quibus accipere hostem conamur. Plaut. Bacch. 85  
2, 2, 54 Aliquam machinabor machinam. Cic. de Nat. Deor. 3, 73  
— nec quid inde auferant, Nec quem dolum, ad eum, machinamue  
comoliar, Scio quidquam. *Es paullo post, Quid ergo isti doli, quid  
machinae, quid praestigiaeque, Num sine ratione esse potuerunt? Ex  
Poeta.* Cic. ad Brut. Epist. vlt. Ad reliquos hic quoque labor mihi  
accessit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem.  
Machina et Machinari, de tabulatis illis, et fabrilis apparatu aedificationum  
quasi κατ' ἔξοχην dicitur: scanforium genus e Vitruuio dictum est.  
Vlpian. l. 5 D. Commodat. Si seruum tibi rectorem commodauero,  
et de machina ceciderit: periculum meum esse Viuianus ait. Sed  
ego hoc ita verum puto, si tibi commodauit, vt in machina operaretur.  
Caeterum, si vt de plano opus faceret, tu eum imposuisti machinae:  
aut si machinae culpa factum est, minus diligenter non ab ipso ligatae,  
vel funium perticarumque vetustate: dico periculum, quod culpa  
contigit rogantis commodatum, ipsum praestare debere. nam et Mela  
scripsit, Si seruus lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri  
fabrum commodati, qui negligentius machinam colligarit. Machina,  
Aristoteli lib. de Poetica Arte dicitur, quoties in tragoedia adhibendus est  
deus, ad ea, quae sunt extra fabulam expedienda: quae vel ante facta  
sunt, neque hominem scire fas est, vel postea futura sunt, et praedictio-

85

85

85

85

85

85

85

85

*nem ac nuntiationem desiderant. Huc respicit Hor. Art. Poët. 191 Nec deus interfit, nisi dignus vindice nodus Inciderit. Et hinc Graecorum illud Deus ex machina, de subito auxilio, vel de commento parum probabili. Conf. Heinsf. de conslit. traëoed. c. 12.*

5 MACHINŪLA, ae. f. Dimin. Festus in Grōmā: Genus machinulae cuiusdam, *vid. eund. in Incitega, et Mustricola.*

MACHINĀLIS, e. Adj. [μυχανικός] *Quod ad machinas spectat.* Machinalis scientia Plin. 7, 37. Pondus machinale Aufon. Epist. 21, 34.

MACHINOR, āri. [μυχανόμαι, ἰπνοῦν, τεχνόμαι, ἐπιτεχνόμαι] *A machinis desumpta metaphora, plerumque est Imaginari, cogitare, invenire per dolum.* Cic. Verr. Act. 1, 15 *Quum interea aliud quiddam iamdiu machinetur.* Plaut. Casin. 2, 4, 22 *Illa nubet mihi, machinate quod lubet quouis modo.* Calamitatem alicui A. ad Herenn. 4 c. 8. *Necem alicui machinari* Liu. 1, 51. *pr. Pestem aliquam machinari in omnes.* Cic. de Nat. Deor. 3, 66 c. 26. *pr. Machinari, etiam in bonam partem accipitur, pro Invenire ratione.* Cic. de Nat. Deor. 2, 128 *Nam primum alias mares, aliae feminae sunt: quod perpetuitatis causa machinata natura est.* De bestiis. *Nam tibi praeterea quod machiner, inueniamque, nihil est: h. e. Nam quod tibi*

20 *praeterea excogitem, aut fabricer, quod tibi placeat, nihil est* Lucret. 3, 957.

MACHINATVS, a, um. *Aetine, v. g. Alteri exitium per insidias Machinata Iustin. 39, 4, 6. Passiue Strepitus machinatus, i. Per machinas effectus Sallust. apud Non. 2, 859. Sic Illud a P. Antronio machinatum Sallust. Catil. 48, 7.*

25 MACHINATVS, ūs. m. Apul. Apol. p. 321 *Me suo machinatum reum postulatum, vid. et Sidon. Epist. 5, 6.*

MACHINAMENTVM, i. n. [μυχανήματα, τέχνηματα] *pro Machina.* Liu. 24, 34 *Turres contabulatas, machinamentaue alia quatiendis muris portabant.* Saxa maxima pondere, dimissa per praec-

30 *ceps, machinamenta Confringunt Veget. 4, 8. Tacit. Ann. 12, 45, 4 Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta et astus oppugnationum. Suspensum et nutans machinamentum Tacit. Hist. 4, 30. Idem Ann. 15, 4 Adiabeni quum promouere scalas et machinamenta inciperent, facile detrusi.*

35 MACHINATOR, ōris. m. [μυχανοποιός] *i. Architectus.* Tac. Ann. 15, 42, 2. BAEBIO MVS AEO MACHINATORI Inscr. Grut. p. 642 n. 4. Liu. 24, 34 *Archimedes machinator bellicorum tormentorum. Machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant Sen. Ep. 88. Belli machinator Liu. 1, 28. Doli machinator*

40 *Tacit. Ann. 1, 18, 2. Omnium architectus et machinator Cic. pro Rosc. Amer. 132. Scelerum omnium improbilissimus machinator, h. e. Inuentor et auctor Cic. in Catil. 3 c. 3. Quin Reum omnium machinator, Deus Laëtant. 2, 11. et 4, 6.*

MACHINATRIX, icis. f. Seneca Medea v. 266 *Sed tu malorum*

45 *machinatrix facinorum.* MACHINATIO, ōnis. f. [μυχανήσις, παλάμη, ἐπιτέχνησις] *Aliquid artificiose excogitatum Cic. de Orat. 2, 72 Qui tanquam machinatione aliqua, tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum laetitiam est contorquendus. i. Inuentione et astutia.*

50 *Machinatio, pro Machina.* Caes. Bell. Gall. 2, 21 *Primum irridere ex muro, atque increpitare vocibus, quod tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur. Conf. Id. 4, 17. Liu. 34, 34 Nunc impensa quoque magna eget in opera, in machinationes et tormenta, quibus tanta vrbs oppugnanda est. Adde 37, 5.*

55 MACHINARIVS, i. m. Paullus in l. Si putator. D. Ad legem Aquiliam, *Si putator quum ex arbore ramum deiceret, vel machinarius, hominem praetereuntem occidit, etc.*

MACHINARIVS, a, um. Adj. Machinarius Commentator Archimedes fuit Solin. c. 5. Mola machinaria Apul. Met. 1, 7.

60 *Asinus machinarius Africanus in l. Quum quaereretur. §. vltimo. D. de legat. et fideicommiss. 3. Est autem Asinus machinarius, Molendarius, qui molit: i. Qui molam machina quadam inclusam voluit et torquet, quam et Machinam frumentariam vocat Iurisconsultus. Sic Machinaria pondera vocat Aufonius, Pistrinalia pondera: Qui machinali,*

65 *inquit, saxa voluunt pondere: Vlpian. in l. Vel cuius. D. Si mensos. fal. mo. etc. Etsi mensor machinarius sefellerit.*

MACHINŌSVS, a, um. Adj. [μυχανώδης] *Nauigium machinosum, apud Suet. in Neron. c. 34. Paulo ante Nauem solutilem appellarat. q. d. machinatione subtili structum.*

70 MACHIO, ōnis. m. Isidor. 19, 8 *Machiones dicti a Machinis, in quibus insunt propter altitudinem parietum.*

MACHLYAE. [Μάχλας Herodoto] *Populi Africae supra Nafamones, quos Androgynos esse tradit Calliphanes, vtriusque naturae vicibus inter se coeuntes. His Aristoteles tradit dextram mammam esse virilem, laeuam muliebrem Plin. 6, 2.*

MACHLIS, is. f. *Fera est Scandinaviae insulae peculiaris, alcae similis, sed nullo suffraginum flexu. Vnde dormitura non cubat, sed arbori se acclinans somnum capit: quae a venatoribus ante succisa, quum semel ceciderit, erigere se non potest, eaque sola ratione capitur: alias mirae velocitatis. Labrum ei superius praegrande: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur Plin. 8,*

15 *Harduin. legit Achlin. Conf. Cluver. Germ. Ant. 3, 47.*

MACIA, ae. f. *Herba, alias Anagallis dista, Marcel. Emp. c. 1.*

85 p. 210, § *Ille spongiis macidatis tumores comprimere. Al. inacidatis. Elmenh. madidatis.*

MACIES, MACILENTVS, MACIO, are, *vid. MACER.*

MACIR, Plinio 12, 8. *pr. aliis MACER, [μακρὸς Dioscoridi] Cortex est subrufus et magnae radicis, qui ex India aduehitur, detra-*

90 *ctus ex arbore sui nominis. Genit. Maceris, Scribon. 167.*

MACREO, MACRESCO, MACRO, *vid. MACER.*

95 *MACROBII Meroeni [Μακρόβιος] supra Aegyptum populi: dicti quod ipsorum vitae spatium nostram aetatem dimidio exsuperet. Meroenos autem intra Concri tropicum, et aequatorem esse Ptolemaeus auctor est. Vid. Pomponium 3, 10. Nempe Omnes apud Graecos, qui praeter solitum aetatem suam protraxerunt, Macrobbii dicuntur, vid. Plin. 7, 48. et Valer. Max. 8, 13. extr. 5.*

MACROCHĒRA, ae. f. [μακροχίρα] *Tunica manicata. Lampridius in Alex. Seuero c. 33 Macrocheras ex purpura ad usum suum reuocauit.*

MACROCOLLVS, a, um. [μακροκόλλος] *proprie enim Adiecti- vum est, licet vix aliter quam substantiue, h. e. elliptice possum depreben-*

105 *datur. Macrocolla charta, et Macrocollum volumen ex maioris modi schedis et philyris papyri Aegyptiae contextum, vid. CHARTA ex Plinio, qui idem 13, 12 f. 24 de charta Claudia Auxit et latitudinem. Pedalis*

Pedalis erat mensura, et cubitalis macrocollis. Macrocollis, inquam, non Macrocolis. Non enim a *κάλω* membro, sed a *κάλλα* glutino dictum est Macrocollum, non minus quam Protocollum etc. ut ostendit etiam Salm. ad Vopisci Firm. p. 705, 1. Cic. Att. 13, 25 Sed tamen ego non despero probatum iri Varroni: et id, quoniam impensam fecimus in macrocolla, facile patior teneri. Idem 16, 3 Sed tamen *σύνταγμα* nisi ad te retractatus: et quidem archetypum ipsum crebris locis inculcatum et resectum. Hunc tu tralatum in macrocollum, lege in Arcano conuiuiis tuis. Vtroque loco intelligimus, Macrocolla esse ampliora et pretiosiora volumina, in quae ex commentariis sordidioribus, per caligraphos scripta transferrentur.

MACROLOGIA, ae. f. Isidor. 1, 33 Macrologia, longiloquium res non necessariae comprehendens.

MACRONOSIA. [*μακρονοσία*] Longa aegrotatio esse dicitur Augustini.

MACROR, vid. MACER.

MACTATOR, MACTE, etc. vid. post MACTO.

MACTEA, vel MATTEA, vel MATTYA, ae. f. Cibi genus delicati, cupediae, et deliciae ciborum quaeuis. Petron. 65 Hanc humanitatem infecutae sunt matteae, — Singulae enim gallinae altiles pro turdis circumlatae sunt, et oua anserina pileata, quae ut comessemus, ambitiosissime a nobis Trimalchio petiit, dicens, exoffatas esse gallinas. Et c. 74 Sumtis igitur matteis. Graecis *ματτήν* est. Vid. Athenaeus 14, 23. Sueton. Calig. 39 Multis venenatas Macteas misit. Sic Burm. Martial. 10, 59 Diues et ex omni posita est instructa macello Coena tibi: sed te mattea sola iuuat. Ita MSS. Gruteriani.

Al. mactea. Al. mattya. Quidam etiam iuuant, ut sit neutrum plurale. Mart. 13, 89 (92) Inter aues turdus, si quid me iudice certum est, Inter quadrupedes mattea prima lepus. Sic Gruter. ex MSS. quidam iuattya. Vulg. ex emendatione eius, qui macteam non intelligeret, gloria Sen. Controu. 27 Cum multitudo postularet, ut Romam Sabinus cum Turdo proficisceretur, Sabinus silentio facto ait, Ego ad Caesarem non sum iturus cum mattea. Alludit ad turdum auem, quam inter matteas esse, e Petronio vidimus. Tertull. de testim. Anim. 4 Vocas porro securos, si quando extra portam cum opsoniis et matteis tibi potius parentans, ad busta recedis, de epulis sepulcralibus. Turn. 22, 6 restitui vult etiam Varroni de L. L. 4, 22 p. 29, 10 Macteae ab eo quod Graeci *ματτήν*.

MACTEOLA, ae. f. Dimin. Arnobius 7 p. 231 Frustrilla haec paruula pro suauibus macteolis (Macteolis, Matteolis al.) sumunt.

MACTICVS, a, um. Qui habet magnas malas, et os patens, quasi Malacticus. Festus habere dicitur: sed non inueniebam.

MACTO, are. [*μαίνω, θύω, σφάττω*] Interficere. Virg. Aen. 4, 57 Mactant lectas de more bidentes. Vbi Seruius, Mactant, Verbum facrorum, *κατὰ ἐπιθυμίαν*, dictum, ut adolere, nam mactare est proprio magis augere. Mallem esse quasi Magitare. Cic. in Pison. 16 Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinae busto vobis ducibus mactatus essem. Caprum mactare Ouid. Fast. 2, 445. Sic fatus meritos aris mactauit honores, Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo Virg. Aen. 3, 118. Gloriam et vltioni aliquem mactare Tacit. Ann. 2, 13. Iuuenos mactare Virg. Aen. 6, 38. Ofco mactare, In Orcum demittere et praecipitare Liu. 9, 40. Cic. in Catil. 1, 27 f. extr. Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Me dede morti, noxium macta caput Sen. Med. 1005.

¶ 2 Scilicet proprie Mactio, dictum est quasi Magis aucto, i. Augeo. Nam prius quam victimam immolarent, thus ac vinum super eam fundebant. Vnde mactum esse taurum dicebant, ture vel vino cumulatam hostiam, et magis auctam. Haec fere Seruius ad Aen. 4, 57. et 9, 641. Et sane Mactare, pro Augere usurparunt veteres e Cic. de Repub. 6. Ferunt laudibus, mactant honoribus Nonius 4, 291. Cic. in Vatin. c. 6 Cum puerorum extis Deos manes mactare soleas. Sic Arnob. 1 p. 24 Liberum patrem sanorum consecratione mactatis. Idem 7 p. 228 Primum quod Dii boni male non queant facere, etiamsi nullo fuerint honore mactati. Lactant. 5, 9 Eos laudant et honoribus mactant. Non. l. c. Mactare, Honorare. Plaut. Tamen honeste mactatum reducam domum. Accius Didascalico 1 Sapientiaeque inuictae gratia atque honoris patera Nestorem mactauit aurea. Arnob. 5 p. 160 Historiam — perpetuitatis honore mactastis. Id. 7 p. 221 Cum honorari ab homine Deus dicitur, et muneris alicuius oblatione mactari. Et mox: Ut inferior Deus sit, qui honoribus mactatur humanis: homo vero sublimior, qui auget potentiam numinis.

Sic p. 222 Dei munus et honor est? mactanturque hoc illi? Etiam cum accusatiuo rei, Varro de Vita Pop. Rom. ap. Non. l. c. Quod Kalendis Iuniis et publice et priuatim fauatam (fabatam) pulstem Dis mactat. Hinc charientismo quodam et lepore dicendi ¶ 3 Mactare, pro malo afficere, seu male tractare ponitur: ut docet Nonius l. c. Sic Plaut. Curcul. 4, 3, 5 Non pol nunc ego te mediocri mactio infortunio: sed eopse illo, quo mactare soleo cui nihil debeo. Add. Terent. Phorm. 5, 8, 39. Malo et damno mactare Plaut. Aulul. 3, 5, 61. Cic. pro Cael. 36 Post te continuo fecit idem in duobus prodigiis Reip. Clodius, quo etiam maiore malo es mactandus. Re magna mala mactari cupis Plaut. Most. 1, 1, 58. Si sapiam, hoc, quod me mactat, concinnem lutum, i. Affligit Plaut. Rud. 1, 2, 8. Cic. pro Flacco c. 22 Huic illi legato — patronum suum — mactandum ciuitatis testimonio tradidissent, i. iugulandum opprimendum. Id. Verr. 4, 26 Ius ciuitatis supplicio mactatum, i. ciuis Romanus, ob id ipsum, quod se diceret ciuem, in crucem sublatum. Mactare, Praecipitare. Accius Antenoridis, Qui aut illorum copias fundam in campo, aut naues vram, aut castra mactabo in mare Nonius c. l.

MACTANS, Partic. Opis expertes Mactans Lanigeras tanquam pecudes Lucret. 6, 1239.

MACTATVS, a, um. Partic. [*τεθνημένος*] Hostia mactata Hor. Carm. 1, 19, 16. Caper Bacchi mactatus ad aras Ouid. Met. 15, 114. Sed ¶ 2 Animas immortalitatis conditione mactatas, Arnob. 2 p. 63. i. auctas.

MACTANDVS, a, um. Aliud Partic. [*θύσις*] Mactanda virgo est Thesiali busto ducis Senec. Troad. 4.

MACTATVS, us. m. [*θύσις*] Immolatio, mactatio. Lucret. 1, 100 Nubendi tempore in ipso Hostia concideret mactatu moesta parentis. De Iphianassa.

MACTATIO, onis. f. Arnob. 7 p. 213 Innoxiorum animantium mactatione laetari. Vid. Isid. 6, 19.

MACTATOR, oris. m. [*θύσις*] Seneca Troad. 1002 Perge mactator senum.

MACTABILIS, e. Quod mactare potest, i. interficere. Lucret. 6, 805 At quum membra hominis percepit feruida febris: Tum fit

odor vini plagae maetabilis instar. *Alii legunt Manabilis, sed corrupte. Locus vehementer vexatus. Sed de lectione et significatione huius vocabuli vix dubitandum.*

- MACTVS, a, um. Origine sua videtur Participium verbi obsoleti  
 5 Magere, quod idem significasse putamus, quod augere, quodque se habeat ad aduerbium Magis ita, ut Graecum *μαγν* ad *μῶνυ*. Certe in eodem fonte sunt magis, maginus contracte magnus maior quasi maior, maximus pro magissimus: tum ut ex Ago agito, ita ex Mago Magito contracte  
 10 Maeto: ex eodem Mago est Magitus Maetus, ut pro agitus actus, pro augitus auctus etc. Certe Maetum esse auctum, verbatim docent Grammatici. Festus, Maetus, ait, magis auctus. Seruius ad Aen. 9, 641 Maete, magis aucte etc. Ac videtur satis late olim patuisse, ut indicat Lucret. 5, 1238 Vt nunc saepe boues Lucae ferro male maetae Diffugiunt, fera facta suis cum multa dedere, i. elephantes malo aucti, male mulcati, primo suos retro eundo obserunt, deinde plane diffugiunt. Haec optima lectio, quam librorum auctoritas firmat, et claritas sententiae. Laudat Plin. 17, 9 l. 6 e Catonis 37 Circum salicta herbam altani. Notat ad Catonem Victorius in vetusto Plinio maetam legi: actam e MSS. profert Dalecampius, unde posteriores auctam fecisse videntur. Nisi quis  
 20 maetam interpretatus est auctam. Certe si ponas ita scriptum herba maetam, sollemni librorum more continuatis verbis et in, quod geminari debebat, semel posito; unde reliqua varietas nata sit, intelliges. Maeta munerera apud Sallustium in libris scriptis fuisse, et apud Terentium maetas partes, et maetum infortunio Chremetem, contendit Ia. Mell. Palmerius  
 25 Spicil. ad Plauti Mil. Facis Grut. Tom. 4 p. 673. Si Sallustii Jug. 13 et 80 respicit, ubi munerum mentio est, nihil praesidii suppeditat Cortiana diligentia. Nec hodie sunt apud Terentium, puto, maetae partes: nisi quod Heaut. 4, 5, 50 possit legi Omnes te in laeta et bene maeta parti putant, pro bene acta. Bentl. ita: omnes te in laeta esse et bene  
 30 aucta (quid nisi maeta?) re putant. De Chremete est locus Phorm. 5, 9, 45 ubi sic Bentl. Faxo eum tali maetatum atque hic est infortunio. Ista ergo non satis firma. Sed illud tamen manet, Maetum esse auctum. ¶ 2 Speciatim vtuntur hoc verbo in sacrificiorum verbis sollemnibus. Seruius ad Aen. 9, 641 Est sermo tractus a sacris. Quotiens enim aut tus  
 35 aut vinum super victimam fundebatur, dicebant, Maetus est taurus vel vino vel ture, hoc est, cumulata est hostia et magis aucta: Seruius formulas paullo alias Cato de R. R. verbi causa 132, 1 Iupiter dapalis — maete hac illace dape pollucenda esto. Et c. 134, 2 Iupiter te  
 40 Et mox, Maete vino inferio esto. — Iupiter maete fercto esto. Et 139 Harumce rerum ergo maete hoc porco piaculo immolando esto. Quid sibi velit Maete pro Maetus, deinde videbimus. Iam ipsam formulae vim declarabimus ex Arnobio 7 p. 236 Operae pretium est etiam verba ipsa depromere, quibus, cum vinum datur, vti ac supplicare  
 45 consuetudo est. Maetus hoc vino inferio esto — Postquam ter posuit formulam, et quid sibi vellet vinum inferium declarauit, addit. Quid est hoc aliud quam dicere, tantum esto maetus, quantum volo; tantum amplificatus quantum iubeo; tantum honoris assumito, quantum te habere decerno etc. Est igitur hic quoque maetus auctus, amplifi-  
 50 ficatus, honoratus. ¶ 3 Maetus virtute dicitur, si audimus Donatum edit. secund. p. 1750 pr. ut dignus munere. Etiam hic licet auctum intelligere. Ab hoc nominatio singulari sine dubio est Plur. Maeti v. g. Liu. 7, 36 Maeti virtute milites Romani este; Vestrum iter ac reditum omnia saecula laudibus ferent. Plin. 2, 12 ad Astro-  
 55 nomos, Maeti ingenio este caeli interpretes rerumque naturae capaces. Sic edit. antiquae et Dalec. item Hard. Sed maete Elzeu. Curt. 4, 1, 18 Vos quidem maeti virtute estote. In his non est dubium, quin sit nomen aut participium adeo, maeti este, i. aucti, ornati hac virtute este, crescite: Sed frequentior multo positio Maete: eaque vel sine verbo, ut apud  
 60 Non, 4, 291 Accius, Maete his armis, maete virtute patris. Virg. Aen. 9, 64 Maete noua virtute puer! sic itur ad astra. Martial. 12, 6 Maete animi, quem rarus habet, morumque tuorum. Sil. 4, 477 Maete o maete indole sacra, Vera Iouis proles i. o Scipio, qui es proles. Sic Val. Flacc. 6, 547 Maete, ait, o nostrum genus, et iam certa propa-  
 65 go. Stat. Theb. 7, 280 Maete animo iuuenis. ubi Glossae et Scholia Vet. apud Barthium, i. Laudande propter magnanimitatem et contemptum periculorum. Maete, i. virtute plene. Nec aliter Lutatius s. Lactantius est, ut si diceret perfectae indolis iuuenis. Id. Stat. Theb. 2, 495 Maete animi tantis qui dignus crederis armis. Gloss. Probus es et fortis. Cic. Tusc. 1, 40 c. 17 A. Errare mehercule malo cum Platone — M. Maete virtute. Ego enim ipse cum eodem ipso non inuitus errauerim. Redimus ad Poetas. Sil. 12, 256 Maete o virtutis auitae Maete Antenoride. Stat. Theb. 2, 495 Maete animi, tantis dignus qui crederis armis. Stat. Silu. 1, 2, 201 Maete tori-  
 70 ris, Latios inter placidissime vates. Claudian. in Stilic. 3, 200 Maete nouis Consul titulis. In his non temere dubitabit quisquam, quin Maete vel vocatiuus sit, vel interiectio inde orta. Sic et Plin. Paneg. 46, 5 Maete hac grauitatis gloria Caesar, qua consecutus es etc. Et 89, 3 Maete vterque ingenti in remp. merito, cui hoc tantum boni contulisti.  
 80 Gratulandi et hortandi vbique vox est. Interdum adiicitur verbum esto. Seneca Epist. 66 Maete virtute esto sanguinolentis et ex acie redeuntibus dicitur. Lucil. ap. Non. 4, 291 Maete, inquam, virtute, simulque his versibus esto: ubi versus, velut res sacra aut hostia offeruntur. vid. n. 2. Turpil. Maete virtute esto. Pacuuius  
 85 Maete esto virtute operaque Mart. 4, 13 Maete esto taedis o Hymenae tuis i. taedas tibi, o Hymenae, has accendimus: vel etiam, salue cum taedis tuis. Liu. 7, 10 Dictator Maete, inquit virtute ac pietate in patrem patriamque T. Manli esto. Perge, et nomen Rom. inuictum, iuuantibus Dis, praesta. Id. 4, 14 Maete virtute, Seruili, esto, liberata republica. Et 23, 15 Itaque maete virtute esto, Apud me tibi omnis honos atque omne praemium erit. Horat. Sat. 1, 2, 31 Quidam notus homo cum exiret fornice, Maete Virtute esto, inquit sententia dia Catonis. Petron. 94 O felicem matrem tuam, quae te talem peperit. Maete virtute esto. Raram facit mi-  
 95 suram cum sapientia forma. In talibus quaeri in primis potest, ad quam partem orationis referendum sit Maete. Vulgo sequuntur Grammatici Seruii sententiam, qui ad Aen. 9, 641 vult esse Vocatiuum, positum pro Nominatiuo. Et esse Poetis non infrequentem figuram cum secundis personis verborum iungere vocatiuum, ubi nominatiuo opus erat, satis constat. Vid. v. g. Vechner. Hellenol. 1, 2, 13. Et militat pro hac opinione posterior syllaba correpta. Itaque etiam Ios. Scaliger in hac sententia est epist. ad Franc. Vertanianum in Opusculis a Casaubono editis p. 270. Et Voss. de Analog. 1, 47. Sed pro aduerbio erudite et calide propugnat Io. Brunsmannus libello, cui titulum fecit, Particula aduerbium, exhibens maete in accusatiuo et vocatiuo funeratam, in aduerbio reuiuiscens  
 105 iuxta

*iuxta ac faculam adverbialium dictionum pro adiectiuis usurpatarum, Hafn. 1680, 8. Naturam certe vocatiui interdum exiit, ut Liu. 2, 12 Iubere macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus stare, in quo consentiant MSS. ut frustra mactum subsituant viri docti. Sic Cic. Att. 15 extr. Seruulos autem dicere, eum et agripetas eiectos a Buthroitiis. Macte! Sed amabo te, perscribe mihi totum negotium. Sic positum Macte! ut Euge etc. Claudimus hanc disputationem in loco Flori 2, 18 extr. quem ita legendum et interpungendum putamus. Agit de Numantinis. Duces suos seque, patriamque, ferro et veneno, subiectoque vndique igne peremerunt. Macte! Fortissimam et meo iudicio beatissimam in ipsis malis ciuitatem! Asseruit cum fide socios etc. Sic fere Freinshemius, nisi quod Macte ciuitatem iunxit, ut Bene me, bene te, bene nos, bene Messalam.*

**MACTRA**, ae. f. *Graeca vox, quam idem plane significare ac μάκτραν, obseruat Gell. 13, 24. i. arcam panariam, vel vas, in quo subigitur panis. Volunt illam vocem quidam restituere Petronio c. 74 et pro corruptis fede machillam illam sustuli legere sed de mactra, vel MACTRILLA illam sustuli i. de pistrino et panificio. Vid. Lex. apud Vulcan. p. 265 Magidem μάκτραν.*

**MACVLA**, ae. f. [*μάλα, σπιλος, μῶμος*] *Labes, sive sordes. Plin. 20, 8 l. 28 de beta siluestri Aqua et e radice coctae maculas vestium elui dicunt. Sed et pars quaeque diuersicolor Macula est. Lucentes maculae marmoris Stat. Silu. 1, 5, 38. Pullis maculis infuscate veller aries Virg. Georg. 3, 389. Plaut. Capt. 3, 4, 24 Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Plin. 13, 15 Maculaeue discolors. Nigrae maculae sub aduerso pectore Ouid. Amor. 3, 5, 43. Squalentes auro Virg. Georg. 4, 643. Insignis bos maculis Id. ibid. 3, 55. Albis maculis bicolor equus Idem Aen. 5, 566. Conf. Id. 9, 49. Emendare, Extrahere maculas Plin. 20, 13. Fugare maculas ore Ouid. de Medic. faciei 78. Increscunt maculae ac Verrucae, vid. INCRESCO. Tollere maculas e facie Plin. 20, 2.*

*Metaphor. Macula, Infamia. Cic. Verr. 1, 11 Cuius ut adolescentiae maculas, ignominiasque praeteream. Ter. Adelph. 5, 8, 32 Vitium commune omnium est, Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus: hanc maculam nos decet effugere. Cic. pro Corn. Balb. 15 c. 6 'Est huius saeculi labes quaedam et macula virtuti inuidere. Id. pro Rosc. Com. 133 Legationis ipsius caerimoniam polluerit, maculaeque Affecerit. Aspergere maculis, vid. ASPERGO. Concipere, vid. CONCIPIO.*

*Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta Cic. pro Lege Manil. 7. Id. pro Sext. 63 c. 29 Illa in Repub. macula regni publicati maneret, quam nemo iam posset eluere. Imprimere maculam laudibus Senec. Herc. Oct. 11. Macula quae penitus iam insedit, atque inueterauit in Populi Romani nomine, vid. INSIDEO, et INVETERO. Inurere aeternas maculas alicui, quas reliqua vita eluere non possit Cic. in Sallust. 16. Luere maculas sanguine, vid. LVO. Susceptam delere Cic. pro Lege Manil. 7 c. 3. Paucae maculae in carmine Hor. de Arte Poet. 352.*

*Macula, Foramen retis, seu plagae Cic. Verr. 5, 27 c. 11 Reticulumque ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae. Varr. de R. R. 3, 11 Idque septum totum rete grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila possit, neue ex ea eublare anas. Distincta maculis retia Ouid. Epist. 5, 19. Add. Auson. Epist. 21 ad Thebonem, Nemesian. Cynege. v. 30.*

*Macula etiam dicitur gemma Aelicardios Plin. 37, 10 extr. MACVLOSVS, a, um. Adi. [*σπιλωτός, κατάσικτος*] Maculis deformis, certe conspicuus. Cic. Philipp. 2, 73 Auctionis vero miserabilis adspetus, vestis Pompeii non multa, eaque maculosa. Virg. Aen. 1, 327 Succinctam pharetra, et maculosae tegmine lyncis. Plin. 35, 6 Glebis suis colos, extra maculosus. Cutis maculosa Plin. 26, 1. Fulgor maculosus squamam incendebat auro, de serpente Virg. Aen. 5, 87. Litera maculosa suffusas habet lituras Ouid. Trist. 3, 1, 15. Maculosa myrrha Martial. 10, 80. Notis grandibus maculosus, serpens Virg. Georg. 3, 427. Vellere maculoso velat corpus Ouid. Met. 3, 197. Maculosus homo, per translationem, pro Immundo et impuro. Cic. Att. 1, 13 (16) Non enim vnquam turpior in ludo talario confessus fuit, maculosi Senatores, nudi Equites, Tribuni etc. Iupiter in expugnanda feminarum pudicitia maculosus Lactant. 1, 10 sub fin. Auaritia, et libidine foedus, et maculosus Tacit. Hist. 1, 7, 2. Dedecore maculosus Id. ibid. 3, 38, 6. Nefas maculosum Hor. Carm. 4, 5, 22. Oratio maculosa Petron. c. 2. opponitur pudicae, et est quasi meretricio fuce imbuta: vid. Berger. de Pulchrit. orat. p. 11 seq. Add. MACVLATVS.*

*MACVLO, are. [*σπιλώω*] Deturpare, foedare. Plaut. Capt. 3, 4, 24 Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Metaph. Plin. Epist. 6, 31 Nupta haec Tribuno militum honores petitorio, et suam, et mariti dignitatem, Centurionis amore maculauerat. Terram tabo maculant Virg. Aen. 3, 29. Ferrum maculauit sanguine Ouid. Met. 7, 315. Gloriam turpi morte Nep. 4, 5, 4. Nomen alicuius crimine Virg. Aen. 10, 851. Cic. de Arusp. Resp. 27 c. 13 Quo minus castissimos ludos omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet. Maculare partus suos parricidio, sanguine parentum liberos vel nepotes respergere Liu. 1, 13 pr. Sanguine maculans sola terrae Catul. 61 (64) 7. Metus poenarum maculat praemia vitae Lucret. 5, 1150.*

*MACVLATVS, a, um. Inquinatus. It. de ornatu: Perque leuem et multo maculatam murice Tigrim. Val. Flacc. 6, 704. MACVLABILIS, vnde IMMACVLABILIS, v. v. MACVLATIO, onis. f. Firmic. 1, 3 Ignauus ille vir, et omni infamia maculationeque pollutus. Item 3, 15 Matrem ignobilem, vel aliqua infamiae faciet maculatione pollutam. Maculationibus conuariat Apul. Apol. p. 306.*

## M A D

**MADAROSIS**. [*μαδάρωσις*] *Latino Glabritas, medicis affectio est, vbi ex palpebris desluunt pili. De hac Cels. Galen. et alii, ut refert Cael. 19, 1.*

**MADAVRA**. [*Μαδάυρα*] *Ciuitas in consinio Getuliae, et Numidiae, a qua Apuleius MADAVRENSIS est vocatus.*

**MADEFACIO**, vid. paullo post.

**MADEO**, ui, ere. [*μάδωρος ἐμὴ*] *Madidum esse, et humore aliquo conspersum. Plin. 8, 25 Tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis praeterquam si humore madeat: de Hippopotamo. Plaut. Most. 1, 3, 9 nugatoria allegoria de meretrice adolescens, Haec illa est tempestas mea, mihi quae modestiam omnem detexit, tectus qua fui: quam mihi amor et cupido in pectus perpluit meum: neque iam vnquam obti-*

- gere possim. Madent iam in corde parietes. Ensis cruore ma-  
 duit Ouid. Met. 13, 389. Lucan. 1, 95 Fraterno primi maduerunt  
 sanguine muri. Genae madent imbre tristi Catul. 66 (68) 56. Hu-  
 mus madebit caelesti rore sparsa Ouid. Fast. 1, 312. Natabant pau-  
 5 menta vino, madebant parietes Cic. Philipp. 2, 105 c. 41. Poetula ma-  
 deant generoso Baccho Tibul. 3, 6, 5. — Vindemia madet nimbis con-  
 tinuis Martial. 1, 27. ¶ 2 Ad ebrietatem refertur! VINO mem-  
 bra madent Plaut. Truc. 4, 4, 2. VINO madere Martial. 11, 16.  
 Apul. Met. 3 p. 137, 21 Crapula madens. Madet homo Plaut. Most.  
 10 1, 4, 7. i. ebrius est. Conf. Drakenb. ad Sil. 12, 18. Mero Tibul.  
 2, 2, 8. Id. 2, 1, 30 Vina diem celebrem non festa luce madere Est  
 rubor, errantes et male ferre pedes. Mens madet Lucret. 3, 478.  
 in descriptione ebrii. Sed noua metaphora, Metu madere: h. e. Prae  
 timore sudore aspersum esse Plaut. Most. 2, 1, 48. vel, metu ebrium quasi,  
 15 i. plenum esse. Sermonibus Socratis madet Hor. Carm. 3, 21, 9. Ma-  
 det, i. Refertus et plenus, et quasi ebrius est praeceptis Socraticis. Hoc  
 enim magis placet, quam quod Acron ait, Madet, i. Fluit. Martial. 7,  
 78 Cuius Cecropia pectora voce madent. Diuitiis madent fercula  
 Propert. 4, 4, 76. Arte madent simulacra, et docta vagantur? Iro-  
 20 nice de spectris Epicuri Lucret. 4, 793. Madere, pro Coqui. Virg.  
 Georg. 1, 196 Et quamuis igni exiguo properata maderent. Plaut.  
 Perf. 1, 3, 12 Collyrae facile madeant, et coliphia. Idem Men. 2, 2,  
 51 Iam ergo haec madebunt faxo, nihil morabitur. Rursum Aul. 1,  
 3, 28 Madida quae mihi apposita, i. Cocta.  
 25 M A D E N S, entis. Partic. [μάδυνος ὄν] Humore aliquo conspersus.  
 Cic. Post Red. in Senat. 12 Primum processit: qua auctoritate vir? vi-  
 ni, somni, stupri plenus, madenti coma, composito capillo, i. Vnguen-  
 to illita et uncta. Ense madens, i. Cruore madens hausto ab ense Stat.  
 Theb. 3, 230. Fletu madens os Ouid. Trist. 3, 5, 12. Madens pro  
 30 Coctus. Caules Samonic. 295. Siliquae Id. 315. Oculis madens,  
 Flens Stat. Silu. 5, 3, 58. Sanguine madens vestis, apud Quinctil. 6,  
 2. de praetexta Caesaris interfecti. Sudore madens Petron. c. 6.  
 M A D E S C O, ère. [μαδύσκειναι, διαίνομαι] Humescere vel hume-  
 scari. Partes corporis paullum madescunt Cels. 3, 6. Pro coqui Co-  
 35 lumel. 11, 3, 23 Haec enim res efficit, vt in coctura celerius madescat,  
 et viridem colorem sine nitro conferuet. De brassica transferenda  
 loquitur. Sic Col. 10, 398 de cucumere Rigoque madescit luteus  
 aruo, i. mollescit, percoquitur, coqui enim dicuntur, quae murescunt,  
 madere autem et madescere idem esse quod coqui obseruamus. De co-  
 40 ctione Apic. 8, 1 Aqua marina aprum elixas, quousque madescat:  
 corium ei tolles. Madescere, etiam extrinsecus dicitur. Claud. de  
 Rapt. Profert. 3, 311 Largis tunc imbribus ora madescunt. Tellus ma-  
 descit nubibus Ouid. Met. 1, 65.  
 M A D E F A C I O, èci, actum, ère. [μαδύσκειναι, διαίνω] Inficere,  
 45 et humore adspargere. Cic. de Diuin. 1, 68 c. 32 Vaticinatum, mada-  
 factum iri minus XXX diebus, Graeciam sanguine. Virides mada-  
 fecerat herbas Sanguis fufus Virg. Aen. 5, 330. Madefacere terram  
 Columel. 2, 4. Plaut. Pseud. 1, 2, 51 VINO — vos vestros pantices-  
 que adeo madefacitis, cum ego sim hic sicus.  
 50 M A D E F I O, èri. [διαίνομαι] Extrinsecus aqua, aliove liquore  
 adspergi. Sueton. in Caes. 64 Quum decidisset in mare, per ducentos  
 passus euasit ad proximam nauem elata laetia, ne libelli, quos tene-  
 bat, madefierent. Caede madefieri Ouid. Met. 15, 824. Sepul-  
 cra madefient caede Catul. Argon. 62, 368. Tyrio madefactus tem-  
 55 pora nardo Tibull. 3, 7, 31. Imbuti sanguine Gladii, madefacti prae-  
 lio Cic. Phil. 14, 6 c. 3 pr. Plumae madefactae sanguine Ouid. Met.  
 6, 529. Terra madefacta cruore Id. Met. 8, 402. Apic. 3, 15 extr.  
 Caules madefactos in aqua absinthii contegito.  
 M A D E F A C T I O, ònis. f. Octau. Hor. 1, 2.  
 60 M A D E F A C T O, àre. Venant. Fortun. 1, 21, 26. Plauto Pseud.  
 1, 2, 51 etiam tribuitur a Nonio 4, 426. Hodie legitur Madefacitis,  
 vt vidimus.  
 M A D I F I C O, àre. Plin. 28, 7.  
 M A D I D V S, a, um. Adi. [ύγρε, μάδυνος, δύγρος] Aliquo liquo-  
 65 re respersus. Cui opponitur Siccus. Plin. 13, 24 Hieme vero quod  
 inaruit, madidum. Alis madidis euolat Notus Ouid. Met. 1, 264.  
 Barba Id. ib. 1, 339. Capilli madidi myrrha Id. ibid. 5, 53. Ille  
 Fasciculus totus aqua madidus mihi redditus Cic. ad Q. Fratr. 2, 11.  
 Genae Ouid. de Arte Am. 1, 660. Palus Ouid. de Arte Am. 1, 554.  
 70 Vestis Virg. Aen. 5, 179. ¶ 2 Vt verbum Madere, ita hoc no-  
 men de iis adhibetur, quae coquendo mollita sunt. vt Cortex fiat madida  
 Scribon. 248. Mala fiunt madida Scrib. 41. III. 158. Collyrae facite vt  
 madeant et colliphia: ne mihi incocta detis. — nihil sunt crudae,  
 nisi quas madidas glutias Plaut. Perf. 1, 3, 12. Conf. Doufa Praeacid.  
 75 in Petron. c. 1. ¶ 3 Madidus, pro Ebrius ponitur aliquando,  
 quemadmodum prius Madere vino positum est. Plaut. Amph. 3, 4, 18  
 Faciam vt sit madidus sobrius, i. Efficiam, vt videatur ebrius, quum ni-  
 hil biberit. Nempe imbutum significat, Martial. 5, 24 Non nisi vel coc-  
 co madida, vel murice tincta. Et Metaph. Idem 1, 40 Si quis Ce-  
 80 cropiae madidus Latiaeque Mineruae Artibus. Compar. Semina  
 madidiora Plin. 27, 5 c. 21.  
 M A D I D E. Adu. Plaut. Pseud. 5, 2, 7 Non vides me vt madi-  
 de madeam.  
 M A D I D O, àre. [ύγραινω] Madidum esse. Claud. de Rapt. Pro-  
 85 ferp. 2, 88 Ille nouo madidantes nectare pennas Concutit, et glebas foe-  
 cundo rore maritat. i. Imbutas, madidas. Sed actiue Proluuie line-  
 rent et madidarent se sua Arnob. l. 2. Mero multo madidari Id. l. 5.  
 Madidatae spongiae Apul. Met. l. 8. Madidata ex imbribus arua  
 Arnob. l. 1.  
 90 M A D O R, òris. m. [ύγροτα] Humiditas. Sallust. apud Non. 2,  
 534 Quasi par in oppido festinatio, et ingens terror erat, ne ex latere  
 noua munimenta madore infirmarentur. Add. Ammian. 17, 15. et 20,  
 14. Arnob. 2 p. 70.  
 M A D O N, i. n. Vitis alba alias dicitur, teste Plin. 23, 1 qui et  
 95 ista habet Huius sarmenta longis et exilibus internodiis geniculata scan-  
 dunt. Folia habet pampinosa, ad similitudinem hederæ.  
 M A D V L S A, ae. m. [μάδυσος] Ebrius, quia madidus satis vino fit.  
 Plaut. Pseud. 5, 1, 7. Apud Fest. Madusa, sine L, legitur his verbis;  
 Madusa, Ebrius, a Graeco μάδυν, deductum: vel quia madidus sit vi-  
 100 no. Sed etiam hic quibusdam Madulsa magis placet.

## M A E

- M A E A N D E R, dri. m. [Μαλαυνδα] Cum Diphsongo, qui et MAE-  
 105 A N D R V S, Fluuius Phrygiae sine Maeoniae, ita sinuosis fluxibus, vt saepe  
 Y tredatur



*credatur ad fontem reuertit. Per Phrygiam currit, Lydiamque distinguit a Caria. Personam faciunt Poëtae et hunc fluuium, dantque illi Cyaneen filiam, e qua Miletus Caunum et Byblida sustulerit. Ouid. Met. 9, 450. sq. De vario eius flexu Ouid. Met. 8, 162 Non secus ac liquidus Phrygiis Maeander in aruis Ludit et ambiguo lapsu resluitque, fluitque. Add. Sil. 7, 139. Plin. 5, 29 Maeander ortus e lacu in monte Aulocrene, etc. Apamenam primum peruagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargylleticos campos: postremo Cariam placidus, omnesque eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimum a Mileto stadium lenis illabitur mari. Vagus Maeander incerta vnda ludit Senec. Herc. fur. 5, 9. Maeandri. Erasmus, Quum res agitur non simpliciter, sed vaftris et obliquis consiliis, Maeandros dicimus: metaphora sumta a fluuio Maeandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: vnde et nomen habere videtur, quasi oberret, quaerens hominum consortia. Cic. in Pison. 53 c. 22 Quis tu Maeandros, dum omnes solitudines persequeris, quae diuerticula, flexionesque quaesisti? tortuose serpens. Qui mille per Maeandros Fraudisque flexuosas Agitas quietacorda Prudent. Cath. 6, 141. Maeandri more: h. e. Flexuose et tortuose Columel. 8, 17. Virg. Aen. 5, 251 Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura, Maeandro duplici Meliboea concurrat. Vbi Seruius, Maeandro duplici, flexuoso. Et hoc dicit, Erat. in chlamyde, flexuosa, et in se remeabilis purpura, in modum Maeandri fluminis Cariae prouinciae. Festus neutro genere dicit, Maeandrum, inquit, genus picturae, dictum est a similitudine flexus annis, qui appellatur Maeandrus. Add. Non. 2, 550.*

**MAEANDRIVS**, a, um. Adi. Ouid. Met. 9, 573 Iuuenis Maeandrius, Ceunus, qui cum Byblidae sorore ex Cyaneae Maeandri filia natus erat.

**MAEANDRICVS**, a, um. Adi. Tertull. de Pallio c. 4 Fluxus Maeandricus, Salmas. restituit, Menandricus, quem vid. p. 339.

**MAEANDRĀTVS**, a, um. Adi. antiquum. Varr. Mihi facies maeandrata, et vermiculata, atque etiam adeo ingens (alii cingens) orbem terrae. Ex Non. 2, 550. Conf. Heinsf. ad Prudent. Cath. 6, 141 p. 13.

**MAECENAS**, ātis. m. [Μαινακ] Sic enim scribendum est, non ut quidam, Moecenas, vel ut alii, Mecenas, Cilnorum cognomen. Plures fuerunt Romani, qui hoc nomine vsi sunt. Primus omnium memoratur a Silio 10, 40. Proximus ab illo est, cuius mentionem fecit Cicero pro Cluent. 153. Fuit autem celeberrimus ille, qui tempore Augusti floruit, ab Hetruriae regibus oriundus, cui, tanquam unico literarum ac litteratorum patrono, Virgilius Georgica sua, et Horatius primum Carminum suorum inscripsit. Hinc Martial. 8, 56 eos vocat Maecenates, qui doctis fauent, et patrocinantur. Sint Maecenates, non deerunt, Flacce, Marones. De Maecenatis vita, moribus et rebus gestis exstat liber singularis I. H. Meibomii.

**MAECENATIĀNVS**, a, um. Adi. Quod Maecenatis est. Suet. Neron. 38 Turris Maecenatiana.

**MAELIVM**, i. n. Varro de R. R. 2, 9 Maelium est cingulum circum collum ex corio firmo cum clauulis capitatis. Al. Millus, ex coniectura Scaligeri, vid. MILLVS.

**MAELIVS**, vid. MELIVS.

**MAENA**, ae. f. [μαίνα] Pisciculus marinus, non magni pretii. Cic. de Fin. 2, 91 c. 28 Qui voluptatem ipsam contemnunt, iis licet dicere, se acipenserem maenae (editur Menae) non anteponere. Sale condiebatur in orca: Perf. 3, 76 Maenaeque quod prima nondum defecerit orca. Mart. 12, 32 Fuisse gerres atque inutiles maenas, Odor impudicus vrcei fatebatur, Qualem marinae misit aura piscinae. Cum irrisione ab Arnobio 3 p. 118 Neptunus vocatur pistricum dominus atque maenarum. Plaut. Poen. 5, 5, 33 Deglupta maena conuicium in hominem impurum et contemissimum. Male enim Maenas vel Mena ibi legitur. Ouid. Halieut. 120 Fecundumque genus Maenae, Lamyrosque, Smarisque. Maenas etiam quidam inueniunt Caton. 23, 2 Menae emantur, ubi al. Bennae. Certior est locus 188 de muria probanda, Maenam aridam, vel ouum demittito: si natabit, ea muries erit, vel carnem, vel caseos, vel salsamenta quo condias. Quae de Maena diximus omnia et plura multo habet Heinsf. ad Ouid. Fast. 2, 578 Obstutum maenae torret in igne caput. De usu praesertim medico multa Io. Rhodius ad Scribon. 71. Plura suppeditare volenti potest Index Harduini in Plinium.

**MAENVLA**, ae. Plinii esse dicitur, vid. MAENOMINIA.

**MAENAS**, ādis. f. [Μαινὰς] Mulier bacchio furore concitata, a μαινῶσαι, i. furere, insanire dicta. Seneca Med. 382 Incerta qualis entheos cursus tulit, Cum iam recepto Maenas insanit deo. Sil. 3, 102 Bacchus Concutiens thyrso atque armata Maenade Calpen. Catull. de Atty f. 62, 23 Vbi capita Maenades vi iaciunt hederigerae. Ouid. Met. 11, 22 Maenades vocantur Thraciae mulieres, a quibus Orpheus discerptus est. Sic Martial. 11, 85 Ad matrem fugiat Pentheus, ad Maenadas Orpheus. Ouid. Fast. 6, 504 Lucus erat, dubium Semelae Stimulaene vocetur; Maenadas Ausonias incoluisse ferunt. Iuuenal. acerbe transfert hoc nomen ad mulieres libidine insanientes 6, 316 Cornu pariter vinoque feruntur Attonitae, crinemque rotant, vlulantque Priapi Maenades. Prop. 3, 6, 14 Seu sequitur medias Maenas ut iceta vias. Sic Brouckb. al. acta.

**MAENALVS**, i. m. et **MAENALA**, orum. [μαίναλον] Mons Arcadiae altissimus, ut auctor est Plin. 4 et amoenissimus ad Argos, ut scribit Liu. 33. Virg. Ecl. 8, 22 Maenalus, argutumque nemus, pinosque loquentes Semper habet: semper pastorum ille audit amores. Frondens Maenalus Stat. Theb. 9, 639. Pinifer Virg. Ecl. 10, 55. Maenala. Virg. Georg. 1, 17 Tua si tibi Maenala curae, Adfis o Tegeae fauens. Horrenda latebris ferarum Maenala Ouid. Met. 1, 216. Diuersitas generis est a substantiuis, quae intelliguntur. Maenalus mons, Maenala iuga, ut Graece Μαίναλον ὄρος. Seruius ad Georg. 1, 17 Menala scribis sine Diphthongo, et deriuat ἀπὸ τῶν μῆλων, ab ouibus, quibus abundat.

**MAENALIVS**, a, um. Adi. [Μαινάλιος] Quod est ex Maenalo. Vnde Bacchus dictus est Maenalius, ἀπὸ τῆς μαινομαι, quod est Furere, insanire. Siue a Maenalo Lycaonis filio. Et Aper Maenalius, quem Hercules Euristeo detulit. Et Versus Maenalius, i. Arcadicus Virg. Ecl. 8, 21. Deus Maenalius, Faunus Ouid. Fast. 4, 650. Ferae Ouid. Amor. 1, 7, 14. Nemus Stat. Theb. 9, 719. Sinus Ouid. Met. 5, 608. Siluae Ouid. de Arte Am. 2, 193.

**MAENALIS**, idos. f. Patronym. [Μαινάλιος] Ouid. Trist. 3, 11, 108 Cumque truci Borea, Maenalis vrfa videt. Positum est pro adiectiuo, i. Vrfa Maenalia, i. Arcadica, et intelligit Arcton.

**MAENARIA**. Insula est in mari Ligustico, ita dicta a Maenis piscibus, quorum ibi magna capitur copia. Meminit insulae huius Plin. 3, 6.

MAENIS, *vid.* MAENA.

MAENIA *Genus Romana*, (cuius nomen hac dipthongo scribi in denariis et lapidibus, viri docti obseruarunt) e qua C. Maenius, [Mauios] COS. Rom. anno ab Vrbe condita CCCCXVII, deuictis Antiatribus, eorum rostra nauium aerata in foro posuit, appellarique inde ea pars fori Rostra coepit. Auctor Liu. 8, 14. Plin. 34, 5. l. II de eodem, Antiquior (quam bigarum) columnarum (celebratio) sicut C. Maenio, qui deuicerat priscos Latinos — eodemque in consulatu in suggestu rostra deuictis Antiatribus fixerat Anno vrbis CCCCXVI. Haec igitur fuisse videtur Columna Maenia, cuius mentionem facit Cic. Diuin. in Caecil. 50 c. 16. et obseruat Asconius, Fures et feruos nequam apud Triumuiros capitales apud eam columnam puniri solitos. Ostendit hoc diserte Cic. pro Cluent. 38 et 39 c. 13 In Asinium (caedis suspectum) inuadunt, et ante pedes Q. Manilii, qui tum erat triumuir, constituunt — Ille Manilius ex petulanti atque improbo scurra in discordiis ciuitatis ad eam columnam, ad quam saepe multorum conuiciis perductus erat, tum suffragiis populi peruenerat. Add. COLUMNARI. Sed ponamus etiam alia Asconii verba: Maenius, cum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus (*vid.* Liu. 39, 44) vt ibi basilica aedificaretur, exceperat ius sibi vnius columnae, (forte in vicem illius ipsius, quae gloriam gentis seruabat, ante domum C. Maenii olim posita, de qua audimus modo Plinium) super quam tectum proiiceret ex prouolantibus tabulatis, vnde ipse et posteri eius spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum (quum nondum esset Amphitheatrum) in foro dabatur. Hunc domus suae venditorem volunt esse veteres Scholiastae, cuius nomine decoctores et prodigos notat Horatius Sat. 1, 3, 22. et Epist. 1, 15, 26. Ab huius porro columnae proiecto, quod memorat Asconius,

MAENIANA dicta volunt Grammatici. Diserte Non. 1, 333 Maeniana ab inuentore eorum Maenio dicta sunt, vnde et columna Maenia. Cic. Acad. 4 Item ille, quum aestuaret veterum vt Maenianorum sic Academicorum vmbram secutus est. Haec Nonius. Festus, Maeniana aedificia a Maenio sunt appellata: is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora. Similia Isidorus 15, 3 quae, licet corruptissima, tamen ad declarationem Maenianorum faciunt. Maeniana dicta sunt, quod maneamus. Maeniana collega Crassi in foro proiecit materias, vt essent loca, in quibus spectantes insisterent, quae ex nomine eius Maeniana appellatae sunt (ita melius antiqua editio 1489. quam Gotthofr. est) Haec et Solaria, quia patent Soli. Post haec alii lapide, alii materia (i. lignis) aedificauere, porticibus Maeniana et foribus et domibus adiecerunt. Vitruu. 2, 8 p. 31 Maenianorum in domibus priuatis, et 5, 1 in porticibus fori mentionem facit. Sueton. Calig. 18 Commisit et subitos (ludos) cum Gelotiana (domo) apparatus circi prospicientem pauci ex proximis Maenianis postulassent. Ammian. 27, 9 de Praetextato Praefecto vrbs in laudibus illius commemorat, Maeniana sustulit omnia, fabricari Romae priscis quoque vetita legibus, et discreuit ab aedibus sacris priuatorum parietes, iisdem inuerecunde connexos. Iauolenus l. 242 de V. S. Proiectum ita definitum ait a Labeone, quod ita prouheretur, vt nusquam requiesceret, qualia Maeniana et suggrundia essent. Paulus l. 20 ff. de feruit. praed. vrb. Idem eueniet, et si maenianum in tuum immisissum habuero. Superest vt Salmasianae sententiae mentionem faciamus, qui ad Spartiani Pesc. Nigr. extr. p. 676 nugae magnas esse sibi persuadet, quae de Maenianorum a Maenio deriuatione prodiderunt Grammatici. Ipse a moenibus descendere ait, i. peribolis, περιβολαις, loricis, quibus munirentur in circuitu Solaria contra praecipitii periculum. Sed non probauit, illam loricam dici maenia: neque analogiam deriuationis illius protulit: quae in propriis nominibus est frequentissima. Itaque liceat nobis in etymologia minime absurda manere, dum idoneis argumentis ea refellatur. Conferri possunt cognatarum rerum nomina

60 CHALCIDICVM, DOMA, ITERVM, PODIVM, PROIECTVM, BOPHORVM.

MAENOMENON, i. n. scil. Mel. [μαίνόμενον μέλι] Genus est mellis venenati, quod in Ponto ex rhododendri flore contrahitur; ita dictum ab insania quam gignit Plin. 21, 13. ¶ 2 Maenomenae videntur posteriori aetate dicti pisciculi Maenae. Certe ita interpretatur Heinsf. ad Ouid. Fast. 2, 578 locum in vita S. Ioannis Eleensynarii c. 19 Mitte restes ficatorum piscium, qui maenomenae dicuntur. Eadem sunt, si Heinsium audimus,

MAENOMINIA apud Io. Cassian. Instit. 4, 22 Pisciculi minuti, saliti; quos illi Maenomimia vocant, summa voluptas est.

MAEONIA. [Μαίονία] Lydia est, regio minoris Asiae. Vnde Maeones, populi.

MAEONIVS, a, um. Adi. [Μαίονιος] Bacchus Maeonius Virg. Georg. 4, 380. Puellae Ouid. Epist. 9, 65. Ripae Ouid. Met. 2, 252. Senex Maeonius, Homerus Stat. Silu. 2, 1, 117. Homerus Maeonius Hor. Carm. 4, 9, 5. Maeonius, absolute, dictus est Homerus. Martial. 14, 183 Perlege Maeonio cantatas carmine ranas. Carmen Maeonium, Homericum Hor. Carm. 1, 6, 2. Carmine Maeonio confurgere Ouid. ex Pont. 3, 3, 31. Chartis Maeoniis condere aliquid Ouid. ex Pont. 4, 12, 27. Maeonius Automedon, titulus erat Satirae cuiusdam Varronis, quo nomine significabantur iuuentutis institutores rectoresque, eam Homeri et Poetarum scriptis erudientes. Sic Turneb.

MAEONIDAE, arum. Lydii Virg. Aen. 11, 759.

MAEONIDES. [Μαίονιδες] per excellentiam dicitur Homerus. Martial. 5, 10 Et sua riserunt faecula Maeoniden.

MAEONIS. f. [Μαίονις] Ouid. Met. 6, 103 Maeonis elusam designat imagine tauri Europam. Arachnen intelligit puellam Lydiam. Idem Met. 5, 268 Felicesque vocat pariter studioque, locoque Maeonidas, i. Musas. Heinsius hic legit Mnemonidas.

MAEOTAE, arum. m. pl. [Μαίωται] Scythiae populi, a quibus Maeotidi paludi nomen est inditum. Plin. 4, 12 A Ruge super Maeotin Sauromatae, et Essedones. At per oram ad Tanaium vsque Maeotae, a quibus lacus nomen accepit.

MAEOTIS, idos. f. [Μαίωτις] Palus Scythica in regione Septentrionali iuxta Phasidis ostium, frigore congelascens, vt ait Seruius. Cic. Tusc. 5, 49 c. 17 refert antiquum epigramma in Scipionem Africanum, A sole exoriente, supra Maeotis paludes, Nemo est, qui facis aequiperare queat. Solida Maeotis Stat. Theb. 12, 526. i. Gelu concreta.

MAEOTIS, idis. Patronym. f. [Μαίωτις] ap. Ouid. Epist. Sabin. 2, 9 Qui modo patriferas fudit Maeotidas armis. Intelligit Amazones. Ara Maeotis, b. e. Maeotica Iuuen. Sat. 15, 114. Aram intelligit Dianae Tauricae, cui hospites immolabantur. Hiems Maeotis Ouid. Trist. 3, 12, 2. vbi primam licenter corripuit Poeta. Verum dubia est lectio.

**MAEOTICVS**, a, um. Adi. [*Μαιωτικὸς*] Virg. Georg. 3, 349 At non quia Scythiae gentes, Maeoticaque vnda. Maeotica tellus, Scythica; cuius palus est Macotis, inquit Seru. Virg. Aen. 6, 799.

**MAERA**. [*Μαίρα*] Mulier in canem conuersa. Ouid. Met. 7, 362 Et quos Maera nouo latratu terruit agros. ¶ 2 Sed etiam

Maera canis est Icarii et Erigones comes, de quo Hygin. f. 130 ubi de Orionis cane cognomine e Graecis Munckerus. ¶ 3 Maera sacerdos Veneris apud Stat. Theb. 7, 477 ubi plures memorat Barthius.

**MAEREO**, **MAEROR**, **MAESTITIA**, vid. **MOEREO**.

**MAESIVS**, lingua Osa Maius. Fest.

**MAESON**, persona comica appellatur, aut coci, aut nautae, aut eius generis Fest. Conf. L. Caes. Rhodig. 6, 17. sc. a Maesone quodam, qui primus eiusmodi personam excogitauit.

## M A G

**MAGALIA**, f. **MAGARIA**, orum. tuguria et habitationes Poenorum. Charis. 1 p. 21 Magalia καλύβαι ἀφρώων. Mapalia καλύβαι ἀφρώων. Diomed. 1 p. 315 Magalia casae Afrorum. Seru. ad Aen. 1, 425

Miratur molem (arcis Byrsae) Aeneas, magalia quondam. Magalia antioechon est; nam debuit Magaria dicere, quia Magar

non Magal, Poenorum lingua villam significat. Cato originum primo, Magalia aedificia quasi coortes (f. cohortes) rotundas dicunt. Illi Magalia casas Poenorum pastorales dicunt. De his Sallustius, Quae Magalia sunt circumiecta ciuitati, suburbana aedificia Magalia.

Et alibi Cassius Hemina docet ita, Sinuessae Magalia circumdanda, murumque circum eam. Haec Seruius. Quod ait, Magar villam significare, Magariaque proinde verum nomen esse, firmatur a Bocharto, qui a

מגרה rad. מגר deriuat, atque habitationem, peregrinorum in primis, quales erant Poeni, interpretatur. Et viderat iam Scal. ad Festum, v. Mapalia. Multo certe haec probabiliora, Salmasiana deriuatione

a מגר falz, eiusque curuitate ad Solin. p. 220, a D. Magaria sunt Graecorum Μγαρά. Nempe speciatim de exteriori Carthagine, hoc nomen adhibetur. Seru. ad Aen. 1, 372 Carthago speciem habuit duplicis oppidi, quasi aliud alterum complecteretur: cuius interior pars Byrsa dicebatur, exterior Magalia. Huius rei testis est Cornelius Nepos

in eo libro, qui Vita illustrium inscribitur. Sic Virg. Aen. 4, 259 Vt primum alatis tetigit magalia plantis, Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem Conspicit. Fragmentum etiam Sallustianum, quod modo e Seruio ad Aen. 1, 425 protulimus ad hanc notionem referendum videtur.

Plaut. in Poen. prol. 86 A Magaribus (Carthaginis) eas qui surripuit. Nec alium sensum habet Eiusd. Perf. 1, 3, 57 Siquidem hic leno nondum sex menses Megaribus Huc est cum commigrauit. Sunt qui Mapalia et Magalia eandem rem putant, vt Seru. ad Aen. 4, 259, licet ibidem fastidatur Magalia ma producere, Mapalia vero corripere. Et locus Catonis, quem, vt modo vidimus, laudat ad Aen. 1, 425, ad Mapalia refertur a Festo. Et sic disputat etiam Cortius ad Sallust. Iug. 18, 8 Tutius tamen videtur distinguere. Conf. **MAPALIA**.

**MAGDALIA**, ac. f. Furfures, quibus manus purgantur. Canis viuens e magdalia Prouerb. vid. Erasmi Cbil.

**MAGDALIA**, orum. n. plur. Cylindri emplastrorum. Ex quibus et magdalia fiunt Marcell. Empir.

**MAGDALIS**, idis. f. quae effert, docet Scribonius Largus, Compos. 201 Dum definit feruere, emplastrum manibus subigetur; et redactum in rotundas ampliores, quas magdalidas dicunt, reponetur.

al. **MAGDALIAS**, μαγδαλιας, massas in cylindrum formatas.

**MAGINIVM**, i. n. Infesta pestis est bubulino pecori, quam maginium rustici vocant Veget. 3, 4.

**MAGIA**, **MAGICVS**, vid. **MAGVS**.

**MAGIDA**, vid. **MAGIS**.

**MAGIRVS**, i. m. vnde

**MAGIRISCIVM**, i. n. Plin. 33, 12 Fecit idem et coquos magirificia appellatos, paruulis potoriis, sed e quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere. Tam opportuna iniuriae subtilitas erat. Palam est diminutiuum esse, μάγιστος enim coquus dicitur, vnde est μάγιστανιον.

**MAGIS**, idis. f. [*μάγισ*] Magidem μάγιστον, vid. Lex. apud Vulcan. p. 265. Interpretatio a Graecis repetenda. Pollux lib. 7 Magis, inquit, et mastra, vas in quo farinae subiguntur. Et 10 Quae autem tripodibus imponuntur, et trapezae, id est mensae, et magides appellantur. Paul. in l. Seruus. D. de condiet. indebiti. Seruus cuiusdam —

magidem commodauit. Is — pignori eam posuit. Magis, Genus lanis eiusdem formae. Plin. 33, 11 Fenestella tradit tympana se iuvene appellata stateras, et lances, quas antiqui magidas appellauerant. Magida, ac, declinat Varro, atque Magidam a magnitudine dici, vid. de L. L. 4, 25.

**MAGIS**. [*μάλλον*] Aduerbiu, cum obsoleto verbo Magere cognatum, quod esse augere, diximus in **MACTVS**: item cum nomine Magnus quasi Maginus etc. Significationem ergo augmenti et accessio-

nis habet. Plaut. Curc. 3, 6 Si magis me instabunt, ad Praetorem sufferam. Accipiunt magis ad contumeliam omnia Ter. Adel. 4, 3, 15. Cic. de Amicit. 9 Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut si quisquam, ille sapiens fuit. Cic. de Amicit. 25 Tu magis id diceres Fanni, si nuper in hortis Scipionis, quum est de Rep. disputatum, affuisses, qualis tum patronus iustitiae fuit contra accuratam orationem Philii. Magis dicas, si scias quod ego scio Plaut. Mil. 5, 36. Dabimus etiam magis Plaut. Perf. 5, 2, 66. Magis est, deficere stipulationem Marcel. in l. Qui decem. §. Stichum. D. de solut. Martianus in l. Statuae. ff. de usufr. Statuae et imaginis usufructum posse relinqui magis est. Magis est, vt edicto locus sit Vlpian. in l. 3. §. vlt. D. Quib. ex caus. in possess. eat. Paul. in l. Si tibi domum. D. locat. Et si magis est quod gratuler tibi, quam quod te rogem, tamen etiam rogo, vt si quae, etc. Cic. Att. 16, 5. Magis loqui Plaut. Casin. 2, 2, 40. Magis lubet Plaut. Perf. 4, 4, 108. Magis metuo Plaut. Milit. 5, 43. Ter. Heaut. 5, 1, 16 Magis, si magis noris, putes ita rem esse. Magis quadraginta annos natus Cic. pro Rosc. Amer. 39 c. 14. Magis optandum quam sperandum, vid.

**OPTO**. Placebat Nep. 2, 3, 1. Cic. de Amicit. 20 Sed antiquior et pulchrior, et magis a natura ipsa profecta alia causa. Magis scibo, antique, pro Magis sciam Plaut. Trucul. 2, 6, 69. Magis vellem, pro Mallem Ter. Eun. 5, 7, 1. Magis vereor Ter. Heaut. 1, 2, 23. Magis vidi Plaut. Merc. 4, 3, 24. Plaut. Poen. prol. 82

Argentum, nisi qui dederit, nugas egerit: verum qui dederit, magis maiores egerit. Et Amph. 1, 1, 145 Igitur magis in modum maiorem concipiet metum. Virg. Cul. 78 Qui queat optato magis esse beator acuo. Magis, cum postiuo, implet vicem comparatiui cum casu.

105

- Ouid. Met. 2, 856 Cornua parua quidem, sed quae contendere posses  
Facta manu, puraque magis pellucida gemma, *vid. Burman. ad Quinct.*  
p. 997. Magis anxius Ouid. Met. 1, 182. ¶ 2 *Iungitur*  
*adiectiuis et aduerbiis, loco comparatiui: v. g. Magis aperte Ter.*  
5 Adelp. 4, 5, 30. Apta dona Hor. Epist. 1, 7, 47. Carus vita  
Virg. Aen. 5, 725. Deformis Quinctil. 9, 4. Dulce Plaut. Perf.  
5, 1, 12. Magis dulcius Plaut. Stich. 5, 4, 22. Elegans Ter. Eun.  
5, 4, 13. Humanum Ter. Hec. 4, 1, 39. *ubi Donatus, nota pro*  
Humanus, Terentiano more. Impense cupere Ter. Adelp. 1, 9,  
10 36. Incondite facere Varr. de L. L. 4. Indubitatus, *Certior Stat.*  
Achil. 2, 21. Lubenter Plaut. Most. 1, 3, 1. Mirum Idem Amphit.  
2, 1, 48. Molestus Ter. Eun. 3, 1, 24. Seuerus Id. Eun. 2, 1, 21.  
Similis Plaut. Amphit. 2, 2, 43. Varium Varr. de L. L. 8. Ter.  
Andr. 4, 2, 15 Non Apollinis magis verum atque hoc responsum est.  
15 Vespere, *significat Nouissimum vesper* Varr. de L. L. 8, 44. Virilis  
Quinctil. 9, 4. Sic Ter. Eun. 5, 9, 47 Ad omnia haec, magis op-  
portunus, nec magis ex vsu tuo nemo est, pro Vtilior, *inquit* Dona-  
tus. Ter. Andr. 5, 4, 52 Quia habet aliud magis ex sese, et maius.  
Cic. de Amicit. Vereor ne inuidi magis, quam amici sit. Magis id  
20 adeo Ter. Andr. 1, 1, 135. Cic. de Orat. 2, 15 Magis adeo id facili-  
tate, quam alia vlla culpa mea contingit. ¶ 3 *Mage, pro*  
*Magis, apud* Plaut. Trucul. 4, 4, 34 Quem ecastor mage amo, quam  
dudum. *Apud Terentium etiam legitur, auctore Donato. Mage*  
pollens aer Lucret. 4, 344. Phaedr. 5, 4, 11 Hoc argumentum  
25 veniam mage dari docet. *Adde* Virg. Aen. 10, 481. Lucret. 4, 79-  
et 757. *it. 5, 1204 et 1260. Plaut. Afin. 1, 1, 52. et Men. 2, 3, 35. et*  
Poen. 2, 1, 15. *et Truc. 1, 2, 74. etc.* ¶ 4 *Observationes aliae:*  
Magis, magis, *repetitum: h. e. Frequentius.* Plaut. Most. 3, 2, 13  
Quo magis ac magis ego cogito cum meo animo, *etc.* Suet. in Vitell.  
30 c. 11 Magis deinde ac magis. Cic. Att. 14, 20 (18) Itaque de Grae-  
cia quotidie magis et magis cogito. Magis atque magis clarescunt  
sonitus Virg. Aen. 2, 301. Cic. fil. Fam. 16, 21 Enitar, vt in dies  
magis magisque haec nascens de me duplicetur opinio. Catull. Ar-  
gon. 62, 274 Post vento crescente, magis magis increbrescunt. *Potest*  
35 *et legi,* Post vento crescente magis, magis increbrescunt. Cic. pro  
Planc. 60 Quaeis quid potuerit amplius assequi Plancius, si Cn. Scipio-  
nis fuisset filius? Magis aedilis fieri non potuisset: sed hoc praestare,  
quod ei minus inuideretur. Cic. in Parad. 3 Nihil huc addi potest,  
40 quo magis virtus sit. Nisi forte magis erit parricida, si quis Con-  
sularem patrem, quam si quis humilem necauerit Cic. pro Milon. 17.  
Cic. Fam. 1, 9 Quumque Pompeius ita contendisset, vt nihil vnquam  
magis. Aliquanto magis Cels. 1 praef. Nihilo magis, *vid. NI-*  
HILVM. Cic. Fam. 16, 19 Expecto tuas literas de ipsis rebus,  
te ipsum multo magis. Hoc magis quod, *etc.* Cic. pro Flacc. 69.  
45 Eo magis vel quam, *etc.* Cic. Verr. 3, 1 Atque eo magis, si, *etc.*  
Neque eo magis carebat suspicione Nep. 4, 5, 5. *i. nihilo minus erat*  
*suspectus.* Quam magis te in altum capellis, tam aestus te in portum  
refert Plaut. Afin. 1, 3, 6. Magis nonnunquam per ellipsin deest, vt,  
50 Tacita bona est semper mulier quam loquens Plaut. Rud. 4, 4, 70.  
Afinius Agrippa claris maioribus quam vetustis, vitaeque non degener  
Tac. A. 4, 61, 1. *Conf. Curt. ad Sall. Catil. 9 extr: et 20 extr.* Ma-  
gis idem reuera esse quod maius, et ablatiuo iungi, cum Valla 1, 12 et  
Benl. ad Horat. Od. 1, 25 putat *Burm. ad Quinctil. 11, 3 p. 997.*  
Magis a librariis saepe permutatum esse cum minus, *observat Heins. ad*  
55 *Ouid. ex Pont. 4, 15 extr. idemque in* Lucret. 2, 533 *deprehendit Burm. ad*  
Quinctil. Declam. 7, 1 p. 153. Lucret. 3, 275 Nec magis hac infra  
quidquam est in corpore nostro. *i. Nihil magis abstrusum. Quidam*  
*legunt* Intra. *Lambinus.*
- MAXIME. *Superl. [μάξιμα] pro Summe, vel admodum, seruitque*  
60 *formandis Superlatiuis.* Maxime adolescens Plaut. Milit. 3, 1, 100.  
Cognata Ter. Phorm. 2, 1, 65. Cupiens illius Plaut. Amphit. Pro-  
133. Dignus Ter. Eun. 5, 2, 27. In culpa esse Cic. Verr. 5, 20.  
Id. Att. 12, 37 Siue hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime  
liberalissima, doctoquo homine dignissima, laudari me etiam oportere.  
65 *qui tamen locus suspectus est.* Cic. de Amicit. 82 Itaque pulcherrima  
illa, et maxime naturali carent amicitia. Necessarius Id. Acad. 1.  
Pessima corpora Columel. 9, 3. Potentes Ter. Adelp. 3, 4, 56.  
Vtile Id. Andr. 5, 1, 16. ¶ 2 *Cum verbis:* Cic. Off. 1, 49 c. 15  
Vt quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. Plaut.  
70 Men. 5, 9, 59 Filii quot eratis? MEN. vt nunc maxime memini,  
duo. Cic. in Brut. 78 Qui maxime omnium nobilium Graecis literis  
studuit. *i. Magis quam alii omnes.* Vellem, vt, *etc.* Cic. Philipp.  
8, 31. Quod ego cum audissem ex aliis, Maxime ex meo fratre  
cognoui Id. Fam. 1, 9. Aream esse oportet solida terra pauitani,  
75 maxime si est argilloso Varr. R. R. 1, 51. Cic. pro Domo 47 Intue-  
mini paullisper animis iuuentutem, et eos maxime, *etc. i. praecipue.*  
Maxime quod, *pro Potissimum.* Cic. Att. 9, 22 Ego tuis consiliis  
vsus sum, maximeque quod et grauitatem in congressu nostro tenui  
quam debui, et ad urbem, *etc.* Id. in Orat. 120 Cognoscat etiam  
80 rerum gestarum, et memoriae veteris ordinem, maxime scilicet nostrae  
ciuitatis. Colendus est ita quisque maxime, vt quisque maxime  
virtutibus lenioribus erit ornatus Id. Off. 1 c. 15. *Add. ib. c. 19.*  
Cic. Att. 7, 12 Scribe aliquid, et maxime si, *etc.* Et id maxime fieri  
temporibus hibernis Id. de Nat. Deor. 2, 25. Tam amicus reip. quam  
85 qui maxime Id. Fam. 5, 2. Grata ea res, vt quae maxime senatus  
vnquam fuit Liu. 5, 25. *Add. Id. 7, 33.* Cic. in Partit. 114 Quae  
quidem vel maxime suspicionem mouent. Id. Epist. 1, 8 Ego is sum,  
cui vel maxime concedant omnes, vt — vel etiam, id quod mihi  
maxime lubet, ad nostra me studia referam literarum. Maxime,  
90 *Responso concedentis, vel annuentis, pro Sane, vel certe.* Ter. Andr.  
4, 6, 23 Duc me ad eam: quando huc veni, vt videam. M. maxime.  
Idem Eun. 1, 2, 109 Fac illi adducantur. P. maxime. Maxime cum  
*superlatiuo:* Virgilius maxime probat apes paruulas, — si vero fae-  
vior apis, maxime pessima est Colum. 9, 3, 3 *sed legendum fortasse*  
95 *maxima.* Cic. Att. 12, 38 Siue hanc aberrationem a dolore delegerim,  
quae maxime liberalissima *etc.* Sic Graem. Sed alii aliter. Gell. 13,  
16 Hi sunt vel maxime humanissimi. Non igitur temere sic loquar.
- MAXIMITAS, atis. f. [μαξίτης] *summa Magnitudo.* Lucret.  
2, 497 Ne quaedam cogas immani maximitate Esse. Arnob. 6 p. 204  
100 Porrigere se longius, atque in maximitatem producere. *Vix alias*  
*inuenias.* Similis est Proximitas, *it. Optimitas.*
- MAGISTER, tri. m. [διδάσκαλος, καθηγητής] *dictus videtur,*  
*quicumque in societate aliqua plurium paucorumque magis, s. plus possit,*  
*valeret, aliisque praesesset adeo, vt contra eu minister, qui minus et ad*  
105 *alienam voluntatem potest.* Paullus de Verb. signif. l. 57 Cui praecipua  
cura

cura rerum incumbit, et qui magis quam caeteri diligentiam et sollicitudinem rebus, quibus praesunt, debent: hi magistri appellantur. Quin etiam ipsi magistratus per derivationem a magistris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet disciplinae praeceptores, magistros appellari a monendo vel monstrando. *De etymologia viderit Paullus. Sed hoc recte, Magistrum sumi pro suasore, siue Auctore, vid. Burm. ad Phaedr. 2, 6, 15. Ἐπιστάτης, ἑξαρχος, διδάσκαλος Gloss. Lat. Gr. Caeterum Magister Bonar. Artium Petron. 99. Declamandi magister Quinct. 2, 1. Dicendi Idem 2, 8. Optimus, stilus Cic. de Orat. 1 c. 33. Quinctil. 10, 3, 1. Artis Idem 2, 2. Eloquentiae magistrum se polliceri Idem 2, 5. Petron. 3 Magistri peculiariter a Terentiano Mauro passim appellantur professores artis Grammaticae. Sic Remmius Palaemon magister Suet. de Ill. Gramm. c. 23. Iso Magister, ille qui in Prudentium glossas scripsit. Nempe hi fere primi sunt, quos puerorum aetas magistros accipit. Ter. Andr. 1, 1, 2 Nam antea qui scire posses, dum aetas, metus, magister, i. paedagogus, Comes, prohibebant? Add. Phorm. 1, 2, 22. Horat. Epist. 1, 18, 13. Quinctil. 1, 2. etc. Ad sculam pertinet Magister. Aridus Quinctilian. 2, 4. Ad contentum quoque, certe ad eleuandam auctoritatem pertinet Carmen magistri apud Cic. de Orat. 1, 245 c. 57. Ponamus totum locum, qui satis inepte, sit venia verbo, ad venditionum et auctionum magistrum tractus est: Vel si causam ageres militis (a patre insciente exheredati) patrem eius vt soles, dicendo a mortuis excitasses, statuisses ante oculos, complexus esset filium, flensque eum centumuiris commendasset: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisset, vt totum illud, VTI LINGVA NVNCVPASSIT (ita ius esto) non in XII tabulis, quas tu (alioqui) omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri (alicuius humilis regula Grammatica vel rhetorica, formula, s.) carmine scriptum videretur, a quo proinde, si res postulet, recedere nemo sibi religioni ducat. Iuuenal. 14, 12 de puero lautitiis adueto, Barbatos licet admoueas mille inde magistros, Hinc totidem, cupiet lauto coenare paratu Semper, etc. Barbatum hoc crede magistrum Dicere Perf. Sat. 4. pr. Muti Gell. 14, 2. i. libri. Iuris magister, Legum magistri Idem 4, 1 et in Pandect. Prooem. Studiorum magistri l. 7 C. de prof. et med. Ter. Andr. 1, 2, 19 Tum si quis magistrum Cepit ad eam rem improbum. Exueret magistrum, Neroni suadent adulatores, i. Senecam amoliretur Tacit. Ann. 14, 52. Ferre se magistrum alicuius rei. Idem Hist. 4, 10. Fingit equum tenera docilem cruce magister Hor. Epist. 1, 2, 64. Linquere regimen indocto magistro Senec. Medea f. 8. Saepe in magistrum scelera redierunt sua Idem Thyest. 311. Seruire timido pudet magistro Stat. Achill. 2, 189. Martial. 7, 31 At iuuenes alios Fracta colit aure magister, Et rapit innumeras sordidus vnctor opes. A Graeco sumtum, Graecorumque exercitationibus, apud quos, qui Gymnasiorum plagis contusi multatque fuerant, propterea, quod a concertatoribus fere tempora et aures feriri solerent, auribus fractis dicebantur. Igitur Magister fracta aure, est, Magister exercitationum, et Gymnasiorum exercitor, qui luctam pugilatumue docet, quique pila vel folle ludere. Pollux ἐπὶ δὲ τῶν ἐν γυμνασίοις πλῆθῶν τὰ ἄτα κατεργεῖται, καὶ ἄτα κἀτάξῃ. Hesychius, ἀτοκάταξῃ, καὶ ἄτα τελαραῖος. ¶ 2 Iam quam late pateat Magistri appellatio, exemplum declarabitur. Neque vero omnes hic colligere iam otium est, quos magno numero suppeditant Inscriptiones, vterque Codex, Notitia vtriusque imperii; Sed eos fere, quorum in bonae etiam aetatis monumentis mentio est. Cic. de Fin. 2, 70 c. 22 enumerans homines voluptuarios, Quid affers, inquit, cur Thorius, Postumius, cur Chius, cur omnium horum magister, Orata non iucundissime vixerit? Hic magister est, qui caeteris tantum praestat, vt illos docere possit. Nempe Magistri, (inquit Festus,) non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes ii magis caeteris possunt, vnde et magistratus, qui per imperia potentiores sunt quam priuati. Magister Conuiuii, Apuleio Apol. p. 336, 11. Varro de L. L. 4, 26 p. 31, 8 Etiam nunc in publico conuiuium antiquitatis retinendae causa cum magistri fiunt, vid. MAGISTERIVM. Idem Varroni Modimperator, Horatio Arbitrator bibendi, Graecis συμποσιαρχος, βασιλεύς. Plaut. Aulul. 1, 2, 29 Nam noster nostrae qui est magister Curiae. Magister curiae, inquit hic Turnebus, videtur esse is, quem Graeci τετραύραχον appellant. Vt enim curia pars est tribus Romanis; sic et Graecis τετρίυς. Graeca ad consuetudinem Romanam traducta sunt; et vt pagorum erant magistri, sic et curiarum. Varr. de L. L. 4, 14 p. 22, 27 Magister Equitum dicebatur, quod summa potestas huius in equites et accensos, vt est summa populi Dictator; a quo is quoque Magister populi est appellatus. Pomponius in l. 2. §. Populo deinde aucto. D. de Origine iuris. Et his Dictatoribus Magistri equitum iungebantur, sic quo modo Regibus Tribuni Celerum; quod officium fere tale erat, quale hodie Praefectorum Praetorio; magistratus tamen habebantur legitimi. Add. Liu. 3, 27. et 22, 26. Equorum magister Apul. Met. 8 p. 207, 35. quem supra 7 p. 194, 19 armentarium equisonem dixerat. Horreorum: vid. Reines. V. L. 3, 12. Cic. Diuinat. Verr. 47 Si ab isto libro, quem tibi magister Ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit, verbo vno discesseris. Militiae vtriusque, In Cod. Theodof. et antiquis Inscript. vid. Noris. ad Cenotaph. Pisan. p. 441. Morum, i. Censor. Cic. Fam. 3, 13 Eo breuior est haec Epistola, et vt aduersus magistrum Morum modestior. Nauis magistrum accipere debemus eum, cui totius nauis cura mandata est Vlpianus de Exercitoria actione, l. 1. Liu. 29, 25 Vt ex omnibus nauibus gubernatoresque et magistri nauium, et bini milites in forum conuenirent ad imperia accipienda. Adde Petron. c. 75 et 115. et Burman. ad c. 101. Aliquando pro gubernatore, vt: ipse gubernaculo rector subit, ipse Magister Virgil. Aen. 5, 176. vid. Heinsf. et Drackenb. ad Sil. 4, 719. Sic Val. Flac. 1, 18 Grauis helice seruanda magistris, i. gubernatoribus, qui ad borealia illa sidera naues dirigunt. Officiorum: officiis regerem cum regia tecta magister, Rutil. 1, 563. Conf. Io. Frid. Christii Noct. Acad. 1, 1. vid. n. 4. Pagorum. vid. Sicul. Flacc. p. 25. Adde Meurs. Miscell. 1, 7. Varro de R. R. 2, 10 Contra, perficiat ad suum quemque gregem, esse omnes sub vno magistro Pecoris; eum esse maiorem natu, potius quam alios, et peritiorum, quam reliquos. Conf. Idem 1, 2. Aur. Victor Orig. Rom. 1, 16, 1. Cicer. Verr. 5, 17 Nominat iste seruum, quem magistrum Pecoris esse diceret. Cic. de Fin. 3, 75 c. 22 Rectius Magister Populi (is enim est Dictator) quam Sylla, qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriae, auaritia, crudelitatis magister fuit. Sen. Epist. 108 ad fin. Cum Ciceronis libros de Rep.prehendit — Philologus, — notat, eum quem nos Dictatorem dicimus, et in historiis ita nominare legimus, apud antiquos magistrum populi vocatum. Hodieque id existat in auguralibus libris, et testimonium est, quod qui ab illo nominatur magister equitum est. Liu. 2, 18 Moderator et Magister*

Consulibus appositus Dictator. Varronis de L. L. 4, 14 *locum dedimus modo in Magistro Equitum.* Sacrorum dicebatur, *Qui velut princeps, et sacri ipsius pontifex, aliisque sacerdotibus maior erat.* Liu. 39, 18 *in Scto contra bacchanalia cauetur, Ne quis magister sacrorum, aut sacerdos esset.* Apud Capitolinum quoque scribitur in Antonini vita c. 4 *de Saliorum sacerdotio, Fuit in eo sacerdotio et praesul, et vates, et magister. Et in inscriptione antiqua legitur, SALIVS ALBANVS, IDEM MAGISTER SALIORVM.* Annotauit Turnebus. Societatis Cic. Fam. 13, 9 *dicebatur, Qui maximam partem vestigalium in illa societate, quae coierat ad huius vel illius prouinciae aut portaria, aut scripturam, aut decumas conducendas, conduxerat, siue in Vrbe esset, siue in prouincia.* Add. Idem Fam. 13, 65 et Verr. 2 c. 74. pr. *Scripturae, Qui ciuitatis alicuius publicus pecorum prouentus scribendi munus habet.* Cicer. Verr. 3, 167 *Misit in Siciliam literas ad Carpinatium, quum esset Magister scripturae et eius societatis publicanorum.* Pro magistro in scriptura est Carpinatius Cic. Verr. 2, 169 c. 70. pr. *Conf.* Idem Att. 5, 15 extr. *Tabernae Iul. Paull. Recept. sentent. l. 2 tit. 8 §. 1.* Suet. Aug. c. 30 *Spatium vrbis in regiones vicosque diuisit: instituitque, vt illas annui magistratus sortito tuerentur. Hos magistri e plebe cuiusque vicinia electi.* ¶ 3 *Magistri simpliciter dicuntur, qui bonis auclione vendendis praesunt. Horum mentio apud Cic. Att. 1, 1 Is, quem putabant magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius. It. Fam. 12, 30. fin.* A magistris cum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi, se quo minus id facerent et compromisso et iureiurando teneri. *Huc respicit iocus Ciceronis apud Quinctil. 6, 3, 51 in Pletorium, cuius matrem dixit, dum vixisset, ludum, postquam mortua esset, magistrus habuisse: quod ipse ita interpretatur Fabius, Dicebantur autem dum vixit infames feminae ad eam conuenire solitae, post mortem eius bona venibant.* ¶ 4 *Illud addere liceat Magistrum simpliciter dici videri a Cassiod. Varr. 6, 6 eum, qui Officiorum alias Magister est, quique ita describitur l. c. vt hodie fere Aulae Marefchalli. Ad eum nimirum palatii pertinet disciplina, etc.* ¶ 5 *Magister pro Magister dixisse veterum quosdam, monet Quinct. 1, 4, 17.*

MAGISTRA, ae. f. Cic. de Finib. 1, 128 *Magistra ac duce natura.* Idem pro Rosc. Amer. 75 *Vita haec rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniae, diligentiae, iustitiae magistra est.* Magistra ei ludo Ter. Hec. 2, 1, 7. *Vt lex Postumiae iubet Magistrae Catull. 27, 3. sc. bibendi.* Aetas Ouid. Epist. 5, 96. *Omni nunc Arte magistra opus est Virgil. Aen. 8, 442.* Magistrae artes Ouid. Epist. 15, 83. *Certissima loquendi magistra, consuetudo Quinctil. 1, 6.* Roma magistra luxuriae Propert. 13, 12, 18. *Hac condiscipula, vel hac magistra esses doctior et pudica Sappho Martial. 10, 53.*

MAGISTELLVS, i. m. Dimin. Vid. Priscian. c. de Diminutio. Voss. de Anal. 4, 29.

MAGISTERIVM, i. n. [*διδασκαλία*] *Magistri dignitas seu officium.* Plaut. Bacch. 1, 2, 40 *Iam excessit mihi aetas ex magisterio tuo, h. e. Regimine et auctoritate.* Plaut. Most. 1, 2, 32 *Virtute id factum tua, et Magisterio tuo, i. Doctrina, et (vt loquuntur) instructio.* Magisterium Collegii Suet. Domit. c. 4. *Equitum Idem Tib. c. 3. Pecuarium Apul. Met. 10. Sueton. in August. c. 2 Auus municipalibus magisteriis contentus, abundante patrimonio tranquillissime senuit, h. e. Praefecturis et magistratibus, vid. b. l. Casaub. et Torrent.* Cic. de Senect. 46 c. 14 *Me vero et magisteria delectant a maioribus instituta, et is sermo, qui more maiorum a summo adhibetur magistro in poculo.* Columel. 11, 1 *Potissimum autem est in eo magisterio scire et aestimare, quale officium sit cuique iniungendum. Nullius Egere magisterio praeceptoris Colum. de R. R. praef. Expetere magisteria, i. religionem Christianam. Arnob. l. 1. Magisteriis Christi accepimus, ac legibus, malum malo rependi non oportere Id. l. 1. Non hoc sine magisterii diuini auctoritate faciebam Cyprian. adu. Demetrian. l. 1. Quum mea ridebunt Vana magisteria Tibull. 1, 4, 84. f. extr.*

MAGISTERIVS, a, um. Adi. Magisteria potestas, l. 6. C. de Iurisdic. et l. 3 C. vbi Senator. *conf. Salmaf. in Script. Historiae Augustae p. 293.* Formula Magisteriae dignitatis et de eius excellentia est Lemma Cassiod. Var. 6, 6. *vid. MAGISTER n. 4.*

MAGISTRO, siue MAGISTERO, are. [*διδάσκω*] Moderari, gubernare. Festus. Magisterare, Regere et temperare est, unde Magistri non solum doctores artium, sed et pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi caeteris magis possunt, unde et Magistratus, qui per imperia potentiores sunt quam priuati. Inter manipulares vitam militarem magistrans Spartan. in Hadr. c. 10. *Vid. Casaub. ad loc. Te Magistrante Hieron. Epist. 25 c. 5 extr.*

MAGISTRATVS, us. m. [*ἀρχων*] Festus, *post ea, quae modo in MAGISTERO dedimus, pergit: Quae vox duabus significationibus notatur: nam aut personam ipsam demonstrat, vt cum dicimus, Magistratus iussit; aut honorem, vt cum dicimus, Titio magistratus datus est.* Varro de L. L. 4, 14 *Cum de Magistro equitum dixit et observauit, dictatorem magistrum populi appellatum, Reliqui, inquit, quod minores, quam hi magistri, dicti magistratus, vt ab albo albatu. Et sane Magistratus distinguuntur ab imperiis, quae sc. belli sunt, Sueton. Caes. c. 53. Interim tamen Magistratus etiam, qui prouincias obtinent. Vell. 2, 42 Qui obtinebat Asiam magistratus Pop. Rom. Vetus Sctum ap. Gruter. p. 503 Literas ad magistratus nostros, qui Asiam, Macedoniam, prouincias obtinent. Vid. Spanhem. Diss. 10 p. 175. Cic. Offic. 1, 124 c. 34 Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis, debereque eius dignitatem et decus sustinere, seruare leges, iura describere, et fidei suae commissa meminisse. Idem de Legib. 3, 2 c. 1 Videtis magistratus hanc esse vim, vt praesit, praescribatque recta et vtilia, et coniuncta cum legibus. Vt enim magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus; vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. De magistratibus qui sint maiores, et qui minores, et quamobrem ita vocentur, vid. Gell. 13, 15. Liu. 5, 17 Nihil profecto aliud esse, quam magistratus vitio creatos, vid. CREO. Largitiones magistratum*

Nep. 1, 6, 4. *Nuda a magistratibus Respub. vid. NVDVVS. Maior magistratus, vid. MAGNVS. Minores Suet. Caes. c. 41. Patricius, vid. PATER. Magistratus, [*ἀρχὴ*] Ipsa potestas, seu officium. Cic. de Amicit. 64 Vbi eos inuenimus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiae non anteponant, etc. Abdicare magistratum, et Abdicare se magistratu Cic. de Diuin. 2 c. 35. Liu. 8, 17. *vid. ABDICO. Abire magistratu Liu. 3, 31 et 40 et 41 et 51. Cic. de Leg. 3 c. 20. Abolere magistratum, pro Abrogare. Liu. 3, 38. Abrogare, Accelerare, vid. hb. vv. Accipere loco praedae Pseudo-Cic. in Sallust. 17. Sed verus Cic. Verr. 5, 35 Quos adhuc mihi magistratus Populus Rom. mandauit, sic eos Accepi etc. Adipisci Idem Off. 1,**

Off. 1, 124. *Assequi Idem in Pison. 2. Capere, vid. C A P I O.*  
*Cicer. pro Planc. 60 c. 25 Honorum populi finis est Consulatus, quem magistratum iam octingenti fere Consecuti sunt. Et mox Commissi sunt iis magistratus. Continuare Liu. 27, 6. Creare Lucret. 5, 1142.*  
*Cic. de Lege Agrar. 2, 26 Iam hoc inauditum et plane nouo more, vt Curiata lege magistratus Detur, cui nullis comitiis ante sit datus. Declarare Idem pro Muraen. 2. Deponere Caes. Bell. Gall. 7, 33.*  
*Designare Cic. Fam. 10, 3. Eiurare Tacit. Ann. 12, 4. Esse in magistratu Liu. 5. Cic. pro Planc. 8 c. 3 Tum magistratum non Gerebat is, qui ceperat, si Patres auctores non erant facti. Add. Nep. 13, 3, 1. Cicero Verr. 6 (4) 137 c. 61 Venit ad me Heraclius is, qui tum magistratum Syracusis Habebat. Imminuere dicebant veteres, quod nunc Derogare iuribus, et praerogatiuis officii dicunt. Cic. Verr. 1, 31 Cur imminuisti ius legationis? Quo in loco Afconius, Qui potestatem, inquit, suam in administrando non defenderit; Imminuti magistratus, veluti maiestatis laesae, reus est. Infringere Cic. de Orat. 1, 24. Ingredi Sallust. in Iugurth. c. 43 pr. Inire Cicer. Verr. 2 c. 10. Sic Idem de Fin. 2, 74 c. 22 Quid mereri velis iam, cum magistratum inieris, et in concionem ascenderis (est enim tibi edicendum, quae sis obseruaturus in iure dicendo: et fortasse etiam si tibi erit visum, aliquid de maioribus tuis, et de te ipso dices) quid merearis igitur, vt te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse, etc. Legere Virg. Aen. 1, 430. i. viros, quibus mandetur magistratus: quin potestatem ipsam et honorem finire. Cic. pro Muraen. 74 Cato negat iudicium hominum in magistratibus Mandandis, voluptatibus corrumpi oportere. Ibid. 76 Nulla re allici mentes hominum oportere ad magistratum Mandandum, nisi dignitate. Obrepere ad, vid. O B R E P O. Obtinere Nep. 16, 3, 2. Occipere Tacit. Ann. 3, 2. Peragere Cic. Fam. 12. Petere Quinctil. 2, 4. Renuntiare Cic. in Pison. 13. Lentul. ad Cic. Fam. 12, 14 Nam quod huc properent in magistratum Venire, aut exercitum mittere, causam non habent. ¶ 2 Ad magistratum in concreto, vt loquuntur, i. homines magistratum gerentes, istae etiam pertinent formulae: A. ad Heren. 4, 47 c. 35 Magistratus officium est opera et diligentia consequi voluntatem Senatus. Idem de Orat. 2, 167 c. 40 Si magistratus in Populi Rom. potestate esse debent, quid Norbanum accusas, cuius tribunatus voluntati paruit ciuitatis. Et pro Planc. 62 c. 25 Populus Rom. deligit magistratus, quasi reip. villicos: in quibus, si qua praeterea est ars, facile patitur. Sin minus, virtute eorum et innocentia contentus est. Idem Tusc. 4, 3 Epulis magistratum fides praecunt. Sic Nep. 15, 4, 3 Tradam te magistrati. ¶ 3 De Magistratibus Romanis totis libris a Paulo Manutio, I. Lipsio omnibusque iis actum, qui vel vniuersim de antiquitatibus egere, vel iuris origines et antiquitates persecuti sunt, de quibus hic agere nostrum non est. Satis fuerit indicasse, hunc quasi cursum fuisse Magistratum et honorum, vt primo Quaestores fierent, deinde Aediles curules, tum Praetores, denique Consules. Tribunatus enim et censura extraordinarius, vt et Triumviri reip. constituendae; itemque Tribuni militares consulari potestate. Etiam qui Prouincias regerent pro Praetoribus aut pro Consulibus, Magistratus dictos, iam obseruatum est. Mag-*

*Magistratus in municipiis et coloniis Duumviri, Aediles etc.*  
**MAGISTRATIO**, ōnis. f. Apul. de Dogm. Plat. 2 p. 15 *Elmenh.* Quae beneficio solo naturae proueniunt, vel quae solis disciplinis traduntur, et magistratione discuntur. Ita restituit *Salmas. ad Solin. p. 336 e vulg.* *magistra ratione: Publicae magistrationes in Cod. Theod. 55 sunt Scholae publicae.*

**MAGISTRALIS**, e. Adi. *Ad magistrum pertinens.* Vopisc. in Saturnin. c. 10 Romae frequentauerat pergulas magistrales. Idem in Tacit. c. 6 Qui manuum magistratuum ictibus terrorique subiaceat.

**MAGISTRIVS**, a, um. Adi. *Id.* Apul. Flor. 4 p. 36 Pueritia apud magistruios. Sed *Stewech. p. 27. et Elmenhorst. p. 359* et pueritia apud vos, et magistruios.

**MAGMA**, ātis. n. [*μάγμα*] *Pastillus et massa facta ex vnguentorum facibus.* Plin. 13, 2 Sicca odoribus constant, quae diapasmata vocantur. Nam faciem vnguenti magna appellant. *Magma croci, quod quasi Recrementum est eius. Cels. 3, 18. addit Scribon. Larg. Compos. 157.*

**MAGMAMATARIVS**, i. m. [*μαγμα*] *Gloss. Lat. Gr. Magmamentarius, aut magmentarius, Coniecturae sunt recentium. Est autem qui vnguenta conficit, quasi coquus vnguenti.*

**MAGMENTVM**, vt ait Festus, veteres dixerunt quasi Magis augmentatum. Non multum hinc abit, qui deriuat Magmentum, a Magis: quod ad religionem magis pertinet Varr. de L. L. 4, 22 p. 29, 7 ad quem locum Scaliger, Erat daps, quae profanabatur a rusticis, Iano, Siluano, Marti, Ioui dapali. Respicit, puto ad loca Catonis de R. R. 132. 134. 139. quae damus in MACTVS. Nempe et ipse putauit mactare, mactus, magmentum esse eiusdem originis, et cognatae significationis. Arnob. 7 p. 230 extr. Non maguenta, non augmina, non mille species vel faciminum vel fitillarum, quibus nomina indidistis obscura, vulgoque vt essent augustiora fecistis. *Vetus Inscr. Patavina, prolata a Briffon. form. 1 p. 104. Grutero p. 23, 12. Schotto Obs. Philol. 1, 11. etc.* Si quis hic hostia sacrum faxit, quod magmentum nec protollat, idcirco tamen probe factum est. Sed ostendit *Pignorius Epist. Symbol. 30* cuius verba repetiit *Sertor. Vrsat. Mon. Patav. 1, 6 p. 223* priora verba vsque ad nec esse ab interpolatione lapidis recentiore. *Seru. ad Aen. 4, 57* Mactant verbum sacrorum — quasi magis auctum, vnde et magmentum dicebant, quasi maius augmentum. *Breuius et hic defungi licebat, si dixisset esse vt magitus mactus, ita magimentum magmentum. Sunt qui Magmentum praefereant, vt Turn. 22, 6: nempe vt Membra habent quidam libri pro membra, etc. Plura vid. apud Vrsatum l. c.*

**MAGMENTARIVS**, a, um. Adi. *Hoc nomen Turn. 22, 6 restitui vult Varroni de L. L. 4, 22* ubi post Magmenti mentionem sequitur, Itaque propter hoc magmentaria fana constituta sunt certis locis, quo id imponentur. *Nempe pro eo, quod Turnebus vult magmentaria, habent libri mentarea, vel, vt Scal. edidit, montana. Sunt autem Magmentaria fana, Vasa sacra, quibus magmenta et extra sacra imposita arae inferebantur.* *Vetus lexicon Lat. Gr. MAGMENTARIVM, ἐφ' ἣ τὰ σπλάγγνα κραιττιδύνα τοῖς βωμοῖς προσφέροντο.* Itaque Magmentaria vasa legere apud Varronem forte quis malit.

**MAGNALIA**, ium. n. Pl. [*μεγαλῖα*] *Res magnae atque illustres.* Tertull. ad Vxor. 2, 7 Sensit magnalia, vidit experientia, de muliere fideli. *Vtitur etiam Cyprian. vid. Borrich. Cogitat. p. 157. Vfus est vulgatus Interpres Act. 2, 11 Magnalia miraculorum.*

MAGNANIMITAS, MAGNANIMVS, *vid.* MAGNVS.

MAGNARIVS. [*μεγαλέμπορος* Onomastic.] *apud* Apulcium Met. 1 p. 104 *Elmenb. pro* Magno negotiatore ponitur, a negotiorum magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis. *Vetus Inscr. apud Gruter. 283, 1* CORPVS CORIARIORVM MAGNARIORVM, *vid.* Turneb. *Aduersf.* 27, 21.

MAGNATES, ium. m. pl. *Optimates.* Magnas, magnates, *μεγατάτος* Onomast. *Vet. Vet. Inscript. quam produxit* Demster. ad Rosin. *Antiq.* 2, 12 MANSIONES PALATINORVM SALIORVM A VETERIBVS OB ARMORVM MAGNATIVM CVSTODIAM CONSTITVTAS, LONGANIMITATE NEGLECTAS PECVNIA SVA REPARAVERVNT PONTIFICES VESTAE VVCC PRO MAGISTRO PROTI IACILII LVCILII PRAETEXTATI. *Conf.* Borrich. *Cogit.* p. 158.

MAGNES, etis. m. [*μαγνήτις*] *Genus lapidis ad se ferrum attrahentis, a patria Magnesia dicti.* Plin. 36, 16 *Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit et patitur mores; trahitur namque a magnete lapide, domitrixque illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit; atque vt propius venit, assistit, teneturque et complexu haeret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. Magnes adpellatus est ab inuentore, vt auctor est Nicander, in Ida repertus. Namque et passim inuenitur, vt in Hispania quoque. Inuenisse autem fertur clavis crepidarum, et baculi cuspide haerentibus, quum armenta pasceret. Haec Plin. Lucret. 6, 906 multus est, in explicanda natura huius lapidis, Quem magneta vocant patrio de nomine Graii, Magnetum quia sit patriis in finibus ortus, etc. Sunt enim plurima. Cic. de Diuin. 1, 86 c. 39. Si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat et attrahat; rationem, cur id fiat? adferre nequeam: fieri omnino neget? Est Eidyllion 5 Claudiani de Magnete, ubi in primis describit statuam Veneris e magnete, quae signum Martis ferreum sollempni sacro rapiat. Multa ad eum locum de Magnete Barthius. Magnetem nouimus mirabilem esse ferri raptorem Augustin. C. D. 22, 4. Add. Isid. 17, 4. Non habuisse veteres cognitam Magnetis vim attractivam ad septentriones, contra Fullerum ostendit Bochartus Phaleg. 1, 38.*

MAGNETICVS, a, um. Adi. [*μαγνητικός*] Claud. de Magn. 26 *Venerem magnetica gemma figurat.*

MAGNESIA, ae. f. [*Μαγνησία*] Macedoniae regio, Thessaliae annexa Plin. 4, 9. *is. eiusdem regionis oppidum. Est et Magnesia vrbs in Mysia ad Sinuatum montem apud quam Scipio Asiaticus Antiochum regem magna clade affecti. vid. Liu. 37, 37. etc. Et ciuitas item Asiae minoris Themistocli donata: vid. Nep. 2, 10, 3.*

MAGNES, etis. f. MAGNESSA, pl. MAGNETES, is. m. [*Μαγνητις*] *qui et Magnesii populi vocati sunt.* Lucan. 6, 385 *Et Magnetes equis Miryae gens cognita remis.* Hor. Od. 3, 7, 18 *Magnesia Hippolytae Amazon.*

MAGNESIS, idos. f. [*Μαγνητις*] *Quae ex Magnesia est.* Ouid. *Epist.* 12, 9 *Cur vnquam Colchi Magnesia vidimus Argo?*

MAGNESIUS, Lucret. 6, 1062 *Magnesi semina saxi.*

MAGNETARCHES, ae. m. *Magnetum summus magistratus*

MAGNVS, a, um. Adi. [*μέγας, μεγαλειος*] *Paruo opponitur, et est quasi Maginus ab obsoleto verbo Magere i. augere. Hoc etiam indicat Comparatiuum Maior, Superlatiuum Maximus, quasi a Magis, Magior, Magissimus. Nihil magnum, quod non est placidum Sen. de Ira extr. Quo quisque est maior, magis est placibilis irae Ouid. Trist. 3, 5, 35. Magni dicuntur homines, Qui res magnas gesserunt, vt Alexander et Pompeius. Vid. Spanheim. de Vsu Num. diff. 10 p. 66. Conf. Id. diff. 7 p. 445. Magnus pro Opulento. Magna et vetere profapia Suet. in Galb. c. 2. Sic, Magnas propinquitates pro Opulentis*

Idem Othon. e. 1. *Magnus et Bonus vir distinguuntur: bonum virum facile crederes, magnum libenter Tac. Agric. 44, e. Conf. Sen. ad Marc. c. 16. Vir ingenii magni magis quam boni Liuio tribuit, sed verum esse negat Sen. de ira 1, 16. Magna nunquam multa significant: vid. Brouckhus. ad Tibull. 1, 1, 2. Alia Clariora sunt, alia*

Maiora Plin. *Epist.* 3, 16. *¶ 2* *Iam Substantiuam pinamus, quae hoc epitheto augeri solent. Magnus Aceruis Virg. Georg. 1, 158. Achilles, vid. ACHILLES. Adiutor Hor. Serm. 1, 9, 46. Aedibus ex Id. ibid. 2, 7, 11. Aequor Virg. Georg. 4, 388. Agmen Id. ibid. 1, 381. Amator mulierum Plaut. Men. 2, 1, 83. Cic. Fam. 7, 29*

*Sed Amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere. Veteribus, inquit Turnebus, magni erant amici homines potentes, qui ab inferioribus, vt clientibus patroni, obseruantia omni et officio necessitudinis et obsequii colebantur. Iuuen. Sat. 6, 312 — Tu calcas, luce reuerfa, Coniugis vrinam, magnos visurus amicos, i. Dum salutatam is homines*

potentes. *Amore dilectus Virg. Aen. 1, 248. Animae, h. e. Excellentium et praestantium virorum animi et manes. Sueton. Si, vt sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnae animae. Animateque magnae prodigium Poeno superante Paullum Hor. Od. 1, 12, 37. Maiorem ad res gerendas Animum facit cura Cic. Off. 1, 12. Annus, vid. b. v.*

Bellum Virg. *Aen.* 2, 193. *Calceus pede maior Hor. Ep. 1, 10, 43. Caput Plaut. Pseud. 4, 7, 21. Caterua Virg. Aen. 1, 501. et 2, 40. Causa doloris Propert. 1, 16, 35. Certamen Virg. Ecl. 7, 16. Clamor Idem Georg. 3, 375. Coena Horat. Serm. 2, 6, 104. Cogitatio Tacit. Ann. 15, 54. Concurfu accedere magno Virgil. Aen. 1, 513.*

Corpus crassa farragine Idem Georg. 3, 205. *Cultus maximi Flor. 4, 11, 11. i. maximi presti. Cura Virgil. Georg. 4, 354. Dedecus Horat. Serm. 1, 4, 51. Tacit. Agric. 34 Transigite cum expeditionibus. Imponite quinquaginta annis magnum Diem. Magnum Diem, felicissimae et laetissimae victoriae diem, quo bellum erit totum confectum, nullis supersticiis eius reliquiis, appellat. Turnebus.*

Dii magni Virg. *Aen.* 3, 13. *Documentum Horat. Serm. 1, 4, 110. Dos Idem Carm. 3, 24, 21. Duces Idem ibidem 2, 1, 21. Eques Idem Epod. 4, 15. Exitium Virg. Aen. 2, 190. Fas Hor. Epod. 5, 87. Fastidia Hor. Serm. 2, 4, 78. Fortuna Idem Carm. 3, 27, 74.*

Magna Graecia vocatur ora Italica vrbibus Graecis culta, *vid. Graecia: Sic Magna Hesperia, Italia est; vtrunque notat nomen regionis latius extensum. Gratia maior debetur illi Hor. Serm. 1, 6, 18. Grex, vid. GREX. Magnus homo pro foliao dici nunquam videtur. Certe ita accipit Meursius Plaut. Mil. 3, 3, 48 ubi pro magnificum, cincinatum, legit magnum illum: et laudat Lucilii versum apud Varron. de L. L. 6, 3 p. 71, 26 Nequam et magnus homo, laniorum immani canes vt: ubi notat Scaliger, etiam Aristophani μέγαν esse stolidum. Salse, si hoc spectauit, Martial. 9, 51*

Ingenium mihi, Gaure, probas sic esse pusillum, Carmina quod faciam, quae breuitate placent.

Z

Confiteor:



Confiteor : sed tu, bis denis grandia libris  
 Qui scribis Priami praelia, magnus homo es.  
 Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona viuum,  
 Tu magnus luteum, Gaure, giganta facis.

*Sic Longum dici Catullo, obseruamus s. l. Add. Barth. ad Claudian. Ma-*  
*merc. p. 373. Sed Martial. 7, 99 et 2, 31 huc trahi non debebant: ibi*  
*enim magnus homo, potens est, et eam ob rem timendus. Honos Ouid.*  
 Met. 13, 95. Ignis Plaut. Capt. 4, 2, 64. Ingenium Cic. Acad. 4, 1.  
 Interualla Lucret. 2, 97. Ira Virg. Aen. 5, 707. Labor Hor.  
 Serm. 1, 9, 59. Laetitia Catull. 81, 2. Laus Hor. Serm. 2, 3, 99. 10  
 Licentia Horat. de Arte Poët. 211. Lingua, *Magniloqua, superba.*  
 Horat. Carm. 4, 6, 1. Lites Idem Epist. 1, 16, 42. Lues Virgil.  
 Georg. 4, 454. Mare *saepissime ita vocatur: vid. Burm. ad Valer.*  
 Flacc. 1, 50. Mens maior humana Sil. 7, 5. In maiorem Mo-  
 dum eum tibi commendo Cic. ad Quint. Frat. 2, 14. Magnum in 15  
 omnia Momentum Syphax affectanti res Africae erat opulentissimus eius  
 terrae rex, etc. Liu. 28, 17. Morbus maior *quis esset, docet Celf.*  
 2, 23 pr. Inter notissimos morbos est etiam is, qui comitialis, vel ma-  
 ior nominatur. Homo subito concidit etc. Motus Virg. Georg. 4, 68.  
 In magno Munere Cisseus Ferre sui dederat monumentum et pignus a- 20  
 moris Idem Aen. 5, 537. Murmur Idem ibid. 1, 59. Naufragia  
 Lucret. 2, 552. In magno Negotio habere aliquid Suet. Caes. c. 23.  
 Numerus frumenti Cic. Verr. 2, 176. Numina magna loci Virg.  
 Aen. 3, 697. Omnia magnus Nemes. Cynege. v. 114. Onus ma-  
 ius nostris viribus Ouid. Trist. 4, 10, 36. Opes Hor. Carm. 3, 16, 28. 25  
 Tac. Hist. 1, 49, 4. Opprobrium Hor. Carm. 3, 24, 42. Opus  
 magnum in manibus habeo Cic. Acad. 1, 4. Add. Id. in Orat. c. 10.  
 Ore magno sonare Virg. Georg. 3, 294. Ouid. Met. 1, 38; Ossaque  
 post tergum Magnae iactate parentis. *Et non multo post, Magna parens terra*  
*est. Ad quem locum Turnebus, Quum Magnus pater, inquit, Latinis* 30  
*fit Auis, maior pater, proauus, maximus, abauus, Magnam parentem*  
*reor dici Tellurem, antiquam et primam humani generis procreatricem. Eo-*  
*dem fortasse modo et Patria, Magna parens vocari posset, quam Cicero in*  
*libris de Republica appellat Antiquiorem parentem. Sic enim scribit,*  
 Sed quoniam plurima beneficia continet patria, et est antiquior parens, 35  
 quam si quis, ut aiunt, curauerit, maior ei profecto quam parenti de-  
 betur gratia. *Haec illo.* Pars Arabiae Plin. 12, 14. Virg. Aen. 4,  
 448 Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus heros Tunditur, et  
 magno praesentit Pectore curas. Pondus Plin. 12, 19. Pondus au-  
 ri Virg. Aen. 3, 49. Populus Plaut. Truc. 1, 1, 55. Populo in 40  
 magno coorta seditio Virg. Aen. 1, 152. Pretii Plaut. Stich. 1, 3, 81.  
 Pretii maximi homo, vir Ter. Adelph. 5, 6, 3. Prudentia maior re-  
 rum Virg. Georg. 1, 416. Pueri magni, *Nobiles et magnorum virorum*  
*fili* Hor. Serm. 1, 6, 72. Lucret. 1, 727 Quae quum magna modis  
 multis miranda videtur, Gentibus humanis Regio. Res magnae 45  
 Hor. Serm. 1, 5, 15. Res maior Nep. 2, 1, 3. Rufus, iocusque Hor.  
 Serm. 1, 8, 50. Ritus Plin. 11, 37. Rumor Idem Epist. 9, 3. Si-  
 gnum Ter. Andr. 2, 2, 29. Spiritus et incessus maior corpore Hor.  
 Serm. 2, 3, 310. Stridor Virg. Georg. 1, 497. Terrorem ma-  
 gnum inferre alicui Hor. Carmin. 3, 4, 49. Turba maxima 50  
 Virg. Aen. 6, 611. Ventus Plaut. Milit. 2, 6, 33. Nemo Vir ma-  
 gnus sine aliquo afflatu diuino vnquam fuit Cic. de Nat. Deor. 2 c. 66.  
 Cic. de Amicit. 9 Hi ne comparentur Catoni maximo et spectato Viro.  
 Vires maiores Plin. 11, 30. Vis magna Virg. Georg. 1, 169. Vis maior, *cui*  
*humana viribus resisti non potest, vid. VIS. Est impulsus et instinctus Dei.* 55  
 Vitium Hor. Serm. 2, 2, 69. Voce magna confiteri Cic. pro Caecin. 92.  
 ¶ 3 *Formulae aliae.* Animo magnus, maior imperio sui Plin. 35, 10. Ani-  
 mo stabili et firmo et magno vir Cic. de Finib. 3, 29. Magnus hoc  
 bello Themistocles fuit, nec minor in pace Nep. 2, 6, 1. Virg. Aen.  
 1, 550 Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter Nec pietate fuit, nec 60  
 Bello maior et armis. Maximus ille armis, maximus ille toga Ouid.  
 ad Liu. 14. Vir maximus factis Id. Met. 14, 108. Magis maior,  
 vid. MAGIS. Multo maximus, vid. MVLTVS. Principum ma-  
 ximus Hor. Carm. 4, 14, 6. Regum magnorum maxime Hor. Serm.  
 1, 3, 136. Inter omnes maximus Ouid. ex Pont. 4, 10, 57. Maior, 65  
 ad annos relatum, pro Longiori aeuo. Ter. Eun. 3, 32, 21 Verum ea si  
 viuit, annos nata est sedecim: non maior. Martial. 9, 31 — maior  
 erat mensibus illa tribus. Sexagenario maior Capitolin. in Pertin.  
 c. 4. Liu. 3, 71 Confurgit P. Scaptius de plebe Magno natu. Cic.  
 Tusc. 1, 3 Anno ante natum Enniuum, qui fuit Maior natu quam Plau- 70  
 tus et Nauius. Scribon. 13, 171. Audiui ex maioribus natu hoc  
 idem fuisse Idem Off. 1, 109. Maiores natu consulemus Liu. 1. Add.  
 Nep. 2, 2, 8. et 11, 1, 1. Maximus natu Liu. 21, 19. et Ter. Adel. 5,  
 4, 27. Pro quo Nepos 14, 7, 1 Maximo natu filius. Natu maxima  
 Pyrgo Virg. Aen. 5, 644. Sed maior inuidia, i. superior, ad quem 75  
 illa non pertingere, cui nocere non potest. Hor. Carm. 2, 20 pr.  
 Non vsitata, nec tenui ferar  
 Penna, biformis per liquidum aethera  
 Vates, neque in terris morabor  
 Longius, Inuidiaque maior 80  
 Vrbes relinquam. Magnum est quidquid Quaeritat  
 Plaut. Merc. 4, 5, 17. Magnum facere aliquid pro magni: Me facere ma-  
 gnam *πεῖσιν* Dolabellae Cic. Att. 14, 19 extr. Merito te semper maxi-  
 mum feci Ter. Andr. 3, 3, 42. alii, maximi. Sed Magnum facere, i. Ma-  
 gnium aliquid praestare Hor. Serm. 1, 10, 20. Omnia magna Loquens 85  
 Idem. Sat. 1, 3, 13. Narras magnum, vix credibile Idem Serm. 1, 9,  
 52. Tacit. Ann. 11, 36 Sponte an coactus tam Magna peccauisset, ni-  
 hil referre. Magnum est efficere, ut quis intelligat; quid sit illud ve-  
 rum et simplex bonum Cic. Acad. 1, 7. Magnum (al. Maximum)  
 est in amicitia, superiorem parem esse inferiori Id. de Amicit. 69 c. 19. 90  
 Maior sit dolor Scribon. 130. Plaut. Trucul. 5, 17 Quamquam pa-  
 rum est. M. ad omne Maius istuc positum parum est. al. aliter. Cic.  
 de Amicit. 29 c. 9 Quod si tanta vis probitatis est, ut eam vel in eis  
 quos nunquam vidimus, vel (Quod maius est) in hoste etiam diliga-  
 mus. Concipere maiora animo Ouid. Met. 15, 5. Viribus maio- 95  
 ra audere Virg. Aen. 10, 811. Magna ex parte, aut magnam partem,  
 pro Fere. Cic. Tusc. 1, 1 Aut omnino, aut magna ex parte esse ali-  
 quando liberatus, etc. Idem ibid. 4, 9 Chrysippus et Stoici quum  
 de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis  
 et definiendis occupati sunt. Magno, absolute positum, pro Magnopre- 100  
 tio. Plin. Paneg. 37 Magno aestimabatur. Idem Epist. 2, 6 Ma-  
 gno constat. Cic. Verr. 3, 71 Qui, ut ais, magno vendidisti. Eme-  
 re agros quam volent magno poterunt Id. de L. Agrar. 2 c. 13. Conf.  
 Casaub. ad Suet. Caes. c. 23. Mercari aliquid magno Virg. Aen. 2,  
 104. Maximo pretio Plin. 12, 12. Magni item absolute, pro eodem. 105

- Cic. Fam. 15, 15 Magni erunt mihi literae tuae, *i. Habeo eas in pretio*. Magni aestimare Suet. Aug. c. 40. Maximi facere fidem Plaut. Cas. Prol. v. 2. In eo bello eius opera magni fuit Nep. 9, 1, 1. *Add.* Id. 14, 1, 4. *vid. Voss. de Constr. c. 39.* Magnum, *pro Valde.* Magnum clamare Plaut. Mil. 3, 2, 10. Plaut. Mostell. 2, 2, 57 Atque ille exclamat de repente maximum. Peccatum a me maximum est Ter. Heaut. 1, 1, 106. ¶ 4 Maiores [*παρόγονοι*] Patres, aui, abau, proau, atau, tritau, et ante hos in infinitum. Plaut. Mil. 2, 4, 19 Noli mihi minitari, scio crucem mihi futuram sepulcrum. Ibi enim mei maiores sunt sibi, pater, auus, proauus, abauus. Et Persa 1, 2, 3 Nam nunquam quisquam in eorum maiorum fuit, Quin parasitando pauerint ventres suos: Pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritatus, quasi mures semper edere alienum cibum. Sic Terent. Ad. 3, 4, 47 Spero erit similis maiorum suorum, *vel maxime includitur pater.* Hinc recte intelligendus Paullus Ictus l. 10 §. 7 ff. de Gradib. Patres vsque ad tritauos proprio vocabulo nuncupantur apud Romanos. Vteriores, qui non habent speciale nomen, Maiores appellantur. Non excludit neque Patrum appellatione eos, qui sunt ultra Tritauum, neque Maiorum illos, qui infra eum sunt. Hoc notandum contra calumniam Vallae 6, 55. *Vid. Duckeri Opusc. de Latinit. Ictur. p. 213 sqq.* Cic. in Sallust. 5 Ego meis maioribus virtute mea praeluxi: vt, si prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriae suae. Hor. Serm. 1, 5, 55 Ab his maioribus orti Ad pugnam venere. Cum ironia quadam: nam dixerat, Messii clarum genus, Ofci: Sarmenti domina exstat. Videtur Horatius intelligere eos maiores nostros vocari, non quicumque aetate nos antecesserunt, sed tantum, qui in honore aliquo et dignitate fuerunt. Nam et hoc loco manifesta ironia est: et infra paullo, Sat. 6, 10. apertius indicat, quum inquit, quosdam etiam nullis maioribus ortos esse; *i. Obscuro genere natos, et novos homines.* Conf. Iustin. 11, 4, 6. Maiores, de Auctoribus sectae, aut disciplinae. Maiores nostri conditores sectae Stoicae Gell. 20, 1. Maiores meos Aristotelem dico et Theophrastum Apul. Apol. p. 297. et in Florid. pr. At non itidem maior meus Socrates. Maior herus, Paterfamilias; Minor, Filius. Plaut. Truc. 2, 2, 53 Nisi ista ego vestra hero maiori facta denarrauero. Sic, Dominas minores, pro Filiabus ponit Augustin. Confess. 9, 8 5. Maior domus, *i. gubernatrix domus.* Solus cum sola, secreto et absque arbitrio vel teste non sedeas: si familiarius est aliquid loquendum, habet nutricem maiorem domus, virginem, viduam, maritatum Hieron. ad Nepotian. de vita Clericorum. Sic olim in Gallia praefecti aulae, qui a rege proximi erant, appellabantur Maiores domus. Vid. Eginhard. de vita Caroli M. etc. Optimus maximus, non solum de Deo dicitur et de principe, sed de fundo, agro, domo, et aliis. Optimi maximeque Principes nostri l. 30 D. de excusat. Cels. in l. Quum venderes D. de Contrahenda eintione, Quum venderes fundum, non dixisti, Ita vt optimus maximusque est: verum est (quod Quinto Mutio placebat) non liberum, sed qualis esset fundum praestari oportere. *Add. l. 69 §. 3 D. de legat. 3, et l. 126 de verbor. signif.* ¶ 5 Addimus ista Festi *i. Pauli et forte aliorum Grammaticorum*; Maximus Pontifex dicebatur, quod maximus rerum quae ad sacra, et religiones pertinent, iudex sit, vindexque contumaciae priuatorum, magistratumque. Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Item minimus qui nouissimus. Festus: *vid. PONTIFEX.* Maximae dignationis Flamen dialis est inter quindecim Flamines: et quum caeteri discrimina maiestatis suae habeant, minimi habetur Pomonalis, quod Pomona leuissimo fructui agrorum praefidet pomis. Festus. Maiores Flamines appellabantur patritii generis: Minores, plebei. Festus. Maximus curio, Cuius auctoritate curiae, omnesque curiones reguntur. Festus. *vid. CVRIO.* Maximi annales appellabantur non magnitudine, sed quod eos Pontifex maximus consecrasset. Festus. Maiorem Consulem L. Caesar putabat dici, vel eum, penes quem factes sunt, vel eum, qui prior creatus sit. Praetorem autem maiorem, vrbantum: minores, caeteros. (praetor maximus est dictator Liu. 7, 3.) Maximum Praetorem dici putant alii eum, qui maximi imperii sit: alii qui aetatis maximae. Pro collegio quidem augurum decretum est, quod in salutis augurio Praetores maiores et minores appellantur, non ad aetatem, sed ad vim imperii pertinere. Festus. Maximam hostiam ouili pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. Festus. Magnum socerum appellat vir Auum vxoris suae. Magnam socrum vir Auam vxoris suae appellat. Festus. Maior socer, Vxoris meae proauus. Maior socrus, Vxoris meae proauia. Festus. Maior patruus, Aui et auiae patruus. Maior amita, Aui et auiae amita. Festus. Maior auunculus, Aui et auiae auunculus. Festus. Maior magistratus Consul dicitur. Festus ¶ 6 In MSS. permutantur Maior et
- 75 Melior: *vid. Drakenb. ad Sil. 4, 824.*  
**MAIUSCVLVVS.** Dimin. Tam ad corpus, quam ad aetatem refertur. Plin. 26, 6 Folia sunt maiuscula, quem hederiae. De tussilagine seu bechio herba. Ter. Eun. 3, 3, 21 Thais, ego quam sum, maiuscula est, *i. Paulo maior.*
- 80 **MAGNE.** Aduerb. Laudatur Sponte an coactus tam magne Peccauisset Tac. Ann. 11, 36, 2. Sed  
**MAGNAEVVS,** a, um. Adi. ἀρχαιότερον Gloss. Gr. Lat.  
**MAGNANIMVS,** a, um. Adi. [μεγαλψυχος, εὐψυχος, μεγαλήτωρ] Qui magno animo est. Cic. Tusc. 4, 61 Constantem enim volumus quendam sedatum, grauem, humana omnia prementem, illum esse quem magnanimum et fortem virum dicimus. Talis autem nec moerens, nec cupiens, nec gestiens esse quisquam potest. *Add. Off. 1 c. 19. Achilles magnanimus, vid. ACHILLES.* Duces Virg. Georg. 4, 4. Equi Idem Aen. 3, 704. Gentes Id. ibid. 10, 139.  
90 Heroes Idem ibidem 6, 647. Leo Ouid. Trist. 3, 5, 33. Phaethon Lucret. 5, 401. Ouid. Met. 2, 111.  
**MAGNANIMITAS,** a, tis. f. [εὐψυχία, μεγαλοψυχία] Sublimitas, et praestantia animi. Cic. Offic. 1, 152 c. 43 Nam quum omnis honestas manet a partibus quatuor, quorum vna sit cognitionis, altera communis, tertia magnanimitatis, etc. Hoc, puto, semel: Magnitudinem animi, et magnum excelsumque animum alias dicere solet. ¶ 2  
Magnanimitas, quod est subinde, in literis apostolicis μακροθυμία, quod alii vertunt Longanimitatem. Cyprianus in tractatu de Eleemosyna, Haec haereant firmiter sensibus nostris, haec intelligantur plena fide, haec corde toto diligantur, haec indefinentium operum magnanimitate redimantur. De praemiis caelestibus homini Christiano promissis. Idem in tractatu de Zelo et liuore, Charitas magnanima est, charitas benigna, charitas non zelat: docens scilicet et ostendens eum posse charitatem tenere, quisquis magnanimus et benignus, et a zelo et liuore alienus est.  
105 Haec ex Erasmo in Cyprianum.

MAGNIFICVS, a, um. Adi. Plaut. Rud. 2, 6, 31 Dum tuis ausculto magnidicis mendaciis. Id. Mil. Glor. 3, 3, 48. et Annian. 23, 6. Persis.

MAGNIFICATIO, ñre. Extollere. Ter. Hec. 2, 2, 18 Aliquem haud minus quam seipsum magnificare. Et Cic. Fam. 13, 16 Eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille viueret, et magnificiebam et probabam. Sed haec forte diuidenda sunt.

MAGNIFICATIO, ñnis. f. Macrobian. Saturn. 5, 13 Personarum varia magnificentio.

MAGNIFICVS, a, um. Adi. [μεγαλοπρεπής, μεγαλειός, μεγαλήγος] Qui in magnis pro dignitate sumtum facit, quique circa publicam liberalitatem impensat facit honorificas, veluti in ludis, in rebus diis sacrificatis, in aedificiis, in epulo publico: non autem qui in seipsum sumtuosus est. Haec proprietas: aqua tamen subinde recedi, ut etiam ad priuatam diuitiarum aut aliarum rerum bonarum ostentationem referatur: siue ea in oculos s. in aures incurrat, exempla docebunt. Quin eam propriam noticiam putat Io. Ba. Pius Annot. post. c. 8 qua superfluum quid ac proinde visiosum simul indicet. Ter. Heaut. 2, 1, 15 Mea est potens, procax, magnifica, sumtuosa, nobilis. Liu. 1, 10 Inde exercitu victore reducto, ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor est. Aedes magnifica Ouid. Fast. 6, 637. Apparatus h. e. 20 sumtuosus et laetus, vel potius immodicus Cic. Offic. 1, 25 c. 8. Coena Id. Fam. 9, 16. Defensio Id. Verr. 5, 1. Domus Plin. 17, 1. Genus dicendi Cic. de Orat. 2, 89. Ludi Id. Q. Fratr. 3, 8. Ornatus Id. Verr. 1, 58. Splendor Lucret. 4, 1023. Succus in vsu, medicamentisque Plin. 19, 3. Triumphus Ouid. Amor. 1, 2, 28. 25

Ter. Eun. 4, 6, 3 Usque adeo ego illius ferre possum ineptias, et magnifica verba, i. iactantiae et ostentationis plena. Vrbes Ouid. ex Pont. 2, 10, 21. Magnificum abunde est voluisse Plin. in Praef. Dicere aliquid magnificum Tibul. 1, 5, 6 Horrida verba mox appellat. Nep. de Attic. 13, 5 Elegans, non magnificus, splendidus, non sumtuosus. 30

Nempe in priuato cultu magnificus aliquis non est sine vitio. Compar. Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum Cic. in Pis. c. 2. Nihil illa victoria magnificentius Vell. 2, 52, 4. Superl. Magnificentissima dicebant antiqui pro Magnificentissima. Re enim vera Magnificens dici non potest, vnde Magnificentissima videtur de-

duci. Fest. Priscian. 3 p. 603. Cic. de Fin. 2, 113 Ad altiora quaedam et magnificentiora mihi crede Torquate nati sumus. Magnificentissimum Senatusconsultum, h. e. Amplissimum et honorificentissimum Cic. de Diuin. 1, 59. Factum Nep. 8, 1, 4. Spectaculum Vell. 2, 56, 1. Triumphus Idem 2, 40, 3. Magnificentissima aedilitas 40

Cic. Off. 2, 57.

MAGNIFICENTIA, ae. f. [μεγαλοπρέπεια, μεγαλειότης, μεγαλήγεια] Est (inquit Cic. de Inuent. 2, 167) Rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione agitatio atque administratio. Odit Populus Rom. priuatam luxuriam, publicam

magnificentiam diligit Cic. pro Mur. c. 39. Epularum Cic. in Orat. c. 25. Ludorum magnificentia populo voluptati est Cic. pro Muraen. 38. Ter. Phorm. 9, 7, 37 I hinc in malam rem, cum istac magnificentia fugitiue, i. iactatione magniloquentia. Cic. pro Muraen. 38 c. 19 Noli ludorum huius elegantiam, et scenae magnificentiam valde contemnere. Adhibere magnificentiam, vid. ADHIBEO. Abstruere aliquid magnificentia, vid. ABSTRVO. Cic. de Amicit. 21 c. 6 Ne metiamur eam, ut quidam docti, verborum magnificentia. Idem Offic. 1, 72 c. 21 Capeffentibus autem Remp. nihilominus quam Philosophis haud scio an magis etiam et magnificentia et despicientia 55

adhibenda sit rerum humanarum.

MAGNIFICE. Adu. [μεγαλοπρεπῶς, μεγαλειῶς, μεγαλῶς] Laute, honorifice: et generatim intendendi vim habet. Ter. Heaut. 3, 2, 45 Et ne ego te (si vsus veniat) magnifice, Chreine tractare possim, i. cum magna specie tuarum te sententiarum et consiliorum admonere. Magnifice aliquem 60 accipere, i. Honorifice Plaut. Pseud. 1, 2, 4. Cic. pro Rosc. Com. 5 c. 2 Vsq; eone te diligis, et magnifice circumspicis? i. tibi places, alios contemnis. Compellere aliquem Plaut. Pseud. 2, 4, 11. Dicere, Laudabiliter, cum excellentia quadam Ter. Adelph. 2, 3, 4. Efferre se, Mithrid. mirum in modum Id. Heaut. 4, 3, 31. Habitare Cic. pro 65 Domo 15. Incedere Liu. 2, 6. Ire aduersum Plaut. Cas. 3, 6, 4. Cic. ad Brut. 16 Itum magnifice loqui, et certo decet apud ignorantes. Loqui magna magnifice Tibul. 2, 6 (7) n. Ornatus Nep. 14, 3, 5. Prodest magnifice Scribon. 83. Cic. Offic. 1, 92 Haec praescripta seruantem licet grauitur, magnifice, animoseque viuere, atque etiam 70 simpliciter, fideliter, et vitae hominum amice. Magnifice utilis Plin. 23, 7. Magnificus, Cato pro Magnificentius dixit: et non frustra. Nam positius eius Magnifice est. Festus. Omnia excelsius Magnificentiusque et dicet et sentiet Cic. in Orat. c. 34. Necessaria sunt Magnificentius quam docentur Id. ibid. c. 43. Cum consulatum Ma-

gnificentissime gesseris Id. Fam. 4, 7. Conf. Curt. 10, 4, 7.

MAGNIFICENTER. Adu. Vitruu. 6, 11 Cum magnificententer opus perfectum adspicietur. Et 1, 6 Oppidum magnificententer aedificatum.

MAGNIFICO, ñre. Magni facere s. aestimare, extollere, exaltare. Μεγαλύνω amplio, amplifico Gloss. Gr. Lat. Plin. 17, 9 M. 80

Varro principatum dat turdorum fimo ex auariis. Quod etiam pabulo boum suumque magnificat: neque alio cibo celerius pinguescere asseuerat. Quia me collitis et magnificatis Plaut. Cist. 1, 1, 23. Idem Men. 2, 3, 19 Te vnum ex omnibus Venus voluit me magnificare. Et tectis crucibus magnificatur opus Venant. Fortunat. 2, 3. Conf. Ter. 85

Hec. 2, 2, 18 Quem ego intellexi illam haud minus quam se ipsum magnificare. Sic MSS. Sed Benel. hic et in Plauti locis magnificare praefert.

MAGNIFICIUM, i. n. μεγαλοπρεπεία Gloss. Gr. Lat.

MAGNILŌQVVS, a, um. Adi. [μεγαλορήμων, τροφικτικός] Qui magna loquitur. Martial. 2, 43 Candide κοινὰ φίλων haec sunt tua Candide πάντες, Quae tu magniloquus nocte dieque sonas. Homerus magniloquus Stat. Silu. 5, 3, 62. Flatus magniloqui Stat. Theb. 3, 192. Ore magniloquo tumidus Ouid. Met. 8, 396.

MAGNILŌQVAX, ñcis. μεγαλολάλος Gloss. Gr. Lat. 95

MAGNILŌQVENTIA, ae. f. [μεγαλορρημοσύνη] Cic. in Orat. 191 Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiae sit accommodatior. Homeri magniloquentia Cic. Fam. 13, 15. Rhodiorum legati magniloquentiam vix Curia ante ceperat Liu. 44, 15 pr. i. superbam iactantiam. 100

MAGNIPENDO, ñre. [περὶ πολλῶν ποιῆσαι] In magna aestimatione habere. Plaut. Pseud. 1, 2, 85 Sed, scio, tu haud olem magnipendis, vino te deuincis. Ter. Adel. 5, 4, 25 Ego quoque a meis me amari, et magnipendi postulo. Sed melius diuina scribitur, pendo magni.

MAGNITAS, ñtis. f. [μεγαλότης] Pro magnitudine apud antiquos. 105

Accius *apud* Non. 2, 523 Neque sat fingi, neque dici potest pro magnitate.

MAGNITIES, ei. f. Auctor Carminis de Phoenice *sub. fin.*

MAGNITUDO, inis. f. [μέγεθος, ὄγκος] *Interdum nihil nisi modum aut molem significat, ut* Nucis magnitudo Scribon. 135. *i. quantitas. Et 205 In vulneris magnitudinem dilatatum emplastrum. Sed ordinarie est Amplitudo, sublimitas.* Sen. de Ira 1 *extr.* Magnitudinis firmamentum roburque bonitas est. Magnitudo non habet certum modum; comparatio illam aut tollit aut deprimat Sen. Ep. 43. Ampla magnitudo, Inaudita, Inhabilis magnitudinis nauis, Iusta, Capere magnitudinem. Cogere in, *vid. in his verbis.* Complere magnitudinem alicuius rei Plin. 16, 7. Excedere in nimiam magnitudinem Cels. 2, 21. Implere magnitudinem suam anno, *vid. I M P L E O.* Acerbitatis et odii magnitudo Cic. pro Deiot. 30. Aeris alieni Idem pro Rosc.

Amer. 39. Amoris Idem Fam. 2, 7. Idem in Partit. 81 Magnitudinem Animi superbia imitatur in animis extollendis. Et Fam. 1, 7 Magnitudinem Animi his ne inlectas cuiusquam iniuria. *Quibus in rebus consistat, docet* Cic. Off. 1 c. 20. Causarum magnitudo et varietas Idem de Orat. 1, 15. Frigorum Idem Verr. 5, 23. Fructuum Idem contra Rull. 2, 94. Maris Aegaei Idem de Fin. 3, 45. Mundi Id. Off. 1, 154. Quaestus Cic. Verr. 5, 23. Periculi Idem pro Quint. 6. Professionis magnitudo Scribon. Ep. *fin.* Regionum Cic. Philipp. 13, 5. Conspicuis magnitudine, *vid. CONSPICIO.* Pl. Cic. de Orat. 1, 187 In geometria lineamenta, forma, interualla, magnitudines.

¶ 2 *Inter titulus honoris inferiori aetate erat Magnitudo.* Cassiod. Var. 9, 13 Ad Comitem patrimonii scribit Athalricus, Magnitudinis tuae suggestione comperimus, de Domesticorum excessibus *etc.*

MAGNOPERE. Ad. [αλα, μεγала] *Valde, vehementer.* Ter. Heaut. 4, 1, 13 Meministine me esse grauidam, et mihi te magnopere interminatum, si puellam parerem, nolle tolli? Lucret. 2, 176 Sed in omnibus rebus Magnopere, a vera lapsatione videntur. Magnopere, *separatim etiam aliquando legas.* Cic. de Inu. 2, 2 Cum puero- rum igitur formas et corpora magno hic opere admiraretur. Idem

Fam. 13, 34 Magnoque opere abs te peto. *uti* Ter. Eun. 3, 4, 26 Thais maximo te orabat opere, ut cras redires. Cic. Fam. 15, 14 Ego caeterarum rerum causa tibi Romam magnopere properandum cenfeo. Nemo magnopere eminebat Liu. 1, 17 *pr.* Magnopere prouidendum Cic. pro Pont. Et Verr. 2, 28 Qua de re, Iudices, vobis magnopere prouidendum est. Idem Verr. 5, 107 c. 41 Quid, inquam, magnopere potuit Cleomenes facere, istius auaritia nauibus exinanitis? Id. pro Rosc. Com. 43 c. 15 Et quorsum recidat responsum tuum non magnopere laboro. Non magnopere miror Cic. Acad. 4. Id. Verr. 4, 1 Genus ipsum prius agnosceite, iudices, deinde fortasse non magnopere quaeritis, quo nomine appellandum putetis. Idem pro Rosc. Amer. 124 Tametsi ita res se habet, ut mihi in communem causam sectorum dicendum nihil magnopere videatur. Non magnopere visus Phoenix in toto orbe Plin. 10, 2.

MAXIMOPERE. [σφοδρατα] *Superlatiui gradus aduerbium. Idem quod Vehementissime.* Cic. Fam. 3, 2 A te maximopere pro nostra summa coniunctione, tuaque singulari humanitate etiam atque etiam quaeso et peto, ut quibuscuque, *etc.* Sed etiam hoc in bonis libris diuiditur, de qua ratione dubitationem eximit illud Thais maximo te orabat opere, ut cras redires Ter. Eun. 3, 3, 26.

MAGVDARIS, *sive* MAGYDARIS. [μαγδαρις] Priscian. 7 c. de accufatio; Magudar, *inquit,* significat frugis, id est cauli genus, qui nascitur ex ea parte, cuius radix silphii auellitur. vel, ut alii volunt, siliginem. Hanc, caulem laserpitii quidam existimant. Plaut. Rud. 3, 2, 19 Seti tibi confidis fore multam magudarum Columel. 6, 17. *vid. LASER.* Plin. 19, 3 l. 15 Caulem laserpitii vocat; et l. 16 Alterum genus laserpitii. *Add. Salmaf. ad loc. Plaut.*

MAGVS, i. m. [μαγος] *Dictio Persica, qua apud eos Sapiens significatur, eos enim Persae Magos vocant, quos Graeci Philosophos, Latini Sapientes; Galli Druidas, Aegyptii Prophetas, sive Sacerdotes.* Persarum lingua magus est, qui nostra sacerdos Apul. Apol. Cic. de Legib. 2, 26 Patrum delubra esse in vrbibus cenfeo; nec sequor magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur. Catullus 87 Nam magus ex matre et gnato nascatur oportet, si vera est Persarum impia religio. Artes magorum Ouid. Met. 7, 195. Portenta magorum Cic. de Nat. Deor. 1, 45 c. 16. Sapientum et doctorum genus magorum habebatur in Persis Cic. de Diuin. 1, 46 c. 23. Sed More vulgari, ait Apul. Apol. p. 291 *pr.* eum proprie Magum existimant, qui communiore loquendi cum Dis immortalibus ad omnia quae velit, incredibili quadam vi cantaminum polleat

— Qui magum qualem isti dicunt in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem caecam et inuitabilem prohibeat? — Qui prouidentiam mundi curiosius vestigant, et impensius deos celebrant, eos vulgo Magos nominant; quasi facere etiam sciant, quae sciant fieri: ut olim fuere Epimenides, et Orpheus, et Pythagoras, et Ofsanes.

MAGA, ae. f. Augustin. de Ciu. Dei 18, 17 Maga famosissima Circe.

MAGVS, a, um. *Re vera adiectiuum esse, docet* Sen. Herc. Oct. 467 Carmine in terras mago descendat astris luna desertis licet. *Itemque* Ouid. Amor. 1, 8, 5 Illa magas artes Aeaeaeque carmina nouit.

MAGIA, ae. f. [μαγεια] *Vocabulum medium. Primo enim, damus Apuleii verba* Apol. p. 290, 23 Id est, quod Plato interpretatur *δαιμωνια* — Auditisne Magiam artem esse Dis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam scilicet et diuini scientem, iam inde a Zoroastre et Oromazo auctoribus suis nobilem, caelitem antistitam? *etc.* Hanc deinde Magorum Persarum artem esse contendit. Deinde est ars quaedam occulte ope daemonum nocendi. De hac Apul. Apol. p. 304, 24 Magia ista res est legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta. Igitur et occulta non minus quam tetra et horribilis, plerumque noctibus vigilata, et tenebris abstrusa, et arbitris iolitaria, et carminibus murmurata. De hac Magia toto hoc opere plura Apuleius, quippe in quo Magiae crimen depellat. Multa etiam in *lyris Metamorphoscos* suae, tribus praesertim prioribus. Alter locus *cisficus* est Plin. 30, 1 ubi inter alia Fraudulentissima artium plurimum in toto terrarum orbe plurimisque saeculis valuit. Auctoritate ei maximam fuisse, nemo miratur, quandoquidem sola artium tres alias imperiosissimas humanae mentis complexa in vnam se redit. Natam primum e medicina, nemo dubitat, ac specie salutari irrepisse velut altiore sanctioremque medicinam: ita blandissimis desideris et promissis addidisse vires religionis — atque — miscuisse artes mathematicas nullo non audio futura

tura de se sciendi, atque ea e caelo verissime peti credente. Ita possessis hominum sensibus triplici vinculo, in tantum fastigii adoleuit, ut hodieque etiam in magna gentium parte praeualeat, et in oriente regum regibus imperet. Sine dubio illic orta in Perfide a Zoroastre etc. *Pertexit enim longam deinde historiam eius, quam nunc Magiam nunc Magicen appellat.* Inter alia c. 2 l. 6 Proinde, ait, ita persuasum sit, instabilem, irritam, inanem, esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras: sed in his veneficas artes pollere, non magicas.

MAGICE, es. f. [μαγική] *Ars ipsa incantandi, quam et Magiam vocant.* Plin. 30, 1 Si non expers sedes eius tota Thrace magices fuisset. 10

MAGICVS, a, um. Adj. [μαγικός] *Quod ad magum vel etiam magicen pertinet.* Magica ars Plin. 11, 37. Artes magicae Virg. Aen. 4, 493. Auxilia Tibul. 1, 8, 5. Carmen Cic. de Orat. 1, 245. *sed rectius ibi legitur, magistri carmine.* Linguae magicae potentia Ouid. Met. 7, 330. Os Ouid. Met. 14, 58. Portenta Plin. 25, 3. Ritu lustrari Ouid. Met. 10, 398. Sacra Virg. Ecl. 8, 66. Soni Ouid. de Arte Am. 2, 102. Terrores Hor. Epist. 2, 2, 208.

MAGYDARIS, vid. MAGVDARIS.

## M A I

MAIA. [Μαία] *Atlantis filia, ex qua Iupiter Mercurium suscepit.* Almae filius Maiiae, Mercurius Hor. Carm. 1, 2, 43. Genitus Maia, Mercurius Virg. Aen. 1, 301. Natus Maia, Mercurius Hor. Seru. 2, 6, 5. Maia, pro stella una ex Pleiadibus Virg. Georg. 1, 225.

¶ 2 *Est etiam Romanum numen Maia, de qua locus classicus* Macrob. 25 Sat. 1, 12 *Cincius Maium* mensem nominatum putat a Maia, quam Vulcani dicit uxorem; argumentoque utitur, quod Flamen Vulcanalis Calendis Maiis huic Deae rem diuinam facit. Sed Piso uxorem Vulcani Maieftam non Maiam dicit vocari. Contendunt alii Maiam Mercurij Matrem mensi nomen dedisse, hinc maxime probantes, quod hoc mense mercatores omnes Maiiae pariter Mercurioque sacrificant. Afirmant quidam, quibus Cornelius Labeo consentit, hanc Maiam, cui mense Maio res diuina celebratur, terram esse, huc adeptam nomen a magnitudine; sicut et Mater Magna in sacris vocatur, — Auctor est Cornelius Labeo, huic Maiiae aedem Calendis Maiis dedicatam, sub nomine Bonae Deae. *Vid. Bona Dea in BONVS.* ¶ 3 *Maia genus cancri* Plin. 9, 34.

MAIALES. [μαϊαί] Vet. Gloss. Maialis, δέλαξ. *Sic autem porci castrati dicti sunt antiquis.* Varr. de R. R. 2, 4 *Castrantur verres commodissime anniculi, utique ne minores quam semestres, quo facto nomen mutant atque e verribus dicuntur maiales.* *Add. ib. c. 7. Conf. Isidor. 2, 31. Hotomann. Obseru. 8, 7. Et Cic. in Pison. 19 c. 9* *Consulem quaerebam, quem in isto maiiali inuenire non poteram. Eleganter Titin. apud Non. 2, 330* *Ne ego maiialis fiam: pro, Ne ego castrer.*

MAIESTAS, atis. f. [μαγαλιότης] a Magnitudine dicta est, auctore Festo. *Et est sane nihil aliud, quam magnitudo, qua quis vel quid excedere sui generis homines aut res videtur. Sollemnior autem ea significatio est, qua magnitudinem auctoritatis, potestatis, reuerentiae et honoris; atque summum adeo amplitudinis fastigium in republica denotat, et penes eos est, qui summam rerum praesunt.* Hor. Epist. 2, 1, 258 *Sed neque paruum Carmen maiestas recipit tua. de Augusto.* *Maiestatem lepide fingunt Poetae, Honoris et Reuerentiae filiam esse: vid. Ouid. Fast. 5, 25.* *Maiestas, populi dicebatur: Auctoritas autem, Senatus. Populus enim sciscere solebat et iubere; Senatus censere, et auctor esse.* Cic. Philipp. 3, 13 *Tantus autem est consensus municipiorum, coloniarumque prouinciae Galliae, ut omnes ad auctoritatem huius ordinis, maiestatemque Populi Rom. defendendam conspirasse videantur. Legitur et Maiestas Senatus: ut apud Plin. Epist. 8, 6* *Erat enim contra maiestatem Senatus, si, etc. Actio maiestatis int. laesae Quinctil. 5, 10.* *Maiestas Imperii* Hor. Carm. 4, 15, 15. *Imperatoria Tac. A. 1, 46, 2. Claud. in Conf. Prob. et Olyb. 126 — et inhorruit acri Maiestate nemus. Dictatoria Liu. 4, 14. Reatoris Sil. 15, 47. Regia Claud. de Nupt. Honor. 198. Sancta Ouid. de Arte Am. 3, 407. Summae maiestatis reges Iustin. 11, 4, 6. Verenda Ouid. Met. 4, 539. Arcersere maiestatis, vid. ARCESO.*

Cic. pro Rabir. 20 c. 7 *Fit Senatusconf. ut C. Marius, L. Valerius Consules, adhererent Trib. pleb. et Praetores, quos eis videretur; operamque darent, ut imperium Populi Romani maiestasque conservaretur. Idein pro Corn. Balb. 36* *Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus foederibus: Maiestatem Populi Rom. comiter conferunt, etc. b. e. Obsequium, obseruantiamque liberis non indignam nec indecoram imperio Romano, populoque benigne exhibeant: et ut comiter obsequiosum se ille populus Populo Romano praebeat: cunctaque ut imperium semper penes Romanos sit. Ex Budaeo. Salust. in Bell. Iugurth. 31, 17 in C. Memmii oratione: Maiores vestri parandi iuris, et maiestatis constituendae gratia, per secessionem armati bis Auentinum montem occupauerunt. Damnatus maiestatis Cic. pro Cluent. c. 35. Id. de Orat. 2, 164 c. 39* *Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus Populi Romani tradidit. Ibid. 107 c. 25* *Mihi ipsi cum Sulpicio fuit in Norbani causa summa contentio. Pleraque enim de iis, quae ab isto obiiciebantur, quum confiterer, tamen ab illo maiestatem imminutam negabam. Cic. de Inu. 2, 55 c. 18* *Maiestatem minuere est aliquid de rep. cum potestatem non habeas, administrare. Laedere etiam veteres dixere* Marcianus l. 3 ff. ad L. Iul. Mai. *Eum, qui maiestatem publicam laeserit, teneri. Et Papinianus l. 8 eod. In quaestionibus laesae maiestatis etiam mulieres audiuntur. Sueton. in Claud. c. 16* *Notauit et quendam, quod comes regis in prouincia fuisset: referens maiorum temporibus Rabirio Posthumo Ptolemaeum Alexandriam crediti seruandi causa secuto, crimen maiestatis (subaud. laesae) apud iudices motum. Est ille C. Rabirius Postumus, pro quo Cicero orationem habuit, quae exstat. Sed de hoc crimine, et quam late patuerit videndi, qui de Legibus egere, Cornelia Maiestatis etc. Nobis sat erit unum adhuc Ciceronis locum interpretari Fam. 3, 11* *Est maiestas, ut Sulla voluit, b. e. Sulla ideo legem Maiestatis tulit, ut (sic leg. cum Lambino, non ne) in quemuis impune declamare liceret. Nempe in hac lege multo maior delatoris et accusatoris impunitas, cum calumniae eum poena lex Cornelii Sullae liberaret. Cic. in Orat. 102* *Ius omne retinendae maiestatis Rabirii causa continebatur. Ergo in omni opere amplificationis exarsimus. Liu. 22, 42. extr. Horum opportunus argentus Consules imperii potentes fecit, quum ambitio alterius suam primum apud eos praua indulgentia maiestatem soluisset. Quinctil. 3, 7* *Verum in deis, generaliter primum maiestatem ipsius eorum naturae generabimur. Cic. Acad. 4, 120* *Negatis haec tam polite, tamque libere effici potuisse sine*

105

diuina aliqua solertia, cuius quidem vos maiestatem deducitis vsque ad apium, fornicarumque perfectionem. Maiestas nominis, *b. e. Magnitudo et dignitas* Martial. 8, 1. Praetoris maiestas contempta Paul. in l. Si famil. D. de iurisdic. omnium iudic. Detrahere maiestatem Amicitiae Sen. Ep. 9. Maiestas alicuius loci, *b. e. Praestantia et excellentia* Liu. 1, 53 quae *ibid. c. 38 extr.* amplitudo dicitur. Maiestas in oratione, *b. e. Grauitas* Cic. de Amicit. 96 c. 25. Afferre orationi maiestatem aliquam Quinctil. 1, 6. Stat. Silu. 4, 6, 36 *de statua Herculis*, Tantus honos operi firmosque inclusa per artus  
 10 Maiestas. Maiestas *ut monuimus, interdum simpliciter magnitudo est, absque ueneratione proprie dicta considerata.* Varro de R. R. 2, 5, 4 Noui maiestatem bouum, et ab his dici pleraque (*apud Graecos*) magna. *Quin ad horrorem et metum pertinet, v. g. Stat. Theb. 7, 478 de Iocasta, Eumenidum velut antiquissima portis Egreditur, magna cum maiestate malorum.* Sic de Dite Claudian. de R. R. 1, 80 Nigraque verendus maiestate sedet;

MAIORES, *vid. MAGNVS.*

MAIORINA, *ae. f. Species oliuae.* Plin. 15, 3. ¶ 2

Imp. Constantius l. 6 C. Th. de falsa moneta Maiorinam pecuniam  
 20 separato argento ab aere prohibet: *vbi vix aliud consistit Iac. Gotthofredus, quam, quod lex ipsa satis indicat, ex argento et aere conflata fuisse.*

MAIUMA, *ae. f. Ludi genus apud Romanos.* Theod. Cod. T. 15 t. 6 Placuit, ut Maiumae laetitia prouincialibus redderetur. *vid. Iac. Gotthofr. ad l. c. Cod. Dilherr. T. 2 Dispp. p. 81. et Chok. Fac. Hist. Cent. 1, 56. fol. 111. it. Angr. Riuii diff. de Maiumis, Maicampis et Roncaliis, quam Syntagmati Graeuius suo inseruit.* Foedum atque indecorum spectaculum, procaci licentia vocatur l. 2 C. Th. de Maiumis.

MAIUS. [Μάιος, Ματαγυριών] Mensis a maioribus dictus est, quia (*inquit* Macrob. Saturn. 1, 12.) maioribus consecratus erat, quorum consilio Respub. gerebatur. *Conf. Fest. Ouid. Fast. 5, 73 Hinc sua maiores tribuere vocabula Maio. Sunt qui Maium a Maiestate dea denominatum velint, quod flamen Vulcanalis Calendis Maiis huic deae rem diuinam facit. Alii a Maia Mercurii matre, propterea hoc mense mercatores omnes Maias pariter et Mercurio sacrificare soliti erant, vid.*  
 35 Macrob. Sat. 1, 12. Tertius a maioribus Maius Varr. de L. L. 5, 4 De Mensibus loquitur. Mensis Maius Cic. Philip. 2, 100 c. 39. et Att. 13, 5. Ita, Calendae, Idus, Nonae Maias. *vid. Cic. Att. 3, 7 et 8. Id. Fam. 1, 9. et 4, 3. etc.*

MAIUSCVLVS, *vid. MAGNVS.*

## M A L

MALA, *ae. f. [μῆλον, παρὰ, σιωγῶν] Faciei pars est, dicta, si credimus* Isid. 11, 1, *quod rotunda, mali speciem prae se ferat: Magis*  
 45 *audiendus* Cic. Orat. 133 c. 45 *Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literae vastioris? Quam literam etiam e maxillis et taxillis et vexillo, et paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Poterat addere Texelam, quae in Telam contrahitur: quod in primis notabile exemplum est, cum etymologia a Texo satis ostendat, Literam X*  
 50 *esse in primitiuo.* Plin. 11, 37 *Infra oculos malae, homini tantum, quas prisci genas vocabant, XII Tabularum interdicto radi a feminis eas vetantes. Pudoris haec sedes: ibi maxime ostenditur rubor. Pars vtraque malarum* Lucret. 1, 89. *Audaces* Virg. Aen. 7, 114. *Dissutae* Perf. Sat. 3, 59 *oscitantis a crapula hesternae.* *Horribilis*  
 55 *mala leonis* Hor. Carm. 2, 19, 24. *Crepitant duro sub vulnere* Virg. Aen. 5, 435. *Flauescere malae dicuntur, quum primum barbae lanugo crescere occipit* Ouid. Met. 6, 718. *Absumere mensas ambesas malis* Virg. Aen. 3, 257. *Citatur versiculus antiqui Poetae a Cicerone, ex Atreo fabula, de Orat. 3, 217 c. 58 Impius hortatur me frater, ut meos malis Mandem natos. Sic enim relictus legitur: nam Mandare malis, est Malis committere et comesse; ut apud* Lucret. 2, 637 *Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus. Est igitur vetus loquendi formula, quam et mensura versus postulat, ut Turneb. et Lambin. annotarunt. Caeterum vulgo legitur, Manderem, etc. Signarat teneras dubia lanugine malas* Ouid. Met. 13, 754. *Iuuentas molli vestit lanugine malas*  
 65 *Lucret. 5, 887.*

MALABATHRVM, *vid. MALOBATHRVM.*

MALACHE, *es. f. [μαλάχη] Malua.* Plin. 20, 21. Columel. 10, 247. Apul. de Herb. c. 40.

70 MALACHRA, quam alio nomine Maldacon vocant, arbor est in Baetria regione, magnitudine oleae, folio roboris, fructu caprifici gummi genus exudans, quod Bdellium vocant Plin. 12, 9.

MALACION. [μαλάκιον] Genus quoddam ornamenti muliebris, Polluci 7, 13. *Idem quoque 5, 16 inter colli ornamenta numerat. Huius forte meminit* Naeuius Poeta apud Non. Marcell. 14, 19 *Pallis, patagiis, crocotis, malicis (sic Mercer.) mortualibus. Sed potest etiam Adiectiuum esse, de quo statim.*

MALACVS, *a, um. Adi. [μαλακός] Mollis.* Plaut. Bacch. 2, 3, 121 *Hic nostra agetur aetas in malacum modum, i. Molliter.* Idem  
 80 *Truc. 2, 7, 49 Moechum malacum amas. Sic* Mil. 3, 1, 93 *Eme mi vir lanam, vnde tibi pallium malacum, et calidum, conficiantur tunicae mihi hibernae bonae, ne algeas hac hieme. Tum ad saltandum non cinaedus malacus aequae est atque ego* Plaut. Mil. 3, 1, 74. *In malaco sanum* Quinctil. 8, 2, 13 *His verbis non aliud significari putat, quam in carnis mollitie et raritate summam intelligi mentis sanitatem, id est prudentiam et perspicaciam* Caes. 6, 1. *Nec facile est melius aliquid afferre.*

MALACIA, *ae. f. [μαλακία] Tranquillitas, quum maris fluctus omnino quiescunt et languent, neque ulla aura commouentur.* Caes. Bell. Gall. 3, 15 *Ac conuersis in eam partem nauibus, quo ventus ferebat, tanta subito malacia ac tranquillitas exstitit, ut se loco mouere non possent. In otio inconcusso iacere, non tranquillitas est, malacia est* Sen. Ep. 67. *Per malaciam maris* Aur. Vict. de viris ill. c. 22: *sicut leg. videtur pro vulgato, mollitiem; similiter ap. Sulpic. Seu. de Virt. monach. Orient. Dial. 1 c. 4.* ¶ 2 *Malacia, est in grauidis ille Languor et mollities dissoluti et cuncta fastidientis stomachi.* Plin. 23, 6 *Malicorium expetitur grauidarum malaciae, quoniam gustatu moueat infantem. Sic 28, 7 Malacia stomachi, i. languor.*

MALACISSO, *are. [μαλακισμός] Mollire, subigere.* Plaut. Bacch. 1, 1, 40 *Ah, nimium ferus es. P. mihi sum. B. malacissandus es.*  
 100 *Malacissandi articuli* Sen. Ep. 66. *al. malaxando. vid. Taubm. ad Plaut. p. 539. Malacizo, Malacisso* Cornut. de Orthogr. c. 1 *extr.*

MALASSO, *are. Mollio, subigo, maturo. vnde Commalasso, quod vide.*

MALAGINVM, *i. Emplastrum quod sine igne conficitur* Plin. 105 *Valer. 2, 12.*

MALAGMA,

**MALAGMA**, ātis. n. [μάλαγμα] Fomentum, ad rem duram emolliendam superpositum, a μαλάττω, mollio, quia his molliuntur apostemata, et matura fiunt. Differentiam inter malagmata, emplastra, pastillosque, vid. in EMPLASTRUM ex Cels. 5, 17. Scribon. saepissime vitur, v. g. Liquefactum oleo malagma 255. Genera malagmatorum 255. Tit. Medici quosdam curant malagmatum placabilitate Saluian. de Pronid. 6, 14. Columel. 6, 17, 5 Cuminum coneritum; eique adiicitur exiguum picis liquidae et axungiae, vt lentorem malagmatis habeat. Plin. 22, 24 Non fecit cerata, malagmata, emplastra, etc. Expeditum malagma Cels. 5, 14. Add. Colum. 6, 17. 10  
Reines. Var. Lect. 2, 8.

**MALANDRIA**, orum. Plurale. Vulnere in collo. Vnde

**MELANDRIOSVS**, a, um. Adi. Marcell. Empir. c. 9.

**MALASSO**, vid. MALACVS.

**MALAXO**, āre. Idem quod Malacisso. Laber. apud Gell. 16, 7 15

Malas malaxau. Hinc,

**MALAXATIO**, ōnis. f. apud Theod. Priscian. 1, 28.

**MALACTICVS**, a, um. Adi. Vim habens molliendi. Priscian. de Diact. c. 15.

**MALDACON**. Gummi genus ex bdellio arbore Plin. 12, 9. 20

**MALE**. Adu. vid. MALVS, Adi.

**MALEA**, penultima interdum breui, interdum producta, [Μαλέα et Μαλέα] Promontorium est Laconicae prouinciae, quod, teste Seruio, per quinquaginta miliaria in mare protenditur, vbi vnda adeo saeva est, vt persequi nauigantes appareat. Virg. Aen. 5, 193 Ionioque mari, 25

Maleaeque sequacibus vndis. i. Persecutricibus. Lucan. 6, 58 Et ra tibus longe flexus donare Maleae. Nomen a Maleo Argiuorum rege inditum est; et loci periculo locus adagio datus, Maleam legens, quae sunt domi obliuiscere; quo in omni praesente periculo significando vitur. Nec timeam vestros, Curua Malea sinus. Ouid. Amor. 2, 16, 30  
24. Raucae circumtonat ira Maleae Stat. Theb. 7, 16. Saeva Proptert. 3, 19, 8. Spumantis Maleae formidatum caput Stat. Theb. 2, 33.

**MALEVS**, a, um. Adi. a Malea. Iugum Maleum Flor. 2, 9, 4.

Sinus Malcus Idem 3, 6, 3.

**MALEDICO**, **MALEDICTVM**, **MALEFACIO**, vid. MALVS, Adi. 35

**MALEVENTVM**. Campaniae vrbs, quam nunc, boni omnis causa Beneuentum dicimus, vid. Plin. 3, 10. Liu. 9, 27 Nisi qui Maleventum, cui nunc vrbi Beneuentum nomen est, perfugerunt. Add. 25, 13.

**MALEVOLENTIA**, vid. MALVS, Adi.

**MALEVS**, vt refert Plin. 2, 73 in Indiae gente Oretum mons est, 40 iuxta quem vmbrae aestate in Austrum, hieme in Septentrionem iaciuntur.

**MALICORIVM**, i. n. [σίδιον] Putamen mali granasi. Plin. 24, 11. Cuius aridis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur. Idem 23, 6 Vulgus coria maxime perficere illo nouit, ob id malicorium appellant medici. De malo Punico. Add. Petron. c. 47. 45

**MALIGNĒ**, **MALIGNVS**, vid. MALVS, Adi.

**MALINA**, ae. f. i. venilia. Vid. Augustin. de Mirabil. S. Script. c. 7.

**MALISTVS**, a, um. Adi. a Graeco μάλιστος, maximus. Petron. c. 57 Satisfacere homini malisto et dignitoso. Verum plebeia oratio, et dubius locus est. 50

**MALITIA**, vid. MALVS, Adi.

**MALLEVS**, i. m. [σφύρα, μαίση] Fabrice instrumentum; dictum quod res duras molliat, quasi molliens. Plaut. Men. 2, 3, 52 Quam tu nunc mihi nauem narras? MEN. ligneam, saepe tritam, saepe fixam, saepe excussam malleo. Malleum sapientioremanubrio! 55  
Plaut. Epid. 4, 1 extr. per exclamationem accipiendum hac sententia, ita stultus alio se stulto sapientioremanubrio putat, vel etiam, alium stultum sibi praefert. Malleus et manubrium aequae et tantundem sapiunt, ambo nihil, vt hic duo senes Apoecides et Periphanes. Varr. de R. R. 1, 22 Corbes, sicinae, tribula, mallei, et rastelli. Add. l. 2 §. 1. D. de Lege Rhod. 60  
§ 2 Morbus veterini pecoris ap. Veget. Mulomed. 3, 9 et 23. Vid. in primis 1, 2. pr.

**MALLEOLVS**, i. m. Dimin. [μολύβουμα] Columel. 3, 6, 3 dicitur Pionus palmes vitis innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei, quod in ea parte, quae deciditur ex vetere sarmento, pro- 65  
ninsenis vtriusque malleoli speciem praebet. Val quod (vt Plin. ait 17, 41) solent capitulatus vtriusque e duro surculus feri. Cic. de Senect. 50 c. 15. Malleoli, plantae, sarmenta, vites, traduces, propagines, nonne ita efficiunt; vt quemuis cum admiratione delectent? § 2  
Feli genus. Cic. pro Milon. 65 Domus in cliuo Capitolino scutis re- 70  
ferta, plena omnia malleolorum ad vrbs incendia comparatorum. Nempe vt ait Festus, Malleoli vocantur non solum parui mallei, sed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur; videlicet ad similitudinem priorum dicti. Est ergo Malleolus, Genus sagittae capitatae, in cuius capite includebatur ignis, qui turres ligneas urbem oppugnantes 75  
incenderet. Malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare Cic. Catil. 1 c. 13. Veget. 4, 18 Quod si oppidani exire non audeant, maiores ballistas, malleolos, vel phalaricas cum incendio destinant; vt perruptis coriis, vel centonibus, intrinsecus flamma condatur. Conf. Vitr. 10, 22. Non. 18, 27. Ammian. 23, 16. 80

**MALLEOLARIS**, e. Adi. [μολύβουματικὸς] a Malleolus fit. Columel. de Arborib. c. 3, 4. Virgam malleolarem non amplius quam sex gemmarum esse conuenit.

**MALLEATOR**, ōnis. m. [σφραγίτης] Martial. 12, 57 Illinc paludis malleator Hispanae Tritum nitenti fuste verberat saxum. 85  
Malleator σφραγίτης Gloss. Lat. Gr.

**MALLEATVS**, a, um. Adi. [σφραγίτης] Quod malleo factum est. Vlpian. in l. Librorum appellatione. D. de Leg. tertio, Sed scripti libri nondum malleati, vel ornati continebuntur. Columel. 12, 19 Isque qui praecerit huic decoquendo, cola iuncea vel sparteae, ex 90  
crudo, id est non malleato sparto praeparata habeat.

**MALLO**, onis. m. Ceparum Veget. Mulom. 1, 63. i. stilus siccat- 100  
tus, vid. Id. 2, 60, 1.

**MALLOS**. [μάλλος] Vrbs Ciliciae. Lucan. 3, 227 Mallos, et extremac resonant naualibus Aegae. 95

**MALLVS**. [μάλλος] Mons est in ea parte Indiae, quae est intra Gangem, a quo vicini populi Malli appellantur. Auctor Plin. 6, 17.

**MALLVIVM**, i. n. [χρησμίσιον Gloss. Lat. Gr.] Vas in quo lauantur manus. Est autem quasi Manuluuium, sicut Pelluuuium Pediluuium. Fest. Malluuuium dicitur, quo manus lauantur: Malluuia, 100  
quibus manus sunt lotae.

**MALO**, maui, maui, malle. [προαιρέομαι] Magis velle, praecoptare. Malo me cum Pompeio vinci, quam cum illis vincere Cic. Att. 8, 7. Scripta nostra nusquam malo esse quam apud te Id. ib. 13, 22. Malle te quietam senectutem potius agere, quam sollicitam Anton. sub 105  
VOL. III.

Cic. Att. 14, 13. Quinctil. 1, 5, 64 Qui Graecam figuram sequi malet.  
 Cic. Verr. 3, 69 Quid ergo? in singulos H.S. quinquagenis millibus  
 damnari maualtis? Cato ipse seruire quam pugnare maualit. Cic. Att.  
 7, 15. Quinctil. 1, 6, 43 Paene ridiculum est malle sermonem, quo  
 locuti sint homines, quam quo loquantur. Cic. Tusc. 1, 39 c. 17  
 Errare me hercule malo cum Platone — quam cum istis vera sentire.  
 Cic. in Orat. 154 Malle pro magis velle, nolle pro non velle *poni affir-*  
*mat.* Mauellem, mauolo, mauelim dixit Plaut. in Amphit. 1, 3, 14  
 Experiri istuc mauellem me, quam mihi memorarier. Idem Afin.  
 5, 1, 8 Amari mauolo mi gnate me abs te. Et Aul. 4, 5, 1 Mortuanti  
 ego me mauelim leto malo. Mauelis Id. Capt. 2, 2, 20. Magis  
 malle Icti ap. Scip. Gentil. Parerg. l. 1. vt me aliis omnibus mallet  
 Apul. Apol. p. 321, 10.

MALOBATHRUM, MALABATHRUM, i. n. [μαλόβαθρον]  
 15 Arbor. Scribon. 170. Plin. 13, 26 Dat et malobathron Syria arborem  
 folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad vnguenta,  
 fertiliore eiusdem Aegypto, laudatius tamen ex India venit. Hor.  
 Carm. 2, 7, 7 Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. *Iun-*  
*genda non coronatus, sed nitentes et Malobathro.* Ex malobathrinis  
 20 enim foliis vnguentum siue oleum componebant ad tingendos, siue etiam  
 odore adspargendos, mulierum capillos, atque hoc ideo Foliatum appellabant.  
 Add. Sidon. Carm. 2, 415. Plin. 13, 1. Cels. 5, 23.

MALOBATHRĀTVS. Malobathro vnctus Sidon. Epist. 8, 3.

MALOBATHRARIVS, i. m. Qui malobathrum vendit. Ita  
 25 pro Murobathrarius Lambin. leg. in Plaut. Aul. 3, 5, 37. Aliis placet  
 Murobractarii.

MALOPE. Malua. Plin. 20, 21.

MALTHA, ac. f. quid esset, docebimus verbis Plin. 36, 24 Maltha  
 e calce fit recenti: gleba vino restinguitur: mox tunditur cum adipe  
 30 fuillo et ficu, duplici linamento quae res omnium tenacissima, et du-  
 ritiam lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur ante.  
 Nempe est natura pinguis ac tenax, qua obstrui rimae eorum canorum debent,  
 in quibus aquam velimus contineri. Pallad. 1, 17, 2 postquam Signi-  
 num opus facere docuit, Si aliquando in quocumque loco pauimenti  
 35 vel parietis tectura succumbat, hoc genus malthae adhibebimus, vt  
 humor in exitum nitens possit includi. Rimas et lacunas cisternarum,  
 et piscinas vel puteos sarcimus hoc genere, et si humor per saxa mana-  
 bit. Deinde docet facere. Et 1, 41, 1 Scire conuenit, quoniam de  
 balneo loquimur, quae sint malthae calidariae vel frigidariae, vt si  
 40 quando in solis scissa sint opera, possit repente succurri. Naturalis  
 Maltha est, de qua Plin. 2, 104 In Commagene vrbe Samosata stagnum  
 est, emittens limum (maltham vocant) flagrantem. Quum quid  
 attigit solidi, adhaeret. Praeterea tactus sequitur fugientes. Sic  
 defendere muros oppugnante Lucullo, flagrabatque miles armis suis.

45 Aquis etiam accenditur. Terra tantum restingui docuere experimenta.  
 Dilute nimis Festus Maltha pix cum cera mista. Gloss. Maltana  
 πωσθήκηον. ¶ 2 Malthas (Maltas Mercer.) veteres Molles  
 appellari voluerunt a Graeco, quasi μαλακῆς, vt ait Non. 1, 167 lau-  
 datque Lucil. Infanum, vocant quem maltam et feminam dici videt.  
 50 Inde Horatianus Malthinus, Mollis homo est et effeminatus, Serm. 1, 2,  
 25. Malthinus tunicis demissis ambulat, etc. vid. Lambin. in Serm. 2,  
 6, 26. Turneb. 11, 23.

MALTHO, āre. Maltha ferruminare, vid. primum Plinii exem-  
 plum, modo citatum. Sulphure solent vitrum solidare, id est maltha-  
 55 re Scholiaf. Iuuenal. 5, 48.

MALVA, ac. f. [μαλῶχη] Herba, quae antiquis in deliciis ace-  
 tariorum erat, quam quidam a molliendo dictam putant, quasi Moliuam,  
 quod ventrem molliat. Verum Malua a μαλῶχη Varroni de L. L. 4, 21.  
 Vid. Plin. 20, 21. Martial. 3, 89 Vtere lactucis, et mollibus vtere  
 60 maluis. Cic. Fam. 7, 26 A beta et a malua deceptus sum. Exone-  
 raturae ventrem Martial. 10, 48. Erratica Apul. de Herb. c. 40.  
 Laeues maluae Hor. Carm. 1, 31, 16. Salubres maluae graui corpori  
 Hor. Epod. 2, 58. Virides maluae Ouid. Fast. 4, 697.

MALVACEVS, a, um. Adi. [μαλακώδης] Quod ad maluam  
 65 pertinet, siue ad maluam similitudinem factum. Plin. 21, 4 Alia fun-  
 ditur e caule maluaceo. Maluaceus, substantiuum. Scribit enim  
 Priscian. libro 3 extremo, quaedam esse diminutiua, quae genere discre-  
 pant a sua origine, vt beta, malua, hic betacetis, maluaceus: h. e.  
 Paruula beta, paruula malua, vt interpretatur Turneb. De hoc vide  
 70 plura in dictione BETACEVS, suo loco. Add. Voss. de Anal. 4, 29.

MALVANVS, i. m. Luporum exactor Lucil. ap. Non. 2, 324:  
 sed Turneb. Adv. 20, 23 leg. Martem Siluanum.

MALVAVISCVS, i. m. Ibisus. Apul. de Herb. c. 38.

MALVM Terrae, Herba: cuius sunt genera quatuor, quae recen-  
 75 sentur a Plin. 25, 8. Terrae malum Scribon. passim. Malum ter-  
 rae, quod ἀριστολοχίαν Graeci dicunt 202. — rotundum, quae ἀριστο-  
 λοχία τρογγύλη 206. Radix mali terrae 220, 237. Conf. Plin. 26,  
 8 prope fin. Malum terrenum vocat Veg. Mulom. 4, 13, 3.

MALVS, i. f. [μῆλα] Arbor. Tractum nomen a Graecis, qui  
 80 malum μῆλον dicunt. Et steriles platani malos gessere valentes Virg.  
 Georg. 2, 70.

MALVM, i. n. Mali fructus. Malo aliquem petere, amatorium  
 est. Virg. Ecl. 3, 64 Malo me Galatea petit, lasciuia puella, Et fugit ad sa-  
 lices, et se cupit ante videri. Vid. la Cerda ad h. l. et add. Heliod.  
 85 Aeth. 3 p. 132. Ἦδη δὲ ὄσαι δημόδης γυναικίς, ἡγὶ τὸ τῆς ψυχῆς πάθος  
 ἰγκρατεῖα κρύπτειν ἀδύνατοι, μύλοις τε ἡγὶ ἀνδρείων βραβύων, εὐμένειαν ἐπ'  
 αὐτῶ τινὰ ἐλκόμεναι. Malum, quod Aeoles dicunt μῆλον Varr. de L.  
 L. 4, 21 pr. Cortex malorum Scribon. 248. Grana Punicorum  
 malorum 186. Felicis mali aurea imago Ouid. Epist. 20, 237.

90 Aurea mala Virg. Ecl. 3, 71. Cana mala tenera lanugine Id. Ibid. 2,  
 51. Citreum Martial. 13, 37. Cotoneum, f. Cydoneum Plin. 15, 11.  
 Erraticum Plin. 26, 8 prope fin. Granatum Plin. 26, 18. Scribon. 234.  
 Granata Id. 41. Orbiculatum, f. Epiroticum Plin. 15, 14. Colum.  
 5, 9 extr. Orbiculata mala Scribon. 104. Pelusiana, vid. PELV-  
 95 SIVM. Persicum Plin. 15, 14. Sunt plura alia genera apud ipsum  
 Plin. et Columel. 12, 45, 5. et Varr. de R. R. 1, 59. Apud Macro-  
 2, 15 Ex Cloatio haec genera enumerantur, Amerinum, Cotoneum,  
 Citreum, Coccimelum, Conditum, Epimelis, Musteum, Mattia-  
 num, Orbiculatum, Ogratianum, Praecox, Pannuceum, Punicum,  
 100 Persicum, Quirianum (f. Quirinianum) Profitum, Rubrum, Scandia-  
 num, Siluestre, Struthium, Scantianum, Tibur, Verianum. Addi  
 bis possunt Mala Caesiana, et ex genere Cydoniorum Struthea, Chry-  
 someliana, Mustea: tum Melimela, Sestiana, Syriaca f. Syrica. De  
 plerisque omnibus agimus s. l. Redolentia mala in patulis canistris  
 105 Ouid. Met. 8, 676. Roscida Virg. Ecl. 8, 37. ¶ 2 Malum  
 A a in



*in obfoenis, uti Pomum, ubi vid. Priap. 74* Quod mouear non est, quia si furaberis ipse Grandia mala tibi, mala dabo βραχέα. Sic Lips. Ant. Lect. 3 p. 128. Sed variat lectio, Scaliger. fluctuat.

MALARIVM, i. n. Pomarium Gloss. Isidori.

MALIFER, era, erum. Adi. Pomifer. Virg. Aen. 7, 740 Et 5 quos maliferae despectant moenia Abellae.

MALOGRANATVM. Composita vox pro Malum granatum. Vulg. Hagg. 2, 20. et Hieron. in Comment. Conf. Numer. 20, 5. Plin. 26, 8. Isidor. 17, 7.

MALOGRANATA, ae. f. Arbor. Isidor. 17, 7.

MALOMELLVM, i. n. A dulcedine appellatum, quod fructus eius mellis saporem habeat Isidor. 17, 7. vid. MELIMELVM.

MALINVS, a, um. Adi. [μυλινός] Quod est ex malo arbore factum. Columel. 7, 8, 7 Est etiam non ingrati saporis muria perduratus, atque ita malini ligni vel culmi fumo coloratus. De caseo. Quidam 15 libri maligni, quod non modo hoc referri potest, sed etiam ad adiectiuum Malus, ut malignum sit parcum, e quo plus fumi, quam caloris. Pruna malina malis insita Plin. 15, 13.

MALVNDRVM, i. n. Herbae genus. Plin. 26, 7. al. leg. Melandryum.

MALVS, i. m. [ισδς] Arbor nauis. Lucret. 2, 554 Antennas, proram, malos, tonsasque natantes. Cic. de Senect. 17 c. 6 Ut si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos scandant, alii per foros cursent. Velifer malus Valer. Argon. 1, 126. Saucius celeri Africo Hor. Carm. 1, 14, 5. Rigido pendentia lintea 25 malo Ouid. Epist. 5, 53. Virg. Aen. 5, 487 Ingentique manu malum de naue Serefti. Erigit.

MALVS, a, um. Adi. [κακός, φαῦλος, λυγρός, δεινός] Quod est Bono contrarium. Nec quisquam est tam malus, ut malus videri velit Quinctilian. 3, 8. Nemo malus felix Iuuenal. 4, 8. Cic. 30 Off. 3, 39 c. 9 Philosophi quidam minime mali illi quidem, sed non fatis acuti. Nimirum Minime malus homo, tarditatis et stuporis quamdam exprobrationem habet ut Gr. ἐπίθνη. Cicer. Diu. in Caec. 45 c. 14. Qui tibi aestus, qui error, quae tenebrae, dii immortales! erunt, homini minime malo. Plaut. Bacch. 5, 2, 20 Stultae atque haud 35 malae videntur, de senibus loquitur, quos oues appellat. Conf. v. 13 Ecastor sine omni arbitror malitia esse. Fortuna malorum leuior Ouid. Trist. 4, 1, 61. Poenas exercere malorum, Castigare malos Virg. Aen. 6, 572. Mala aetas, i. senectus. Plaut. Aul. 1, 1, 4 Atque vt te dignam, mala malam aetatem exigas. Add. Id. Men. 5, 2, 6. Non. 40 1, 1 pluribus hoc exemplis Accii, Turpili, Pacuui probat. Ponamus unum Afranii Vopisco

Si possent homines delenimentis capi,  
Omnes haberent nunc amatores auius.  
Aetas, et corpus tenerum, et morigeratio,  
Haec sunt venena formosarum mulierum:  
Mala aetas nulla delenimenta inuenit.

Ager Virg. Georg. 2, 243. Ambitio Hor. Serm. 2, 3, 18. Carmina Idem ibid. 2, 1, 74. Consuetudo Idem ibid. 1, 3, 36. Contagia 50 Virg. Ecl. 1, 51. Dapes Hor. Epod. 3, 12. De Dolo malo iudicium, vid. DOLVS. Error Virg. Ecl. 8, 41. Facinus Plaut. Pseud. 2, 4, 56. Ter. Phorm. 1, 3, 17 Quod habes, ita vt voluisti, vxorem sine mala Fama; palam beatus. Plaut. Merc. 2, 3, 78 Recte ego emero matrituae ancillam viraginem aliquam, non malam forma mala. i. Illiberali, 55 indecenti. Fraus Hor. Od. 1, 9, 28. Virg. Aen. 6, 278 Tum confanguineus lethi sopor, et mala mentis Gaudia. Gramina Idem ibid. 2, 471. i. venenata, veneficiis apta. Plaut. Men. 4, 2, 78 O Hominem malum! vt dissimulat! Lingua Virg. Ecl. 7, 28. Merx Plaut. Perf. 2, 2, 56. Mors, i. dura. Plaut. Afin. 3, 3, 144 Hinc 60 inerunt viginti minae bonae, mala Opera partae. Idem Amph. 1, 1, 56 Haud malum huic est Pondus pugno. s. perii, pugnos ponderat. Horat. Epist. 1, 17, 39 Stultorum incurata Pudor malus vlcera celat. Puella Propert. 4, 4, 17. Re mala magna macari, vid. MACTO. Nota mala Res, optuma est Plaut. Trin. 1, 2, 25. Scabies Horat. 65 de Arte Poët. 143. Turneb. hic, Malam scabiem interpretatur Feram, quam Graeci ψάγαν ἀγγέλων vocant, credebantque veteres Romani contagione ad alios transire. Martial. 12, 6 Temporibusque malis ausus es esse bonus. Tenebrae orci Catull. 3, 12. Plaut. Trin. 1, 2, 30 Quid venis? M. malis te vt Verbis multis multum obiurgem. Versus Cic. 70 in Pison. 73. ¶ 2 Obseruari et ista merentur: Malus pro Inuenustus. vt, Plaut. Bacch. 5, 2, 42 Haud mala est mulier. Sic Quinctil. 6, 3, 32 Longus Sulpicius, cum ipse foedissimus esset, eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit: cui respondens Domitius Afer, Et tu, inquit, ex animi 75 sententia, Longe? Qui malam faciem habet, liber non est? Mala manus, i. Furtiua. Plaut. Perf. 2, 5, 12. Falce incidere vites nouellas Virgil. Ecl. 3, 11. Manu vellere poma Tibull. 3, 5, 19. Malas furis arceo manus Phallic. 86. Sic mala brachia Calpurn. Ecl. 3, 73. In MSS. permutatum deprehenditur cum Nouus: quod vid. Malus, i. 80 Magicus. Herbae Tibull. 1, 2, 51. et in XII Tab. Malum carmen est Incantatio. Gramina Sil. 8, 499. Malus, i. Infelix. Mala ales Hor. Epod. 10, 1. Mala auis Hor. Carm. 1, 15, 5. Mala arbor Calpurn. Eclog. 3, 89.

MALVM, i. n. Substantiue sumtum, multas parit formulas. Cic. 85 Att. 3, 27 Heri etiam effeci epistolam ad Caesarem, tibi enim placebit, quam non fuit malum scribi. Plaut. Poen. 3, 5, 47 Si quid boni promittunt, pro spisso euenit; id quod mali promittunt, praesentarium est. Pro labore et aerumna ponitur in illo. Assuetumque malo Ligurem Virg. Georg. 2, 168. Ter. Andr. 1, 1, 116 Quid facias illi qui dederit 90 Damnum aut malum? Malum pro veneno aut veneficio. Sen. Herc. Oet. 466 ubi Deianira philtrum circumspiciens, Quas Pontus herbas generat, aut quas Thessala sub rupe Pindus? aut vbi inueniam Malum, Cui cedet ille? Deinde v. 524 Nessus centaurus suo de sanguine, Hoc, inquit, magae Dixere, amorem posse desigi Malo. Malum, pro Iniuria et contumelia, verberibusque. Cic. Verr. 3, 62 Tu nisi malo coactus recte facere nescis? Ibid. 56 Nam vi, malo, plagis adductus est, vt frumenti daret, non quantum haberet, sed quantum cogeretur. Herus si minatus est malum seruo suo Plaut. Perf. 3, 1, 33. Add. Id. Rud. 4, 4, 81. Non potest sine malo fateri, video Ter. Eun. 4, 4, 46. 100 Conf. Id. Andr. 2, 5, 20. Auditus, Quirites, sicut seruis malum mitantem milicibus Liu. 4, 49. Pudore magis quam malo exercitum coercebat Sallust. Iug. c. 100. Malum de furto. Nisi nos putas aes nostrum de malo habere Apul. Met. 9 p. 220. Mala dicuntur merbi, ipsaeque partes iis affectae: vid. Barth. ad Script. Ven. p. 143. ¶ 2 10

*Sed nempe, ut est res foecundissima, et late patens, ita non semper definitum quiddam notat. Certe nihil est incommodi, de quo dici nequeat.*

Intolerabilibus malis comes est angor Lucret. 6, 1156. Fessus malis Ouid. Met. 9, 295. Id. Rem. Amor. 138

5 Ergo, ubi visus eris nostra medicabilis arte;

Fac monitis fugias otia prima meis.

Haec, ut ames, faciunt; haec, quae fecere tuentur:

Haec sunt iucundi causa, cibusque mali. *i. Otia faciunt, et un-*

*triant malum.* Se causam clamat *Amata*, Crimenque Caputque ma-

10 lorum Virgil. Aen. 12, 600. Copia magna mali Lucret. 6, 829.

Euitatio, liberatio, imminutio, conuersio malorum Quinctil. 5, 10.

Domitor malorum somnus Senec. Herc. Fur. 1065. Fontem auerte

mali Grat. 377. Irritamenta malorum opes Ouid. Met. 1, 140.

Labes mali Virg. Aen. 2, 97. Lucret. 3, 1069 Tanta mali tanquam

15 Moles in pectore constat. Requies nulla Lucret. 6, 1176. Sola-

men Virgil. Aen. 3, 661. Terminus Lucret. 3, 1033. Timor

Quinctil. 3, 8. Deforme malum Ouid. de Arte Am. 3, 373. Dura

Horat. Carm. 2, 13, 28. E Duobus malis cum fugiendum maius sit,

leuius est eligendum Pseudo-Cicer. Epist. ad Octau. E multis malis

20 malum quod Minimum est, id minimum est malum Plaut. Stich. 1, 2, 63.

Exitiale ambitus Sil. 8, 258. Fatale Ouid. Trist. 5, 1, 59. Fa-

cit. Ann. 6, 16. Sane vetus Vrbi Foenebre malum. Funestum

Ouid. Trist. 3, 6, 28. Furiale Senec. Thyest. 19. Gliscens Sil.

7, 353. Grande Hor. Serin. 2, 1, 49. Grauius Id. ibid. 1, 2, 59.

25 Immedicabile malum cancer Ouid. Met. 2, 825. Insitum in natura,

*vid. INSERO; inseui.* Insperatum, nec opinatum Cic. Tusc. 3, 28.

Iocularium, *vid. IOCVS.* Intestinum, *vid. INTESTINVS.* In-

30 iucundum Ouid. Rem. Amor. 138. *Sic vocat Amorem.* Letale malum

Grat. 384. Catull. 76 Rufe mihi frustra ac nequidquam credite: a-

micis Frustra? immo Magno cum pretio atque malo. Mediocre,

*vid. MEDIOCRIS.* Mortale Ouid. Met. 7, 525. Cic. Philipp. 5, 31

Omne malum Nascens facile opprimitur, inueteratum sit plerumque

robustius. Natiuum, *vid. NASCOR.* Perpetuum Ouid. Am. 2, 5, 4.

35 Praedulce malum luxuries Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 152. Publica

Tacit. Ann. 14, 51. **3 Verborum formulae:** Abstrahere

a malis, a bonis, *vid. ABSTRAHO.* Accedit aliud malum, *vid.*

40 *ACCEDO.* Cic. de Amicit. 10 Nihil mali Accidisse Scipioni puto.

Quinct. 1, 2 Non Accipiunt ex scholis mala ista, sed in scholas afferunt.

Adiicere multum malo, *vid. ADIICIO.* Afferre in scholas Quinct.

1, 2. Idem Prooem. 6 Ego vel hoc vno malo sic eram Afflictus,

40 vt me iam nulla fortuna possiet efficere felicem. Apportare, *vid.*

*APPORTO.* Auocare, a contuendis, *vid. AVOCO.* Cic. de Orat.

1, 247 Quam sit bellum Cauere malum, scire possumus. Circum-

45 ventus malo Scribon. 186. Coenare malum, Comparare, Conficere,

Coniicere se in, Conuertere malum aliquod ad salutem, *vid. hb. vv.*

Crescere Cic. in Philipp. . . . Emergere e Ter. in Andr. 3, 3, 30.

Eripere aliquem Virg. Aen. 6, 365. Erumpere Cic. de Arusp. Resp. 4.

50 Esse alicui malo Idem Att. 14, 22. Nep. 7, 7, 3. Cels. 3, 15 Nam

quartana neminem iugulat: sed si ex ea facta quotidiana est, in

malis aeger Est. Euadere malum in perpetuum Cels. 4 c. vlt.

Lucret. 3, 311

Sic hominum genus est, quamuis doctrina politos

Constituatur pariter quosdam, tamen illa relinquit

Naturae cuiusque animae vestigia prima:

55 Nec radicitus Euelli Mala posse putandum est.

Excitare Cic. Att. 7, 17, extr. Exortum est malum Sen. Oct. f. 7. Cic. Att. 5, 20

Commemorat quid olim mali C. Iulius Fecerit, etc. Grauescentibus in

60 dies publicis malis Tac. Ann. 14, 51. Cic. Att. 7, 2 Virum hominum

oportere esse dicant ne malum Habeat. Idem Tusc. 1, 15 Infinitum

quoddam et sempiternum malum haberemus in vita. *i. pati.* Iacere

in Cic. Att. 2. Impendent te mala, *vid. IMPENDEO.* Impertire

aliquem malis, *vid. IMPERTIO.* Incaluit vis illa mali Ouid. Met.

9, 161. Incidere in malum, *vid. INCIDO.* Inferre mala in do-

65 mum alicuius Nep. 2, 9, 2. Ingerere in aliquem, Ingrauescit in

dies, *vid. hb. vv.* Insultare malis, rebusque aegrescere laetis Stat.

Theb. 2, 18. Inuasit hoc malum in Rempub. *vid. INVADO.* In-

70 uehere, *vid. INVEHO.* Inuigilare Ouid. Fast. 4, 530. Interuenit

cogitationibus autum malum, *vid. INTERVENIO.* Lenire Cels.

6, 6 de Euelpidis collyrio. Leuare malum arte Apollinea Ouid.

70 Trist. 3, 3, 10. Mactare malo et damno, in MACTO. Manabat

illud malum vrbatum, *vid. MANO.* Mendicare, *vid. MENDICVS.*

Memere Reipublicae malum ab aliquo, *vid. METVO.* Minitari . . .

75 Cic. pro Caec. 27 Cum Aebucius Caecinae malum Minaretur. Miscere,

*vid. MISCEO.* Nancisci, *vid. NANCISCOR.* Nascitur, *vid.*

75 *NASCOR.* Obliuisci malorum Horat. Epod. 2, 37. Obstare

Senec. Theb. 1. Onerare aliquem Virg. Aen. 4, 549. Cic. Fam.

9, 20 Me autem a te, ut scurram velitem, malis oneratum esse, non

80 moleste tuli. Malis oneratur, qui male mulctatur et vapulat, oneratur-

que plagis, de iocosis quibusdam maledictis videtur sermo esse. Tibull.

80 4, 13, 20 Hoc Peperit misero garrula lingua malum. Premi

Quinctilian. 7, 3. Relegare mala omnia ad crimen fortunae. I-

dem Prooem. 6. Resistere malo Ouid. Met. 1, 288. Sanant vina

malum Propert. 3, 17, 10. Satiari Stat. Silu. 2, 1, 14. Cicer.

85 Philipp. 2, 46 Quo ego tempore tanta mala florentissimae familiae

sedavi, vel potius sustuli. Quum Serperet in vrbe infinitum malum

Idem ibid. 1, 5. Aliquid mali Subest Cels. 1, 26. Cic. Att. 7, 8

90 Quid horum malorum quorum aliquod certe Subeundum est, inimi-

90 mum putes. Idem ibid. 11, 11 Nihil est mali, quod non Sustineam

et expectem. Tentari Cels. 5, 28. Transire multa malorum,

90 *Superare multa mala.* Lucret. 5, 228. Tacit. Ann. 6, 19 Ac ne du-

bium haberetur magnitudinem pecuniae malo Vertisse. Vexari malis

Scribon. 182. *i. symptomatibus.* Vitare Lucret. 5, 842. Cic. . .

Nihil fingi potest mali, quo non Vrgear.

MALVM. Interiectio irascentis. Ter. Eun. 4, 7, 10 Vbi alii? s.

95 qui, (malum) alii? solus Sannio seruat domum. Vbi Donatus, Ma-

lum per *napthosion* suauiter infertur. Plautus (Epid. 5, 2, 45) Quae (ma-

lum) haec ferocia est? Et non interponitur Malum, nisi oculis con-

uersis ad eum, qui id, quod reprehendimus, dixerit. Ter. Phorm.

4, 5, 11 Quid tua (malum) id refert? Donatus, Malum interiectio est.

100 Idem *alio loco*, Malum, aduerbium interpositae indignationis. Ter.

Phorm. 5, 7, 55 Condonamus te. P. audio. quid vos (malum) ergo

me sic ludificamini, inepti vestra puerili sententia? Plin. 7, 55.

Quae (malum) ista dementia est, iterari vitam morte? Vbi Hermo-

laus, Hic loquendi mos *interrogationem et honestus et vfitatus* Plinio,

2 105 Ciceronique. Cicer. Attic. 5, 20 Qui (malum) isti Pindinissae? qui

qui sunt? Inquies. Idem Verr. 2, 43 c. 17 Quae (malum) ista fuit amentia? Idem Philipp. 1, 15. Et pro Rosc. Com. 56. et de Off. 2 c. 16. Liu. 5, 54.

MALE, Peius, Pessime. Adu. [καυδῆ] Variis verbis iungitur. Ter. Adelp. 4, 5, 21 Miletum vsque obsecro? M. ita AE. animo male est. quid ipsae, quid aiunt? Vbi Donatus, Animo male fieri dicitur, quum icu alicuius moeroris percussus animus, non sustinet corpus, sequiturque ruina membrorum. Plaut. Curcul. 2, 3, 33 Animo male est. PH. vin' aquam? CV. si frustulenta est, da obsecro, hercle obsorbeam. Male nunc sic excipe, quemadmodum a populo solet dici, dure, aspere, laboriose Sen. Epist. 72. Nimis male, vid. NIMIS. Concordes male Lucan. 1, 87. i. non satis concordes. Dicax Plaut. Cure. 4, 2, 26. Hor. Carm. 1, 17, 25 Nec metues proteruum suspecta Cyrum, ne male dispari Incontinentes iniiciat manus. Male dispar puella, quae non ut illa Fotis Apuleiana, aemula libidine in amoris parilitatem congermanesceret; sed male responderet illius lusibus. Fides, non satis fides Ouid. Trist. 1, 5, 13. Fidum Caput Idem in Ibin 83. Fida male Statio carinis Virg. Aen. 2, 23. Male Fida Vestigia lussit Petron. 123. Lachesis male Fortia fila Prud. in Symm. 2, 457. Imbecilla. Homines rei male Gerentes Plaut. Truc. 2, 1, 13. Status Ouid. Amor. 2, 18, 23. Moratus, Malis moribus praeditus. Plaut. Stich. 1, 2, 52 Facile inuenies et peiorem, et peius moratam pater, quam illa fuit. Suet. de Clar. Rhet. c. 5 Sextus Claudius e Sicilia Latinae simul, Graecaeque eloquentiae professor male Oculatus et dicax. Paruus Hor. Sat. 1, 3, 45 cum Deformitate. Pinguis arena non pinguis Virg. Georg. 1, 105. Praecinctus, i. Luxuriosus ac effeminatus. Suet. Caes. c. 45. Cic. Att. 9, 15 Ego autem illum male sanum semper putavi, nunc etiam impurum et sceleratum puto. Sani Poetae Hor. Epist. 1, 19, 3. Male sana Dido Virg. Aen. 4, 8 amore faucia. Sana cicatrix Ouid. Rem. Amor. 623. al. legunt Firma. Salsus peruerse et cum molestia mea iocosus Hor. Serm. 1, 9, 65. Sarta gratia Idem Epist. 1, 3, 31. Ouid. de Arte Am. 3, 699 Coniugis ad timidas aliquis male Sedulus aures Auditos memori detulit ore sonos. Sobrius, non satis Ouid. Fast. 6, 785. Suadus, Qui male suadet. Plaut. Most. 1, 3, 55 Perii hercle, ni ego illam pessimis exemplis enicasso; illa hanc corrumpit mulierem male. suada vulgi lena. Suadus sceptri Stat. Theb. 11, 656. Suada fames Virgil. Aen. 6, 276. Hoc forte melius iungitur, vid. MALE-SVADVS. 2 Verbis proprie iungitur prope omnibus, v. g. Male accipere aliquem verbis, pro Iniuria afficere. Subauditur tamen aliquando Verbis. Cic. Verr. 2, 56 Epicrates homines multis verbis male a se acceptos dimisit. Id. ibid. 1, 141 Male accipit verbis Rabonium. Et Fam. 12, 14 Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, et in oppugnando male acceptus, nulla alia confusus vrbe, Laodiceam, quae est in Syria, ad mare se contulit. Hirt. de Bell. Afric. 18 Itaque aduersarii male accepti, tum demum praesidia contulerunt. Conf. Nep. 18, 8, 1. Cic. Fam. 11, 13 Recurri ad meas copias: sic enim vere eas appellare possum; sunt enim extenuatissimae, et inopia omnium rerum pessime Acceptae. Suet. in Vitel. c. 7 Advenientem male Animatus erga principem exercitus, pronusque ad res novas, libens ac supinis manibus exceptit. Audire, nempe Crimina sua et dedecora, cuius contrarium est Male dico. Ter. Phorm. 2, 3, 12 Si herum infimutabis avaritiae, male audies. Cic. Att. 6, 1 Nonnulli amici Appii ridicule interpretantur, qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat. Add. Id. ibid. 1, 17. Nep. 10, 7, 3. Cadere, i. Male succedere, siue accidere alicui, quod non sperabat. Caes. Bell. Ciuil. 2, 15 Vbi tantos suos labores et apparatus male cecidisse viderunt. Cic. de Senect. 18 c. 7 At Senatui quae sunt gerenda praescribo, et quomodo Carthagini male iam diu Cogitanti bellum inferatur, i. consilia nobis noxia cogitanti. Ter. Eun. 4, 4, 2 Fugitive prodi, male Conciliate. Vbi Donatus; Male, Magno significat: ut Plaut. (Amphit. 1, 1, 132) Haec nox scita est, exercendo scorto conducto male. Ergo Male Conciliate, Magno emte significat. Nam omnis contentio conciliatio nominatur. Plaut. Pseud. 1, 2, 1 Exite hinc, agite, ite ignavi, male habiti, et male conciliati. Hinc melius emere Cic. Offic. 3. et apud Sueton. Caes. c. 50. Ouid. Am. 1, 10, 44 Pro male Conducto gratia nulla toro, vid. mox Male emtus. Conditum ius Hor. Serm. 2, 8, 96. Ter. Heaut. 3, 1, 28 Pessime iffite in te atque in illum Consulis, si te tam leni et victo esse animo ostenderit. Consulere patriae Nep. 15, 10, 1. et 19, 2, 2. Plaut. Poen. 4, 2, 67 Male Credam, et credam tamen, sed hoc tu tecum tacitum habeto. M. fidei non melius creditur. i. Tutum non fuerit tibi credere. Idem Curcul. 5, 3, 1 Argentariis male credi qui aiunt, nugae praedicant, nam et bene et male credi dico: id adeo hodie expertus sum, nam male Creditur, qui nunquam reddunt, sed prorsus perit. Defendere aliquem Virg. Georg. 1, 448. Ter. in Prol. Eun. 7 Qui bene vertendo, et eas Describendo male, ex Graecis bonis, Latinas fecit non bonas. Ter. Andr. 4, 5, 15 Verbum si mihi vnum, praeterquam quod te rogo, faxis caue. M. male Dicis. D. unde est? dic clare. Donatus; Male dicis, Cum contemptu loqueris, conuicium facis. Apparet ergo, Male dicis lentius esse dictum, quum subiungit, Dic clare. Rursum Donatus; Male dicis, Noue Male dicis, pro Comminatione posuit, quum pro Conuicio solet poni. Nisi forte quia contumeliae genus est comminatio, vid. MALEDICO. Ter. Heaut. 4, 1, 40 Male Docet te mea facilitas multa, i. Causa est tibi, ut male agas: Arripis inde ansam male faciendi. Emitae aedes Plaut. Most. 3, 2, 112. Cic. Fam. 11, 21 Dii isti Segulio male Faciant homini nequissimo omnium qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. Idem Att. 9, 12 Quod si iste Italiam relinquet, Faciet omnino male. Fauere alicui Ouid. Epist. 2, 104. i. non satis, maligne. Feriati Hor. Carm. 4, 6, 14. malo suo et calamitate. Formidare, pro Multum, et valde timere. Plaut. Amphit. 1, 1, 149 Formido male, ne ego hic nomen commutem meum. Idem Cist. 4, 2, 4 Quae in tergum meum ne veniat, Formido male. Vid. mox Male metuo. Gerere rem Nep. 1, 3, 3. Cic. de Sen. c. 7. i. infeliciter, etiam sine culpa. Gesta res Hor. Serm. 2, 3, 37. Habet me haec res, i. Illud me molestat, angit, vexat, sollicitat. Plaut. Afin. 5, 1, 14 Scio equidem, quamobrem me pater tristem credas nunc tibi: quia isthaec est tecum: atque ego quidem hercle, ut verum tibi dicam pater, ea res me male Habet. Ter. Andr. 2, 6, 5 Praeter spem euenit sentio; hoc male habet virum. Idem Eun. 4, 2, 6 Male vero me Habens, vbi ad ipsum veni diuerticulum, constiti. Add. Id. Hec. 4, 2, 30. Impendere pecuniam Petron. c. 45. Locata beneficia Cic. Offic. 2, 70 ex Ennio. Loqui alicui Plaut. Capt. 3, 4, 33. Ter. Phorm. 2, 3, 25 Pergin' hero absenti male Loqui impurissime? Donatus; Male Loqui, pro Male dicere. Maceror Plaut. Cistel. 1, 1, 61. i. Vehementer, valde. Mereri de aliquo, pro Nocere alicui, et illi in-

- commodare.* Plaut. Afin. 1, 2, 3 Bene merenti mala es, male Merenti bona es? Cic. de Fin. 1, 10 Male credo Mererere de meis civibus. Idem ibid. 5, 28 Quare quotiescunque dicitur, male de se quis Mereri, sibi que esse inimicus, atque hostis, vitam denique fugere, etc.
- 5 Meriti Cic. post Red. ad Quir. c. 9. A. ad Her. 3 c. 3. Metuo, i. Valde timeo. Plaut. Curcul. 5, 3, 6 Pessime metui, ne mihi hodie apud Praetorem solueret. Ter. Hec. 3, 2, 2 Male metuo ne Philumenae magis morbus aggrauescat. Mori Plin. Epist. 3, 16. i. difficulter. Multari, Male tractari, affici, et puniri. Cic. Verr. 4, 94
- 10 Qui primo quum obsistere ac defendere conarentur, male Multati clavis ac fustibus repelluntur. Nati versus Horat. Epist. 2, 1, 233. Nupta, Male collocata. Plaut. Casin. 2, 2, 7 Ita solent omnes quae sunt male Nuptae, domi et foris, quod acre sit, satis semper est. Odi, i. Valde. Cic. Att. 14, 50 Non dubito quin me male Oderit. Idem
- 15 Tusc. 4, 53 Vt male Olere omne coenum. Precari alicui, Maledicere alicui. Plaut. Merc. 2, 1, 11 Male mihi Precatur, et facit conuicium. Idem Trinum. 5, 2, 49 Miserum est, male Promerita vt merita si mihi vlcisci non licet. Quaesitae opes Ouid. Amor. 3, 8, 66. Cic. Pison. 10 An potest esse vlla excusatio, non dicam male Sentienti, sed etc. Plaut. Trinum. 4, 3, 41 Male fidem Seruando, illis quoque abrogant etiam fidem, qui nihil meriti. Suadere Plaut. Curcul. 4, 2, 22. Sit Antonio: siquidem Buthrotiis molestus est Cic. Att. 15, 15. b. e. Male illi vertat fortuna, est enim imprecantis. At vobis male fit malae tenebrae Catull. 3, 13. Non petito, vt bene Sit: sed, vti male tutius
- 25 Ouid. ex Pont. 1, 2, 105. i. vti tutiore loco exsulem, semper autem male est exsuli. Frustra satagunt de emendatione viri docti. Male tibi Esse malo quam molliter Sen. Epist. 72. Catull. 36, 1 Male Est Cornifici tuo Catullo, Male Est, mehercule, et laboriose. Timeo, i. Valde. Ter. Heaut. 4, 1, 56 SO. Vt praeter spein euenit, quam Timui male. Timere alicui, Valde timere, ne quid mali alicui accidat. Idem ibid. 3, 2, 20 Quid ego nesciam? Hominem pistrino dignum! s. quem? C. istum seruulum dico adolescentis. s. Syre tibi Timui male. Vertat, Male optantis vel imprecantis quid alicui, locutio est. Ter. Adelph. 2, 1, 36 Minis viginti tu illam emisti, quae res tibi Vertat male. Vbi Donatus,
- 35 Adicit contumeliam, quasi et hoc multum sit inimicum, saepe autem male cedit, quod bonum putatur; et hoc est male vertisse. Vt ille gladius, qui muneri datus, adminiculum fuit reginae pereunti, de quo Virg. Aen. 4, 646 — ensenque reclusit Dardanium, non hos quaesitum munus in usus. Cic. in Pison. 61 Ipse cum hominibus quindecim male Vestitis ad portam, etc. Viuere, i. Pauperrime, et inegestate, vel Anxie et sollicitate. Plaut. Trinum. 4, 2, 154 Ego abeo, male viue, et vale. ¶ 3 Male, pro Parum, minus, vel non multum, praeter ea, quae iam retulimus, notat in istis: Male numen Amicum
- 40 Virg. Aen. 2, 735. Petron. c. 86 Confurrexi ad aurem male Dormientis. Facundum, sed male Forte genus Ouid. Fast. 3, 102. Male Obrutum resurrexit incendium Flor. 3, 21. Male Parens asellus Hor. Epist. 1, 20, 15. Idem Carm. 1, 9, 23 Pignus direptum lacertis Aut digito male Pertinaci. Repugnans Petron. c. 87. tanquam qui vincere nullet. Male-deus, male-homines, male-mater, de quibus Barth.
- 50 ad Grat. 406 non sunt satis certo. Seneca Thyeste 3 Quis male deorum Tantalos viuas domos ostendit iterum: rectius iungere doces Gronovius male ostendit, i. in poenam, cum malo. Male-homines unde hauserit non indicat. Male-mater, infirmum ipsa quoque tibicinem habet. Ouid. Met. 7, 397 Vltaque se male-mater, Iasonis effugit arma. Nam praeterquam, quod ipse versus pro genuino vix censendus videtur Heinsio, illud male ad vltima commodissime refertur. Neque male Poetas puto dixisse
- 55 Catullum 14. Sed male perdere κακῶς ἀπολέσαι, cum dixit, Nam quid feci ego, quidue sum locutus, Quir me tot male perdes Poetis. Certiora sunt eiusd. Catulli 16 Male me marem putatis, et Ouid. Art. Am. 1, 524 Et si quis male vir quaerit habere virum. In his enim marem et virum adiectiue posita esse, apparet: de quo genere plura modo dedimus: et habet plura Pareus Lex. Crit.

MALEBARBIS, vel MALIBARBIS σπανιοπάγων Gloss. Lat. Gr.

- MALEDICO, ere. [κακηγορέω, κακολογέω, κακοποιέω, βλασφημέω]
- 65 Verbis laedere alium. Aliud est Maledicere, aliud Accusare Cic. pro Cael. 6. Idem in Sallust. 21 Is demum maledicit, qui non potest ab altero verum audire. Ter. Eun. 4, 7, 29 Caue sis, nescis cui maledicas nunc viro. Quinctil. 2, 13. Cic. Fam. 3, 8. Liberius maledicere Hor. Serm. 2, 8, 37. Petulanter maledicere alicui Cic. pro Cael. 8 c. 3. Idem de Natur. Deor. 1, 94 Epicurus Phaedoni Socratico Turpissime maledixit. Plaut. Afin. 4, 1, 55 Nec vlli verbo maledicat.

MALEDICENS, entis. Partic. Plaut. Merc. 2, 3, 75 Vt nunc sunt maledicentes homines.

- 75 MALEDICVS, a, um. Adi. [κακόλογος, βλασφημος, κακῶς, κακορρήμων] Maledicentior, Maledicentissimus. Obtrektor, mordax. Plaut. Merc. 1, 2, 31 At ego pol maledicentiozem, quam te noui neminem. Cic. de Fin. 1, 61 Lucifugi, maledici, monstrosi. Maledici non desunt Hamilcari Nep. 22, 3, 2. Cic. pro Flacc. 68 In tam suspiciosa et maledica Ciuitate, locum sermoni obtrektorum non reliquit. Ibid. 7 c. 3 Qui in vberima re turpe compendium, in maledicentissima Ciuitate, in suspiciosissimo negotio maledictum omne, non modo crimen effugit. Conuiciator maledicus Cic. pro Mur. 13 c. 6. Maledicus in omnes Quinctil. 4, 1. Historici maledicentissimi Ne-
- 85 pos 7, 11, 1.

MALEDICE, Adu. Cic. Off. 1, 134 c. 37 Cum de absentibus maledice contumelioseque dicitur.

- MALEDICENTIA, ae. f. [κακηγορία] Obtrektatio, conuicium. Gell. 3, 3 Ob assiduam maledicentiam et probra in principes ciuitatis,
- 90 de Graecorum Poetarum more dicta.

- MALEDICAX, acis. Macrob. Saturn. 7, 3 Importuna vrbaneitas maledicacem vrbe priuauit. Sed diuidendae sunt voces: male dicax est, qui intempestiue et importune ingenium et dicacitatem ostendit, suo cum malo. Sic Plaut. Curcul. 4, 3, 26 An male meditate, male dicax es:
- 95 i. importune.

- MALEDICTVM, i. n. [κακόλογημα] Conuicium, probrum, contumelia. Indignis si maledicitur, maledictum id esse dico: verum si dignis dicitur, benedictum est, meo quidem animo Plaut. Curc. 4, 2, 27. In maledicto plus inest iniuriae, quam in manu Quinctilian. 6, 3. Cic. Quint. Frat. 2, 3 Quum omnia maledicta, versus denique etiam obfoenissimi in Clodium et Clodiam dicerentur. Refutatio maledictorum Quinctil. 4, 3. Vocis insanac maledicta Propert. 3, 8, 20 Senec. de Benefic. 3, 16 Pudorem rei tollet multitudo peccantium, et desinet esse probri loco Commune maledictum. Superuacua Quin-
- 100 Cil. 7, 3. Vana Idem 7, 3. Abstinerere maledicto, et maledictis, vid.

- vid.* ABSTINEO. Addere culpaē Ouid. Met. 5, 666. Arripere extriuiō, *vid.* ARRIPIO. Cic. pro Cael. 6 Quod obiectum est de pudicitia, quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus, maledictisque Celebratum est, id nunquam tam acerbe feret Caelius, etc. Certare, *vid.* CERTO. Si conuicia docueris *coruum aut psittacum* conuiciabitur, diebus ac noctibus perstrepsens maledictis Apul. Flor. 2. Conferre omnia in aliquem Cic. Att. 11, 8. Congerere Quinētil. 7, 3. Coniicere in vitam alicuius Cic. pro Planc. 30 c. 12 *extr.* Dicere in aliquem Id. Q. Fratr. 2, 3, - - aspere, et ferociter et libere Id. pro Planc. c. 15. Effugere Id. pro Flacco 7. Id. 10 pro Domō 94 Extinctum iam est illud maledictum crudelitatis. *Et* Cic. de Nat. Deor. 1, 94 Zeno quidem non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, caeterosque Figebat maledictis, sed Socratem ipsum, parentem philosophiāe, Latino vocabulo vtens, scurrām Atticum fuisse dicebat. Insectari aliquem, *vid.* INSECTOR. Inurere notis maledictorum Cic. Philipp. 13, 40. Id. in Vat. 5 Quum tu mihi Cornelii defensionem in maledictis Obiiciendam putaris? Obiicere in maledicti vel criminis loco aliquid alicui Id. pro Cluent. 62. Ponere aliquid maledicti et contumeliae loco Id. in Pison. 31. Vexare aliquem probris et maledictis Id. pro Flacc. 48.
- MALEDICTVS, a, um. Spartian. in Geta c. 3 Maledicte parricida. *Vid. Salmaf. in Hist. Aug. p. 168. Conf. Tertull. adu. Marc. 5, 3.*
- MALEDICTIO, ōnis. f. [κακολογία] Cic. pro Cael. 6 c. 3 Maledictio nihil habet propositi praeter contumeliam, quae, si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, vrbānitas nominatur. *Add. Tertull. adu. Marc. 5, 3.*
- MALEDICTOR, ōris. m. Festus, Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc Maledici.
- MALEDICTO, *vel* MALEDICTITO, āre. Frequent. 30 Plaut. Trin. 1, 2, 62 Maledicitatur vulgo tibi in sermionibus.
- MALEFĀBER, bra, brum. Adi. Prudent. Hamartig. 714 Suadellis se malefabris Illectam suasisse viro. *de Eua.*
- MALEFĀCIO. [κακῶν, κακουργέω] *Vid.* Male facio, in MALE, paullo ante. Plerumque enim separatim scribunt. Ter. Adelph. 2, 1, 10 Neque tu verbis vnquam solues, quod mihi re malefeceris. Cic. Fam. 11, 21 Dii isti Seguleio malefaciant. Plaut. Men. 5, 2, 108 Metuo, ne quid malefaxit mihi.
- MALEFACTVM; i. n. Lucret. 3, 596 Quod genus est animo malefactum quum perhibetur. Genus loquendi visitatum veteribus, quum significare volebant λειποψυχίαν, seu animi defectionem. Plaut. Mil. 2, 2, 11 Postquam abs te abiit, animo malefactum est huic repente miserae. *Et* alicui Malefactum dicebant, cui aliquid incommodi euenisset, vt idem ibidem Nescio quid malefactum huic nostrae familiae est. Contra Benefactum, et melius factum. Cic. Tusc. 1, 86 Praeterea Pompeio nostro familiari, quum grauius aegrotaret Neapoli, melius est factum. *Monuit Lambin. Hanc λειποθυμίαν Medici Malefactionem dicunt. Vid. Macer. de Herb. 2, 4, 28. Alias multo latius patet Malefactum, et est vnumquodque Incommodum alicui illatum, vt Cic. Off. 2, 61 c. 18 Benefacta male locata, malefacta arbitrator, ex Ennio.*
- MALEFACTOR, ōris. m. Plaut. Bacch. 3, 2, 11 Malefactorem amitti fatius, quam relinqui beneficium.
- MALEFĀCTIO, ōnis. f. [λειποθυμία] Ita a medicis appellari, docet Macer. de Herbis 2, 4, 28.
- MALEFĪCVS, a, um. Adi. [κακῆργος, κακῆτεχνος, κακοποιός, κακοπράγμων] Qui damnū infert, qui nocet alteri. Cic. Verr. 5, 144 c. 55 In externorum hominum et maleficorum, sceleratorumque custodias, in praedonum, hostiumque tu tantum numerum ciuium Romanorum includere ausus es? Plin. 11, 52 Oculi quibuscunque sunt longi, maleficos esse indicant. Maleficum frondibus animal capra Plin. 11, 17. Agefilaus vt Naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore Nep. 17, 8, 1. Vis malefica Plin. 31, 2. Vita Tacit. Ann. 4, 21 Malefici κατ' ἔξοχὴν dicuntur Magi, Venefici, Sertilegi. *Vid. Cod. Iustin. l. 9, 18. et Theod. 9, 16 qui agunt de Maleficis et Mathematicis. Omnia declarat in Patrislo et Commentt. Iac. Gothofredus. Superl. Suet. in Galb. 15 Maleficientissimos incolumes praestitit.*
- MALEFICE. Adu. *Idem.* Plaut. Pseud. 4, 7, 113 Ego nec sycophantiose quidquam ago nec malefice.
- MALEFĪCĪVM, i. n. [κακῆργία, κακοτεχνία] Damnum, iniuria, facinus. Budaeus, Maleficium dicitur, quidquid improbe admissum est. Vlpian in l. 1 D. Si familia furtum fecisset dicitur, Vtilissimum id editum Praetor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorum. Cic. pro Rosc. Amer. 103 Vt si dissimulare omnes cuperent, se scire, ad quem maleficium pertineret. *Idem* Off. 2, 40 Vt ne illi quidem qui maleficium et scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiae viuere. Abest ab illo maleficium, Admittere, *vid. hb. vv.* Committere maleficium, et Admittere maleficium Cic. pro Rosc. Amer. 62 c. 22. Conquirere Varr. de L. L. 4, 14. Contaminare se maleficio Cic. pro Rosc. Amer. 116. Conuictus maleficii, *vid. CON-*
- VINCO. Facere maleficium Auctor. ad Heren. 2, 8. Occultare Cic. pro Cael. 53. Perficere Id. ibidem. Persequi Sallust. in Catil. 52 *pr.* Caes. Bell. Gall. 2, 28 Finitimis imperauit, vt ab iniuria et maleficio se suosque prohiberent. Suscipere Auctor ad Heren. 2. Caes. Bell. Gall. 1, 15 Neque homines data facultate itineris per provinciam faciendi, existimabat Temperaturos ab iniuria et maleficio. Exercitus Transit sine maleficio, i. Innoxius, nihil damni adferens Caes. Bell. Ciuil. 9 *extr.* *Conf. Id. B. G. 1, 7. et B. C. 2, 20. Plin. 8, 37 f. 56 herinacio tribuit, quum spinas vrina corrumpat. Maleficium, per excellentiam, ita vt Maleficus, pro Veneficio etc. Vid. Bynkersh. Obs. Iur. Rom. 3, 10. et Hambergeri Diff. de Incendiis pars altera, p. 104. qui laudat Apul. Met. 9 p. 230, 24 Veteratricem quandam feminam, quae deuotionibus et maleficiis quiduis efficere posse credebatur. Et p. 231, 28 Eique totum nouercae scelus aperuit, de adulterio, de maleficio, et quemadmodum laruatus ad inferos demesset.*
- MALEFĪCĪNTĪA, ac. f. [κακουργία] *Idem.* Plin. 9, 9. Caes. Bell. Gall. 1, 7 Sibi esse in animo iter facere per prouinciam sine vlla maleficientia. *Al. rellius, maleficio.*
- MALEFĪCĪŌSE. Adu. [κακοπραγῶς] Laudatur Cic. pro Caecin. 20 c. 7 Quum hoc nouae litis genus tam maleficiose intenderet, etc. *Sed hodie omnia exemplaria habent Malitiose.*
- MALEFERĪATVS, *Postus distincte scribendum* Maleferiatvs, *vid. FERĪATVS.*
- MALEFĪDVVS *etiam separatim dedimus in MALE n. 1.*
- MALEFORMIS, e. Gloss. Lat. Gr. δύσμορφος.

MALEFORTIS, *ipsum quoque separatim dedimus in MALE.*

MALELOQVAX, *ācis.* Gloss. Gr. Lat. *κακολόγος.* Publ. Syro *est Maliloquax.*

MALEMORATVS, *a, um.* *δύστροπος* Gloss. Gr. Lat.

5 MALEOLENS. Cic. de Orat. 2, 249 At in maleolentem video me a te circumueniri.

MALESANVS, *vid.* MALE n. 1.

MALESVADVS, *a, um.* Adi. Plaut. Mof. 1, 3, 56 Malefuada vulgi lena. Virg. Aen. 6, 276 Et metus et malefuada Fames, etc.

10 MALETRACTATIO, *ōnis.* f. *i. maledictum, blasphemia, unico vocabulo apud Arnobium legitur Aduers. Gent. 4 p. 142 Et tolerari forsitan haec maletractatio posset. Et p. 149 Immunes tamen a decorum maletractatione nec sic estis. Alia est mala tractatio in scholis declamatorum, de qua f. l.*

15 MALEVOLVS, *a, um.* Adi. [*κακόνος, δύσνοος*] *Inuidus: malum cuiquam exoptans. Maleuolorum sermunculi Cic. pro Deiot. c. 12. Id. ad Brut. 15 Atque illo die cognoui paullo plures in Senatu maleuolos esse quam gratos. Qui maleuolo sunt Animo deteriores sunt rogati Id. Fam. 2, 17. Maleuoli sermones Idem ibidem 3, 10. Maleuolus pro Fascinatore. Vid. Barth. ad Scriptt. Venat. p. 137 et 138.*

20 MALEVOLENS, *entis.* [*κακονοῦν*] *Idem quod Maleuolus. Plaut. Bacch. 4, 3, 4 Viuo maleuolente ingenio natus. Conf. Capt. 3, 4, 51. et Stich. 2, 3, 68. Hinc Superl. Cic. Fam. 1, 7 Malevolentissimae obtrecciones.*

25 MALEVOLENTIA, *ae. f.* [*κακόνεια, δύσνοια*] *Est Voluptas ex malo alterius sine emolumento suo; ut ait Cic. Tusc. 4, 20 c. 9. Id. Q. Fratr. 1, 34, c. 15 Quamquam illorum erit verius iudicium obtreccionem et malevolentiam liberatum. Occurrere malevolentiae hominum Idem Fam. 11, 11. Malevolentiam suffulsi Idem ibidem 1, 9. Idem pro Planc. 22 Vicinitas non infuscata malevolentiam.*

MALICORDIS, *e.* Adi. *πονηροκάριος* Gloss. Gr. Lat.

MALILOQUIVM, *i. n.* Non sumimus linguam ad maliloquium, et aures ad exceptaculum maliloquii Tertull. de Spect. c. 2. *Add. Idem Apologet. c. 45.*

35 MALIGNVS, *a, um.* Adi. [*πονηρός, κακότης* Gloss. Lat. Gr.] *Qui difficultatem sui ostendit, inquit Donatus. Ter. Hec. 1, 2, 84 Maligna multo, et magis procax facta illico est. Nempe Malignum est proprie attributum animi non bene cupientis, et subtrahentis proinde alteri, quidquid in se est boni, quin detrahentis etiam quae habet. Hinc est, ut*

40 *tum etiam usurpetur, ubi tantum parsimonia quaedam, et tenuis nimium copia, etiam sine affectu indicanda est. Oppositum in hoc nomen Benigno, etymologia simili, ubi vid. et add. quae disputat Buchnerus ad Plin. Epist. 8, 12. Fama maligna alicui Ouid. Trist. 4, 10, 126. i. Fama angusta et tenuis. Ignis Martial. 10, 96. i. parvus ob caritatem lignorum. Mente maligna facere aliquid Catull. 66, 37. Ministeria*

45 *maligna humanae libidini dedit natura Sen. Q. Nat. 1, 16. Incertum ac fragile nimirum est hoc naturae Munus, quidquid datur nobis; malignum vero et breue in his etiam, quibus largissime contigit Plin. 7, 50. Virg. Aen. 5, 653 At matres primo ancipites, Oculisque malignis Ambiguae, spectare rates. Ostio retenta pars fluminis restagnat Sen. Q. Nat. 3, 27. Professio maligna Scribon. 199. Tellus forbebat rotas Stat. Silu. 4, 3, 29. i. prae mollitiae cedens, lutosae humus. Venus Ouid. Amor. 1, 4, 66. Venae malignae parua vnda Lucan. 9, 500. ut emendandum videtur. Vulgus Hor. Carm. 2, 16, 39. Quin-*

50 *etil. 2, 2 In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus. Ager malignus gracilis, Agricolis illiberalis, et minus ferax, inquit Nonius. Vnde etiam Maligni montes, Virg. Georg. 2, 179 Difficiles primum terrae, collesque maligni. Virg. Aen. 11, 526 Tenuis quo femina ducit, Angustaeque ferunt fauces, aditusque maligni,*

60 *i. Angusti et ardui. Lux, Subobscura. Virg. Aen. 6, 270 Quale sub incertam lunam sub luce maligna. Compar. Nec ronchos metues Maligniorum Martial. 4, 86. Malignior terra Plin. Epist. 2, 17, 15. Superlat. Malignissima capita et optimo cuique inimicissima Sen. de vita beata c. 18. Aliquis peccator et malignissimus Saluian. de Gu-*

65 *bern. Dei 4 p. 83. MALIGNITAS, ātis. f. [*κακότης, κακοδομία, κακότης*] *Malus animus, peruersa et deprauata voluntas. Plaut. Capt. 3, 1, 5 Nam hercle huic diei, si liceat, oculos effodiam lubens; ita malignitate oneravit omnes mortales mihi. Plin. 25, 8 Notata est autem haec animalis huius malignitas in alia herba maior. Malignitas Patrum, qui militem praeda fraudauere Liu. 2, 42. Nulla tam modesta felicitas est,**

70 *quae malignitatis Dentes vitare possit Val. Max. 4, 7 extr. 2. Malignitas, Parcitas. Liuius 34, 34 Malignitas conferendi ex priuato.*

75 *MALIGNE. Adu. [*κακότης*] *Malitiose, aut nimis parce. Liu. 3, 63 Maligne Senatus in vnum diem supplicationes COSS. nomine decreuit. Bene facta maligne detrectare Ouid. Met. 13, 270. Liu. 8, 12 Materiam autem praebat criminibus ager in Latino, Falernoque maligne plebi diuisus. Laudare aliquem maligne Hor. Epist. 2, 1, 209. Maligne omnia Praebentibus suis, meretriculae munificentia sustinebatur Liu. 39, 9. Maligne virens Plin. 34, 11. b. e. Deprauate, non optime. Compar. Curt. 8, 29. et Sen. Epist. 44.**

80 *MALIGNO, et MALIGNOR. [*κακονοῦμαι* Gloss. Gr. Lat.] *Vulg. Interpres Psalm. 73, 3. et 83, 3.**

85 *MALIGNANS, antis. Partic. Volucres venena malignantes Ammian. 22, 15. Conf. Vulgat. Psalm. 21, 17. et 63, 3.*

MALIGNOSVS, *a, um.* Adi. *κακοντροχός* Gloss. Lat. Gr.

MALITAS, *ātis. f.* Vlpian. l. 5. D. Quod metus causa, Metum Labeo accipiendum dicit, non quemlibet timorem, sed maioris malitatis.

90 *MALITIA, ae. f. [*κακή, κακία* Vet. Gloss. *ἡδυσχεγία*] *Erasmus, Malitia, Peruersitatem senat, quum quis data opera male agit. Cic. Tusc. 34 c. 15 Huius igitur virtutis contraria est vitiositas: sic enim malo quam malitiam appellare eam, quam Graeci κακίαν appellant. Nam malitia certi cuiusdam vitii nomen est, vitiositas omnium. Nempe,**

95 *ut docet Idem de Nat. Deor. 3, 75 c. 30 Malitia est versuta et fallax nocendi ratio. Idem Off. 3, 71 Nec vero in praediis solum ius civile ductum a natura, malitiam, fraudemque vindicat; sed etiam in mancipiorum venditione venditoris fraus omnis excluditur. Idem de Legib. 1, 49 Atque etiam si emolumentis non sua sponte natura virtus expetitur, vna erit virtus, quae malitia rectissime dicitur. Et paullo post, Ut enim quisque maxime ad suum commodum refert quaecumque agit, ita minime est vir bonus; ut qui virtutem praemio metiuntur, nullam virtutem, nisi malitiam putent. Add. Id. Off. 3 c. 17 extr. in mediis*

100 *ponitur a Non. 6, 38. ¶ 2 Tamen interdum omnem κακίαν f. vitiositatem notat, in primis apud Senecam, v. g. Epist. 47. Hoc haec inter*

105

ter caetera boni mores, placent sibi et permanent; leuis est malitia, saepe mutatur non in melius, sed in aliud. Sic Malitia praemiis exercetur: vbi ea demseris, nemo gratuito malus est Sall. de Rep. ord. Orat. 2. Malitia ipsa maximam partem sui veneni bibit Sen. Epist. 82. Malitia non habet tantas vires, quantos conatus Hieron. Apol. adu. 5 Ruffin. Quidquid facimus, aut malitiae aut virtutis gerimus imperio Sen. Epist. 106 extr. Add. Id. Ep. 31. Malitia et virtus contraria Gell. 18, 1. Plaut. Aul. 2, 2, 58 Certe edepol equidem te ciuem sine omni malitia mala etiam semper sum ratus, et nunc arbitror. Quint. Et. 3, 8 Sic Catilina apud Sallustium loquitur, vt rem sceleratissimam non malitia, sed indignatione videatur audere. Certare, vid. CERTO. Etiam extra humanam mentem aliarum rerum est Malitia. Pallad. Octob. 8, 3 Malitia arboris durante. Idem Pallad. 1, 6, 16 Malitia terrae falsae hibernis imbribus eluitur: Et 1, 6, 8 Malitia viae. Laudantur quoque, nescio qua fide Plin. Quod modo caeli, modo terrae malitia facit. Varr. . . . Id saepe accidit malitia foli. Indices certe nihil docent.

**MALITIŌSVS**, a, um. Adi. [*κακρόθυτος*] Versutus, callidus, astutus, fallax: Cic. Off. 3, 58 Hoc autem celandi genus quale sit, et cuius hominis, quis non videt? certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni; versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Malus et malitiosus homo Gell. 9, 2. Malitiosa iuris interpretatio Cic. Off. 1, 33 c. 9. et 3, 57.

**MALITIŌSE**. Adu. [*κακότητος*] Callide et dolose. Cic. Verr. Act. 1, 33 Malitiose necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obistere. Facere malitiose in eligendo Id. in Orat. 190. Id. Off. 3, 61 Aut quum dicitur, inter bonos bene agier; quidquam agi dolose aut malitiose potest? Id. Verr. 2, 162 Sed ego Metello non irascor: neque ei suam purgationem eripio, qua ille apud omnes vititur, vt nihil malitiose neque consulto fecisse videatur. Add. Verr. 2, c. 53. Malitiosus gerere rem mandatam Cic. pro Rosc. Amer. 111 c. 38. Malitiose versari in re aliqua Vlpian. in l. Si rem alienam in principio D. de pignorat. action.

**MALITIŌSITAS**, atis. f. Apud Tertullian. adu. Marc. 3, 15 extr. **PEIOR**, ūs Compar. [*κακίων*] quo vtuntur pro Malior a Malus. Cic. Phil. 8, 29 Turpis autem fuga mortis, omni est morte peior. Aetatis parentum peior auis tulit nos nequiores Hor. Od. 3, 6, 46. Peiore res loco non potest esse, quam in quo nunc sita est Ter. Adelph. 3, 2, 46. Peior illi res familiaris erat Vell. 2, 68, 1. In peius ruer Virg. Georg. 1, 200. Ficio in peius vulcu Hor. Epist. 2, 1, 265. Viri peiora passi Hor. Od. 1, 7, 30.

**PEIŌRO**, are. Peius deteriusue reddere. Paul. 2 Sententiarum 19 (tit. 28) Homo liber qui statum suum in potestate habet, et peiora re eum, et meliorem facere potest. Hinc

**PEIORANS**, Partic. non semel apud Medic. Peiorans moribus Cael. Aurel. Acut. 2, 1, 3. Add. Id. Tard. 4, 1.

**PEIUS**. Adu. [*κακίων*] pro Magis, et multo magis ac vehementius. Caes. B. Gall. 1, 31, 10 Sed peius victoribus Sequanis, quam Aeduis victis accidisse. Vide ne tu peius consulas Nep. 15, 10, 1. Cic. Philipp. 11, 12 Quum haec veteranus Capho, quo neminem veterani peius ode- runt. Cane peius et angue Vitare Horat. Epist. 1, 17, 30. Spe peius Hor. Epist. 1, 6, 13.

**PESSIMVS**, a, um. Superl. [*κακίστος*] pro Malissimus a Malus, Plin. 11, 37 Est autem iecur nihil aliud, quam purgamentum pessimi sanguinis. Omnium pessimus Poeta Catull. ad Cic. 47 (50) 5. Pessima fit, nulli non sua Forma placet Ouid. A. A. 11, 615. Monumenta pessima scelerum Id. Amor. 1, 7, 31. Sors pessima rerum Id. Met. 14, 489. Varr. de R. R. 1, 13 Nunc contra, villam vrbanam quam maximam ac politissimam habeant, dant operam; ac cum Metelli, ac Luculli villis pessimo publico aedificatis certant, vt nempe dicitur bono publico, malo publico: pessimo publico, cum summo detrimento rei publicae. Sic Liu. 2, 1 Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriae Superbo exacto meruit, pessimo publico id facturum fuerit, si libertatis immaturae cupidine priorum Regum alicui regnum extorsisset.

**PESSIME**. Adu. [*κακίσιμα*] Cic. Verr. 3, 119 Intelliget secum actura esse pessime. Pessime istud in te atque in illum Consulis Ter. Heaut. 3, 1, 28. Sentire pessime de Republica Cic. Philipp. 14, 18 c. 6.

**PESSVMVM**. Plaut. Rud. 2, 3, 64 Nunc eam cum nauis scilicet abiisse pessimum in altum.

**PESSIMO**, are. [*κακόν*] Pessime officere. Vulg. Sirac. 36, 11. Aetate Pessimata Lactant. 1, 11, 46. Verum nunc leg. pessum acta:

## M A M

**MAMERCVS**. Praenomen Aemyliorum. Mamercorum meminit Cic. de Claris Orat. 175. Et Off. 2, 58. Vid. Spanb. de Vsu Numism. vid. statim MAMERS.

**MAMERS**. [*Μαμερς*] Lingua Osorum, dictus est Mars, Festus, Mamercus nomen est Oscom, eo quod hi Martem Mamertem appellant. Et, Mamers Mamertis facit, id est lingua Osca Mars Martis. Vnde et Mamertini in Sicilia dicti, qui Messanae habitant. Sic Mamestros Mars est Lycophroni 938 vbi id comptius docet Tzetzes.

**MAMERTINI**. [*Μαμερτινοί*] Populi Campani. Hi quum Messanam colonos misissent, ipsi quoque Mamertini potius quam Messanenses sunt vocati. Et quum ager eorum vini feracissimus sit: Mamertianum vinum appellatum est. Martial. 13, 117 Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta, Si detur, quoduis nomen habere potest. De Mamertinis et Mamertina ciuitate Cic. Verr. 2, 13. It. Plin. 14, 6.

**MAMERTES**. [*Μαμερτες*] Corinthius, filius fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit, maximo suo malo. Nam vbi Sisapo factum rescuit, eum membratim discerpit, vt est auctor Ouid. in Ibin 547 Trunca geras factio mutilatis partibus ense, Qualia Mamertis membra fuisse ferunt. Legitur et Mycerni et Mymnermi.

**MAMILIA** Gens, inter antiquissimas Romae, de cuius originibus Liu. 1, 49 de Tarquinio Superbo, Octauio Mamilio Tusculano, (is longe princeps Latini nominis erat, si famae credimus, ab Vlysse deaque Circe oriundus) ei Mamilio filiam nuptum dat. Illam originem numis celebratam docet Spanb. diff. 10 p. 15. Conf. Festus. Apud Festum et alias antiqui editores Mamiliam et Maniliam, Manliamque gentes saepe confundunt. Ita Manilianae an Mamilianae actiones an laudentur Cic. de Or. 1 c. 58 non satis constat. Vid. ad Varron. R. R. 2, 3, 5.

**MAMILLANA**. Fici genus est, a mamillarum similitudine ita dictum; cuius meminit Plin. 15, 18.

**MAMMA**, ae. f. [*μασθε, τειθειον, μασθε*] Ornamentum pectoris mulieris, vbi sens sanctissimus corporis humani generis educator Gell. 12, 1, 105

- Mulierum mammae Scribon. 205. 220. Muliebres mammae 82. Duritia mammarum 80. 82. Ter. Adolph. 5, 9, 17 Et quidem tuo nepoti huius filio hodie primam mammam dedit haec. Cic. de Fin. 3, 18 Alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni, plumae versicolores columbis, viris mammae atque barba. Puer lactens, in gremio matris sedens, mammam matris Appetens Cic. de Divin. 2 c. 41. Virg. Aen. 1, 496 Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet; Aurea subnectens exertae cingula mammae. Festus: Mimanu Aelius vocitatum ait mammam alteram, quasi minorem factam.
- 10 Pressis manabunt flumina mammis Virg. Georg. 3, 310. Patres Hor. Epod. 8, 7. Plin. 11, 40 Quibus solida vngula, nec supra geminos partus, haec omnia binas habent mammae, nec aliubi, quam in feminibus. Eodem loci bifulca et cornigera; boues quaternas, oves capraeque binas. Munifex Plin. 11, 40. *i. lacte scatans. Lucum statim dabimus plenius.* Balenae vitulique mammis nutriunt foetus Plin. 11, 40 *ad finem.* Vrsae mammae quaternas gerunt Id. 11, 40. Emacrescunt Cels. 2, 9. Descendit mamma cum augetur, cui opponitur Sterilescit ac resilit. Plin. 11, 40 Primis genitis in quoque partu suae primas praebent; eae sunt faucibus proximae; et suam quisque novit in foetu quo genitus est ordine, eaque alitur, nec alia, detracto illa alumino suo sterilescit illico, ac resilit. Vno vero ex omni turba relicto, sola munifex, quae genito fuerat attributa, descendit. Resilit, *i. in vivo retrahitur.* Mammae porci Martial. 2, 37. ¶ 2 Mamma: pro Matre, vel Nutrice. Conf. Non. 2, 97. Plaut. Most. 1, 4, 7 Ecquid tibi videor mammam adire? Cato, Qui cibum ac potionem buas et papas docent; et patrem tatam, et matrem mammam. Iratus Mammae lallare recusas Pers. 3, 18. Mammae atque Tatas habet Afra, sed ipsa Tatarum dici et Mammarum maxima Mamma potest Martial. 1, 101. MAMMAE PIENTISSIMAE Inscript. Fabrett. p. 58. Conf. Turneb. Adu. 8, 8. De diaetis ad mammam, *vid. statim in* MAMMAEA. Mamma, Graeca dictio, *i. Auia, patris seu matris mater.* Mamma, in surculis arborum, Parua illa extuberantia corticis, e qua profiliunt et enascuntur rami Plin. 17, 16. *de illo inferendi genere loquens, quam emplastrationem vocant.*
- 35 MAMILLA, *f. MAMMILLA*, ae. f. Dimin. [μαρτίδιον, ἄλλη] Iuvenal. Sat. 6, 400 Illa loqui recta facie, strictisque mamillis. *Add. Id. 13, 163.* Varr. de R. R. 2, 3 Duo enim genera earum, sub rostra duas ut mamillas pensiles habeant. *Alia exemplaria habent Mammulas.* Sinistra, qua cor emicat Vell. 2, 70, 5. ¶ 2 Dimidiata
- 40 *Sphaera foraminosa in fonte salientis, ap. Varr. R. R. 3, 14, 2.* MAMMULA, ae. f. Dimin. Cels. 7, 26: Femina brevius vrinae similiter et rectius iter habet: quod mammulae simile, inter imas oras super naturale positum, non minus saepe auxilio eget. MAMMOSVS, a, um. Adi. [μαρτιώδης] Quod habet magnas mammas. Martial. 13, 149 Mammosas metuo: tenerae me trade puellae. Mammosa, a mamma Varr. de L. L. 7, 5. Feminas canes voluit esse mammosas Varr. R. R. 2, 9, 5. Plin. 15, 15 Pomponiana pyra cognomine mammosa, liceriana, feueriana, etc. Plin. 18, 7. Sunt et panico genera: Mammoso e panico, parvis racemato paniculis et cacumine gemino. Idem 12, 14 de Ture, Praecipua autem gratia est mammoso, quum haerente lacryma priore, consecuta alia miscuit se. *i. Feminino, ad differentiam turis masculi.*
- 50 MAMMATVS, a, um. Adi. [μασσοειδής] Quod mammarum similitudinem refert: unde tegulae mammatatae dictae sunt, quae balneis adhibentur et aquaeductibus. *Vid. Plin. 35, 12, f. 46. etc. Non. 2, 529* MAMMEATVS, a, um. Adi. [μαρτιώδης] Idem. Plaut. Poen. 1, 2, 181. Cuius amicum mammeatam vidimus. MAMMALIS Latine dicitur Herba Chamaepitys ap. Apul. de Herb. c. 26. MAMILLANVS *f. MAMMILLANVS*, a, um. Adi. Mamillae simili. Ficus Plin. 15, 18.
- 60 MAMILLARE, is. n. Velum sine fascia, qua mulieres mammae tegunt: de quo epigramma apud Martial. 14, 66 Taurino poterat pectus constringere tergo: Nam pellis mammae non capit ista tuas. MAMMACUTHVS. Vir quidam fuit sola illustris fatuitate, sicut et quidam Melitides. Unde apud Aristophanem αὐχνοῦτες μεμυκνυδός id est hiantes mammacuthi. Hinc factum opinor, inquit Caes. 17, 4 ut homines id genus quandoque Mammacuthos dicamus.
- 70 MAMMAEA. Imperatoris Alexandri Severi mater, a qua aedificia etiam quaedam nomen habuere. Lamprid. Alex. 26 In matrem Mammaeam vnice pius fuit, ita ut Romae in palatio faceret diaetas nominis Mammaeae, quas imperitum vulgus hodie ad Mamman vocant. Et in Baiano palatium cum stagno, quod Mammaeae nomine hodieque censetur. *Ab eadem dicti*
- 75 MAMMAEANI pueri, et puellae Mammaeanae, quas idem Imperator instituit, teste Lamprid. 57. MAMMONAS, ae. [μαμωνάς] Chaldaeorum et Syrorum lingua Diuitiae et opes nuncupantur. Amicos de mammona fabricare sibi Tertull. de Pat. c. 7. *Vid. viri docti ad Matth. 6, 24. Add. Lud. Vines ad Augustin. C. D. 1, 10. Ang. Canin. de locis Hebr. c. 8.*
- 80 MAMMONEVS, a, um. Adi. Mammoneam fidem sequi Prudent. Hamart. v. 428. MAMMOTHREPTVS, i. m. A nutrice educatus Augustin. in Psalm. Conc. 30. MAMPHVLA, ae. f. Secundum Festum appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano ante quam percoquatur, decidit in carbones cineremque, cuius meminit Lucilius, Pistricem validam si numi suppeditabunt, Addas empleuron, mamphulas quae scias omnes. *Nomen potest esse ex radice Ebraeis etiam usitata.* מַמְפָּלָה cadere, decidere.
- 90 MAMPHVR, ūris. n. Lignum rotundum loro circumvolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Fest. Scaliger derivat ex Gr. μανφόρον. MAMVRIVS. [Μαμύριος] Veturius. Huius nomen, ut ait Festus, frequenter in cantibus Romani frequentabant, quod inter ancilia facta eiusdem generis plura, quibus caeleste illud misceretur, ne internosci posset, probatum opus est maxime ipsius, qui praemii loco petiit, ut suum nomen inter carmina Salii (ancilia circumferentes) canerent. *Vid. Ouid. Fast. 3, 382. Propert. 4, 2, 61 At tibi Mamuri formae caelator ahenae. Quo in loco secunda syllaba producitur, quae apud Ovidiam corripitur tribus locis.*
- 100 MAMVRA. [Μαμύρα] Formis natus, Eques Romanus, ut tradit Corn. Nepos, praefectus fabricum C. Caesaris in Gallia fuit, quem primum Romae parietes totius domus suae in Caelio monte crusta marmoris operuisse etiam Plin. tradidit 36, 6. Vnde Mamurrarum Hor. Serm. 1, 5, 37. *i. Formiat.*



MANA, *vid.* MANIA.

MĀNĀCV9, i. m. *Tarentina voce, lunae orbitam, Circulum manacum veteres appellarunt, quasi μανᾶρον Dor. pro μανᾶρον. Viitur Vitruui. 9, 8. Vid. Lex. Virru. ubi refutatur Scaliger, qui nomen Almanach inde derivauit.*

MANALIS Lapis, *vid.* MANO, āre.

MANCEPS, ipis. m. [*ἐγχαλασ*] est (*inquit Fest.*) Quisquis a populo aliquid emit, conducitur, quia manu sublata significat auctorem se emtionis esse. Conductor *alias Latine dicitur, aut Redemptor. Conf. Sigon. de Iur. Ciu. Rom. 2, 4.* Mancipes, sunt publicanorum principes, Romani homines, qui quaestus sui causa si decumas redimunt, Decumani appellantur, si portum, aut pasua publica, Portitores, aut Pecuarii: quorum ratio scriptura dicitur *Ascon. in Diuinat. 33. Etiam qui vias muniendas conducunt: Plurima per Italiam itinera fraude Mancipum et incuria magistratum interrupta et imperuia Tac. Ann. 3, 31, 15, 6. ubi vid. Lips.* Mancipes, Publicani, qui a Cens. quinto quoque anno publica, id est populi vectigalia redimebant: ii, si vectigales agros, ut Decumani, redimebant, eos postea colonis et aratoribus elocabant. *Papin. l. 53. D. locat. Qui fideiussor extitit apud mancipem pro colono publicorum praediorum, quae manceps ei colono locauit, reip. non tenetur. Manceps, pro Emptore bonorum hominis proscripti et sectore. Cic. pro Rosc. Amer. 21. Hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysofonus. Exosum hoc genus negotii (vid. SECTOR) cum esset, in laude Attici ponit Nep. 25, 6, 3. Quod Nullius rei neque praes, neque Manceps factus est. Talis sector intelligitur Cic. Att. 12, 3. Nomen illud, quod a Caesare, tres habet conditiones: aut emtionem ab hāsta, aut delegationem a mancipe annua die, aut Vecteni conditionem, semisse. Manceps, pro Negotiatore et coemptore et propola. Plin. 33, 4. Aut aliquis praeualens manceps anthonam flagellet. Apud ICtos sunt Mancipes cursus publici, s. mutationum, salinarum etc. Metaphorice Plin. Epist. 2, 14. Sequuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti. Manceps conuenitur in media Basilica, ubi tam palam sportulae, quam in triclinio dantur. Manceps est persona media, quae acceptam ab oratore pecuniam distribuit conductis a se laudatoribus. Manceps, pro Mancipatore, qui dat aliquid mancipio. Plaut. Curc. 4, 2, 29. Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quenuquam. Anted 4, 3, 9. enim dixerat, Egon' ab lenone mancipio aliquid accipiam, quibus sui nihil est, nisi vna lingua?*

MANCIPO, s. MANCVPO, āre. [*χερῶν, ἀνδραποδίζουαι, ἐχάρηποδίζω*] quasi *Manu capiendum dare aliquid alteri, i. alienare, in alterius dominium et potestatem transferre. Epit. Instit. Gaii 6. Naturalis pater filium suum fiduciario patri Mancipat, hoc est, manu tradit. Ipse Plaut. Curc. 4, 2, 10. Alienos mancupatis, alienos manumittit. Cic. Philipp. 2, 51 c. 21. Tum iste venditum atque mancipatum Tribunatum, consiliis vestris opposuit. Mancipatum emphaticis dixit, plus quam venditum. Plin. Epist. 7, 18. Nam pro quingentis millibus nummum, quae in alimenta ingenuorum ingenuarumque promiseram, agrum ex meis longe plus auctori publico mancipavi, eundemque vectigali imposto recepi. Vnus quaedam mancipat Hor. Epist. 2, 2, 159. Mancipabatur potestas capitis in manum carnificis Apul. Met. 10 p. 243. Sic l. 163 C. Theod. de Decurion. Clericorum consortio se mancipare. Et l. 175 Ordini mancipari. Et l. 83 Curiarum functionibus etc. Ita capitur fera, alioqui difficile est eam mancipari Solin. c. 20.*

MANCIPĀTVS, a, um. Partic. [*ἀνδραποδιστής*] *Deiudicatus adstrictus. Cic. de Senect. 37 c. 11. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si usque ad vltimum spiritum dominatur in suos. Al. emancipata, quod melius. Prudent. Cath. 11, 39. Et mancipatam fumido vitam barathro immerferant de gentilibus impiis.*

MANCIPĀTVS, ūs. m. Plin. 9, 35. *de unione. Et hoc tamen aeternae prope possessionis est, sequitur haereditem, in mancipatum venit ut praedium aliquod. i. Sollemnitates eae adhibentur, quae solent in iis rebus, quae sunt mancipi. Budaeus.*

MANCIPATIO, ōnis. f. [*ἀνδραποδισίς*] est (*inquit Caius Ictus apud Boethium in Topic. Cic. 3 p. 797.*) Imaginaria quaedam venditio; quod ipsum ius, proprium est Romanorum ciuim. Ea res ita agitur, Adhibitis non minus quam quinque testibus ciuibus Romanis puberibus; et praeferea alio eiusdem conditionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens: is qui mancipium accipit, aes tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isque mihi emtus est hoc aere, aeneaque libra. Deinde aere percutit libram, idque aes dat ei, a quo mancipium accipit, quasi pretii loco. *Conf. Gaius institut. tit. 6. et add. l. 77 D. de diu. reg. iur. l. 1 Instit. tit. 6. Videantur IC. maxime Schulzing. ad Vlpian. 19, 3 p. 620. Helneq. Antiquit. ad Instit. 1, 12, 6 sq. Scribitur et Mancupatio, ut Mancupium. Plin. 9, 35 l. 58. Ipsa confestim parata mancipationem tabulis probare. Sic Hard. ex MSS. Al. nuncupationem, vel aucupationem, sub quo nomine totum locum dedimus.*

MANCIPIVM, vel MANCVPIVM, i. n. [*ἀνδραποδον, δοκουλάρος*] *Seruus, vel ab hostibus manu captus, ut ait Imperator §. 1 de iure personar. vel, ut Cic. Parad. 5, 1. Mancipia quae sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili: de seruis loquitur. Varr. de L. L. 5, 8. Mancipium dicitur, quod manu capiatur. Plin. 28, 2. Christi Prudent. Apoth. v. 408. Mancipia fugitiua retinere. Qualia mancipia, qualesque qui iis praesint, esse debeant, docet Varr. R. R. 1, 17, 3. Extrema Sen. Ep. 70. Locuples mancipiis Hor. Epist. 1, 6, 39. Mancipia ergastuli Colum. 1, 8, 16. Negotiatores mancipiorum Quintil. 5, 12. Anicum mancipium domino, et frugi Hor. Serm. 2, 7, 3. Conciliatum, *vid.* CONCILIO. Ut mancipia haec Deducam ad Thaidem Ter. Eun. 2, 3, 72. Quid ex Pont. 4, 5, 40. Pro quibus ut meritis referatur gratia, iurat Se fore mancipium tempus in omne tuum. Sic antiquae edit. Sic reduxit Burm. Nam Heins. Mancipii tui. Briffon. de Form. 6 p. 517. Mancipio tuum: quod puto verum esse. Nemo enim Romanus se seruum aut mancipium alterius dixit: licet Ouid. ex Ponto 4, 8, 66. posuerit, Si quid —*

Restat in ingenio, seruiet omne tibi. Mancipium, *Dominii comparatio, possidendique ius, atque etiam dominium et mancipatio. Varr. de L. L. 5, 7 p. 59, 19. Ab eo scribi coeptum in lege mancipiorum, vadem ne posceret, nec dabitur, i. in formula, qua dominium transferretur. Cic. de Orat. 1, 178 c. 39. Quum enim Marius Grati-dianus aedes Auratae vendidisset, neque seruire quandam earum aedium partem in mancipii lege dixisset, defendebamus quidquid fuisset incoimodi in mancipio, id si venditor scisset, neque declarasset, praestare debere. Eandem rem narrans Cic. Off. 3, 67 c. 16. Hoc in man-*

cipio Marius non dixerat. *Nempe breuiter sic loquebantur. Pulcre idem Cicero Topica ad Trebatium ita finit.* Plura quam a te desiderata erant, sum complexus, fecique, quod saepe liberales venditores solent, ut cum aedes fundumue vendiderint, ruti caesis receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi causa apte et loco positum esse videatur. Sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quaedam volumus non debita accedere. Puto mancipio hic esse ablatiuum, et idem esse, quod ex lege et formula mancipii. Cic. Fam. 7, 29 Sum enim *χρῆσται μὲν* tuus, *κλῆρον δὲ* Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius. Et 7, 30 Attici proprium te esse scribis mancipio et nexu, meum autem usu et fructu. Mancipio vendere, est *Eas res, quae mancipi sunt, ita vendere libra et aere adhibitis, ut euctionis periculum praestetur.* Verum hoc amplius animaduerti moris fuisse, ut Auctor, id est venditor nexu se dicis causa obligaret, ad rem mancipi, hoc est emptori perpetuo praestandam. Cic. pro Muraen. 3 Quod si in iis rebus repetendis, quae mancipi sunt, is periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligauit: profecto etiam rectius, etc. Hinc Mancipio et nexu coniungi videmus. Var. de L. L. 6, 5 p. 82, 5 Nexum Manilius scribit omne, quod per libram et aes geritur, in quo sint mancipi. Mutius Scaeuola, quae per aes et libram fiant, ut obligentur, praeterquam quae mancipio dentur. Hoc verius esse ipsum verbum ostendit, de quo quaeritur. Nam idem quod obligatur per libram, neque (ni quid legi vult Schulting. ad Paulli Sent. 2, 17, 3) suum sit, inde nexum dictum. Haec ille; quae sic intelligo, ut ex Mutii sententia ea Nexa dicantur, non tantum quae abalienata sunt, sed etiam quae oppignorata. Cic. Fam. 7, 30 Attici proprium te esse, scribis, mancipio et nexu; meum autem usu et fructu. Et de Arusp. Resp. 14 Multae sunt domus iure mancipii, et iure nexi. In Topic. 28 Abalienatio est eius rei, quae mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio. quo ex loco coniuncto cum altero de Legib. 3 animaduvertere est, eum qui mancipabat nexu obligatum, rem mancipi tradidisse. Idem in Parad. 5 Non enim ita dicunt eos esse seruos, ut mancipia quae sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili. i. In iure cessione et usucapione. Caeterum qui mancipio vendebat, euctionis periculum in se recepisse, ex Plauto patet, qui sic in Perf. 4, 3, 55 Ac suo periculo is emat, qui eam mercabitur; mancipio, neque promittet, neque quisquam dabit. Et paullo post, 4, 3, 63 Nihil mihi opus est litibus. nisi mancipio accipio, quid eo mihi opus mercimonio? Haec Hotoman. Conf. Salmaf. de Vsur. p. 205 sq. De Satisfactione secundum mancipium, vid. Interpp. Cic. Att. 5, 1 p. 464. Graeu. Plaut. Trin. 2, 4, 19 Minas quadraginta accepisti a Callicle, et ille aedes abs te mancipio accepit. L. admodum. Conf. Id. Curc. 4, 2, 9. Cic. Att. 1, 1 sup. Agere coepit cum Caninio de iis rebus, quas eum dolo malo mancipio accepisse de Varjo diceret. Mancipio dare, pro Tradere in ius proprietatis. Seneca Epist. 73 Fortuna nihil dat mancipio. Huc pertinet Lucret. 3, 985 Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vsti. i. Nulli ita datur, ut propriam ac perpetuam habeat. Poscere aliquid mancipio Plaut. Most. 5, 1, 43. al. mancipi. Sui mancipii esse, Nullius dominio subiectum esse. Cic. ad Brut. 16 An ut esset sui iuris ac mancipii Respublica? nisi forte non de seruitute, etc. ¶ 3 An Mancipia veteres dixerint ea, quae Mobilia alias vocamus, ut contra Praedia ea, quae dicuntur vulgo hodie Immobilia, non affirmauerim. De verbis Modestini l. 3 D. de diuers. temp. praescr. Longae possessionis praescriptionem tam in praediis, quam in mancipiis locum habere manifestum est, Icti viderint. Certe hoc non facit. Cic. Off. 3, 71 Nec vero in praediis solum ius ciuile ductum a natura, malitiam fraudemque vindicat, sed et in mancipiorum venditione, venditorum fraus omnis excluditur. De seruis enim sermonem esse, satis ostendunt, quae sequuntur, Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis, praestat edicto aedilium. Similis est ratio Cic. in Rull. 2, 38 Qui agri, quae loca, aedificia. Quid est praeterea? multa in mancipiis, in pecore, auro, ebore, veste, supellectili, caeteris rebus. Neque enim Mancipia diuidit in pecus, aurum, ebur: sed enarrat res et possessiones simpliciter, quae non sint agri, loca, aedificia. Et repugnare videtur huic rationi ipsa enumeratio rerum mancipi, i. mancipii, de qua mox vid. MANCIPI.

MANCIPI, siue MANCVPI. Genitiuum esse contractum Mancipii docent Voss. de Art. Gram. 3, 46. Salmaf. de Vsur. c. 8. et Perizon. ad Sanct. 4, 4, 12. Plin. 33, 34 Quin et militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandae pensatores, libripendes dicuntur; qua consuetudine in iis emtionibus quae mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Cic. pro Flacco 80 c. 32 Illud quaero: sintne ista praedia censui censendo? habeant ius ciuile? sint nec ne sint mancipi? subsignari apud aerarium, apud censorem possint? Nempe Omnes res aut mancipi sunt, aut nec mancipi. Mancipi res sunt, praedia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus, Item iura praediorum rusticorum, velut via, iter, actus, et aquaeductus. Item serui, et quadrupedes, quae dorso colloue domantur, velut boues, muli, equi, asini. Caeterae res nec mancipi sunt.

Elephantii et cameli quamuis collo dorsoque domentur, nec mancipi sunt; quoniam bestiarum numero sunt. Haec Vlpian. tit. 19 eius libri, qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpian. Additur a Ictis Hereditas et familia, quae et ipsa per aes et libram manciparetur. Gell. 15, 26. et §. 1 Inst. de testam. ordin. Ac proinde etiam filii familias erunt inter res mancipi. Vid. Bynkersb. de iure occid. liberos lib. 1 p. 145. Margaritas etiam in mancipatum venire ait Plin. 9, 35. Et cum etiam monumenta et columbaria mancipata s. per aes et libram translata videamus in Vet. Infer. Grut. p. 1081, 1. et Reines. 7, 21 etiam ius certe sepeliendi in rebus mancipi fuisse, colligunt. Caeterum de communi quodam charactere rerum mancipi, quo ab aliis rebus differant, et causa proinde, cur eas mancipi esse placuerit, disputant Icti. Recentissimi, cum ista commentaremur, libri erant Bynkersboeckii dissertatio in opusculis: tum Fr. Car. Conradi de veris mancipi et nec mancipi rerum differentiis liber singularis Helmst. 1739. Andr. El. Rossmann Disp. de rebus mancipi et nec mancipi Hal. 1740. Add. quae ad Cic. pro Flacco 80 c. 32 extr. viri docti disputant. Plaut. Most. 5, 1, 43 Vel hominem iube aedes mancipi poscere.

MANCIOLAE tenellae, pro manibus, antiquum verbum Laeuui apud Gell. 19, 7.

MANCVS, a, um. Adi. [καλλὰ Gloss. Lat. Gr.] proprie significat eum, qui sine manu est; quasi Manu carens. Cic. pro Rabir. 21 c. 7 Quintus Scaeuola confectus senectute, praepeditus morbo, mancus et membris omnibus captus ac debilis. Ouid. Fast. 3, 826 Et licet antiquo manibus collarus Epeo Sit prior, irata Pallade mancus erit. Metaph. Officiis mancus Hor. Epist. 2, 2, 21. b. e. Ad talia officia

*officia perficienda inutilis.* Cic. Off. 1, 154 c. 43 Etenim Cognitio, contemplatioque naturae, manca quodammodo, atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. Fortuna Hor. Serm. 2, 7, 88. Cic. pro Milon. 25 c. 9 Occurrebat mancam ac debilem Praeturam suam futuram Consule Milone. Cic. de Fin. 3, 20 c. 9 Qui mancam fore putauerunt sine aliqua accessione Virtutem.

MANDATVM, vid. MANDO, Ære.

MANDELA. Pagus est in Sabinis, ut auctores sunt Acron et Porphyrius ad Hor. Epist. 1, 18, 105 Gelidus Digentia riuus Quem Mandela bibit rugosus frigore pagus.

MANDIBVLA, vid. MANDO, Ære.

MANDO, Ære. [ἐπιτάσσει, ἐπιτάσσω, παραγγυλῶ, ἐπιτάσσει] quasi in dicas in manum dare, i. faciendum, curandum, seruandum aliquid alteri committere. Plaut. Pers. 3, 3, 65 Iam hic credo aderit, accersit illum mandauit. Ter. Adolph. 3, 3, 18 Huic mandes, si quid recte curatum velis. Facit. Ann. 4, 66 Res suas Caesar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis Ex fama, mandabat. Extremas preces P. Quirinus, propinquo suo, ad principem mandat Tacit. Ann. 2, 30. Cic. pro Quint. 50 c. 15 Is non modo ex numero viuorum exturbatur, sed si fieri potest, infra etiam mortuos mandatur. Plin. 20

In Part. 75. pr. Ante orationes principum tantum eiusmodi genere mandatorum mandari Aeternitati solebant. Cic. Tusc. 2, 13

Memoria autem animi philosophia est, quae extrahit vitia radicitus, et preparat animos ad fati accipiendos, eaque mandat his, et (ut ita dicam) ferit, quae adulta fructus vberimos ferant. Animis et mentibus mandare, quemadmodum et Mandare posteritati dicitur: hoc est, Memoriae committere. Id. in Catil. 1, 27 c. 11 Percipite quaeso diligenter quae dicam, et ea penitus Animis vestris mentibusque mandate.

Arcae semina Ouid. Epist. 5, 115. Fidei alicuius pecuniam Plaut. Trin. 1, 2, 91. Ter. Andr. 1, 5, 62 Bona nostra haec tibi committo, et tuae mando Fidei. Foliis carmina Virg. Aen. 6, 74. Fugae se, v. Fugere. Caes. Bell. Gall. 5, 18 Vt hostes impetum legionum atque equitum sustinere non possent, ripasque dimitterent, ac se Fugae mandarent. Vfus etiam Sisenna apud Non. 2, 516. Cic. in Catil. 1, 20

Quae quum ita sint Catilina, dubitas, si emori aequo animo non potes, abire in aliquas terras, et vitam istam multis suppliciis iustis debitisque ereptam, Fugae solitudinique mandare? Humo aliquem, pro Inhumare Virg. Aen. 9, 214. Sic apud Cic. Tusc. 3, ex Homero, Quo magis est aequum Tumulis mandare peremptos. Immortalitati, Aeternum ut sit curare. Cic. pro Domo 76 c. 29 Semel, quum id feci, quod omnes non negent, Immortalitati, si fieri potest, mandandum, tu supplicio puniendum putasti. Id. de Fin. 1, 1 Non eram nescius Brute, quum quae summis ingeniis, exquisitaque doctrina philosophi Graeco sermone tractauissent, ea Latinis Literis mandarem, fore ut hic noster labor in varias reprehensiones incurreret. Id. Tusc. 1, 6

Sed mandare quum Literis cogitationes suas, qui nec eas disponere, nec illustrare possit, nec, etc. Id. Philipp. 12 Quid huic facias, qui hoc Literis, Memoriaeque mandauerit? Add. Id. de Nat. D. 1 c. 4 pr. et Off. 2 c. 2 pr. Sen. Ep. 8. M. Lucret. 2, 637. vid. in MALA. Gell. 3, 17 Memoriae mandatum est, Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse. i. Scriptum est. Memoriae mandare aliquid, In memoria figere, et reminisci. Cic. de Amicit. 1 Eius disputationis sententias Memoriae mandauit. Id. Acad. 4, 2 c. 1 Vt literis consignamus, quae Monumentis mandare volumus; sic ille in animo res insculptas habebat. Ibid. 1, 3 Nunc postea quam sum ingressus res eas, quas tecum simul didici, mandare Monumentis, philosophiamque veterem illam a Socrate ortam, Latinis literis illustrare, etc. Id. pro Sext. 102 Haec fama celebrantur, Monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. Id. Off. 2, 3 c. 1

Deinde ipsis Scriptis non ea quae nunc, sed actiones nostras mandaremus, ut saepe fecimus. Sulcis hordea Virg. Ecl. 5, 36. Terrae semina, pro Seminare Columel. 1, 7. Cic. pro Arch. 20 Neque est quisquam tam aduersus a Musis, qui non mandari Versibus aeternum suorum laborum facile praeconium patiat. Id. in Catil. 4, 10 Homini mitissimus atque lenissimus, non dubitat P. Lentulum aeternis Tenebris, vinculisque mandare. Causa alicui, i. Committit Ouid. Met. 13, 199. Causa in illo ex maleficio. S. deo autem. D. de aeternitate et obligationib. Nec vili Curam negotiorum suorum mandant. Honores mandare alicui, pro Tribuere. Cic. Verr. 4, 81 c. 27 Desinat queri, Pop. Rom. hominibus nouis, atque industriis libenter Honores mandare, semperque mandasse. Add. Lati. 24, 8 pr. Iuuen. Sat. 10, 53 Cum Fortunae ipse minaci Mandaret laqueum. Nempe extremi neglectus vox, Suspende te! vid. SVSPENDO ex Sen. de Ira 3, 23. Lethum alicui Senec. Herc. Oct. 10. Magistratum, Decernere. Cic. de Legib. 3, 33 Suffragia in Magistratu mandando, aut reo iudicando, aut lege aut rogatione sciscenda, clam, an palam ferre melius esset. Conf. Id. Verr. 5 c. 14. Cum diuitissimus esse posset propter frequentes delatos honores Potestatesque summas, quae ei a populo mandabantur Nep. 19, 1, 2. al. dabantur. Sile obsecro, Quaeritusque secreto abditos manda dolori Sen. Med. v. 150. Plin. Epist. 6, 110 Aliquanto magis me delectat mandatum mihi Officium, postquam par Cornuto datum video. Opus miserum mandat sociis Stat. Theb. 9, 168. Salutem suam mandare alicui Ouid. ex Pont. 4, 6, 13. i. commendare. Accidit hoc, quod totum cuiusmodi sit mando tibi, Vt perspicias Cic. Att. 1, 12. Primum Scelus mandat insidiis Flor. 3, 1, 3

2. Mittere significat, quod indicat compositum AMANDO. Cic. pro Sulla 57 c. 20 Familiarissimum suum dimittere ab se, et mandare in ultimas terras? i. mittere. Id. pro Quint. 49 c. 15 Is non modo ex numero viuorum exturbatur, sed, si fieri potest, infra etiam mortuos mandatur. Sic membranae Gruteri omnes: al. Amandatur.

MANDANS, antis. Partic. [ἐπιτάσσων] Ouid. Epist. 16, 314 Vtere mandantis simplicitate viri. Al. non vari.

MANDATVS, a, um. Partic. [ἐπιτακτικός] Cic. pro Rosc. Amer. III c. 38 In priuatis rebus si quis rem mandatam non modo malitiosus gessisset, sui quaestus aut commodi causa, verum etiam negligentius, cum maiores summum admisisse dedecus existimabant: itaque mandati constitutum est iudicium, non minus turpe quam furti, etc. Arma mandata nepotibus Sil. 1, 18. Castra mandata prosequi Stat. Silu. 3, 2, 121. Causa Ouid. Met. 7, 505. Cic. pro Lege Manil. c. 16 Ego sic existimo, Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, et caeteris magnis imperatoribus, non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, saepius imperia mandata, atque exercitus esse commissos.

MANDATVM, i. n. [ἐπιταγή, ἐπιτολή, ἐφετη] Substant. intell. negotium: non semper ad superiorem s. imperantem refertur, sed est

MANDATVM, i. n. [ἐπιταγή, ἐπιτολή, ἐφετη] Substant. intell. negotium: non semper ad superiorem s. imperantem refertur, sed est

MANDATVM, i. n. [ἐπιταγή, ἐπιτολή, ἐφετη] Substant. intell. negotium: non semper ad superiorem s. imperantem refertur, sed est

MANDATVM, i. n. [ἐπιταγή, ἐπιτολή, ἐφετη] Substant. intell. negotium: non semper ad superiorem s. imperantem refertur, sed est

MANDATVM, i. n. [ἐπιταγή, ἐπιτολή, ἐφετη] Substant. intell. negotium: non semper ad superiorem s. imperantem refertur, sed est

MANDATVM, i. n. [ἐπιταγή, ἐπιτολή, ἐφετη] Substant. intell. negotium: non semper ad superiorem s. imperantem refertur, sed est

MANDATVM, i. n. [ἐπιταγή, ἐπιτολή, ἐφετη] Substant. intell. negotium: non semper ad superiorem s. imperantem refertur, sed est

MANDATVM, i. n. [ἐπιταγή, ἐπιτολή, ἐφετη] Substant. intell. negotium: non semper ad superiorem s. imperantem refertur, sed est

MANDATVM, i. n. [ἐπιταγή, ἐπιτολή, ἐφετη] Substant. intell. negotium: non semper ad superiorem s. imperantem refertur, sed est

*etiam aequalis, vel inferioris adeo: hodie vulgo Commissionem appellant.* Sallust. Catil. c. 32 *extr.* C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium regem mittit, cum mandatis eiusmodi. Accipere mandata ad aliquem Quinctil. 3, 10. Addere Plin. 8, 40. Admitti ad, Agere, 5 Bibere, *vid. hb. vv.* Conficere Cic. Phil. 9 c. 3. Curare, *vid. CVRO.* Cic. Q. Frat. 2, 13 Facies scilicet, vt mea mandata Digeras, persequare, conficias. Dare Ouid. Epist. 13, 143. Cic. Fam. 3, 11 Omnibus ei de rebus quas agi, quas curari a me vobis, mandata Des velim. - - omnibus de rebus Id. Fam. . . Dare alicui de magnis 10 rebus Id. Phil. 8 c. 7. *add.* Philip. 6, 6 c. 3. Deferre Id. Att. 10, 14 *pr.* Lucius Caesar mandata Caesaris ad Pompeium detulit. Deposcere, *Luy demander s'il veut rien commander. Vt abeuntes solent.* Cic. Att. 5, 2 In Cumano quum essem, venit ad me noster Hortensius; cui deposcenti mea mandata, caetera vniuerse mandavi, illud proprie; 15 ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis provincias. Excipere Tacit. in Agric. 45. Exequi alicuius Ouid. Met. 14, 602. *Conf.* Cic. Phil. 9 c. 4 *extr.* Exhaustire, *pro Exequi et absoluer.* Id. Att. 5, 1 Reliquum est, vt antequam proficiscere, mandata nostra Exhaustias. Explicare Id. Ibid. 13, 23. Facere Quinctil. 4, 4. 20 Fallere alicuius, *i. Non exequi mandata, verum simulare se executum esse.* Ouid. Met. 9, 696. Ferre per auras Virg. Aen. 4, 270. Fungi mandatis Tacit. Ann. 13, 21. Gerere Stat. Silu. 5, 2, 56. Cic. Philipp. 2, 86 c. 34 A nobis Populoque Rom. mandatum id certe non Habebas. Instruere aliquem mandatis, *vid. INSTRVO.* Loqui 25 Senec. Med. 7. Cic. Verr. 2, 161 In quem ipsi cum grauissimo testimonio, quod nunquam antea Romam mandata legatosque Misissent. Negligere alicuius Ouid. Epist. 16, 303. Peragere Id. Met. 7, 502. Perferre ad aliquem Id. ex Pont. 2, 2, 125. Referte mandata mea regi Virg. Aen. 7, 267. Suscipe causam mandati mei Ouid. ex Pont. 30 2, 2, 45. Tenere constanti mente Catul. Argon. 62, 209. Tenere memori mente Lucret. 2, 582. Cic. Verr. 4 (2) 153 c. 64 Veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis.

MANDATVS, ūs. m. *apud Iurisconsultos legitur, praesertim titulo Mandati.* Paul. Mandatu meo in diem fideiussoris. Caius, Si 35 mandatu meo Titio credideris. Iulian. Mandatu creditorum. *Sic saepius. Idem vocabulum in quibusdam libris legitur apud Cic. pro Caec. c. 7. et Suet. Caes. c. 7.*

MANDATOR, ōris. m. [*ἑλεγκτής*] *Qui mandauit.* Nec missus 40 creditur, quem nunquam mandator designauit, nuncupaturus pater et designaturus mandator si fuisset Tertull. adu. Marc. 3, 2. Tranquil. in Tito Vesp. c. 8 Inter aduersa temporum et delatores, mandatoresque erant. Turneb. Mandatores, qui accusatores subornabant et instruebant, et in exilium homines hac ratione calumnia oppressos pellebant. Paullus in l. Et si certus. D. ad Senatusc. Syllanianum, Et si certus sit 45 percussor, tamen habenda est quaestio, vt Caedis mandator inueniatur. Callistrat. in l. Ex quibusdam. §. Diuus Pius. D. de Iure fisci, Diuus Pius Caecilio Maximo rescripsit: constitutionem patris sui, qua compelleretur Delator edere mandatorem, ac nisi edidisset, vt in vincula deduceretur: eo pertinere, non vt delator poena subduceretur, si 50 mandatorem haberet: sed vt mandator quoque perinde, atque si ipse detulisset, puniretur. Mandator Iurisconsultis dicitur, *Qui alicui auctor est, vt suam pecuniam alteri credat: qui et Fideiussor dicitur. Tamen si hoc plerumque differant, quod illud fere in eo ponitur, qui suasu suo nihil tale cogitantem induxit vt crederet: hoc vero in eo, qui ad cre-* 55 *ditionem accessit, et obligationem quasi trabali clauo confirmauit, ut intelligitur ex tit. de Fideiuss. et mandat. lib. 46. Pandect. Hotoman.*

MANDATORIVS, a, um. Adj. Icti, vt, vel fideiussorio siue mandatorio, vel quocumque alio nomine l. 19 C. de fideiuss. et mandator.

MANDATIO, ōnis. f. *Idem quod Mandatus.* Iulian. l. 37. pr. 60 D. de acquir. rer. domin. Nec stipulatione, nec mandatione.

MANDATRIX, icis. f. *a Mandator.* Mandatrix operum Claud. Conf. Hon. 4, 235.

MANDATARIVS, i. m. Ict. est *Qui mandatum suscipit ad implendum.*

MANDATIVVS, a, um. Videte, imperatiuum est: videtote, 65 mandatiuum Fronto Gramm. p. 1331. *Conf. Bang. Obsf. Philoll. de modo verb. p. 477.*

MANDO, ēre. [*μασάομαι, φάω*] *Dentibus cibum conficere.* Mandit, *μασάω* Vet. Gloss. Martial. 13, 65 *de perdice*, Ponitur Aufoniis auis haec rarissima, mensis Haec in lautorum mandere saepe soles. 70 Cic. de Nat. Deor. 2, 122 Alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Lentissime mandere, *vid. LENTVS.* Artus suos Senec. Thyest. l. 8. Ferrumi admorsu Sil. 16, 359. *i. Lupatos, de equo loquitur.* Stat sonipes, ac fraena ferox spumantia mandit Virg. Aen. 75 4, 135. Vulnera saeuo dente Ouid. Met. 15, 92. Mandi, *passiuum.* Cic. de Nat. Deor. 2, 134 c. 54 Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur, et inolitur cibis. Morsu leonis Lucret. 4, 1011. Cibum mandendo exprimimus Lucret. 4, 622. Mandier, *pro Mandi.* Matus Poeta apud Varr. de L. L. 6, 5 Corpora 80 Graiorum inoerebar mandier igni. Mandentes Plin. 9, 45.

MANSITO, āre. Frequent. Plaut. Amphit. 4, 3, 4 Mutatos Atticos in Arcadia homines, et saeuas belluas mansitasse, etc. Mansito, a verbo Manco, *vid. MANEO.*

MANDO, ōnis. m. [*φάω*] *Edax.* Lucilius, Atque omnes 85 mandonum gulae. Varr. Bimargo, Magna vt tremiscat Roma, et magnae mandonum gulae Non. 1, 58.

MANDVCO, āre. [*μασάομαι*] *Idem quod Mandere, et ore vel dentibus conficere.* Piper manducare Scribon. 103. Suet. in August. c. 76 Qui in balneo demum post horam primam noctis duas buccas 90 manducati prius, quam vngi inciperem. Radix manducata Scribon. 108. *Frequentari coepit hoc verbum deuo sequiori, praesertim ab Ecclesiasticis, adeo quidem, vt Italarum mangiare, et manger Gallorum inde orta sint, cum passim manducare dicerent homines pro edere.*

MANDVCATVS, a, um. Partic. Varr. R. R. 2, 7 Pullos columbinos manducato candido farciunt pane, *i. manso dentibus custodis.*

MANDVCANS, antis. Partic. Vulg. Matth. 11, 19. Rom. 14, 3.

MANDVCOR, āri. *Deponens apud antiquos.* Lucil. 14, vt citat Non. 17, 79 Quum illud quid faciat quod mandueamur in ore.

MANDVCATIO, onis. f. Hieron.

MANDVCO, ōnis, siue MANDVCVS, i. m. [*ἀδύφάγοι*] 00 *Edax.* Pompon. Pictoribus, Magnus Camillus manducus canterius. *Vid. Non. 1, 58. Apul. Miles. 6. sub fin. De isto asino, semperpigro quidem sed manducane summo.* ¶ 2 Manducus effigies in pompa antiquorum, inter caeteras ridiculas formidolosasque ire solebat imagi-

05 nes, magnis malis ac late dehiscens, et ingentem dentibus sonitum faciens;

ciens: de qua Plautus ait, Quid si aliquo ad ludos me pro manduco loccem? Haec Festus. Locus Plauti est Rud. 2, 6, 51 apud quem sequitur, L. A. Quapropter? C. H. Quia pol clare crepito dentibus. Talis est quem Iuven. 3, 175 verbis possis describere, Personae pallentis hiatus, quam In gremio matris formidat rusticus infans: quamquam de personis comicis ibi agitur. Caeterum sunt Exemplaria, in quibus Manduca legitur, alia, ubi Manduces. Conf. CITERIA et PETREIA, et mox MANSVCIVS.

MANDVCVM, i. n. Opsonium apud veteres dicebatur. Varr. de L. L. 6, 5 Vnde manducari, a quo in Atellanis opsonium vocant 10 manducum.

MANSVS, a, um. Partic. [μῆσος] Quinçtil. 10, 1 Cibos mansos ac prope liquefactos demittimus. Cic. de Orat. 2, 162 c. 39 Atque omnia minima mansa (vt aiunt) nutrices infantibus pueris in os inserant. Conf. Non. 2, 551. 15

MANDIBŪLA, ae. f. f. MANDIBVLVM, i. n. [Mandibulum, φάβωμα Gloss. Lat. Gr.] In qua siti sunt dentes: quae et Maxilla dicitur. Macrobius Saturn. 7, 4 Deorsum trahit cibaria confecta mandibulis. Idem in Somn. Scip. 1, 6 Post septem vero menses dentes incipiunt mandibulis emergere. Add. Isidor. 11, 1. 20

MANDALIA, um. n. pl. Frustilla. Plin. Valer. 1, 6 Facere mandalia. Conf. Id. 2, 37. Adde Reines. Var. Lect. 2, 8. Barth. Adv. vers. 1, 141

MANDONIVS. [Μανδύος] Dux Hispanus. Hic et Indibilis partes Romanorum cum Scipione Africano in Hispania iuuerant. Deinde Scipione aegrotante, seditionem agitauere, in Romanosque insurgere coeperunt. Quos quum Scipio morbo liberatus comprehendisset, veteris officii memor tantum castigatos verbis dimisit. Vid. Liu. 29. et Sil. Ital. 3, 376. 25

MANDRA, ae. f. [μάνδρα] Ouile est, caula, vel aliarum pecudum stabulum, ex vsu Graecorum. Iuven. Sat. 3, 237 Et stantis conuicia mandrae Eripiunt somnum Druso. Hoc vult Poeta, tot iumenta, tot animalia onerata, vel vacua concurrunt, vt plateae et vici urbis mandrae fiant, in quibus frequentia etiam cedere iumentum et detrectantium conuicia audiuntur. Simili ratione Martialis. 5, 22 Vixque datur longas mulorum vincere mandras; Quaeque trahi multo marmora fune vides. 35 Quae sunt istae oues, quae sunt de mandra mea Laurent. Nouar. Homilia de Poenit.

¶ 2 Sedes et septa tabularum lusoriarum, in quibus discolores calculi collocantur. Vid. Martialis. 7, 72 de Saturnalibus ludis: Sic vincas Nouiumque Publiumque, Mandris et vitreo latrone clausos. ii. Auctor Panegyri ad Pison. 190 Hic ad maiora motetur, Vt citus, et fracta prorumpat in aguina mandra. Audiendus hic prae Scaligero, ipsos latrunculos vel eburnas quadrigas intelligente, Lindebrogius. 40

¶ 3 Apud Graecos et Latinos Mandra etiam Monasterium, Mandrita, Monachus: Vid. ARCHIMANDRITA.

MANDRAGŌRA, ae. f. [μανδραγόρα] Herba. Plin. 25, 13 45 Mandragoram alii Circeium vocant. Duo eius genera; candidus, qui et mas: niger, quae femina existimatur, angustioribus foliis quam lactucae, hirsutis et caulibus, radicibus binis ternisue rufulis, intus albis, carnosis tenerisque, paene cubitalibus. Ferunt mala auelanarum nucum magnitudine, et iis semen ceu pirorum. Eius inter 50 venenum et soporem media vis est Frontin. Strateg. 2, 5, 13. Dedi non venenum, sed Somniferum mandragoram, illum grauedinis compertae famosum, et morti simillimi soporis efficacem Apul. Met. 10 p. 243, 37. Columel. 10 Non procul ab initio, Quamuis semihominis vesano gramine foeta Mandragorae pariat flores, moestamque cicutam. Conf. Cels. 5, 25. et 6, 6. Plin. 8, 27. et 26, 5. Solin. c. 29. Mandragoram bibisse, Prouerbio docte ac eleganter ita videntur posse dici, qui velut aspide isti somniculosa, nimis desides sunt, atque ita quodammodo a sensu distiti abiunctique, vt excitari non queant. Vfus est Demosthenes Philip. 4. et Lucian. in Timone. Ratio vero prouerbii est, quoniam is fructus est somni conciliator, vt tradit Plinius. 60

MANDVCO, are. et MANDVCVS, vid. MANDO, ere.

MANE. Adu. [πρωτῆ, πρωτα, εἰς] Diei pars prima, a MANIS, e, quod idem ac MANVS, a, um: Vet. Schol. Hor. Carin. 1, 4 extr. Manum, Clarum veteres dicebant, teste Nonio 1, 337. Seruius ad Aen. 1, 143 Manum antiqui Bonum dicebant: vnde et Mane dicitur; quid enim melius? Ter. Heaut. 1, 1, 15 Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi domum reuertor, quin te in fundo conspicer. Cic. Fam. 7, 31 Qui vsque ad Calendas Ianuarias esset, quae erant futurae mane postridie. Mane, inquit Varro de L. L. 5, 2. Diei principium, quod tum manat dies ab oriente: nisi potius quod Bonum antiqui dicebant Manum; ad cuiusmodi religionem Graeci quoque, quum lumen adfertur, solent dicere, φως ἔλαθεν. Macrobius Sat. 1, 3 deriuat a diis manibus. Add. Fest. Mane, magis et minus esse non potest, ante et post potest Varr. de L. L. 8, 44. Mane vigilare Hor. Epist. 2, 1, 104. Mane piger stertis Perf. Sat. 5, 132. Mane et Mani dixerunt veteres, quemadmodum Here et Heri, propter cognationem literarum E et I, auctore Donato in Ter. Phorm. 1, 1, 2. Seruius Mani ablatiuum esse dicit a Mane, adducens Plauti exemplum, A mani vsque ad vesperam. Add. Plaut. Poen. 3, 3, 37. ratio est, quia est ablatiuus a Manis. Eo die mane Cic. Att. 11, 12. Hodie mane Dolabella, nullus sermo ad multum diem Cic. Att. 13, 9. Postridie mane Cic. Verr. 1, 68. Bene mane haec scripsi Cic. Att. 4, 11 (9) Mane totum dormire Martialis. 1, 46 (50, 36) Hirt. de Bell. Afric. 42 Praesertim quum milites a mane diei ieiuni stetissent defatigati. Perf. 3, 1 — iam clarum mane fenestras Intrat, et angustas extendit lumine rimas. A mane, vid. A. Hirt. de B. Afric. c. 42. Obscurum Columel. 7, 12. Semel mane Scribon. 271. Vel post nonam, vel postero mane Columel. 9, 15. Multo, vid. MVLTVS. Cic. Att. 5, 4. Nimis, vid. NIMIS. Plin. Epist. 1, 5 Rogo, mane videas Plinium domi, sed plane mane; neque enim diutius perferre sollicitudinem possum; et quoquo modo efficias, ne mihi irascatur. 80

MANICO, are. Mane aduenire. Vulgat. Luc. 21, 38. P. Chrysol. Serm. 82.

MANEO, si, sum, ere. [μένω, μινάω, ἀνίσταμαι, διαμένω] Loco insistere, inquit Nonius, siue, vt ait Sipontinus, Concinere se, et firmum stare. Nempe manet, qui locum non mutat, aut aliud quodcumque attributum. Virg. Aen. 10, 770 Manet imperterritus ille, Hostem magnanimum opperiens. Ter. Eun. 3, 5, 31 In interiore parte vt maneam solus cum sola; adnuo. Vbi Donatus Maneam, Remaneam, perseveremque in loco. Paullisper manere, vid. PAVLLISPER. Diem vnum Propert. 3, 9, 20. Domi Catull. 30, 7. Liu. 3, 29 Ita se Minucius abdicat Consulatu, iussusque ad Exercitum manet. i. in exercitu. Idem 30, 27 In eadem prouincia et Cn. Seruilio prorogatum imperium, si Consulera manere ad Urbem Senatui placuisset. Ex usu- 100

- sic codice legitur Remorari. i. ante urbem, neque intrare.* Maneas apud me cum tuis Cic. Att. 4, 17 (18). Ter. Eun. 3, 3, 28 At apud nos hic mane dum redeat ipsa. ¶ 2 *Formulae:* Mane, mane; *babet singularem vim reuocantis.* Ter. Phorm. 1, 4, 40 Ah, quid agis?
- 5 quo abis Antipho? mane, mane inquam. Sed adhibetur etiam, ubi *actioni cuiusque moras iniicere volumus: P.E. mentitur: feri. P.Y.* mane, dum narro Plaut. Mil. 5, 10. *i. exspecta, differ castrationem.* Mane; gaudentis aliquando, non autem operiri iubentis, inquit Donatus. Ter. Adelph. 2, 3, 11 Sed quidnam foris crepuit? s. mane, ipse exit foras. Idem Heaut. 3, 3, 52 Mane, mane, quid est quod tam a nobis grauer crepuere fores? Plaut. Curcul. 1, 3, 3 Placide egredere, et sonitum prohibe forium, et crepitum cardinum; ne, quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planesium, mane, suffundam aquulam, *nempe cardini, ne crepet.* Manere pro *Pernoctare.* Hor. Carm. 1, 1, 25 Manet sub Ioue frigidus Venator. Suet. Caes. c. 39 Tantum undique confluit ut plerique aduenae, aut inter vicus tabernaculis positae manerent. et Aug. 72 Eodem cubiculo hieme et aestate mansit. Cic. Philipp. 1, 8 Cum intempesta nox esset, mansi in villa P. Valerii. *Sic manere apud aliquem* Sen. de Benef. 3, 16 *de concubitu.* Donat. ad
- 20 Ter. Andr. 2, 5. *extr.* Dicit, quod vulgo dicitur, cum illa manere, cum illa dormire. *Hinc, Manere ab aliquo, Secubare.* Capitolin. in M. Anton. c. 7 Per viginti et tres annos in domo patris ita versatus, ut eius quotidie amor cresceret, nec praeter duas noctes per tot annos ab eo mansit diuersis vicibus. Manere ut, pro *Exspectare.* Plaut.
- 25 Stich. 1, 2, 1 Qui manet ut moneatur semper seruus homo officium suum, nec voluntate id facere meminit, seruus is habitu haud probus est. Manere aliquem, *Exspectare.* Plaut. Men. 5, 7, 49 Hic me mane. Ter. Phorm. 3, 1, 16 Mansurus patruum pater est, dum huc adueniat. Qui nudus et inermis Hostem maneat Liu. 10, 35. Manet
- 30 *cum accus. casu: i. Mane Puluillum* Plaut. Stich. 1, 2, 37. *i. exspecta, dum tibi derur.* Manet te bonum Plaut. Mostel. Proel. 47. Virg. Aen. 12, 61 Qui te cumque manent isto certamine casus, *i. Instant, imminens, et futuri sunt.* Cic. Philipp. 2, 7 Cuius quidem te fatum, sicuti C. Curionem, manet. Ibid. 37 Neque vero eram tam indoctus, ignarusque rerum, ut frangerer animo, propter vitae cupiditatem, quae me manens conficeret angoribus. Cura ea nepotes nostros maneat Virg. Aen. 3, 505. Gloria te manet Idem Georg. 1, 168. Nox una manet omnes Horat. Carm. 1, 28, 15. Liu. 24, 22 Periculumque ingens manet, nisi communi concordiae consulitis. Poena te Tibull. 1, 8, 77. Supplicium te Virg. Aen. 7, 596. Manet, cum dandi casu: Manet tibi, *i. Tibi paratum est, te exspectat.* Cic. Philipp. 2, 7 Cuius quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni manet. Catull. 8, 15
- 45 Scelesta, tene? quae tibi manet vita? Virg. Aen. 9, 302 Haec eadem, matris tuae, generique manebunt. Conf. *Borrich. Vind. p. 135.* Aliis ritus patrii Mansit Custodia Vell. 1, 4, 2. Manent immota tuorum Fata tibi Virg. Aen. 1, 2, 57. Contentio sibi Manet cum illo Cic. Att. 14, 13. Non manebat aetas virginis meam negligentiam Ter. Phorm. 4, 1, 4. *i. Virgo nubilus non poterat me exspectare diutius immorantem: quod retardarem nuptias eius.* Manere, pro *Restare*
- 50 Scribon. 21. ¶ 3 *Substantiua elementari ordine disposita:* Amicitia manente Tacit. Hist. 4. Cicer. Verr. 2, 2 Pleraque autem et maxime illustres in Amicitia perpetuo manerent. Arbor Virg. Georg. 2, 294. Amor mansit, nec solum est coniugale foedus Ouid. Met. 11, 743. Cic. Fam. 13, 37 Eidem Dolabellae, me audiente Caesar
- 55 dixit, nihil esse quod de Mega vereretur, Beneficium suum in eo manere. Cic. Att. 12, 28 Sed erant Causae, cur hoc tempore istuc esse nollem: quae si manebunt, quaerenda erit excusatio ad Brutum, et, ut nunc est, mansurae videntur. *h. e. Duraturae.* Mansit Sylluis postea omnibus Cognomen, qui Albae regnauerunt Liu. 1, 3. Cic.
- 60 Att. 7, 15 Plerique negant, Caesarem in Conditione mansurum. Idem Fam. 2, 6 Eaue mihi Condicio maneat, qua profectus sum. Idem Att. 14, 14 (13) Mihi sum illo nulla Contentio iam maneret. At tu Dictis, Albane, maneres Virg. Aen. 8, 643 *de Metio a Tullo Hostilio ob perfidiam punito.* Cicer. de Fin. 2, 93 Quid enim? summus
- 65 Dolor plures dies manere non potest. Fama Plin. Epist. 9, 3. Fortuna manet stabili fundamento Lucret. 5, 1120. In cursu suo manet Fortuna Ouid. Epist. 15, 60. Intra Fortunam suam manere Idem Trist. 3, 4, 26. Gnatus vnicus mansit domi: *h. e. Remansit* Ter. Heaut. 3, 2, 29. Honos nomenque tuum, laudesque manebunt Virg. Ecl. 5, 78. Ingenia sensibus manent, modo permaneat studium et industria Cic. de Senect. 22. Caes. Bell. Civil. 3 c. 16 Interea manerent Induciae, dum ab illo reduci possent, neue alter alteri noceret. Lex manet, cui opponitur Abrogata. Cic. de Prouinc. Consul. 46 Quare aut vobis statuendum est Legem Heliam manere, legem Fufiam non esse abrogatam. Idem Off. 2, 43 Tib. enim Gracchus P.F. tamdiu laudabitur, dum Memoria rerum Romanarum manebit. Idem Fam. 5, 20 Dein si rationum referendarum ius vetus, et Mos antiquus maneret. Quint. 1, 4 Kappa apud Graecos, nunc tantum in Numero manet. In Officio manere, quod et *Stare in officio dicitur: h. e. Munus suum diligenter exequi.* Cic. Att. 1, 1 Auam tuam scito desiderio tua mortuam esse; et simul quod verita sit, ne Latinae in Officio non manerent; et in montem Albanum hostias non adducerent. Conf. Nep. 9, 3, 1. In fide et in Officio Liu. 28, 24. Cicer. Off. 2, 29 Itaque Parietes urbis modo stant et manent, iique ipsi iam extrema scelera metuentes.
- 85 Liu. 1, 27 pr. Nec diu Pax Albana mansit. Promissis manere, *id est quod Stare promissis.* Virg. Aen. 2, 160 Tu modo promissis maneas, seruataque serues Troia fidem. *i. in promissis Seru. de huiusmodi formulis, vid. Pric. ad Apul. Miles. 2 p. 110. Gronou. ad Stat. Theb. 6, 630.* Cicer. Att. 8, 22 Simul et elicere cupio Sententiam tuam, si manet, ut firmior sim: si mutata est, ut tibi assentiar. Idem Fam. 7, 24 Sed velim maneat Damasippus in Sententia. Id. de Diuin. 1, 5 Quum omnes Socratici Zenoque, et ii, qui ab eo essent profecti, manerent in antiquorum Philosophorum Sententia, etc. Idem Fam. 12, 27 Quae Societas inter nos semper, mi Cornifici, manebit. In Statione
- 95 Lucret. 4, 396. Cic. Att. 5, 9 Memento curare per te et per omnes nostros, in primis per Hortensium, ut annus noster maneat suo Statu, ne quid noui decernatur. Liu. 31, 29 Sperare quidquam eodem Statu mansurum. Cic. pro Quint. 34 Non patiar istam manere Suspicionem, nos rem iudicari nolle. Verba maneant in animo Senec. Med. 7.
- 100 Virg. Aen. 5, 724 Nate mihi vita quondam dum vita manebat, Chare magis. In Vita manere, cui Excedere e vita opponitur. Cic. de Fin. 3, 45 In quo enim plura sunt, quae secundum naturam sunt, huius officium est in Vita manere. Idem pro Quint. 82 Si te nihil impedit, si Voluntas eadem maneret, si valeres denique, etc. ¶ 4
- 105 *Obserua:* Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse vile: *h. e.* Sic

*Sit ita, ut adhuc ostendimus: teneamus hoc pro certo.* Cic. Off. 3, 49 c. 12. *Manedum, Cohibendi particula.* Plaut. Afin. 5, 2, 27 *Nihil ecastor est, quod facere mauelin,* P. A. manedum. Plin. Epist. 8, 5. Ter. Hec. 5, 4, 4. *Maneri, impersonale.* Cic. Att. 11, 15 Sed ad primum re-

vertor: quid putes faciendum, occultene aliquo propius veniendum, an mare transeundum? nam hic maneri diutius non potest. Id si est, in Italia fortasse manebitur Idem ibid. 8, 3. Caes. Bell. Gall. 5, 31, 5 Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur. Mansum, *Supinum.* Ter. Heaut. 1, 2, 26 *Quid tu tecum? C. H. dicam, vbat erat, mansum tamen oportuit. i. Manendum erat, non discedendum.* 10

MANENS, entis. Part. Terra immobilis manens, ima sede semper haeret Cic. Somn. Sc. c. 5. Vitia, affectiones sunt manentes Idem Tusc. 4 c. 13. *Rupes, immota manens* Virg. Aen. 10, 696.

MANSVRVS, a, um. Partic. [*διαρκήμων*] Amor mansurus Ovid. de Arte Am. 2, 242. *Carmen mansurum, Immortale.* Stat. Silu. 15, 4, 2, 3. *Decus per saecula* Sil. 17, 626. *Fama in saecula* Lucan. 8, 74. *Monumenta per aeuum* Ouid. Met. 5, 287. *Opus post mea fata* Id. Amor. 3, 15, 20. *Urbs* Virg. Aen. 3, 86.

MANENDVS, a, um. Gerundiu. *Aetas manenda, i. transigenda.* Lucret. 3, 1086

*Temporis aeterni quoniam, non vnus horae*

*Ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis*

*Aetas post mortem, quae restat cumque, manenda. Sensus est, In quo statu temporis aeterni, omnem aetatem quaecunque post mortem restat, necessario permanebunt et perdurabunt homines.* Lambinus. 25

MANSIO, ōnis. f. [*μονή, διαμονή*] *Actus ipse manendi et quiescendi in aliquo loco.* Ter. Phorm. 5, 8, 23 *Haecine erant itiones crebrae, et mansiones diutinae Lemni?* Cic. Fam. 4, 4 *Is mecum saepe de tua Mansione aut Decessione communicat.* De hibernis et aestiuis mansionibus Pallad. 1, 9 seqq. Cic. de Fin. 3, 60 *Quum* 30

*ab his mediis omnia proficiscantur officia, non sine causa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes; in his et excessum e vita, et in vita mansionem. Mansiones integritatis suae conseruare* Arnob. 2 p. 75 *est manentem et durabilem integritatem retinere.* *Mansio, Hospitium,* Suet. in Tit. Vesp. c. 10 *Deinde ad primam statim mansionem febrim* 35

*naetus, quum inde lectica transferretur, etc.* *Sumo sarcinulam, et pretio mansionis stabulario persoluto, capessinus viam* Apul. Met. 1.

*Mansio, (inquit Sponstinus) iter est vnus diei.* Plin. 12, 14 *Gebanitarum caput Thomna est; abest a Gaza nostri litoris Iudaeae oppido M. D. XXXVII. millia passuum; quod diuiditur in mansiones camelorum* 40 *sexaginta duas. Bethleem ab Alexandria sedecim mansionibus abest* Sulp. Seuer. de virt. monach. orient. c. 4. *Conf. Salmas. Exerc. Plin.*

495. *MANSIVNCVLA, ae. f. Mansiunculas in arca facies* Vulgat. Genes. 6, 14, i. *olulus, habitatiunculas.* 45

MANSITO, ōre. Freqvent. [*διακτω*] Tacit. Ann. 13, 44 *Quippe mansitasse vna conuincebatur.* *Mansito, a verbo Mando, vid. MANDO, ōre.*

MANSVS, i. m. *Est Ict. Fundus, vnde quis se et familiam alere potest, vid. Cuiac. Feud. 1, 1.* 50

MANSOR, ōris. m. *Hospes.* Sedulius 5, 495 *Et faciat tenues tanto mansore capaces.*

MANSIONARIVS, a, um. Adi. *Ad mansionem pertinens.* Fulgent. Myth. 3 *Ignoto atque mansionario vti coniugio.*

MANSIONARIVS, i. m. *Qui peregrinantes hospitio excipit, it. qui mansiones inter milites dispersit, vid. Voss. de Vit. L. L. 3, 23 p. 511.* 55

MANES, is, Sing. et ium, Plur. *Animum humanum sic vocabant a corpore solutum.* Apul. de Deo Socr. p. 50 *postquam docuit Animum humanum — corpore suo abiurantem — Lemurem dicitatum; ex his Lemuribus bonos esse Lares, malas Laruas, pergit: Cum vero incertum est, quae cuique eorum sortitio euenerit, vtrum Lar sit, an Larua; nomine Manem Deum nuncupant. Scilicet honoris gratia Dei vocabulum additum est. Quippe tantum eos Deos appellat, qui ex eodem numero iuste et prudenter vitae curriculo gubernato etc.* Martian. Cap. 2 p. 40 *A medietate aëris vsque in montium terraeque confinia,* 60

*Hemithæi Heroësque versantur — Ibiq̄ue Manes, i. corporis humani praesules attributi, qui parentum feminibus manauerunt. — Verum illi manes, quoniam corporibus illo tempore tribuuntur, quo fit prima conceptio, (al. congestio) etiam post vitam hisdem corporibus delectantur, atque cum his manentes appellantur Lemures. Qui si vitae* 70

*prioris adiuti fuerint honestate, in Lares domorum vrbiumque vertuntur: si autem deprauantur ex corpore, Laruae perhibentur ac Maniae. Manes igitur hi tam boni quam truces sunt constituti, quas ἑραδὺς καὶ κενὸς δαιμόνας memorat Graia discretio. In his etiam locis Sumanes* 75

*eorumque praestites Mana atque Manuana: Dii etiam, quos Aquilos dicunt, item Fura, Furinaque et Mater Mania Intemperiaeque et alii.* Acron. ad Hor. Carm. 1, 4. extr. *Dii manes, dii boni, a manum, quod est bonum.* *Antiqui animum a corpore separabant, manem deum nuncupabant.* Seruius ad Aen. 1, 143 *Per antiphrasin ait Manes esse deos inferos, quia non sint boni. Idem dicit 3, 63 esse Animas corporibus exutas, quae nondum in alia corpora migrauerint. Festus, Manes dii ab auguribus vocabantur, quod per omnia manare credebant, eosque deos superos, atque inferos dicebant. Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 *Deorum manium iura sancta sunt. De Manibus est eruditum opus Gutherii de iure Manium: et erudite disputat Cl. Norisus Ce-* 85*

*notaph. Pis. Add. Dan. Heins. ad Sil. 2, 588. Sunt aliquid manes, letum non omnia finit; Lucidaque euctos effugit umbra rogos* Prop. 4, 7 in. *Virgil. Aen. 6, 743 Quisque suos patimur manes. Seruius; Manes, Supplicia quae sunt apud manes. Potius Manes est Accusatiuus Graecus s. Synecdochicus, secundum manes, manibus. Manes animae* 90

*Hor. Serm. 1, 8, 29. Testor mea numina manes* Sil. 6, 113. *de animabus propinquorum. Conf. Ouid. Her. 3, 105. Quinctil. Prooem. 6, 10. Di manes* Horat. Epod. 5, 94. *Lucret. 6, 764. Id. 3, 52 Et nigras maectant pecudes, et Manibu' diuis Inferias mittunt. Male quid. Manibusque Deisque. Imi* Virg. Aen. 4, 387. *Nocentes* Lucan. 3, 13. 95

*Profundi* Virgil. Georg. 1, 243. *Semidei* Lucan. 9, 7. *Sacrati* Sil. 15, 447. *Sepulti* Virg. Aen. 4, 34. *Conf. 3, 67. Stygii* Ovid. Met. 13, 465. *Aeraque et argentum, cumque auro pondera ferri* Manibus Admorat Idem Am. 3, 8, 37. *i. in abditis terrae. Elicere manes ex fossis* Horat. Serm. 1, 8, 29. *De Euocatione manium,* 100

*vid. Brouckb. ad Tib. 1, 2, 45. Barth. ad Stat. Theb. 4. p. 1088 et 1108. Salmas. ad Sol. p. 412. Ciere* Virg. Aen. 4, 490. *Conditi rite manes* Plin. Epist. 7, 27, 11. *i. Exequiae perfectae, et corpori funerato iusta persoluta. Caros vrna Confundite manes* Stat. Theb. 3, 168. *Nempe ponuntur Manes pro cadauere. Pleraque alitum e Manibus ho-* 105

minum oculos potissimum appetunt Plin. 11, 37 f. 54. Spectus, in quo Manes Scipionis draco custodire traditur Id. 16, 44 f. 85. Laedere manes alicuius Tibull. 1, 1, 67. Iam ego hanc mactatam victimam legatorum manibus Dabo Liu. 45, 19, pr. Collegae manes fraude Liberat Id. 3, 19, pr. ¶ 2 Manes, *dii latentium curam gerentes colligere licet ex illo* Varronis Cato, vel de liberis educandis apud Non. 2, 756 Hiscē manibus lacte fit, non vino; Cuninae, propter cunas; Ruminae, propter rumas.

MANETHVS, *vid. paullo ante MANAETHVS.*

10 MANGO, ōnis. m. Veteribus Glossis *κυνορέφως*, quasi tu canum altorem et educatorem dicas, videtur viuorum corporum quidam mercator esse, quod genus cum fraudulentum admodum esse putaretur, hinc non tam mercis quam fraudis nomen esse coepit: nisi tamen ipsum nomen est Graecum, apud quos *μαγγαυεὺς* ad fraudulentam interpolationem refertur.

15 Mulorum mangones fuisse Sueton. Vespas. 4 docet, cum ob mangonicos quaestus Vespasianum mulionem dictum memorat, quod a praediis illius Reatinis dictum, pulchre coniecit Casaubonus. Negotiationem hominum exercuisse, palam est. Sueton. Aug. 69 Conditiones quaesitas per amicos, qui matresfamilias et adultas virgines denudarent, atque perspicerent,

20 tanquam Toranio mangone vendente. Idem Toranius mango Antonio Triumuiro eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit Plin. 7, 12 f. 10. Symphonicos eiusdem mangonis memorat Macrob. Sat. 2, 4. Iuuenal. 11, 147 A mangone petitis pretiosi serui descriptio. Martial. 1, 59 Millia pro

25 puero centum in mango poposcit. Sueton. in Domit. c. 7 Castrari inares vetuit; spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Quinctil. 2, 15, 25 Adulationem artis exercitricis (*τῆς γυμναστικῆς*) vocat ex Platone artem magonum (*τὴν κομωτικὴν*) qui colorem fūco, et verum robur inani sagina mentiantur. Sen. Epist.

30 80 *fin.* Mangones quidquid est quod displiceat aliquo lenocinio abscondunt. Mangones, aliarum etiam rerum dicuntur, Qui merces poliant atque interpolant, ut pluris vendant. Plin. 37, 13 Decussi fragmenti paullum, quod in lamina ferrea teratur, efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum. Vini Id. 23, 1 f. 23.

35 MANGONIZO, āre. [*μαγγανεύω*] Ornare, et quasi componere rem aliquam ad alliciendos emtores. Plin. 32, 10 Ita pueros mangonizauit Salpe obstetrix. Illitus per se vitis albae succus et cum eruo, laetiore quodam colore et cutis teneritate mangonizat corpora Plin. 23, 1 f. 16.

40 MANGONIZATVS, a, um. Part. [*μαγγανευθεῖς*] Interpolatus, mangonio quodam aut lenocinio fucatus et politus. Plin. 9, 54 Ut qui primus pensiles inuenit balineas, ita mangonizatas villas subinde vendendo.

MANGONICVS, a, um. Adj. [*μαγγανιστικός*] Quod ad mangonem pertinet. Plin. 21, 26 f. 67 de Hyacintho, Radix est bulbacea mangonicis venalitiis pulchre nota, quae e vino dulci illisa pubertatem coërcet, et non patitur erumpere. Sueton. in Vespasian. c. 4 Necessarioque ad mangonicos quaestus sustinendae dignitatis causa descendit.

50 MANGONIVM, i. n. [*μαγγανία*] Artificium, quod ad res facilius vendendas adhibetur. Plin. 10, 50 Dedere et Parthi cocis suos mores; nec tamen in hoc mangonio quidquam totum placet, hic clune, alibi pectore tantum gallinarum laudatis.

55 MANIA, ae. f. Mater Larum. Macrob. Sat. 1, 7 De Compitalibus ludis memorat, eos restitutos a Tarquinio Superbo Laribus ac Maniae, — deae matri Larum. Totum locum damus in COMPITALICII ludi. Martian. Cap. 2 p. 40 Fura, Furinaque et mater Mania cum Manibus eadem sede collocantur. Varro de L. L. 8, 38 p. 113, 15 Videmus Maniam matrem Larum — Saliorum carminibus appellari. Arnob.

60 adu. Gentes 3 p. 124 de Laribus agens, Varro similiter haesitans nunc esse illos Manes, et ideo Maniam esse cognominatam matrem Larum etc. Eadem MANA videtur esse, de qua Martian. Cap. 1. c. In his etiam locis (a medietate aëris vsque in montium terraeque confinia) Sumanes eorumque praestites Mana atque MANVANA. Haec Genita Mana

65 denique, de qua Plut. Quaest. Rom. f. 52 p. 277, B. Wech. *Διὰ τὴν καλεμένην Γενετὴν Μάνην κυναθύσαι κ. τ. λ.* Hinc Harduin. apud Plin. 29, 4 f. 14 legi vult Genitae Manae catulo res diuina fit, pro vulgato Genito mane. Eandem putat ab Augustino C. D. 11, 4 Deam Menam vocari refertque huc GENITALES DEOS in numo Crispinae Augustae apud Tri-

70 stan. Tom. 1 p. 750. Add. Lips. Elect. 2, 8. ¶ 2 Maniae, arum. [*μορμολύκεια*] Festus, Maniae, turpes, deformesque personae. Manias Aelius Stilo dici ait ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii Maniolas appellant. Manias autem, quas nutrices minitentur pueris, esse laruas, id est Manes, quos deos deasque putabant, quosque ab inferis ad superos emanare credebant. Martian. Cap. 2 p. 40 Si Manes deprauantur ex corpore Laruae perhibentur ac Maniae. Isid. Gl. Maniae formidinum imagines. ¶ 3

75 Mania, *Insania etiam dicitur; Graecum enim est vocabulum.* Cic. Tusc. 3, 11 c. 5 Graeci autem maniam vnde appellent, non facile dixerim, eam tamen ipsam distinguimus nos melius quam illi. hanc enim insaniam, quae iuncta stultitiae patet latius, a furore disiungimus. Consecratam hanc quoque Maniam, intelligas ex Martian. Cap. 2 p. 40 ubi Fura, Furinaque et mater Mania, Intemperiaeque — iunguntur.

80 MANIOSVS, a, um. Adj. *Furiosus.* Quid faciat maniosus et nequam Ammian. 28, 4. alii aliter.

85 MANICVS, a, um. Adj. [*μανικός*] Quod furorem efficit. Plin. 21, 31 f. 105 de Trychni f. strychni tertio genere, insaniam facit, paruo quoque succo. Quanquam et Graeci auctores in iocum vertere. Drachmae enim pondere lusum pudoris gigni dixerunt, species vanas imaginesque conspicuas obuersari demonstrantes. Duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere. Quidquid vero adiiciatur ponderi, repraesentari mortem — Manicon cognominauere etc.

90 MANIOPOEOS, i. m. *Herba, alias Symphoniaca, ap. Apul. de Herb. c. 4.*

95 MANIBVLA, ae. f. In aratri stiuua transuersa regula manibula, quod manu bubulci tenetur Varro L. L. 4, 31. Alii leg. Manicula, v. v.

MANICA, ae. f. [*χειρῶνακος, χεῖρις*] A Manu deriuatur; Vestis pars, qua manus teguntur. Virgil. Aen. 9, 616 Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae. Manica, a manu Varr. de L. L. 5, 8.

100 Cic. Phil. 11, 26 c. 11 De Antonio, Solet enim accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere, i. mollis est, et cauet sibi nimis contra pericula. Iuuen. Sat. 6, 255 Baltheus, et manicae, cristae, crurisque sinistri Dimidium tegmen. Manicae, Quibus aduersum vim frigoris manus muniuntur, quas Graeci Chirothecas vocant. Plin.

105 Epist. 3, 5 Cuius manus hyeme manicis muniabantur; ut ne caeli quidem



quidem asperitas vllum studii tempus eriperet. ¶ 2 Manicae, [χειρόπεδου] *Manuum vincula*. Virgil. Aen. 2, 146 Manicas atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. Truces Valer. Argon. 2, 463. Occupare aliquem manicis Virg. Georg. 4, 439. In manicis et compedibus tenere aliquem Hor. Epist. 1, 16, 76. Quid si manus manicis restringantur? quid si pedes pedicis coarctentur Apul. Flor. 3. Add. Plaut. Most. 5, 1, 17. ¶ 3 *Manus ferreae, machinae quae nauibus iniiciebantur ad eas retinendas*, ap. Lucan. 3, 565 Ast alias manicaeque ligant teretesque catenae.

MANICATVS, a, um. Adi. [χειρῶν ὄρδς] *Quod habet manicis*. 10 Columel. 11, 1, 21 Quae vtraque prohibentur optime pellibus manicatis et sagatis cucullis, leg. sagis cucullatis. Cic. in Catil. 2, 22 c. 10 Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis et talaribus tunicis, velis amictos, non togis. *Probrose nminat Cicero Manicatas tunicas, quasi hominum effeminatorum, quomodo etiam* 15 Virgil. Aen. 9, 616 Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae, vid. Interpp. ad h. l. it. Gell. 7, 12. Curt. 3, 3, 13.

MANICLEATVS, a, um. Adi. Idem. Tunica Isidor. 19, 22. MANICVLA, ae. f. Transuersa est regula in stiuā aratri; sic dicta, quod manu bubulci tenetur; qui quasi est temo inter boues 20 Varr. de L. L. 4, 31. Turnebus autem hunc locum sic legit, Et in ea transuersa regula, manibula, quod manu bubulci tenetur; qui quasi temo est inter boues, bura a bubus, alii a curuo curuum appellant. *Aliter interpungitur in Varronis codicibus, sed haec lectio mihi sit verisimilior.* ¶ 2 *Est etiam dimin. a Manus*. Vbi mamma manivula opprimitur Plaut. Pseud. 5, 1, 16. Conf. Rud. 4, 4, 125. Vid. sub MANVS.

MANIFESTVS, a, um. Adi. [δῆλος, ἐκδηλος, κατάδηλος, σαφής, φανερός, καταφανής] *Clarus et apertus, quasi manibus palpabilis*. Cic. Verr. 2, 181 Manifestis in rebus hominem iam teneri videbitis. Ama- 30 tor manifestus Ouid. Amor. 1, 4, 39. Caedes Liu. 1, 26. Causa Propert. 3, 13, 3. Culpa Ouid. Amor. 2, 2, 55. Deus Id. ex Pont. 1, 1, 63. Dii, quos sine terrore aut periculo videre licet: vid. Burm. ad Val. Flacc. 1 v. 105. Fides Virg. Aen. 2, 309. Furtum Cic. Verr. 2, 48 c. 20. Ira numinis Ouid. Met. 6, 313. Libido Idem 35 ibid. 9, 482. Literas manifestas quaeris Cic. Verr. 3, 146. Pietas Ouid. de Arte Am. 2, 321. Manifestissimum Scelus Quinctil. Decl. 14. Quo manifestior fieret Securitas Gell. . . Signa dare Ouid. Met. 5, 468. Vestigia rotae Id. ibid. 2, 133. Manifestius est quam Vt Quinct. 3, 8. Manifestum facere Plin. Epist. 318 c. 41 extr. Sallust. in Catil. Ci- 40 cero per Sangam consilio cognito, legatis praecipit, vt studium coniurationis vehementer simulent, caeteros adeant, bene polliceantur: dentque operam, vti eos quammaxime manifestos Habeant. Negare manifesta Ouid. Epist. 4, 3. Manifesta Res est Plaut. Most. 3, 1, 8. Cic. Verr. Act. 1, 48 Eiusmodi res, ita notas, ita Testatas, ita ma- 45 gnas, ita manifestas proferam, vt, etc. Manifestus mendacii, aut sceleris, *Cuius scelus aut mendacium omnibus palam est* Plaut. Truc. 1, 2, 30. Sallust. in Iugurth. c. 35 At Iugurtha manifestus tanti sceleris non prius omisit contra verum niti, quam animaduertit super gratiam atque pecuniam suam inuidiam facti esse. Vanitatis, flagitii, ambi- 50 tionis manifestus, et similes loquutiones, quibus quidem frequenter vitur Tacit. vt Ann. 4, 53 Ne tamen offensionis, aut metus manifestus foret. Coniurationis Idem ibid. 15, 60, 3. Delicti Idem ibidem 2, 85, 3. *Quod diximus manifestum esse manibus palpabile, ad etymon respeximus. Videtur antiquum Fendo, cuius vim declarant Offendo et Defendo, ha- 55 buisse participium non modo Fensus, sed etiam Festus: idque adeo inde colligas, quod idem est Infestus et Infensus: ita Sublestum a Sublino deri- vat Scaliger.*

MANIFESTE. Adu. [σάφα, σαφῶς, φανερώς, ἐναυῆ, κατάδηλον, ἀποφασμένως] *Palam, perspicue, clare, non obscure*. Cic. in Catil. 3, 4 60 Vt, quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam a diis immortalibus, tota res non solum a me, sed etiam a Senatu, et a vobis manifeste deprehenderetur. adde 3, 17 c. 11 et pro Flacc. 68. Prodesse manifeste Scribon. Ep. . . Compar. Tacit. Hist. 4, 23, 2. et 1, 88, 3. Virg. Aen. 8, 16. Superl. Hieron. Epist. 59 c. 21. et Apul. Apolog. 65 p. 316. it. Augustin. Conf. 12, 17.

MANIFESTO. Adu. [ἀμφαδόν] Idem. Cic. pro Cluent. 20 Quum manifesto venenum deprehendisset, etc. Manifesto verberari, i. *Palam* Plaut. Aft. 3, 2, 23. Cic. pro Cluent. 42 c. 14 Exponam vobis Oppianici facinus manifesto compertum atque deprehensum. 70

MANIFESTARIVS, a, um. Adi. [ἰσαπόδακτος, χειρόδακτος, ἐυρόνοκτος] Idem quod Manifestus. *Quod vulgo notorium dicitur*. Manifestaria Res est Plaut. Mil. 2, 5, 34. Idem Aul. 3, 4, 10 Capio sustem, obrunco gallum Furem manifestarium. Soloecismus Gell. 1, 7. Plaut. Trin. 4, 2, 50 Teneo hunc manifestarium, ne sibi epistolas de- 75 disse dicit, ludam hominem probe.

MANIFESTO, are. *Manifestum facere*. Iustin. 41, 1, 2 Hoc ipsorum vocabulo manifestatur. Ouid. Met. 13, 106 Insidias prodet manifestatibque latentem.

MANIFESTATVS, a, um. Partic. Vulg. Interp. Rom. 3, 21. 80 i Petr. 1, 20. i Ioh. 1, 2.

MANIFESTATIO, ōnis. f. Sulp. Seuer. Dial. 3, 4. Gloss. Vet. Lat. Gr. φανέρωσις, φανεροποίησις. Augustin. C. D. 20, 30. et Ambros. Serm. 18 de Temp.

MANIFESTATOR, ōris. m. Non. 1, 46 Huius rei manifesta- 85 tor est Lucretius.

MANIFOLIVM, i. n. *Herbae nomen apud* Apul. de Herb. c. 36.

MANILIA. Gens plebeia Romae, e qua ille auctor Legis Maniliae pro qua dixit Cicero. Confunditur cum MAMILIA, vt et cum MANLIA. v. v.

MANIPVLVS, et in versu MANIPLVS, i. m. [χειρόβολον, ἀμαλλ- 90 λη] A Manu fit: et proprie significat Fasciculum, quem manu quis apprehendit metendo. Plin. 18, 28. Columel. 11, 2 Bonus operarius prati iugerum desecat, nec minus mille ducentos manipulos vnus obligat, qui sint singuli quaternarum librarum. Vid. eundem 2, 19. et Varr. de R. R. 1, 49 et 50. Isidor. 9, 3. Manipulus, qui manu comprehendi 95 potest Cels. 5, 25. quem tamen locum Morgagn. tentat Epist. 1 in Cels. Filicum manipuli, pro Manipuli Virgil. Georg. 3, 297. ¶ 2

Manipulus, [λόχος] *Exigua militum manus, quae vnum sequitur signum. Erat enim pars centuriae: ita dicta, quod Romulo adhuc paupere, Romanus exercitus manipulos foeni hastis alligatos, pro signis gerebat*. Vid. 100 Donat. ad Ter. Eun. 4, 4, 6. Conf. Aur. Victor de Orig. gentis Rom. 22, 4. Ouid. Fast. 3, 119 Pertica suspensos portabat longa maniplos: Vnde manipularis nomina miles habet. Veget. 2, 13 scribit Manipulum vocari Contubernium decem tantummodo militum sub vno papillione degentium: ab eo dictum, quod coniunctis manibus dimicarent. 105

Ter. Eun. 4, 7, 6 Cedo alios, vbi centurio est Sanga, et manipulus furum? *i. Militum.* Manipulos militum minimas manus, quae vnum sequuntur signum Varr. de L. L. 4, 16. Et 5, 8 Quum iungit plures manus, manipulus, vnde manipularis miles, etc. Armatos manipulos ad signa conuocat Lucan. 1, 296. Prostrati manipuli Sil. 17, 604. Disiectique duces desolatique manipuli Virg. Aen. 11, 870. Numerus Manipulo non magis potest certus assignari, quam hodie companiis, regimentis etc. Videndus Lipsius de Re mil. lib. 2. In Legione florentis reip. sunt cohortes X, Cohors vnaquaeque tribus constat manipulis ex omni genere peditum decerptis. In manipulo Hastatorum sunt CXX milites, in binas centurias diuisi, quibus adiuncti quadragenarii velites: Principum eadem ratio: Triarii dimidiato tantam numero militum totidem velites adiunctos habent. Cohors itaque talis hominum CCCCXX. etc.

15 MANIPULARIS, et in carmine MANIPLARIS, c. [*λοχιτικ*] Quod ad manipulum pertinet, quodque de manipulo est. Plaut. Most. 1, 3, 154 Conueniunt manipulares, eccos: praedam participes petunt. Cic. ad Attic. 9, 12 Et me vna haec res torquet, quod non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompeium, tanquam vnus manipularis sequutus sim. Miles Caef. B. G. 7, 50. et Ouid. Fast. 3, 119. Manipulares iudices Cic. Philipp. 1, 20 c. 8.

20 MANIPULARIVS, a, um. Adi. Habitus manipularius, qualis est gregariorum in manipulis militum. Apud Suet. in Calig. c. 9 Caligulae cognomen castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur.

MANIPVLATIM. Adu. [*λοχιδδν*] Per manipulos. Plaut. Pseud. 1, 2, 48 Manipulatim mihi munigeruli facite ante aedes iam hic adfunt. Liu. 8, 8 Et quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies coepit esse. Add. Id. 2, 53. Tac. H. 1, 82, 5.

30 Manipulatim, Collecta manu. Sisen. Hist. 3 Requiescendi spatium nacti, condensiores manipulatim resistere hostibus instituerunt apud Non. 2, 561.

MANIVS. [*Μάνιος*] Praenomen dictum est ab eo, quod mane quis initio natus sit, vt Lucius qui luce. Varro de L. L. 8, 38 p. 113, 11. Festus. Alii ominis causa, quasi bonos, dictos volunt, quod manum antiqui bonum vocabant. Scribitur hoc nomen ita M', vt distinguatur a Marco. Vid. Spanh. de Vsu Numism. diff. 10 p. 26. Manius Marcius Aedilis plebis primum frumentum populo in modios assibus donavit, vt scribit Plin. 18, 3.

40 MANLIANVM. Villa Ciceronis Qu. Fratr. 1, 1, 3.

MANLIA Gens Romae nobilissima: in primis eam nobilitauit Manlius Capitolinus, ob defensum Capitolium dictus, de quo vid. Plin. 7, 28. item T. Manlius Torquatus, cognomento Imperiosus, quod saeuissimi exempli auctor securi percussio filio, qui iniussu pugnant vicerat, insignem crudelitatis titulum occupaturus fuerat. Atque inde imperia MANLIANA dicta. Vid. Gell. 9, 13. Cic. de Fin. 2, 105. Liu. 4, 29. Idem 8, 7. et alibi.

50 MANNA, ae. f. Mica turis. Plin. 12, 14 f. 32 in descriptione turis, Micas concussu elifas mannam vocamus. Id. 29, 6 f. 38 Manna turis vna. Add. Scribon. 81. Haec itaque plane diuersa ab ea, quam Mannam hodie officinae vocant. Vid. Caes. 13, 56. Reines. V. L. 2, 18. ¶ 2 De caelesti Manna, quo Israelitae sustentabantur, vid. Tertull. de Carne Chr. c. 6.

55 MANNVLVS, i. m. Martial. 12, 24 Nusquam est mulio, mannuli tacebunt. Plin. Epist. 4, 2, 3 Habebat puer mannulos multos, et iunctos et solutos: habebat canes maiores minoresque. Dicti sunt autem Mannuli, sive, vt est apud Hor. Carm. 5, 27, 7 Manni, quod mansuetudine manum sequantur, vt ibi inquit Acron.

60 MANNVS, i. m. Paruulus equus Mannis, [*Μαννίου* Vet. Gloss.] Dicuntur burdi et burdones, it. burichi ap. Vet. Schol. Horat. De tonsimanni Propert. 4, 8, 15. Impositus mannus Hor. Epist. 1, 7, 77. Add. Id. Epod. 4, 14. et Carm. 3, 27, 7. it. Petron. c. 45. Currit agens mannos ad villam Lucret. 3, 1076.

65 MANO, are. [*Μανω, ἀπορρώω, ἀπορρώω*] Verbum quo naturalis, placidus in primis motus liquidorum et continuatus indicatur. Sudor ad imos manabat talos Hor. Serin. 1, 9, 11. Aqua manat de flumine Ouid. Rem. Amor. 618. Dies ab oriente Varr. de L. L. 5, 2. Guttae sanguineae de vulnere Ouid. Met. 2, 360. Cic. Tusc. 1, 6 Quare si aliquid oratoriae laudi nostra attulimus industria, multo studiosius philosophiae fontes aperiemus, e quibus etiam illa manabant. Ingenium meum manat paupere vena Ouid. ex Pont. 2, 5, 21. Mella cava manant ex ilice Hor. Epod. 16, 47. Transiit hoc verbum posuit Hor. Epist. 1, 19, 44 Fidis enim manare Poetica mella Te solum, i. Confidis te versus edere quouis melle dulciores. Genus est loquendi rariusculum: de quo vid. Muncker. ad Hygin. 9. Heins. ad Ouid. Met. 6, 312. Gifan. in Ind. Lucret. et, qui hos laudat, Burm. ad Samon. v. 840.

75 Plin. 14, 20 pr. Arborum succo manantium picem resinaeque, aliae ortae in Oriente, aliae in Europa feruntur. In attritu Sudorem purpureum manat Id. 37, 10. Lacrimae genis Sil. 7, 709. Sanguis palato Ouid. Met. 3, 85. Virg. Aen. 3, 173 Dum gelidus toto manabat corpore Sudor. Vnda fontibus Tibull. 3, 5, 1. Manat crude culter Liu. 1, 59. pr. Manat sudore simulacrum Cic. de Diuin. 1, 74 c. 34. Sanguine terra Ouid. Met. 13, 629. ¶ 2 Manare, per metaphoram est Dispergi, disseminari, serpere, percrebrescere Cic.

85 Tusc. 2, 66 Latius enim manabat haec ratio, et aliquanto maiorem locum, quam de vno dolore occupabit. Idem Philip. 1, 5 c. 2 Cum serperet in vrbe infinitum malum, idque manaret indies latius. Et Tusc. 5, 8 Idque eorum nomen vsque ad Pythagorae manauit aetatem, Et in Catil. 4, 6 Latius opinione disseminatum est hoc malum: manavit non solum per Italiam, sed etiam transcendit Alpes. Consilium Liu. 7. Cic. Philipp. 14, 15 Quum, vt scitis, hoc triduo vel quatruiduo tristis a Mutina Fama manaret. Conf. Liu. 2, 49 pr. Cic. Fam. 12, 1 Manabat enim illud Malum vrbis et ita corroborabatur quotidie. Fidei bonae Nomen manat latissime Id. Off. 3 c. 17.

95 MANANS, antis. Partic. [*Μανών*] Aqua manans de niue Ouid. ex Pont. 1, 1, 68. Lacrimis vbertim manantibus Petron. c. 134. Lymphae manantes Hor. Epod. 2, 27. Vlcers, Plinius identidem pro iis, quae serpunt, accipit: vt 23, 3. Add. Plin. 22, 25. Manantia corpuscula per inuisibilia foramina Cels. 1 Praef.

100 MANATIO, onis. f. Aelus manandi, apud Augustin. de Trin. c. 20 et Frontin. de Aquaeduct. 2 sub init.

MANALIS, e. Adi. Manalem lapidem putabant esse Orci ostium, per quod animae inferorum ad superos manarent, qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam vocabant Petram quandam, quae erat extra portam Capenam, iuxta aedem Martis; quam quum propter nimiam siccitatem

tatera

tatem in urbem pertraherent, sequebatur statim pluuia, eumque, quod aquas manaret, Manalem lapidem dixere. Festus. *Conf. Scalig. ad Fest. it. Non. 15, 32. in Trulleum. Fulgent. Planc. n. 4.*

**MANABILIS**, e. Adi. Lucret. 1, 535

Nam neque conlidi sine inani posse videtur

Quidquam,

Nec capere humorem, nec item manabile frigus.

**Manabile**, inquit Lambinus, i. *Quod facile in partes intimas penetrat.*

**MANOBARBVVS**, vid. **MARTIOBARBVLI**.

**MANON**, Graecum est *μανόν*, et rarum significat, denso oppositum. 10  
Plin. 9, 45 f. 69 Spongiarum tria genera accepimus: spissum, praedurum, et asperum. Tragos id vocant: minus spissum et mollius, manon: tenuis densumque, ex quo penicilli, Achilleum.

**MANSISTERNA**. *Aquae vrna, id est vrceus.* Plaut. Bacch. . .  
Effer mansifernam cum aqua foras, *Corruptus locus: Nasiterna legendum: ubi vid.*

**MANSIO**, vid. **MANEO**.

**MANSITO**, vid. **MANDO**, ère. et **MANEO**.

**MANTVTOR**, vid. **MANVS**.

**MANSVCIVS**, Edax. Fest. *Alii Mansucius, forte pro Man-* 20  
*ductus, v. v.*

**MANSVETVS**, 2, um. Adi. [*μαῖος, ἡμερος, ἐπιεικής, τιθασός*] *Mitis, quasi Manu aduetus: quod omnia, quae sunt natura fera, manuum permul-*  
*sione misceant.* Vid. Non. 1, 294. Festus: Mansuetus, neque miseri-

ordia moestus, neque crudelitate saeuus, sed modestia temperatus. 25  
Ter. Andr. 1, 1, 87 Haec ego putabam esse omnia humani ingenii, mansuetique animi officia. Mansuetus et Ferus, *contraria.* Cic. de

Inuent. 1, 2 c. 2 Deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, ex feris et immanibus, mites reddidit et mansuetos. Amor mansuetus Propert. 1, 9, 12. Bestiae mansuetae, *Placidiae et cicures* 30  
*dicuntur, vid. MANSVES.* Cuius beneficis, salutaris, et mansuetus

Cic. pro Milon. 20. Ingenium mansuetissimum Val. Max. 2, 7, 11. Ira mansuetior Ouid. Trist. 3, 6, 23. Litora Propert. 1, 17, 28.

Manus Ouid. ex Pont. 4, 5, 28. Musae mansuetiores Cic. Fam. 1, 9. Pectus Ouid. in Ibin 26. In moribus suis erga necessarios declarandis mansuetissimus Cic. de Orat. 2, 201 c. 49. Facere mansuetum, 35  
*vel reddere Plaut. Afin. 3, 1, 1.*

**MANSVETVS**. Adu. [*μαῖος*] Cic. pro Marcell. 9 c. 3 At vero quum aliquid clementer, mansuete, iuste, moderate, sapienter factum, etc. Perferre fortunam Auct. ad Her. 4 c. 52. Compar. Apul. Met. 4 40

**MANSVETVDO**, inis. f. [*μαῖότης, ἐπιεικεία, ἡμερότης*] Cic. Verr. 5, 115 c. 44 Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperii, in tantam crudelitatem inhumanitatemque esse conuersam? Morum et facilitas Cic. Off. 1 c. 9. Lenitas et mansuetudinis genus orationis, cui opponitur Vehemens et atrox Cic. de Orat. 2, 200. ¶ 2 45

**Mansuetudo in titulis Principum.** Eutrop. Praef. ad Valentem Imp. Res Romanas ex voluntate mansuetudinis tuae etc. collegi.

**MANSVEFACIO**, feci, ère. [*μαῖον, ἡμερόν, τιθασόν*] *Mansuetum reddere,* Plin. 11, 37 Quae causa etiam mansuefacta, ubi ad vicinum sanguinem peruenit salua, inuitat ad rabiem. Mansuefecisti iugo meo Cervicem tuam Augustin. Conf. 10, 36. Mansuefacere plebem Liu. 3, 14. Cic. Tusc. 1, 62 c. 25 A quibus mansuefacti et exculi, a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. Fulmen Prud. Cath. 7, 84. Domitus, et mansuefactus, *De aere Plin. 34, 9.* 50

Leges ad mansuefaciendos homines sunt inuentae Apul. de Mundo p. 27. Caes. Multaque erant intra eum locum mansuefacta, quibus interim iumenta pascerentur, *i. ut ipse dicit, Inter munitiones facta. Budaeus.*

**MANSVEFICIO**, èri. [*μαῖονομαί*] Caes. Bell. Gall. 6, 28 Sed assuescere ad homines et mansuefieri, ne paruuli quidem ex-

cepti possunt. 60

**MANSVES**, ètis, et is. Antiqui dicebant pro Mansueto. Plaut. Afin. 1, 2, 19 Reddam ego te ex fera fame mansuetem. Accius Meleagr. Nunc me matrem mansues misericordia capsit apud Non. 8, 5. Add. Fest. et Apul. Met. 11 p. 261. et 7 p. 198 (Pric. p. 148.) 65

**MANSVETO**, àre. Mansuefacere. Quodam tempore mansuebatur ignis Vulgata Sap. 16, 8.

**MANSVETARIVS**, i. m. [*μαῖεροειδής*] Gloss. Gr. Lat. [*μαῖοντιδής*] *Qui feras mansuefacit.* Unde etiam Ferarum mansuetarius dicitur. Lamprid. in Heliog. c. 21 Habuit leones et leopardos, quos edoctos 70  
per mansuetarios, subito ad secundam mensam iubebat accumbere. Firmic. 8, 17 Septentrione oriente nati, erunt mansuetarii ferarum, qui bestias feritate deposita humanis conuersationibus sociant.

**MANSVESCO**, èui, ère. [*τιθασεύομαι*] *Mansuetum fieri, miscere.* Columel. 6, 2 de bobus domandis, Nam per haec blandimenta 75  
triduo fere mansuescunt. Corda nescia mansuescere precibus Virg. Georg. 4, 470. Ferae mansuevere clauso carcere Lucan. 4, 238. Fructus mansuescunt terra Lucret. 5, 1376. ¶ 2 Mansuescere, pro Mansuefacere posuit Varr. de R. R. 2, 1, 4 Sic ex animalibus, quum propter eandem utilitatem quae possent siluestria deprehenderent, ac 80  
concluderent, et mansuescerent. Fortasse legendum Mansuefacerent: et ita Gron. coniecit. Sed sic etiam Consuesco et Insuesco ponuntur.

**MANSVS**, vid. **MANDO**, ère.

**MANTELE**, **MANTELVIVM**, **MANTELVIVM**, vid. 85  
**MANTILE**.

**MANTES**, vel **MANTIS**, is. [*μάντις*] *Vates Latine dicitur.* Cic. de Diuin. 1, 95 c. 43 Nam et Athenienses omnibus semper publicis consiliis diuinos quosdam sacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt. 90

**MANTÈVM**, i. n. [*μάντιον*] *Locus oraculis dicatus.* Plin. 5, 29 Ab Epheso manteum aliud Colophoniorum.

**MANTIA**, ae. f. [*μαντήλα*] *Diuinatio. Hoc nomine vocatur a Dais rubus.* Apul. de Herb. c. 87.

**MANTICE**, es. f. [*μαντική*] *Ars ipsa diuinandi.* Cic. de Nat. Deor. 1, 55 c. 20 Sequitur *μαντική* vestra, quae Latine diuinatio dicitur, qua, etc. 95

**MANTICA**, ae. f. [*πήρα, ἰκποπήρα*] *Pera, vel saccus equi aut hominis adeo tergo impostus, Perula viatoria, auctore Porphyrio ad Hor. Serm. 2, 6, 106 Ire licet mulo, vel, si libet, vsque Tarentum, Man-* 100  
*tica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos. Mantican meam humero exuo Apul. Met. 1 p. 160, 27. Non videmus manticae quod in tergo est, Prouerbum Catul. 22 extr. i. Non videmus nostra ipsorum vitia, quum aliena curiosis oculis perspiciamus. Prouerbum natum ex apologo, quem ita proposuit Phaedrus 4, 9.* 105

Peras imposuit nobis Iupiter duas  
Propriis repletam vitis post tergum dedit,  
Alienis ante pectus suspendit grauem.  
Hac re videre nostra mala non possumus:

5 Alii simul delinquent, censores sumus.  
Perf. 4, 24 Vt nemo in sese tentat descendere, nemo, Sed praecedenti  
spectatur mantica tergo. *Vid. Casaub. ad loc.*

MANTICVLA, ae. f. Dimin. [*μνκιδιον*] Festi. Manticularum  
vſus pauperibus in nimis recondendis etiam nostro saeculo fuit: vnde  
10 MANTICVLARI dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrecta-  
bant, *vid. MANTICVLOR.*

MANTICVLARIA, dicuntur Ea, quae in frequenti vſu ha-  
bentur, et quasi manu tractantur: frequens enim ad manus tergendas  
vſus fuit mantelorum, vnde haec trahitur similitudo. Festus.

15 MANTICVLARIVS, i. m. [*Ἐλαντιοφόρος*] Dicitur Fur, qui in-  
ferens se confertae multitudini, manticulas, i. bulgas aut marsupia, aut se-  
cat, aut artificio doloso aperit et euacuat, ablata pecunia. *Vtitur Ter-  
tul. Apol. c. 44.*

MANTICVLOR, ari. [*μαψολω*] Est (auctore Festo) Manticulas  
20 furandi gratia attrectare. *Pergit, Vnde Poetae pro dolose quid agendo vſi  
sunt eo verbo. Pacuius, Ad manticulandum astu aggreditur. Sunt  
ibi plura, sed non satis emendata. Plaut. Capt. 4, 2, 11 Nam hercle  
nisi manticulatus probe haec fuisti. al. aliter. Adde Apul. Apol.  
p. m. 297 et 309.*

25 MANTICHORA, ae. f. [*μαντιχόρα*] vel, ut plerique scribunt,  
MANTICORA, animal ferum, quod ita describit Plin. 8, 21 f. 30  
Apud eodem (Indos) nasci Ctesias scribit, quam mantichoram appel-  
lat, triplici dentium ordine pectinatim coeuntium, facie et auriculis  
hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scor-  
30 pionis modo spicula infigentem: vocis, vt si misceatur fistulae et tu-  
bae contentus, velocitatis magnae, humani corporis vel praecipue ap-  
petentem. *Libri quidam Graeci ματιχόρα appellanti. Sicut Calpurn.  
Ecl. 7, 59 Mantichoram filius etiam quibus editur, Alcen Vidimus etc.  
Add. Solin. 52.*

35 MANTILE, vel MANTĒLE, is. n. it. MANTILIVM,  
MANTELLVM, MANTELLVM, i. n. [*χειρόμακτρον*] Est Lin-  
teolum, quo manus tergere solemus. *Virg. Aen. 1, 705 Dant famuli  
manibus lymphas, Cereremque canistris Expediunt, tonsisque ferunt  
mantilia villis. Id. Georg. 4, 378 Manibus liquidos dant ordine fon-  
40 tes Germanae, tonsisque ferunt mantelia villis. Seruius, quibus ma-  
nus tergantur. Varro appellat mantelia quasi manuteras. (Varro  
de L. L. 5, 8 extr. p. 61, 35 Mantelium quasi manuterium, vbi manus  
terguntur: hinc emendandus videtur Seruius. Et fuerit forte. cui ma-  
gis placeat etymon a tela, vt sit tela ad manus: Sed porro audiamus Ser-  
vium) Caeterum Plautus huius singulare mantellum posuit in Captiuus:  
Nec his Sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obiciam. (Locus est  
50 3, 3, 5 quem ita dedit Gronou. Neque mendaciis subdolis mihi vsquam  
mantellum est meis, Nec sycophantiis, nec fucis vllum mantellum ob-  
viam est. Potest hic quoque seruari propria significatio, Tyndarus  
polluerat se suis mendaciis, his quasi abstergendis quaerit, tanquam mante-  
le, alia mendacia. Conf. quae formula Laua Manus dicentur in MA-  
NVS n. 3. Ad mensam aperte pertinet, quod sequitur apud Seruium)  
Lucilius mantella dicit: Mappas, mantella, merumque. Huc vs-  
que Seruius. Locum Festi dedimus modo in MANTICVLARIA. Ouid.  
55 Fast. 4, 933 Dixerat: a dextra villis mantele solutis Cumque meri  
patera turis acerra fuit. Conf. ad h. l. Neapolis. Plin. 7, 2 Anthro-  
pophagos ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo  
pro mantelibus ante pectora vti, Iogonus Nicaeensis tradit. Suspen-  
dunt itaque ad pectus, et manus in iis tergunt. Arnob. 2, p. 59 Man-  
60 tele in vestimentis refert: nempe vt vestem stragulam, vt puluinum, vt  
muccinum. Scalig. Coniect. ad Varron. l. c. et Casaub. ad Athenaeum  
9, 18 Mantele ad tegendum quoque adhibitum fuisse dicunt: quod de μα-  
ρομακτρον ibi docet Athenaeus, capiti velando etiam seruisse. Et sane se-  
quior aetas per totam fere Europam humeros texit Mantello. Sed de an-  
65 tiquis loquimur. Conf. Boxborn. ad Plaut. p. 203. H. Grot. in Arat.  
ad imag. asterism. p. 62. De differentia mapparum et mantilium  
vid. Voss. Etymol. p. 310. Taubm. ad Plaut. p. 270. Ruaii Virgil. p.  
212. Breuiter Mappa Ori etiam seruit, mantele manibus tantum, cum  
sit mensae instratum. Sed perpetuam esse differentiam, non au-  
70 sim dicere.*

MANTILIA RIVS, i. m. Qui mantilia conficit. Plaut.  
Aul. 3, 5, 37.

MANTINĒA, [*Μαντινεία*] Arcadiae vrbs, quam Epaminondas su-  
peratis secunda pugna Lacedaemoniis illustrem reddidit, in qua et ipse diem  
75 obiit. Haec Strabo lib. 8. *Vid. Nepos Epam. 9.*

MANTISCINOR, ari. Vorare, Lurcari. Plaut. Capt. 4, 2, 116  
Nam nisi mantiscinatus probe ero, fusti peccito. Mantiscinari pro  
manticinari, manticam i. ventrem implere. Sed Salmas. legit panticina-  
tus a PANTICES.

80 MANTISSA, f. MANTISA, ae. f. [*ἐπιμετρον*] Additamentum  
dicitur lingua Tusca, quod ponderi adicitur, sed deterius, et quod si-  
ne villo vſu est. Lucil. Mantissa opsonia vincit. Festus. Magnam  
Mantissam habere Petron. c. 65. locus obscurus, de quo Burm. de Ve-  
Etigal. c. 10.

85 MANTO, are. [*μαντω*] Veteres pro Manere vsurparunt, teste  
Non. 10, 9. Plaut. Pseud. 1, 3, 49 At dabit, parabit aliquid hos dies,  
manta modo. Idem Poen. 1, 2, 52 Nos herus apud aedem Veneris  
mantat. Add. Plaut. Molt. 1, 2, 35. et Pseud. 1, 3, 22. Festus in-  
terpretatur saepe manere: malim studiose, diu manere.

90 MANTO, us. f. [*Μαντώ*] Tiresiae vatis Thebani filia, quae post  
Patris interitum ad Italiam venit. Huius Bianor filius aut Ocnus aduo,  
(Aucnus) conditam a se Mantuam urbem matris nomine appellauit. Haec  
et alia Seruius ad Virg. Aen. 10, 199

95 Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,  
Fatidicae Mantis, et Tusci filius annis,  
Qui muros, matrisque dedit tibi Mantua nomen.

MANTVA. [*Μάντρυα*] Vrbs clarissima vel hoc solo nomine, quod  
genuit Virgilium. *Vid. MANTO. Virg. Ecl. 9, 28 Mantua, vae mi-  
100 serae nimum vicina Cremonae. Mantua Musarum domus Sil. 8,  
595. Diues auis Mantua Virg. Aen. 10, 200. Mantua diues auis  
dicitur, quod olim potens fuerit ea vrbs, quum Virgilii aetate plurimum  
amisset de antiqua dignitate, et pristina magnitudine, essetque inferior  
multis Hetruariae orbibus. Turneb.*

105 MANTVĀNVS, a, um. Adi. [*Μαντυανός*] Vnde, Mantua-

nus Homerus Virgilius dictus est. Fama Mantuana Stat. Silu. 4, 7, 27.

MANTVM, i. n. Breue amictum, quod manus tegat tantum Isidor. 19, 24.

MANTVS, vestis virginalis Isidor. Gloss.

MANTVELIS, e. Adi. In modum manti factus. Chlamys mantuelis Treb. Poll. Claud. c. 17. Vid. Salmas.

MANTVRNA, ae. f. Coniugii dea Augustin. de Ciu. Dei 6, 9.

MANVALIS, MANVARIVS, MANVBIAE, MANVBRI- VM, MANVLEATVS, MANVMISSIO, MANVPRETI- VM; vid. MANVS.

MANVANA, vid. MANIA.

MANVCLA, ae. f. Pars illa in Catapultis, quae neruum attractum continet. Sic explicatur Vitruu. 10, 15. in Baldi Lex. Turn. leg. manulea 2, 4.

MANVM. [*αἰγιον*] Dicitur Clarum: unde etiam Mane, post tenebras noctis diei pars prima Nonius 1, 337. qui addit — Inde volunt etiam Deos Manes appellari, id est bonos ac prosperos, quod melior mors sapientioribus quam vita probetur — Inde Immanes non boni, ut saepe. Manum antiqui Bonum dicebant Varr. de L. L. 5, 2. Conf. Fest. in Mano, Mane, Manes. Manon esse Graecum *μᾶνδν*, raram, supra diximus b. v.

MANVS, ūs. f. [*χεῖρ*] Instrumentum illud nobilissimum, de quo Cic. de Nat. Deor. 2, 150 c. 60 Quam vero aptas, quamque multarum artium ministras manus natura homini dedit! Digitorum enim contractio facilis, facilisque porrectio propter molles commissuras et artus nullo in motu laborat. Itaque ad pingendum, ad fingendum, ad scalpendum, ad neruorum eliciendos sonos ac tiliarum apta manus est ad motionem digitorum etc. Nempe Manus proprie est anterior illa pars brachii digiti instructa. Interdum tamen latius sumitur, ut brachium lacertumque adeo complectatur. Dat. Manu Prop. 1, 11, 12. ubi vid. Brouckh.

Iam Epitheta elementari ordine ponamus. Aegra Ouid. Epist. 21, 246. Aequa manu discedere Sall. Cat. 39, 4. i. aequo Marte. Aequis manibus Tac. Ann. 1, 63. Add. Ammian. 24, 4. et ipse Liu.

27, . . . Amica Ouid. Epist. 10, 122. Arguta, vid. Argutus, in ARGVO. Armiferae Ouid. Amor. 1, 13, 14. Artifices Id. Amor.

3, 2, 52. Auarae Idem ibid. 2, 6, 39. Audaces ad omne facinus Senec. Herc. Fur. 4. Auidae Hor. Carm. 4, 7, 19. Breues iunctae, extensiores, in actione oratoris Quinct. 11, 3, 116. Candida Stat. Silu. 3, 4, 59. Sil. 1, 173

— non verbera passim

Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus Carnificesque manus, etc.

Cassa Stat. Theb. 9, 770. Cauae Virg. Aen. 12, 85. Certa Quinctil. 9, 8, 4. Citatior Idem 11, 3, 102. Collecta per singulos digitos Idem 11, 3, 100. Compressa in pugnum Idem 2, 20.

Diuinae manus Scribon. . . . Docta, vid. infra, Distinguere crinem docta manu. Expedita Hirt. de Bell. Afric. 29. Explicata s. explicata Quinctil. 2, 20. Fatalis Virg. Aen. 12, 232. Ferox Senec. Herc. Oet. 4. Fida manus, et fideles socii Ouid. Trist. 1, 4, 63.

Firma Cic. Fam. 15, 4. Femineae Ouid. Epist. 8, 6. Formosa Idem ibid. 18, 16. Formatae ad vnum modum Quinctil. 2, 13. Formidatae Ouid. Amor. 1, 7, 62. Fulmineae Stat. Theb. 6, 747. Furibunda Senec. Troad. 2. Grata sume manu Hor. Epist. 1, 11, 23.

Gypsaetae Cic. Fam. 7, 6. Turnebus 12, 18 per Gypsatas manus, Mullierem barbaram significari putat: nam barbarae mulieres manus sibi pingere solebant, ut Valerius Flaccus scribit: (Sed, vid. mox Picta manus) et, ut opinor, etiam ad candorem gypsare. Gypso enim ad se candefaciendas vsas mulieres esse ex epigrammate Rufini constat, ubi scribit, *ἄνδρ δὲ μοι μάδων ἄδδων χροδὸς, ἤγιστος γύψος χεῖραρα*, etc. Mibi, Gesnero, haud paullo magis arridet eorum sententia, qui legunt, Quibus illa gypsatissimis III anibus, i. tribus anibus, s. matronis vetustis, persuadet, vid. GYPSATVS s. GYPSVS.

Horrida ferro Sen. Herc. Oet. l. 13. Ignavae Lucan. 9, 26. Illigatae post tergum, vid. ILLIGO. Immunis manus, i. Non particeps sceleris Hor. Carm. 3, 23, 17. Impia Hor. Epod. 3, 1. Quinctil. 4, 5 Vt certa manus vno telo posset esse contenta, incertae plura spargenda sunt. Incontinentes Hor. Carm. 1, 17, 26. Indoctae, rusticaeque Quinct. 1, 11. Inermes Virg. Aen. 1, 491. Iners Ouid. de Arte Am. 706. Ingens Virg. Aen. 5, 487. Inopportuna Cic. in Catil. 1, 21. Insinuatibus manibus, apud Hermolaum, pro In sinum compressis, teste Budaeo. Inualidae Lucan. 5, 275. Languida facta manus in gremio iacet Ouid. Epist. 9, 136. Lanifica Idem Amor. 113, 24. Lenior Quinct. 11, 3, 102. Lepida, vid. LEPIDVS.

Leuata manu Quinct. 2, 12, 9. impudentiam et velut vim iniustam oratoris notat, ut Sublata 11, 3, 119. Leuis, vid. paullo post Mollis, etc. Magna Virg. Aen. 5, 241. Cic. pro Domo 23. Pop. Rom. exercitus eodem duce non Maxima Manu innumerabiles Armeniorum copias fudit. Manu Mea Cic. Fam. 3, 6 pr. i. ut vulgo, propria: ita manu tua, sua etc. Quinct. 11, 2, 3 Quum semper cogitatio ultra id quod est, longius quaerit, quidquid interim reperit, quodam modo apud memoriam deponit, quod illa quasi Media quaedam manus acceptum ab inuentione tradit elocutioni, Media ergo manus, quae a primo acceptum dat tertio. Medica Virg. Aen. 12, 402. Ministrae Lucret. 4, 828. Mollis Ouid. Amor. 1, 4, 24. Mollis et levis Quinctil. 2, 4. Nexae ex ordine Ouid. Met. 8, 747. Niveae Catul. de Bercynth. 61, 8. Noua Caes. de Bell. Gall. 1, 37. Nuda Iuuen. Sat. 15, 54. Plaut. Afin. 1, 3, 50 Quum a pistore panem petimus, vinum ex oenopolio; si aes habent, dant meretra; eadem nos disciplina vitimur, semper Oculatae nostrae sunt manus, credunt quod vident. Oculatas manus dixit Plautus, Quae promissa velint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus videant exhibita; aures non habere, quibus audiant pollicitationes. Erasmus. Pandata leuiter Quinct. 11, 3, 100. Parca Hor. Carm. 3, 16, 44. Pestifera Ouid. Met. 4, 495. Piceata, vid. PICEATVS, in PIX. Picta manus, vstoque mento Threissa, Barbara Valer. Argon. 2, 150. non gypsata, ut quibusdam visum, sed notis compuncta, ut ostendit ad h. l. Vossius. Pigra Ouid. Epist. 21, 159. Plena manu, b. e. Ampliter, copiose, prolixae, minimeque maligne. Cic. Att. 2. Epist. vlt. At hercle alter tuus familiaris Hortensius, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit? Translatum ab iis, qui non minutim et parce, sed plena manu largiuntur. Manus plenae mensura sorbentur ad firmandas fauces Plin. 20, 22. Potentes Hor. in Carm. saec. 53 Praefricta vinclis Sen. Troad. 6. Prima manu marmora deformata Quinctil. 5, 11. Primae, secundae, tertiae etc. manus in re gladiatoria vid. mox n. . . Procax Sen. Agam. l. 3. Pro-

55

60

65

70

75

80

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130

135

140

145

150

155

160

165

170

175

180

185

- lata paullum Quinct. 11, 3, 96. Ouid. Met. 2, 755 — subit hanc arcana Prophana Detexisse manu. Prona Quinct. 11, 3, 96 et 99. Proteruae Ouid. Met. 12, 234. Purae Hor. Epod. 17, 49. Retortae Hor. Epist. 2, 1, 191. Rigida Ouid. Met. 14, 647. Stat. Theb. 6, 786
- 5 Praecipitatque retro iuuenem, atque in terga supinat, Dentibus horrendum fridens; geminatque Rotatas Multiplicatque manus.
- Rusticae, *vid. paullo ante*, Indoctae, etc. Sacrilega Hor. Carm. 2, 13, 2. Scelestae Sen. in Agam. 11. Sinistra Catul. in Asinium, 10 12, 1. Strictae in fata alicuius Ouid. Amor. 1, 6, 14. Sublata, *vid. p. a.* Lenata. Sublatae ad caelum Hor. Seru. 2, 5, 97. Summissae Ouid. Epist. 20, 78. Supinae manus, *vid. paullo post*, Arripere. *Est et orantium gestus* Hor. Od. 3, 23, 1 Caelo supinas si tuleris manus. Supinata Quinct. 11, 3, 119. Supplex Ouid. Met. 11, 279.
- 15 Suspensa manu aliquid facere, *vid. SVSPENDO*. Tacita Valer. Argon. 6, 262. Tenerae Propert. 3, 3, 34. Torpens Lucan. 2, 78. Tremens manus Ouid. Epist. 14, 44. Tremulae Id. Met. 10, 414. Quinct. 11, 3, 103. Trepida Idem 11, 3, 119. Truculenta Sen. Herc. fur. 4. Valida Ouid. Amor. 3, 2, 72. Varae Idem 20 Met. 9, 33. Velatae Plaut. Amphit. 1, 1, 103. Vefana Ouid. Amor. 1, 7, 4. Victrix manus mille laborum Id. Epist. 9, 75. Virginea Id. Amor. 1, 3, 24. Vnca Stat. Theb. 1, 427. ¶ 2 Verborum formulae: Abrumpere manibus Ouid. Met. 2, 359. Abscedere aequis manibus Tacit. Ann. 1, 63. Abscissa lacerto Lucan. 3, 25 617. Abstinerere manus ab alienis, Abstinerere manus in iudicio, Abstineo me manum, Abstinerere manum alieno. *vid. ABSTINEO*. Accedere ad manum Cic. Att. 2, 1. Iustin. 1, 4 *de Cyro infante*, Quem vt in manum mulier Accepit, veluti ad notam allusit. Accipere manibus supinis Sen. de Benef. 1, 15. Addere in vincula, *vid. ADDO*.
- 30 Adducere rem ad maucrones et manus Tacit. in Vita Agric. 36. Adhibere manus artificum disponendis et collocandis Saxis etc. Quinctil. 7 Pro. 1. Adhibere medicas ad vulnera Virg. Georg. 3, 455. Adhibere genibus Ouid. Met. 9, 216. Adire alicui manus, *est, lepide frustrari: vid. Plaut. Poen. 2, 1, 11. et Caes. 5, 2, 6. et Pers. 5, 2, 18. et Aul. 2, 8, 8. Conf. Barth. Aduers. 23, 16. Muret. Var. Lect. 19, 19. Parei Lex. Crit. p. 720. Ratio ducta ab his, qui aliquid velut daturi admovent alterius manibus, et subito retrahunt.* Adiuuat ira infirmas Ouid. Amor. 1, 7, 66. Admoliri manus alicui Apul. Met. 1. Admouere manum alicui Catul. 15, 3. Asserre manus, *Interficere* Sen. de Benef. 2, 5. Vbi manu Agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt Tac. Germ. 36, 2. Plura manu Agens, calliditatem fori non exercet Tac. Agric. 9, 2. Agere aliquid inassueta Ouid. de Arte Am. 1, 300. Appetere, *vid. APPETO*. Apponere ad os Cael. ad Cic. 8, 1 *Significat autem aliquid dici, quod is, qui dicat, ab aliis exaudiri nolit.* Apprehendere manu, *vid. APPREHENDO*.
- 45 Armare Virg. Aen. 9, 115. Armare procacem Sen. Agam. 3. Arripere beneficium manibus supinis Sen. de Benef. 1, 15. Arripere aliquem inter manus, *est Collatis simul manibus aliquem sublimem ferre* Plaut. Mostel. 2, 1, 30. Asserere manu et manum, *vid. ASSERO*.
- 50 Asserere a lenone manu, *vid. A vel AB praepositiones*. Martial. 1, 16 Haec vtraque manu, complexuque Assere toto, Saepe fluunt imo sic quoque lapsa sinu. *De Gaudiis. Conf. Petron. 94. et 140.* Cic. Verr. 5, 28 Itaque erant exitus eiusmodi, vt alius inter manus e conuiuio, tanquam e praelio Auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. Cadere manu alicuius Ouid. Met. 5, 109. Capere manu, et in manum, *vid. CAPIO*. Quantum manus capit Scribon. 153. Capiro tela tremente manu Ouid. Epist. 14, 44. Capere manu, *i. Belli quaerere*. Sallust. Iug. c. 5 Pop. Rom. quascunque vrbes, et agros manu Ceperat, regi donat. *Capessit pugnam manu* Tacit. Ann. 12, 60 30. Ouid. Epist. 21, 200 Captantem tactus efficioque, *i. Remoueo manum cupientem me tangere*. Carpere pomum Virg. Aen. 6, 146. Carpendae frondes vnctis manibus Id. Georg. 2, 365. Cedo manu, *vid. CEDO*. Cogere manum Caes. Bell. Gall. 2, 2. Cohibere, *vid. COHIBEO*. Quinctil. 2, 12 Iam Collidere manus, terrae pedem incutere, femur, pectus, frontem caedere, mire ad pullatum circulum facit. Commaculare sanguine Virg. Ecl. 8, 48. Componere manus manibus, *vid. COMPONO*. Componere aliquid facili manu Ouid. de Arte Am. 1, 160. Quantum manu Comprehendi potest Scribon. 83. Comprimere, *vid. COMPRIMO*. Conferre, *vid. CONFERO*. Conferre manum, *Certare cum aliquo* Virg. Aen. 9, 44. Sil. 6, 600. Conferre manu certamina pugnae Lucret. 4, 841. Confirmare Cic. pro Lege Manil. Configere manu, *vid. CONFLIGO*. Congesta manu oppida Virg. Georg. 2, 156. Conferre manum cum hostibus, *vid. CONSERO*. Liu. 27, 18 Instabilis hostis ad cominus conferendas manus. Consertum ex iure manu, *vid. EX praepositionem*. Conferre constrictas in se manus Ouid. Epist. 12, 100. *Al. inter se strictas.* Continere manus, *vid. CONTINEO*. - ab aliquo Cic. Cat. 1 c. 8. Continere manum alicuius Ouid. Fast. 1, 504. - intra pallium Quinctil. 12, 10, 21 *id quod in oratoribus pudoris ac modestiae signum erat.* Vix continet manus ab ore misero Ouid. Epist. 11, 80. Contingere aliquid manibus cruentis Virg. Aen. 2, 167. Contrahere et explicare alterno motu Quinctil. 11, 3, 102. Conuenire in Cic. in Topic. 23. *v. b. v.* Quinctil. 2, 3 Vt velocissimus quisque, si forte iter cum paruulo faciat,
- 85 Det manum, et gradum suum minuat. Dare placidam Ouid. Trist. 3, 1, 2. Donec aut virtute vicissent aut victi manus Dedissent Nep. 22, 1, 4 *ubi vid. Schott.* Dare victas Ouid. Epist. 4, 14. Dare in manum, *vid. IN praepositionem*. Dados in manum milites, cerni effigiem, etc. Tacit. Ann. 4, 7. Dare fata miseris saeua manu 90 Senec. Troad. 10. Dare signum alicui concussa manu Ouid. Met. 11, 465. Decertare manu, *vid. DECERTO*. Dedere manus, *figura prouerbiali, significat Victum se fateri.* Lucret. 2, 1052 — sed magis acri Iudicio perpende: et si tibi vera videntur, Dede manus: aut si falsa est, accingere contra. Defendere se manu, *vid. DEFENDO*. Deficiunt ad coepta manus Ouid. Met. 8, 492. Plaut. Epid. 3, 2, 17 Leno omne argentum abstulit pro fidicina: ego resoluui, Manibus his Denumerauui. Deponere e, *vel de manibus* Cic. Acad. 1, 3. Distinere Caes. Bell. Gall. 3, 11. Cic. in Orat. 105 Demosthenem totum cognouisti, nec eum Dimittis e manibus. Distinguere crinem docta manu Senec. Troad. 10. Diuellere montes manibus Lucret. 1, 202. Idem 2, 868 Sed magis ipsa manu 100 Ducunt. Ducere aliquem manu Virg. Aen. 3, 372. Cic. de N. D. 1, 49. Emittere aliquem manu Plaut. Curc. 5, 2, 18. Ter. Phorm. 5, 5, 2. Plin. Ep. 8, 18. *pro manumittere.* Erigere ad tectum Quinctil. 11, 3, 118. Eruere filuas Virg. Georg. 4, 329. Euadere alicuius 105 Id. Aen. 9, 560. Exercent puellae Propert. 3, 3, 34. Explicare, *vid.*

*vid.* CONTRAHERE. Facere praelium in manibus, *idem quod Conferere manus cominus* Sallust. in Iugurth. c. 57. Facere manu aliquid, *i. ipsum in causa esse: qua formula saepe Sen. utitur, ut e. c. orbitatem manu* Facere Sen. ad Marc. Consol. c. 19. *vbi vid. Lips.* Quaedam ingenia facilia et expedita: quaedam manu, quod aiunt, Facienda Sen. Ep. 52. *i. formanda labore et disciplina.* Ne iis quidem, quae nascuntur, contenti, quando plura eorum humana manu Fiunt Plin. praef. l. 8 *de venenis.* Virg. Aen. 3, 490 Sic oculos, sic ille manus, sic ora Ferebat. Ferre in praelia Virg. Aen. 5, 402. Ferre manum contra, *vid.* FERRO. Fingere manu, *est Arte, curaque formare.* Metaphora sumta ab iis, qui e cera, siue argilla fingunt imagines. Senec. Epist. Tibul. 1, 2, 96. Flagellare in tergum Quinct. 11, 3, 118. Fricare manibus siccis Scribon. 180. Plaut. Epid. 3, 4, 16 Immo si audias meas pugnas, Fugias manibus demissis domum. Geminare, *vid. n. 2 sub Rotatas.* Glomerare bello Virg. Aen. 2, 315. *Hoc tamen videtur ad numerum militum pertinere, de qua ratione n. 6 agimus.* Quinctil. 12, 5 Haec arma Habere ad manum, horum scientia debet esse succinctus. *Vid. AD praepositionem.* Hor. Serm. 1, 4, 72 Libelli, Quae manus Insudet volgi Hermogenisque Tigelli, *describendo intellige.* Iactare Quinctil. 6, 3. Cic. pro Muraen. 26 Postea vero peruulgata, atque in manibus iactata et excussa, inanissima prudentiae reperta sunt. Illidere, *vid.* ILLIDO. Immiscere manus manibus Virg. Aen. 5, 429. Imponere, *vid.* IMPONO. Imponere manum studiis Ouid. ex Pont. 4, 8, 82. Imponere summam manum alicui operi, *vid.* IMPONO. Imposita est coepto vltima manus Ouid. Met. 8, 201. Imponere summam in eloquentia manum Quinctil. in Prooem. 1, 4. Incidit tremor vinctis manibus Hor. Epist. 1, 17, 23. Cic. de Clar. Orat. 133 Numquam enim in manus inciderent. Incidere in manus hostis, *vid.* INCIDO. Inferre manus alicui, *vid.* INFERO. Senatus vim ac manum Intulit Cic. Cat. 1 c. 8. Inter multa scelera multorum nullum atrocius videbatur, quam quod in senatu fenator fenatori, praetorius consulari, reo iudex manus Intulisset Plin. 9, 13. Inferre sibi manus. . . Iniicere, *vid.* INIICIO. Iniicere non timidus in tua iura manus Ouid. Epist. 8, 16. Laetitia eius dici, concursumque ciuitatis, et vota paene inferentium caelo manus, spemque conceptae perpetuae securitatis, etc. Inferre manum tunicis Ouid. Amor. 2, 15, 2. *i. Imponere, immittere.* Intenderat Seiano manus Tacit. Ann. 4, 3. Intentare manus in aliquem, *vid.* INTENDO. Intentare manus alicui Tacit. Ann. 3, 36. Interfici manu Quinctil. 5, 11. *Sic etiam dicitur de illo, qui gladio aut sagitta occiditur: vid. Burm. ad Quinctil. Declam. 1 p. 29.* Intolere manum caudis serpentum Ouid. Epist. 9, 86. Iungere manus Stat. Silu. 5, 3, 276. Laua manus; *aenigmatice in eum dicitur, qui aut furto, aut homicidio, aut alio quouis turpi facinore suas ipse manus polluit. Inde iocus ille Sextii apud Cic. de Orat. 2, 246 c. 60 Manus laua, et coena. Depeculatore[m] significabat, et fure[m], qui sordidis et turpibus furtis esset ditatus. Furum enim manus inquinatas esse dicebant, ut de fure balneario Catul. 31*

O furum optime balneariorum,  
Vibenni pater, et cinaede fili,  
Nam dextra pater inquinatiore,  
Culo filius est voraciore,  
Cur non exilium malasque in oras  
Rtis, quandoquidem patris rapinae  
Notae sunt populo? etc.

*Vid. Plaut. Capt. 3,*

3, 5 *vbi seruus, qui herum aere emunxerat mantelum circumspicit.* Manus manum Lauat Sen. de Morte Claudii. *Add. Petron. c. 45.* Leuata manu Quinct. 2, 12, 9. *de vi et impetu orantis.* Misceri manibus Scribon. 257. Miscere manus Tacit. Ann. 2, 15. Mittere manus ad rem aliquam, *i. Sumere in usum aliquem.* Vlpian. in l. At si quis. §. Sed et si. D. de relig. et sumt. fun. Sed et si res legatae sint a testatore, de cuius funere agitur, nec sit vnde funeretur: ad eas quoque manum Mittere oportet. Mittere manu: *vid.* MANVMITTERE. Mittunt salutem milites manu Plaut. Pseud. 4, 2, 48. Mouere bella sanguinea manu Ouid. Epist. 13, 64. Multiplicare, *vid. n. 2 Rotatas.* Obire forti manu Senec. Herc. Oct. 10. Obiectum malum manu, *vid.* MALVS. Liu. 37, 12 *pr.* Haec agentibus quum intervenisset nuptius Rhodiorum classis, Omissa de manibus res est. *i. Vrbs iam capi coepta.* Onerare ambas manus acutis iaculis Virg. Aen. 10, 368. Opprimere coniurationem manu Flor. 4, 1, 5. Parere sibi lethum manu Virg. Aen. 6, 435. Parta manu Varr. de L. L. 5, 36. Perire manibus hominum Virg. Aen. 3, 606. Perire manu aliena Quinctil. 5, 9. Perungere ora manu immunda Ouid. de Arte Am. 3, 756. Plangere pectora insana manu Ouid. Amor. 3, 6, 58. Catul. 75 in Epithal. Iuliae 216

Torquatus volo paruulus  
Matris e gremio suae  
Porrigenis teneras manus  
Dulce rideat ad patrem.

*Porrigere extentas*

Ouid. Fast. 3, 872. Poscit hoc opus manus multas, *h. e. Multi est laboris* Plin. Epist. 10, 50. Praerigent manus Tacit. Ann. 13. Premere aliquid manu Lucret. 4, 623. Nec deerat Otho Protendens manus, adorare vulgum, iacere oscula, et omnia feruuliter pro dominatione Tac. Hist. 1, 36, 4. Pulsare aliquem vtraque Virg. Aen. 5, 460. Rapi auaris Ouid. Amor. 2, 6, 39. Recipere vltimam manum dicitur opus aliquod Petron. c. 118 *vbi vid. Wower.* Reducere manu Flor. 1, 11, 1. *i. vi.* Regere manum alicuius manu superimposita Quinct. 1, 1. Remittere manus in aleae ludo, *vid. mox n. 11. Conf. Casaub. ad Suet. Aug. c. 71.* Remouere manum ab opere perfecto Sen. Ep. 9. Vix retinere manum Ouid. Met. 6, 35. *Subauditur, Ab ictu.* Revocauit rem ad manus Cic. Verr. 5, 28. Et pro Cluent. 136 Quum Trib. pleb. populo concitato rem paene ad manus Reuocauisset. *b. e. Ad contentionem et pugnam.* Multa erant inter eum locum manu Sata Caes. B. C. 3, 44. Satiare manus sanguine Lucan. 5, 243. Structa manibus moenia Virg. Aen. 5, 811. Subducere manum ferulae, *est* Iuven. Sat. 1, 15 Et nos ergo manum ferulae Subduximus, et nos Consilium dedimus Syllae. Ut Subeant tenerae verbera facua manus Ouid. Am. 1, 15, 18. Subuolueret saxa manibus Virg. Aen. 1, 428. Plaut. Milit. 3, 2, 58 Lepide hoc Succedit sub manus negotium. Idem Persa 4, 1, 2 Si quam rem accures sobrie, aut frugaliter, solet illa recte sub manus Succedere. *Cum verbo Sum varie ponitur. v. g. Ad manum esse. vid. AD.* In manu, et in manibus esse Cic. Tusc. 4. Liu. 7. In manibus esse, vel habere, *vid. IN.* In manibus terrae; *subaudi,* Sunt Virg. Georg. 2, 45. *h. e. In facili et in promptu*

est terrarum descriptio. Seruius. In manibus vestris quantus sit Caesar habetis Lucan. 7, 253. *b. e. In vestra potestate.* Tum solus Seneca fere in Manibus adolescentium fuit Quinctil. 10, 1, 126. Esse in manibus laudatio, oratio, *aus liber dicitur, Qui editus est et legitur.* Cic. de Senect. 12 Est in manibus laudatio, quam quum legimus, quem philosophum non contemnimus? In manu mea est, *vid.* IN. Inter manus aliquid esse dicitur, *per translationem: pro In potestate esse.* Virg. Aen. 11, 312 Ante oculos, interque manus sunt omnia vestra. Plus illi est in manu, *i. Ditiore est. Habere enim in manibus dicuntur, qui aliquid possident et diuites sunt* Plaut. Alin. 1, 1, 73. Cic. de Orat. 3, 15 Postulamus non a te quidem qui nobis summa omnia tribuis, sed a caeteris, qui haec in manus sument, vt maius quiddam de L. Crasso, quam quantum a nobis exprimeretur, suspicentur. *i. Legent.* Quinctil. 10, 1 Illud vero vtilissimum, nosse eas causas, quarum orationes in manus sumimus. Hor. Carm. 3, 23, 16 Immanis aram si Tetigit manus. Tendere manus, *Potentis auxilium, vel misericordiam implorantis signum.* Caes. Bell. Gall. 2, 13 Hedui manus Tendere, deditioem significare. Vobis supplex manus Tendit patria communis Cic. Catil. 4 c. 9. Virg. Aen. 6, 314 Tendebantque manus ripae vltioris amore. Tendere supinas manus ad caelum Virg. Aen. 3, 177. Tendit ad vestra genua supplices manus Quinctil. 6, 1. Tenere aliquid languenti manu Ouid. Met. 12, 318. Tenere correptum manibus Virg. Georg. 4, 405. Tollere manus, *Modus loquendi Signum laetitiae significans.* Cic. Fam. 7, 5 Sustulimus manus et ego et Balbus, tanta fuit opportunitas. Hortensius vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus saepe tolleretur Cic. Acad. 4 c. 19. Admirans ait haec manumque Tollens Catull. 54, 4. Tollere manus dicitur etiam de iis, qui victos se fateantur: Cedo, et Tollo manum Cic. ap. Laetant. 3, 8. En Tollo manum, cedo, vicisti Hieron. adu. Luciferianos. Conf. P. Fabr. Agonist. 1, 8. Sed Sublata manu Quinctil. 11, 3, 119. *de impudenti vltoratoris: nam audaciae etiam est, manum quasi inferre volentis.* Tradere manu longa, et manu breui. Iabolenus in l. Pecuniam. D. de Solutionibus, Pecuniam quam mihi debes, aut aliam rem, si in meo conspectu ponere te iubeam, efficitur, vt et tu statim libereris, et mea esse incipiat. Nam tunc quod a nullo corporaliter eius rei possessio detineretur, adquisita mihi et quodammodo manu longa tradita existimanda est. Vlpian. in Tit. de Iure dotium, l. Licet soleat, Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis constituendae causa: si quidem nuptiae insequutae non fuerint, liberatio non sequetur, nisi forte sic accepto tulit, vt velit mulieri totum donatum. Tunc enim credendum est breui manu acceptum a muliere, et marito datum. *Quae si desectas, plus habebunt veneris: veluti qui promissis agit, ac spem tantum ostendit, longa manu dat, quod animo contueri possis, non statim etiam tollere.* Contra, qui praesens ac statim exhibet quod promittit, breui manu dat. Pueri assensum ostendunt elephanto, nec audent porrigere. Erasimus. Venerari manu; honoris causa Manum ori admouere, et aliquem colere, quod Adorare etiam dicitur, v. v. Tacit. Ann. 16, 4, 3 Postremo flexus genu coctum illum manu veneratus, sententias iudicium operiebatur. Et Suet. Claud. c. 12 Eosdem spectacula edentes voce manuque veneratus est. Venire ad manum Quinctil. 2, 11 vt conferere manum. Sallust. in Iugurth, c. 89 Existima Iugurtham ob suos tutandos in manus Venire. Conf. Caes. Bell. Gall. 2, 19 Vt paene vno tempore et ad filias, et in flumine etiam in manibus nostris hostes viderentur, *i. manus contulisse.* Add. Tacit. Hist. 4, 71. et Gronou. ad Liu. 2, 46. pr. Sed sensu vulgari Scribon. 97 Venit in manus nostras, *i. nacti sumus.* Cic. Fam. 8, 3 Genere tamen, quod et ad nos pertineat, et *διδασκαλίαν* quandam vt versetur inter manus, habeat. Hor. in Arte Poët. 269 Vos exemplaria Graeca Nocturna Versate manu, versate diurna. Apuleius in Apologia p. 298 Quid de me inquit, Mezentius sentiat, manum non Verterim. Item Cic. de Fin. 5, 93 c. 31 Qui se fatentur virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem Versuros fuisse: vt Germani, Keine Hand umwenden. Plaut. Trucul. 5, 7 Mea voluptas, si quid peccavi prius, supplicium ad hanc minam fero auri, si mihi rides. P. manus vetant, prius quam penes sese habeant, quidquam credere. *i. Nihil credam te daturum, nisi prius numeraueris.* Vibrant tela manus Lucan. 7, 82. Vincere manus post terga Virg. Aen. 11, 81. Vindicare manu Sallust. Iug. 106 extr. Cic. Verr. 1, 114. ¶ 3 Formulae cum praepositionibus. Ad manum, *vid. AD praepositionem.* A manu seruius, et a manibus, *vid. A vel AB.* Ad manum seruius, *vid. AD.* De manu dare aliquid alicui Lamprid. Severo c. 37. *i. sua ipsius manu.* De manu reddere aliquid Suet. Tib. c. 34. Cic. Fam. 7, 5 Totum hominem tibi trado De manu (vt aiunt) in manum tuam istam, et victoria et fide praestantem. De manibus aliquid amittere, *pro E manibus.* Cic. Verr. 3, 32 Te quum tuos omnes fructus publicano tradidisses, et rem De manibus amississes, tum bona tua repetere, ac persequi lite atque iudicio. Cic. Fam. 7, 26 Heus tu, manum De tabula: magister adest citius quam putaramus. Apparet, Ciceronem monere, ne in Caesarem scribere pergat Gallus, vix enim aliter poterat, qui Catonem Vitensensem laudaret. Est autem translatio, vel a tabula literaria, in qua pueri literas discebant; in qua absente magistro ludere manu ducentis, non literis, sed lineamentis, vt pueris vsitatum est, solebant; deinde subito praeceptore redeunte, alter alterum monebant, vt manum de tabula tollerent. Vel a pueris pictorum, qui absente magistro illudum tabulis, et illinunt temere pigmenta. Inter manus Virg. Aen. 2, 681 *i. Per, sec. Seru.* Abripite hinc intro aetutum Inter manus Plaut. Most. 2, 1, 39. Hinc agger Inter manus proferebatur Caes. B. C. 2, 2. In manibus cupere praelium facere Sall. Iug. c. 57, 4. Quorum res fidesque In manibus sitae erant Sall. Iug. 73, 6 *de opificibus.* Per manus, quod Cicero De manu in manum dicit. Caes. Bell. Gall. 6, 38 Per manus tractus seruatur. De vulnerato in praelio. Per manus tradita disciplina vel historia dicitur, Quae non monumentis literarum, sed verbo tantum traditur, et a maioribus ad posteros sine literis transmittitur. Quinctil. 12, 4, 1 Quae conscripta sunt historiis, aut sermonibus velut per manus tradita. Liu. 5, 57 Etiam si nobis cum Vrbe simul positae traditaeque Per manus religiones nullae essent. Et . . . Disciplina militaris tradita, Per manus iam inde ab initiis vrbis. Prae manu, *pro Ad manum.* Vlpian. in l. petenti. D. de pignorat. action. Petenti mutuum pecuniam creditori, quum prae manu debitor non haberet, speciem auri dedit, vt pignori apud alium creditorem poneret. Antiqua ratio, qua vsus ipse Ter. Adelph. 5, 9, 23 Si quidem porro Mitio tu tuum officium facies, atque huic aliquid paullulum Prae manu dederis, vnde vtatur, reddet tibi cito. Et Plaut. Bacch. 4, 3, 10 Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit Prae manibus. Sub manu, *idem*



*idem est quod Fere esse ad latus, expeditum, promptum in usum.* Cic. Fam. 10, 23 *Adiunxi haec, in loco eligendo flumen oppositum ut haberem, in quo mora transitus esset.* Vocantii Sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. *i. In promptu et in proximo, inquit Budaeus.* Senec. Epist. 71 *Consilia rebus aptantur. Res nostrae feruntur, immo voluntur. Ergo consilium sub die nasci debet; et hoc quoque tardum est nimis: Sub manu (quod aiunt) nascatur. Significatur Summa temporis celeritas. Lepide hoc succedit Sub manu negotium Plaut. Mil. 3, 2 extr. Et quo celerius ac Sub manum annunciari posset Suet. Aug. c. 4. Conf. Torrent. ad b. l.* ¶ 4 10  
*Formulae aliae: Manibus pedibusque, Extremum conatum significantes dicimus.* Ter. Andr. 4, 1, 52 *Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo, conari manibus, pedibus, noctesque et dies capitis periculum adire, dum prosum tibi. Add. Id. ib. 1, 1, 133. Vlpian. in l. Sed si. D. De in ius vocando, At si venditor, qui manus Iniectionem excepit, ipse prostituit, etc. Manus pretium et interdum iunctim Manupretium, pretium laboris materiae impensi et artis, demta materia. Cic. Verr. 1, 147 c. 56 Lapis aliquis caedendus et apportandus fuit machina sua. Nam illo non saxum, non materies aduecta est: tantum operis in ista locatione fuit, quantum paucae operae fabrorum mercedis tulerunt, et manus pretium machinae. Conf. Ascon. Caius de Verb. significatione, l. Mulieris, Quoniam in manupretio plus est quam in re. Cedo aurum, ego manupretium dabo Plaut. Men. 3, 3, 20. Amanu, manupretium. Et paullo ante, Quod manu factum erat, et datum pro eo, manupretium, a manibus et pretio. Verba sunt Varr. de L. L. 5, 36. Conf. Isidor. 11, 1. Manupretium nonnulli scribunt, ut Senaticonsultum. Plin. 34, 7 f. 17 Hard. Solitum enim ex manupretio cuiusque signi denarios seponere aureos singulos. Idem 35, 10 Manupretium eius tabulae. Plin. 33, 11 f. 53 Nec copia tantum argenti fariuit vita, sed validius paene manupretiis. Sic Hard. ex MSS. Diuisum Alfenus in l. Qui insulam. §. Qui aedem. D. Locati, Qui aedem faciendam locauerat, in lege dixerat, Quo ad opus lapidis erit, pro lapide et manus pretio dominus redemptori in pedes singulos septem dabit. Vlpian. l. mulieris ff. de V. S. Plerumque plus est in manus pretio quam in re.* ¶ 5 *Metaphor. Manus instrumentum notat idque vel nutum, vel vocale. Nutum, ut Lucan. 3, 635 Ferrea dum puppis rapidos manus inserit uncas. Intelligit Harpagonem. Vid. Curt. 4, 2, 12. et ib. c. 3. Conf. Interpp. Flori 2, 2 Iniectae nauibus hostium ferreae manus. Sic Proboscis elephanti manus illius vocatur Cic. de Nat. Deor. 2, 123 c. 47. Plin. 8, 10. Curt. 8, 14, 27 et 29.* ¶ 6 40  
*Vocale instrumentum notat Manus, cum idem est quod multitudo aut numerus certe hominum armatorum. Vet. Gloss. Manus πῦδος. Virg. Aen. 6, 660 Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi. Agrestes manus Id. Ibid. 11, 682. Ardens iuuenum Id. Ibid. 6, 5. Comitum Stat. Silu. 5, 3, 262. quam maximas manus cogere Caes. Bell. Gall. 5, 38. Delecta Nepos 1, 1, 4. Militaris manus Vlpian. in l. qui restitueret. D. de rei vendicat. Vid. Bynkersh. Obs. Iur. Rom. 3, 14 p. 274 seq. Multa Poëtarum Hor. Serm. 1, 4, 141. Parata praelio Tacit. Ann. 2, 79. Paruulam manum peditum habet Antonius Brut. ad Cic. Fam. 11, 10. Tam mari terraque manus Potentes Medus Albanasque timet secures Horat. Carm. Saec. v. 53. Valida Tacit. Ann. 2, 62, 79. Comparare manum Nep. 10, 4, 3. Manus conuenientes Dissipare Caes. Bell. Gall. 8, 6. Facere, i. colligere Cic. pro Caecina 33. Glomerare manum bello Virg. Aen. 2, 315. Manu facta virginem rapiunt Liu. 4, 9. Nostra Superat manus Plaut. Amph. 1, 1, 80. Orare pacem manu, i. armata Virg. Aen. 10, 80.* ¶ 7 *Manus etiam est Famulus, suae Operae quibus utimur. Comites illi tui delecti manus erant tuae: praefecti, scribae, medici, accensi, haruspices, praecones erant manus tuae etc. Cic. Verr. 2, 27 c. 10. Conf. Tac. Agric. 15, 4 ibique Boxhorn. Martial. de Demetrio seruo 1, 101 Illa manus quondam studiorum fida meorum. Ita Plin. Epist. 9, 37 Agriculturam numerosas manus poscere dixit. Hoc opus multas manus poscit Plin. Ep. 10, 50.* ¶ 8 *Metonymicòs Manus de artificum operibus. Nam et Zeuxidis manus vidi, nondum vetustatis incuria victas Petron. c. 83. ubi vid. Burm. Siue ebore exactae seu magis aere manus Prop. 3, 21, 30. Mentoris haec manus est, vel, Polyclete, tua Martial. 8, 51. Praxitelis Mart. 4, 38. Si Parium marmor Praxitelles expoliuisset, plus in manibus fuisset, quam in marmore Quintil. 2, 19 extr. Protogenis Gell. 15, 31. vid. Barth. ad Stat. Silu. p. 101, 102, 228. Salmaf. de mod. vsur. p. 391. Rigalt. in Artemidor. p. 7 et 18.* ¶ 9 *Manus Scriptio, Chirographum. Cic. Q. Frat. 3, 3 Occupationum mearum signum sit tibi librarii manus. Et Att. 7, 2 Nam Alexidis manum amabam. Add. Cic. Att. 4, 16. Quomodo et ipsum Ciceronem et Virgilium scripisse, manus eorum docent Quintil. 1, 7, 20. Vid. Voss. Inst. Orat. 4 p. 116.* ¶ 10 *Ictus aut certe habitus et figura manus in gladiatoria re Manus vocatur. Quintil. 5, 13, 54 Ut gladiatorum manus, quae secundae vocantur, sunt et tertiae, si prima ad euocandum aduersarii ictum prolata erat, et quartae, si geminata captatio est, ut bis cauere, bis repetere oportuerit. Sic 6, 4, 8 Opus est — animo praesenti et acri. Non enim cogitandum, sed dicendum statim est, et prope sub conatu aduersarii manus exigenda, i. ictus perficiendus. Luculentus praesertim est 9, 1, 20 Ut in armorum certamine aduersos ictus et rectas ac simplices manus cum videre tum etiam cauere ac propulsare facile est; aduersae tectaeque minus sunt obseruabiles, et aliud ostendisse quam petas, artis est.* ¶ 11 *Hinc translata appellatio ad ludum talorum, qui eum in gladiatorio ludo ictus est, ille iactus in tessera. Sueton. Aug. 72 ex epistola Augusti, Ego perdidici viginti millia nummum meo nomine: sed eum effusse in ludo liberalis fuisset, ut soleo plerumque. Nam si, quas manus remisi cuique, exegissent, aut retinuissem quod cuique donavi, vicissem vel quinquaginta millia. Manus est iactus, damnosus hoc loco.*

MANVMITTERE [ἀπελευθερῆν] *seruum, (sive diuisum, sive coniunctim legas) est Dare ei libertatem. Nam quamdiu quis in seruitute est, manui, hoc est potestati subditus est, et manumissus liberatur potestate Vlpian. l. 4 D. De iustit. et iure. Plaut. Aulul. 5, 19 Igitur orabo, ut manu me mittat. Adde Cic. pro Milon. 58 c. 22 pr.*

MANVMISSIO, ònis. f. [ἀπελευθερία] *Manumissio ad seruos pertinet, non ad filios Vlp. l. 1 §. 4 D. quando de peculio. Sed postea emancipatio quoque sub manumissione comprehendebatur. Conf. Suet. Galba c. 10. Sen. de Clem. c. 3. Cic. pro Cael. 68 c. 29 Sed scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio. Massilienses tres in eodem Manumissiones rescindi permittunt Val. Max. 2, 6, 7. Manumissio, inquit Vlpian. l. 4 D. de iustit. et iur. a iure gentium originem sumisit; utpote quum iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset*

nota manumissio, quia seruitus esset incognita. Sed posteaquam iure gentium seruitus inuasit, sequutum est beneficium manumissionis. *Conf. Dig. tit. Si a parente quis manumissus sit: it. Plin. Ep. 8, 18. Isidor. 9, 4.*

5 MANVMISSVS, a, um. Partic. Cic. Att. 2, 18 et 19. pro Cael. 68 c. 29. *Et Fam. 13, 77. Mortui manumissi exemplum reperitur ap. Petron. c. 65 ubi vid. Interpp.*

MANVMISSOR, ōris. m. Vlpian. l. 1 §. 5 D. Si a parente quis, etc. vsus est. *It. Tertull. adu. Marc. 5, 4.*

10 MANUFACTVS, unica dictione, aut duabus, opponitur Naturali. Celsus 3, 27 Naturales, vel manufactae natationes. Cic. de Fin. 3, 74 c. 22 Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius; aut in operibus manu factis tam compositum, tanque compactum et coagmentatum inueniri potest? Opus manufactum Paullus

15 in l. supra. §. ult. D. de aqua plu. arcend. Idem in l. Ateius. eod. tit. Manufactum aliquid. Manu facta piscina Varr. de R. R. 3, 11. Sic Cic. Off. 2, 14 Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, portus manufactos.

MANIFICAE vlcerae Cael. Aurel. i. manufactae: vid. Reines.

20 Var. Lect. p. 667.

MANVSATVS, rectius diuise Caes. Bell. Ciu. 3, 44.

MANSTVTOR, ōris. m. *Qui manu tuetur et tenet, quique possidet.* Plaut. Trucul. 4, 4, 6 Video eccum qui manstutorem meum adoptauit bonis.

25 MANVA, ac. f. Dragma, manipulus in Gloss. *Conf. Isidor. it. Salmas. in Solin. p. 266.*

MANVATVS est, pro Furatus est, usurpat. Laberius in Mimis. Et in Fullone, Furem, Manuarium appellat. Sed haec obsoleta. Vid. Gell. 16, 7. *Et Manuatus, pro In manipulos collectus Plin. 19, 2.*

30 MANICVLA, ac. f. Dimin. [*μαειδιον*] Parua manus. Plaut. Pseud. 5, 1, 16 Vbi mamma manivula opprimitur. vid. b. l. Boxburn. *Conf. Rud. 4, 4, 125.*

MANVALIS, e. Adi. [*χερσας*] Plin. 24, 15 Ob id incipientibus hydropicis efficax; manualibus scapis eius in tribus heminis aquae decoctis vsque ad tertias. Aqua Tertull. Apologet. c. 39 ubi vid.

35 Pamel. Pecten manualis Plin. 18, 30. Fasciculus lini Plin. 19, 1. b. e. *Qui manum implet.* Saxa, *Quae manu commode tolli et proiici possunt.* Tacit. Ann. 4, 51, 1.

40 MANVALE, apud Isid. Gloss. Liber ad gerendum aptus, Enchiridion. *Huc pertinet lemma Martialis. 14, 84 Manuale, sermonem enim ibi esse de libello, qui in sinu circumferatur, satis ipsum epigramma indicat, quod damus in BARBATVS.*

MANVARIVS, a, um. Adi. Manuarius pro fure Laber. ap. Gell. 16, 7. Gell. 18, 13 Hoc acre collecto, quasi manuaria coenula

45 curabatur omnibus, etc. Est autem Manuarium aes, quo quisque colulorum manum, i. iactum in illo lusu redimebat. Vid. totus locus et conf. MANVS n. II. Molae manuariae, et iumentariae Iabolenus in l. Dolia. D. de fund. instruct.

MANVLEA, ac. f. Idem quod Manica. Plaut. Fragm. Clitell. 14.

50 Vid. etiam Turneb. Aduers. 2, 4. Hinc, MANVLEATVS, a, um. Adi. [*χεριδωρς*] Homo manuleatus, Tunica indutus manicata. Et, Manuleatam tunicam dicimus, Manicas prolixiores habentem. Plaut. Pseud. 2, 4, 48. Suet. in Calig. c. 52. al. leg. manicatus. Manuleatus, metaphorice pro Delicato. Senec.

55 Epist. 33 pr. Apud me vero Epicurus est et fortis; quanquam manuleatus sit.

MANVLEARIVS, i. m. [*χεριδωροποις*] *Qui vestimenta manicata consciebat.* Plaut. Aulul. 3, 5, 37 Flammearii, violarii, carinari, aut manularii, aut myrobrecharii. Adde Reines. ad Class. 2,

60 Inscript. 83. et Spon. Misc. p. 224.

MANVBRIVM, i. n. [*κωπη, λαβη*] Capulum cuiuscunque rei significat. Plin. 16, 43 Hyginus manubria rusticis carpinea, iligna, cerrea. Manubrium, dictum quod manu teneatur Varr. de L. L. 5, 8 extr. Trulla excauata cum manubrio aureo Cic. Verr. 2, 62.

65 Ossa manubria cultellorum Iuuen. Sat. 11, 135. Eximere e manu manubrium Plaut. Aul. 3, 4, 12 proverbialiter, i. occasionem ac facultatem agendi praeripere. Malleus sapientior Manubrio Plaut. Epid. 3, 4 extr.

70 MANVBRIOLVM, i. n. Dimin. [*κωπιδιον*] Cels. 7, 6 de vngue oculorum, Lini duo capita apprehendere; et per ea erecto vngue, si qua parte oculo inhaeret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum veniat.

MANVBRIATVS, a, um. Manubrio praeditus. Ammian. 25, 4 Manubriati cultri. Adde Pallad. 1, 43.

75 MANVBALISTA, Balista minor, quae manu geri vnus, et administrari potest, nec rotis est imposita. Veget. 4, 22 Scorpiones dicebant, quas nunc manubalistas vocant, ideo sic nuncupati, quod paruis subtilibusque spiculis inferant mortem. Add. 2, 15 extr.

MANVBALISTARIVS, qui parua id genus balista vititur.

80 Veget. 4, 21 pr. Admotis turribus funditores lapidibus, sagittarii iaculis, manubalistarii vel arcubalistarii sagittis — submovent hostes. Add. 3, 14.

MANVBIAE, arum. f. [*λαβρα, σκυλα ἀπὸ ζώνων ἀφαιρούμενα* Gloss. Lat. Gr.] pluraliter tantum legitur, Praeda ex hostibus capta.

85 Et quidem proprie, ut Asconius scribit in Verr. de Praet. Urb. f. 1, 154 c. 59 Manubiae sunt praedae imperatorum pro portione de hostibus captae. Cic. Verr. 3, 186 Qua ex praeda aut manubiis, haec abs te donatio constituta est? Nonius Marcellus 5, 39 Manubias (inquit)

90 a Praeda hoc distare veteres existimauerunt; ut sit Praeda, corpora ipsa rerum quae capiuntur: Manubiae vero, pecuniae ex praeda vendita redactae et ita explicat illud Cic. de Lege Agr. 1, 12 c. 4 Quod ad quemque peruenit, peruenerit ex praeda, ex manubiis, ex auro coronario. Gell. 13, 24 copiose disputat, quid sibi velit subscriptio simulacrorum in foro Traiani, EX MANVBIEIS: et finit, Itaque haec

95 inscriptio non res corporaque ipsa praedae demonstrat, — sed facta esse haec comparataque ex manubiis, id est ex pecunia praedaticia, declarat. Manubiae enim sunt non praeda, sed pecunia per quaestorem Populi Rom. ex praeda vendita contracta. Et tamen tempore flo-

100 rentis reip. manubiae ea tantum praedae pars vocata fuisse videtur, quae imperatori assignabatur, atque ab eo plerumque in rem sacram aut opera publica impendebatur. Flor. 1, 7 De manubiis captarum urbium templum erexit. EX MANVBIEIS Inscriptio ap. Gell. l. c. Fuluius non dubitauit Martis manubias iusis consecrare Cic. pro Arch. c. 11. Ex Manubiis Athenarum arx est ornata Nep. 5, 2, 5. Vid. Heins. in

105 Epistolarum Sylloge Burmann. T. IV p. 782 et 783 seq. et 787 etc. Cic. Verr.

Vert. 3, 9 Nonne perspicuum est Verrem esse qui vestras villas suis manubiis ornet? *i. Signis et suppellectili quae depraedatus est.* Conf. Suet. Vesp. c. 16 *ibique Torrent.* Manubias facere, Praedari. Cic. Verr. 1, 154 Dubitamus, quid iste in hostium praeda inolitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit? *Add. pro Domo* 5  
 114 c. 43. ¶ 2 In libris Etruscorum (apud Seru. ad Aen. 1, 46) lectum est, iactus fulminum Manubias dici, et certa esse numina, possidentia fulminum iactus; ut Iouem, Iunonem, Mineruam, sicut supra dictum est, vnde cauendum, ne hoc aliis numinibus demus. *Nempe paullo ante dixerat: Cum Varro Diuinarum V. quatuor DIs* 10  
*fulmina adsignet, inter quos et Mineruae, quaeritur, cur Minerua Iouis fulmen miserit? etc.* Tuscorum literae apud Plin. 2, 52 nouem Deos emittere fulmina existimant etc. Conf. Sen. Qu. Nat. 2, 32 sqq. *In primis c. 41 Etrusci dicunt fulmina a Ioue mitti, et tres illi manubias dant.* Prima, vt aiunt, monet et placata est, et ipsius consilio 15  
 Iouis mittitur. Secundam mittit quidem Iupiter, sed ex consilii sententia: *quodcum enim deas aduocat.* Hoc fulmen boni aliquid aliquando facit, sed tunc quoque non aliter, quam vt noceat. Ne prodest quidem impune. Tertiam manubiam idem Iupiter mittit, sed adhibitis in consilium Diis, quos superiores et inuolutos vocant. 20  
 Quae vastat et ineludit et mutat statum priuatum vtique et publicum, *quod inuenit.* Ignis enim nihil esse quod sit patitur. *Itaque etiam sagittari numero Manubia est.* Paulo aliter Festus: Manubiae Iouis res esse dicuntur; quarum vnae sunt minimae, quae moneant, placidaeque sint. Alterae, quae maiores sunt, ac veniant cum fragore, 25  
 existantque aut diuellant quae a Ioue sint, et consilio deorum mitti existimantur. Tertiae his ampliores, quae cum igne veniant; et quamquam nullum sine igne fulgur sit, haec propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deformant, aut accendant, quae statum mutant deorum consilio superiorum. Ammian. Marcell. 17, 7 30  
 Velut numine summo fatales-contorquente manubias. Martian. Cap. 9 p. 303 Huic pater tuas assereris credidisse manubias ac trifurcae lucis commississe fulgorem, quae vias, vestigia, aduentum, exitusque igniuagae denuntiationis agnoscit: *Sic auguralem disciplinam describit.* *Add.* Seru. ad Aen. 8, 429: *Caeterum quod ait Varro de L. L. 7, 4 Manubias* 35  
*a manu dictas, illud tum ad spolia, tum has Iouis Manubias referri posse, apparet.* *Addimus Charis. 1 p. 75 Manubias per duo i dicendum, quia sunt a manibus, vt putat Verrius, dictae.* Sed et per u dici possunt, a manus virtute contractae. ¶ 3 *Hinc Thrasone Strato-* 40  
*phanes Plautinus Truc. 5, 35 Abstine hoc, mulier, manum, Nisi te mea manubia machaera et hunc vis emori.* *Possit quidem intelligi pars spoliatorum opimorum regi alicui aut imperatori detracta, sed splendidius tamen, et hoc Thrasone dignius est intelligere Machaeram fulminatricem. Priori alioquin rationi fauerent Armorum Manubiae Flor. 2, 18. i. arma, quae Numentini Romanis ademerant.* 45

MANUBIALIS, e. Adi. [σικλευματινός] Quod ad manubias pertinet: Manubialis pecunia, quae ex venditione praedae contracta est Sueton. in Aug. c. 3.

MANUBIARIUS, a, um. Adi. [μαφύρον, μέτοχος] Manubiarum particeps. Plaut. Trucul. 4, 4, 27 Amicus mihi esto manubiarus, 50  
*i. Qui manubias et exuias offert et spolia.* Turneb.

MANUBIO, are. De Arabe aut Sarmata Manubians Flor. apud Barth. Adu. 4, 5.

MANUCIOLVM, i. n. Fasciculus, manipulus. Petron. c. 63. vbi mater videt filium suum manuciolum de stramentis factum. 55

MANVINSPEX, icis. m. χειροσκόπος Gloss. Vet.

MANVPLETIVS, a, um. Adi. χειροπληγές, Manupletium Gloss.

MANVSINIECTIO, ōnis. f. Vid. diuim in Manus.

MANVPRESSVS, a, um. Adi. Cascus Columel. 7, 8 extr. 60  
*Praestat disiungere vocem.*

MANVPRETIVM, s. MANVSPRETIVM: vid. Manus.

MANVTIVS, i. m. Qui longas habet manus. Gloss. Isidori.

MANVTERGIUM, i. n. Mantile. Isidor. 19, 26.

MANVTEXTOR, oris. m. Dicitur esse ap. Auctor. ad He- 65  
 renn. l. 4.

MANVTIGIVM, i. n. Leuis correctatio: Cael. Aurelian. Tard. 1, 4. Conf. Reines. V. L. p. 667.

## M A P

MAPALIA, ōrum. n. [μαπάλια] Punica lingua Agrestes casae dicuntur. Festus: Mapalia, Casae Poenice appellantur; in quibus, quia nihil est secreti, solet solute viuentibus obici id vocabulum. Cato Originum 4 Mapalia vocantur vbi habitant; ea quasi cohortes 75  
 rotundae sunt. Plin. 5, 3 Numidae verò Nomades, a permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domus plaustris circumferentes. Martial. 8, 55 Pallidus attonitos ad plena mapalia pastor. Cum reuocat tauros. Idem 10, 20 Tecum ego ficci Gaetula mapalia, Poeni, Et poteram Scythicas hospes amare casae. Virgil. Georg. 3, 340 80  
 Et raris habitata mapalia tectis. Dispersa mapalia Sil. 17, 90. Vacua Lucan. 2, 89. Sall. Iug. 18, 8 Caeterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, quae mapalia illi vocant, oblonga, in curuis lateribus tecta, quasi nauium carinae sunt. Idem 46, 5 In Numidiam procedit, vbi — ex oppidis et mapalibus praefecti regis obuii procedebant. Hic collectiue sumitur de pagis et vicis, e mapalium multitudine constantibus. Hieron. in Amos. Agrestes casae et fur- 85  
 norum similes Afri vocant mapalia. Et Epist. ad Demetriaden Cunctae per Africam Ecclesiae quodam exultauere tripudio: non solum ad vrbes, oppida, viculosque, sed ad ipsa quoque mapalia celebris fama penetravit. Sidon. 2, 1 Habent tamen tuguria s. mapalia mea ciuicum frigus. Et in Paneg. Maioriani extr. Cinyphii captiua mapalia Bocchi. Mapalia an eadem sint quae Magalia, supra b. v. disputatum est: et obseruatum tutius distingui. Certe modus primae syllabae repugnat: et nimis facile fuit librariis p et g permutare. Quod Victor 95  
 Uticensis l. 1 (apud Sauaro. ad Sidon. 2, 1 p. 128) ait de loco extra murano (Carthaginis) qui locus mapalia vocatur, vbi sepultus S. Cyprianus: de que in actis Passionis S. Cypriani dicitur, in via Mappaliensi iuxta piscinas, possunt re vera casae agrestes intelligi, quia additur, in areis Macrobbii Candidi etc. Certe nihil magnopere inde contra distinctionem dictam efficitur. ¶ 2 Figura est, cum Iupiter ap. Senecam in Apocol. Ego, inquit, P. C. interrogare vobis permiseram, vos mera mapalia fecistis. Volo seruetis disciplinam curiae. i. vos tumultum et strepitum rusticorum barbarorum tuguriis, quam caeli curia digniorem 100  
 excitastis.

- M A P P A, ac. f. *Lintheum, quo recumbentes inter scyphos et epulas utebantur.* Χαρόμακτρον. Gloss. Lat. Gr. χαρεμαχρον, mantela Gloss. Graeco-Lat. χαρομακτρον, mantela Id. Mappa μακτρον, mantile *επιτραπέζιον*, Colloquia vet. Gr. Lat. *Eam pro se quisque afferebat.* Martial. 12, 29 At-tulerat inappam nemo, dum furta timentur. Idem 10. 87 Et vani triplices, brevesque mappae. Seru. ad Aen. 1, 702 Mantilia Virgiliū reddit mappas. Idem hoc vocabulum secundum artem plurali tantum numero dici tradit ad Aen. 2, 272. Candidae Stat. Silu. 1, 6, 31. Luridae Idem ibidem 4, 9, 25. Sordida Horat. 10 Epist. 1, 5, 22. Triclinariae Varr. de L. L. 8, 33. Variata Mar-tial. 4, 46. Compefcere rifum mappa Hor. Serm. 2, 8, 63. *In con-  
vivio enim mappa ori apponitur, alias detergendi, hic compefcendi visus  
gratia.* ¶ 2 Mappa est pannus cretatus, quo magistratus lu-  
dis praefidens eos committit, b. e. signum dat procurrendi et certamen in-  
cipiendi. Sueton. Neron. 22 Vniuerforum se oculis in circo maximo  
praebuit, aliquo liberto mittente mappam, vnde magistratus solent.  
Forte ab hoc ipso loco inductus Cassiod. Var. 3, 51 scripsit, Mappa vero,  
quae signum dare videtur Circensibus, tali casu fluxit in morem: Cum  
Nero prandium protenderet, et celeritatem, vt assolet, audis specta-  
ndi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur,  
iussit abiici per fenestram, vt libertatem daret certaminis postulandi.  
Hinc tractum est, vt ostensa mappa certa videatur esse promissio Cir-  
censium futurorum. Quintil. 1, 5, 57 Mappam, vlitatum Circo no-  
men, Poeni sibi vindicant. Taurum color rubicundus excitat, vrfos  
leonesque mappa proritat Sen. de Ira 3, 30. Martial. 12, 29 Cretatam  
Praetor quum vellet mittere mappam; Praetori mappam surripit Her-  
mogenes. Iuuen. Sat. 11, 191 Interea Megalesiacae spectacula map-  
pae. i. circensium in Megalesiis. Tertull. de Spectac. e. 16 Cognosce  
dementiam de vanitate; misit dicunt, et nuntiant inuicem, quod simul  
omnibus visum est. Teneo testimonium caecitatis; non vident mis-  
sum quid sit, et mappam putant, sed est diaboli ab alto praecipitati fi-  
gura. Mappâ, quod aiunt, missâ Tertull. adu. Valent. c. 16. Add.  
figuram ap. Ruben. Elect. 1, 30. ¶ 3 Mappae dicti fuerunt  
etiam apud veteres libri lintei: vid. Salmaf. ad Vopifci Aurelian. et ho-  
dieque Mappae geographicae dicuntur.
- M A P P V L A, ac. f. Dimin. *Lintheum, quo aegrotantes, terguntur,*  
ap. Hieron. Epitaph. Paullac, f. Epist. 27, 13.
- M A N Z E R, eris. m. *Vox Hebraica, quae idem valet ac spurius:*  
*et de Iudaeis usurpatur, vt, Christicolae vt cernunt tunc agmina Man-  
zeringi Fortunat. Carm. 3, 4, 75. Manzeribus populis in deteri-  
ora votis Seduk Pasch. 4, 259.*

## M A R

- M A R A T H O N. [Μαραθών] *Campus Atticae, insignis Militia-  
dis gloria, qui centum millia ex Darii Persarum regis exercitu in eo pro-  
figavit.* Ouid. Met. 7, 434 Te, maxime Theseu, Mirata est Marathon  
Cretaei sanguine tauri.
- M A R A T H O N I V S, a, um. Adi. [Μαραθώνιος] *Taurus Mara-  
thonius dictus est, Qui apud Marathonem a Theseo interfectus est.* Cic.  
Tusc. 4, 50 c. 22 An etiam Theseus Marathonii tauri cornua compre-  
hendit iratus? Virgo Marathonia, Erigone Stat. Silu. 5, 3, 74. Ma-  
rathonia pugna Cic. Att. 4, 12. et Nepos 2, 2, 6.
- M A R A T H R V M. [Μαραθρον] *Herba, quam Latini Foeniculum  
vocant Plin. 20, 10. et 21, 9. et 30, 4. Apul. de Herb. c. 124. Ex-  
pressae marathro guttae Samon. v. 207. Conf. Idem v. 313 et 944.*
- M A R A T H R I T E S. [Μαραθριτες] *Vinum, eo modo dictum,  
quo Aromatites, nempe quod marathrum infusum habet; valetque ad visus  
imbellicitem adiuuandam. Vid. Columel. 12, 35.*
- M A R A T H V S. [μάραθος] *Herba, cuius meminit Ouidius de  
Medicam. faciei 91 Profuit et marathos bene olentibus addere myrrhis.  
Alii Marathros.*
- M A R C E L L V S, i. m. [Μαρκελλος] *Cognomen, quo illustrissima  
Claudiae gentis familia plebeia distinguebatur. Interpretantur quasi Mar-  
tellum i. paruum Martem. Sed v. mox MARCVS. Virtus eorum bello  
in primis Punico secundo enituit. Hor. Carm. 1, 12, 46 Crescit occulto  
velut arbor aeuo Fama Marcelli. Ferox Marcellus Claud. in  
Eutrop. 1, 456.*
- M A R C E L L E A. [Μαρκελλεια] *Festa instituta Syracusis in  
honorem Marcelli, quod is Siciliam optime rexisset. Horum meminit Cic.  
Verr. 2, 51 et 154.*
- M A R C E O, ui, ere. [μαραϊνομοι] *A virore, vigore, succo, viribus  
destitui: opponitur his, quae a succo turgent, aut alias vehementer viuida  
sunt. Martial. 5, 79 Marcetes tibi porrigentur vuae, i. rugosae, a ma-  
turitate. Liu. 23, 45 Marcere Campana luxuria, vino et scortis, omni-  
busque lustris per totam hiemem confectos. Epulis marcere Claud.  
de Bell. Get. 368. Animus marcet Cels. 2, 2. Corpus marcet annis  
Lucret. 3, 959. Silua marcet comis Stat. Silu. 5, 5, 29. Venae  
marcent Lucan. 4, 326. Vir marcet ab annis Ouid. Amor. 1, 13, 41.*  
80 Marcere, absolute, pro tristisem, morosum esse. Lucret. 3, 970 Omnia  
perfructus vitae praemia, marces?
- M A R C E N S, entis. Partic. Marcidus et Marcens, τετηκω; ναθη; *καθ  
επὸ κραπάλης* Vet. Gloss. Plin. 9, 45 Alias marcenti similis, et iactari  
se passa fluctu algae vice. Arna marcentia Sil. 15, 746. i. Hominis  
marcentis al. Anni. Colla Stat. Theb. 2, 632. Guttura Ouid.  
Met. 7, 314. Pocula Stat. Silu. 4, 6, 56. Poterem marcentem  
recreare Horat. Serm. 2, 4, 58. Visu marcente Senec. Agamemn. 8.  
i. Languente.
- M A R C E S C O, ui, ere. [μαραϊνομοι] *Putrescere. Plin. 10, 48  
Corpus occisae statim marcescit. Marcescere desidia et otio, Languescere.  
Liu. 28, 35. Languore Colum. 7, 7, 1. Otio situque Liu.  
33, 45, 7. Vino nimio Ouid. ex Pont. 1, 5, 45. Otia mar-  
cescunt per inertes somnos Idem ibidem 2, 9, 61. Marcescente  
adhuc stomacho pridiani cibi onere Sueton. in Calig. 58. al. marcente.*  
95 M A R C I D V S, a, um. Adi. *Languescens, marcens, vigore carens.  
Lilia demittunt subito caput Ouid. Met. 10, 192. Pingui Otio Si-  
don. Epist. 1, 6. Plin. 11, 37 Fessis equis aures marcidiae. Marci-  
dus somno, et hesternae coena redundans Plin. in Paneg. c. 63. Otia  
marcida luxu Claud. Conf. Hon. 3, 40. Vina marcida Stat. Silu. 1, 6, 33.*  
100 M A R C I D V L V S, a, um. Dimin. Mart. Capel. 7 init.
- M A R C I D O, are. Marcidat, τέκη, τέκεται Gloss. Vet.
- M A R C E S C I B I L I S, e. Vnde Immarcescibilis.
- M A R C O R, oris. m. *Languor, vigoris defectus. Segetum sine  
fruge surgentium marcor Sen. Qu. Nat. 3, 27. Cels. 3, 20 In hoc  
marcor, et inexpugnabilis paene dormiendi necessitas. Marcor, Igna-  
via,*

*via, torpor.* Inde moeror marcorque et mille fluctus mentis incertae Sen. de Tranquill. c. 2. Patere. 2, 119, 2 Exercitius omnium fortissimus, marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunae circumventus. Turpis marcor Stat. Theb. 10, 263.

MARCVLENTVS, a, um. Adj. *Idem ac Marcidus.* Fulgent. 5 Mytholog. 2, 8 Marcidenta caluities.

MARCI POR, oris. m. [*μαρκιππος*] Marci puer, hoc est famulus, inquit Festus in Quintipor: est ibi etiam Caipor. Plin. 33, 1 Singuli Marcipores, Luciporesue dominorum gentiles, omnem victum in promiscuo habebant. Significat priscos Romanos singulis seruis contentos fuisse: quare Marcipores et Lucipores, quasi Marci pueri, vel Lucii vocabantur, quasi ministri et affectae, ut Graeci παιδάς vocant seruos: quod in numerosa familia postea fieri non potuit. Quinctil. 1, 4, 26 In seruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur a domino, unde Marcipores, Publipores. Adde Priscian. 6 p. 700. Voss. Institut. Ora- 15 tor. 4, 12 p. 225. Marcipor, Satira quaedam Varronis inscripta fuit, in qua, ut suspicatur Turnebus, de seruitute differebat, et herili imperio. Vid. plura apud eundem Adu. 24 c. vlt.

MARCIVS, a, um. Adj. *Gentis Romanae nomen, quam antiquissimam fuisse, suadet Liu. 1, 20 ubi Numa Rex Pontificem legit Numam Marcium Marci filium, ex patribus. Hinc Marcia aqua a Q. Marcio Rege ducta in urbem.* Plin. 31, 3, 36, 15.

MARCIANVS, a, um. Adj. *Ex Marcia gente.* Marciana carmina a Marcio vate. Liu. 25, 12. Plin. 7, 33. Marcianum foedus, apud Cic. pro Balb. 34 et 39 c. 15 et 16.

MARCOMANI. [*Μαρκόμανοι*] Germaniae populi. Stat. Silu. 3, 3, 170 Quae modo Marcomanos post horrida bella, vagosque Sauro- 25 romatas.

MARCVLVVS, i. m. [*μαρκῦλος*] Instrumenti nomen, quo fabri aeriarii uti solent. Marculus, malleolus et malleus, *μαρκῦλον, σιδῆρα, ὑδῆρα, ὑδῆρα* Vet. Gloss. Plin. 7, 56 Tegulas inuenit Cinyra Agrippae filius, et metalla aeris: vtrumque in insula Cypro: item forcipem, marculum, vestem, incudem. Martial. 12, 57. Theodulf. Carm. 2, 284. vid. Fest. it. infra MARTELLVS.

MARCVS, i. m. Malleus maior; Marcellus, mediocris: Marcus 35 lus, pusillus Isidor. 19, 7. ¶ 2 Marcus, Praenomen. Marcum vero dictum volunt, quasi Mascum, quod primus qui fuit eo praenomine, plane masculus esset. Alii a Marra, quasi Marricum, deducunt, quod a rebus rusticis Romani saepe nomina capiebant. Alii Marcum putant eum esse dictum, qui Martio mense natus esset, nec eos mouet, quod 40 Marcus non Martius scribatur. Haec postrema ratio placet auctori Epitomes de Nominibus Romanorum. Marci municipem vides: Aenigmatico dictum putat Turneb. 24, 46. a Senec. in Apocolocyntosi, Existimat autem significari Claudium Caesarem non verum germanumque Romanum esse, sed inquilinum, quales erant municipes Ciceronis, quos tamen 45 consendebat veros esse Romanos, quum municipibus diceret dug esse patrias, vniam loci, alteram iuris. Claudius vero non Romae, sed Lugduni natus fuerat. Haec ille. Sed contortum merito videtur Gronouio: qui Munatii aut Planci legendum putat.

MARE, is. n. [*θάλασσα, ἄλς*] Magna illa aquarum salstrarum col- 50 luui. Accessus maris, vid. ACCEDO. Aequor maris Virg. Aen. 2, 780. Aestus, vid. AESTVS. Aspera maris Tacit. Ann. 4, 6. Forma iniusti caerula maris Ouid. Amor. 2, 11, 12. Proxima maris Tacit. Ann. 3, 1. Rabies caelique marisque, h. e. Intempestas Virg. Aen. 5, 802. Via tuta maris Ouid. Met. 11, 747. Vnda restagnan- 55 tis maris Idem ibid. 11, 364. ¶ 2 Epitheta: Acclinata ter- ris maria Stat. Silu. 5, 4, 6. Adueniens mare, vid. ADVENIO. Altum Catul. de Berecynth. 61, 1. Ardua Valer. Argon. 8, 352. Aspera Virg. Aen. 6, 351. Quae multum mihi incommodi attulere. Avarum Hor. Carm. 3, 29, 61. Caeruleum Senec. in Hippol. 5, 1. 60 Clausum, vid. infra CLAUDI. Commune omnibus, vid. COMMVNIS. Effusum late Hor. Ep. 1, 11, 26. Ferum Catul. de Berecynth. 61, 40. Fluctuosum Plaut. Rud. 4, 2, 5. Graue remigantibus Tac. Agr. 10, 7. Hibernum . . . Humida Virgil. Aen. 5, 594. Iactabundum Gell. 19, 1. Ignotum Martial. 7, 18. Cic. Tusc. 1, 73 Tanquam 65 ratis in mari Immenso nostra vehitur oratio. Importuosum Tacit. Ann. 12, 20. Inclinata Stat. Theb. 4, 62. Indomitum Tibull. 2, 3, 49. Infestum venenis, vid. INFICIO. Inferum ratione Italiae, i. Tyrrhenum, vel Tuscum: ut Mare superum, id est Adriaticum, vel Ionium. Cicer. Att. 9, 3. Adde de Orat. 3, 69. Et Att. 8, 3. et 25. 70 Infusa terrae, vid. INFVNDO. Ingens Ouid. Met. 3, 448. Iratum Hor. Epod. 2, 6. Lacesitum, vid. LACESSO. Magnum Lucret. 2, 555. Mediterraneum, vid. post MEDIVS. Medium Virg. Ecl. 8, 58. Pacatum Liu. 24. Hor. Od. 4, 5, 19. Pigrum Tacit. Agric. 10, 7. Placidum Virg. Ecl. 2, 26. Procellosum Senec. Medea 6. Cicer. 75 pro Planc. 15 Illae vndae comitorum, ut mare Profundum et immensum, sic effereuscunt, etc. Purpureum Virg. Georg. 4, 373. Purpureum mare videtur Fauonio nascente Cic. Acad. 4, 105. Refuum Oceani Ouid. Met. 7, 267. Refugium Stat. Theb. 12, 634. Rubrum, f. Erythraeum, vid. Mela 3, 7. Saetium Senec. Octau. 6. Solli- 80 citum, i. Impulsum et ventis agitatum. Virg. Georg. 4, 262. Tempestiuum ad nauigandum Cic. pro L. Manil. c. 12. Tranquillum Stat. Silu. 4, 3, 93. Tumidum Virgil. Aen. 8, 671. Tumultuosum Hor. Carm. 3, 1, 26. Turbatum Liu. 24. Turgidum Hor. Carm. 1, 3, 19. Vastum Senec. Oedip. 14. Gell. 19, 1. Veliuolum Virg. 85 Aen. 1, 228. Ventosum Hor. Carm. 3, 4, 45. Violentum Gell. 19, 1. ¶ 3 Verba: Adornare mare, vid. ADORNO. Aduchere per mare, vid. ADVEHO. Agitari mare et turbari. vi ventorum Cicer. pro Cluent. 138. Ut mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari: sic, etc. Agitatur mare ventis Ouid. Epist. 2, 35. Ambulare maria, vid. AMBVLO. Ardet ventis mare Florus 4, 2. i. Vehementissime agitur. Claudi mare dicitur, cum nauigationes per tempestatum acerbitatem cessant. vid. Veget. 5, 9. l. Quoties 3 C. de naufragiis. Plin. 2, 47. Vid. Turneb. Adu. 18, 24. Aliter Caes. Bell. Gall. 3, 9 Conclusum mare pro Interno vel 95 Mediterraneo. Collucet mare a Sole, vid. COLLUCEO. Confundere mare caelo Iuuen. Satir. 6, 282. tumultuari prae ira, et exclamare ut illi Terentianus Demea Adel. 5, 3, 4 O caelum! o terra! o maria Neptuni! vid. mox Miscere. Conglobatur, vid. CONGLOBO. Contrahitur Ouid. Met. 2, 262. Conuoluit turbo Senec. Agamem. 6. 100 Decurrere tuto mari Ouid. Met. 9, 590. Dant maria placata venti Virg. Aen. 3, 70. Viam qui nescit qua Deueniat ad mare, eum oportet annem quaerere comitem sibi Plaut. Poen. 3, 3, 14. Ferri mari incerto Horat. Epod. 9, 32. Habere infestum, vid. INFESTVS. Hiemat atrum Hor. Serm. 2, 2, 17. Iacet planum Iuuen. Sat. 12, 62. 105

Incubere mari venti Virg. Aen. 1, 88. Ingredi mare pedibus, *vid.*  
 INGREDIOR. Inuehi per mare, *vid.* INUEHO. Mergit se in  
 mari, *vid.* MERGO. Iuuen. Sat. 2, 25 Quis caelum terris non Misce-  
 at, et mare caelo, Si fur displiceat Verri etc. *Est omnia turbare clamori-*  
 5 *bus.* *vid.* Confundere et n. 4 Mare, Terra. Mollit mare, Mouere  
 omnes terras, omnia maria, Nauigare mare, Peragrarè pedibus maria,  
 Pergere per mare, *vid.* bh. vv. Polliceri maria et montes Sallust.  
 Cat. c. 23. i. *res maximas.* Praebere nauigabile, *vid.* NAVIS.  
 Praeteruectus laeua maris Tacit. Hist. 2, 2. Saeuibat coortum Lu-  
 10 cret. 5, 1000. Scindere nauigiis Ouid. de Arte Am. 2, 671. al. Fin-  
 dere remigiis. Hor. Carm. 1, 1, 14 Myrtoum pavidus nauta Secet  
 mare. Sistere turbatum Ouid. Met. 7, 154. Stat mare placidum  
 ventis Virgil. Ecl. 2, 26. Stridet Idem Georg. 4, 262. Ouid.  
 Epist. 11, 75 Vt mare fit tremulum tenui quum Stringitur aura. Sub-  
 15 fidit Idem Trist. 1, 2, 73. Sulcare Virgil. Aen. 10, 197. Trans-  
 ire vastissimum Cicer. in Pison. 57. Transilire Perf. Satir. 5, 146.  
 Tumescunt alta Virg. Georg. 2, 479. Tumuit insanum Senec. Me-  
 dea 10. Volitant per mare nauitae Hor. Carm. 4, 5, 19. Volunt  
 mare venti Virgil. Aen. 3, 196. **4** Formulae: Mare  
 20 Magnum et difficile tibi restat Cic. Fam. 16, 9. *Metaph.* Sed Ma-  
 re magnum, per excellentiam Mediterraneum mare a Latinis appel-  
 latur. Cic. de Diuin. 1, 67 ex antiquo Poëta, Iamque mari magno classis  
 cita Textitur. Plin. 9 Intrans e Magno mari Pontum verno tempore  
 25 gregatim. Isidorus 13, 16 Mare magnum est, quod ab Occasu ex  
 Oceano fluit, et in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit,  
 quod inde Magnum appellatur, quia caetera maria in comparatione e-  
 ius minora sunt. Graeci quoque ἀλα δία ex magnitudine vocant. Men-  
 tula habet iusta triginta iugera prati, quadraginta arui: caetera sunt  
 30 maria Catull. 116 *pr.* *vid.* Scalig. h. l. Rigalt. ad Onofand. Strateg. p. 4.  
 Verbo Maria, à infinitae opes. Plaut. Afin. 1, 2, 8 Nam mare, haud  
 est mare, vos mare Acerrimum. *de meretricibus.* Mare, terra, cae-  
 lum, di vestram fidem, fatin' ego oculis plane video? Plaut. Trin. 4,  
 3, 63. Exclamatio est perurbati et perterriti animi. *vid.* p. a. Confun-  
 dere et Miscere. Mari terraque quaerere, i. Ubique. Plaut. Poen.  
 35 Prol. 105. Sic Vatinius Cic. Fam. 5, 9 ad finem, Terra marique con-  
 quirere. Mare, pro Fluuiio. Virg. Aen. 1, 249. Unde per ora no-  
 vem vasto cum murmure montis It mare proruptum. *vid.* Seru.  
 MARINVS, a, um. Adi. [ἀλιος, πελάγιος, ἐπιθαλάσσιος, ἰθαλος,  
 ἀλιτροπος, ἀλιγενής] Quod mare incolit, vel quod ex mari est, vel quod  
 40 trans mare venit. Aestus marini Cic. de Diuin. 2, 34. Aqua Plin.  
 14, 16. Scribon. 43, 160. Conchae Ouid. Met. 15, 264. Di Idem  
 ibid. 13, 564. Echinus Hor. Epod. 5, 27. Fremitus Virg. Georg.  
 2, 160. Humores Cic. de Nat. Deor. 2, 43 c. 16. Lactuca Col. 6, 15, 2.  
 Latex Ouid. ex Pont. 3, 1, 16. Monstra Virg. Aen. 7, 780. Nauis  
 45 Vlpian. in l. 1. §. nauem. D. de exercit. action. Ostreae Plin. 10, 69.  
 Passer, i. trans mare aduectus, i. struthiocamelus, *vid.* Scalig. Lectt. Au-  
 son. 2, 7. Sic Germani feles marinas vocare solent cercopithecus. Ta-  
 les forte Marini Caballiones, Vngues, Caudae, Vuae apud Veget. Mulom.  
 1, 20, 2 itemque stellae et pallae ibid. 4, 12, 3: nisi malumus esse res in  
 50 mari natas, etc. Vitulus Plin. 9, 13. Volucres Ouid. Epist.  
 10, 123.

MARITIMVS, a, um. Adi. [παρθαλάσσιος, παρᾶλιος] Quod  
 mare accolit, vel quod ad mare est, vel quod ad mare fit. Cicer. Att. 2, 16  
 Quod extremum est, te in Arpinati videbimus, et hospitio agresti ac-  
 55 cipiemus, quoniam maritimum hoc contempsisti. Maritimus et Re-  
 motus a mari, contraria. Cic. in Partit. 36. Alpes Plin. 8, 39. Bella  
 Idem pro L. Manil. c. 19. Custodiae Caes. Bell. C. 3, 17. Domus  
 Liu. 27, 31. Fluctus Nep. 25, 6, 1. Cic. Verr. 5, 68 c. 27. Ta-  
 men Homines maritimos non plane reformidat. Imperium Nep.  
 60 3, 2, 2. Moribus maritimi officium experitur, etc. Plaut. Cist. 2, 1, 11.  
 i. Periculum de me facit eiusmodi, cuiusmodi quum mare iactatur variis  
 fluctibus. Officium Caes. Bell. Gall. 3, 5. Oppida Id. Bell. Ciu. 3, 5.  
 Ora Cicer. Tusc. 5, 40 c. 14. Praedo Nep. 2, 2, 3. Praelium  
 Gell. 5, 6. Vita Plaut. Bacchid. 2, 3, 108. Maritimum, quod ma-  
 65 ris est. Plaut. Rud. Prol. 69 Fluctus maritimos. Cicer. Tusc. 5, 40  
 Quod multas naues in omnem oram maritimam dimisisset, etc. Idem  
 de Natur. Deor. 2, 132 Aestus maritimi multum accedentes et re-  
 cedentes.

MARIPLACIDAE, arum. f. Plur. Naues quibus non nisi mari  
 70 placido et tranquillo vebi licebat, ap. Gell. 10, 25.

MAREOTIS, idis. [Μαρεωτης] Lacus in Aegypto Straboni. Plin.  
 14, 3 etiam ait Mareotida partem Libyae Aegypto conterminam appel-  
 lari, et Mareotas, Populos in ea habitantes. Ab hac Mareotides vites  
 distae sunt. Virg. Georg. 2, 91 Sunt Thasiae vites, sunt et Mareotides  
 75 albae. Aegypto tribuit Seruius, et asserit Cerda. Hinc

MAREOTICVS, a, um. Adi. [Μαρεωτικός] Vites Mareoti-  
 cae Columel. 3, 2, 24 ubi perperam inter Graeculas refert, nisi tamen  
 nomine patriae seruato in Graeciam translatae sunt. Caeterum Vites Ma-  
 reotidas et Vinum Mareoticum Aegypto vindicat Vlit. ad Grat. 313  
 80 contra Barthium, qui ipse retractasse videtur ad Stat. Silu. 3, 2, 24. Ma-  
 reoticum, absolute, pro Vino quod ad Mareotidem Aegypti paludem nasci-  
 tur. Hor. Carm. 1, 37, 14 Mentemque lymphatam, Mareotico.

MARGA, ae. f. [μάργα] Genus terrae in modum cretae albae,  
 qua vtuntur ad agros stercorandos. *vid.* Plin. 17, 6.

MARGARIDES. [μαργαρίδες] Palmae f. Daelyli, a marga-  
 ritis nomen accepere, quoniam et breues, et candidae. et rotundae  
 sunt, acinis quam balanis similiores Plin. 13, 4 f. 9.

MARGARITA, ae. [Μαργαρίτης] Vnio alias dicitur. Plin. 9, 35  
 Principium ergo, culmenque omnium rerum pretii margaritae tenent.  
 90 Ibid. 8 Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, laeuore, pondere,  
 haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiscreti; vn-  
 de nomen vnionum Romanae scilicet imposuere deliciae. Plura ibidem:  
 est enim locus classicus. Margaritae, videntur differre a Gemmis ob ver-  
 ba Ciceronis in Verr. 4, 1 Neque vllam gemmam, aut margaritam fuisse.  
 95 Et sane toto genere distant, nisi quod ambae res pretiosae. Margaritas  
 inter ornamenta muliebria ponit Iurisconsult. in l. argumento. §. or-  
 namentorum. D. de aur. et arg. leg. Ornatus margaritarum insignis  
 Cic. in Orat. 78. Imperito nonnunquam concha videtur margarita,  
 vt amethystus, smaragdus Varro ap. Non. 3, 138.

MARGARITVM, i. n. [μαργαρίτης] Idem. Tiberinum mar-  
 garitum Maecenas dicitur ab Augusto ap. Macrobi. Sat. 2, 4. Tacit. de  
 vita Iulii Agric. 12, 9 Fere Britannia auro et argentum et alia me-  
 tallata gignit, et Oceanus margarita, sed suffusa et liuentia. Add. Maecenas  
 105 ap. Sueton. in Vita Horatii. Charis. 1 p. 42 extr. Magarita an  
 Margaritum dicendum sit, quaeritur: et ferunt peritiores huius conchae,  
 ipsa

ipsum corpus, quo plena est, animale esse, et ideo — feminino genere *margaritam* proferendum, quemadmodum ostream. Ego de *margarita* contra sentio. Non enim ipsa caro, qua concha praegnans, *margaritum* est, sed dicitur illi inesse calculus hic, quem nos *margaritum* vocamus: sicut in cerebris piscium lapilli quidam sunt — longue suavius — *margaritum* neutrali genere dicitur. Sed p. 83 extr. *Margarita* feminini generis est, quia Graeca nomina in *η* terminata in *a* transeunt, et sunt feminina, ut *μαργαριτης* haec charta, *δ μαργαριτης* *margarita*. Ergo neutraliter hoc *margaritum* dicere vitiosum est, et tamen multi dixerunt, ut Valgius in Epigrammate *Situ rugosa rotunda margarita*. Et Varro epistolarum 8 *Margaritum unum, margarita plura*. Sed idem Varro et alii plures *Margarita* feminine dixerunt, in genitio tamen plurali non nisi feminino genere *margaritarum*.

**MARGARITARIUS**, i. m. *Negotiator margaritarum*. Apud Firmicum 4, 6 Erunt, inquit, aut tinctorum, aut margaritarii. **MARGARITARIO DE SACRA VIA** Reines. Inscr. no cl. II p. 617 Porticus *margaritaria* Aur. Victor. de Regionib. Urbis Rom. reg. 8.

**MARGARITATUS**, a, um. Adi. *Vitta margaritato flexilis arte signa fortunat*. Carm. 7.

**MARGARITIFER**, era, erum. Adi. [*μαργαριτοφόρος*] *Ferens margaritas*. Plin. 32, II Concharum genera inter quae et *margaritifera cochleae*.

**MARGELLA**, ae. f. *μαργάλλον* Gloss. Gr. Lat.

**MARGO**, inis. c. [*μαργαρον, λωμω*] *Extrema ora et circumscriptio rerum, quae illam continet*. Ouid. Met. 1, 14 Longo margine terrarum brachia porrexit Amphitrite. Iuven. Sat. 1, 4 Plena iam margine libri. Sic quoque feminino genere adhibuit Aem. Macer, prout citat Sosip. Charisius l. 1 p. 49. et Rabirius summa cum margine colles. Extremo in margine rasa litera Ouid. Amor. 1, 11, 12. Margo conchae Plin. 9, 33. Testudinis Idem 9, 10. Fluminis Varr. de R. R. 3, 5. Gramineus margo fontis Ouid. Met. 3, 162. Primus Curt. 7, 9, 5. Ripae Ouid. Met. 1, 729. Terrarum Idem ibidem 1, 14. Margines imperii Plin. 12, 20. Continere marginibus fulcorum utrinque Quintil. 1, 1, 27.

**MARGINO**, are. Liu. 41, 27 Censores vias sternendas silice in vrbe, glareae extra urbem substernendas marginandasque primi omnium locauerunt.

**MARGINATUS**, a, um. Adi. *Marginata tabula, quae marginem habet* Plin. 35, 12. Signa limbis marginata puniceis Sidon. Ep. 4, 20.

**MARGOPOLIS**. *Titulus erat Satirae Varronis, insaniam ex professo ciuitatis in comitiis et magistratibus furentis, et honorum studio et ambitione luxuriae et ingluuie perditae et insaniae, acerrime notans. Ex ea citantur nonnulla in quibusdam auctoribus. Annotauit Turneb.*

**MARIA**. [*Μαρία*] *Nomen Virginis Deiparae, aliis deinde feminis boni omnis causa tributum, ut sponsae Honorii, de qua Claud. de Nupt. Hon. II iam munera nuptiae Praeparat, et pulchros, Mariae sed luce minores Eligit ornatus. Traclauit nempe, quasi e gente Maria deriuatum nomen esset. Caeterum pro Deipara virgine vult Valla Mariam nominatio casu legi, quemadmodum Abraham, indeclinabile, et accentu in ultima. Sic certe Graeci N. T. scriptores. Sed alii non seruarunt.*

**MARIANDYNI**. [*Μαριανδύνοι*] *Bithyniae populi iuxta Pontum*. Valer. Argon. 4, 171 Et Mariandynum patrias penetrauit ad vrbes.

**MARIANVS**, a, um. Adi. a Mario, vid. **MARIVS**.

**MARICA**. [*Μαρινα*] *Dea est litoris Minturnensium*. Hor. Carm. 3, 17, 7

Qui Formiarum moenia dicitur  
Princeps, et innantem Maricae,  
Litoribus tenuisse Lirim.

Virg. Aen. 7, 47 Hunc Fauno, et Nympha genitum Laurente Marica Accipimus. Ea Circe erat, interprete Lactantio 1, 21 cuius verba sunt, 60 Nam et Romulus post mortem Quirinus dictus est, Leda Nemesis, et Circe Marica.

**MARINVS**. Adi. vid. **MARE**.

**MARIO**, onis. m. *Piscis in Danubio, porculo marino similis* Plin. 9, 15.

**MARISCA**, ae. f. [*μαρισκον ακυισον*] *Ficus insipida dicitur*. Plin. 15, 18 Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito ex Caton. 8, 1. Claud. Conf. Prob. 259 Flauaeque tenens querceta mariscae Liris. Mariscas quidam dicunt esse Ficus, quae prae pinguedine aperuntur, semenque ostentant. Columel. 10, 415 Purpureaeque chelidoniae, pinguesque mariscae. Martial. 11, 19 in descriptione ruris nimis parui, in quo Non boletus hiare, non mariscae Ridere, aut violae patere possunt. Fatuae mariscae Martial. 7, 24.

[*μαρισκον*] *Genus morbi, ad similitudinem fici, vid. FICVS*. Iuven. Sat. 2, 13 Caeduntur tumidae, medico ridente, mariscae.

**MARISCVM**, i. n. vel **MARISCVS**, i. m. *Genus iunci*. Plin. 21, 18. (17)

**MARITIMVS**, vid. **MARE**.

**MARITVS**, i. m. [*μαρτης, ακοιτης, γαμετης, παρις*] *Vxoris vir, sic tamen, ut ad animalia etiam pertineat*. Plaut. Caf. 5, 4, 5 Quid agis tu marite, mi vir? etc. Maritus, de gallinaceo, Columel. 8, 5 Rarior est in his auibus maritis bonitas. Plin. 10, 55 l. 76 Traduntur mortua gallina mariti earum visi succedentes inuicem, et reliqua fetae more facientes, abstinentesque se a cantu. Votis nuptialibus pacto iugali destinatus, tabulis etiam maritus nuncupatus Apul. Met. 85

4. Cic. de Inuent. 1, 52 Multo maxime requiretis, et tu ut maritus sis quam optimae mulieris, et haec ut quam optimo viro nupta sit. Ignara puella mariti, *Virgo* Hor. Epist. 2, 1, 132. Pecoris lanigeri maritus Martial. 9, 73. Sororis maritus Cic. pro Rabir. 8. Iura violata mariti Ouid. de Arte Am. 2, 381. Virg. Georg. 3, 125 Quem legere ducem, et pecori dixere maritum, i. *taurum*. Durus Ouid. Epist. 4, 141. Iuuenis Hor. Carm. 3, 11, 37. Plaut. Caf. 4, 2, 4 Nouum maritum hinc, et nouam nuptam volo rus prosequi. Olens maritus caper Hor. Od. 1, 17, 7. Martial. 14, 140. Vid. **VXOR**. Proteruus Hor. Carm. 3, 11, 12. Turpis coniuge barbara Idem ibidem 3, 5, 6. Captare maritos Catul. 59, 55. Colere maritum Martial. 7, 22. Somno maritorum insidiari Cic. in Catil. 1, 26. Sparge, marite, nuces Virg. Ecl. 8, 30. Maritum esse vel fieri Plaut. Caf. 2, 4, 11. Plin. Epist. 7, 24 Intra quartum et viceimum annum maritus; et si deus aduisset, pater.

**MARITA**, ae. f. *Vxor*. Ouid. Epist. 12, 175 Forfitan et stultae dum te iactare maritae Quaeris. Hor. Epod. 8, 13 Nec si marita quae rotundioribus Onusta baccis ambulet. Ouid. Fast. 2, 139 Tu rapis; hic castas duce se iubet esse maritas.

**MARITVS**, a, um. Adi. Ouid. Epist. 4, 134 Iupiter esse pium

- statuit, quodcumque iuuaret, Et fas omne facit fratre marita foror.  
 Maritae arbores dicuntur, Ad quas vites aut alia id genus applicantur,  
 quasque suis claviculis complectuntur, Plin. 14, 1. Columel. 11, 25, 32  
 Vel si quae in agris aut vepribus singulares maritae a putatoribus reli-  
 5 ctae sunt. Arbores bene maritae Cato 32, 2. Maritum oliuetum  
 Columel. 3, 11, 3. Vitis vltimo coniuncta marito Catul. 60, 54. Liu.  
 27, 31 Vagabatur enim cum vno aut altero comite per maritas domos  
 dies noctesque, i. Per domos maritorum adulterium committebat cum ma-  
 ritis vxoribus. Faces maritae Ouid. Epist. 11, 101. Fides Propert.  
 10 4, 3, 11. Foedus Ouid. ex Pont. 3, 1, 73. b. e. Maritale. Lex mari-  
 ta Hor. Carm. Saec. 20. est lex Iulia de maritandis ordinibus. Plaut.  
 Epid. 2, 1, 11 Pulchra edepol dos pecunia est. P. quae quidem edepol  
 est non marita. Quasi dicat, Fatcor, pecuniam esse pulchram dotem; sed  
 eam pecuniam, quae non sit vxori coniuncta; id est, dummodo extra matri-  
 15 monium habeatur. Fratre marita Soror Ouid. Her. 4, 134. i. Iuno.  
 MARITE, Adu. Allatum ex A. Peruigili Ven. v. 26. Sed omnia  
 ibi corrupta, confusa, obscura.  
 MARITO, are. [συνοικίζω] Locare in matrimonium. Suet. Vesp.  
 c. 14 Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritauit, dotauique  
 20 etiam, et instruxit. Tacit. Ann. 12, 6 Capto rursus initio, quando  
 maritandum principem cuncti suaderent, deligi oportere feminam no-  
 bilitate, puerperiis, sanctimonia insignem. Inde Lex Iulia de mari-  
 tandis ordinibus Suet. Augusto c. 33. v. b. l. Interpp. ¶ 2  
 Metaph. Maritare, de arboribus etiam dicitur, et vitibus. Columel. 4,  
 25 22 Qui possint vel sua maritare statumina; vel si qua sunt vidua, in  
 propinquo propaginibus vestire. Idem 5, 6 Si teneram vltimum ma-  
 ritaueris, nouam sufferet; si vetustam vitem applicueris, coniugem  
 necabit. Conf. Id. 5, 5. Hor. Epod. 2, 10 Ergo aut adulta vitium  
 propagine Altas maritat populos, etc. Maritari etiam dicuntur can-  
 30 nes. Varr. de R. R. 2, 9 Tum enim dicuntur catulire, id est ostende-  
 re se velle maritari. Maritari, Praegnantem fieri. Solin. c. 36 In  
 proximis Vlyssipponis equae lasciuunt mira foecunditate, Nam spi-  
 rante Fauonio vento concipiunt, et sitientes viros aurarum spiritu  
 maritantur.  
 35 MARITATVS, a, um. Lamech duabus vxoribus maritatus Ter-  
 tull. de Monogam. c. 4. Maritatus aer igne Fulgent. Myth. 1.  
 MARITALIS, e. Adi. [γαμητικός] Columel. 12 prooemio Mari-  
 tale coniugium. Iuuen. Sat. 6, 43 Stulta maritali iam porrigit ora capi-  
 stro. Vestis Ouid. de Arte Am. 2, 258.  
 40 MARIA, Gens Plebein Romae fuit, ex qua C. Marius Cimbrorum vi-  
 ctor, septies Consul, municeps Ciceronis, nempe Arpinas, cuius vitam habemus  
 a Plutarcho, popularis i. plebis fautor, contra Sullam nobilitatis patro-  
 num, crudelitate et caedibus certauit etc. Virg. Georg. 2, 169 Volsco-  
 que verutos Extulit; haec Decios, Marios, magnosque Camillos.  
 45 MARIANVS, a, um. Adi. [Μαριανός] Cic. de Lege Agrar. 3, 7  
 Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rap-  
 pit? i. qui vult popularis videri, et nos, ut optimates, exosos reddere.  
 Propert. 3, 3, 43 Marianum signum. Muli Mariani, vid. MVLVS.  
 Fossae Plin. 3, 6. Colonia Corsicae Idem 3, 6. Quercus vid. Cic.  
 50 de Legib. 1, 2.  
 MARMARICA, [Μαμαρική] Regio Aegypto et Libyae vicina, au-  
 store Ptolem. 4, 5. Sil. 3, 687 Marmaricis ales populis responfa  
 canebat.  
 55 MARMARIDAE, [Μαμαριδαί] Teste Plinio 5, 5 Populi sunt  
 Africae, Aegypto contermini, qui et vsque ad maiores Syrtes proten-  
 duntur. Solino, Populi sunt supra Garamantes contra noxium vi-  
 rus incredibili corporis firmitate muniti: Pphylli dicti, quia nimio ca-  
 lore solis nudi incedunt, vid. PSYLLI. Phalanx Marmaridum Sil.  
 5, 184. Marmaridae Pphylli Lucan. 9, 893. Marmaridae medicum  
 60 vulgus Sil. 3, 300.  
 MARMARITIS, idis. f. [μαμαριτικός] Herba, de qua Plin. 24,  
 17 Aglaophotin herbam, quae admiratione hominum propter eximium  
 colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiae nascentem, Persico  
 latere. Qua de causa et marmaritin vocari. Magos utique ea vti,  
 65 quum velint deos euocare.  
 MARMESSVS pro Marte, quem hic posuerant Mamertus  
 est. v. v.  
 MARMOR, oris. n. [μαρμαρόν] Genus lapidis, cuius diuersae sunt  
 species. Vid. Plin. 36, 1 sq. bona enim pars libri marmoris et operum ex  
 70 eo contemplationi impenditur. Marmoris nomen hinc ductum est, quod  
 politum nitet μαρμαίρω, id est resplendet, splendet; hinc μαρμαρόν, id est  
 marmor. Variarum specierum nomina habentur ap. Sidon. Epist. c. 2  
 Iam si marmora inquiras, non illic quidem Paros, Carystos, Proconis-  
 fos, Phryges, Numidae, Spartiatae, rupium variatarum posuere cru-  
 75 stas: neque per scopulos Aethiopicos, et abrupta purpurea gemino fu-  
 cata conchylio sparsum mihi saxa fursurem mentiuntur. Nitore mar-  
 morum, vid. NITEO. Templum de marmore Virg. Aen. 4, 457.  
 Candens marmor Lucret. 2, 766. Deformata prima manu Quinctil.  
 2, 19. Incisa notis Hor. Carm. 4, 8, 13. Laeue Virg. Ecl. 7, 31.  
 80 Mygdonium Ouid. Epist. 15, 142. Numidicum, vid. NUMIDIA.  
 Parium marmor malleum rude Quinctil. 2, 19. Solido de marmore  
 templa Virg. Aen. 6, 69. Cic. pro Arch. 22 c. 9 de Ennio, Itaque  
 etiam in sepulcro Scipionum putaturis esse constitutus e marmore.  
 Non in omni marmore necesse est inesse Praxitelia capita Cic. de Di-  
 85 vin. 2, 48. Expolire marmor Quinctil. 2, 19. Incidere in marmor,  
 vid. INCIDO. Nobilitatus marmore Praxiteles, vid. NOBILIS.  
 Simulacrum e marmore Cic. pro Domo III c. 43. Secare marmora  
 Hor. Carm. 2, 18, 17. Marmor pro Aequor posuerunt Poetae. Vid.  
 Virg. Aen. 7, 28. Conf. Burm. ad Nemes. Cyneg. v. 276. Marmo-  
 90 rem dixit Plin. Valer. 3, 14.  
 MARMOREVS, a, um. Adi. [μαρμαρινός] Quod ex marmore est,  
 vel marmoris candore, duritie, splendore simile. Plin. 31, 2 Varro au-  
 ctor est, Titium quandam Praetura functum, marmoris signi faciem  
 habuisse propter id vitium, de vitiligine loquitur. Aequor marmo-  
 95 reum Virg. Aen. 6, 729. politum, resplendens. Candor Lucret. 2, 764.  
 Ceruix Virg. Georg. 4, 523. Collum Ouid. Fast. 4, 135. Colu-  
 mnae Cic. pro Domo 62 c. 24. Domus Tibul. 3, 2, 22. Gelu Ouid.  
 Fast. 4, 918. Opus Idem Met. 4, 674. Palmae Idem ibidem 3, 481.  
 Pauimenta Cic. de Legib. 2. Pedes Ouid. Amor. 2, 11, 15. Pol-  
 100 lex Idem Met. 13, 746. Signum Cic. Verr. 4, 1. Sola Cic. in Pa-  
 rad. 6. Tecta Idem ibid. 1.  
 MARMORO, are. Marmore incrustare. Lamprid. Alexandr. c.  
 25. et Inscript. apud Gruter. p. 129. Hinc  
 MARMORATVS, a, um. Partic. [μαρμαρωτός] Quod superficiem  
 105 tantum ex marmore habet. Varr. de R. R. 1, 57 Parietes et solum ope-  
 re te-



re testorio marmorato loricandi. Laudes marmoratae Cic. pro Arch. c. 9. aliquando legebatur, nunc aliter. Stat. Silu. 4, 3, 96 Pariterque se leuarat Ingenti plaga marmorata dorso. Add. Petron. c. 77. Marmoratum, substantius dixit Varr. de R. R. 3, 7 pro opere s. testorio, quod est ex marmore, luto, et calce factum; Intrinsecus quam laeuissimo marmorato, toti parietes ac camerae oblinuntur, et extrinsecus, circum fenestras, ne mus aut lacerta qua adrepere ad columbaria possit. Et Plin. 36, 23 Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohaereat. Sic Arenatum.

**MARMORATIO**, ōnis. f. [μαρμαρῶσις] Ex marmore constructio. Apul. Flor. 4 p. 359 *Elmenb.* Quid igitur superest ad statuae meae honorem? pauimenti marmoratio, nec proscenii contabulatio, etc.

**MARMORŌSVS**, a, um. *Aliud* Adi. [μαρμαρῶδης] Quod marmoram formam vel duritiem habet. Plin. 35, 6 Fit et Romae cremato file marmoroso et restincto aceto.

**MARMORARIVS**, a, um. *Adi.* Sen. Epist. 90 Possē nos habitare sine marmorario fabro.

**MARMORARIVS**, i. m. [μαρμαροποιός, ἐγαλματολόφος] Gloss. Lat. Gr.] Qui marmora vel secas vel polit. **SEMPRONIO FELICI**

**MARMORARIO** Inscript. Grut. p. 640. n. 6. Senec. Epist. 89 Non enim adducor, vt in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quam statuarios, marmorarios, aut caeteros luxuriae ministros. Firmic. 8, 19. Plin. 36, 5.

**MARNAS**, Iupiter dictus, et hoc nomine Gazae cultus fuit: quae vox Cretenfibus indicat Virginem. Hieronym. Gazae Marnas luget inclusus. Meminit idem auctor in Enarrationibus in Esaiam.

**MARO**. [Μάρων] Cognomen Poetae principis P. Virgilii. Altisoni Maronis carmina Iuuen. Sat. 11, 178. Toruus Maro Stat. Silu. 5, 3, 63.

¶ 2 Maro, item Optimus vinitor fuit, comes expeditionum Osiridis, quem aetate prouectum, vt Diodor. scribit, in Thracia reliquit, Maroneaeque conditor urbis fuit. De hoc forsitan intelligi possit illud Propertii 2, 30, 28 Flumina sopito quaeque Marone cadunt. Sic Turn. sed Scaliger et Brouckb. malunt intelligere Maronem Peloponesi fluium.

**MARONĒVS**, a, um. *Adi.* [Μαρωνεύσις] A Marone. Stat. Silu. 4, 4, 54

Vbi Ausonio se condidit hospita portu  
Parthenope, tenues ignauo pollice chordas,  
Pulso, Maroneique sedens in margine templi  
Summo animum, et magni tumulis accento magistri.

**MARONĒA**. [Μαρωνεία] Ciconum urbs vino laudata: cuius meminit Homerus. Hinc

**MARONEVS**, a, um. *Adi.* Maroneus Bacchus, i. Vinum ex Maronea urbe. Tibull. 4, 1, 57. Adde Plin. 14, 4.

**MARONION**, i. n. Herba, al. centauria maior, apud Apul. 45 de Herb. c. 34.

**MARPESVS**. [Μάρπησσα] Mons in Paro insula, a quo Marpesiam cauem, id est lapidem Parium, dixit Virg. Aen. 6, 471. Seru.

**MARRA**. Instrumentum ferreum ad excidendas herbas. Columel. 10, 72 Tu penitus marris eradere viscera matris Ne dubita. Iuuen. 50 Sat. 3, 311 Ne marrae et sarcula desint. Plin. 18, 16 f. 43. it. 17, 21 f. 35 n. 4. et h. l. Harduin. Vid. etiam Plin. 9, 15 f. 17 no. mai. 27. ex emendatione Harduini.

**MARRVBII**, s. **MARRVVII**. Populi Italiae, circa Fucinum lacum habitantes. Virg. Aen. 7, 750 Quin et Marrubia venit de gente sacerdos.

**MARRVBIVM**, i. n. [μάριον] Plin. 20, 22 Marrubium plerique inter primas herbas commendauere, quod Graeci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli philopeda aut philochares, notius quam vt indicandum sit. Huius folia semenque contrita profunt contra serpentes, pectorum et lateris dolores, tussim veterem. Vid. Scribon. 100. Tenue 167.

**MARRVCĪNI**. [Μαρκυνοί] Populi, quorum meminit Plin. 15, 19. Graecis simplici R scribitur. Domus Marrucina Sil. 17, 454. Gens Marrucina Sil. 15, 564. Montes Stat. Silu. 4, 4, 86. Pubes Sil. 8, 521.

**MARS**, Martis. m. [Ἄρης, Ἐνθάλιος] Deus belli: dictus quod maribus in bello praesit Varr. L. L. 4, 10. siue quod a Sabinis acceptus est, apud quos Mamers vocatur: a Poëtis Mauors, quasi qui magna vertat, per epenthesim dicitur. Triumphum Martis ita describit Claudian. Stilic. 2, 367

Talis ab Istro

Vel Scythico victor rediens Gradius ab axe  
Deposito mitis clypeo, candentibus vrbein  
Ingreditur trabeatus equis: Spatiofa Quirinus (diuersus ergo hic)  
Frena regit, currumque patris Bellona, cruentam  
Ditibus exuuiis tendens ad sidera quercun  
Praecedit, lictorque Metus cum fratre Pauore  
Barbara ferratis innectunt colla catenis  
Velati galeas lauro: propiusque iugales  
Formido ingentem vibrat succincta securim.

Arma horrentia Martis Virg. Aen. 1, 4. Opus graue Martis Idem ibid. 8, 516. Belliger Senec. Hippol. f. 6. Dubius mediis Mars errat in armis Virg. Georg. 2, 283. Duri Martis arma Virg. Ecl. 10, 44. Gradius, vid. h. v. Indomitus Virg. Aen. 2, 440. Cui Mars Iratus est Plaut. Poen. 3, 3, 32. Virg. Aen. 12, 187 Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem. Mars illorum esse videtur, quibus fauet, qui victoriam obtinent, vt e contrario non videtur esse illorum, quibus aduersatur, quique vincuntur. Sensus igitur est huius carminis, Si Mars nobis fauerit, victoriamque dederit. Haec ideo adscripsi, quod non satis accommodate explicata a Seruio viderem. Turnebus. Toruus Hor. Carm. 1, 28, 17.

¶ 2 Metonymia sollempni ponitur Mars, pro ipso Bello. Quintil. 8, 6 Vario Marte pugnatum, eruditus est sermo. Amantes Martis Iberi Sil. 16, 106. Rigidi certamina Martis Ouid. Met. 8, 20. Aeque Marte contendere Curt. 4, 1, 8. Anceps Mars Liu. 1. Aperti copia Martis nulla fuit Ouid. Met. 13, 208. Caeco Marte resistunt Virg. Aen. 2, 335. Cruentus Hor. Carm. 2, 14, 13. Plus quam Dubio marte Vell. 2, 55, 3. Ouid. Met. 13, 11 Quantumque ego Marte Feroci Inque acie valeo, tantum valet iste loquendo. Impius Virg. Georg. 1, 511. Tacit. Hist. 4, 35 Pugnatum longo agmine, et Incerto Marte, donec praelium nox dirimeret. Sanguineus Ouid. Rem. Amor. 153. Accendere Martem cantu Virg. Aen. 6, 165. tuba animare milites ad pugnam. Acuere Martem. vid. ACVO. Cadere suo Marte Ouid. Met. 3, 123. Inuadunt Martem clypeis, atque aere sonoro Virg. Aen. 12, 712. Insano Marte petere vrbein Claud. 107

- de Bell. Get. 507. Collato Marte, et eminus pugnare, *vid.* EMINVS. Cassius fortibus sane oculis, Martem Spirare diceret Cic. Att. 15, 11 *pr.* Tentare nouum Martem Sil. 15, 360. Mars communis: *Hoc dicto, Incertum ac varium belli euentum notabant veteres:*
- 5 Cic. Philipp. 10, 20 c. 10 *pr.* Sed vt concedam incertos exitus esse belli, Martem communem: tamen pro libertate, vitae periculo decernendum. *Add.* Id. Fam. 6, 4. Nostro Marte rem aliquam peragere dicimur, quoties nostropote ingenio, propriisque viribus, aut etiam nostro periculo eam rem peragimus. Cic. Off. 3, 34 c. 7 Hanc igitur partem
- 10 reliquam explebimus, nullis adminiculis, sed vt dicitur, nostro Marte. Rex Suo marte res suas recuperauit Cic. Phil. 2 c. 37. Eques suo marte pugnare Liu. 3, 62 *extr.* dicitur, quum ex equo praeliatur alieno, quum pedibus. Forensis Mars, Eloquentia Ouid. ex Pont. 4, 6, 29.
- ¶ 3 Stella Martis quatuor et viginti mensibus, sex diebus minus, lustrat orbem Cic. de Nat. Deor. 2, 54 c. 20. Rapax Propert. 4, 1, 83. De stella Martis.
- ¶ 4 Mars Siluanus, cultus olim et celebratus fuit a rusticis. Cato R. R. c. 83 Marti Siluano in silua interdus.
- ¶ 5 In MSS. confundi solere Mars et Mors, obseruat Drakenb. ad Sil. 4, 228. et 10, 474.
- 20 MARTIVS, a, um. Adi. [*Ἄρσιος, Ἀρσιος*] Ad Martem pertinens: Martia auis, Marti dicata Ouid. Fast. 3, 37. Anguis Ouid. Met. 3, 32. quem Cadmus interemit. Bella Ouid. Fast. 3, 232. Calendae Cic. Att. 4, 5. Conf. Interpp. Horat. Od. 3, 1, 11. Brouckhus. ad Tib. 3, 1. Campus, *vid.* b. v. n. 2. Canor Martius rauci aeris
- 25 Virg. Georg. 4, 71. Castra Tibull. 1, 2, 70. Certamen Hor. Carn. 4, 14, 17. Horror Claud. de Rapt. Proserp. 2, 147. Cic. Philipp. 4, 5. Quid Legio Martia, quae mihi videtur diuinitus ab eo deo traxisse nomen, a quo Pop. Romanum generatum accepimus, etc. Miles Ouid. Met. 14. 798. Vulnura Virg. Aen. 7, 182.
- ¶ 2 Martius mensis [*Μάρσιος*] dicitur est primus mensis anni: quoniam Romulus primum anni mensem genitori suo dicauit. *vid.* Fest. Ouid. Fast. 3, 75 A te principium Romano dicimus anno. Plin. 11, 3 Differantur in Martium mensem callosae. Idus Martiae Cic. Phil. 2 c. 36 et 37.
- 35 MARTICOLA, ae. f. [*Ἀρσιόσθη*] Qui Martem colit. Ouid. Trist. 5, 3, 22 Nec patria est habitata tibi, sed adusque niuosum Strymona venisti, Marticolamque Geten.
- MARTIGENA, ae. [*Ἀρσιγενής*] Qui est ex Marte natus. Ouid. Amor. 4, 39 In qua Martigende non sunt sine crinine nati, Romulus Iliades, Iliadesque Remus. Quirinus Martigena Ouid. Fast.
- 40 1, 199. *vid.* Plaut. Amphit. 4, 3, 14.
- MARTIALIS, e. Adi. [*Ἀρσιος*] Qui Marti seruit, vel adscriptus est. Cic. pro A. Cluent. 43 c. 15 *pr.* Martiales quidam Larini appellabantur ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatum consecrati. Flamen Martialis Idem de
- 45 Arusp. Resp. 12. Lupi Martiales Hor. Carm. 1, 17, 9. ¶ 2 Est et proprium nomen, s. cognomen Valerii illius, cuius habemus Epigrammata.
- MARTICULTOR, oris. m. Qui martem colit. Inscript. vet. apud Guter. 55, 10.
- 50 MARSVS. Circes filius, a quo MARSII, quibus vi quadam gentili datum est, vt serpentium virulentorum domitores sint: et incantationibus, herbarumque succis faciant medelarum miracula. Refert Gell. 16, 11. Adde Sil. Ital. 8, 496. Plin. 26, 4. 28, 2 et 3. Arnob. 2 p. 66. Cic. pro Domo 116 Qui in Marsis natus est, etc. Plin.
- 55 7, 2. Et in Prooem. 25.
- MARSVS, a, um. Adi. [*Μαρσίδης*] Naenia Marfa Hor. Epod. 17, 29. Carmen magicum: vt et Cantus Marfi Ouid. de Medic. faciei 39. Horat. Carm. 3, 14, 18 Et cadum Marfi memorem Duelli, i. tempore belli Marsici diffusum. Montes Colum. 6, 5, 3. Niues Sat. Silu. 11,
- 60 4, 26. Voces Hor. Epod. 5, 76. magicae.
- MARSICVS, a, um. Aliud Adi. [*Μαρσίδης*] Cic. de Lege Agr. 2, 89 Multae in hae Reipub. seditiones domesticae, quas praetermitto, bella cum focis, Fregellanum, Marsicum; quibus omnibus, etc. Marsica vina, et Marsica cepa Columel. 12, 10, 1. Et 2, 9, 8 Marsicae fabae.
- 65 MARSPEDIS, siue sine R litera, MASPEDIS, quid significet ne Messalla quidem augur in explicatione auguriorum reperire se potuisse ait, apud Festum. Sed Scaligerum si audimus, Marspiter est, de quo statim.
- 70 MARSPI TER. [*Ἄρσις πατήρ*] Mars pater; sicut Iouis pater i. Iupiter, Ianus pater, etc. teste Gell. 5, 12. Marspiteris Varr. L. L. 8, 46. Mars pater Catoni 141, 2. idem est, qui Mars Siluanus Ibid. 83. *vid.* Scalig. ad Festum, voce Marspedis.
- MARSPIVM, i. n. [*μαρσπίον*] Sacculus numarius; hoc est in
- 75 quo numi reconduntur. Ex quo perspicuum est, maiorem curam habere nos Marsupii, quam vitae nostrae Non. 2, 563. ex Varronis Caton. Plaut. Epid. 2, 2, 2 Acutum cultrum habeo, qui seni exenterem marsupium. Varr. de R. R. 3, 17 Magis ad oculos pertinent, quam ad vesicam; et potius marsupium domini exinaniunt, quam replent. Numatum marsupium, *vid.* sub NVMVS. Inspicere marsupium, *vid.*
- 80 INSPICIO.
- MARSYAS, vel MARSYA, ae. m. [*Μαρσύας*] Phryx tibicen, qui tibiis a Minerua primum inuentis, deinde abiectis, cum Apolline certauit, a quo victus et excoriatus est. Ouid. Fast. 6, 707 Prouocat et Phoebum, Phoebos superante pependit: Caesa recesserunt a cute membra sua. Adde Liu. 38, 13. Fuit eius statua, ubi causae agebantur. Hor. Serm. 1, 6, 120 — non sollicitus mihi quod cras Surgendum sit mane, obeundus Marfya.
- ¶ 2 Fluius Phrygiae Apameam praeterfluens; qui ex Nympharum lacrymis Marfiam desientium creuit, vt est
- 90 apud Ouidium Met. 6, 385 seqq. Huius meminit Claud. in Eutrop. 2, 265 his verbis,
- Icarium pelagus, Mycalaeaque litora iuncti  
Marfya Maeanderque petunt; sed Marfya velox  
Dum suus est, flexuque carens, id flumine missus  
Mollitur, Maeandre, tuo contraria passus,  
95 Quam Rhodano stimulat Arar, quos inter aprica  
Planities, Cererique fauet, densisque ligatur  
Vitibus, et glaucos fructus attollit oliuae. Conf. Curt. 3, 1.
- MARTELLVS, vel MARTEVS, i. m. Malleus. Petron. c.
- 100 57 Martellum de sinu proferens. Alii Martiolun, vel Martulum, vel Marculum, quod probat Pet. Burm.
- MARTES, is. f. Animal e genere mustellino, cuius pellis magno habetur in pretio. Martial. 10, 37 Venator capta marte superbus adest.
- MARTIALIS, MARTIANVS, MARTICOLA, MARTIGENA, MARTIVS, *vid.* MARS.

**MARTIOBARBULI**, *lasciua militari appellati sunt Milites, qui plumbatas gerebant, quae et ipsae etiam nomine Martiobarbuli vocatae per ludam et iocum videntur esse, quod quum pisces in deliciis essent, in quibus numerantur barbi et barbulae, plumbatae, quasi non conuiuii, sed Martis barbi essent et cibi, ioculariter Martiobarbuli dici potuerint. Haec* 5  
*Turn. 24, 11. quae iocularia vocat Scriuerius, et meliora promittit. Veget.* 1, 17 Plumbatarum quoque exercitatio, quas Martiobarbulos vocant, est tradenda iunioribus MSS. *quid. Martiobarbula.*

**MARTIOLVS**, vel **MARTEOLVS**, i. m. *Pro malleolo apud Saresber. 4, 5. Eandem vocem apud Petron. in Fragm. p. 23 legit Rei-* 10  
*nes. quem v. in Not. p. 74. et contra Burm. ad Petron. c. 51. qui pro Mar-*  
*culo propugnat.*

**MARTVLVS**, *A Plin. 7, 56 pro Malleo vsurpatur. vid. Harduin. Sed Marculum defendit Burm. ad Petron. 51. Caper Grammaticus p.* 2246 Martulus, *inquit, a Marte non Marculus.* 15

**MARTISIVM**, i. n. *Escae genus ap. Isidor. 20, 2.*

**MARTYR**, *Yris. c. [μαρτυρ] Latine Testis dicitur. Quo factum est, ut qui sanguinis sui pignore Christo diuinitatis testimonium dederunt, Martyres vocentur. e. g. Prudent. Hymn. Epiphan. v. 125. Augustin.* 20  
*contra Crescon. Gramm. 7, 48. et Epist. 61 et 167.*

**MARTYRIVM**, i. n. *Testimonium. id. supplicium propter fidem irrogatum, apud Patres, ut e. c. Tertull. de Spectac. c. 29. id. Hoc nomen templo, in loco resurrectionis Iesu Christi exstructo, dedit Constantinus: quod deinde etiam aliis templis datum est. Vid. H. Vales. in Epistola Eusebio suo adiecta, Anastas. in Leone, Spalman. in Gloss.* 25

**MARON**. [*μαρον Dioscoridi*] *Herba est surculosa, flore origani, sed odoratiore, foliisque multo candidioribus, quae circa Magnesium et Tralles copiosa gignitur. Plin. quoque 12, 24 In Aegypto marum nascitur, sed peius quam Lydium, maioribus foliis, ac variis. Add. Plin. 13, 1 et 2.* 30

## M A S

**MAS**, *maris. m. [μαρ, ενοχος, ενοχος] Sexus nobilioris nomen, cui contrarium est Femina. Cic. de Nat. Deor. 128 Bestiae aliae ma-* 35  
*res, aliae feminae sunt. Admittere marem, vid. ADMITTO, Mas*  
*omnis Infans occidat Prudent. hymn. Epiphan. v. 101. Intromittere*  
*mares in feminas, vid. INTROMITTO. Mutari in marem, vid.*  
**MVTO.** *Dum dubitat natura marem Faceretne puellam. Fa-* 40  
*ctus es, o pulcher, paene puella, puer Auson. epigr. 101. Parere ma-*  
*rem Ouid. Met. 9, 675. Permittere maribus feminas, vid. PER-*  
**MITTO.** *Vitellus mas Hor. Serm. 2, 4, 14. Conf. Id. Epist. 1,* 1, 63. *Animi mares Hor. de Arte Poët. 402. Nam aliquando ad-*  
*iectiue sumitur pro Virili et forti. Maribus animis et viribus alacri-* 45  
*bus dormientes aggrediamur Apul. de Asino Aureo 3 p. 131 Elmenb.*  
*Mare neutro genere dixit Apul. de Mundo p. 66, 20 Sic mare et femi-*  
*neum secus iunguntur, et diuersus vtriusque sexus ex dissimilibus simi-*  
*le animal facit. Sic Elmenb. ex MSS.*

**MASCVLVS**, i. m. *Dimin. [μασκαριον] inquit Festus. Plaut.* 50  
*Cist. 4, 2, 39 Bona femina, et malus masculus hic te volunt. Liu.* 13, 12 *Incertus masculus an femina esset.*

**MASCVLVS**, a, um. *Adi. [μασκαριος, μαρ] Pro Forti et ve-*  
*hementi aliquando accipitur, ut vult Non. 2, 557 Varro, Si non plus*  
*sticulatorum offenderis, quam in castrato pecore in Apulia, vincor non*  
*esse masculum ad rem. Animum sumere Apul. Met. 6. Perf. Sat.* 55  
*5, 144 Calido sub peccore mascula Bilis Intumuit, quam non extinxe-*  
*rit vrna cicuti. Aerumnas Ingenio masculino sustinere Apul. Met. 6.*  
*Proles Hor. Carm. 3, 6, 73. Hor. Epist. 1, 19, 28 Temperat Archi-*  
*lochi musam pede mascula Sappho. Masculam intelligit, quamuis qui-* 60  
*dam obscenius interpretentur, Quae tam audaci et virili animo fuerit, ut*  
*de Leucade petra praecipitem dare se ausa sit: quod a Papinio in Siluis ita*  
*canitur 5, 3, 155 Saltusque ingressa viriles Non formidata temeraria*  
*Leucade Sappho. Turnebus. Cardo Vitruv. 9, 9. feminae opponitur vel*  
*potius immittitur. Germen Prud. Perist. 10, 1069. Membra Phaed.* 65  
*4, 14, 13. Tus Plin. 12, 14 f. 32 Quod ex eo rotunditate guttae pe-*  
*pendit, masculum vocamus, quum alias non fere mas vocetur, vbi*  
*non sit femina. Masculum aliqui putant a specie testium dictum*  
*Ouid. de Medic. faciei 94. Virg. Ecl. 8, 65. et ibi Cerda. cui placet*  
*Masculum dici, quod alio praestantius. Vititur et Seren. Samon. c. 11* 70  
*v. 165. Et Arnob. 7 p. 234 Non si mille tu pondera masculi tu-*  
*ris incendas.*

**MASCVLINVS**, a, um. *Adi. [μασκαρινος] Idem. Rapum mascu-*  
*linum et femininum Plin. 18, 13. Masculina et feminina vocabula*  
*dici melius est secundum Graecorum quoque consuetudinem, in-*  
*quit Festus.* 75

**MASCVLINE**. *Adu. Charif. Forum neutro genere dicimus lo-*  
*cum rebus agendis destinatum, aut quum commercium significamus.*  
*Masculine autem, tabulata nauium, et semper pluraliter, quamuis Gel-*  
*lius fora nauium neutraliter dixerit: et Lucil. negotiorum forum ma-*  
*sculine extulerit lib. 3. Forus olim ornatus lucernis. Paulo post, Cae-* 80  
*lum quum sit neutrum, etiam masculine veteres dixerunt. Iserum,*  
*Vulgus inuenitur et masculine elatum. Add. Arnob. 1 p. 36.*

**MASCVLINITER**. *Adu. Interp. Irenaei 1, 1.*

**MASCVLINITAS**, *atis. f. Constantin. Afer 6, 1.*

**MASCVLO**, *are. Vnde* 85

**MASCVLATVS**, a, um. *Mercurialis masculata Apul. de*  
*Herb. c. 82.*

**MASCVLOFEMINA**, *ae. f. Interp. Irenaei 1, 1.*

**MASCVLESCO**, *ere. [μασκαρινομαι] Masculum fieri. Plin. 18, 13*  
*de rapis et napsis loquens, Densiore enim satu masculefcere, item in* 90  
*terra difficili.*

**MASCVLETVM**, i. n. [*μασκαλη*] *Locus, in quo plantae vinearum*  
*masculae confitae sunt. Plantae autem masculae sunt, Quae non subigun-*  
*tur, ut palmites alios emittant, sed altius crescunt, et in altum attolli di-*  
*mittuntur. Plin. 17, 22 de vinearum putatione, Nec veterem placet pal-* 95  
*mitem in longum, et ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alii*  
*dracones, alii iuniculos vocant, ut faciant quae masculeta appellant.*

**MASCARPIO**, *onis. m. Idem quod Emasculator. Petron. c. 134.*

**MASCAUDA**, *ae. f. [μασκαυ] Gloss. Lat. Gr.] Id est vas escarium*  
*aut pitorium, dicitur alias Bascauda. Vid. Salmaf. ad Hist. Aug. p. 333-* 100  
*et ad Solin. p. 923.*

**MASAESYLI**, *vid. mox MASSAESYLIA.*

**MASINISSA**. [*Μασανισσας*] *Numidarum rex in Africa, primum*  
*Populi Rom. hostis capitalis fuit: deinde amicissimus effectus, vsque*  
*ad finem vitae perseueravit. De quo multa Liu. 27. Ouid. Fast. 6, 769* 105

Superat Masinissa Syphacem. Masinissa annos nonaginta natus, quum iter ingressus erat, in equum omnino non ascendebat: quum equo, ex equo non descendebat: nullo imbri, nullo frigore adducebatur ut capite operto esset: summa erat in eo corporis siccitas: itaque exsequebatur omnia regis officia et munera Cic. de Senect. 34. Graeci videntur a adhibuisse, quod alluderent ad suam ἀναξ, ἀνάσσει. Sic Massilia *Μασσαλία*.

MASPETVM, i. n. [*μάσπετον*] *Folium laserpitii*. Plin. 19, 3 In ea laserpitium gigni solitum, rem feram ac contumacem: et si coleretur, in deserta fugientem: radice multa, crassaque, caule ferulaceo, haud simili crassitudine. Huius folia maspetum vocabant, apio maxime similia.

MASSA, ae. f. [*μάζα, Φύμα, μάγμα* Gloss. Lat. Gr.] *Farina omnis ad pinsendum macerata, et aqua subacta, unde panis coquitur.* Massa etiam significat, *Quidquid densum spissumue est, ad similitudinem farinae subactae.* Βῶλος ἄργύρεος, ἢ ἄλλης ὕλης Gloss. Lat. Gr. *Eo autem nomine sic dicitur, quod informis moles est, in qua nihil nisi moles et magnitudo spectetur.* Columel. 12, 5 *Quidam ferri massas exurunt: ita ut ignis speciem habeant.* Virg. Georg. 4, 170 *Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis, etc.* Massam picis urbe reportat Virg. Georg. 1, 275. *Ardentis massae fuligo* Iuven. Sat. 10, 130. *Lactis massa coacti* Ouid. Met. 8, 666. *Dura massa et pondus iners* Ouid. de Arte Am. 3, 220. *Nubila, vid. NVBES.* Massa etiam vocatur *Fundus vel certa agri pars, et quaevis Moles densa.* Ammian. 14, 11 *Natus apud Tuscos in massa Veternensi.* Conf. Barth. Aduers. 45, 17. *Fabrett. Inscript. p. 98. Cassiodor. Var. Epist. 9, 3.*

MASSVLA, ae. f. Dim. [*μαζίδιον*] Columel. 12, 38 *Posthaec complures ex ea massulae fiunt, et ita per latera seriae in mustum demittuntur, ne altera offa super alteram perueniat.*

MASSALIS, e. Adi. *Totalis ap.* Tertull. adu. Hermog. c. 30. et adu. Marc. 4, 18. *Hinc MASSALITER.* Adu. Id. Tertull. adu. Valentin. c. 16. et de Fuga in Persecut. c. 13.

MASSO, are. *In massam redigere, Conglobare, condensare.* *Laudatur* Lucret. 1, 666 *Quod si forte vlla credunt ratione potesse Igneis in coetus stringi, massareque corpus, etc.* *Sed probabilius alii Mutare.*

2 Pro *massicare:* *papaueris radix massata* Theod. Prisc. 2, 29. *Add. Idem 1, 8. Graecum est μασσάν.*

MASSAESYLIA. [*Μασσαίωυλια*] *Sive, ut apud Steph. et Strab. legitur, Μαγισυλία unico q, Africae regio, a Mauris Mulucha fluuio (quem Strab. Molochai appellat) dirempta.* Vid. Strabon. 17. et Plin. 5, 2. *Huius regionis populi Massaesyli vocati fuerunt, quos Plinius testatur sua aetate extinctos fuisse.* *De confusione Massylorum et Masaesylorum vid. Drackenb. ad Sil. 16, 171.*

MASSAGETAE. [*Μασσαγέται*] *Populi nobiles Scythiae Asiaticae Orientem versus, trans Araxem.* *Massagetes, numero singulari dicitur.* Claud. in Ruff. 1, 312 *Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax. Massagetes.* *Nempe in siti equi vena percussa sanguinem eius bibere dicuntur.* Et Lucan. 3, 283.

MASSARIS. *Vua est, quae ex vite filuestri cum flore in Africa decerpitur; medicinae tantum et odoris idonea.* Vid. Plin. 12 c. ult. et in Prooem. 23.

MASSIA. [*Μασσία* Stephano] *Oppidum Hispaniae vterioris, non procul a Tartesso, circa quod lateres fiebant ex terra pumicosa, qui siccati non mergebantur in aqua.* Vid. Plin. 35, 14 f. 49. *ubi tamen Hard. ex MSS. Maxilua, quod nomen restitui etiam vult Vitruu. 2, 3.*

MASSICVS. [*Μασσικός*] *Mons Campaniae, optimi vini ferax.* *Docet* Seruius Massicus in plurali facere *Massica ad Virg. Aen. 7, 726 Vertunt felicia Baccho Massica.* Sil. 7, 263 *Massicus viferis addebat nomina glebis.* *Montes Massici* Plin. 14, 6. *Radices Massici* Cic. de Lege Agrar. 2, 65. *Vifer Massicus* Stat. Silu. 4, 3, 64.

MASSICVS, a, um. Adi. [*Μασσικός*] *Munera Massica Bacchi* Virg. Georg. 3, 526. *Cella Massica* Martial. 1, 27. *Humor Massicus Bacchi* Virg. Georg. 2, 143. *Vina Massica* Hor. Serm. 2, 4, 55. Et Martial. 4, 13.

MASSICVM, i. n. [*Μασσικόν*] *Dicitur etiam simpliciter, i. elliptice, Vinum ipsum ex Massico proveniens.* Hor. Carm. 1, 1, 19 *Est qui nec veteris pocula Massici, etc.* *Vinum Massicum autem laudat* Plin. 14, 6 *Nascitur in iis Campaniae montibus, qui Massici nominantur.*

70 *Obliviosum Massicum* Hor. Carm. 2, 7, 21. *Quod faciat obliuisci curarum.* *Idem ibidem 3, 21, 5 Quocunque lectum nomine (i. consule) Massicum.* *Etiam Plur.* Martial. 3, 49 *Veientana mihi mices, tu Massica potas.* Et 4, 69 *Tu Setina quidem semper vel Massica ponis.*

MASSILIA. [*Μασσαλία*] *Galliae Narbonensis vrbs, aliquando fama rerum gestarum, abundantia opum viriumque et doctrinarum gloria florentissima, quae a Cic. Off. 2, 28 multis verbis laudatur; tum etiam pro Flacc. 63 Neque vero te Massilia praetereo, quae L. Flaccum militent Quae storemque cognosti; cuius ego disciplinam atque gravitatem non solum Graeciae, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam.* Quae tam procul a Graecorum omnium regionibus, disciplinis, linguisque diuisa, quum in vltimis terris cineta Gallorum gentibus, barbariae fluctibus alluatur: sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes eius instituta laudare facilius possint, quam aculari. *De huius origine* Iustinus 43. *multa.* Ammianus 15, . . . *A Phocide (inquit) Asiaticus populus, Harpali inclementiam vitans Cyri regis praefecti, Italiam nauigio petit; cuius pars in Lucania Veliam, alia condidit in Viennensi Massiliam.* Quae verba ex libro decimo Noctium Atticarum Gellii mutuatus est. *De vrbs huius veteribus institutis multa* Valer. 2, 6 et 7. *Inclutam fuisse clarissimo gymnasio in Agricolaie vita* Tacitus testatur. *Lege* Strab. 4. *Lucan. 3, 308 Semper in externis populo communia vestro Massiliam bellis testatur fata tulisse.* *Haec vini optimi ferax fuit; unde* Martial. 13, 123 *Fumea Massiliae ponere vina potes. A Massilia fiunt,*

MASSILIENSIS. [*Μασσαλιώτης*] *Plaut. Casin. 5, 4, 1 Vbi tu es, qui colere mores Massilienses postulas, i. seueros et pudicos: Vid. Brodaeus Misc. 3, 27 ubi docet pro diuersitate temporis etiam male ob mollitiem audisse Massilienses.* Auson. Epist. 9, 27. *Ex interuallo: quae Massiliensis: portum Quae Narbo ad Veneris nutrit.*

MASSILITANI. *Vitruu. 10, 22.*

MASSALITICVM os Rhodani Plin. 3, 4.

MASSYLI. [*Μασσυλοι*] *Mauritaniae mediterraneae populi, de quibus* Virg. Aen. 4, 132 *Massylique ruunt equites, etc.* Et 4, 483 *Hinc mihi Massylae gentis monstrata sacerdos.* *Meminit* Plin. 5, 4. *Ora Massyla* Sil. 16, 171. *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

MASSYLA. [*Μασσυλα*] *Oppida* Claud. de sext. Conf. Hon. 378. *Robora* Stat. Silu. 3, 3, 94.

**MASSYLIVS.** *Aliud* Adi. [*Μασσύλιος*] *Idem.* Lucan. 4, 682 Et gens quae nudo residens Massylia dorso Ora leui flectit frenorum nescia virga.

**MASSYLAEVS,** a, um. *Aliud* Adi. [*Μασσύλαος*] Martial. 9, 23 Et Massylaeum virga gubernat equum.

**MASTICHE,** es. f. [*μαστιχη*] *Lacrima est, quam lentiscus arbor gummi modo sudat.* Plin. 12, 17 Sed mastiche quoque gemina est; quoniam et in Asia Graeciaque reperitur herba radice folia emittens. *Et paullo post,* Laudatissima autem Chia, candida, cuius pretium in libras XX, nigrae vero XII. Chia e lentisco traditur gigni gummi modo. Chiae Mastiches Scribon. 60, 110. Chiae candidae 108. Mastichis Samon. v. 450. *Add.* Id. v. 426. Sic Rugarum sulcos lentisci Mastiche tendes Samon. v. 159. *id quod videtur a nominatio Mastix deflexum esse: vid. Interpp.* *Add.* Isid. 17, 8.

**MASTICHATVS,** a, um. Adi. *Ex mastiche factus.* Poculum 15 mastichatum Lamprid. in Heliogab. c. 19.

**MASTICHINVS,** a, um. *Idem.* Oleum mastichinum Pallad. Mart. t. 9. Masticina vestis Isidor. 19, 22. Masticinum Isid. 19, 27. *i. quod colore mastichen refert.* Nempe vitio librariorum omissa *adspiratio.*

**MASTICHELAEON,** i. n. *Oleum ex mastiche.* Constantin. Afer. 7, 6.

**MASTICO,** āre. *Mando.* Macer de viribus Herb. Carm. 3. *Add.* Id. Carm. 71. *Hinc*

**MASTICATVS,** a, um. Partic. *apud* Apul. de Herb. c. 79. 25 Theod. Prisc. de Diaeta c. 10.

**MASTICATIO,** ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 4, 3.

**MASTIGIA,** *vid.* MASTIX.

**MASTIX,** īgis. m. [*μάστιξ*] *Flagellum, scutica.* A verbo Graeco *μαστιγῶν, siue mastigῶν flagello.* Vnde *Homeromastix dictus est Zoilus ille, qui contra Iliadem et Odyssaeam Homeri scripsit.* ¶ 2 Pro Mastiche Isidor. 17, 8.

**MASTIGOPHORVS,** i. m. [*μαστιγοφόρος*] *Qui agonothetas f. Praesides in sacris certaminibus comitabatur.* Mastigophori, *id est flagelliferi, evant lictores agonothetarum, ad submouendam turbam, et cobibendas seditiones.* Budaeus. Prudent. in Symmach. 2, 516. et L. 18, §. 17 ff. de muner. et honor.

**MASTĪGIA,** ae. m. [*μαστιγία*] *Verbero, siue qui verberibus dignus est.* Plaut. Amphit. 4, 2, 13. Ita ego te certo cruce et cruciatu mactabo. Exi foras mastigia. *Conf.* Plaut. Most. 1, 1, 1. Ter. Adelph. 5, 2, 6.

**MASTIGEVS,** i. m. [*μαστιγεύς*] *Idem.* Profertur ex Plauto Trin. 4, 2, 121 *legitur,* Aggrediendus est hic homo Mastigeus. *Sed recte Gronov.* Aggrediendus est hic homo mihi astu. heus, pax, de tribus verbis volo.

**MASTIGO,** āre. *Flagellare, ap.* Cyprian. Serm. de rat. circumcif. p. 489.

**MASTOS.** *Herba.* Plin. 26, 15 l. 92 Quae vero mastos vocatur, inquit, indita, pilos mammarum e partu nascentium aufert, et tineas in facie, aliaque cutis vitia emendat.

**MASTRVCA,** ae. [*μαστρυκα*] *Vestis scorteae, pessime et grauissime olens, qua Sardi vtuntur.* Cic. pro Scaur. Fragm. *Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit.* *Sed et barbari Septentrionales qui pelliti erant, illa utebantur.* Prudent. adu. Symmach. 2, 698 *Mastrucis proceres vestire togatos.* *Conf.* Isidor. 19, 23. *Interpp. ad Quinctil.* 1, 5 p. 53. *Barth. ad Claud.* p. 56. *Iam ad Quinctil. l. c. mouimus Mastrucam videri sagum cucullatum, ein Mütze, rock: Rock enim nostris est toga, Mütze autem tegumentum capitis.*

**MASTRVCATVS,** a, um. Adi. [*μαστρυκατός*] *Qui mastruca vtitur.* Plaut. Poen. 5, 5, 34 *Mastrucatus et plenus puluere.* Cic. de Prouinc. Consul. 15 c. 7 *Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a Propraetore vna cohorte auxiliaria gesta.*

**MASTRVBATOR,** ōris. m. *Qui thalassionem indicit manibus libidinosis, sitque sine femina maritus.* *Vtitur* Martial. 14, 203. *Conf.* Sciopp. ad Priap. Carm. 18.

**MASTRVBO,** āre. Martial. 11, 105 *Masturbabantur Phrygii post ostia serui, i. ipsi sibi libidinis et effundendi seminis ministri erant.* *Al.* Mastupro, Mastuprator etc.

**MASTRVBAT,** *δέφει, δέφεται* Vet. Gloss.

**MASTRVBATVS,** s. MASTVPRATVS, i. m. Martial. 9, 42 *qui se hoc genere turpitudinis polluit.*

**MASTVS,** i. m. [*μαστός*] *Latine Mamma dicitur; et proprie animalium est.* *Hinc* Tubuli mammati seu mammae in balneis et fontibus intelliguntur; quas Vitruu. 8, 3 *Mastos Graeca voce nominauit.* Athenis, inquit, ex huiusmodi locis et fontibus masti vsque ad portum Pireaeum ducti sunt salientes. *Eas* Varr. de R. R. 3, 14 *Papillas conuertit.* ¶ 2 *Herbae genus ap.* Plin. 26, 15. *Vid.* MASTOS.

**MASVRIVS,** Sabinus nobilis ICTus, a quo Sabiniani ICTi dicti sunt: *huc referendus propter illud* Persii 5, 90 *Cur mihi non liceat iussit quodcumque voluntas, Excepto, si quid Masuri rubrica vetauit, i. generatim lex, secundum interpretationem Sabini.*

## M A T

**MATAEVS,** a, um. Petron. c. 41. *Al.* matus vel mattus v. v.

**MATARA** vel **MATARIS** s. **MATERIS,** it. **MAZARA,** 85 *Genus teli.* Liu. 7, 24 *Consul laeio humero matari a prope traiecto cesserat parumper ex acie* Caes. Bell. Gall. 1, 26. *Nonnulli inter carros rotasque mataras ac tragulas subiiciebant.* *Graecus interpres* *παρὰ τῶν ἔξωτά.* *Materibus configunt* Non. 18, 26 *ex* Sifenna. *Materis transalpina* Auct. ad Herenn. 4, 43 c. 32.

**MATAVITATAV.** *Gladium strinxi et matauitatau umbras cecidi* Petron. c. 62. *Ignoratur, quid sit: nisi forte sonus, quo actio gladio verberantis aera utcumque exprimitur.*

**MATAXA,** s. **METAXA,** ae. f. *Dicitur esse Restis seu funiculi species.* Isidorus Etymolog. 19, 4 *inter funium genera, Catapirates, linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur.* Lucil. Hanc (f. Hue) *catapiratem puer eodem deferet vnctum, Plumbi pauxillum rudus, linique mataxam.* *Descriptio est Bolidis.* Id. 19, 29 *in vestium instrumentis* Mantaxa, quasi, metaxa; a circuitu scilicet filorum. *Nam meta circuitus dicitur, vel quod transferatur.* *Hi duo loci conueniunt, ut possimus intelligere instrumentum, in quod circumactum voluntur et deuoluuntur fila, funiculi.* *Sed obscurus admodum est locus* Vitruuii 7, 3 *Sin autem, ait, arundinis Graecae copia non erit, de paludibus tenues (arundines) colligantur, et mataxae et tomicae ad iustam longitudinem vna crassitudine alligationibus temperentur, dum*

ne plus inter duos nodos alligationibus binos pedes distent. *Sunt qui legant, et mataxae tomicae, omisso et. Quid si fuit, et mataxa tomicae — temperentur, ut etiam hic Mataxa sit instrumenti nomen, quo temperentur tonicae. Illud quidem certum videtur, Itolorum Mataffa et Madexa Hispanorum esse Mataxam illam, vel Metexam antiquorum: eoque primum significare instrumentum, cui inuoluitur funiculus aut filum, ac deinde illud ipsum, quod sic inuolutum et glomeratum est. Hinc ¶ 2*  
 5 Mataxa non modo in Gloss. Philox. est *σπάρα*, i. *σπάρα funis*: Sed l. vlt. ff. §. 7 de publicanis itemque l. 13 C. Th. de Murileg. et Gynaec. Mataxa,  
 10 Metaxa, *μέταξα* est ipsum Sericum, rude et nondum humana manu in fila deductum, ut post Cuiacium explicat Iac. Gothofredus ad l. c. C. Theod. et e Graecis praesertim copiose illustrat. Hinc

MATAXARIUS vel METAXARIUS est metaxae huius s. Serici crudi negotiator l. vlt. C. de pignor.

15 MATELLA, MATELLIO, vid. MATVLA.

MATEOLA, ae. f. nomen, quo vitur Cato de R. R. c. 46, 2 Quum taleam demittes, pede taleam opprimito; si parum descendet, malloleolo, aut mateola adigito. Turnebus II, 13 Materiola legendum putat, aut saltem Mateolam pro Fusle interpretandum. Hard. ad Plin. 17, 17 f. 27  
 20 Manubrium bipalii interpretatur.

MATER, tris. f. [μήτηρ] Quae peperit, respectu eius, quod peperit. Cic. pro A. Cluent. 12 Saffia mater huius Auiti (mater enim a iure nominis causa, tametsi in hunc hostili odio, et crudelitate est) mater inquam appellabitur; neque vnquam illa ita de suo scelere et immanitate audiet, ut naturae nomen amittat. Ad matrem, vid. AD. De  
 25 Matre familias mox separatim dicemus. Felicissima matrum Ouid. Met. 6, 155. Turba matrum Virg. Aen. 7, 357. Id. Ecl. 8, 48  
 Crudelis tu quoque mater. Orbae, vid. ORBVS. Orbata Lucret. 2, 355. Carentes matre priuigni Hor. Carm. 3, 24, 17. Natus  
 30 humana, vid. NASCOR. Virg. Georg. 4, 321 Mater Cyrene, mater. Mater, inquit Nonius, Quae quoduis animal partu edit. Foeta mater Stat. Theb. 9, 116. Vaccam intelligit. Excretos prohibent a matribus hoedos Virg. Georg. 3, 398. Mater, Diuinitatis etiam nomen est: ut, Lua mater, mater Matuta. DEABVS MA-

35 TRIBVS dicatae arae ap. Selden. de Dis Syr. 2, 2. Mater Deum; Cybele, v. v. et Seruius locis plurimis. Mater Eleusina s. Ceres. Mater Eumenidum, nox. Vid. Seru. ad Aen. 6, 350. Vesta mater Sen. Controu. 4, 4. Est et Dignitatis; Iubemus te saluere, Mater Plaut. Rud. 1, 5, 5. Conf. Wouer. et alii ad Petron. c. 7. Erat hoc  
 40 imprimis apud veteres Christianos in usu, ut ex Hieronymo aliisque patet. Nempe Mater est honorata mulier, matrona. Virg. Aen. 8, 665 Caetae ducebant sacra per urbem, Pilentis matres in mollibus. Significari enim puto Senatorias, nobiles, patricias mulieres, quae sacerdotes erant. Vid. Seru. ad Aen. 2, 489. et 9, 217. Et apud Lucret. 4, 76

45 Namque ibi confessum caueai subter et omnem Scenai speciem patrum matrumque deorumque Inficiunt. Hic patres et matres coniunxit, et a cauea cuneisque populi separavit, orbestram significans, unde spectabant senatores et senatorum uxores. Turnebus. Mater pro animi materni affectu. Ira discessit loco, Materque, tota coniuge expulsa, redit Sen. Med. 628. De Matre familias mox separatim agemus. ¶ 2

Improprie Mater, Nutricem aliquando significat Plaut. Men. prol. 19. Virg. Aen. 8, 632. Non. 4, 294. Mater, ad Arbores translatum. Colum. 3, 17, 1. et al. Plin. 12, 5 Superiores eiusdem rami in excelsum emicant, siluosa multitudine, vasto matris corpore. Add. Virg. Georg. 2, 19 de lauro pullulante. Vini, vitis dicitur Plaut. Amph. 1, 1, 274. Mellis matres apes Varr. R. R. 2, 5, 5. Luxuries, auaritia mater Cic. de Orat. 2, 171 c. 40. Sapientia, omnium bonarum rerum mater Cic. de Legib. 2, 58 c. 22. Mater dura, i. crassior,  
 60 et pia, i. tenuis mater ap. Anatomicos sunt meninges cerebrum ambientes.

MATERCVLA, ae. f. Dimin. [ματερίδιον] Cic. pro Flacc. 91 c. 36 Nunc denique materculae suae festiuus filius auiculae minime suspiciosae purgat se per epistolam. Conf. Hor. Epist. 1, 7, 7.

MATERNVS, a, um. Adi. [ματρικός, ματρικός] Quod est matris. Magnam vim magnam possidet religionem Maternus paternusque sanguis Cic. pro Rosc. Amer. 66. et pro Cluent. 12 c. 5 Nomen amantius indulgentiusque maternum. Virg. Aen. 4, 258 Materno  
 65 veniens ab auo Cyllenia proles. Intelligit Atlantem auum Mercurii. Maia enim Mercurii mater, filia fuit Atlantis. Vbera materna Stat. Theb. 1, 118. Animus maternus Ter. Heaut. 4, 1, 24. Ouid. Met. 8, 498 Mens vbi materna est? Res maternae atque paternae  
 70 absumtae Hor. Epist. 1, 15, 26. Ouid. Met. 3, 312 de Baccho, Imperfectus adhuc infans genetricis ab alio Eripitur, patrioque tener, si credere dignum, Insuitur femori, maternaque Tempora complet,

75 i. tempus, quod legitimae in utero gestationi deerat.

MATERFAMILIAS saepe ita iunctim scriptum inuenias, genitius antiquo, ad imitationem Graecorum, qui femininorum in A purum desinentium genitios in AS mittunt. Dicitur tamen et Mater familiae, et  
 80 Matres familiarum. Est autem Mater familiae, ut docet Gellius 18, 6 Ea sola, quae in mariti manu nancipioque est, aut in eius, in cuius maritus manu nancipioque esset: quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiarum quoque mariti, et in sui heredis locum venisset. Paulo ante refutarat eius opinionem, qui dixerat, matrem familiae esse,  
 85 quae saepius peperisset. Conf. Non. 5, 12. Seruius ad Aen. 11, 676. Festus, Mater familiae non ante dicebatur, quam vir eius pater familiae dictus esset. nec possunt hoc nomine plures in vna familia praeter vniam appellari. Vlpianus de Verborum signif. l. Pronuntiatum, Matrem familiae accipere debemus eam, quae non inhoneste vixit. ma-

90 trem enim familiae a caeteris feminis mores discernunt atque separant. proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua: ingenua sit, an libertina. nam neque nuptiae, neque natales faciunt matres familiarum, sed boni mores. Alia exemplaria legunt Matres familias. Idem de Liberis exhibendis, l. Deinde, Quum audis matrem familias, accipe notae  
 95 auctoritatis feminam. Conf. Tertull. de vel. Virg. c. 11. Seru. ad Aen. 11, 581. it. 4, 76. Petulanter facimus, si matrem familias, secus quam matronarum sanctitas postulat, nominamus Cic. pro Cael. 32 c. 13. Species et forma vxoris est mater familias Id. in Topic. 14 c. 3. Mater familias, pro Vxore. Liu. 34, 7 Et quum tibi viro  
 100 liceat purpura in veste stragula vti, matrem familias tuam purpureum amiculum habere non fines? al. matrem familiae. Iusta mater familias, et Pellex, contraria. Liu. 39, 53 pr. vid. IVSTVS. Mater familias quoque dicitur, Quae est sui iuris et emancipata. Vlpianus in l. Post mortem. D. De adopt. et emanc.

105 MATRONA, ae. f. [ἐπιδοτήριον, γυνή] dicitur (inquit Gellius 18, 6)

 a quo Media provincia appellata est. Haec fere summa capita narrationum  
 de Medea: quae describitur, ut venefica, et incantatrix insignis. Voca-  
 tur etiam Actias a nomine patris, et Colchis a patria. Loci classici de  
 illa Ouid. Met. 7 pr. et Epist. 12. quam scripsisse fingitur Medea Iasoni.  
 85 Tum Tragoedia Medea inter adscriptas Senecae. Add. Iustin. 42, 2. O-  
 mnia studiose et accurate persecutus est Bachetus Commentario Gallico ad O-  
 vid. Epist. 12. Barbarae Medae venena Hor. Epod. 5, 61.

MĒDĒIS, ūdis. f. Patronymicum pro possessiuo. Ouid. de Arte Am.  
 2, 101 Non facient ut vincat amor, Medeides herbae, etc. Medeides  
 90 herbae, h. e. Veneficae, quibus utebatur Medea.

MEDEA, ae. f. Gemma nigra. Plin. 37, 10.

MEDELA, vid. MEDEOR.

MĒDERGA. [πρός, ἐμῶ] pro Erga me; interpositum est D, propter  
 95 biatum vocalium. Plaut. Epid. 3, 3, 9 Quasi quid filius meus deliquisset  
 mederga.

MĒDEOR, ēri. Dep. [ἀνώ, ἰσχυροῦ, ἀθάτω, φαρμακίου]   
 Morbum aut malum quodcumque arte leuare aut tollere. Plin. 12, 3 Malus  
 Assyria, quam alii vocant medicam, venenis medetur, i. noxam vene-  
 norum tollit. Manu, Medicamentis Victu mederi Cels. Praef. 1. Me-  
 00 deri, cum Accusatio. Ter. Phorm. 5, 4, 2. Cupiditates, quas, quum  
 res aduersae sint, paullo mederi possis, i. paruo sumtu. Et Cic. Quint.  
 Frat. 1, 24 Mederi incommoda hominum. Mederi contra serpen-  
 tium ictus Plin. 9, 31. Cum Dat. Mederi vitiis et erroribus Idem  
 Panegy. c. 46. extr. qua constructione potissimum gaudet, hoc verbum. Sic  
 05 Cic. Fam. 16, 10 Cui quum cuperem mederi, et ut arbitror, possem,  
 cupi.

cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt. Cic. Fam. 12, 10 Sunt permulta quibus erit medendum. Amori Ouid. Met. 9, 652. Id. pro Rosc. Amer. 128 Intelligo me errare, qui cum Capiti mederi debeam, reduam curem oculis. Idem de Orat. 2, 186 c. 44 Caes. Bell. Gall. 5, 24 Ad hunc modum distributis legionibus, facillime Inopiae frumentariae sese mederi posse existimant. Labori alicuius Ouid. Met. 7, 837. Malo alicui Cic. contra Rull. 1 c. 9. Morbis Cels. 1 Praef. Morbo Cic. de Orat. 2, 186 c. 44. Pro opem ferre, Cic. pro Sext. 31 c. 13 Vt afflictae et perditae Reip. quantum possent, mederetur. Ibid. 135 Ii medentur Reip. qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam ciuitatis. Idem Verr. 4, 114 Medemini Religioni sociorum, conseruate uestram auctoritatem. Satietae lectorum Nep. 16, 1, 1. Dies etiam Stultis mederi solet Cic. Fam. 7, 28. Timori alicuius Ouid. Met. 9, 774. Vulneribus Cic. Tusc. 3, 54. Et de Orat. 2, 186. Vulneribus ferro et medicamentis mederi Cels. Praef. 1. Ratio medendi Idem ibid. 1. Scientia medendi Idem ibid. Virg. Aen. 12, 46 Exsuperat magis, aegrescitque medendo. Vbi Seruius: Medendo, Dum ei medetur: nam gerundi modus est a passiva significatione. Ars medendi Ouid. de Arte Am. 2, 735. Vfus medendi Virg. Aen. 12, 396. Vtilis medendi radix Ouid. Epist. 5, 147. Sed rectius Burm. Medenti i. medico, eodem plane sensu. Proceederet etiam constructio, si legeres Medendo. Medendi plane nihil esse puto. Pro hac forma potius est Auson. Gripho Ternarii 67 Triplex quoque forma medendi, Quoi logos, aut methodos, cuique experientia nomen: δόγμα, μέθοδος, ἐμπειρία vocat Hieror. ad Paullin. Add. Isid. 4, 4. Sumitur etiam passiuè. Medendae valetudini, nullam diuinam humanamque opem non adhibuit Sueton. in Tit. c. 8.

MEDENS, entis. Partic. Medentes manus Apul. de Philos. mor. p. 21 Verba medentia Stat. Silu. 2, 1, 5. Substantiue, Medicus. Plin. Paneg. c. 22 Te paruuli noscere, ostentare iuuenes, mirari senes, aegri quoque neglecto medentium imperio, ad conspectum tui, quasi ad salutem sanitatemque prorepere. Ouid. Epist. 5, 147 Vtilis medenti radix. Artes medentium Ouid. Met. 15, 629. Adde Lucret. 1, 834.

MEDĒLA, ae. f. [Μέδωνα] Curatio, medendi ratio, medicamentum. Iulius Firmicus 4, 2 Tales decernit aegritudines, quibus curandi gratia, medela cauteriorum adustionibus conferatur. Gell. 17, 16 Ipsum autem regem assiduo talium medelarum vsu a clandestinis epularum insidiis cauiffe. De Mithridate loquitur, et eius antidoto. Add. Id. 16, 11. Idem 20, 1 Non enim profecto ignoras legum opportunitates, et medelas, pro temporum moribus, et pro rerum publicarum generibus, ac pro vtilitatum praesentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, feruoribus, mutari atque flecti. Quintil. Declamat. 13 Nobis habere medelam non liceat, vobis liceat habere venena? Gell. 4, 13 Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum mentibusque, et propterea quoque vitis aut medelis animorum et corporum. Medela nostri, Nepotianae, Pectoris Auson. Prof. Burdigal. 15. Gell. 12, 5 Quum Taurus et medicos accersisset, collocutusque de facienda medela esset, etc.

MEDIBĪLIS, e. Adi. Medicabilis. Festus.

MEDICO, āre. [Μεδικόν] Mederi. Virg. Georg. 1, 193 Semina vidi equidem multos medicare ferentes. Plin. 16, 27 Ficus sola ex omnium arborum foetu maturitatis causa medicatur. Vulneris aestus expertis medicare modis Sil. 6, 98. Ouid. Amor. 1, 14, 1 Dicebam, Medicare tuos desiste capillos, i. colorem, qui deterior censetur, in pulchriorem mutare.

MEDĪCOR, āri. Dep. [Μεδικόν] Vstitatus quam Medico. Dativò aliquando iungitur. Ter. Andr. 5, 4, 42 Quum ego possim in hac re medicari mihi? Virg. Georg. 2, 135 Senibus medicantur anhelis. Accusatiuo. Plaut. Most. 2, 1, 40. Virg. Aen. 7, 756 Sed non Dardaniae medicari cupidis ictum Eualuit. Vbi Seruius; Medicor illum rem, et illi rei. Auferre dolorem medicando Tibul. 3, 6, 3.

MEDICĀTVS, a, um. [Μεδικαυτός] Quod medicamentis admixtis confectum est: Medicatae ficus Plin. 23, 7. Boletum Suet. Claud. c. 44. Fontes Plin. 2, 93. Fruges Virg. Aen. 6, 420. Lana Hor. Carm. 3, 5, 28. i. Tincta, infesta. Artus medicati nimia cura Apul. de Habitudo. doctrin. Platon. Sed Elmenh. p. 21, 19 Medullatos. Medicatos probat etiam Floridus p. 614, 4. post Wowerum. Papauera Sil. 10, 353. Pocula Martial. 9, 95. Res medicatissima Plin. 28, 7. Sapor, vel odor Idem Epist. 8, 20. Sedes Virg. Georg. 4, 65. i. Mellis floribus refertae. Somnus Ouid. Epist. 12, 107. Vina medicata suffitione Columel. 1, 6. Tela veneno Sil. 7, 453. Compar. Plin. 28, 9. Et Superl. Idem 28, 7. Vid. supra.

MEDICĀTVS, ūs. m. Ouid. Epist. 12, 165 Quaeque feros populi doctis medicatibus ignes.

MEDICATIO, ōnis. f. [Μεδικασια] Columel. 2, 10 Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista commode seruari.

MEDICATOR, ōris. m. Medicus. Hoc nomine appellatur Christus a Tertull. adu. Marc. 3, 17 extr. Et Aesculapius ab Auieno in Ophiucho v. 216.

MEDĪCVS, i. m. [Μεδικός, Ιατρός, Άιός, Ιατροτέχνης] Medendi artem qui proficitur vel exercet. Non est in Medico semper, releuetur ut aeger Ouid. ex Pont. 1, 3, 17. Cic. pro Cluent. 57 Iam hoc quoque prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quaeritur, in periculis capitis, ut quaeque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimusque patronus adhibetur. Medici plus interdum quiete, quam mouendo atque agendo proficiunt Liu. 22, 18. Varr. de L. L. 4, 18 Artificibus maxima causa ab arte, id est ab arte medicina, ut sit medicus, a sutrina, sutor; non a medendo ac suendo, quae omnino vltima. Auctoritate praecellentes medici Scribon. Ep. in. Cura solers medicorum Ouid. ex Pont. 1, 6, 35. Celer atque fidelis medicus Hor. Serm. 2, 3, 147. Domestici et Familiares Sen. de Constant. pr. Fidi medici Hor. Epist. 1, 8, 9. Optimi medici conclamationis desperatisque corporibus non adhibent medentes manus Apul. de Philos. Mor. p. 22. Securus Cels. 2, 6. Adducere medicum Cic. de Diuin. 2, 9. Et pro Cluent. 40. Terent. Hec. 3, 1, 43 Adhibere Cic. de Fato 29 c. 13. Cogere medicos, i. plures aduocare Id. Fam. 4, 12. Conuocare Catull. 39. Honorem Habere medico Cic. Fam. 16, 9. Imperauit medico, eidemque Seruo suo Sen. de Benef. 3, 24. Mitto praeterea, cum eo ex Seruis meis medicum Augustus apud Suet. Calig. c. 8.

MEDĪCVS, a, um. Adi. [Μεδικός] Quod est medici. Virg. Georg. 3, 455 Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat. Ope medica iurare aliquem Ouid. Amor. 2, 9, 8. Ars Tibull. 2, 3, 14. Ouid. Met. 2, 618. Vfus Plin. 22, 8.

**MEDICA**, *pro Obstetrica*. Vet. Inscript. Gloss. Isidor. voce Maia, ubi pro Media leg. Medica. Grut. Inscript. p. 636. Vid. Bartholin. de Ritu Puerper. Rhod. ad Scribon. Larg. Compos. 122 p. 193.

**MEDICŌSVS**, a, um. Adj. Medicosae fermentationes Cael. Au-  
5 rel. Tard. 2, 1.

**MEDICĪNA**, ae. f. [ἰατρικὴ, ἰατρία, φάρμακον, φαρμακεία, ἄκρσις  
Et artem medendi significat, et rationem, et rem salubrem. Cels.

Praef. pr. Ut alimenta sanis corporibus agricultura, sic sanitatem aegris  
10 medicina promittit. — Multiplex ista medicina, neque olim neque  
apud alias gentes necessaria, vix aliquot ex nobis ad senectutis principia  
perducit. — In tres partes medicina diducta est, ut vna esset, quae  
victu; altera, quae medicamentis; tertia, quae manu mederetur.

Primam διατητηκὴν, secundam φαρμακευτικὴν, tertiam χειρουργικὴν Graeci  
nominauerunt, etc. Tota enim paene haec transferenda esset praefatio, si  
15 nihil notatu dignum omittere vellemus. Cic. Offic. 1, 151 Quibus autem

artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris utilitas quaeritur,  
ut medicina, architectura, ut doctrina rerum honestarum, haec sunt iis,  
quorum ordini conueniunt, honestae. Cic. de Finib. 5, 16 Quo-

20 nam ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic viuendi ars  
est prudentia Per appositionem. Ne quis seruus Artem medicinam di-  
sceret Hygin. Fab. 274. Vid. Munck. Conf. Varr. L. L. 4, 18. Ma-

crob. Sat. 7, 15 Medicina physicae partis extrema faex est, cui ratio  
est cum testis terrenisque corporibus etc. Adulatio medicinae coquo-  
rum artificium, i. imitatio quaedam non ad salutem, sed ad delectationem,

25 excogitata: κολακευτικὴ ex disciplina Platonis, Quinctil. 2, 15, 25. Re-  
quies et medicina curae Ouid. Trist. 4, 10, 118. Somnus publica  
medicina curae Id. ex Pont. 1, 2, 43. Furoris Virg. Ecl. 10, 60. Ma-

30 li Propert. 1, 5, 28. Imbecillis, vid. IMBECILLIS. Medicina deducta  
ab experimentis Cels. Prooem. Cic. pro Sext. 135 c. 65 Et cohortari  
ausus est accusator in hac causa, vos Iudices, ut aliquando essetis seue-

ri, aliquando medicinam adhiberetis Reip. non ea est medicina, quum  
sanac parti corporis scalpellum adhibetur, atque integrae, carnificina  
est ista et crudelitas. Cic. Fam. 14, 7. et Att. 16, 15. Admittere, vid. AD-

MITTO. Cic. in Cat. 2, 17 c. 8 Deinde singulis medicinam consilii, at-  
que orationis meae, si qua potero, Afferam. Excolere Cels. 7 Prooem.  
Exulta est Cels. Praef. Exercere Cic. pro Cluent. 178 c. 65. Cels.

35 Praef. Add. Scribon. Ep. med. Cic. Fam. 14, 7 Ita sum leuatus, ut  
mihi Deus aliquis medicinam Fecisse videatur. Facere medicinam  
morbo Plaut. Cist. 1, 1, 76. Factitare Quinctil. 7, 3. Fungi mu-

40 nere medicinae Ouid. Rem. Amor. 795. Parare Idem ibid. 91. Pe-  
tere medicinam a literis Cic. Fam. 5, 15. Poscunt medicinam vulne-  
ra Sil. 11, 166. Struere dolori Stat. Silu. 5, 1, 16. Plin. 1, 37 De-

scriptus ab Herophilo medicinae Vate. Rationalis medicina, Quae  
rationibus nititur, non solum usu et experimentis. Cels. in Prooem. huic  
45 opponitur Empirice. Cels. 3, 9 Neque ideo tamen non est Temeraria  
ista medicina: quia plures, si protinus a principiis exceptit, interemit,  
i. Contra artem, sine consilio et prudentia tentata. Temeritas et ratio,

50 contraria. Aufon. Grypho Tern. 69 Medicina Triplex seruare, cura-  
re, mederi. Trunca medicina et debilis sine naturae rerum cogni-  
tione Cels. in Praefat. Medicina pro Medicamento Scribon. Ep.

Medicinam, inquit Nonius 1, 75 dicimus et Venenum; tractum a  
Graecis, qui venenum φάρμακον appellant. Accius Phoenissis, Sterilem  
esse illius opera et medicina autumans. Sic Medicamen v. v.

¶ 2 Medicina Medicorum taberna esse dicitur apud Macrobr. ἰατρικόν  
55 Graece medicinam, hoc est medicorum officinam significat. Plaut.

Amphit. 4, 1, 5 In medicinis, in tonstrinis apud omnes aedes sacras.  
Et Epid. 2, 2, 14. Vid. Douza et Manus. ad Cic. Fam. 13, 21.

**MEDICINI** an pro Medicis dicti unquam sint, quaerendi occasionem  
praebet Pontanus ad Macrobr. in Somn. Scip. 1, 3 qui apud Apul. Met. 1  
60 legendum suspicatur Medicini, ubi Elmenh. p. 110, 16 Nae in merito  
medici fidi cibo et crapula distentos scaeva et graua somniare autu-

mant. Addit illud esse etiam apud Aufonium in epistolis. Sed ni-  
bil tale inueniebam, indice etiam vsus Floridi. Vid. tamen mox MEDI-

65 CINIVS. Caeterum pro usu adiectiuo fuerit Ars medicina, de qua co-  
piose Muncker. ad Hygin. f. 274.

**MEDICINALIS**, e. Adj. [ἰατρικός] Quod ad medicinam pertinet,  
Herba medicinalis Plin. 32, 10. Celsus in prooemio, non procul a fine,  
Vix vlla perpetua praecepta ars medicinalis recipit. Scalprum medi-

70 cinale Scribon. 53. Scripta medicinalia Ep. Medicinalis digitus dictus  
est Minimo proximus, ut ait Macrobr. Saturn. 7, 13 Quoniam arteria  
quaedam a corde nata pergat vsque ad quartum digitum manus sinistrae.

Ob quam causam nouus nuptus huic digito, tanquam cordis vicario,  
suae spondae imponit anulum.

**MEDICINALITER**. Adu. Sarisber. 4, 8.

75 **MEDICABILIS**, e. Adj. [ἰατὸς, ἰάσιμος] Cui medicina cum suc-  
cessu adhiberi potest, quod curari potest. Ouid. Met. 1, 123 Hei mihi,  
quod nullis amor est medicabilis herbis! Idem Epist. 5, 149 Nulla medi-

80 cabilis arte Laesa pudicitia est. Vulnus Sil. 10, 416. Cura quo-  
que interdum nulla medicabilis arte Ouid. ex Pont. 1, 3, 25. Medica-  
bilis, pro Medicinalis aliquando ponitur. Columel. 7, 10, 1 Quippe

ligni succus medicabilis, epotus intestini tumorem compefcit. Pallad.  
Ian. 15, 19 Medicabile ita fieri mel. Et Prudent. Hymn. ante somni. 23.

**MEDICABILITER**. Adu. Pallad. Febr. c. 31.

**MEDICINIVS**, a, um. Adj. Laudantur Libri medicinii Aufon. Ep.  
85 ad Symmach. Grypho Praef. Sed dedit Tollius, librosque Medicinae.  
Sic et Floridus: nec faciunt alterius lectionis mentionem.

**MEDICABVLVM**, i. n. Quod medicinam affert. Apul.  
Princ. 3 Florid. Gratissima prorsus sanis natabula et aegris me-

90 dicabula.

**MEDICAMEN**, inis. n. [ἄκρσις] Idem quod Medicina. Scri-  
bon. 37. Plin. 7, 16 Inunctis medicamine oculis. Fortia medica-

mina Ouid. de Arte Ain. 2, 489. Idem Met. 6, 140 Extemplo tristi  
medicamine tactae Defluxere comae. Cic. in Pison. 13 c. 6 Et  
quum isto ore foetido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatio-

95 ne te uti valetudinis: quod diceres Vinolentis te quibusdam medica-  
minibus solere curari? h. e. Vino imbutis. Medicamen, pro Succo  
purpurae. Plin. 9, 38 Centenas atque quinquagenas medicaminis li-  
bras aequari, etc. Infusum delectabili cibo boletorum venenum,  
nec Vis medicaminis statim intellecta Tac. A. 12, 67, 1. i. veneni. Idem  
100 de Medicina obseruauimus ex Non. 1, 75. Vid. mox MEDICAMEN-  
TVM malum.

**MEDICAMENTVM**, i. n. [φάρμακον ἰάσιμον Gloss. Lat. Gr. φάρ-  
μακον, ἄκρσις] Quo homines et caetera animalia curantur. Cic. de  
Nat. Deor. 2, 132 c. 53 Medicamentorum salutarium plenissimae terrae.  
105 Idem Offic. 3, 92 c. 24 Si quis medicamentum cuiquam dederit ad aquam  
intercu-



intercutem. Medicamentum, pro Composito, apud Scribon. 10. Pro Simplici Id. Ep. fin. Simplex medicamentum 67. Compositum 68. Cerati medicamentum 120. Medicamentorum vtilium vsum habere 200. Medicamentum praesentaneum Plin. 28, 13. Opitulantur medicamenta Cels. Prooem. 5. Innoxium Sen. de Benef. 3, 24. Malum ap. Sen. Controv. 18. Malum Medicamentum venenum est. Scribon. Comp. 199 Medicamentorum malorum non nocet nominum aut figurarum notitia, Sed ponderis scientia. Hanc porro medicus nec quaerere nec nosse debet, nisi Dis hominibusque inuisus merito esse vult etc. Sic 200 Quoties autem suspicio mali medicamenti accepta fuerit. Sic Comp. 170. 173. 178. 188. Sed etiam simpliciter nunquam medicamentum pro veneno accipitur. Varro apud Non. 4, 297. Quae rit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum? Quia Romanis, me Prusiae tradere volebat. Scribon. c. 195 Et hoc etiam ad omne medicamentum facit. Versatur in Antidotis. Nempe est medium nomen, ut Gr. φάρμακον. Ridiculus enim est Nonius l. c. qui bariolatur, hoc intellectu producta prima syllaba esse pronuntiandum, quod apud Medos venefici sint plurimi: quorsum vitur illo Virg. Georg. 2, 126 Media fert tristes succos etc. Medicamentorum vtilium Compositiones literis mandare Sen. Ep. 8. Vinci medicamenti Cels. 5, 28. 20 Medicamenta doloris Cic. de Finib. 2, 22. Vti medicamento Idem Off. 3, 92 c. 24. Fucati medicamenta Candoris et Ruboris Idem in Orat. c. 23. Medicamentum, pro Succo purpurae Plin. 9, 40.

MEDICAMENTARIUS, i. m. [φαρμακοποιός] Qui medicamenta conficit. Plin. 19, 6 Sectiui duo genera; herbaceum folio incisuris eius eudentibus, quo vtuntur medicamentarii, Et pro venefico Cod. Theod. 3 tit. 16 Homicidam aut medicamentarium maritum suum esse probare.

MEDICAMENTARIA, ae. f. Venefica. Vxorem moecham vel medicamentariam probare Cod. Theod. 3 tit. 16. Nempe

MEDICAMENTARIUS, a, um. Adi. [φαρμακουργός] Plin. 7, 56 Herbariam et medicamentariam, scilicet, Artem.

MEDICAMENTOSUS, a, um. Aliud Adi. [φαρμακώδης] Quod remedium adfert, et medicamenti vice est. Cato c. 157, 2 Et pimum scito de omnibus brassicis, nulla est illiusmodi medicamentosior. Et Vitruv. 8, 3 Aqua medicamentosa.

MEDIA, ae. f. [Μυθία] Regio in Asia, Medorum patria.

MEDVS, a, um. Adi. [Μήδος] Qui est ex Media, Poetae Medos appellare solent etiam, ubi de Persarum Imperio sermo est, vel Parthorum. Horribilis Medus Hor. Carm. 1, 29, 4. Perf. Sat. 3, 53 Sapiens Braccatis illita Medis Porticus, i. Poecile illa Atheniensis, ubi depicta pugna Marathonia contra Persas et Medos, in qua etiam disputabant Philosophi. Decori pharetra Hor. Carm. 2, 16, 6. Id. ibid. 1, 2 extr. Neu sinas Medos equitare inultos Te duce Caesar. Et ibidem 3, 3, 44 Roma ferox dare iura Medis. Sicut enim Attici Persas solent appellare Medos, quod a Medis ad Persas imperium translatum sit: sic quum Orientis et Persarum opes in Parthorum tandem concesserint ditionem, qui proprie, ut fieri solet fere ab Historicis, Parthi vocandi erant, eos vel Persas vocant, vel alius repetito nomine Medos. ¶ 2 Adiect. Hor. Od. 1, 27, 5 Medus acinaces. Manil. 5, 265 Medos flatus referentia vnguenta. Ex felici Bentley emendatione, pro Medicos, i. vnguenta odorem pomorum Medicorum referentia.

MEDICVS, a, um. Idem. Medicum imperium, Medica vestis Nep. 4, 3, 2. Curt. etc. ¶ 2 Pro Medicus est Melicus c. v.

MEDICA, ae. f. [μυδική] Herba equorum pabulo quam optima. Seruius scribit medicam a Medis in Graeciam translata, quo tempore eam inuaserunt. Vid. Plin. 8, 16. Columel. 2, 11, 2 Pabulorum genera complura, etc. Et paullo post, Sed ex iis quae placent, eximia est herba medica: quod quum feritur decem annis durat: quod per annum, deinde recte quater, interdum etiam sexies demetitur; quod agrum stercoreat; quod omne emaciatum armentum ex ea pinguescit; quod aegrotanti pecori remedium est; quod iugerum eius toto anno tribus equis abunde sufficit. De eadem Cato de R. R. c. 42. Et Varro de Re Rust. 1, 42. it. Pallad. 3, 6. Add. Isid. 17, 4. Virg. Georg. 1, 215 Tunc te quoque medica putres Accipiunt fulci, et milio venit annua cura. Add. Salmas. ad Solin. p. 172. Bochart. Hieroz. 1, 2, 31.

MEDICA, ae. f. Arbor Assyria. Plin. 12, 3 Malus Assyria, quam alii vocant Medicam, venenis medetur. De hac Virg. Georg. 2, 126 ut citrea vel Aurantia describi appareat:

Media fert tristes succos, tardumque saporem,  
Felicis mali, quo non praesentius vllum,  
Pocula si quando saevae infecere nouercae,  
Miscueruntque herbas, et non innoxia verba,  
Auxilium venit, ac membris agit atra venena:  
Ipsa ingens arbor, faciemque simillima lauro;  
Et, si non alium late iactaret odorem  
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:  
Flos ad prima tenax. Animas et olentia Medi  
Ora fouent illo, et senibus medicantur anhelis.

MEDIDIES, ei. non dicitur, sed Meridies. [μεσημέρια] Priscian. p. 551. Cic. in Orat. 157 c. 47 Ipsum meridiem, cur non medidiem? credo quod erat insuauius. Conf. Non. 1, 229. Quinctil. 1, 6, 30. Hoc volunt, Meridiem esse dictum pro medio die. Vid. D litera.

MEDIETAS, vid. MEDIVS.

MEDIMNVS, et MEDIMNYM, i. [μέδιμνος] Genus mensurae aridorum apud Atticos. Nep. 25, 2, 6 Nam vniuersos frumento donavit, ita vt singulis sex modii tritici darentur, qui modus mensurae Medimnus Athenis appellatur. Quod idem summae frumenti in libro tertio in Verrem Ciceronis ostendunt. Fannius de Amphora. Huius dimidium fert vna, vt et ipsa medimni Amphora, terque capit modium. Lucil. Sat. 15 Praeterquam in pretio primus semisse, secundus Numo, tertius iam plures quam totus medimnus. Cic. Verr. 3, 112 c. 47 In iugere Leontini agri medimnum fere tritici feritur perpetua atque aequabili satione; ager efficit, cum octauo bene vt agatur: verum vt omnes dii adiuent, cum decimo: quod si quando accidit, tum fit, vt tantum decumae sit, quantum seueris: hoc est, vt quot iugera sunt sata, totidem medimna decumae debeantur, Aufon. in Gripho Ternarii 46 Sicana medimna vocat.

MEDIOCRIS, MEDIOCRITAS, MEDIOCRITER, MEDIOXIME, MEDIOXIMVS, vid. MEDIVS.

MEDIOLANVM. [Μεδίολανα, Μεδιολάνιον] Vrbes est Insubrium in Cisalpina Gallia, de qua Plin. 3, 17. Liu. 5, 34 extr. Galli per Taurinos saltusque Iuliae Alpibus transcenderunt: fufisque acie Tuscis haud procul

Ticino flumine, quum, in quo confederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognominem Insubribus pago Heduorum: ibi omnes sequentes loci, condidere urbem, Mediolanum appellarunt. Aufonius in urbium catalogo,

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,  
Innumerae cultaeque domus; facunda virorum  
Ingenia, etc. *Passim respiciunt Poetae*

ad etymon urbis fabulosum, de quo Isid. Orig. 15, 1 Galli Mediolanum atque alias vrbes condiderunt. Vocatum autem Mediolanum, ab eo, quod ibi sit in medio lanca perhibetur inuenta. Hinc Claudian. de Nupt. Hon. 183 Sublime volans ad moenia Gallis Condita, lanigeri suis ostentantia pellem.

MEDIOLANENSIS, c. Adi. [Μεδιολάνιος] Qui Mediolani habitat. Cic. in Pison. 62.

MEDIOMATRICI. [Μεδιομάτριχοι] Populi sunt inter Belgas Leucis et Eburonibus vicini. apud Caes. B. G. 4, 10. Postea Meti, Metti: unde bodiurnum Metz.

MEDION. [μυδιόν] Herba est Mediae peculiaris, (unde et nomen accepit) in locis umbrosis petrosisque nascens. Romani Trifolium odoratum vocant. Vid. Plin. 27, 12.

MEDIOXVMI Dii, vid. Mediocris in MEDIVS.

MEDIPONTVS, i. m. Instrumentum funarium, apud Catonem de R. R. c. 3, 5. Funes loreos priuos, vectes senos, fibulas duodenas, medipontos priuos loreos, trochleas Graecanicas binas. Vtitur Idem c. 12. Medipontus autem dictus est, ut vult Turn. 8, 6. quod Medi, id est Xerxis pontem, quam αείδιαν Herodotus appellat, imitabantur. Funicum enim ponte Xerxes Hellepontum coniunxerat; cuius tamen usus esset in torculari non facile dixerim, nisi si ad traducendum forte haberetur, aut potius crassissimi funes essent ad vehementissime premendum. Auf. Popma de instr. fundi p. 31 leg. Meliponti. Vid. Lex. rusticum.

MEDITERRANEVS, MEDITVLLIVM, vid. MEDIVS.

MEDITOR, ari. [μελετώ, φροντίζω, σκέπτομαι] Curare aliquid, vel sola cogitatione animi, vel exercitatione adhibita. Plane respondet verbo μελετῶν, a quo etiam deducit Seru. ad Eck 1, 2 permutatis D et L, ut in Medicus, Melicus, Ὀδυσσεύς, Vlysses, vid. MELITO. Ter. Phorm. 2, 1, 12 Quamobrem omnes, quum secundae res sunt maxime, tum maxime meditari secum oportet, quo pacto aduersam aerumnam ferant. Cic. Off. 2, 144 Ut si quis quum causam sit acturus, in itinere aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur. Meditari male nugis Plaut. Pseud. 4, 7, 107. Sic facies vere, quod meditato eris Ouid. Rem. Am. 498. Accusationem meditari Cic. pro Muraen. 43. Amorem Virg. Aen. 4, 171. Animo Nep. 17, 4, 1. Arma Deus Caesar dices meditato ad Indos Propert. 3, 3, 1. Exilium Cic. Att. 14. Forum,

Subsellia, Rostra, Curiam meditari Cic. de Orat. 1, 32. Fugam Columel. 19, 8. Insidias aut dolum alicui Virg. Ecl. 5, 60. Poenam in Fratrem Cic. Tusc. 4, 77. Cic. Fam. 2, 2 Aut ne ad id meditare, imparatum te offendam. Conf. Id. Fam. 11, 3 pr. Et Plaut. Stich. 2, 1, 34 Ad cursuram meditor me. Meditari aduersus aliquem causam suam Cic. Att. 5, 11. Meditans in praelia taurus Virg. Aen. 10, 454. Vid. Nic. Heinss. ad Sil. 5, 315. Cic. Fam. 1, 8 Haec ego ad te ob eam causam maxime scribo, ut iam de tua quoque ratione meditare. Et Verr. Diuinat. 12. De tencro meditato vngui amores incestos Hor. Carm. 3, 6, 24 id est quod Graeci dicunt, ἐκ τῶν ἀπαλῶν ὀνύχων: Latini, Ab ineunte aetate. Cic. Att. 9, 20 Ex eius nuncio Matiique literis meditor quomodo cum illo loquar. Idem Philipp. 2, 116 Non multos annos regnare est meditato. Meditari se, est Attento animo se exercere. Virg. Ecl. 6, 8 Agrestem tenui meditor arundine musam, i. Carmen rusticum scribam, inquit Seruius. Conf. Id. Georg. 1, 133. Cic. de Orat. 1, 260 c. 61 Demosthenes perfecit meditando, ut nemo planius loqueretur eo. Idem ibid. 147 Quae in foro agenda sunt, exercitatione quasi ludicra praediscere et meditari. Et de Clar. Orat. 302 c. 88 Nullum patior esse diem, quin aut in foro dicam aut mediter extra forum. Paullatim et ipse meditari exerceri-

que coepit Suet. Ner. c. 20. Ter. Adolph. 2, 1, 41 Nunc vide vtrum vis, argentum accipere, an causam meditari tuam, i. Exercere, iurari, defendere ius tuum in hac causa liberali, quam in te volo intendere. Causam meditari Cic. Att. 4, 11. Add. 8, 11. ¶ 2 Passiue Minuc. Fel. 25, 12 Vbi autem magis a sacerdotibus quam inter aras et delubra conducuntur supra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? vid.

MEDITATVS.

MEDITANS, antis. Partic. [μελετῶν] Ictum obliquum meditans aper Hor. Carm. 3, 22, 7. Longam, et continuam absentiam paullatim meditans Tacit. Ann. 3, 31, 2. Add. Virg. Ecl. 6, 82. Gell. 9, 15.

MEDITATVS, a, um. Partic. [μελετήσας] Ter. Andr. 2, 4, 3 Venit meditato alicunde ex solo loco. Plin. in Paneg. c. 3 Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruamus, hoc singuli quoque meditati teneamus, etc. Meditati, i. Praeparata oratione. Meditati ad dicendum paratique venimus Cic. Verr. 2 c. 6. Idem pro Quint. 39 In Siciliam paratus ad praedam, meditatoque venire cupiebat. ¶ 2 Meditato, [μεμελετημένος] in passiva significatione Ter. Phorm. 1, 5, 18 Meditata mihi sunt omnia mea incommoda. Cic. Off. 1, 27 Leuiores enim sunt ea, quae repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quae meditata et praeparata inferuntur. Et Catil. 1, 26 c. 10 Ad huius vitae studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui. Et de Arusp. Resp. 55 Veruntamen nocturnis vigiliis illud conceptum ac meditato est. Id. ibid. 3 c. 1 Nihil feci non diu consideratum et multo ante meditato. Id. Philipp. 2, 85 c. 54 Attuleras domo meditato et cogitato scelus. Id. de Orat. 1, 257 Accurate et meditatae commentationes. Add. Id. Tusc. 3 c. 14. Meditata oratio Tacit. Ann. 14, 55, 1. Consilium 4, 57, 1. Carmen Plin. Pan. 3. Verba meditata componere Ouid. Met. 9, 520.

MEDITATE. Adu. [μεμελετημένως] Plaut. Bacch. 3, 6, 16 Ne tu illorum mores perquam meditate tenes. Quasi dicat, Probe calles illorum mores, tu illos ad unguem nosse, ex longa meditatione et usu sine experientia.

MEDITATIO, ōnis. f. [μελέτη, μελέτημα] Nihil est tam difficile et arduum, quod non humana mens vincat, et in familiaritatem perducatur assidua Meditatio Sen. de Ira 2, 12. Cic. Tusc. 2, 41 c. 17 Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet. Idem de Orat. 2, 118 Quos quidem locos multa commendatione atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis. Idem de Diuin. 2, 96 c. 16 Multi etiam naturae vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt; ut Demosthenem scribit Phalereus, quum, etc. Idem Philipp. 9, 2 Seruius in ipsa cura et meditatione obeundi sui muneris obiit. Campe-

stris

ris meditatio Plin. Paneg. c. 13. i. *Armorum et disciplinae equestris exercitatio.* Dicendi meditatio Quinctil. 2, 10, 2. *Add.* 10, 1, 70 ubi meditatio causae. Stulta est meditatio futuri mali Cic. Tusc. 3, 32. Idem pro Cluent. 82 Anni sunt octo, quum ista causa in ista meditatione versatur. Ipse an in senatum venire deceret, meditationi suae Reliquit Tac. Ann. 16, 26, 8.

MEDITAMENTUM, i. n. [*Φροντισμα*] Idem. Tac. Ann. 15, 35 Nomina summae curae, et meditamenta. Idem Hist. 4, 26, 4 Et caeteris belli meditamentis militem firmabant.

MEDITATIVVS, a, uni. Adi. [*σκεπτικος, μελετικος* Gloss. 10 Lat. Gr.] Verbum meditatum. *Grammaticis.* v. g. Diomed. 1 p. 336 Meditativa est verborum forma, qua non actus sed apparatus ostenditur, vt *parturio, lecturio, amaturio, esurio.*

MEDITAMEN, inis. n. Idem quod Meditamentum. Prudent. Psych. 234. Lenti meditamina belli Sil. 8, 325.

MEDITATIVS, us. m. Idem. Theodulf. Carm. 2, 187.

MEDITATOR, oris. m. Prudent. Vincent. 266. *Alii legunt Meditantis.*

MEDITATORIUM, i. n. [*μελετητήριον*] Hieron. adu. Iovin. Pridianis epulis distendimur, et guttur nostrum meditatorium fit latrinarum. *Laudat hoc et bis familia Casaubon. ad Pers. 3 p. 302. quasi tu dicas Praeparatorium.*

MEDITABUNDVS, a, um. Adi. Iustin. 38, 3, 7 Romanum meditabundus bellum.

MEDITRINA. Medicamentorum dea, Festo.

MEDITRINALIA, orum. n. *Sacra deae Meditrinae.* Mos erat, ait Festus, Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dicere ominis gratia, Vetus novum vinum bibo; veteri novo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinae deae nomen coeptum; cuiusque sacra Meditrinalia dicta sunt. Varr. de L. L. 5, 3 Meditrinalia, dies dictus a medendo; quod, vt ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat hoc die solitum vinum novum et vetus libari, et degustari medicamento causa; quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant, Novum vetus vinum bibo; novo veteri morbo medeor.

MEDIVS, a, uni. Adi. [*μέσος, μέστος, μεσάτατος, μεσάχιμος*] 35 *Quod mensuratum aequaliter distat ab extremis.* Hor. Epist. 1, 18, 9 Virtus est medium vitiorum vtrinque reductum. et Liu. 4, 43 extr. Remittendo de summa quisque iuris mediis copularent concordiam. *vid. h. l. Gronov. A Graeco deduci putat Sipontinus, quod est μέσος. Alii a Modus. Vid. Priscian. Medius ex tribus Sall. Iug. 11, 3. Conf. h. l. Cort.* Non ego si Medius Polluce et Castore ponar Ouid. Am. 2, 16, 13. Medium dicitur etiam *Quidquid inter duo extrema est, etiam si non aequaliter distet.* Ter. Prol. Phorm. 17 Is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam. Sic Seru. ad Aen. 5, 1 Interea medium Aeneas iam classe tenebat Certus iter, Aut Medium est quidquid a principio recedit, et nec dum finem fortitur: aut Medium sic altum, vt medium putares, vt (Aen. 5, 664) Graditurque per aequor iam medium. Nam vere medium indicat (Aen. 5, 8) Vt pelagus tenere rates nec iam amplius vlla occurrit tellus. Cic. Philipp. 8, 3 Quum inter bellum et pacem medium nihil sit, necesse est tumultum, si belli non sit, pacis esse. Virg. Georg. 1, 297 At rubicunda Ceres medio succiditur aestu, i. Per diem, quando aestus est. Seruius. Plaut. Aulul. 2, 1, 40 Post mediam aetatem qui mediam ducit uxorem domum, etc. i. *Mediae aetatis uxorem. Conf. Phaedr. 2, 2, 3. Amicus, Qui duorum hostium amicus, eorum contentione et odiis se non miscet.* Liu. 35, 48. Annus Plin. in Paneg. c. 59. *intercedens.* Quinctil. 2, 20, 1 Mediae Artes, quae neque laudari per se, neque vituperari possunt, sed vtilis aut secus secundum mores utentium fiunt. Bella media, i. *Mediocria* Liu. 5, 37. *Vid. infra.* Caedes per medias rapit ira Hor. Carm. 3, 2, 12. Curfus medius Cic. in Vatin. 16. Dies Columel. 7, 3. *Sic apud Liu. 27, 49 Medium diei. Dies medius, Meridies* Virg. Georg. 3, 303. In medios dormire dies Hor. Epist. 1, 2, 30. Digitus Plin. 11, 43. Cic. pro Domo 49 Quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares. Idem Q. Fratr. 2, 2 Dixi pro Bestia de ambitu apud Praetorem Cn. Domitium in foro medio. Frigoribus mediis Virg. Ecl. 10, 65. Ingenium medium in Anco et Numae (*pacifici*) et Romuli (*bellicosi*) memor Liu. 1, 32. Cic. Tusc. 1, 40 c. 17 Vtillae superiores in medium locum mundi gravitate ferantur, et pondere. In medio mundi terra sita est Idem Tusc. 1, 40 c. 17. *al. mundi.* Magnitudinis mediae Scribon. 70. Nox: In media nimborum nocte Virg. Georg. 1, 328. Caes. Bell. Gall. 5, 8. Pars: Plus media parte Ouid. Met. 3, 43. In media Potione exclamavit mulier Cic. pro Cluent. 30. *inter bibendum.* Pulpa mediae Scribon. 74. Sermonem medium abrumpere Virg. Aen. 4, 388. Plin. 10, 29 Modulatus editur Sonus. Et paullo post, Summus, medius, imus. Tempus Id. Epist. 3, 5. Medio tempore, pro Interea Sueton. in Caes. c. 76. In voce media resistit Virg. Aen. 4, 76. Pacis et belli medius Hor. Carm. 2, 19, 28. Mediam locavit Virg. Aen. 1, 702. *b. e. In medio.* Accipere aliquem medium . . . Tiberius medium Agebat plurima dissimulantis, aliqua inhibentis Vell. 2, 114, 3. Medium arripere; *b. e. Per medium corpus.* Ter. Adelph. 3, 2, 18 Sublinem medium arriperem, et capite primum in terram statuerem. Mediam mulierem complectitur Ter. Andr. 1, 1, 106. Medium responsum, *Dubium* Liu. 39, 39. Medius et ambiguus sermo Plin. Epist. 9, 13, 17. Ouid. Art. Am. 2, 507 Sed neque declament medio sermone disertis. *i. in medio sermone, in familiari colloquio, ubi importunum est declamatorio genere dicendi uti. Igitur hic nihil indicatur nisi occasio, ubi non sit declamandum: et poterat hic medio plane abesse, cum ipsum sermo iam indicet de familiari colloquio agi.* Alias Met. 7, 674 Pauca prius mediis sermonibus ille locutus, et 8, 650 Interea mediis fallunt sermonibus horas: medii sermones sunt promiscui, qui nihil ad rem propositam faciunt, ad quam per illos quasi accessio quaeritur. Indifferentes hodie vocare solent. Media et communia Vocabula Gell. 12, 9 quae significare et capere possunt duas inter se res contrarias — vt Tempestatas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, Industria. Haec enim fere iam vulgatum est ancipitia esse, et utroque versus dici posse. Periculum etiam et Venenum et Contagium, etc. 2 *Iam lancem saturam: observationum Dabimus.* Medius, cum Genitivo. Sil. 14, 481 Transfigitur valida medius dum se alleuat alui Cuspide, i. *Transfoditur per mediam alvum.* Sed Drakenb. alni: quod ad cuspide refertur, vt medius ad Transfigitur. Caeterum Medium etiam dici illud, quod circumdat aliam rem, satis docet Virg. Aen. 3, 270 Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. Idem Silius 1, 307 Concidit exacti medius per viscera teli: de quo Gron. ad Liu. 28, 6. Medius, Importunus, incongruus, qui interrumpit et impedit. Virg. 105.

Aen. 1, 686 Ne qua scire dolos, mediusue occurrere possit. Cic. Acad. 1, 36 Iis ipsis alia interiecta et media numerabat. Idem de Opt. Gen. Orat. 2 Alios eis interiectos et tanquam medios putet. Et Philipp. 10, 10 Qui duorum fratrum aetatibus medius interiectus, vitiis cum utroque certabat. Virg. Aen. 2, 377 Sensit medios delapsus in hostes. Seruius, Manifestos. *ut Idem Virg. Aen. 2, 533* Quamquam in media iam morte tenetur. *Vtrumque nimis acutum. Medii notio sollemnis utriusque loco conuenit. Sic loquuntur omnes hodie.* Medium pro dimidio sequioris aevi est Capitol. Pio c. 4 Aurum quod oblatum fuerat, Italicis totum, medium prouincialibus reddidit. Medius pro *Mediocris*. Paterc. 2, 29, 3 Innocentia eximius, sanctitate praecipuus, eloquentia medius. Tacit. Hist. 1, 49, 4 Ipsi medium ingenium magis extra vitia quam cum virtutibus. Medii *item dicuntur Arbitri seu sequesfri mediatores*. At Medius fratrisque sui moestaeque sororis Iupiter Ouid. Met. 5, 564. Quinct. 12, 8 Sequester ille et media litium manus et quidam interpres. Conf. Ouid. R. A. v. 678. Cassiod. Var. Ep. 3, 5. Symmach. Ep. 6, 5. *Add. Iuret. ad Symmach. p. 117. Medii item, Qui neutrius partis.* Suet. Caes. 75 Ipse medius et neutrius partis. Cic. Att. 10, 8 Medios esse iam non licebit. Et 10, 10 Qui se medium esse vult, in patria manet. Paterc. 1, 9, 2. Et 2, 21, 2. Suet. Ner. c. 2. Conf. Drakenborch. ad Sil. 16, 222. Medium, pro Legitimo Seru. ad Virg. Georg. 1, 230. Ad medias sementem extende pruinas. *Hic idem obseruandum, quod modo diximus: nimis arguatur Grammaticus. Potest substitui legitimus, i. plenas, hoc nomine dignas. Sed quidni etiam mediae sint, inter primas et ultimas interiectae. Docet non statim primas sub pruinis desinendum serere.* Medium Dicitur Mare, etiam si non longe foret a litore. Virg. Aen. 3, 270 Iam medio apparet fluctu memorosa Zacynthos, *i. circumdata fluctu.* ¶ 3 Medium Substantiue ponitur non tantum pro loco medio, sed ut communionem, et publicam rem notet, certe pluribus propositam et nemini attributam, itemque multitudinem et societatem adeo hominum. De loco Cic. Timaco c. 6 A medio ad summum parem, et perfectum. Et p. p. Animum autem in eius medio collocavit. Sed vidit in MS. Gronovius, in eo medio. Sic Cic. Tusc. 1 c. 17 Terram in medio mundi sitam hodie edunt accuratiores in medio mundo. Sed Liu. 1, 57 In medio aedium sedentem inueniunt. Plin. 2, 23 Ferri lunam in medio solis et terrae. Medio campi, montium et similia sunt Taciti v. g. An. 1, 64. Id. 13, 38 Medio temporis contradicere liceret. Liu. ipse 27, 48 extr. Medio diei erat: quod exstat etiam Sallust. Fragm. Hist. 1 p. 956 Cort. De communiione Cic. Off. 1, 22 c. 7 Et communes utilitates in medium asferre mutatione officiorum. *i. In communem usum.* Consulere in medium, pro In commune Virg. Aen. 11, 335. Discedere e medio, pro Secedere et occultari. Suet. in Caesare in principio: Excedere e medio, pro Mori Ter. Hec. 4, 3, 14. Ouid. Art. Am. 3, 479 Munda, sed e medio consuetaque verba puellae Scribite: sermonis publica forma placet. E medio, *i. ex usu communi.* Medio tutissimus Ibis Ouid. Met. 2, 137. Cic. Off. 3, 37 c. 8 Hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio. Id. de Nat. Deor. 1, 13 Ponam in medio sententias Philosophorum. In medio omnibus palmam esse Positam Ter. Phorm. Prol. 17. Producere in medium Sen. Epist. 7. Proferre aliquid in medium Cic. Verr. Act. 1, 29. Idem Fam. 15, 2 Sed tamen ante illud tempus, eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. Idem de Orat. 2, 102 Ut quidquid de re sua cogitarit, in medium proferat. Et pro Cluent. 72 Quaes-  
55 stus forensis in medium proferebatur. Quererere in medium Virg. Georg. 1, 126. *i. in commune.* Seruius. Recede de medio, per alium transigam Cic. pro Rosc. Amer. 112 c. 38. Idem pro Cael. 48 c. 20 Mulierem nullam nominabo; tantum in medio relinquam, si qua, etc. *i. Controversum relinquam, nihil statuum vel constituam.* Relinquere in  
60 medium Gell. 6, 14. et 17, 2. Tac. Germ. 46, 9. Laet. de Vita beata 1, 4. Sallust. Catil. c. 19. Cic. Acad. 1, 36. et Paterc. 2, 48, 4. In medio esse, vel situm aut positum esse, quibus contrarium est Obscurum. Mater virginis in medio est Ter. Adelph. 3, 4, 33. *i. adest, ut copia eius fieri possit.* Cic. Verr. 2 c. 42 Tabulae sunt in medio. Idem de Orat. 1, 12 Dicendi autem omnis ratio in medio posita. Suet. Vitell. 2 Sed quod discrepat, in medio sit; *i. Sit pro incamperto.* Cic. pro Domo  
138 Non sunt quaesita ex occulto aliquo genere literarum, sed sumpta de medio, ex rebus palam per magistratus actis. Tollere de medio, pro Occidere. Cic. pro Rosc. Amer. 20 c. 7 Perfacile hunc hominem incautum et rusticum, et Romae ignotum de medio tolli posse. Venire in medium, et Procedere in medium, *i. in publicum.* Cic. Verr. 2, 175. Et de Inuent. 2, 46. Item de Finib. 1, 13 Prima veniat in medium Epicuri ratio, *declaretur cognoscatur.* Adde de Fin. 2, 76. Et Fam. 15, 2. Cic. pro Cluent. 77 Homines totius ignari negotii, qui  
75 Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum et hominem prudentissimum pecunia oppressum arbitrentur, incensi suspitione, rem in medium vocare coeperunt, et causam illam totam deposcere. ¶ 4 In MSS. confundi solent Medius et Viduus vel Vacuus, Burn. ad Quinctil. Decl. 13, 3 p. 274. *it. Medius et Dubius ibid. ad 16, 8 p. 329.*  
80 MEDIE. Adu. frequenter utitur Firmic. 2, 28. Item Apul. de Doctr. Plat. 2 p. 22 Hic medie imperavit, *i. Nec optime, neque pessime* Eutrop. 7, 8.  
MEDIALIS, e. Adi. Solinus c. 51 Lignum omne atque mediale, eadem ferme et facie et nitore, quae est in lapide gagate, *b. e. Omnes bebeni partes, tam exterarum, quam mediae, seu medullaceae, similes sunt gagatei lapidi.* Idem c. 33. Vid. Festus.  
MEDIETAS, atis. f. [μεσότης, μέση] Locus medius, medium, mediocritas. Cic. de Vniuers. 20 c. 7 Ut in singulis essent bina media; vix enim audeo dicere medietates; quas Graeci μεσότητες appellant; sed quasi ita dixerim, intelligatur, erit enim planius. Paullus in l. Antiqui. D. Si pars hereditatis pet. Prudentissimi iuris auctores medietatem quandam secuti sunt, ut quod fieri non raro admodum posset, intuerentur. Laetantius quoque de Opific. Dei c. 10 Sub ipsa medietate narium, lacuna quaedam leuis, quasi vallis. *Vex est frequens*  
95 Macrobio; *ut in Somn. Scip. 1, 6* Habet enim medietatem; et est medietas. Paulo post, Quum vero medietas ipsa geminatur, etc. Ibidem, Quaternarius vero duas medietates primus omnium nactus est. Sic alibi frequenter. Medietates inter virtutes et vitia Apul. de Doctr. Plat. 2 p. 14. Vid. Cellar. Antibarb. p. 222.  
100 MEDIO, are. Medium facere, diuinaere. Apic. 3, 9.  
MEDIANUS, antis. Partic. Pallad. 4, 10. Vid. Cur. Post. Cellar. p. 379.  
MEDIATIO, onis. f. Ict.  
MEDIATOR, oris. m. Hoc nomine a Christianis appellatur Christus, *ὁ μεσότης, ut, Tertull. de Carne Chr. c. 15. it. de Resurr. Carnis*  
105  
G g a c. 51

c. 51. et 63. Lactant. 4, 25. Prudent. hymno in Natal. Saluat. v. 16 (ubi conf. Buchner.) et Apoth. 242. Add. Sidon. Epist. 6, 8. Isidor. 7, 2.

**MEDIATRIX**, icis. f. Vt mediatrix curat tutela columnae Alcim. 5, 554.

**MEDIOCRIS**, e. Adi. [μέτριος, μέτριος] *Quasi Medium tenens*, v. g. inter optimum et pessimum, maximum et minimum etc. Actor mediocris caesarum Hor. de Arte Poët. 370. Cic. de Orat. 1, 6 Permultos excellentes in quoque genere videbis, non mediocrium artium, sed paene maximarum. Cura non mediocris Hor. Serm. 2, 4, 94. Gloria non mediocris Scribon. Ep. in. Nepos 25, 13, 4 Non mediocris est industriae. Infortunium Plaut. Cure. 4, 3, 5. Non mediocris Hominis haec sunt officia Ter. Adolph. 5, 9, 9. Cic. de Orat. 2, 119 Haec sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel inmaximae. Initium Suet. de Clar. Grammat. c. 1. Iracundia mediocri iratus Plaut. Cure. 4, 3, 1. Cic. Tusc. 3, 22 Omne Malum etiam mediocre, magnum est. Id. de Clar. Orat. 137 c. 36 L. Cotta in mediocrium Oratorum numero, dicendi non ita multum laude processit. Ibid. 100 c. 26 Fannius in mediocribus Oratoribus habitus est. Poenae Plaut. Bacch. 3, 3, 21. Cic. de Orat. 2, 119 Hoc tamen Prudentiae est paene mediocris. Non mediocris ille Samaritanus Ambros. in Luc. c. 10. Spatium Plin. 7, 38. Sponsalia Id. 9, 35. Cic. Q. Frat. 1, 1 Quod si in mediocri Statu sermonis ac praedicationis nostrae res essent, nihil abs te eximium, praeter aliorum consuetudinem, postularetur. Id. de Amicit. 62 c. 17 Nec vero negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium. Vitia Hor. Serm. 1, 4, 130.

**MEDIOCRITAS**, atis. f. [μετριότης] Medium dicitur, ut ait Nonius 1, 122. Cic. Acad. 4, 135 c. 44 Mediocritates illi probabant, et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Columel. 3, 5. Mediocritas in electione loci maxime probatur; quoniam in confinio boni malique posita est. Mediocritates vel perturbationum vel morborum animi mihi non sane probant Peripatetici Cic. Tusc. 3, 22 c. 10. Al. mediocritatem. Cic. Off. 1, 89 Nunquam enim iratus qui accedit ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et parum, quae placet Peripateticis. Et de Clar. Orat. 149. Omnis virtus est, ut vetus Academia dixit, mediocritas. Mediocritas regula optima est Cic. Off. 2 c. 17. Id. Philip. 2, 2 c. 1 Non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despiciere possit Antonius. Vid. n. 2. Vultus mediocris Auct. ad Herenn. 3, 26. Vultus neque bilis, neque tristis. Hor. Carm. 2, 10, 5 Auream quisquis mediocritatem Diligit, etc. b. e. Beatam, optimam, et pulcherrimam. Minus superba mediocritas praeceptoris ad suscipiendas elementorum molestias Quinctil. 2, 3, 2 In modestiae significatione cum de se loquuntur, adhibere hoc vocabulum solent. Quinctil. 11, 2, 39 Sic contingit, ut etiam quae ex tempore videbantur effusa, ad verbum repetita reddantur: quod meae quoque memoriae mediocritatem sequebatur etc. Vellei. 2, 111, 3 Habuit in hoc quoque bello mediocritas nostra speciosi ministri locum, i. ego homo mediocris. Id. 2, 130, 3 Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum, apud aures deorum de his queri. Vid. PAR-VITAS.

**MEDIOCRITER**. Adu. [μετρίως] *Medio quodam modo: b. e. Prudenter et moderate.* Cic. de Finib. 1, 6 Quid Theophrastus, mediocriterne delectat, quum tractat locos ab Aristotele ante tractatos? Mediocriter doctus Plin. Epist. 1, 10. Literatus A. ad Her. 4 c. 4 Corpora mediocriter laesa Scribon. 215. Etiam mediocriter a me tibi commendatus Cic. Fam. 13, 29. Id. Verr. 3, 95 Quod mehercule, Iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Idem pro Quint. c. 18. Tamen esset non mediocriter conquerendum. Haud mediocriter Plaut. Merc. 2, 1, 13. Mediocriter facere Ter. Andr. 1, 1, 32. Mediocriter vestita veste lugubri Id. Heaut. 2, 3, 45.

**MEDIOCRICVLVS**. Idem quod Mediocris, ex Catone apud Festum.

**MEDIAR**, aris. n. pro media parte laudatur ex Tertull. adu. Hermog. ab Aus. Popma ad Varr. R. R. 1, 2, 10. Sed non est in Indice Glossarum Tertulliani.

**MEDIOXIMVS**, vel **MEDIOXVMVS**, a, um. Adi. [διάμεσος] *Mediocris, siue medius.* Vnde Medioximi dii vocantur, Potestatis mediae. Seru. in Aen. 8, 275 dicit Herculem communem deum vtriusque naturae, medium et inter mortalitatem et inter diuinitatem. Sunt numina aliqua tantum terrestria, aliqua tantum caelestia, aliqua media, quos deos medioximos Apuleius (de Hab. Doctr. Plat. p. 8 Elmenh.) vocat. hoc est, qui ex hominibus Dii fiunt. Plaut. Cistel. 2, 1, 36. At ita me di deaeque, superi, inferi, et medioximi, etc. Medioxima vxor Plaut. Cistel. 2, 3, 67. i. media, secunda de tribus.

**MEDIOXIME**. Adu. *Medio modo.* Varr. Modio, Quid aliud est quod Delphica canat columna literis suis, ἄγαν μέθεν. Quam nos facere adit mortalem modum medioxime, ut quondam patres nostri loquebantur. Ex Nonio 2, 556.

**MEDIATĒNVVS**. Adu. Mart. Capell. 6 p. 220. et 8 p. 283.

**MEDICVRĀVS**. i. *Medius currens.* Arnob. 3 p. 118. et Isidor. 8, 11.

**MEDILVNIVS**, a, um. Adi. Mart. Capell. 7 p. 241 Luna primo corniculata, deinde medilunia.

**MEDIVSFIDIVS** [μὲν τὸν Διὸς υἱὸν] compositum videtur, et significare Iouis filium, id est Herculem; quod Iouem Graece Ζεύς, Διὸς, et nos Iouem; ac fidium, id est pro filio; quod saepe antea pro L litera, D utebantur. Quidam existimant iusiurandum esse per diui fidem; quidam per diurni temporis, id est diei fidem. Haec Festus. Alii sic, Mediusfidius, b. e. Per deum Fidium. Nam Fidius deus est, qui fidei praest. Plaut. Asin. 1, 1, 8 Per dium Fidium quaeris: iurato mihi opus est. Add. Cic. Att. 8, 24. Et pro Sul. 83 Charif. 2 p. 183 inter Aduerbia, Medio fidio, per Iouem, aut fidem filiumue Iouis Herculem, quae iuratio propria virorum est, ut feminarum Edepol, Ecastor, Eiuono. Denique Titinnius in Setina Molliculum adolescentulum effeminate loquentem cum reprehendere magis vellet, An, inquit, quia Pol Edepol fabulare, edi medi. Edi, Titinnius in Barathro, Id necesse respondet edi, pro edius fidius. Ex his Charifii illud certe colligi posse videtur, Me et E esse iurandi signa, ut apud Graecos μὲν et υἱ. Reliqua nescio interpretis an correctoris operam valde desiderant.

**MEDIANVS**, a, um. Adi. [μεσότης] *Quod in medio est.* Vnde Medianas columnas Vitruuius 3, 1. et 2. et vlt. dixit, ut ab Angularibus, quae crassiores sunt, distingueret. Medianum coenaculi Vlpian. in l. Si vero. §. interdum D. de iis, qui deiecer. vel effud. Mediana maluarum Apic. 4, 2. Medianus digitus Veget. 2, 4.

**MEDIASTĪNVVS**, i. m. [μεσάστριος] *A medio stando vel tenendo*

componi videtur Priscian. 2 p. 594. Nonius 2, 573 Mediastinos pro Balneatoribus, *itemque* pro Ministris et curatoribus aedium accipit, qui in medio stent, ut omnibus ministrent. Sic certe Plin. 29, 1 f. 2 Prodicus instituens Iatralapticem reuñtoribus quoque medicorum ac mediastinis vectigal inuenit. Sed vilissima quaeque mancipia, in agro maxime, mediastinos eos accipere debemus, qui abiectissima quaeque inter seruos officia obeunt; cuiusmodi sunt hodie in principum domibus, cognomine Lignarii, Bacularii; quorum una illa functio est, ut omnibus parent, nec ullius imperium detrectent, in medio semper et propatulo ad nutus omnes excubent. Laudatur Cic. in Catil. 2, 5 Itaque ego illum exercitum, etc. magnopere contemno, collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, ex decoctoribus, etc. Alia exemplaria habent Mediaculis, alia Mendiculis Gron. ex rusticis decoctoribus. Columel. 1, 9, 3 Mediastinus qualiscunque status potest esse, dummodo perpetiando labori sit idoneus. Col. 2, 13, 7 Possit agrum ducentorum iugerum subigi duobus iugis bonum, totidemque bubulcis, et sex mediastinis. Vlpian. in l. i. §. Caeterum. D. Nautae, caupones, stabularii, Qui mediastini opera fungitur, non continetur, ut purpurarii, atriarum, et focarii, et his similes. Caes. 25, 20 legit Mediastina opera, ut sit adiectiuum. Vid. Pignor. de Seruis, et Torrent. ad Hor. Epist. 1, 14, 24 Tu mediastinus tacita prece rura petebas.

MEDIASTVTICVS, vid. sub MEDDIX.

MEDITERRANEVS, a, um. Adi. [μεσηγαιος, μεσδυιος]

25 Quod est a mari remotum, quasi In media terra. Quintil. 5, 10 Montanus an planus, maritimus an mediterraneus. Villa nostra etiam mediterraneas Copias praestat, lac imprimis Plin. Ep. 2, 17. extr. Suet. in Tib. c. 12 Mediterraneis agris abditus, vitansque praeternauigantium officia. Oppidum Plin. 6, 23. Mediterranei int. homines a mari remotiores. Cic. de Nat. Deor. 1, 89 c. 31 Mediterranei mare esse non credunt. Et Verr. 1, 85 Ab hac insula haec lucra tanquam mediterraneis exigebantur. Et 5, 69 Homines maxime mediterranei. Add. Liu. 35, 26. Maris mediterranei appellatio recentior videtur. Certe apud Plinium et Melam nondum inuenio. Sed Isid. Orig. 13, 16 Istud est mediterraneum, quia per mediam terram vsque ad orientem perfunditur, Europam et Africam Asiamque determinans. ¶ 2 Substantiue Mediterraneum est, cui opponitur Ora; seu Litus. Plin. 3, 1 Celeberrima inter Baetim fluuium et Oceanam oram in mediterraneo Segeda. h. e. In medio regionis, proculque ab ora litorali. 40 Rursus eod. c. paullo post. Et 5, 27 et 30.

MEDITERREVS, a, um. Adi. Festus, Mediterream melius quam Mediterraneam Sifenna dici putat.

MEDITVLLIVM, i. n. [μεσηγαιον] non Medium terrae dicitur, inquit Festus; sed Procul a mari, quasi Meditellium, ab eo quod est Tellus. Cic. in Top. c. 8 dicit Tullium in hoc extensionem esse vocabuli, nihil significantem. Viuitur hac voce aliquoties Apul. in Asino Aureo, is. de Philof. Mor. p. 15.

MEDON. [Μέδων] Quod regem, aut certe magistratum Graecis significat, proprium est. V. g. Medon, Vnus procorum Penelopes Ouid. Epist. 1, 91. Medon, Vnus ex nautis, qui a Baecho in delphines mutati fuerunt Ouid. Met. 3, 671. Item filius Codri, primus Archon Atheniensium Paterc. 1, 2, 4. Vnde

MEDONTIDAE. Posterii Medontis. Paterc. 1, 2, 4.

MEDVANA. Fluuii nomen in Gallia, quam Belgicam vocant. Lucan. 1, 437 Nec ultra Instabiles Turones circumfusa castra coercent, In ripis Meduana tuis marcere perosus, etc. Sed habentur hi versus pro spuris.

MEDVLLA, ae. f. [μευαδος, ενλαγιον] Pingue illud in ossibus medullium est. Plin. 11, 37 Et medulla ex eodem videtur esse in iuuenta rubens, et senecta albescens. Id. 11, 37 f. 67 Spina — tereti structura, per media foramina a cerebro medulla descendente. Apul. de Dogm. Platon. p. 37 Per medullas renum commeant venae, i. intimum illud fungosius et mollius. Plaut. Stich. 2, 2, 16 At ego perii, cui medullam lassitudo perbibit, Cui medullam Ventris percepit fames. In visceribus medullisque condidit omne bonum Metrodorus Cic. Tusc. 5, 27. Albae medullae Ouid. Met. 14, 208. Bubula medulla Scribon. 39. Ceruina 238. 262. 270. Vitulina 238. Liquefactae medullae caeca tabe Ouid. Met. 9, 175. Nemes. Cyneg. 162 Fortibus ut succis Teneras complere medullas Possint, et validas iam tum promittere vires, de catulis ad venandum. Iuuenal. 8, 90 Ossa vides regum vacuis exhausta medullis. ¶ 2 Medulla etiam in arboribus intimum illud et molle est, ut Vitis Colum. 3, 18, 5. Vsque ad medullam recisae arbores Pall. Nou. 15, 1. Medulla taedae pineae Veget. Maloin. 4, 12, 3. Abfinthii Pontici Plin. 27, 7 f. 28. Quin Medulla candoris in beryllis Id. 37, 5 f. 20 i. intima pars candida.

75 Medulla, quod in quaque re medium, optimum, delicatissimum. Hinc dicta videtur Anseris medulla Priap. 64 Quidam mollior anseris medulla, i. plumis illis tenerrimis subalaribus. Add. MEDVLLVLA. Vnde et Ennius apud M. Tullium de Claris Orat. 59 M. Cornelium Cethegum, Suadae medullam appellat, ob singularem suauiloquentiam. Nam quod optimum est, id natura videtur intime recondidisse. Vnde et illa passim obuia, in medullis, et medullitus amare. Ardet mollibus ignis in medullis Catul. 43, 16. Est mollis flamma medullas Virg. Aen. 4, 66. Fouet igne medullas amor Ouid. Epist. 4, 15. Haerere in medullis alicui Cic. Fam. 15, 16. Haerere in Populi Romani medullis ac visceribus Id. Philip. 1, 36 c. 15. Implicitus medullis alicuius Aufon. Epist. 5, 21. Includere aliquid medullis Cic. Att. 15, 4. Insidet in medullis feruor Id. Tusc. 4, 24 c. 10. Intrauit calor medullas Virg. Aen. 8, 389. Labitur totas furor in medullas Senec. Hippol. 3. Auidis medullis subdita flamma Virg. Georg. 3, 271.

90 Quin et in mediis litium medullis versantur. MEDVLLITVS. Adu. [εν μευαδων] Ex intimo affectu, vel intime. Plaut. Most. 1, 3, 86 Ut videas eam medullitus me amare. Idem Truc. 2, 4, 85. Vid. Non. 2, 544. Vfus est aliquoties Apuleius in Flor. et in Met. It. Prudent. Hamartig. v. 391.

95 MEDVLLVLA, ae. f. Dimin. [μευαδιδιον] Catull. Carm. 25, 2 Cinaede Thalle mollior cuniculi capillo, Vel anseris medullula, velimula oricilla.

MEDVLLARIS, e. Adi. Apul. Miles. 7 p. 193 Dolor medullaris mihi insidet.

100 MEDVLLATVS, a, um. Partic. apud Apul. Doctr. Plat. 2 p. 21 ubi al. inedicati; et Vulg. Interp. Psalm. 65, 15.

MEDVLLIOSVS, a, um. Adi. Cels. 8, 1 Humeri medullofi.

MEDVLLI, orum. Populi Alpini. Vid. Harduin. ad Plin. 3, 20. et Vitruu. 8, 3.

5 MEDVLLINVS, a, um. Adi. Ad Medullas pertinens. Aufon. Epist. 5, 28.

**MEDVS, i. m.** *Proprium fluvii nomen in Media, quod ex Strabone cognoscere licet lib. 15. ubi commemorat quos fluvios traiecerit Alexander Magnus, quum Persidem peragraret, ferroque vastaret. De hoc intelligendus locus est Hor. Carm. 2, 9, 21 ubi ait, Medumque flumen gentibus additum, etc. non de Araxe, aut Tigri, aut Euphrate, ut alii arbitrantur. Neque vero est quod quisquam miretur Horatium ita locutum esse, Medum flumen, si Medus proprium fluvii nomen est. Nam sic reperies pluribus locis locutum, ut 4, 5. et 2, 6. et in Epist. ad Pison. Lambinus.*

**MEDVS, vid. MEDIA.**

**MEDVS, i. m.** Potio; quasi Melus, quia ex melle fit Isidor. 20, 3. *Hodie Germania vocat Meet.*

**MEDUSA, ae. f.** [*Μέδουσα*] Filia fuit Phorci ex Cetbo coniuge, quae una cum duabus sororibus Euryale, et Stenone, Gorgadas insulas in Oceano Aethiopico tenuisse feruntur. Eius capilli in angues a Minerva immutati sunt: et qui illam adspiciebant, in lapides vertebantur. Quam Perseus peremit; ex cuius cruore natus est Pegasus. De hac plurima Graeci. Attingit Ouid. Met. 4, 781. Torua Medusa Ouid. de Arte Am. 2, 309.

**MEDVSAEVS, a, um.** Adi. [*Μεδυσάϊος*] Equus Medusaeus Ouid. Fast. 5, 8. i. Pegasus. Os Medusaeum Id. Met. 5, 249. Chelydri Sil. 7, . . . Medusa, a quibusdam appellatur herba ea, quam Romani Veneriam, sive Lanceolam, Dioscorides *λογχιτιν* appellavit.

**MEFANCĪLVM, i. n.** Teli genus apud Fest. pro Mefancylum, si fides Turnebo Aduers. 19, 32. et Scaligero etc.

## M E G

**MEGABYZI, sive MEGALOBYZI.** [*Μεγάβυζοι*] dicebantur Ephesiae Dianae sacerdotes, quos eunuchos esse oportebat; unde et pro Imbellibus ac mollibus poni consueverunt, quales sunt spudones. Quinctil. 5, 12. Megabyzi dicuntur etiam Plinio ita scribenti 35, 10 Ephesi vero est Megabyzi sacerdotis Ephesiae Dianae sepulcrum. Nec enim hie ut proprium nomen accipiendum videtur, sed ut appellatio omnium sacerdotum Dianae communis. Vid. Harduin. ad Plin. 35, 10. Perizon. ad Aelian. 2, 2. Burm. ad Quinctil. 5, 12. et omnium disertissime Hemsterbus. ad Luciani Timonem p. 134 sq. qui cum illud de sacerdotibus Ephesis confirmat, tum docet Persarum viros illustres et regum cognatos quoque Megabyzos s. Megabazos dictos esse.

**MEGAERA, ae. f.** [*Μεγαίρα*] Una est e tribus Furiis. De qua Virg. Aen. 12, 846

Dicuntur geminae pestes, cognomine Dirae,  
Quas et Tartaream nox intempesta Megaeram  
Vno eodemque tulit partu.

**Improba** Claud. in Ruf. 1, 74. Torua Claud. de Rapt. Proserp. 3, 387.

**MEGALENSIS, vid. MEGALESIA.**

**MEGALESIA, orum. n.** [*Μεγαλήσια*] et Ludi MEGALENSES, it. MEGALENSIA, orum. n. plur. Liu. 36, 36 M. Iunius Brutus aedem Magnae matris deum in palatio dedicavit: et ludos ob eam dedicationem factos, Megalesia appellavit. Megalensibus Cic. Fam. 1, 11 extr. Lambin. ibid. quoque legi iubet Megalesis. Cic. de Arusp. Resp. 24 c. 12 Nam quid ego de illis ludis loquar? quos in palatio nostri maiores ante templum, in ipso Matris magnae conspectu Megalensibus fieri celebrarique voluerunt? Quinctil. 1, 5 Quaedam tamen et faciem soloecismi habent, et dici vitiosa non possunt, ut Tragoedia Thyestes, et ludi Floralia, ac Megalesia. Add. Liu. 34, 54. Ouid. Fast. 4, 355. Varro L. L. 5, 3. Fest. Graev. ad Cic. de Arusp. Resp. 24 c. 12. Falsus autem est Donat. ad Terent. prolegom.

**MEGALESIAEVS, a, um.** Adi. Megalesiacae matris operta Aufon. Ecl. de Feriis Rom. v. 2. et Iuven. Sat. 11, 193 Megalesiacae spectacula mappae.

**MEGALIVM, i. n.** [*μεγαλειον*] Propter gloriam, ut ait Plin. 13, 1 f. 2 sic appellatum unguentum ex oleo balanino, balsamo, calamo, iunco, xylobalsamo, casia, resina. Huius proprietates, ut ventiletur in coquendo, donec desinat olere: rursus refrigeratum odorem suum coepit.

**MEGALOGRAPHIA, ae. f.** *Picturae genus apud Vitruv. 7, 4 qui c. 5 sic explicat, Deorum simulacra, seu fabularum dispositas explanationes, non minus Troianas pugnas, seu Vlyssis errationes, et topia. Verbo, magnarum rerum operosiores picturae.*

**MEGALOPŌLIS.** [*Μεγάλη πόλις*] Arcadiae urbs, e qua Polybius historicus. Meminit Liu. 32, 5. et 36, 31.

**MEGALOPOLITAE.** [*Μεγαλοπολίταις*] Megalopolis incolae. Liu. 28, 8. et 35, 27.

**MEGALOPOLITĀNVS, a, um.** Adi. [*Μεγαλοπολίτης*] qualis Polybius fuit Liu. 32, 22.

**MEGARA.** [*Μεγάρα*] Urbs iuxta Isthmum Corinthiacum, media inter Peloponnesum Atticam, et Boeotiam. Meminit Servius ad Cic. Fam. 4, 5. Et ipse Cic. de Divin. 1, 57 Patria fuit Euclidis geometrae. Col. 10, 106 Iam Megaris veniant genitalia femina, bulbi. ¶ 2 Megara Herculis vxor a furente interemta. Vid. Sen. Herc. fur. 1013 sqq.

**MEGARVS, a, um.** Adi. [*Μεγάρως*] Sinus Megari in Sicilia. Virg. Aen. 3, 689.

**MEGARICVS, a, um.** Possess. [*Μεγαρικός*] Cic. Acad. 4, 129 Qui (Herillus) quum Zenonis auditor esset, vides quantum ab eo disenserit; et quam non multum a Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplina etc. Vid. statim MEGAREVS. Megarici bulli Cato R. R. 8.

**MEGARĒVS.** [*Μεγαρέως*] Idem. Cic. Acad. 4, 129 Post Euclides Socratis discipulus Megareus, a quo iidem illi Megarici dicti, etc. ¶ 2 Megareus, Hippomenis pater, Onchestii filius, Neptuni nepos ap. Ouid. Met. 10, 605.

**MEGARĒIVS, a, um.** Adi. [*Μεγαρήϊος*] Heros Megareus Hippomenes apud Ouid. Met. 10, 659.

**MEGARENSIS, e.** Adi. Ex Megara. Gell. 6, 10 Decreto suo Athenienses cauerant, ut qui Megaris civis esset, si intulisset Athenas pedem prehensus esset, ut ea res ei homini capitalis esset. Tanto Athenienses odio flagrabant finitimorum hominum Megarensium, etc.

**MEGARIS, idis. f.** [*Μεγαρίς*] Regio circa Megara. Vid. Plin. 4, 7. ¶ 2 Urbs Siciliae Mel. 2, 7.

**MEGISTĀNES.** [*μεγιστάνες*] Dicuntur Proceres, primatesque. Nam *μέγιστος* Latine dicitur magnus. Corn. Tacit. Ann. 15, 27 extr. Simul consilio terrorem adducere, et megistanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pepulit sedibus. Add. Suet. in Calig. c. 5. Conf. Sen. Epist. 21.

**MEHERCLE, MEHERCVLE.** Adu. iuvandi. [*μὴ τὸν Ἡρακλέα*]

*Per Herculem.* Cic. Att. 10 Epistola tua gratissima fuit meae Tulliae, et mehercule mihi: semper secum aliquid afferunt literae tuae.

MEHERCVLES. *Idem.* [μὲν τὸν Ἡρακλῆ] Festus, Mecastor et Mehercules iusiurandum erat; quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules. vt subaudiatur iuuet. Cic. Verr. 4, . . . Vere mehercules hoc Iudices dicam. *Idem in Orat.* 157 Impetratum est, inquit, a consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceret, et pomeridianas quadrigas, quam postmeridianas libentius dixerim: et mehercule, quam mehercules.

## M E I

MEI, vel MIS. [μῆ] Genitiuus ab EGO. *Vide suo loco.*

MEIO, vel MINGO, minxi, mictum, Ære. [ἐμίω] *Vrinam emittere.* Diomedes Praeteritum Meii esse dicit, sed in vsu Minxi. Perf. 1, 113 Sacer est, pueri, locus, extra Meite. Quum vrina super potionum modum mingitur Cels. 4, 20. Martial. 3, 78 Minxisti currente semel Paulline carina: Meiere vis iterum, iam Palinurus eris. Lamprid. in Heliog. 32 Onus ventris auro excepit: in myrrhinis et onychinis minxit. Mictum, *Supinum.* Hor. Serm. 1, 8, 38 Atque in me veniat mictum atque cacatum Iulius, et fragilis Pedatia. Mula meiens Catul. de Aemilio 92. Nec stando Mingers, nec ad requisita naturae secedens facile visitur Persa Ammian. 23, 6. *Metaph.* Martial. 12, 32 Matella curto rupta latere meiebat.

MICTVRO, Ære. *Desideratiuum verbum a Meio.* Iuuen. Sat. 6, 308 Noctibus hic ponunt lecticas: micturiunt hic. *Pruriunt in Venerem.*

MICTVS, Æs. m. Difficultas mictus C. Aurelian. Tard. 2, 1. Sanguinis mictu affectus Id. Ibid. 5, 3.

MINCTIO, onis. f. Minctionem prouocare Veget. 1, 51. *Al.*

MICTIO.

MICTVRA f. MINCTVRA, ae. f. Veget. 1, 23.

MICTILIS, e. Adi. *i. vilis, vt, merx* Lucil. ap. Non. 2, 532.

MICTORIVS, a, um. Adi. Mictoria medicamenta, quae appellant diuretica C. Aurel. Ac. 3, 8.

MICTVALIS, e. Adi. Via C. Aurel. Ac. 5, 4. Ocimum, herba virtutis mictualis Apul. de Herb. c. 117. *Add. Id. c. 70.*

## M E L

MEL, mellis. n. [μέλι] *Opus illud dulce apum. De quo locus classicus* Plin. 11, 14. Cic. de Finib. 3, 34 Mel, etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis dulce esse sentitur. *Coniugatio quaedam mellis et fellis.* Vbi vber, ibi tuber Apul. Flor. l. 4. Plaut. Truc. 1, 2, 75 In melle sunt linguae sitae vestrae atque orationes: corda in felle sunt sita, atque acerbó

aceto. Dulcior melle Ouid. Trist. 5, 4, 30. Aërii mellis caelestia dona Virg. Georg. 4, 1. Attica mella, de Flauis fauis Ouid. de Medic. fac. 82. Atticum mel Scribon. crebro. Constructa mella

Virg. Georg. 4, 213. Corficum Ouid. Am. 1, 12, 10. Decoctum mel Scribon. 154. Dulcia Virg. Georg. 4, 101. Flaua Ouid.

Met. 1, 112. Fragrantia mella thymo redolent Virg. Georg. 4, 169. Humida Id. Aen. 4, 486. Liquata expressis fauis Ouid. Fast. 4, 152.

Liquentia stipant apes Virg. Aen. 1, 436. Lluentia veneno Valer. Argon. 1, 63. Pressa puris condit amphoris Hor. Epod. 2, 15. Purissima Virg. Georg. 4, 163. Redolentia flore thymi Ouid. Met. 15,

80. Reperta a Baccho Id. Fast. 3, 736. Roscida Virg. Ecl. 4, 30. Spumantia cogere pressis fauis Id. Georg. 4, 140. Tenacia figunt

Id. Ibid. 4, 57. Generandi gloria mellis Id. Georg. 4, 205. *¶ 2*

*Metaph.* Fidis enim manare poetica mella Te solum Hor. Epist. 1, 19, 44. *i. Ita tibi places, vt te solum confidas versus effunderè suauissimos*

60 *posse.* Musaeum dulce mel Lucret. 1, 946. Mel, *pro Eloquentia, seu dicendi suauitate.* Lucan. ad Pison. 64 Inelyta Nestorei cedit tibi gratia mellis. Qui melle carmen atque felle temperans, torpere musas non finis Auson. Epist. 15, 5. Mel meum, *Blandientis vox: quemadmodum est Meum suauium* Plaut. Most. 1, 4, 12. Cic. Fam. 8, 8.

Mel meum, lunen meum, meum desiderium, omnes delicias et lepores et risu dignas vrbantates, et caeteras ineptias amatorum in comoediis erubescimus, in saeculi hominibus detestamur Hieron. ad Nepotian. de vita Cleric. cuncta blandimentorum Mella vincere Sidon. Epist. 9, 11.

Hinc, Hoc iuuat et Melli est, *pro Gratissimum et iucundum* Hor. Serm. 2, 6, 32. Mel frugum Plin. 22, 25. *i. quod alias vocatur panicum.*

Mel quoque dicitur succus ex floribus liliorum expressus ap. Plin. 21, 19.

MELLICVLVM, i. n. Dimin. *blandientis.* [μελιτιον] Plaut. Caf. 4, 4, 19 Meum corculum, melliculum, verculum.

MELLILLVS, a, um. Dimin. *alterum,* [μελιτιδιον] *similiter blandientis.* Plaut. Caf. 1, 1, 47 Mea vita, mea mellilla, mea festiuitas.

MELLARIVS, a, um. Adi. *Quod ad mel pertinet.* Plin. 21, 14 Vasa mellaria aut fauos lauari aqua praecipiunt: haec etiam apiaria dicuntur. *¶ 2* *Substant.* [μελιτρηγός] *Qui mellis opus exercet.* Varr. de R. R. 3, 16 Ad extrema, qua mellarii fauum eximere

80 possint, opercula imponunt alueis.

MELLARIVM, i. n. [μελιτων] *Vbi apes nutriuntur.* Varr. de R. R. 3, 16, 12 Melittónas ita facere oportet, quos alii melitrophia appellant: eandem rem quidam mellaria. *Conf.* Colum. 9, 5. Pallad. 1, 37. *In sacris Bonae Deae vas, in quo vinum inditum est, Mellarium nominatur* Macrobi. Sat. 1, 12.

MELITVRGVS, i. m. [μελιτρηγός] *Idem qui Mellarius, qui mellaria exercet.* Varr. de R. R. 3, 16, 4 Merula, vt caetera fecit historicós, quae sequi meliturgi soleant, demonstrabit.

MELLO, are. *Mel colligere.* *Vid. Gronou. Obs. 2, 16.*

MELLATIO, ónis. f. [μελιτοτρυγησις] *Mellis vindemia, quum mel eximitur.* Plin. 11, 16 Haec ergo mellatio sine vindemiae et Vergiliarum occasu. *Idem* 11, 15 Aestiuua mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet. *Add.* Colum. 11, 2.

MELLATIVM f. MELLACIVM, i. n. [μελιτωμα Gloss. Lat. 95 Gr.] Non. 17, 14 Sapa, quod nunc mellarium dicimus, mustum ad mediam partem decoctum.

MELLEVS, a, um. Adi. [μελισσομος] *Quod ex melle est, vel mel refert ipso gustu.* Coloris mellei Rex apum Plin. 11, 16. Odor melleus Idem 21, 14. Sapor melleus Idem 15, 14. Melleus, aliquando pro Dulci accipitur, vt, Vox mellea.

MELLEVSCLVS forte Dimin. ex Melleus. *Sic certe suspicabar legendum* Colum. 9, 4, 2 *vbi apes memorat magis exiguas, nec tam rotundas* — coloris meliusculi.

MELLIO, Ære. Fellitum patitur risum, quem Mellit inanis gloria: ]105 vera parit taedia falsus honor Auctor vetus Fabularum.



- MELLĪTVS, a, um. Adi. [μελιτωτὸς] *Quod est melle conditum.* Plin. 36, 19 Mellitites succum remittit dulcem, mellitumque tufus. Varr. de R. R. 3, 16 Et faui melliti intus ponendi a faucibus longe. Sueton. in Claud. Neron. c. 27 Indicebat et familiaribus coenas, quorum vni mellita quadragies HS constiterunt. Al. Mitellita. Porro Mellita vocabantur, Cibaria dulciora, melle condita, quum luxuria nondum saccharum materiam ganeae fecisset. Antiquitus enim saccharum ad medicinae duntaxat usum adhibebatur: cuius hac tempestate tam frequens usus est, ad gulae condimenta. Bellaria mellita, vid. BELLARIA. Placentae mellitae Hor. Epist. 1, 10, 11. ¶ 2 Mellitus puer, pro Suavi et iucundo. Cic. Att. 1, 15 (18) Ita sum ab hominibus destitutus, ut tantum quietis habeam, quantum cum vxore et filiola et mellito Cicerone consumitur. Puella Plaut. Pseud. 1, 2, 47. Catul. 46, 1 Mellitos oculos tuos Iuenci, etc. Suauium mellitissimum Apul. Met. 2 p. 119.
- MELLITVLVS, a, um. Dimin. Apul. Met. 3 p. 139 Mea mellitula. Plaut. Casin. 4, 4, 19 quidam habent Meum corculum mellitulum. Al. corculum, melliculum.
- MELLICRATIVM, i. n. i. melicraton. Oct. Horat. 1, 8.
- MELLIFEX, icis. m. Laudatur Colum. 9, 8, 2 Vbi factus sunt idonei mellifici. Sed rectius refertur ad MELLIFICVS, a, um.
- MELLIFLVVS, a, um. Adi. [μελιόρυτος] Ex quo fuit mel, vel fluere videtur; hoc est Dulce, iucundum. Mellifluis sub Antris Auien. Perieg. v. 468. Carmen Drepanius ad Vultin. Gramm. v. 11. Homerus mellifluis Oris Boëth. Met. 5, 2.
- MELLIFLVENS, entis. Idem. apud Aufon. Epist. 16, 14.
- MELLIFER, era, erum. Adi. [μελιτοφόρος] Ouid. Met. 15, 383 Melliferae apes. Exercitus Claud. de Raptu Prof. 2, 127.
- MELLIFICO, are. [μελιτοποιώ] Mel facere. Plin. 11, 18 Aliarum quae in arboribus mellificant. Sic vos non vobis Mellificatis apes Virg. ap. Donat. in vita.
- MELLIFICATIO, onis. f. apud Varr.
- MELLIFICVS, a, um. Adi. [μελιτοποιός] Quod mel facit. Columel. 9, 13 ad finem, Ut ab opere mellifico euocatae apes foetibus ceras explant. Locus Colum. 9, 8, 7. et Pallad. Apr. 8. Saltus mellifici Columel. 9, 8, 7.
- MELLIFICIVM, i. n. [μελιτηργία] Mellis parandi studium et ratio. Varro de R. R. 3, 16 Sed ut hoc aptissimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Columel. 9, 13, 13: Apes magis mellificiis, quam foetibus student.
- MELLIGO, inis. f. Succus ex floribus, quem ad mellificationem apes conuehant Plin. 11, 6. Idem, Succum vuae immaturae Melliginem dixit 12, 27.
- MELLIGENVS, a, um. Adi. [μελιτογενής] Quod est eiusdem generis cum melle. Plin. 16, 7 Fert et aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi. b. e. Eiusdem succi, cuius est mel ipsum.
- MELLINA, vel MELINA, ae. f. Potio est confecta adiecto melle. Plaut. Pseud. 2, 4, 51.
- MELLINIA, ae. f. Dulcedo. Plaut. Truc. 4, 1, 6 Cum hoc iam volupe est, tum hoc nimio magnae Mellinae mihi. Proprie forte fuit mulla, vel certe potio melle temperata, eademque adeo quae Mellina.
- MELLITĪNVS, a, um. Adi. Idem ac Mellitus. Plin. Valer. 3, 26 Carae mellitinae libra vna.
- MELLONA, ae. f. Dea mellis. Arnob. 4 p. 131. Et Augustin. de Ciu. Dei 4, 34.
- MELLŌSVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 29 Mellofa dulcedo.
- MELA, ae. m. Fluvius Galliae Cisalpiniae. Virg. Georg. 4, 278. Et Catull. 68, 33.
- MELAENA. [Μελαίνα] Insula est, quae alio nomine Corcyra appellatur. Stat. Theb. 12, 619 Icarii, Celesique domus, viridesque Melaenae.
- MELAENAËTOS, i. m. Aquila nigra. Plin. 10, 3.
- MELAMPHYLLVM, i. n. [μελάμφυλλον] Species Acantbi herbae, a foliorum nigredine sic dicta, quasi melanophyllum Plin. 22, 22.
- MELAMPODIVM, i. n. [μελαμπόδιον] Genus nigri Hellebori, a Melampode vate dictum Plin. 25, 5.
- MELAMPRAION, i. n. Herba. Plin. 27, 8.
- MELAMPSYTHIVM, i. n. Passi genus, suum saporem, non vini referens Plin. 14, 9.
- MELAMPVS, ödus. m. [Μελάμπυς] Fuit, teste Homer. Odyss. 15. Filius Amythaonis ex patria Argo. Stat. Theb. 3, 453 Amythaone eretus, iam senior, sed mente virens Phoeboque Melampus Associat. Medicus illustris, qui filias Proeti sanavit helleboro. Virg. Georg. 3, 550 Quaesitaeque nocent artes: cessere magistri Philyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus. ¶ 2 Melampus, Canis nomen apud Ouid. Met. 3, 206. dicti sic, πρὸς τὸ μέλανας ἔχων τὰς ποδᾶς, quod nigros habeat pedes. Ouid. Met. 3, 206 Primusque Melampus Ichnobatesque sagax latratu signa dederunt.
- MELANCHOLIA, ae. f. [μελαγχολία] Latine dicitur Atra bilis, quae saepe in furorem agit homines. Cic. Tusc. 3, 11 Graeci volunt illi quidem (distinguere a furore) sed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant. Quasi vero atra bili solum mens, ac non saepe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Conf. Gell. 18, 7.
- MELANCHOLĪCVS, a, um. Adi. [μελαγχολικός] Qui atra bile plurimum abundat. Cic. Tusc. 1, 80 c. 33 Aristoteles quidem ait omnes ingeniosos melancholicos esse.
- MELANCHLAENI. [Μελάχλαινοι] Scythiae populi, a nigris vestibus quas ferunt, ita nominati. Vid. Mela 2, 1. et 1, 19.
- MELANCORYPHVS, i. [μελαγκόρυφος] Festus, Melancoryphi genus auium, quae Latine vocantur atricapillae, eo quod summa eorum capita nigra sint. Plin. 10, 29 Alia ratio ficedulis, nam formam simul coloremque mutant. Hoc nomen non nisi autumno habent. Postea melancoryphi nominantur. Conf. c. 60. it. 37, 8.
- MELANCHRĀNJS, is. f. Iunci genus. Plin. 21, 18.
- MELANDRYVS, yos. m. Piscis ex Thynnorum genere. Athen. 3, 34. Plin. 9, 15.
- MELANDRYVM, i. n. [μελάνδρυον] Genus herbae. Plin. 26, 7 Melandryum vero apud Theophrastum est exaiburnatum robur, de nigritie conciliato nomine. ¶ 2 Sed et Salsamenti genus Melandryum est, ex thynnis confectum Pars Thynni vilissima Plin. 9, 15. Etiam Varro L. L. 4, 12 p. 21, 21 partem Thynni significat. Martial. 3, 77 inter cibus foetidos, Teque iuuant gerres et pelle melandrya cana.
- MELĀNEVS. Nomen canis apud Ouid. Met. 3, 222 Harpalos et Melaneus, hirsutaque corpore Lachne.

MELANIA, ae. f. *Idem quod Nigritia seu nigredo.* Plin. 24, 8  
Et lentiginem et carcinomata, melanias quoque veteres, addito melle  
emendant. *Add. Plin. 26, 14.*

MELANION, i. n. *Flos niger violae.* Plin. 21, 11.

MELANIPPE, es. Melanippen, Desfontis filiam, siue Aëoli,  
vt alii Poëtae dicunt, formosissimam Neptunus compressit, ex qua pro-  
creauit filios duos. Quod cum Desfontes rescisset, et Melanippen ex-  
coecauit, et in munimento conclusit, etc. *est enim longior fabula. Filii*  
*illi Boeotus et Acolus, Bœotiae et Aëoliae Conditores. Conf. MENA-*

LIPPE.

MELANTERIA, ae. f. Scribonius Largus Comp. 208  
Melanterias, quae creta futoria dicitur, qua ligulae calceolorum de-  
nigrantur.

MELANTHEMON, i. n. *Herba.* Plin. 22, 21.

MELANTHIVM, i. n. [μελάνθιον] *Herba.* Plin. 20, 17 Gith  
ex Graecis alii melanthion, alii melaspermion vocant: optimum quam  
excitatissimi odoris, et quam nigerrimum. Medetur serpentium plagis  
et scorpionum. *Conf. Cato R. R. c. 102. Colum. 10, 245. Sammonic.*

MELANVRVS, i. [μελανύρεος] *Piscis sic dictus, quod nigrican-*  
*tem caudam habeat, et inter saxatiles numeratur.* Ennius ap. Apul. in  
Apol. p. 299. Melanurum, turdum, merulamque, vmbraque ma-  
rinam. *Vbi Anapaestus pro Dactylo. Ouid. Halicut. 113* Quin laude  
insignis caudae Melanurus, et ardens etc. *Add. Plin. 32, 2.*

MELAPIVM, i. n. [μυλαπίδιον] *Melapia sunt Mala, quae et*  
*malorum et pirorum aliquam speciem prae se ferunt; unde etiam nomen*  
*habent ex pomis et piris compositum. Atque hoc est quod Plinius 15, 14 ait,*  
*Caetera e causis traxere nomen: germanitatis, cohaerentia et gemella,*  
*nunquam singula in foctu; coloris, Syrica; cognationis, melapia.*  
*Neque enim accipiendum est melappia (sic enim fere in omnibus exempla-*  
*vibus legitur) cognationis nomen a gente vel familia Appiorum accepisse,*  
*sed a cognatione, quam ea ipsa mala cum piris habent, μήλον enim pirum est*  
*Graecis, μήλον malum, siue pomum. Plinium ipsum non aliter quam me-*  
*lapia scripsisse, et vt dico accepisse, ex eo manifestum est, quod paullo ante*  
*Appianorum malorum mentionem fecit, quae ex Appio e Claudia gente*  
*sunt cognominata, et melapiorum nomen non ex gente, sed ex causa co-*  
*gnationis tractum esse ait. Melapia legit etiam Harduinus, et memorat*  
*fructum, Pommepoires dictum hodie Franciis.*

MELAS. [Μέλας] *Multorum fluuiorum nomen est. Nam vnum*  
*esse in Mygdonia ostendere videtur Ouid. Met. 2, 247 Mygdoniusque Me-*  
*las. Alium in Sicilia describit Idem Fast. 4, 476 Sacratumque Melam*  
*pastua laeta boum. Nigrum ad verbum significat, i. turbidum.*

MELAS, anos. m. *Vitiliginis species. Vid. Cels. 5, 28, 19. Lactant.*  
*4, 14. vbi tamen non inuenio.*

MELASPERMON, vel MELANSPERMON, i. n. *Idem quod*  
*melansbium. Plin. 20, 17.*

MELEAGER, vel MELEAGRVS, Ouidius MELEAGROS, i. m.  
[Μελέαγρος] *Tydei frater fuit, Oenci filius, qui quum aprum Calydo-*  
*nium interfecisset, eiusque pellem et caput Atalantae Schoenei filiae dona-*  
*visset, Thestiadae eius auunculi vtrumque illi ademerunt, quos ille inter-*  
*fecit. Althaea Meleagri mater ob fratrum suorum caedem filio irata,*  
*stipitem fatalem, quo vita filii continebatur combussit, sicque necis causa fi-*  
*lio exstilit. Haec copiose narrat ornatque Ouid. Met. 8, 270. sqq. Huius*  
*opem Calydon, quamuis Meleagron haberet etc. Et alias Meleagros.*

MELEAGRIDES. [μελεαγρίδες] *Sorores Meleagri dum lugent*  
*fratrem in aues huius nominis mutatae, Ouid. Met. 8, 534. sqq. Sunt enim*  
*2 Gallinae Africae. Plin. 10, 26 Simili modo pugnant meleagrides*  
*in Boeotia Africae; hoc est gallinarum genus gibberum, variis spar-*  
*sium plumis, quae nouissimae sunt peregrinarum avium in mensas re-*  
*ceptae propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas*  
*fecit. Columel. 8, 2. vid. Gesner. ad Varr. 3, 9, 18.*

MELESIGÈNES. *Nomen Homeri.*

MELTAEVVS, a, um. *Adi. i. Homericus. Tibull. 4, 1, 201. vbi*  
*vid. Brouckh.*

MELETA, ae. f. *Herbae nomen, eadem quae Chamaeleon. Apul.*  
*de Herb. c. 25. 2 Melete, musarum vna ap. Cic. Natur.*  
*Deor. 3 c. 21.*

MELIA *hasta, vid. MELIS n. 2.*

MELIA Terra. [μυλία γη] *Terrae genus est Eretriae cinereae non*  
*dissimile, quodque digitis confricatum stridorem reddit trito pumici simi-*  
*lem. Vires habet in medicina easdem fere cum alumine, paullo tamen igna-*  
*uiores. Picioribus etiam vsui est, ad diuturniorem colorum firmitatem.*  
*Plinius Melinum vocat, nomine deducto a Melo, insula vna Sporadum, vn-*  
*de aduehi solet. vid. Plin. 35, 6.*

MELIBOEA. [Μελίβοια] *Vrbs est litoralis Magnesiae, propinqua*  
*Thestiae, vt testis est Herodot. lib. 6. Fuit etiam patria Philoctetae, di-*  
*cens Lucan. 6, 354 — pretioque nefandae Lampados, Herculeis fortis*  
*Meliboea pharetris.*

MELIBOEVVS, a, um. *Adi. Vnde, Purpura Meliboea, h. e. Me-*  
*liboensis, ait Seruius, ad Aen. 5, 251 Purpura maecandro duplici Me-*  
*liboea cucurrit. Fulgens Meliboea purpura Lucret. 2, 499. Sidon.*  
*9, 13 Rutilasque fertè blattas, Recoquente quas aheno Meliboea fucat*  
*vnda.*

MELICEMBALES, aut secundum alios MELICERIBALI, *cochlea-*  
*rum genus ap. Plin. 32, 11.*

MELICERIS, idis, vel MELICERIA, ae. f. [μελικηρίς] *A Ce-*  
*ra et Melle nomen accepit. Celsus 5, 18, 18 Tubercula quae μελικηρίδες,*  
*id est faui, vel φύματα nominantur. Idem 5, 26, 13 Est etiam viceris*  
*genus, quod a faui similitudine μελικηρίς Graecis nominatur. Idque*  
*duas species habet. Alterum est subalbidum, et furunculo simile; sed*  
*maius, et cum magno dolore. Quod, vbi maturescit, habet foramina*  
*— Raro fit, nisi in capillis. Alterum est minus, et super caput emi-*  
*nens, durum, latum, subviride, subpallidum, magis exulceratum:*  
*siquidem ad singulorum pitorum radices foramina sunt, per quae fer-*  
*tur humor glutinosus etc. sunt enim pluscula. Etiam 7, 6 pr. Capiti vt*  
*certae sedi assignat μελικηρίδας. Plin. 20, 21 Radice melicerias et le-*  
*pras curant. Idem 21, 20 Et contra meliceridas efficax. Sunt qui*  
*scribant Melliceris. Vid. Celsum 5, 26, 19 vbi Melicera vocantur; add.*  
*ib. c. 28. vbi Meliceria, μελικηρίς.*

MELICERTA. [Μελικέρτης] *Filius Athamantis et Inûs, cum*  
*quo mater quum videret Athamanta, regem Thebarum maritum furen-*  
*tem, in mare se praecipitem dedit; et postquam in numina sunt com-*  
*mutati, Graece Leucothea et Palaemon sunt appellati; Latine Portunus,*  
*et mater Matuta. Auctor Seruius ad Virg. Georg. 1, 437 Votaque ser-*  
*vati soluent in litore nautae Glaucò, et Panopeae, et Inoo Melicertae.*  
*Fabulam*

*Fabulam describit Ouid. Fast. 6, 494. It. Met. 4, 328. Pers. 5, 102*  
 Nauem si poscat sibi peronatus arator Luciferi rudis, exclamat Melicerta (*marinum numen, quem nouus nauta inuocat;*) perisse Frontem de rebus.

MELICHLOROS, ὄτις. m. *Gemma parte flaua, parte mellea.* 5  
 Plin. 37, 11.

MELICHROS. *Lapis modo niger, modo flauus; a mellis colore vocatus.* Plin. 37, 11. *Adde Lucret. 4, 1153.*

MELICHRYSVS, i. m. *Gemma, quae ex India mittitur, quasi per aurum sincero melle translucens.* Plin. 37, 9. 10

MELICRATON, i. n. *Aqua mulsa.* Isidor. 20, 3.

MELICVS, *vid. MELOS.*

MELICVM. *Ab imperito vulgo dicitur Gallinarum genus, quod Medicum dici debet, teste Columel. 8, 2, 4, his verbis, Praecipue Tanagricum genus, et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum et medicum, quod ab imperito vulgo litera mutata melicum appellatur: nobis nostrum vernaculum maxime placet.* *Add. Varro 3, 9, 19. et Festus h. v.* 15

MELIGVNIS. [*Μελιγυνίς*] *Insula est Siciliae adiacens, vna ex Aeoliis, quae notiore nomine Lipara dicitur.* Plin. 3, 9. 20

MELILOTOS, i. f. [*μελιλωτός*] *Herba, quam Latini Sertulam Campanam appellant, quod in Serta vrbe Campaniae frequentissima sit. Melilotum, quod a nobis Sertula Campana dicitur Scribon. 258. Plin. 21, 11 Melilotos vbique nascitur. Laudatissima tamen in Attica Ouid. Fast. 4, 440 Pars thyma, pars casiam, pars meliloton amat. Conf. Plin. 33, 4. et Pal-* 25  
*lad. 11, 14.*

MELIMĒLI, *vel MELOMELI, n. quod melius, [μηλομέλι] Quid esset, docet Columel. 12, 45, 3. vbi iubet malis cydoniis affundi mel optimum et liquidissimum. Addit, Haec ratio non solum ipsa mala custodit, sed etiam liquorem mulsei saporis praebet, qui sine noxa possit interdum dari febricitantibus, isque vocatur Melomeli.* 30

MELIMĒLVN, i. n. [*μελιμηλον*] *Dicitur Pomum musteum, sive dulce, quasi Mellitum pomum; Plinius 15, 14 Mustea a celestitate mitefcendi; quae nunc melimela dicuntur a sapore melleo. Orbiculata, a figura orbis in rotunditatem circumacti. Martial. 7, 25 Infanti melimela dato, fatuasque mariscas. Add. Idem 13, 24. Plin. 23, 6. Horat. Serm. 2, 8, 31 Post haec me docuit melimela Rubere minorem. Ad Lunam delecta. Laudant etiam Varro 1, 59, 1. Col. 5, 10, 19. et 12, 45, 5. Isidor. Orig. 17, 7 Melimelum a dulcedine appellatum, quod fructus eius mellis saporem habeat, vel quod in melle seruetur, vnde et quidam, Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle. Ponantur, dices, haec melimela placent. Itaque Melimela etiam sunt cydonia melle condita, quorum succus vocatur Melomeli.* 35

MELINVM, i. n. [*μέλινον*] *Apiastrum vocat Varro de R. R. 3, 16, 10. his verbis: Et hortum habuisse, ac reliquum thymo, et cytiso obseuisse et apiastro, quod alii meliphylon, alii melisophylon; quidam melinum appellant. Vistor. et reliqui Graece scribunt μελιφυλλον, melισσόφυλλον, μέλινον. Conf. Cerda ad Virg. Georg. 4, 63.* 45

¶ 2 *Oleum ex flore malorum.* Plin. 23, 6 *Fit et oleum ex his, quod melinum vocauimus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideo vtilissima quae ex Sicilia veniunt. Hoc igitur μέλινον ex μέλον malum. Idem forte, de quo Plin. 13, 1 Postea eodem loco praelatum est melinum, Cyprinum in Cypro.* 50

¶ 3 *Pigmenti candidissimi species.* Plin. 35, 6 *Melinum candidum et ipsum est, optimum in Melo insula; in Samo quoque nascitur; sed eo non vtuntur pictores propter nimiam pinguedinem. Vtitur etiam Plaut. Mostel. 1, 3, 107. Quidam volunt esse colorem medium inter album et fuscum, qui dicitur Giluus. Conf. Plaut. Epid. 2, 2, 49. Vitr. 7, 7. Hinc Color melinus l. 78. §. 5. D. de legat. et fideicom.* 55

¶ 4 *Aluminis species Plin. 35, 15.*  
 MELINVS, a, um. *Adi. Ab animali etiam Melis vel Meles dictum videtur; Plautus in Epid. 1, 1, 21 Vbi ergo est? nisi si in vidulo, aut si in melina attulisti. i. in bulga vel crumena e pelle melis. Scaliger interpretatur μελιωτήν, pellem ouillam, ac deinde quidquid scoriteum est.* 60  
 ¶ 2 *Est item Melina tibiae genus acutissimi soni, vt Festus ait. Sed non inueniebam.* 65

MELIOM. *Meliorem dicebant, Festus. Sic legendum censet Scal. pro*

MELTOM. *Caeterum*

MELIOR, MELIVSCVLVS, MELIORESCO, MELIORO, *vid. BONVS.*

MELIPHYLLON. [*μελιφυλλον*] *Nomen herbae. Varro de R. R. 3, 16, 10 Reliquum thymo et cytiso obseuisse, et apiastro, quod alii μελιφυλλον, alii melισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant. Conf. Colum. 9, 8. Plin. 20, 11. Virg. Georg. 4, 63 Trita meliphylla, et cerinthae ignobile gramen. Alii legunt Melisphylla.* 70

MELIS, is. *vel vt alii malunt, MELES, is. aut MAELIS adeo f. [μέλις] Animal, quod hodie fere et Taxo, sive Taxus dicitur, cui hoc nomen tributum putatur, quod sit mellis audivissimum, et aluearibus semper infestum, in cauernis viuens, asperum, mordaxque, magnitudine vulpis, colore felis; ex cuius pelle pharetras et canum collaria obtegunt. Plin. 8, 38. l. 58 Alia solertia in metu melibus: Sufflatae cutis distentu ictus hominum et morsus canum arcent. Varro de R. R. 3, 12, 4 Alterum ne felis, aut melis, aliaue quae bestia intrare possit. Gratius de Venatione 402* 75

— *Collaribus ergo Sunt qui lucifugae cristas inducere melis Iussere. De collaribus canum loquitur. Add. Vlit. ad h. l. et reliqui apud Burm. it. Morgag. ad Seren. Sammon. Epist. p. 63. quibus lectis vix equidem dubitabam, cristas, i. villosam pellem melis lucifugae f. in tenebris cauernarum habitantis, inducere Poëtam iubere collaribus canum. Ab eod. Gratio 340 commendantur cana e mele galeri. Martial. 10, 37 Venator capta mele superbus adest. Vid. Lotich. ad Petron. p. 392. Sammonic. v. 896 Nec spernendus adeps, dederit quem bestia melis. Add. 380.* 80

¶ 2 *Melis item Hasta a ligno mali dicta. Festus. Sed leg. Melia, melia, fraxinea: quod enim de malo Festus, ineptum est.* 85

MELISSA, *vid. MELISSVS.*

MELISSON, *vid. MELITTON.*

MELISSOPHYLLVM, i. n. [*μελισσόφυλλον*] Plin. 20, 11 *Apiastrum Hyginus quidem melisophylon appellat; sed in confessa damnatione est venenatum in Sardinia. Virgilius per syncopam dixit Georg. 4, 63 Trita melisphylla.* 95

MELISSVS. [*Μέλισσος*] *Rex fuit Cretensis antiquissimus, qui, vt scribit Lactantius Instit. 1, 22 primus diis sacrificauit, habuitque filias Amaltheam et Melissa, quae Iouem puerum caprino lacte ac melle aluerunt, vnde Melissa apes dicta fuit: et Amalthea caprae eiusdem nomen accepit. Columel. 9, 2 Nec sane rustico dignum est sciscitari, fuitne mulier pulcherrima specie Melissa, quam Iupiter in apem conuertit. Vnde et apes Graecis μέλιτων dicuntur.* 100

MELITE, es; *sive* MELITA, ae. f. [Μελίτη] *Insula inter Italiam Epirumque posita, ut scribit Strabo: sive, ut scribit Plin. 3, 26 inter Corcyram et Illyricum in Adriae sinu.*

¶ *Alia item notabilior inter Siciliam et Africam, de qua Cicer. Verr. 4, 103 Melita insula satis lato ab Sicilia mari, periculosoque disiuncta; in qua eodem nomine oppidum. Nunc vulgo dicitur Malta. De hac Ouid. Fast. 3, 567 Fertilis est Melite.*

MELITAEVS, a, um. et MELITENSIS, e. Adi. [μελιταῖος] Canes Melitaei et Melitenses Plin. 30, 5. Melitensem rosam commendat Cic. Verr. 5, 27. Vestem Idem ibid. 2, 176. et Sil. 14, 251. Catuli Melitaei Plin. 3 c. vlt.

MELITES. Gemma est mali coloris, ut inquit Plin. 37, 11.

MELITITES, is. m. Plin. 36, 19 Melitites lapis succum remittit dulcem, mellitumque tusus. Item Potio ex multo et melle facta, auctore Plinio 22, 24. et 14, 9.

MELITO, are. [μελιτώ] Verbum simpliciter e Graeco assumptum, si bene Diomedes 1 p. 373 med. Meditor et Melito (differunt) ut putat Plinius: meditantem esse secum cogitantem, melitantem voce dicentem.

MELITON, i. n. Genus vini ap. Vitr. 8, 3. vid. Philand.

MELITTAENA, ae. f. Herba, alias marrubium. Apul. de herb. c. 45. Plin. 21, 20 hoc nomine appellatur Melissophyllon: alii tamen c. l. legunt Melittis, idis.

MELITTON, s. MELISSON, onis. m. [μελιττων] Vbi apes nutriuntur. Varro de R. R. 3, 16. μελιττωνας ita facere oportet; quos alii μελιτροφεία appellant, eandem rem quidam mellaria, Vid. Columel. 8, 1.

MELITVRGVVS, vid. MEL.

MELIVM, s. MAELIVM legant quidam pro Millo canum colari, v. v.

MELIVS, i. m. Gentis Romanae nomen, e qua ille Spurius, largitionibus celebris. Vid. Liu. 4, 13. seqq. Valer. Max. 6, 3, 1. Hinc

MELIANVS, a, um. Adi. Frumentum Melianum: Meliana caedes Liu. 4, 16.

MELIVS, Comparativum a Bene. et MELIVSCVLE, vid. BONVS.

MELIZOMVM, i. n. Ius mellitum. Apic. 1, 2 Adiacere melizomorum vini.

MELLA. [Μέλλα] Fluvius Galliae est, iuxta quem Amella herba frequens nascitur. Seruius Catull. 65, 33 Flauus quam molli percurrit flumine Mella, Brixia Veronae mater amata meae. Flumina curva Mellae Virgil. Georg. 4, 278.

MELLA, ae. f. Aqua e melle sic fieri solita; Quum secundarium mel de fauis fuerit exceptum, certae statim minute resoluantur, et aqua fontana vel caelesti macerentur. Expressa deinde aqua coletur, et in vas plumbeum defusa decoquatur, omnisque spurcicia cum spumis eximatur. quae decocta, quum tam crassa fuerit quam defrutum, refrigeretur; et bene picatis lagenis condatur. Hac mella quidam pro aqua multa vtuntur; nonnulli etiam pro defruto in condituras oliuarum.

Haec Columella 12, 11. Erat igitur mella velut ablutio cerarum aliquid mellis adhuc habentium; aqua vero malsa ex optimo melle fiebat, ut idem auctor docet capite proximo.

MELLARIVM, MELLARIVS, et MELLATIO, vid. MEL.

MELLICERIS, vid. MELICERIS; nam unico L scribi debet.

MELLICVLVM, MELLIFER, MELLIFICO, MELLIFICVS, MELLIFICIVM, MELLIGO, MELLILLVS, MELLITVS, vid. MEL.

MELLONA, vid. MEL.

MELLOPROXIMVS. Vox hybrida e Graeco et Latino etc. Proximus designatus. Legg. 5, 7 et 14. C. de Proxim. sac. scrip. et Theod. Cod. 6, 26.

MELLVS aut MELLVM. Quidam ap. Varr. R. R. 2, 9, 15. pro MILLVS.

MELO. Fluvius, qui et Nilus appellatus est. Aufonius in Aenigmat. Vid. Fest. in vocibus Alcedo, Alimento, et Melo; et Seru. ad Georg. 4, 291 et Aen. 4.

MELOCARPVS. [Μηλόκαρπος] Herba est, quae alio nomine Aristolochia longa appellatur. Apul. de Herb. c. 19.

MELODES, MELODIA, vid. MELOS.

MELOFOLIVM, i. n. Genus malorum, quibus folium vnum aliquando et geminum erumpit e latere medio Plin. 15, 14.

MELOLONTHA, ae. f. Scarabaei genus. Ioël. 2, 25.

MELOMELI, vid. MELIMELI.

MELONES. Dicuntur statim ante Cucumeres a Palladio 4, 9, 6 Genus peponis, quod aliis Melopepo appellatur. Melones Hostienses memorat Lamprid. Albino 11.

MELOPEPONES. [μηλοπέπωνες] Sic describuntur a Plinio 19, 5 s. 23 inter cucumeres: Ecce cum maxime noua forma eorum in Campania prouenit, mali Cotonei effigie. Forte primo natum ita audio vnum: mox femine ex illo genus factum: melopeponas vocant. Non

pendent hi, sed humi rotundantur. Mirum in his praeter figuram coloremque et odorem, quod maturitatem adepti quamquam non pendentes, statim a pediculo recedunt.

MELOPHYLLON, i. n. Herba eadem cum Millefolio Apul. de Herb. c. 88.

MELOS. n. [μέλος] Cantus, modulatio. Speciatim mensura vocis altior, ut finit Gell. 16, 18. Inueniuntur casus illius vel Graeci vel Latini, isti. Pers. in Prolog. 15 Cantare credas Pegaseium melos. Lactantius de Resurrectione, v. 32 Fitque repercussio dulcior aula melo. Chorus nouae Hierusalem nouam Meli dulcedinem promat Ambros.

hymno Pasch. Siluani Melo consimilem ad aures cantum et auditum refert Accius ap. Cic. de Nat. Deor. 2, 89 c. 35. Pange et Anastasio flebile, musa, Melum Aufon. Profess. Epigr. 10, 35. Cui breuia Mela modifica recino Idem Parental. Epigr. 37. Sed Graece maluerunt antiqui, v. g. Longum melos Hor. Carm. 3, 4, 2. Mele [μέλη] nominatiuus plur.

Lucret. 2, 412 Aeque Ac Musaea mele per chordas, organici quae Mobilibus digitis expergefata figurant. Sic Cycneae mele Lucret. 2, 504.

MELODIA, ae. f. [μελωδία] Cantus. Mart. Capell. 9 p. 306.

MELODES. [μελωδης] Qui carmina cantat. Sidonius Epist. 9, 15 Proculus melodes insonare pulsibus.

MELICVS, a, um. Adi. [μελικος] Qui canica facit: Poetae lyrici, Melici dicti sunt. Aufonius Idyll. 4, 54 Tu melicos lyricosque modos. Cic. de Opt. Gen. Orat. 1 Poematis enim tragici, comici, epici, melici, etiam ac dithyrambici, etc.

Melici sonores Lucret. 5, 335.

M E L O D V S. *Suaniter canens apud inferioris aetatis Poetas. Dulce carmen et Melodum Prudent. Cath. 9, 2. Canentes Melodae virgines Auson. Profess. Epigr. 16 i. sirenes.*

M E L O P O E I A, ae. f. Mart. Capella 9 p. 326.

M E L O S M O S, i. m. *Herba eadem cum polio Apul. de Herb. c. 57.*

M E L Ō T A, ae. f. *vel MELOTE, es. f. Pellis ouilla; Vulg. Hebr. II, 37. Sed non tam pellem ouis significat, quam exuium, hoc est pellem corpori detractam una cum lana. Erasmus in Epist. ad Hebraeos c. 1, 37.*

M E L O T H R V M. [μήλωθρον] *Herba putatur ea, quae alio nomine ἀμπελος λευκή, hoc est vitis alba appellatur. Nominat Plin. 21, 9 f. 29.*

M E L P Ō M Ē N E. [Μελπομένη] *Vna musarum. Vid. M V S A E. Horat. Carm. 1, 24, 3 Praecepte lugubres Cantus Melpomene; cui liquidam pater Vocem cum cithara dedit.*

M E L T O M, *vid. MELIOM.*

## M E M

M E M B R V M, i. n. [κῶλον, μέλος, γυῖον] *Pars corporis, quae artibus, et tendinibus adnexa est, iisque, quae inde Membranae vocantur, ut Manus, Pes, Caput. Videtur esse e Graeco μέλος, μέλος etc. Cic. de Fin. 3, 18 Iam membrorum, id est partium corporis alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes, etc. Alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pauoni. Iners membris, vid. INERS. Artus magni membrorum Virgil. Aen. 5, 422. Flexus membrorum Quintil. 1, 1. Grauitas*

Lucret. 3, 477. Abalienata, *vid. ABALIENO. Accommoda bellis Stat. Silu. 4, 4, 65. Aegra Ouid. Epist. 21, 190. Auulsa Virg. Aen. 9, 490. Caesa Ouid. Met. 6, 708. Candida Idem ib. 2, 607.*

Compacta et firma Sueton. Vesp. c. 20. Curua Ouid. Met. 3, 277.

Debilis Sil. 10, 395. — metu sunt Ter. Adelph. 4, 4, 3. Direpta

manibus Ouid. Met. 3, 731. Discerpta gruis Horat. Serm. 2, 8, 87.

Disiecta laceri corporis Sen. in Hippol. f. 12. Exanguia Sil. 7, 679.

Exilia Ouid. Met. 5, 433. Fessa diurnis ministeriis Id. ibid. 4, 215.

Hispida Iuuen. Sat. 2, 11. Immania Ouid. Met. 12, 501. Implicita

Lucan. 3, 690. Liquefacta Sil. 1, 178. Muliebribus membris puer

Lucret. 4, 1046. i. *Puer tener. Macrobi. Som. Scip. 1, 6 p. 29 Septem sunt intra hominem, quae a Graecis Nigra membra vocantur, lingua,*

cor, pulmo, iecur, lien, venes duo. Procera Sil. 16, 351. Rigentia

fugiente vita Lucan. 2, 25. Saucia Ouid. Met. 2, 652. Senecta

Lucret. 3, 779. Squalida Idem 5, 954. Tenera Idem 4, 1097.

Truncata Claud. de Bello Get. 263. Turpia vdo fimo

Virgil. Aen. 5, 358. Valida ac iuuenilia Iuuen. Sat. 11, 5. Velocia

Sil. 17, 537. Vieta Hor. Epod. 12, 7. Viuida Sil. 7, 64.

Verborum formulae: Abluere membra lassata Ouid. Met. 6, 353. Ab-

scindere Lucret. 3, 642. Cadunt membra languida Ouid. Epist. 21, 156.

Captus membris, *vid. CAPIO. Componere membra defessa Virgil. Georg. 4, 438. Correpunt membra pauore Lucret. 5, 1218. Di-*

laniat membra viua Ouid. Met. 6, 644. Dissoluntur membra, flu-

untque Lucret. 4, 917. *de somno. Ouid: Amor. 1, 6, 36 Hunc ego*

si cupiam, nunquam dimittere possum, Ante vel a membris Diuidat

ipse meis. Dare curata membra sopori Hor. Serm. 2, 2, 81. Dat

placidam membris cura quietem Virgil. Aen. 4, 5. Durare membra

in duro opere Lucret. 5, 1359. Erigere cubili Sil. 7, 287. Exc-

tit membra pauor Senec. Thyest. 1. Expressus membris infans

Quinct. 2, 4. Irrigare alicui quietem per membra Virgil. Aen. 1, 995.

Languescunt membra Lucret. 4, 948. Laxae quiete Virg. Aen. 5, 836.

Leuare baculo Ouid. Met. 8, 693. Luxuriant membra Id. ibid. 7, 291.

Madent vino, *vid. MADEO. Mouere mollia Lucret. 4, 457. Po-*

fluere solo incuruata membra Ouid. Met. 6, 246. Quatit horror

membra Virg. Aen. 3, 30. Recidere genitalia Ouid. Amor. 2, 3, 3.

Soluuntur frigore Virgil. Aen. 1, 96. Et 12, 951. Soluta languore

Ouid. Met. 11, 612. Valens membris Virg. Aen. 5, 431. Venit

membris lues tabida Id. ibid. 3, 137. Venit vigor habilis membris

Idem Georg. 4, 418. ¶ 3 *Observationes. Interdum ad car-*

nem et eos, qui musculi vocantur in primis videtur referri. Sil. 1, 177

Ossa liquefactis funarunt feruide membris: *in descriptione tormento-*

rum. Et in famis effectibus 2, 468 Venis male iuncta trementibus ossa

Exstant, consumtis visu deformia membris. *Vtroque loco nervus qui-*

dam legunt. Sed praefert membris utroque loco Heinsius. Dicuntur et

Membra in statuis. Quinctil. 2, 1 Is ne statuum quidem inchoari

eredet, quum eius membra Fundentur. Idem 7, 1 Neque enim, quam-

quam fuis omnibus membris, statua sit, nisi collocetur. *Membrum*

κατ' ἐξοχὴν, *Illa pars, qua sexus discernitur. Poeta Phallicus Epigr. 69*

Huius et Alcinoi narrata est filia membrum Frondenti ramo vix potuisse

tegi. ¶ 4 *Metaphor. Membrum, in oratione, est (inquit*

Valla) *Sensus numeris conclusus, sed a toto corpore abruptus, et per se nihil*

efficiens. Auctor. ad Heren. 4, 27 c. 19 Membrum orationis appella-

tur res breuiter absoluta, sine totius sententiae demonstratione, quae

denuo alio membro orationis excipitur. Cic. in Orat. 223 c. 62 Nescio

cur, quum Graeci κῶματα et κῶλα nomen, nos non recte Incisa et

Membra dicamus. *Aliter pro partibus totius orationis. Idem Verr. Di-*

vinat. 45 Quid quum accusationis tuae membra diuidere coeperit, et

in digitis suis singulas partes causae constituere? ¶ 5 *Sunt*

et domus membra: Plin. Epist. 2, 17 Adhaeret Dormitorium membrum

transitu interiacente, i. *Pars domus, quieti corporum dicata. Videtur*

autem esse Dormitorium membrum, quod idem Plin. Epist. 5, 6 Dormi-

torium cubiculum vocat, quod etiam Sidonius imitatus est. *Partem do-*

mus Columella quoque Membrum nominat 1, 6. *Modus membrorumque*

numerus aptetur vniuerso consepito: et diuidatur in tres partes, vr-

banam, rusticam, et fructuariam. *Singula domus Membra cingit*

armata factio Apul. Met. 3, sub fin. *Et Vlpianus de manumissis testa-*

mento. I. Si ita fuerit. *Quaeri inquit, potest, si fabris duobus vel*

pictoribus, si membrum depinxissent, vel fabricassent nauem, quid ad-

scriptum sit. *Conf. Cic. ad Quint. Fr. 3, 1.*

¶ 6 *MEMBRŌSVS, a, um. Adi. Vnde Comparatiuum, Membrosior,*

i. *Mentulior. Poeta Phallicus praefat. Carm. Sed ruber hortorum*

custos Membrosior aequo.

M E M B R A T I M. Adu. [κατὰ κῶλα, μελῶδον] *Per singula mem-*

bra. Plin. 5, 15 *Hi membratim caesi, ceruice et abdomine commen-*

dantur, *de thynais salientis. Membratim tractare aliquid Plin. 11, 37.*

Cicer. in Partit. 121 *Narratio autem accusatoris erit, quasi membratim*

gesti negotii suspiciosa explicatio. *Generatim et Membratim, con-*

traria. Plin. 25, 11 et 12 *Prooem. Sensum vitalem membratim de-*

perdere Lucret. 3, 526. *Cic. in Orat. 212 c. 63 Quo autem pacto*

deceat Incise membratim dici, iam videbimus. *Quinctilian. 9, 4*

Vbicunque acriter erit et instanter, pugnaciterque dicendum, Membratim caesimque dicemus. *i. Per incisura et membra, siue per cola et commata.*

MEMBRANA, ae. f. [μῆνη] *Pellis, quae artus tegit et iungit.*  
 5 Cicer. de Natur. Deor. 2, 142 c. 57 Quae primum oculos membranis tenuissimis vestiuit et sepsit Plin. 9, 29. Squamea membrana chelydri Ouid. Met. 7, 272. Eodem sensu saepe pp. Plin. occurrit. Membranas mittunt vituli de corpore summo Lucret. 4, 57. Plin. 16, 14. *de tilia*, Inter corticem et Lignum tenues tunicas multiplici membrana.  
 10 Tegens cerebrum membrana Scribon. 206. Violare membranam Cels. 8, 3. ¶ 2 Membrana, Charta Pergamena, e pellibus animantium concinnata. Abducere innatantes membranas 37. Plin. 13, 11 Mox Aemulatione circa bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis, supprimente chartas Ptolemaeo, idem Varro membranas Pergami tradidit repertas. Add. Idem 21, 11. Hieron. Epist. 43. Horat. de Arte Poët. 389 Membranis intus positis delere licebit Quod non edideris. Bicolor membrana Pers. Sat. 3, 10. Confecare in tenues membranas, vid. CONSECO. Directa plumbo membrana Catul. ad Varum 20, 7. Lutea membrana niueum inuoluat libellum Tibull. 3, 1, 9.  
 20 ¶ 3 Membrana, pro Superficie, figura et simulo aliquo rerum. Lucret. 4, 93 At contra, tenuis Summi membrana coloris Quum iacitur, nihil est quod eam discerpere possit, etc.

MEMBRANULA, ae. f. Dimin. [μῆνιον] Cicer. Att. 4, 4 Iisque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant  
 25 Cels. 7, 7.

MEMBRANULUM, i. n. Idem. Apul. Met. 6 secundum lectivonem Eilmenhorst. et Pricaei. Verba sunt p. 184, 20 Corium non asini crassum, sed hirudinis tenue membranulum. *Potest aliquis suspicari, a prima nominis membranulam absorptam vltimam in tenuem induxisse*  
 30 *Criticos, ut neutram quoque terminationem adderent.*

MEMBRANACEVS, a, um. Adi. [μῆνωδης] Quod similitudinem membranae habet. Plin. 16, 31 Quibusdam cortex membranaceus, vt viti. Idem 10, 61 Voluerum animal parit vespertilio tantum, cui et membranaceae pinnae sunt.

MEMBRANEVS, a, um. Aliud Adi. [μῆνωδης] Quod ex membranis est. Vlpianus de Legat. 3. l. Librorum appellatione, Quod si in codicibus sint membranaceis, vel chartaceis, vel etiam eboreis.

MEMBRANARIVS, i. m. ἀφροειδοῦς Gloss. Lat. Gr.

MEMBRARI. [μῆνωδαι] Per membra formari: quo verbo vti-  
 40 tur Censorinus de Die natali c. 11.

MEMBRATVRA, ae. f. [μολοδία] Membrorum compositio. Vitruv. 8, 5.

MEME, Accusatiuus geminatus, maioris vehementiae gratia, ab Ego primitiuo. Virg. Aen. 9, 427 Meme, adsum qui feci, in me conuertite  
 45 ferrum O Rutuli. Vbi Seruius; Meme, subaudi, Interficite; et est interrupta elocutio dolore turbati.

MEMECYLON. [μῆμεκλον] Fructus s. pomum arboris Vnedonis. Plin. 15, 24 Duobus tamen hoc nominibus appellant Graeci Comaron, et Memecylon, ex quo apparet, totidem esse genera apud nos. Variat  
 50 Graeca appellatio. Nam μῆμακλον, μῆμακλον et μῆμεκλον etiam inuenitur.

MEMET. Pronomen compositum, pro Meipsum. Plaut. Capt. 2, 3, 68 Nec me secus vnquam ei facturum quidquam, quam memet mihi. Id. Cist. 4, 2, 24 Sed nunc ego memet moror. Conf. Sallust. Iug. 4 et 85.  
 55 Virg. Aen. 4, 606. vid. EGOMET.

MEMIGMENON, i. n. Cels. 6, 6, 17 inter Collyria laudatur Euelpidis, quod μῆμιγμένον appellabat, i. mixtum.

MEMINI. [μῆμνημι, ἀναμνησκῶ] Verbum defectiuum in Praeterito tantum coniugatur, ex temporibus a Praeterito formatis, praeter  
 60 haec etiam habet in Imperatiuo, Memento, mementote. Memini, a Meno, antiquo verbo fit, a quo etiam Mens, et Mentis, et Comminiscor est. Plaut. Pers. 2, 1, 8 Potin' ne moneas? Memini et scio, et calleo, et commemorari. Ter. Andr. 5, 5, 13 Facturum quae voles scio esse omnia. P. memini. Cicer. pro Quint. 55 Memini, vetus

65 est, de scurra multo facilius diuitem, quam, etc. Faciam, vt mei memineris, dum vitam viuas Plaut. Poen. 4, 4, 24. Bene memini Hor. Serm. 1, 9, 68. Libentius meminit illud Idem Epist. 2, 1, 262. Longissime, vid. LONGVS. Maxime memini, vid. MAGIS. Memoriter meminit, vid. MEMOR. Dum sanitas constabit, Pulchre

70 meminero Phaedr. 4, 25. extr. Ita in prandio nos lepide atque nitide accepisti ter vt Semper meminerimus Plaut. Cist. 1, 1, 9. Meminero. Idem Afin. 1, 1, 104 Ibi si quid opus fuerit L. meminero. Memineris vnde sit oriundus Idem Aul. 3, 6, 5. Ac non solum erat

administer ipsius cupiditatum; Sui meminerat aequae Cic. Verr. 2 c. 54.  
 75 *i. rationem habebat.* Memento, memento Plaut. Cal. 3, 6, 13. in monendo et comminando. Cic. de Amicit. 2 Meministi enim profecto vt opinor Attice, etc. Quanta esset hominum vel admiratio vel querela.

Construitur eleganter cum Praesenti pro Praeterito. Memini comprimere Plaut. Epid. 4, 1, 13. Ter. Andr. 2, 5, 18 Ego illam vidi virginem, forma bona memini, videre. Vbi Donatus, Memini videre, aut Memor sum me vidisse. Aut, Memini me videre: h. e. Intelligo, scio: aut, Memini quod viderim. Memini videre, pro Vidisse. Cic. Verr. 4, 32 c. 14 Hoc me memini dicere. Idem de Legib. 1, 13 Iuri studere te memini. Virg. Ecl. 9, 52 Cantando puerum memini me condere

80 soles. Add. Idem Ecl. 1, 17. Nempe ipsum Memini vt Odi quoque et Noui, statum mentis cum cogitauit, indicant, et praesens includunt adeo. Aliquando tamen cum praeterito penitur: Memini permisisse Cic. Att. 1, 10. Idem pro Rosc. Amer. 122 c. 42 Meministis me ita distribuisse initio causam. Memini me Posuisse pro argumento Idem Bruto c. 80: Conf.

90 Cellar. Cur. Post. p. 97. iam Constructionem cum casu videamus. Ter. Eun. 4, 7, 31 Faciam vt huius loci, Dieique meique semper memineris. Officium Plaut. Cal. 2, 3, 42. Plin. 8, 40. de canibus, Itinera quamvis longa meminere. Ter. Phorm. 2, 3, 40 Si meministi quod olim dictum est, subiice Cic. Acad. 4, 160. Numeros memini, si verba

95 tenerem Virg. Ecl. 9, 45. Omnia amantes meminerunt Ouid. Epist. 15, 43. Add. Cic. Fam. 4, 13 versus fin. Virg. Ecl. 7, 69. Non. 12, 25. Memini, pro eo, quod est Mentionem facio: recusat Accusatiuum, postulatque Genitiuum, vel Ablatiuum cum praepositione De. vt, Quint. 11, 2 Neque omnino huius rei meminit vsquam Poeta ipse. et iterum, De quibus

100 multi meminerunt. Haec Valla 3, 58. Meminisse; Infinitiuus pro Nominis, quod Graeci dicunt τὸ μῆμνησαι. id est, memoria, seu vis ac potestas animi, qua res praeteritas meminimus. Lucret. 4, 769 Praeterea meminisse iacet, languetque sopore, i. Memoria. Sic loquitur Ennius, Aut occasus vbi, tempusue audere repressit. i. Audaciam, τὸ πολὺ. monuit

105 Lambinus. Non. 5, 78 Meminisse et In memoriam reuocare, hoc differre

differre Aristoteles putat; διαφέρει μνημονεύειν τῷ ἀναμνησθῆναι. et vult meminisse omnium esse animantium, vt cibi, potionis, somni, voluptatis: in memoriam reuocare quod exciderit, non nisi homines posse.

MEMINENS. Partic. ab antiquo Memino. Sidon. Epist. 2, 20. et Aufon. 4, 12. item in Professor. 2, 39. Conf. Voss. de Vit. L. L. p. 767. 5

MEMOR, ὄρις. omn. gen. [μνήμων] Secundum Priscianum, a Memini fit. Virg. Aen. 9, 447 Nulla dies vnquam memori vos eximet aeuo. Aeuum vt saeculum pro hominibus. Ter. Andr. 1, 5, 47 Vnum hoc scio, hanc meritam esse, vt memor esses sui. Virg. Aen. 4, 539. Veteres Christiani sese sibi inuicem commendabant hoc modo, vt rogarent, vt sui memores essent, vt sui apud Deum memores essent: vid. August. de C. D. 21, 27. Licent. Carin. ad Augustin. Tertull. de Bapt. extr. Cyprianus passim in clausulis Epistolarum. Hieron. Epist. 55. ad Ripar. Paulin. Nol. de Ob. Celsi v. 594. Humanitatis tuae memor Scribon. Ep. m. Admissi memor Ouid. Met. 11, 380. Ventu- 15

rae hiemis memores apes Virg. Georg. 4, 156. Facere aliquem memorem sui Id. Aen. 6, 664. Viue memor quam sis aevi breuis Hor. Serm. 2, 6, 97. Memor et gratus Cic. Verr. 4. Add. Ter. Adelph. 2, 2, 44. Memor, Cuius nos memores sumus. Virg. Aen. 1, 8 — fae- 20

vae memorem Iunonis ob iram. Hor. Carm. 1, 13, 12 Siue puer fu- 20  
rens Impressit memorem dente labris notam. Passiva notione, tam  
vehementem, vt non facile excidat memoria. Memorem in bene meri-  
tos Animum praestare Cic. Fam. 1, 9. Anni vid. h. v. Medium  
erat in Anco ingenium, et Numae et Romuli memor Liu. 1, 32, 4.

Aure memori vocem condidit Ouid. Epist. 20, 98. Cura memor Id. 25  
ex Pont. 4, 2, 7. Fasti memores Hor. Od. 3, 17, 4. et 4, 14, 4. Ira  
memori re vindicat Id. Epist. 21, 9. Mens memor Hor. Serm. 2, 6,  
31. Memorem mones. Proverbium. Plaut. Stich. 4, 1, 72 Capti consi-  
lilii memorem mones. Conuenit in eos, qui consilium dant consulti-  
mo, vel docent doctiorem. Lucret. 3, 1053 Admonuit memorem dixit. 30

MEMORE. Adu. Pro memoriter Pompon. ap. Non. 11, 42.

MEMORIA, ae. f. [μνήμη, μνημοσύνη, μνῆα, μνήσις] Est (inquit  
auctor ad Herennium) firma animi rerum et verborum dispositionis  
perceptio. Cic. de Inuent. 2, 160 c. 7 Memoria est per quam ani-  
mus repetit illa, quae fuerunt. Dupliciter sumitur. Est enim vel 35  
Facultas, per quam animus repetit illa, quae fuerunt. Cic. de Orat. 1,  
18 c. 5 Thesaurus rerum inuentarium et custos ad Heren. 3, 27 c. 15.  
Conf. Cic. Tusc. 1 c. 24 et 25. Vel est Actus reminiscendi; vt dici-  
mus Redire in memoriam. Ter. Andr. 5, 4, 41 Numquid memini-  
sti? CR. id quaero. P. egone huius memoriam patiar meae volu- 40  
ptati obstare, quum ego possim in hac re medicari mihi? Memoria  
a manando dicta, quasi manimoria. Itaque, inquit, Sali, qui cantant  
Mamurium Veturium significant Veterem memoriam. Sic ludit Varro de  
L. L. 5, 6. De memoria locus classicus est Quinctil. 11, 2 ubi et de  
naturalis eius ratione, et de Arte memoriae copiose, et diserte agit. De 45  
arte vid. etiam Cic. de Orat. 2 c. 86 Gratiam habeo Simonidi illi Ceo,  
quem primum ferunt artem memoriae protulisse. Conf. Phaedr. 4,  
24. Iam loquendi formas persequamur. Cic. de Clar. Orat. 9 Quo-  
rum memoria et recordatio in maximis nostris grauissimisque curis iu-  
cunda sane fuit. Ad memoriam, vid. AD praepositionem. Insigne ad 50  
memoriam, vid. INSIGNIS. In memoriam sempiternam, vid. IN  
praepositionem. Tacit. Ann. 4, 43 pr. Lacedaemonii firmabant annalium  
memoria, i. mentione, quae ea de re facta est in annalibus. Cic. pro  
Font. 13 c. 7 Quod persaepe et nostra, et patrum memoria, sapientissi-  
mi iudices, de clarissimis nostrae ciuitatis viris dubitandum non puta- 55  
uerunt: eo tempore cuius recordari possumus. Id. Fam. 10, 32 Et qui-  
dem quum ageretur, fleuit memoria rerum gestarum commotus. Ni-  
hil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore qui-  
dem ipso opportunius accidere vidi Cic. Fam. 10, 16. Maxima post  
hominum memoriam classis est deuicta Nep. 2, 5, 3. Vnus post ho- 60  
minum memoriam cognomine Iustus appellatus Id. 3, 1, 2. Cic. de Orat.  
1, 16 Quis non iure miretur ex omni memoria aetatum, temporum etc.  
Idem post Redit. in Senat. 5 Cn. Pompeius omnium gentium, saeculo-  
rum omnium, omnis memoriae facile princeps. Id. de Arusp. Resp.  
37 Quod quidem sacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria vi- 65  
lavit, nemo vnquam adiit. Inauditum in omni memoria, vid. IN-  
AUDIO. Multi etiam superiore memoria ceteri Romani, etc. Cic.  
pro Corn. Balb. 28 c. 11 extr. Usque ad hanc memoriam, h. e. Us-  
que ad hoc tempus Liu. 2, 41 pr. Vt mea memoria est Cic. Att. 13,  
31. h. e. Quantum possum meminisse. Idem pro Sext. 36 Nec vero huic 70  
tantae multitudini, quanta mea memoria nunquam villo in iudicio fuit,  
deero. Idem pro Rabir. 25 Causam enim suscepisti antiquiorem me-  
moriam tua. 2 Epitheta Alta memoria, vid. ALTUS. Bona,  
vid. BONVS. Egregia Tacit. Ann. 4, 34. Liu. 37, 1 Res  
vetustate exemplorum memoriae iam Exoletae. Immortalis, vid. 75  
IMMORTALIS. Incredibilis memoria Plin. Epist. 2, 3. Inter-  
mortua memoria, vid. INTERMORTUOR. Lacta Tacit. Ann. 3, 48.  
Ab Recenti memoria perfidiae, aliquanto minore cum misericordia au-  
diti sunt Carthaginensium legati. Liu. 30, 36 extr. i. Ob recentis per-  
fidiae memoriam. Sacra Quinct. 11, 1, 59. Tacit. Hist. 4, 18 Quip- 80  
pe Sorani Sancta memoria. Sempiterna Cic. pro Domo 112. Tena-  
cissima Quinctil. 1, 1, 19. E vetere Tacit. Ann. 3, 21. 3  
Verba: Abiicere memoriam doloris, Abit, Accipere, Adaequare  
memoriam, vid. bb. vv. Adhibere memoriam Nep. 15, 7, 2. Adi-  
mere, Afferre, vid. bb. vv. Affigere memoriae Quinctil. 10, 1. 85  
Agitare Idem 1, 8. Amittere, Amplecti, vid. ff. ll. Memoria ex-  
colendo, sicut alia omnia, Augetur Quinctil. 11, 2. Celebrare me-  
moriam nominis alicuius, Circumferri aorum memoria, Colere  
memoriam, vid. in verbis. Colligere memoriam Cic. de Clar. Orat.  
114. Commendo memoriae, vid. COMMENDO. Complecti Cic. 90  
ad Brut. 14. et de Diuin. 2 c. 71. Comprehendere, vid. COMPRE-  
HENDO. Memoriam rerum Cic. de Cl. Orat. c. 5. Columel.  
7, 9 In maiore numero diuersis notis opus est, ne confundatur memo-  
ria custodis. Consecrare nominis memoriam, vid. CONSECRO.  
Conseruare memoriam Cic. Fam. 4, 13. Consignata literis, vid. 95  
CONSIGNO. Omnis disciplina memoriae constat Quinctil. 11, 2. Conti-  
nere memoria Idem 9, 4. Animo percipere, et memoria Custodire  
Cic. de Orat. 3, 127. Custodiri hominum memoria, vid. CVSTO-  
DIO. Cic. Fam. 8, 1 Non quin mihi suauissimum sit et occupato,  
et ad literas scribendas (vt tu nosti) pigerrimo, tuae memoriae Dare 100  
operam. Columel. 7, 9 Qui si memoria Deficitur, quo minus agnos-  
cat cuiusque progeniem, pice liquida eandem notam scrofae et porcis  
imponat. Delere memoriam rerum Cic. Fam. 2. Deponere  
memoriam, vel ex memoria Id. pro Cael. 50. Dilabi, vel elabi me-  
moriam Id. Philipp. 13, 11. Discedere memoriam Id. in Somn. Scip. 1. 105

- Cic. de Orat. 2, 95 Omnis eorum memoria sensim obscurata est, et Euanuit. Euellere e memoria Id. Fam. 5, 8. Excitare memoriam, et ad memoriam Id. pro Sext. 11. et in Topic. 5. Cato apud Cic. de Sen. c. 11 Pythagoraeorumque more Exercendae memoriae gratia, quid quoque dic dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. Exolere memoriam Quinctil. 11, 2. Expellere Caes. Bell. Ciuil. 1, 34. Ex memoria Exponere aliquid Cic. Cat. 3 c. 6. Extinguere Cic. pro Milon. 74. Plin. 10, 42 Constat picas emori difficultate verbi victas, ac nisi subinde eadem audiant, memoria Falli. Firmare Quinctil. 2, 4. et 1, 1. Firmavit vetus memoria Tacit. Ann. 5, 28. Fugiet memoriam iudices Quinctil. 4, 5. Habere in memoria, *Memnisse*. Ter. Andr. 1, 1, 13 *Vbi* Donat. In memoria habeo; plus est quam si dixisset Scio: nam quae scimus, possumus obliuisci; quae vero memoriae mandamus, nunquam amittimus. Implorare memoriam alicuius, *vid. IMPLORO*. Incurrere in memoriam communium miseriarum, *vid. INCURRO*. Inducere aliquem in memoriam rei alicuius, *vid. INDUCO*. Inferre memoriam sempiternam in domum suam, *vid. INFERO*. Infixa mentibus memoria consilatus amici, *vid. INFIGO*. Inhaeret oculis memoria imaginis, *vid. INHAEREO*. Insidere memoriae, *vid. INSIDO*. Cic. de Orat. 2, 122 Nihil quisquam vnquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus Insederit. Intercidit memoria negligentia Quinctil. 11, 2. Iuuandae studio memoriae operam dare Quinctil. 11, 2. Labat memoria, *vid. LABO*. Cic. de Amicit. 1 Eius disputationis sententias memoriae Mandauit, quas in hoc libro exposui meo arbitratu. Idem pro Quint. 24 Quaesio ut eum diem memoriae mandetis. *Add. Auct. ad Herenn. 3 c. 11. Manet, vid. MANEO*. Memini memoria facile Plaut. Capt. 2, 3, 33. Moritur, *vid. MORIOR*. Obruere memoriam, *vid. OBRUO*. Obscurare Cic. de Orat. 2, 95. Occidit, *vid. OCCIDO*. Tertull. de Spect. *de ludis funebribus*, Inter quos etiam priuatorum memoriis legatariae editiones Parentent. Cic. de Sen. c. 7 *ex Catonis persona*, Nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, ne memoriam Perdam. Idem de Orat. 3, 14 Sed quoniam haec iam neque in integro esse possunt, et summi labores magna compensati gloria mitigantur, pergamus ad ea solatia, quae non modo sedatis molestia iucunda, sed etiam haerentibus salutaria nobis esse possunt, sermonemque L. Crassi reliquum ac paene postrenum memoriae Prodamus. Idem ibidem 1, 181 Quia memoria sic esset Proditum, quem *patet, etc.* Prodere memoriam alicuius rei posteris Cic. Fam. 8, 3. Id. de Amicit. 39 *Tum etiam tum iis, et inter se coniunctissimos fuisse M. Curtium, et T. Cornicianum memoriae proditum est.* Idem de Amicit. 102 Nemo vnquam aut animo aut spe maiora concipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem Proponendam putet. Prosequi memoriam Id. Philipp. 10, 8. Repetere memoriae euentus aliorum, siue vetera Id. de Orat. 1, *pr.* Recordari Cic. pro Arch. 1. Redintegrare Idem de Inuent. 1, 99. Redire et regredi in memoriam, *vid. IN praepositionem*. Plaut. Capt. 5, 4, 25. Rediit in memoriam Quintius, quo die, *etc.* Cic. pro Quint. 57. Redite in memoriam quaeso, quae libido istius fuerit Id. Verr. 1 c. 46. Redigere in memoriam et Reuocare animos ad memoriam, siue Reducere in memoriam Ter. Phorm. 2, 3, 36. *Conf. Cic. Fam. 1, 9.* Idem pro Flacc. 60 Reuocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam. Referre memoriam alicuius Idem pro Sull. 37 c. 13. Reficienda memoria breui repetitione rerum Quinctil. in Prooem. 4, 5. Refricare memoriam, vel memoria Cic. Philipp. 3, 18. Relinquent acrem sui memoriam Tacit. Ann. 15, 68. Cic. pro Muraen. 16 Et ut Scaurus memoriam prope intermortuam generis sui virtute Renouare. Repetere memoria Quinctil. 1, 6. Replicare memoriam Cic. pro Sull. 27. Repraesentare memoriam Idem pro Sext. 26. Immortali memoriae percepta beneficia Retinere Nep. 25, 11, 5. Sequuntur antecedentem memoriam Quinctil. 1, 1. Sum. Meliore memoria esse, *vid. Melior in BONVS*. Cic. pro Sull. 34 P. Sullae nomen in memoria Cassio non fuit. Memoria est Plaut. Truc. 2, 1, 10. *i. Memini*. Seruare memoriam Cic. Fam. 4. Subeat tibi memoria nostri Senec. Med. 7. Tenere memoria, *scilicet retinere, apud Cic. pro Rosc. Amer. 35. et in Catil. 3, 19.* Idem Fam. 13, 74 Etsi non dubito pro tua in me obseruantia, proque nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas. *Add. Id. Fam. 7, 3 pr.* Id. de Orat. 2, 8 Deberi hoc a me tantis hominum ingeniis putavi, ut cum etiam nunc viuam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem si possem. Tollere memoriam Id. de Off. 3, 40. Cic. in Parad. 3 Istum doctum et sapientem virum fuisse, memoriae traditum est. Tradidit memoria Columel. 8, 13. Turbari memoria Quinctil. 4, 1. Vacillare memoria Cic. Att. 1, 1, *Add. ibid. 12, 1.* Venerari memoriam alicuius Tacit. in Vita Agric. 46. Cic. de Amicit. 28 Quis enim est qui C. Fabricii, M. Curii cum caritate aliqua et beneuolentia memoriam non Vsurpet, quos nunquam viderit? *¶ 4 Res ipsa memorata vel narratio adeo.* Cic. de Oratore 1 c. 2 *pr.* Ac mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriae non sane satis explicata recordatio. Nep. Annib. 8, 2 De Magonis interitu duplex memoria est. *¶ 5 Hinc libri aut scripta memoriam rerum gestarum continentia Memoriae vocantur, quas Commentarios veteres dicebant, Memorias etiam hodierna Francorum consuetudo appellat. Sic Augustus Germanici vitae memoriam prosa oratione composuit Sueton. Claud.* 85 1. Gell. 10, 12 Nam et plerique nobilium Graecorum, et Phauorinus philosophus memoriarum veterum exequentissimus affirmatissime scripserunt, *etc.* *Add. 4, 6 In veteribus memoriis scriptum est. Add. 5, 5 et 9.* Memoriae et tragoediae vestrae incestis gloriantur Min. Felix c. 3. *Add. Id. 16, 6. Ite per Memorias veteres* 90 Tertull. esse dicitur. Canas memoriarum, *i. antiquissimas historias idem dixit Apol. 19 pr. Et adu. Iud. 1 Secundum scripturarum diuinarum memorias.* *¶ 6 Inter scrinia Sacri Palatii quatuor, etiam unum erat Memoriae, cuius praefectus, Ἀντιγραφικός, Dictator, Magister memoriae; et eius Adiutores Memoriales. Vid. l. 10 C. de* 95 Diu. Offic. 1. 2 C. Th. de iis, qui in Sacro Pal. Mil. *Ex inscript. Reines. ad 6, 13.* *¶ 7 Etiam de aliis rebus, quae recordationem iuuant, memoria dicitur. Sic Sallustius ab auctore Declamationis in ipsum 8, 35 vocatur Memoria ciuilis belli.* *¶ 8 Pro monumento s. sepulcro et reliquiis adeo Memoriam dixere Christiani scriptores. Inscr. Grut. p. 828, 8* 100 SERVILIUS TROILVS SE VIVO COMPARAVIT MEMORIAM SIBI ET SVIS. Augustin. de Cura pro Mort. 4 Non ob aliud vel memoriae vel monumenta dicuntur ea, quae insignita sunt sepulcra mortuorum, nisi quia eos, qui viuentium oculis morte subtracti sunt, ne obliuione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam reuocant, et admonendo faciunt cogitari. *Sic aliquoties idem Au-* 105 gustin.



gustin. de C. D. 22, 8: *ut* l. 7 Memoria Martyrum Mediolanensium Protasii et Geruasii: *et* 9 ad viginti Martyres, quorum memoria apud nos est celeberrima. l. 10 *et* seqq. Memoriam vocat loculum, credo, in quo reliquiae Martyris Stephani. Sed haec sequioris aevi, et Christianorum tantum. *Ut* et illud, quod ¶ 9 Honorifica mortuorum appellatio etiam Memoriae nomen habet. Ambros. Epist. 30 A fratre clementiae tuae augustae memoriae: *et* 31 extr. Constantius (f. Constans) augustae memoriae. *Vid.* BEATVS. ¶ 10 Non puto sanum esse locum Non. 2, 571 aut non accuratum esse Grammaticum, cum ibi legitur, Memoria pro vetustate antiquum. Pacuu. Chryse, Perque nostram egregiam vnanimitatem, quam memoria deiugat.

MEMORIOLA, ae. f. Dimin. [μνημιδιον] Cic. Att. 12, 1 Sed quod scribis igniculum matutinum, γερωνικώτερον est memoriola vacillare. *In* Inscript. Fabrett. p. 85 Idem est atque Conditorium.

MEMORIALIS, e. Adi. Memorialis liber, Enchiridion ad iuvandam memoriam. Suet. in Caes. 56 Epistolae quoque extant ad Senatum, quas videtur primum ad paginas et formam memorialis libri conuertisse. Memoriales etiam inter Palatina officia. Meminit Ambros. Ep. 31. *Vid.* l. 10 *et* 11. C. de proximis sacrorum scripturum. *Vid.* MEMORIA n. 6.

MEMORALIS, e. Adi. Idem quod Memorialis. Arnob. 6 p. 196. *absolue* l. 144. D. de Verb. signif. Memorialium liber Masurii laudatur. Sed Gotthofr. Memorialium.

MEMORALITER, Adu. Fortunat. Carm. 4 Annuat omnipotens longo memorialiter aeuo.

MEMORALIVS, i. m. Gloss. Gr. Lat. ὑπομνηματογράφος, Actuaris, memorialis.

MEMORITER, Adu. [ἀπὸ γράματος, ἀπὸ μνήμης, μνημονικῶς] Ex memoria, non ex libro s. commentario. Cic. Acad. 4 c. 19 Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quae est habita memoriter, accurate, copiose. Memoriter cognoscere Signa, h. e. Optime, et mente memori tenere, ut non sit opus admonere, aut reducere in memoriam Ter. Eun. 5, 3, 6. Cic. de Fin. 34 c. 10 Quos tu paulo ante cum memoriter, tum etiam erga nos amice et benevole collegisti. Enumerare sententias philosophorum Id. de Nat. Deor. 1, 92. Exponere Cic. de Fin. 4. Memorat Plaut. Amph. 1, 1, 261. Meminit Idem Capt. 2, 1, 53. Cic. de Amicit. 1 Q. Mutius Augur, multa Narrare de C. Laelio focero suo memoriter et iucunde solebat. Ter. Phorm. 2, 2, 46 Primus essem memoriter progeniem vestram vsque ab auo atque atauo Proferens. Pronuntiare Cic. de Orat. 1, 88 c. 19. Recitare Id. Att. 4, 3. Id. in Vatin. 10 c. 4 Tum memoriter Respondeto ad ea, quae de te ipso rogaro. Salutare, i. sine monitore Suet. Neron. c. 10. Vocare Plaut. Afin. 3, 2, 38.

MEMORABILIS, e. Adi. [μνημόνευτος] Quod est dignum memoria aut memoratu. Ter. Andr. 4, 1, 1 Hoccine credibile est, aut memorabile, etc. Idem Heaut. 2, 3, 73 Heus, tu non fit sine periculo facinus magnum et memorabile. Cic. de Amicit. 4 Sic quum accepissemus a patribus maxime memorabilem C. Laelii et P. Scipionis familiaritatem. Causa memorabili, sed euentu misero Plin. 7, 43. Ingenium Id. 5, 10. Lethum memorabile Sil. 11, 172. Munus Tibull. 2, 1, 57. Nomen Virg. Aen. 2, 583. Ortus Martial. 7, 21. Cic. de Fin. 3, 11 Si sapiens aliquis miser esse possit, nae ego istam gloriosam memorabilemque virtutem non magno aestimandam putem, Add. Id. Phil. 13 c. 19. Multa iam memorabilia et in domesticis et in bellicis rebus effecerat Cic. de Cl. Orat. c. 13. Compar. Liu. 38, 53 Memorabilior prima pars vitae quam posterior.

MEMORIOSVS, a, um. Adi. Memoriosus, Memoriosior facit Fest. Add. Glossae Lat. Gr.

MEMORIOSE, Adu. Idem. Corn. Fronto p. 2194 Memoriose qui facit, offendit in omni re naturae bonum. Memoriosius, Memoriosissime. Fest.

MEMOROSVS, a, um. Adi. μνημονικός Gloss. Gr. Lat.

MEMORO, are. [μνημονεύω, ἀπομνημονεύω, ἰσορέω, λέγω] In memoriam reducere. Plaut. Poen. 4, 2, 44 Patris atque matris memini. P. memorandum mihi, si noui forte, aut si sunt cognati mihi. Memorare, Conmemorare, narrare. Cic. de Legib. 1, 7 Nam quid Accium memorem? Haec memorans Virg. Aen. 10, 680. De re aliqua memorare Tacit. Ann. 11. Honoratorum virorum Laudes in concione Cic. Leg. 2 c. 24. Ordine memorare, *vid.* ORDO. Bella Propert. 2, 1, 25. Talia memorante Sibylla Ouid. Met. 14, 154. Memorant, pro Aiunt, ferunt. Liu. 1, 7 Herculemque in ea loca Geryone interemto boues mira specie abegisse memorant. Memorare memoriter, *vid.* MEMORITER supra. Verbum est verum quod memoratur: h. e. Quod dicitur, vel circumfertur. Plaut. Truc. 4, 4, 32. Cic. Verr. 4, 107 Enna autem, vbi ea, quae dico gesta esse, memorantur, est loco praecelso atque edito. Memorare significat nunc dicere, nunc memoriae mandare Fest. Plaut. Trin. 4, 2, 41 Agedum nomen tuum primum memora mihi. Virg. Aen. 1, 12 Musa mihi causas memora. Lepide memoras. *vid.* LEPIDVS. Incredible memoratu est Sall. Cat. 6 *et* 7. ¶ 2 Memorare a librariis confunditur cum Numerare: Drakenb. ad Sil. 2, 4. ¶ 3 Passiue. Plaut. Amph. 1, 3, 14 Experiri istuc mauellem me, quam mihi memorarier. Cic. de Legib. 2, 61 c. 24 Honoratorum virorum laudes in concione memorentur.

MEMORANDVS, a, um. Part. [ἀπομνημονευτικός] Ouid. Met. 13, 13 Nec memoranda tamen vobis mea facta Pelasgi Esse reor: vidistis enim. Post nullos memorandus, i. Omnium primus memorandus Ouid. Trist. 1, 4, 1. Longum memorandus Stat. Silu. 1, 3, 13. Iuuenis Virg. Aen. 10, 793. Iuuenta Idem ibid. 4, 283. Pugnae memorandae Plaut. Epid. 3, 3, 52. Hoc memorandum contigit vrbi Lucan. 3, 388. Nomen memorandum condere Sil. 4, 37.

MEMORATVS, a, um. Partic. Regna Iustin. 41, 1, 8 Quid istis memoratis opus est? Plaut. Mil. 3, 3, 40. Nondum memoratis omnibus Ouid. Met. 4, 687. Superl. Gell. 10, 18 Sepulcrum memoratissimum. *Et* 19, 8 Memoratissimus liber. *Ex* Arg. 8, 4 Herodotus scriptor historiae memoratissimus.

MEMORATOR, oris. m. [ἀπομνημονευτής] Propert. 3, 1, 33 Nec non ille tui casus memorator Homerus.

MEMORATRIX, icis. f. Valer. Flacc. 6, 142 Eoae memoratrix tibia pugnae.

MEMORATVS, us. m. [ἀπομνημόνευσις] Idem quod Memoria. Gell. 10, 4 Eos versus non minus frequenti assiduoque memoratu dignos puto, quam philosophorum de officiis decreta. Adde Plaut. Bacch. 1, 1, 28. Gell. 19, 11. *et* Plin. 21, 12.

MEMORATIO, ōnis. f. C. Gallus 1, 291 Dure fatis miseris memoratio prisca bonorum.

MEMORACVLVM, i. n. Dixi, me sanctissime tot factorum signa et memoracula custodire Apul. Apol. p. 311 Elm.

MEMMIVS. [Μέμμιος] Memmia gens nomen habere putatur a Mnestheo Troiano, Aeneae comite. Virg. Aen. 5, 116 Velocem Mnestheus agit acri remige Pristim, Mox Italus Mnestheus genus a quo nomine Memmi. Mox Italus, subaudi, Futurus. Ipse enim familiam Memmiorum constituit. Nobiles autem fuisse familias a Troianis Iuuen. ostendit Sat. 1, 100 — iubet a praecone vocari Ipsos Troiugenas. A quo nomine, scilicet Mnesthei, ducunt Memmii genus. Seruius.

MEMMIADES Patronymicum Graeco more formatum, pro Memmio, ad quem scribit Lucretius 1, 45.

MEMNON, ōnis. m. [Μέμνων] Filius Tithoni et Aurorae, qui Troianis ex Oriente ferens auxilia, et fortiter pugnans, ab Achille occisus fuit. Ad cuius sepulcrum, quod est prope Ilium, quotannis ex Aethiopia volant aues, quas vocant Memnonias. Vid. Ouid. Met. 13, 595. Niger Memnon Virg. Aen. 1, 493. Dux Aethiopum.

MEMNONIVS, a, um. Adi. [Μεμνονίος] Color Memnonius, Niger Ouid. ex Pont. 3, 3, 96. Domus Memnoniae Propert. 1, 6, 4. Regna Lucan. 3, 284. Intelligit Partbos et Babylonios. Isid. 12, 7 Memnonides aues Aegyptiae appellatae a loco vbi Memnon periit. Nam cateruatim aduolare dicuntur ex Aegypto ad Ilium iuxta Memnonis sepulcrum, et proinde eas Ilienses Memnonias vocant. Quinto autem anno ad Ilium veniunt, et cum biduo circumuolauerint, tertia die inuentus pugnam vicissim se vnguibus rostroisque dilacerant.

MEMNONIDES. [Μεμνονίδες] Aues ex ciperibus Memnonis. Ouid. Met. 13, 618. Vid. Isidor. loco quem modo dedimus.

MEMOR, MEMORIA, MEMORITER, MEMORO, vid.

MEMINI.

MEMPHIS. [Μέμφις] Aegypti urbs capitalis, unde pro tota Aegypto interdum nominatur. Martial. 1, 1 Barbara pyramidum sileat miracula Memphis. Carens Sithonia niue Memphis Hor. Carm. 3, 26, 10.

MEMPHITIS, idis. Patronym. [Μεμφίτις] Iuuen. Sat. 15, 123 Anne aliam terra Memphitide sicca. Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo? Memphitis, item Marmoris genus Plin. 36, 17. Isidor. 16, 4.

MEMPHITES. Patronym. m. [Μεμφίτης] ponitur loco adiectiui. Tibull. 1, 7, 28 Barbara Memphiten plangere docta bouem.

MEMPHITICVS, a, um. Adi. [Μεμφίτικος] Martial. 14, 38 Dat chartis agiles calamos Memphitica tellus. Ouid. de Arte Am. 1, 77 Neu fuge Niligenae Memphitica sacra iuuencae. Ensis Memphiticus Lucan. 10, 5.

## M E N

MENA. Apud Romanos fuit dea, quae menstruis fluoribus praefese putabatur. Vid. Augustin. de Ciu. Dei 4, 11. et 7, 2.

MENA. [μαίνα] Piscis. Vid. MAENA.

MENAECHMI. Apud Plautum comoedia, in qua Menaechmus introducit.

MENAEVS. Apud Vitruu. 9, 8 legebatur. i. μίνας, Menstruus, pro quo tamen hodie legitur Manacus. v. v.

MENAI, idis. f. Herba magica serpentium ictus sanans Plin. 24, 17. Harduin. legit Minyas.

MENALIPPE. [Μενάλιππη] fuit Antiope Amazonum reginae soror. Haec ab Hercule capta fuit in bello, quod contra Amazones gessit. Iuuen. Sat. 8, 220 Syrma vel Antigones, seu personam Menalippes. De confusione nominum Menalippe et Melanippe. vid. Munster. ad Hygin. f. 186.

MENALIPPVS. [Μενάλιππος] Tydei fuit interfector, cui caput ante obitum corroffit Tydeus ex rabie, qui apud Stat. Theb. 8, 740 ita vociferatur, Caput ō caput, ō mihi si quis Adportet Menalippe tuum.

MENANDER. [Μένανδρος] Atheniensis comicus nouae comoediae. Vid. Quinctil. 10, 1. et Phaedr. 1, 5, 18. Facundus Menander Stat.

Silu. 2, 1, 114. Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri Ouid. Trist. 2, 369. Menandrus et Menander, utroque modo dicitur. Propert. 3, 21, 28 Librorumque tuos docte Menandre sales.

MENANDREVS, a, um. Adi. [Μενανδρείος] Propert. 2, 6, 3 Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim Tanta.

MENANDRICVS, a, um. Adi. Idem. Menandricus fluxus Tertull. de Pallio c. 4. Alii Maeandricus. Adde Salmasium ibidem p. 339.

MENCIPS. Mente captus Priscian. 5 p. 668. ut, Auiceps, aues capiens.

MENDA, ae. f. et MENDVM, i. n. [πταισμά] Error, sive erratum. Gaccin. ad Cic. Fam. 6, 7 Mendum scripturae litura tollitur. Hinc est Emendare. Cic. Att. 2, 7 Castricianum mendum nos corrigemus. Idem Att. 13, 23 Tantum librorum menda tolluntur.

Metaph. Facies menda caret Ouid. de Arte Am. 3, 781. i. labe, macula.

Cic. Att. 14, 24 Idus Martiae magnum mendum Continent. Idem Verr. Act. 1, 104 Quid fuit antea scriptum? quod mendum ista litura Correxist? Eximere mendas de corpore Ouid. de Arte Am. 2, 653.

Nocte latent mendae Idem ibid. 1, 249. in toto nusquam corpore menda fuit Idem Amor. 1, 5, 18.

MENDOSVS, a, um. Adi. [πταισμάδος] Plenum mendis et erratis. Exemplar mendosum, apud Plin. Epist. 10, 75. Nihil mendosum, sed recte atque integre scriptum Gell. 18, 9. Historia mendosior Cic. de Clar. Orat. 62 c. 16. Mendosum est deesse aliquam partem, et superare etc. Id. de Orat. 2, 83. i. Vitiosum, inquit Budaeus.

Librarius Id. Verr. 4 (2) c. 77. Mendosus et mendax Hor. Epist. 1, 16, 40. Facies Ouid. Met. 12, 399. Natura, Vitiosa Hor. Serm. 1, 6, 66. Mores Ouid. Amor. 2, 4, 1.

MENDOSE. Adu. Incorreete, inemendate. Cic. Q. Fratr. 3, 5 De Latinis vero, quo me veritam nescio, ita mendose et scribuntur et

95 veneunt. Mendose colligis, inquit Pers. 5, 85. i. Vitiose. Reddere mendose causas Lucret. 4, 506. Mendose, Perperam, male. Id. 4, 519 Omnia mendose fieri, atque obstipa necessum est. Eius ars, quam edidit, mihi Mendosissime scripta videtur Cic. de Inu. 1 c. 6.

MENDOSITAS, atis. f. Apud Augustinum Epist. 10, 3. et

100 Retract. 1, 1.

MENDACIVM, i. n. [ψεύδος, ψευδολογία] Vero opponitur. Linguae blandae mendacia Ouid. Epist. 5, 55. Calidum audiui esse optimum mendacium Plaut. Most. 3, 1, 136. Callidum mendacium, In-

105 et impudens Cic. pro Cluent. 168 c. 60. Nullum tam Impudens est menda-

mendacium, vt teste careat Plin. 8, 22 f. 34. Officiosa Augustin. Ep. 8 c. 3. et 9 c. 3. Prodigiola Quid. Amor. 3, 6, 17. Accommodare mendacium, Componere, Conflare, vid. bh. vv. Haec est mendaciorum natura, vt Cohaerere non possint Lactant. 5, 3 p. Dicere mendacium alicui Cic. de Petit. Conf. 37. Dicere mendacium et Mentiri, quemadmodum distent, P. Nigidius (inquit Nonius 5, 80) studii bonarum artium praeclearissimus, manifestissime separauit, Qui mentitur, ipse non falsus, alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur. Quantum in se est, vir bonus praestare debet, vt non mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. Alterum iudicet in homine, alterum non. Conf. Gell. 11, 11 qui vltima verba ita legit, Alterum incidit in hominem, alterum non. Saepae tamen Mendacium dicere idem significat quod Mentiri: vt apud Nep. 25, 15, 1. et Quintil. 12, 1, 38. Eluditur mendacium mendacio Idem 6, 3. Facere mendacium Idem 5, 4. Fallere mendacio Cic. pro Muraen. 92 c. 15 30. Perducere aliquem ad mendacium, vid. P E R D V C O. Vti mendacio pro argumento Scribon. Ep.

MENDACIUNCVLVM, i. n. Dimin. [ψευδύλλιον] Cic. de Orat. 2, 241 c. 59 Quod tamen est mendaciunculis adspargendum. Quidam hic legunt Mendaciolis.

MENDAX, ācis. Adi. [ψεύδης, ψεύδης] Proprie, Qui frequenter dicit mendacium. Cic. pro Rosc. Com. 46 At quid interest inter periurum et mendacem? qui mentiri solet, peierare consuevit. Mendaci homini ne verum quidem dicenti credere solemus Idem de Diuin. 2 c. 71. Conf. Hieron. Ep. 2. Mendacem memorem esse oportet. Vid. Apul. Apol. p. 318. Quintil. 4, 2, 91. Plaut. Men. 2, 2, 58 Edepol haud mendacia tua verba. Ouid. Epist. 2, 11 Saepae fui mendax pro te mihi, saepe putavi Alba procellosos vela referre Notos. Splendide mendax in parentem periurium Hypsipyle Danaidum vna, i. honeste illum fallens Hor. Carm. 3, 11, 35. Mendax huius rei est, i. De hac re mentitur Plaut. Afin. 5, 2, 5. Damnum mendax Ouid. de Arte Am. 1, 431. Fama Propert. 4, 2, 19. Forma Ouid. Met. 3, 439. Fundus, Qui plus promittit, quam praestat Hor. Carm. 3, 1, 30. Nuntius Claud. de Bell. Get. 366. Os Ouid. Met. 9, 322. Somnus Tibull. 3, 4, 12. Speculum Ouid. Trist. 3, 7, 38. Vir Virg. Aen. 8, 644. Compar. Hor. Epist. 2, 1, 112 Inuenior Parthis mendacior. Ex eo sunt Parthi mendaces, quod fugientes et tergo verso simulent se pugnare nolle, quum tamen fugiendo maxime pugnans. Alii, Parthos omnium hominum esse mendacissimos. Et quidem ita Muretus hunc locum explicat. Sed priorem sequitur Lambinus. Superl. Plaut. Rud. 3, 4, 49. Et Columel. Praefat. Salutatoris mendacissimum Aucupium.

MENDACILOQVVS, a, um. Adi. [ψευδολόγος] Qui mendacium loquitur. Plaut. Trin. 1, 2, 163 Nihil est profecto stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis.

MENDACILOQVIVM, i. n. ψευδολογία Gloss. Gr. Lat. 45  
MENDACITER. Adu. Solin. c. 4. Augustin. ad Hieron. Ep. 9, 4. Arnob. 5. aduersus Gentes p. 166. it. l. 1 p. 33. Superl. Augustin. lib. 1 (al. 5) contra Iulian. c. 104. it. de Morib. Eccles. Cathol. c. 17.

MENDACITAS, ātis. f. Apud Tertull. de Praescript. c. 13. 50  
MENDESIVM. [μενδήσιον] Unguentum. Plin. 13, 1 ita describit, vt fiat balanino resina mixta.

MENDICVS, a, um. Adi. [πτωχός, πτωχός προσαιτός] Inops, et alienam misericordiam implorans paruae stipis causa. Satis absurdae sunt veterum etymologiae. Festus, Mendicum dici Verrius putat a mente eius, quam fefellerit fortuna: vel quod precetur quemque, vt vitae suae medeatur cibo. Varr. de L. L. 4, 17 Mendicus a minus: cui quum opus est, minus nullo est. Nugatorium illud est, Vna litera plus sum quam medicus. GR. tum tu Mendicus es. CA. Tetigisti acu Plaut. Rud. 5, 2, 18. Placet ille meus mihi Mendicus: suus rex reginae placet Id. Stich. 1, 2, 76. Viderunt, ex Mendicis fieri repente diuites Cic. Phil. 8 c. 3. Add. Hor. Sat. 1, 2, 2. Habitu mendico semper incedit Apul. Met. 1 p. 112, 6. Plaut. Bacchid. 3, 4, 16 Mendicum malim mendicando viuere. Cic. de Finib. 5, 84 Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quamuis sit sapiens. Mendicum f. Mendicum dici putant velum, quod in prora ponitur. Festus. Comp. Mendicior, us. Tertull. de Anima c. 33. Ambros. Serm. 81 p. 380. Superl. ap. Cic. pro Muraen. 61 c. 29 Sapientes, si mendicissimi sint, etiam diuites esse. ¶ 2 Metaph. Cic. de Orat. 3, 92 c. 24 Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre tractatum ex vulgi opinionibus, exitum sane atque mendicum est.

MENDICE. Adu. Sen. Epist. 33 Non tam mendice tecum agam, sed plena manu fiet. Compar. Tertull. de Pallio extr. Credo ne mendicium patre coenasset.

MENDICVLVS, i. m. Dimin. [πτωχύλιον] Cic. in Catil. 2, 5 c. 75 3 Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, etc. Sed omittunt inde a Grutero.

MENDICVLA fellicium nomen vestis apud Plaut. Epid. 2, 2, 39 Quid erat induta? an regillam induculam? an mendiculam? Ludit in oppositione nominum.

MENDICO, āre. [πτωχεύω, πτωχέω, προσαιτέω] Vitae alimenta ostiatim postulare. Iuuen. Sat. 6, 542 Arcanam Iudaea tremens mendicat in aurem. Add. Id. 4, 117. Sen. Controu. 33. tractatur hoc thema, Quidam expositos debilitabat, et debilitatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. Reip. laesae accusatur. Hinc plures formae pesi possunt. Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit Plaut. Amphit. 4, 2, 12. ¶ 2 Depon. Mendicariet, pro Mendicare, apud Plaut. in Vidul. Malim moriri meos quam mendicariet Nonius 2, 541.

MENDICANS, antis. Partic. [πτωχέων] Plaut. Capt. 2, 2, 73 90 Vbi minime honestum est mendicantem viuere.

MENDICATVS, a, um. Aliud Partic. [πτωχέυθης] Cibo mendicato pasci Ouid. Trist. 5, 8, 14.

MENDICITAS, ātis. f. [πτωχία] Cic. pro Rosc. Amer. 86 In hac enim causa quum viderent illos amplissimam materiam possidere, hunc in summa mendicitate esse. Offerre mendicitatem Plaut. Rud. 2, 6, 30. Confors mendicitatis Cic. pro Flac. 35. Perpeti mendicitatem Id. de Fin. 5, 32 c. 11. Emergere ex mendicitate Id. in Vatin. 23 c. 9. Detrudere se ad mendicitatem Plaut. Menaechm. 1, 3, 21.

MENDICATIO, ōnis. f. Senec. Epist. 101 Quid sibi vult tam foeda vitae mendicatio? Firmic. 1, 3.

MENDICIMONIVM, i. n. [προσαίτησις] Pro eodem accepit Lamber. teste Nonio 2, 55. Conf. Gell. 16, 17.

MENDICAVLEVM, i. n. [πρωχέυσις] Mendicus Plaut. Au- 105

lul. 4, 8, 3 Nam istos reges caeteros memorare nolo hominum mendicabula. Nonius, 2, 541. Apul. Florid. i fin. Palliata mendicabula obambulant. Add. Apul. Apol. p. 288. Videtur autem forma hominis potius rem, quam hominem notare, ac positum deinde per metonymiam, ut Scelus pro Scelesto.

MENDICABUNDVS, a, um. Adi. Mendicans. Augustin. Epist. 140 Mendicabunda prece stipem rogare.

MENDOSVS, MENDVM, vid. MENDA.

MENELAËTVS. Auis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribus praecipua, colore nigricans, quae sola foetus suos alit, frequensque versatur in montibus Plin. 10, 3.

MENELÆVS. [Μενέλαος] Filius Atrei, frater Agamemnonis, Rex Spartaë civitatis, et maritus Helenae, quam rapuit ei Paris. Quantitatem doceat Hor. Sat. 2, 3, 198 Inclytum Vlyssëm Et Menelaum vna cum se occidere clamans. Menelaum ipsum, dulcem illum quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem Cic. de Clar. Orat. 50. Menelai portus, inter Cyrenas et Aegyptum, de quo Nep. in Agesil. c. 8 n. 6.

MENELÆVS. Adi. Propert. 2, 15, 13 Ipse Paris nuda fertur periisse Lacaena, Cum Menelao surgeret e thalamo.

MENENIA Gens, Romae fuit, ex qua Agrippa Menenius C. F. Lanatus COS. cum P. Postumio Ann. CCL. Cassiodorus. Legatus ad plebem in sacrum montem, fabula illa de membris corporis humani inter se dissidentibus, pacem impetrauit. Vid. Liu. 2, 32.

MENËPHRON. [Μενέφρων] Viri proprium, qui cum matre concubuit, auctore Ouid. Met. 7, 387. Vid. Hygin. Fab. 25.

MENERVO, Monco. Vox antiqua et obsoleta, vnde Promenervat, Monet, in Sallari carmine: et Menerua postea Minerua. Vid. Scal. Coniect. in Varr. voce Minerua.

MENESTHEVS. Auriga Diomedis, de quo Stat. Theb. 6, 712. Alius fuit Athenarum dux, Thesæi et Phedraë filius, ac frater Demophoontis.

MENIANVM, i. pl. MENIANA, vid. MAENIVS.

MENINX. [Μένινξ] Insula est, teste Plin. 5, 7. circa Africam clarissima, longitudine XXXV. mill. pass. latitudine XXV, ab Eratosthene Lotophagitis appellata. Add. Sil. 3, 318. ¶ 2 Item Cerebri inuolucra, quae vulgo Duram et Piam Matrem vocant. A Graecis μνινγες s. meninges vocantur, vnde

MENINGOPHYLAX [μνινγοφύλαξ] custos illius membranae, quae cerebrum vestit, instrumentum, quod describit Cels. 8, 3.

MENIPPVS Stratonicensis, s. tota Asia disertissimus, praeceptor Ciceronis, ut ipse in Bruto 315. testatur, Post a me, inquit, Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis lubentibus; quorum princeps erat Menippus Stratonicensis, meo iudicio tota Asia illis temporibus disertissimus; et si nihil habere molestiarum, nec ineptiarum, Atticorum est, hic Orator in illis numerari recte potest. ¶ 2 Alium eius nominis Macrobius adducit Menippum, quem philosophum et seruum fuisse tradit, scripsisseque libros, quos in Satiris M. Varro imitatur, quas MENIPPEAS nominauit; alii vero Cynicas. Vide ipsum Macrobi. Saturn. 1, 11.

MENIS. Lunula in fronte librorum ad ornatum depicta. Sic Turneb. Aduers. 22, 10 explicat illud Auson. Profess. Coronide, p. 187 Toll. Quos legis a prima doctores Menide libri Doctores patriae scito fuisse meae. Oppositum signum in fine Coronis. v. v.

MENIVS. [Μένιος] Lycaonis filius, qui quum, patre in lupum verso, et domo conflagrante, Iouem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est Ouid. in Ibin 472.

MENNONIA, ae. f. Gemmae nomen apud Plin. 37, 10.

MENO. Verb. antiq. pro Recordor. Vnde Memini, v. v.

MENION, i. n. Herba, al. Paconia. Apul. de Herb. c. 64.

MENISCOR, fci. Vnde Comminiscor, Reminiscor, quae Varro L. L. 5, 6. Simpliciter a mentis nomine derivat.

MENOCEVS. Iuuenis Thebanus, filius Creontis, qui pro patriae salute sanguinem suum, atque adeo vitam ipsam sponte profudit. Stat. Theb. 7, 251 Video, quae noster signa Menoecus, Quae noster gerat

MENOETES. [Μενόειτης] Nomen unius ex sociis Aeneae, qui gubernator fuit navis, cui nomen erat Centauro. Virg. Aen. 5, 161 Rectorem navis compellat voce Menoetem.

MENOETIVS. [Μενόειτιος] Filius Astoris pater Patrocli; vnde et Patroclum Menoetiadem vocant Poetae. Ouid. Epist. 3, 23 Ipse Menoetiades tunc quum tradebar, in aurem, etc. Propert. 2, 1, 38.

MENOGENON, i. n. Herba. Apul. de Herb. c. 64.

MENS, mentis. f. [μῆς, φῆν] Animus noster, rector ille corporis, in quantum cogitat, intelligit, vult etc. Recte derivat a μένος, ut gens a γένος Voss. Inst. Or. 4, 13 p. 253. Mentis, nominatiuus, Enn. secundum Scalig. ad Varr. L. L. 4, 17. Citas Priscian. 7 p. 764 ex Ennio, Terra corpus est, at mentis ignis est. Liu. 1, 58 Mens peccat non corpus. Lactant. 7, 12 Primum non idem est Mens et Anima: aliud est enim quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium

mens, non anima sopitur; et in furiosis mens exstinguitur, anima manet. Cic. Off. 1, 105 Hominis autem mens discendo alitur, et cogitando semper aliquid aut inquirat, aut agit, videndique et audiendae delectatione ducitur. Plaut. Cist. 2, 1, 5 Nullam mentem animi habeo. Mens, Voluntas, sententia, et quam vulgus intentionem vocat.

Virg. Aen. 1, 308 In primis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentemque benignam. Vna mens omnibus Virg. Georg. 4, 212. Cic. de Orat. 1, 380 Ego autem defenderem hac eum mente fuisse, etc. Nep. 9, 4, 4 Hac mente magnam contrahunt classem. Add. 16, 1, 4. Senatus princeps salutis mentisque publicae Cic. de

Arusp. Resp. 58. i. consiliorum capiendorum auctor. Quae mens cum aut quorum consilia a tanta gloria auocarint? Cic. Fam. 10, 24. Mens, pro Memoria. Cic. in Brut. 219 de Curione: Tum Brutus admirans, Tantamne fuisse obliuionem, inquit, in scripto praesertim, ut ne legens quidem vnquam senserit, quantum flagitii commisisset? Paulo post, Iam qui hac parte animi, quae custos est caeterarum ingenii partium, tam debilis esset, ut ne in scripto quidem meminisset, quid paullo ante posuisset, huic minime mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem. Mens, de Consilio, quod alteri damus Virg.

Aen. 1, 680 Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem. Mens, pro Anima qua viuimus Prudent. Hymn. ad Exequias 34. Mens, Dea apud Romanos Ouid. Fast. 6, 241. Liu. 25, 31. Quae et aliquando Bona Mens appellatur Propert. 3, 23, 19. Conf. Passerat. b. l. Augustin. de C. D. 7, 3. Cuper. Obs. 2, 17. Inprimis in exitu conuiuiorum moris erat optare bonam mentem. Vid. Scheffer. ad Petron. c. 61 p. 306. Vid.

n. 3 Bona mens. Cic. Verr. 5, 35 O dii immortales, quid interest inter

inter mentes hominum et cogitationes. Cic. pro Muraen. 1 Vt vestrae mentes atque sententiae cum Populi Romani voluntate suffragiisque consentiant. Id. de Arusp. Resp. 41 Vt dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conuersa. ¶ 2 *Iam formulas ponemus, et eas primum, ubi Mens genitiuo casu ponitur post alia nomina:* Agitatio mentis Quinctil. 1, 1. Agitatus mentis Varr. de L. L. 5, 6. Alienatio Plin. 21, 21. Scribon. 179. Compos mentis, *Idem quod Sanae mentis, vel suae mentis.* Cic. in Pison. 48 Praesidium tu Populi Romani, custodiam prouinciae, iniussu Populi Senatusque dimississes, si tuae mentis Compos fuisses. 10 Commotus mente Plin. 23, 1. Ouid. Met. 15, 445.

— non toto pectore sensit

Laetitiā virgo, praesagaque pectora moerent.

Sed tamen et gaudet: tanta est Discordia mentis.

Ouid. Met. 9, 409 Attonitusque malis, Exul mentisque, domusque. 15 Ouid. Met. 5, 568

Vertitur extemplo Facies et mentis, et oris;

Nam modo quae poterat Diti quoque moesta videri,

Laeta deae frons est.

Ferox mentis Ouid.

Met. 8, 613. Gaudia mala mentis Virg. Aen. 6, 278. Ouid. Met. 2, 200 — minitantem cuspide vidit Mentis Inops. Integer mentis;

*vid. INTEGER.* Quinctil. 2, 9 Discipulos id vnum interim moneo, vt praecceptores suos non minus, quam ipsa studia ament: et Parentes esse non quidem corporum, sed mentium credant. Non Potens mentis Senec. Thyest. 7. Praesagia Ouid. Met. 15, 440. 25

Quaestio Quinctil. 3, 6. Ouid. Epist. 12, 32 Tunc ego te vidi, tunc coepi scire quis esses, Illa fuit mentis prima Ruina meae. Stat. Theb. 3, 246 Arcem hanc aeternam, mentisque Sacraria nostrae Testor.

*Verba sunt Iouis.* Lucret. 5, 104 Via qua munita-fidei Proxima fert humanum in pectus, Templaque mentis. *b. e. In secreta mentis et 30 interioris animi, qui res a sensibus cognitae iudicat et discernit.* Tumultus Hor. Carm. 2, 16, 11. Vitium Ouid. Amor. 1, 10, 14.

Anxius mentem Stat. Theb. 12, 193. ¶ 3 *Epitheta.* Abderitica mens, *i. Stupida.* *vid. ABDERITA,* ac. Ouid. Amor. 3, 4, 5 Vt iam seruâris bene corpus, Adultera mens est. 35

Aegra Tibul. 3, 4, 19. Altae mentis capax animal Ouid. Met. 1, 76. *b. e. Diuinae mentis particeps homo.* Antiqua Ouid. Met. 2, 485.

*i. Pristinus animus.* Valer. Argon. 7, 244 Nulla quies animo, nullus sopor, Arida mens est. Armata mens dolis Sil. 1, 188. Arre-

ctae mentes, stupefactaque corda Virg. Aen. 5, 643. Auersa deae 40 mens, *i. Non fauens nobis* Virg. Aen. 2, 170. Augusta Ouid. Met. 15, 145. Auida bellis Lucan. 6, 29. Bona Pers. 2, 8. Mens

Bona ducetur manibus post terga retortis, et pudor, et castris quidquid amoris obest Ouid. Amor. 1, 2, 31. Bonae mentis iuuenes Quinctil.

2, 12. *Sed vid. mox Melior.* Bonae mentis soror paupertas Petron. c. 84. 45 Demetrium meminî dicere cuidam libertino potenti, facilem sibi esse ad diuitias viam, quo die ipsam poenituisset Bonae mentis Sen. Qu. Nat. 1. 4 praef. Roga Bonam mentem Sen. Ep. 10. Bona mens

Dea, vt vidimus modo n. 1. Caeca futuri mens hominum Stat. Theb. 5, 719. Ouid. Amor. 1, 2, 11 Ipse ego praeda recens, factum modo 50

vulnus habeo, Et noua Captiua vincula mente feram. Circumflua luxu Claud. in Conf. Prob. et Olyb. 40. Commota Hor. Serm. 2,

3, 278. Virg. Aen. 2, 736 Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum Confusam eripuit mentem. Conscelerata, *vid. CON-*

*SCELERO.* Conscia, *vid. CONSCIVS.* Conscia sibi mens 55

facti Lucret. 3, 1031. Conscia sibi mens recti Virg. Aen. 1, 608. Crudelior ipso mens pelago Ouid. Met. 11, 701. Cupida Id. Epist.

6, 71. Dira Virg. Aen. 2, 519. Diuinae mentis pars Id. Georg. 4, 220. Lactant. 1, 4 Quis enim mentis Emotae, non modo futura

praecinere, sed etiam cohaerentia loqui possit? *i. Quis furiosus, etc.* 60

Erecta mens circa studia Quinctil. 1, 3. Facilis ad peiora Id. 1, 2. Firmata Ouid. Rem. Amor. 245. Fluxa senio Tacit. Ann. 5.

Fortis Ouid. Amor. 3, 2, 10. Fragilis Stat. Theb. 10, 165. Frigida Lucret. 3, 300. Furiata mente iuuenis Virg. Aen. 2, 406.

Furtiua Ouid. Epist. 17, 265. Generosa Id. Trist. 3, 5, 32. Ho- 65

nesta Senec. Phoeniss. f. 1. Humanae Ouid. Met. 1, 55. Ignara culpae Stat. Silu. 4, 6, 92. Ignea Sil. 3, 136. *i. Caelestis, et ardens omni virtute.* Illiberalis Quinctil. 1, 3. Impenetrabilis irae mens

Sil. 7, 561. Impia Senec. Octau. f. 5. Impigrae experientia mentis Lucret. 5, 1451. Imposita mens cunctis Stat. Theb. 1, 227. 70

Incertae discordia mentis Ouid. Met. 9, 629. Incertae mentis leuitas, et mobile pectus Sil. 16, 147. Infirma Ouid. Epist. 19, 7.

Infixa in imagines, *vid. INFIGO.* Infana Tibull. 2, 6, 18. Integra Hor. Carm. 1, 31, 19. Intenta malis Ouid. Trist. 4, 1, 4.

Interrita mens lethi Id. Met. 10, 616. Inuicta Sil. 4, 193. Laeva 75

Virg. Ecl. 1, 16. Lapsae spes et mentes Sil. 10, 310. Liberae Quinctil. 5, 11. Lymphata Hor. Carm. 1, 37, 14. Maculatae crimine Sil. 11, 200. Virg. Aen. 6, 12 — Magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates. *De Sibylla.* Mala. Ingeret hic potus iuuenis maledicta puellae, postmodo quae votis irrita facta velit: 80

nam ferus ille suae plorabit sobrius idem, et se iurabit mente fuisse Mala Tibull. 2, 5, 101 seqq. *Conf. b. l. Brouckhus. it.* Senec. de Benef. 3, 27. Melior. Cic. pro Quintio 4 c. 1 Eo te — Meliori mente

verba nostra audire oportebit, *i. tanto maiore beneuolentia.* Miserae hominum mentes Lucret. 2, 14. Nutrita mens et indoles sub faustis 85

penetrabilibus Hor. Carm. 4, 4, 25. Perniciosissima mens, multisque malo futura Quinctil. 5, 9. Perturbata animi mens in moerore Lucret. 6, 1181. Pia Ouid. Met. 8, 767. Placida et alta Quinctil.

6 prooem. Idem 6, 5 Quo genere defensionis etiam ostendisset nondum Praemollitas iudicum mentes. Praesaga mali Virg. Aen. 10, 90

843. Praescia Sil. 16, 89. Pristinā Ouid. Met. 3, 104. Claud. de Bell. Get. 85 — qui mente Profunda Hauserat vrbis opes. Mentem vocat Cupiditatem. Profusa, Liberalis Stat. Silu. 3, 1, 91

Tunc, inquit, largitor opum, qui mente Profusa Testa Dicarchaei pariter, iuuenemque replesti 95

Parthenopen? etc. Prona mens in ferrum Lucan. 1, 456: In ferrum, *In caedes.* Prouida Ouid. Met. 7, 712.

Releuata ab hac cura Id. Trist. 1, 11, 12. Rudis Quinctil. 1, 11. Ouid. Fast. 6, 6 Impetus hic sacrae semina mentis habet. Sagax Lucret. 1, 1021. Sanae mentis compos Ouid. Met. 8, 35. Segnis 100

ad artem Claud. in Eutrop. 1, . . . Seuera Id. in pr. Conf. Stilic. 26. Claud. Conf. Hon. 4, 229 — aethereis miscens terrena Prometheus, Sinceram patri mentem furatus Olympo, etc. Sobria Claud. in Eutrop. 1, 229. Solida, *Constans* Hor. Carm. 3, 3, 4. Stolidae praecordia mentis Ouid. Met. 11, 149. Surda, *vid. S V R D V S.* 105

- Temperata Hor. Carm. 2, 3, 3. Tenerae Quinctil. 2, 4. Trif-  
tis Ouid. Epist. 12, 148. Turbata. Virg. Aen. 11, 3. Virg. Georg.  
3, 3 Caetera quae Vacuas tenuissent carmina mentes Omnia iam vulgata.  
4 *Verborum formulae*: Abalienare mentem Scribon. 192. Ab-  
5 alienari mente 181. Accendere mentes in praelia Sil. 4, 170. Acci-  
pere benignam inentem in aliquam Virg. Aen. 1, 308. Addere menti-  
bus, *vid.* ADDO. Addere ardorem mentibus Virg. Aen. 9, 184.  
Adhibent solatia surdae menti Ouid. Met. 9, 653. Adiciere mentem  
dictis, *Auscultare diligenter* Ouid. Met. 14, 319. Aduertite mentes  
10 faciles Ouid. de Arte Am. 1, 267. Aduerte huc mentem, *vid.* AD-  
VERTO. Agitare aliquid mente Ouid. Fast. 1, 93. Virg. Aen. 9,  
186 Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum Mens Agi-  
tat mihi, *etc.* Agitatur furiis mens vecors Ouid. in Ibin 345.  
Agit succensas mentes libido Senec. Hippol. f. 4. Agor miserae tur-  
15 bine mentis Ouid. Amor. 2, 9, 28. Agere in mente Varr. de L. L.  
5, 6. Alienari mente, *vid.* ALIENO. Alere mollius teneras  
mentes more nutricum Quinctil. 2, 4. Amouere mentem Varr. de  
L. L. 5, 6. Ouid. Fast. 1, 445 *de auibus*, Sed nihil ista iuuant, quia  
linguae crimen habetis, Dique putant mentes vos Aperire suas. Idem  
20 de Arte Am. 1, 241 Tunc Aperit mentes aevo rarissima nostro Simplici-  
tas. Appellere mentem ad philosophiam, *vid.* APPELLO. Ar-  
debant mentibus captis Ouid. Met. 4, 62. Captis, *amore*. Audire  
aequis mentibus Virg. Aen. 9, 234. Id. Ibid. 7, 273 — hunc illum  
poscere fata, Et reor, et (si quid veri mens Augurat) opto. Calere  
25 morbo mentis aliquo Hor. Serm. 2, 3, 80. Captus mente, dicitur  
(*auctore Festo*) quum mens ex hominum potestate abiit. Capere  
mente, *vid.* CAPIO. Carere bona mente Ouid. Amor. 2, 8, 10.  
Circumspice celeri mente Id. Rem. Amor. 89. Quinctil. 5, 11 Nihil  
obstat, quo minus iustum matrimonium sit mente Coeuntium. Ouid.  
30 Met. 14, 352 Vt primum valido mentem Collegit ab aestu, Quid cape-  
ret fastura fuit. Commoueri mente, *vid.* COMMOUEO. Com-  
ponere mentem belligeram somno Sil. 3, 162. Comprehendere ali-  
quid mente Cic. de Nat. Deor. 3, 21 c. 8 *extr.* Concidere mente, *vid.*  
CONCIDO. Concipere aliquid mente Tacit. Ann. 2, 54. Con-  
35 citare mentis furorem Scribon. 194. Concussa metu mente virago  
Virg. Aen. 12, 468. Conquassatur mens, animaeque potestas Lucret.  
3, 599. Consentire mente vna, *vid.* CONSENTIO. Consistere  
mente, *vid.* CONSISTO. Virg. Aen. 1, 647 Aeneas (neque enim  
patrius Consistere mentem Passus amor) rapidum ad naues praemittit  
40 Achatem. *i. quiescere*. Confitus caeca caligine mentis Catull. Argon.  
62, 207. Conspicere mente aliquem, *vid.* CONSPICIO. Con-  
stringere dubias mentes, *Coercere* Lucan. 5, 256. Conuertere men-  
tem alio Lucret. 4, 1058. Conuertere mentes hominum oratione,  
*vid.* CONVERTO. Corruere molem mentis Lucret. 3, 824 *b. e.*  
45 *in ruinam perditionemque dare*. Crescit et senescit mens Idem 3, 447.  
Cic. pro Milon. 89 Hic dii immortales mentem Dederunt illi perditio-  
ac furioso, vt huic faceret insidias. *Supra dixerat*, Mentem iniecit:  
Ea, *inquit*, vis igitur ipsa, quae saepe incredibiles huic vrbi felicitates  
atque opes attulit, quae illam perniciem extrinxit ac sustulit, huic pri-  
50 mum mentem Iniecit, vt vi irritare, ferroque laceffere fortissimum  
virum auderet. *Significat autem Mentem dare, vel iniicere, Excitare  
desiderium in pectore alicuius, subitoque ad aliquid gerendum impellere.*  
Virg. Georg. 3, 267 *de furore equarum agens*, Et mentem Venus ipsa  
dedit. Liu. 6, 18 *vbi Manlium plebis animos contra Patres inflamman-*  
55 *tem inducit*: Dii prohibeant haec; sed nunquam propter me de caelo  
descendent: vobis dent mentem oportet vt prohibeatis, sicut mihi de-  
derunt armato togatoque, vt vos a barbaris hostibus, a superbis defen-  
derem ciuibus. Deditae mentes cum oculis, *vid.* DEDO. Deducere  
60 mentes. Perf. 5, 35. ~~Deduci a mente et consilio, *vid.* DEDVCO.~~  
Deficere tota mente Ouid. Met. 9, 635. Deseffere duram mentem  
Lucan. 3, 303. Demittere mentem, Desperare Virg. Aen. 12, 609  
Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem: Demittunt mentes: it  
scissa veste Latinus, *etc.* Seruius. Cic. Philipp. 13, 24 Tu vero  
qui te ab eodem Caesare ornatum negare non potes, quid esses, si tibi  
65 ille non tam multa tribuisset? ecquo te tua virtus prouexisset? ecquo  
genus? in lustris, popinis, alea, vino, tempus aetatis omne consum-  
fisses: vt faciebas, quum in gremiis mimarum mentem, mentumque  
Deponeres. Deprehendere aliquid memori mente Lucret. 3, 871.  
Desistere a Cic. Fam. 5, 2. Destituunt verba paratam mentem Lucan.  
70 5, 731. Discedere a mente Varr. de L. L. 5, 6. Catull. 60, 15  
Nos alio mentes, alio Diuisimus aures. Dominatur in aequas mentes  
Venus Lucan. 5, 727. Durat mentem Tacit. Ann. 3, 15. Effer-  
vescit in ira iracunda mens Lucret. 3, 296. Effluit illi mens, *vid.*  
*paullo ante Mens, pro Memoria*. Exacuere mentem ad varia co-  
75 namina Sil. 7, 142. Excoquit mentem ignis acrior Senec. Herc. fur.  
f. 1. Excudere mentem alicui, *vid.* EXCVTIO. Explorant men-  
tes deorum Sil. 5, 60. Extrahit mentem spes anxia Stat. Theb. 1, 322.  
Virg. Aen. 4, 319 — et istam Oro (si quis adhuc precibus locus)  
Exue mentem. Quinctil. 5, 10 Vt si dicam, bona mente Factum,  
80 ideoque palam. Ouid. de Arte Am. 3, 572 Hic fera composita vul-  
nera mente Feret. Ferre aliquid iniqua mente Idem Met. 8, 634.  
Ferre aliquid placida mente Id. Ibid. 13, 214. Flectere mentem du-  
ram Id. Ibid. 9, 607. Flectere consilium mentis crudelis Catull.  
Argon. 62, 136. Fodere mentes stimulo inuidiae Sil. 7, 512. For-  
85 mandam quam optimis institutis mentem infantium iudicat Quinctil. 1,  
1 *de Chryssippo*. Formandae asperioribus studiis tenerae mentes Hor.  
Carm. 3, 24, 53. Ouid. Epist. 9, 135 Mens Fugit admonitu, frigus-  
que perambulat artus. Gerere aliquid certa mente, *i. Obfirmata  
mente*. Idem Epist. 18, 38 Quid mecum certa praelia mente geris?  
90 Gerere sollicitam mentem formidine Lucret. 3, 1062. Gerere tumo-  
res magnos mente, *Superbire* Lucan. 10, 99. Stat. Thebaid. 12, 494  
Nulla autem effigies, multi commissa metallo Forma Dei, mentes Habi-  
tare, et pectora gaudet. Hor. Epist. 2, 1, 53 Neniis in manibus non  
est, et mentibus Haeret Paene recens. Dii illum in eam mentem In-  
95 pulerunt, Dii illi mentem dederunt, Dii illi mentem iniecerunt vt co-  
naretur, *etc.* Cic. pro Milon. 85. Incidit mihi in mentem haec res,  
*vid.* INCIDO. Incitatus mente, *vid.* INCITO. Indujit in  
mentes animosque hominum apologos Aesopus, *vid.* INDVO. Quinct.  
1, 11 Et mentem praecipue in aetate prima teneram adhuc, et rudem  
100 Inficiunt. Mens intelligentiaque nostra Infixa in eas imagines, *etc.*  
Cic. de Nat. Deor. 1, 49. Infixa mentibus memoria alicuius, *vid.*  
INFIGO. Inhaerescunt penitus in mentibus, *vid.* INHAEREO.  
Innectere mentem alicuius Senec. Hippol. 4. *Implicare*. Insetare  
mentem caelo, *Caestlia inuestigare animo* Stat. Theb. 3, 550. Insi-  
105 dere in mente, *vid.* INSIDEO. Insistere mente et animo in rem  
aliquam,

aliquam, *vid.* INSISTO. Instigat mentes furor Senec. Thyest. f. 1. Intrare, Irrumpere mentem deorum, *dicitur de vatibus: vid.* Drackenb. ad Sil. 1, 124. Intrare in mentem iudicis dicitur quippiam, *vid.* INTRO. Introspecte in mentem tuam ipse, *vid.* INTROSPICIO. Labat mens Cels. 4, 19. Labi mente, *vid.* LABOR, éris. Suet. Aug. c. 48. Laxarunt duram mentem munera Bacchi Sil. 11, 288. Loqui mente simulata Virg. Aen. 4, 105. Madet mens Lucret. 3, 478. *b. e. Tanquam ebria vacillat.* Mandare animis et mentibus, *vid.* MANDO, arc. Mens mihi non manet certa fede Hor. Carin. 1, 13, 4. Manet immota mens Virg. Aen. 4, 449. Mouere mentem Scribon. 185. Mulcere mentes Ouid. Met. 10, 301. Mutare, *vid.* MVTO. Mutat insania mentem Virg. Aen. 4, 595. Negare rigida mente aliquid Ouid. Epist. 3, 96. Claud. de Rapt. Proserp. 3, 29 — dissuasor honesti Luxus, et humanas oblimat copia mentes, *vid.* OBLIMO. Obtundere, *vid.* OBTVNDO. Pacificare Senec. Agamemn. 3. Peragrare omnia mente, animoque Lucret. 1, 75. Perculsa mentem formidine mater Virg. Georg. 4, 357. Perculsa mente dederunt lacrimas Virg. Aen. 9, 292. Percutit mentem pietas Stat. Theb. 11, 606. Perfert obstinata mente Catull. 8, 11. Permanet firma mens Ouid. Epist. 16, 168. Permotus mente, *vid.* PERMOVEO. Virg. Aen. 4, 100 — habes tota quod mente Petiisti. Praecipitat mentem furor, iraque Id. Ibid. 2, 317. Praeditus alta mente, *vid.* ALTVS. Pressus mentem formidine Virg. Aen. 3, 47. Receptum munus laeta mente Ouid. Amor. 2, 15, 3. Recludere mentes superas, *Confilia aperire Deorum* Sil. 1, 19. Ouid. Met. 9, 582 Mens tamen vt Rediit, pariter Rediere furores. Reducit spem Lyaeus anxiis mentibus Hor. Carm. 3, 21, 17. Relaxare mentem Senec. Hippol. 4. Relinquere aliquem suae menti Sil. 11, 326. Repetere aliquid mente inoblita Ouid. ex Pont. 4, 15, 37. Reponere mentem alicui, *Reddere animum* Valer. Argon. 7, 245. Repostum alta mente Virg. Aen. 1, 30. Restituere ebrio mentem Scribon. 12. Reuincire mentem amore Catull. 59, 33. Lucret. 3, 509  
Et quoniam mentem Sanari, corpus vt aegrum  
Cernimus, et flecti medicina posse videmus:  
Id quoque praesagit mortalem ~~Muere~~ *Muere* mentem.

Quinctil. 2, 4 Quin ipsis doctoribus hoc curae esse velim, vt teneras adhuc mentes more nutritum mollius alant, et satiari velut quodam iucundioris disciplinae cibo, lacteque patiantur. Scrutari mentes deum in fibris Ouid. Met. 15, 136. Senescit mens Lucret. 3, 447. Seuocare mentem ab oculis Cic. de Nat. Deor. 3, 21. Stetit indubio mens Lucan. 7, 247. Virg. Aen. 10, 824 Et mentem patriae Subiit pietatis imago. Succubuit mens labefacta Senec. Troad. 10. Suscipere Cic. in Catil. 3, 22. Sum. Cic. in Pison. 50 Hic si mentis esset suae, nisi poenas patriae, diisque inuortalibus eas, quae grauisimae sunt, furore atque insania penderet, ausus esset, etc. In mente, et in mentem est mihi, *vid.* IN praepositionem. Eadem mente esse Nep. 23, 2, 5. Est mens mihi, *i. Placet mihi, Volo* Ouid. Epist. 2, 134. Non eadem est mens Hor. Epist. 1, 1, 4. *i. Non idem nunc placet.* Pandere valuas, mens erit Nemesian. Cyneg. v. 175. Varr. de L. L. 5, 6 Sic reminisci cum ea, quae tenuit mens, ac memoria, etc. Tenerascit mens in tenero corpore Lucret. 3, 766. Tepescunt mentes Lucan. 4, 284. Terrent etiam nunc nubila mentem Ouid. Met. 1, 357. Trepidat metu Hor. Carm. 2, 19, 5. Turbatus vulnere mentis Virg. Aen. 12, 160. Cic. de Nat. Deor. 2, 168 Haec mihi fere in mentem Veniebant, quae dicenda putarem de natura deorum. Idem Att. 12, 36 Nunquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset. Idem 7, 13 Quum autem Dolabellae Venit in mentem, paulum respiro. Cic. Fam. 7, 3 Solet in mentem Venire illius temporis. Idem pro Quint. 6 Non minus saepe ei Venit in mentem potestatis, quam acquitatis tuae. Et de Orat. 2, 249 Vt quotiescunque gradum facimus, toties tibi tuarum virtutum Veniat in mentem. Cic. de Petit. Conf. 4t Haec mihi Veniebant in mentem de duabus illis commotionibus, etc. Id. pro Font. 9 Fonteio non in Gallia primum Venisse in mentem, vt portorium vini institueret. Cic. de Orat. 1, 24 Quid tibi in mentem Venit ita respondere? Idem de Diuin. 2, 57 Quid in mentem Venit Calistheni dicere deos, etc. Sic de Clar. Orat. 22 Mihi Brute in te intuenti crebro in mentem Venit vereri equodnam, etc. Et Fam. 4, 13 Nec mihi quidquam tali tempore in mentem Venit optare. Videre aliquid mente Ouid. ex Pont. 2, 4, 8. Videre liquida mente Catull. 61, 46. Vigilat mens animi Lucret. 4, 762. Virens mente Stat. Theb. 3, 453. ¶ 6 Mentis pro membrana cerebri *s. Meninge posuit* Cacl. Aurel. Acut. 2, 9, 42 Dehinc odore penetrando membranas inurit, et tanquam acre collyrium oculos sic mentes inflammat. ¶ 7 In MSS. permulantur Mens et

Gens: *ubi vide.*

MENTIO, ónis. f. [*μνήμη*] a *Supino* Mentum, quod a Meno verbo antiquo deducitur, unde est Perf. Memini. Construitur non raro cum De: Cic. Philip. 2, 39 Nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii. Agitare mentionem, *vid.* Agito, in AGO. Facere mentionem, *Commemorare.* Cic. de Senect. 63 Lylandrum Lacedaemonium (cuius modo mentionem feci) dicere aiunt solitum, Lacedaemone esse honestissimum domicilium senectutis. Conf. Cic. pro S. Rost. c. 2. et in Pis. c. 10. Facere mentionem necessariam alicuius rei Quinctil. 2, 2. Cic. pro Quint. 37 Quum statuisses de pecunia mentionem Facere. Idem de Legib. 3, 14 Demetrius ille de quo Feci supra mentionem. Et Q. Frat. 2, 10 De te a Sipylo mentio est honorifica Facta. Add. Cic. de L. Agrar. 3 c. 2. et Phil. 2 c. 15. Nep. 15, 4, 5. Habere mentionem Quinctil. 4, 2. Liu. 38, 56. Habita est mentio Scribon. 231. Add. Vell. 2, 62, 5. Paternus 2, 90, 65, 1 Tum inter Lepidum, Caesarem, et Antonium commercia epistolarum, et conditionum Iacta mentio. Cic. Diu. Verr. 50 Casu in eorum mentionem Incidi. Idem de Amicit. 3 c. 1 Scaeuola quum in eam mentionem Incidisset. Incidit de Philippo, *vid.* INCIDO. Inferre Liu. 4, 1. Iniecta mentio de aliquo Hor. Serm. 1, 4, 94. Cic. Att. 5, 9 Nec tui mentionem Intermitti sinit. Mouere rei cuiuspiam Liu. 28, 11. Opprimere aliquam, *vid.* OPPRIMO. In mentione terrae dicitur: *b. e. Dum mentionem terrae faciemus* Plin. 2, 8. In sponsaliis habet usum. Mentionem enim facere, est *Poscere sponsam; et Repromittere est respondentis.* Vid. Taubman. ad Plaut. Aul. 2, 2, 100

27 p. 183.

MENTIO tribuitur vetustissimis a Prisciano 8 p. 799.

MENTIOR, iri. Depon. [*ψεύδομαι, ψευδομαιθω, ψευδολογέω, αλτιομαι*] Falsum dicere significat, ac videtur cognationem habere cum verbo antiquato Meno, unde Miniscor, Commiscor, commentus sum: est

- enim Mentiri fingere et comminisci aliquid, quod nusquam sit etc.*  
 Ter. Heaut. 3, 2, 38 Non est mentiri meum. *i. Non consuevi mentiri, siue solitus sum.* In virum bonum Mentiri non cadit emolumenti sui causa Cic. Off. 3 c. 20. *Quomodo nonnulli distinguant Mentiri et Mendacium dicere, vid. in MENDACIVM.* Natura, frons, oculi, vultus per saepe mentiuntur, oratio vero saepissime Cic. ad Q. Frat. 1, 1, 5. Mentiri cum Accus. Ter. Adolph. 1, 1, 30 Qui mentiri aut fallere inuenerit patrem, tanto magis audebit caeteros. Mentiebatur ad milites Gell. 15, 22. Palam mentiri, *vid. PALAM.* Mentior nisi, *vid. NISI.* Aduersus aliquem mentiri Plaut. Aulul. 4, 7, 9. Pseudo-Cic. in Sallust. 2 Dabo operam, vt et pro me minimo cum fastidio respondeam, et in hunc minime mentitus esse videar. Alicui Plaut. Amphit. 1, 2, 6. Cic. de Orat. 2, 189 c. 45 De me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar. De annis aetatis suae multum mentiri Quinctil. 6, 3. Mentiri se esse Aliquem, *Fingere et simulare* Plin. de Viris Illust. c. 62 *pr. Amorem* Ouid. Epist. 21, 183. Causam fugae Id. Met. 11, 281. Colorem fucō Quinctil. 2, 15. Colores varios mentitur lana Virg. Eclog. 4, 42. Color ille Chryfocollam mentitur Plin. 35, 6. *i. illi ita similis est, vt pro ea haberi possit.* Dolorem capitis mentita puella Ouid. Amor. 2, 19, 11. Fidem Claud. Conf. Prob. et Olyb. 108: Martial. 3, 43 Mentiris Iuuenem tinctis Lentine capillis, Tam subito coruus, qui modo cynus eras. Verum robur inani sagina Quinctil. 2, 15, 25. Sexum muliebri motu Columel. 1 praefat. 25 Martial. 1, 86 Mentiturque Virum prodigiosa Venus. Vitam vanitas mentitur sibi Plin. 7, 55. Mentiri, *pro Falso scribere.* Id. 12, 15 Nec non fuere qui et ture arbore vtrunque nasci mentirentur. Mentitor, [*ψευδομαι*] Plaut. Milit. 2, 2, 99 Et assentandum est quidquid hic mentibitur.
- 30 **MENTIENS**, entis. Partic. Quinctil. 6, 3, 73.  
**MENTITVS**, a, um. Partic. [*ψευδομενος*] Cic. Acad. 4, 96 Ne tu qui idem me facturum paullo ante dixeris, videre mentitus. Quum neuter ab eo, quo arguebatur, mentitus argui posset Vell. 2, 33, 2. *Et dicitur etiam passim pro Falso et fucato, assimilato, vt ap.*  
 35 Val. Flacc. 7, 155. *et 211. Vid. Drackenb. ad Sil. 2, 637. Barth. ad Script. Ven. p. 78.* Os mentitum Ouid. Fast. 6, 426. Cic. de Nat. Deor. 2, 56 Quaeque his vacant, mentita, et falsa, plenaque erroris. Legitur et Ementita. Color mentitus Quinctil. 12, 10, 76. Honor Anon. ap. Suet. in Oth. c. 3. Fama mentita Ouid. Met. 10, 28. *Figuris mentitis celare se* Id. Ibid. 5, 326.
- 40 **MENTITVRVS**, a, um. *Aliud* Partic. [*ψευδομενος*] Ouid. in Ibin 66 Non mentituro quilibet ore legat. Vox mentitura Ouid. Trist. 4, 3, 16.
- MENTITIO**, ōnis. f. Verbale. Auctor ad Heren. 3, 3 c. 2 Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentitiones, et caeteras res, etc.
- MENTIS**, *pro Mens, ex Ennio citat Priscian. 7 p. 764. Antiqui ita proferebant plura nomina Sanguinis, Gruis, pro Sanguis, Grus. Vid. Rittershus. ad Phaedr. Fab. 1, 8.*
- 50 **MENSA**, ae. f. [*τραπέζα, ἄμμος*] *Tabula, in qua cibi apponi solent, non tantum maior et communis, circa quam accumbitur vel assidetur, sed minor etiam, qualis singulis destinatur.* Virg. Aen. 1, 710 Pars epulis onerant mensas, et plena reponunt Pocula. Charisius 1 p. 43 Mensam sine N litera dictam Varro ait, quod media poneretur. Sed 55 auctores cum N litera protulerunt, Virgilius saepe. Sed et Mensam cum N posse dici, idem Varro ait, quod et mensa ἑσπέρα, (*sic leg. pro ἄσπερα, cui adhaesit ultima vocalis ex mensa*) edulia et esculenta ponerentur. Haec Charisius. Varronis haec de re verba de L. L. 4, 25 p. 30 sunt haec: Mensam escariam cibilla appellabant. Ea erat quadrata, vt etiam nunc in castris est, a cibo cibilla dicta. Postea rotunda facta est. Et quod a nobis media, et a Graecis μέτρα, mensa dici potest; Nisi etiam quod ponebant pleraque in cibo mensa. *Vid. Plut. Probl. 63.* ¶ 2 *Epitheta:* Acerna Ouid. Met. 12, 254. Argenteae in delubris Cic. de Nat. Deor. 3, 84. Macrobi. Sat. 3, 65 II ex iure Papiniano, In templo Iunonis Populoniae augustata mensa est. Augustatam vocat, Quae augusta facta est, id est consecrata. Al. Augusta. Citrea et acerna Martial. 14, 94 et 95. Cic. Verr. 4, 37 Tu maximam et pulcherrimam mensam citream a Lutadio abstulisti. Conscripta vino Ouid. Amor. 2, 5, 17. Curionales, *vid. CVRIA.*
- 70 Escaria Varro de L. L. 4, 25. Delphicae e marmore Cic. Verr. 4, 131. Gemmiferae Claud. Conf. Prob. et Olyb. 265. Lanionia Sueton. Claud. c. 15 *ubi vid. Casaub. et Beroald.* Pantherinae, *vid. Pantherinus, in PANTHER.* Polluta cruore Sil. 7, 183. Supina Propert. 4, 9, 18. Tripes Hor. Serm. 1, 3, 13. Vinaria rotunda Cylibathum Varro de L. L. 4, 26 *pr.* ¶ 3 *Formae verborum;* Adstare mensae domini, *vid. ADSTO.* Cic. Tusc. 5, 61 Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit Consistere. Discumbere mensis Stat. Silu. 4, 2, 33. Exstruere conquistissimis cibus Cic. Tusc. 5, 62 c. 21. Idem in Pison. 67 Exstructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancia, serui sordidati ministrant, nonnulli etiam senes. Instruere Virg. Aen. 3, 231. Onerare epulis Idem Georg. 4, 378. Opulentare pretiosis dapibus, *vid. OPVLENTO.* Reponere vina mensis Virg. Aen. 7, 134. Tangunt aut Tenent mensam tanquam aram orantes. *Vid. Heins. ad Ouid. Amor. 1, 4, 27.*
- 85 ¶ 4 *Pro ipsis epulis accipitur.* Mensa, Prandium, vel Coena quandoque dicitur. Verecundari neminem apud mensam decet Plaut. Trin. 2, 4, 77. Iuuen. Sat. 1, 138 Nam de tot pulchris, et latis orbibus, et tam Antiquis vna comedunt patrimonia mensa. Affecta omnium mensarum Cic. in Sallust. 21. Reuerentia mensae Iuuen. Sat. 2, 110. Mensa sine arte Martial. 10, 47. Senec. Thyeste v. 452 Tutusque mensa capitur Augusta cibus. *i. Tenui, non sumtuosa.* Apposita Ouid. Epist. 17, 75. Apta ioco Id. de Arte Am. 1, 594. Breuis Hor. de Arte Poet. 198. Cara, Quae magno constat Hor. Serm. 2, 4, 37. Diuites Hor. Serm. 2, 4, 87. Nitentes Id. Ibid. 2, 2, 4.
- 95 Opimae mensae inconsumtus miles Sil. 11, 283. Pingues Catul. in Carm. nupt. 60, 3. Plena Virg. Aen. 11, 738. Primae mensae, *i. Primi cibi.* Macrobi. Saturn. 7, 1 Primis mensis post epulas iam remotis, et discursum variantibus poculis minutioribus, etc. Regales Virg. Aen. 1, 690. Secundae mensae, *i. Secundi cibi, vel epulae*  
 100 Id. Georg. 2, 101. Cic. Att. 14, 6 Haec ad te scripsi apposita secunda mensa. Conf. Id. Fam. 16, 21. Nep. 17, 8, 4. Syracusanae mensae, *Proverbium, vid. SYRACVSAE.* Tenuis Hor. Carm. 2, 16, 14. Huc referas etiam formulas: Apponere mensam, *vid. APPONO.* Auferre, *vid. AVFERO.* Communicare aliquem mensa, *vid.*  
 05 **COMMVNICO.** Considerare mensis perpetuis Virg. Aen. 7, 176.  
 K k Data



Data est mensae pars optima lucis Ouid. Met. 7, 662. *Alii legunt Vltima pars.* Linqüere mensas pingues Catul. in Carm. Nupt. 60, 3. Mittere de mensa, *i. De iis, quae mensae appositae erant.* Cic. Att. 5, 1 Discubuimus omnes praeter illam, cui tamen Quintus de mensa misit; illa reiecit. Percurrere mensas, *vid.* PERCVRRO. Virgil. Aen. 1, 220 Postquam exerta fames epulis, mensaeque remotae. Turne-

bus hic intelligit Mensas, Fercula et magidas, et lances. Nam saturis con-

uiuvis remouentur. Repellit mensas ingenti clamore Ouid. Met. 6, 661. Mensam tolli iubet Cic. in Pison. 67. ¶ 5 Mensa, etiam

Discus et quadra dicitur, nemppe ut suam sibi mensam unusquisque Conui-

uator habeat. Virg. Aen. 7, 116 Heus! etiam mensas consumimus, in-

quit Iulus? *i. Panitias mensas, inquit Seruius, epularum sustentaculum.* Add. *ibid.* v. 125. *Vid.* Burman. ad Petron. c. 34. ¶ 6 Mensa,

Tabula in qua argentarii pecuniam numerant, a qua Mensarii, Trapezitae dicuntur. Cic. in Pison. 88 Quid stipendium militibus per omnes

annos a ciuitatibus mensis palam propositis esse numeratum? Idem pro Flacc. 44 c. 19 Si Praetor dedit, ut scriptum est, a Quaestore nu-

merauit, Quaestor a mensa publica, mensa aut ex vectigali, aut ex tri-

buto. ¶ 7 Mensa, Particula quaedam in balistae fabrica, de qua sic Vitruuius, Regulae, quae in mensa, longitudo foraminum 20

octo. Quid autem sit mensa, declarat Turnebus bis verbis, Mensa in-

terior est, et media inter duas hinc et inde scutulas, constatque regulis di-

apognatis, et tabula, inter regulas et diapegmata collocata: esque in summo et imo capitulo, ut et peritreta. Ctesibius vel Hero, καλείται δὲ τὸ πῆγμα τὸ συγκεκλιμένον ἐκ τῶν κωνίων, καὶ τῶν διαπηγμάτων, καὶ τῆς σκευῆς τρεπέζα. Haftenus ille, 2, 5. ¶ 8 Mensa, etiam Arula s-

turibulum. Petron. c. 135 Enothaea mensam veterem posuit in medio al-

tari, quam viuis impleuit carbonibus. *Vid.* Fest. et Scalig. ad loc. MENSŪLA, ae. f. Dimin. [τραπέζιον] Plaut. Mostel. 1, 3, 150

Cedo aquam manibus puer, appone hic mensulam. *Adde* Apul. Met. 30

2 p. 121. MENSARIUS, i. m. [τραπέζιτης] Argentarius, qui et Collybista et vel priuatae negotiationis nomen est, vel muneris publici, ut exempla ostendunt. Cic. pro Flacc. 44 c. 19 Cum ciuitate mihi res est acerrima et conficientissima literarum, in qua numus moueri nullus potest sine

quinque Praetoribus, tribus Quaestoribus, quatuor Mensariis, qui apud illos a populo creantur. Liu. 7, 21 Noui Consules solutionem aeris

alieni in publicam curam verterunt; quinque viris creatis, quos Men-

sarios ab disperatione pecuniae appellarunt. Liu. 23, 21 Sunt Trium-

viri mensarii, de quibus h. v. Sed et priuati sunt mensarii, ut diximus. 40

Sic Sueton. Aug. quem c. 3 Argentarium dixerat, cum c. 4 appellat Men-

sarium. MENSALIS, e. Adi. Ad mensam pertinens; Argentum mensale Vopise. in Tacit. c. 10. Et Vinum Idem Aurelian. c. 9.

MENSULARIS, i. m. [τραπέζιτης] Gloss. Lat. Gr. Idem qui Men-

sarius. Senec. Controuers. 4, 24. MENSATIM. Adu. Iuuenius 3, 214.

MENSIO, ōnis. Vid. METIOR. MENSIS, is. m. [μῆν, μής] A Metior deducitur, quasi res nume-

ro dierum mensa. Cic. de Nat. Deor. 2, 69 c. 27. Qui quia mensa spatia 50

conficiunt, menses nominantur. De cursibus Lunae. Macrobius Sat. 2, 11

a Graeco μήνη, id est a Luna trahit, et ipsum μῆν Graecum consonat. Nam lunae curriculo mensis conficitur. Ter. Adelph. 3, 4, 29 Compressu

grauida facta est, mensis hic decimus est. Plaut. Pers. 4, 4, 76 Nun-

quam hercle hunc mensem vertentem credo feruabit tibi. Mensis 55

a Lunae motu dictus, dum ab Sole profecta, rursus redit ad eum Luna, quod Graece olim dicta μήνη; vnde illorum μῆνες, etc. Varro de

L. L. 5, 2. Liu. 1, 19 Numa ad cursum lunae in duodecim menses describit annum. Primis a mensibus Virg. Georg. 1, 64. In mense

Scribon. 58. Duobus mensibus repositum 25. Gen. Plur. contra-

ctus est Ouid. Met. 8, 500 Et quos sustinui bis mensum quinque la-

bores, quod firmat Priscian. 7 p. 771. Plura Heins. ad h. l. e. g. Fast. 5, 187. et 424. Aprilis mensis marinae Veneris Horat. Carm. 4, 11, 15.

Augustus mensis, *vid.* AVGVSTVS. Bisseni menses Stat. Silu. 3, 1, 18. Breuis Horat. Epist. 2, 1, 44. Commodus Lamprid. in Comm. c. 11. 65

Add. Herodian. 1, 14. Gelidi menses, Tempora hiemis. Claud. de Rapt. Proserp. 3, 224. Germanicus mensis September ut voluit Cali-

gula apud Sueton. 17. Res tota in mensem Ianuarium reiecta est Cic. Fam. 5, 6. Incerti menses sunt, Veris et Autumni. Nam et hiemis certum est frigus, et aestatis certus est calor; veris vero et autumn

nunc frigus, nunc calor est. Seruius in illud Virg. Georg. 1, 115 Prae-

fertim incertis si mensibus annis abundans Exit. Intercalaris, *vid.* h. v. Neroneus Sueton. Ner. c. 55. Opportunus et rectus Plin. 10, 63. Pauci, *vid.* PAVCVS. Quinctilis qui postea a Iulio Caesare Iulius. Sextilis mensis, Augustus Hor. Epist. 1, 11, 19. Tardi 75

Virg. Georg. 1, 32. Totus ex ordine Idem *ibid.* 3, 341. Vertens, *vid.* Vertens annus, in ANNVS, ex Plauto et Vitruuio. Voluendi, Volubiles. Virg. Aen. 1, 273. ¶ 2 Formulae: Ter. Adelph. 4, 5, 57 Haec dum dubitas, menses Abierunt decem. Vbi Donatus: Quasi dicat, Te cessante, decem menses cessere. Et abire dicitur quod paulatim nos deserit. Abesse tres menses, *vid.* ABSVM. Agitur mensis, *vid.* AGO. Consumere mensem Cicer. Att. 6, 2. Non annis anni, non menses mensibus vsque Conueniunt Manil. 3, 526. Exactis mensibus grauidae errant Virg. Georg. 3, 139. Incipiunt magni procedere menses Virg. Ecl. 4, 12. Inire mensem Cic. Att. 1, 1. 85

Occupare primos menses, *vid.* OCCVPO. Ponere inensem Cicero Attic. 6, 2. Pronos voluit menses Luna Hor. Carm. 4, 6, 40. ¶ 3 Menses, in Plurali, pro Menstruis mulierum. Plin. 21, 21 Prodest et orthopnoicis et anhelationi, mulierumque mensibus retardatis. Mensis etiam in Singulari idem significat. Plin. 17, 28 Priuatim autem 90

contra erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis nudis pedibus recincta. Commorantes menses trahit lens Plin. 22, 25. Menses feminarum trahere dicitur mastiche condrilla Idem 22, 22. Menses mulierum abundant, vel subsidunt Idem 22, 8. Abundantia mensium Idem 23, 7. Monstrifici Idem 28, 7. Sistere Idem 7, 15. 95

Euocare menses Idem 26 c. vlt. MENSTRVVS, a, um. Adi. [μηνιαίος, ἐπιμήνης, ἔμηνος] Quod est vnus mensis. Cic. de Nat. Deor. 1, 86 c. 31. Huius hanc lustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet. Idem pro Rosc. Com. 86 Quid est, quod negligenter scribamus Aduersaria? quid 100

est, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae. Cibaria Cic. Verr. 3, 72 c. 30. Cur-

sus menstruus Dianae Catul. in Carmine saecul. f. 33, 17. Lunae Varr. de R. R. 1, 5, 4. Curfus menstrui, Menstrua muliebria Plin. 11, 39. Ferae menstruae Varro de L. L. 5, 3. Luna Virg. Georg. 1, 353. 105

Prudent. Hymn. Epiphan. v. 10. Opus Cicer. de Legib. 2, 45.  
Ratio. Id. pro Rosc. Com. c. 3. Spatium menstruum Id. de Nat. Deor.  
1, 88 c. 31. Tura menstrua reddere Lari, i. *Singulis mensibus*. Tibul.  
1, 3. Vita Cicer. de Finib. 4, 30. Vtura Idem Attic. 6, 1.  
5 ¶ 2 *Substantiue ponitur Menstruum, pro Alimento in singulos menses le-  
gato; ut Annuum, quod in singulos annos.* Vlpianus in l. Qui bonis.  
D. De cessione bonorum, Si quid misericordiae causa ei fuerit reli-  
ctum, puta menstruum vel annuum, alimentorum nomine. Liu. 44, 2  
Menstruum iussu milite secum ferre, i. *cibaria totius mensis.* De men-  
10 *struis mulierum* Plin. 28, 7 Quocumque autem alio menstruo, si nudatae  
segetem ambient, erucas ac vermiculos scarabaeosque ac noxia alia  
decidere. *Sed haec sullenius dicuntur Menstrua*, pl. [*ἔμμηνα*] Mulie-  
ribus mouet menstrua Scribon. 106. Vid. Plin. 7, 15. Colum. 11, 3, 38  
Eiusdem frutex pluribus annis permanet innoxius; nisi si mulier quae  
15 in mensuris est, contigerit eum, et ob hoc exaruerit. Add. 11, 3, 50.  
Menstrua bene respondentia Cef. 6, 6.

MENSTRUALIS, e. Adi. [*ἔμμηνιος, καταμήνιος*] *Quod singulis  
mensibus fit.* Plaut. Capt. 3, 1, 23 Qui solebam menstruales epulas ante  
adipiscier. Sphaera Prudent. in Rom. v. 538 i. *luna.* Menstruale  
20 animal mulier, *Quae menstrua patitur* Plin. 7, 15. Conf. Solin. 1 (al. 4.)  
Mulier menstrualis, *Menstruo laborans* Plin. 19, 10. Pannus men-  
strualis, *Menstruo pullutus* Marcell. Emp. c. 35.

MENSTRUO, āre. unde  
MENSTRUANS, antis. Partic. Col. 11, 3, 63 Menstruans mulier.  
25 Sic Pallad. 1, 35, 3. Octau. Hor. Med. 4.

MENSTRUATUS, a, um. Aliud Partic. Vulg. Interp. Ef. 64, 6  
Pannus menstruatus.

MENSOR, MENSURA, MENSUS, vid. METIOR.

MENSULA, vid. MENSA.

30 MENSURNVS, a, um. Adi. *Idem quod Menstruus, eadem analogia  
atque Diurnus, Nocturnus.* Vid. Priscian. 2. fin. qui Cic. vindicat ex 1 de  
Inuent. 39 c. 26. Vbi hodie Menstrui; Nonnulli tamen codices Mensurni.  
Vid. Gruter. *Vsus est et Cyprian. Epist. 34. extr. et Nouatian. de*  
Trin. c. 1.

35 MENTA, f. MENTHA, ae. f. *Herba, quae a Graecis ἡδύσμοος  
dicitur; hoc est suaueolens. Menta autem appellata, vel a μῆνθῃ Graeco-  
rum, vel quod suo odore mentem feriat.* Cic. Fam. 9, 22 Ruta et Menta  
rectum vtrumque. Volo mentam pusillam ita appellare, vt rutulam:  
non licet per modestiam et pudorem. *Fiat enim Mentula, obscenum nomen.*

40 *Caeterum, incidisse hinc videtur Pomponius Grammaticus in elegantem, si  
cui placeat, mentae et mentulae mythologiam ad Colum. 10, 119. Plin,  
20, 14 Mentae ipsius odor animum excitat, et sapor auuditatem in ci-  
bis. Conf. Plin. 19, 8. Columel. 11, 3, 37. Pallad. Febr. Tit. 24, 9.  
Ouid. Met. 8, 663. et 10, 729. Oientes mentae Idem ibid. 10, 729.*

45 Ruetratrix Martial. 10, 47. Venerea Apul. de Herb. c. 105. i. *si-  
lymbrium.*

MENTAGRA, ae. f. [*λεχθῆν*] *Morbus cutis exasperatae, dictus  
a Mento. Plin. 26, 1 Grauiissimum ex his lichenas appellauere, Graeco  
nomine: Latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum  
50 lasciuia (vt est procax natura multorum in alienis miseris) mox et  
vsurpato vocabulo, mentagram, occupantem in multis totos vtique vul-  
tus, oculis tantum immunibus, descendentem vero, et in colla pectus-  
que ac manus foedo cutis fursure.*

MENTASTRUM, f. MENTHASTRUM, i. n. [*ἡδύσμοος,  
ἄγριος*] *Menta siluestris.* Plin. 20, 14 Mentastrum siluestris menta est,  
differens specie foliorum quasi figura ocimi, pulegii colore. Propter  
quod quidam siluestre pulegium vocant. Mentastrum siluestre Colum.  
11, 3, 37.

60 MENTIGO, iginis. f. [*λεχθῆν*] *Genus morbi, quod oues inuadere  
solet. Ostigo etiam dicta pastoribus* Columel. 7, 5, 21.

MENTIO, MENTIOR, MENTITVS, vid. MENS.

MENTOR, ōris. m. [*Μέντωρ*] *Fuit in vasis caelands mirus arti-  
fex, de quo Plin. 12. Et 33, 12. Iuuen. Sat. 8, 102 — rarae sine  
Mentore mensae.*

65 MENTOREVS, a, um. Adi. [*Μεντόρειος*] Propert. 1, 14. pr.  
Lesbia Mentoreo vina bibas opere. Adde Martial. 9, 60.

MENTVLA, ae. f. *Membrum virile.* Priapeia. Conf. MENTA.

MENTVLATVS, a, um. Adi. Mentulatio priapo Priapeia:  
al. mutoniatus.

70 MENTVM, i. n. [*γένηον, ἀνδραγών*] *Pars faciei ori subiecta,  
vbi coeunt vtrinque maxillae, barbae sedes.* Plin. 11, 37 Men-  
tum nulli praeter hominem, nec malae. Cicero Tuscul. 1, 10  
Mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus. Deducit  
clementer a genis mentum, et ita inferius conclusum, vt acumen eius

75 extremum signare videatur leuiter impressa diuisio Lact. de Opif. Dei  
c. 10. Canities inculta mento iacet Virgil. Aen. 6, 299. Incana  
menta Idem Georg. 3, 311. Pediculofum mentum, vid. Pediculofus  
in PES. Antiquis Graeciae in supplicando mentum Attingere, mos  
erat Plin. 11, 45. Intorquere Mentum, vid. INTORQVEO. — A

80 mento palcaria pendent Virg. Georg. 3, 53. Nutanti mento percu-  
tere pectus Ovid. Met. 11, 620. *Gestus est eorum, qui sedentes, vel cu-  
bito caput innixi dormiunt.*

MENTO, ōnis. m. *Maiore mento praeditus.* Arnob. 3 p. 108.

85 MENTRON, i. n. *Quasi indicinae praemium. Est enim μῆν-  
τρον a μῆνῳ indico. ICTis vocatur remisso poenae proposita ei, qui faci-  
noris confcios indicauerit.*

## M E O

90 MEO, āre. [*διαβαλω, πορεύομαι, μεταπέτω*] *Vltra citroque ire. Item  
Exire, manare, hoc est fluere.* Plin. 10, 38 Aues non in eadem natura  
meare videntur. Anima means in membra diuersa Lucan. 3, 640.  
Add. Lucret. 1, 438. et 4, 371. Mobilitas meandi per magnum inane  
Idem 2, 64.

95 MEATVS, ūs. m. [*πνεύμα*] Plin. 10, 38 Aues solae vario meatu  
feruntur et in terra et in aere. h. e. *Varia incedendi aut volandi ratione.*  
Danubius in Ponticum mare sex meatibus erumpit Tacit. Germ. 1, 4.  
Bifido meatu diuisus Rhenus Claud. de Bell. Get. 336. Meatus etiam  
dicuntur πνεύμα in corpore. Plin. 20, 21 Succus maluae decoctae, poros,  
100 hoc est meatus suas facit. *Nostri exemplaria habent, Succus decoctae,  
pori meatus suas facit.* Meatus siderum, h. e. *Cursus et motus astro-  
rum.* Plin. 2, 8. Caeli meatus Virg. Aen. 6, 849. Solis cursus,  
Lunaeque meatus Lucret. 5, 772. Solis, Lunaeque meatus I-  
dem 1, 129. Nubiagus meatus Sil. 12, 102. *de Daedali volatu: vid.*

105 *Drakenb. ad h. l.*

MEACVLVM, i. n. *Idem.* Vindiciantus ad Valentinianum Imperatorem, Meacula venarum.

MEABILIS, e. Adi. [*διακαρδς*] *Actiua significatione de aere.* Plin. 2, 5 Vitalem hunc, et per cuncta rerum meabilem, totoque confertum. *i. qui facile per omnia meat et fluit.* Contra Passivae, quod transiri potest, ut Meabilis transitus Plin. 6, 1.

## M E P

MĒPHĪTIS, is. f. [*μεφίτις*] Proprie est Terrae putor, qui de aquis nascitur sulphuratis; et est in nemoribus grauior ex densitate silvarum. Alii Mephitin Deum volunt Leucotheae connexum, sicut est Veneri Adonis, Dianae Virbius. Alii Mephitin Iunonem volunt, quam aërem esse constat. Nouimus autem putorem non nisi ex corruptione aëris nasci; sicut etiam bonum odorem de aëre incorrupto: ut sit Mephitis dea odoris grauiissimi, id est graueolentis. *Haec.* Servius ad Virg. Aen. 7, 83 Nemorum quae maxima sacro Fonte sonat; saeuamque exhalat opaca mephitin. *De Albunea.* Pers. 3, 99 Atque albo ventre lauatur, Guttore sulphureas lente exhalante mephites. *i. Odorem teterimum, seu halitus graues et olentes.* Plin. 2, 93 In Hirpinis Amfancti, ad Mephitis aedem, locum, quem qui intrauere moriuntur. Templum Mephitis, iuxta Cremonam. Tacit. Hist. 3, 33, 7.

MEPHITICVS, a, um. Adi. [*μυδάλεος*] Apud Sidonium Apollinarem Epist. 3, 13. *pro Foetulentio.*

MEPTE. *Pro Meipsum.* Plaut. Men. 5, 8, 10.

## M E R

MERA, *vid.* MAERA.

MERACLVM, *per contractionem a* Meraculum. Plaut. Caf. 3, 5, 15 Nisi haec meraclo se vspiam percussit flore Libyco, *vid.* Lips. Ant. Lect. 5, 1.

MERACIVS. Adu. Amare Sidon. l. 4 *pr.* Meracius mixtum (vinum) Scribon. 170.

MERACVS, a, um. Adi. [*ἀμερατος*] Solum et purum: unde Vinum meracum dicimus, quod merum est, nulla aqua admixta. Cels. 5, 27. Plin. 23, l. f. 23 Meracis potionibus per viginti dies ante canis ortum, totidemque postea, suadet Hesiodus vti. *Respicere videtur ad Op. et dier. v. 587. sq. Ἐπαὶ κεφαλήν καὶ γύνατα Σελπίος ἄζου, sic describitur ibi aestas; tum iubet πίνειν ἀίθωνα οἶνον — τρεῖς δ' ὕδατος προχέειν τὸ δὲ τέτατον ἴσην οἶνον.* Vnde colligit Harduinus meraco tamen aquam mixtam fuisse. Illud quidem certum, meracius dici fortius, quod minus aquae habeat v. gr. Cels. 1, 3 Minus, sed meracius bibere. Add. Scribon. 170 Meracius mixtum *int.* vinum. Hor. Epist. 2, 2, 137 Expulit helleboro bilem, morbumque meraco. *Hic merum ipsum intelligi suadet idem* Plin. l. c. 45 Merum quidem remedio est contra cicutas — contraque omnia, quae refrigerando nocent. Cic. de Nat. Deor. 78 c. 31 Vt si medicus sciat eum aegrotum, chi iussisset vinum sumere, meracius sumturum, statimque periturum; magna sit in culpa. ¶ 2 De aliis Anticyras sorbere meracas Pers. 4, 15. Musarum cratera Meracior Apul. Flor. l. 4. *sub fin.* Et Sidon. 3, 10 Meracissimus scientiae fons.

MERACVLVS, a, um. Dimin. Meraculum Scribon. 134. Plin. 20, 19 f. 80 Opium ex vino meraculo, si protinus detur, scorpionum ictibus resistit. *Meraclum separatim modo positum.*

MERALIS, e. Adi. *Ad merum pertinens.* Marcell. Empir. c. 27 Meralem calicem ieiuno dare.

MERCATIO, MERCATOR, MERCATVRA, MERCATVS, *vid.* MERCOR.

MERCEDVLA, MERCENARIVS, *vid.* MERCES.

MERCES, ēdis. f. [*μῆδος*] Praemium, quod datur pro labore, seu stipendium: a Merendo, et Aere dicta, ut Varro ludit de L. L. 4, 7 *extr.* vel a merendo simpliciter, ut melius idem ib. 4, 36. et 7, 7. Iuven. Sat. 7, 157 Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo. Dulcis labor mercede Ouid. Fast. 6, 661. Pactiones mercedum Cic. in Parad. . . . Pro qua mercede Virg. Georg. 4, 150. *pro eo, quod f. ἄνδ' ὄν.* Hor. Sat. 2, 2, 116 Videas — fortem mercede colonum. Alta merces, *i. Magna.* Sil. 17, 390 Discriminis alta In medio merces, quiddam tegit vndique caelum. Dilata merces officii Claud. Conf. Mall. Theod. 256. Duplices Quinctil. 2, 3. Geminata Ouid. Met. 2, 702. Illis quieti mouere, Magna merces videbatur Sallust. Catil. 21, 1. Pacta Hor. Carm. 3, 3, 22. Virtus sibimet pulcherrima merces Sil. 13, 663. Accerere mercede, *vid.* ACCERSO. Accipere mercedem Cic. pro Rosc. Amer. 80. Accipere mercedem publice Scribon. 171. *i. praemium f. sostrum.* Aget mercede caballum olitoris Horat. Epist. 1, 18, 36. Idem Carm. 1, 27, 13 Non alia Bibam mercede. Caret mercede virtus Ouid. ex Pont. 2, 3, 35. Conducere mercede, *vid.* CONDUCO. Cicer. Off. 2 c. 6. Conductum diurna mercede paut Hor. Serm. 2, 7, 18. Constituere mercedem Cic. Verr. 5, 133. Idem. ibid. 5, 76 Dubito an Apronio ipsi Data sit merces. Exigere duplices ab aliquo Quinct. 2, 3. Militare mercede, *vid.* MILES. Negare mercedem operis Ouid. Met. 11, 214. Numerare in locum mercedis Cic. Fam. 2, 6. Pacifici mercede cum, etc. Liu. 25, 33. Promittere Cic. Fam. 16. Sequi paruas Hor. Serm. 1, 6, 87. Soluere vel persoluere Cic. pro Domo 23. Tribuere Id. Fam. 3, 10. Virg. Georg. 4, 150 *peculiaris constructio est*

Nunc age naturas apibus quas Iupiter ipse

Addidit, expediam, pro qua mercede canoros

Curetum sonitus crepitantiaque aera secutae

Dictae caeli regem pauere sub antro.

Pro qua mercede, *i. ἄνδ' ὄν, propterea quod, vel, ut merces illis facti sui persolueretur.* Merces, *pro Pensione et redditu annuo.* Cic. de Finib. 85 c. 26 *extr.* Vides igitur, si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse praestantius: sin emolumento, summas familiaritates praediorum fructuorum mercede superari. Lex, qua Merces habitacionum annuas conductoribus donauit Caes. Bell. Ciu. 3, 21. Mercedes Suet. Caes. 95 c. 20 *dicuntur pensiones, quas publicani pro conductis vectigalibus soluebant.* Merces, *pro damno, vel incommodo ad commodum adiuncto.* Sine mercede temere, *sine fructu* Phaedr. 4, 1, 9 Hoc ne locutus sine mercede existimer. Sic Propert. 4, 7, 33 Hoc etiam graue erat nulla mercede hyacinthos Iniicere flammae, nempe unde nihil utilitatis ad te rediturum erat. Cic. Tusc. 3, 12 Nam istuc nihil dolere, non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore. Et Fam. 1, 9 Tamen in molestia gaudeo te eam fidem cognoscere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram.

MERCEDVLA, ae. f. Dimin. [*μῆδάρου*] Cic. Att. 13, 11 Cre-

debam esse facile: totum est aliud, posteaquam sum a te disiunctior, sed fuit faciendum, ut et constituerem Mercedulas praediorum, et ne magnum onus obseruantiae Bruto nostro imponerem. *i. Velligal, quod ex praediorum locatione capiebat.* Cicer. de Orat. 1, 198 c. 45 Homines mercedula adducti. Diurna Sen. Epist. 6. Conf. Idem ibidem 15.

MERCEDARIUS, *vid. p.p. MERCEDONIVS.*

MERCENARIUS, *i. m. [μισθωτής, μισθοφόρος Gloss. Lat. Gr.] Qui mercedis gratia operam suam alicui praestat.* Marcellus in J. Respicendum. D. de Poenis, Domestica furta vocantur, quae serui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii, apud quos degunt, surripiunt. Cic. Off. 1, 41 Est autem infima conditio et fortuna seruorum: quibus non male praecipunt, qui ita iubent uti, ut mercenariis, operam exigendam, iusta praebenda. Et Off. 1, 150 c. 42 Illiberales et sordidi quaestus mercenariorum, omniumque quorum operae, non quorum artes emuntur. Mercenarius et Gratuitus, *contraria.* Cic. pro Font. c. 10 Cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religiosi, etc. anteferre? Idem de Legib. 1, 48 c. 18 Quid liberalitas? gratuita est, an mercenaria?

MERCENARIUS, *a, um. Adi. [μισθιος Gloss. Lat. Gr. ἐμισθιας Onomast.] Gabinius tribuit se mercenarium comitem regi Cic. in Pis. c. 21. Discursus Apul. Met. 7 p. 194. Hor. Epist. 1, 7, 67 Ille Philippo Excusare laborem, et mercenaria vincla. i. Occupationes mercenarias, et praeconias. Erat enim praeco: et mercede conductus, interdum*

merces venales praedicabat. Milites Nep. 20, 1, 3. Add. Liv. 29, 49. Mercenarii testes Cic. Fam. 3, 11. Mercenarii Praetoris decretum Idem Verr. 5, 54. Idem ibid. 1, 11 Itaque quum a te caput illud tam multis verbis Mercenario Prooemio esset ornatum, equis est inventus postea Praetor, qui illud idem ediceret? Scribae Nep. 18, 1, 5.

MERCENARIUS, *et MERCEDONIVS, vid. MERK.*

MERCEDICIUS, *vel MERCEDICVS. Idem ac Mercenarius. Festus.*

MERCIMONIVM, *vid. MERX.*

MERCIPRETIVM, *i. n. Vna dictione. Plaut. Mil. 3, 1, 133*

Sicuti mercipretium statui. Sed recte Gronou. diuidit: Mercip enim Dativus est.

MERCOR, *ari. Dep. [ἐμπορεύομαι, ἀντικαταλλάττομαι] A Merce, significat modo Emere, modo Emendi aut Vendendi causa mercaturam exercere. Ter. Heaut. 1, 1, 2 Inde adeo quod agrum in proximo hic*

mercatus es. Cic. Fam. 7, 24 Essent mi Galle, omnia facilia, si et ea mercatus esses, quae ego desiderabam, et ad eam Summam, quam volebam. Idem Off. 1, 150 c. 42 Sordidi etiam putantur, qui mercantur

A mercatoribus, quod statim vendant. Idem pro L. Flacc. 46 Fundum Cymeum Romae mercatus est De pupillo Meculonio. Ter. Eun. 3, 5, 20

Erat quidam Eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi. Amicam quiuis mercatur muneribus Propert. 2, 16, 15. Delicias mercatus sum Stat. Silu. 5, 5, 66. Equos mercari Horat. Sermon. 1, 2, 86.

Cic. Verr. 4, (2) 122 c. 49 Ab isto, et praeco qui voluit, istum ordinem Pretio mercatus est. Conf. Bernegg. ad Sueton. Caes. c. 9. Libra et

aere aliquid Hor. Epist. 2, 2, 158. Magno aliquid Virg. Aen. 2, 104. Praesenti pecunia Plaut. Capt. 2, 2, 8. Pretio aliquid Hor. Carm. 3, 19, 6. Pretio minore mercatur Gell. 1, 19. Sestertii sexcentis Columel. 3, 3. Plaut. Asin. 1, 3, 46 Diem, aquam, solem, lunam, noctem: haec argento non emo: caetera quae volumus uti,

Graeca mercamur Fide. Plautus Graecam fidem dixit. Vbi non verbis, neque stipulationibus, sed praesenti pecunia res agitur. Oh leuitatem enim Graecis nihil habebatur fidei, nisi praesentem pecuniam numerassent. Largus mercandi dextras Sil. 15, 498. i. in conducendis militibus.

MERCANS, *antis. Partic. [ἐμπορευόμενος] Qui mercatur. Columel. 7, 6, 8 Quae videntur esse robustiora, in supplementum gregis referuntur, caetera mercantibus traduntur. Quibus mercantibus.*

MERCATVS, *a, um. Partic. Pass. [ἐμπορευθείς] Emittit. Plin. 37, 2 Trullam vnam non ante multos annos mercatam. Commercantibus mercatis Sallust. ap. Non. 2, 5, 35. Cultus mercatus Pro-*

pert. 1, 2, 5.

MERCATVS, *us. m. [ἐμπόρευμα] Plaut. Asin. 2, 3, 18 Asinos vendidit Pellaeo mercatori mercatu. Meretricius Plaut. Poen. 1, 2, 126. Mercatus, [ἐμπόριον] Locus in quo res venduntur, vid. Non. 5, 35. Plaut. Perf. 2, 3, 8 Nam ibi mercatum dixit esse die septimi. Ter. Adelph. 2, 2, 23 Nisi eo ad mercatum veniam, damnum maximum est. Vbi*

Donat. Mercatus, Locum, tempusque signat. Cic. de Inuent. 2, 14 Quidam proficiscens ad mercatum quendam, et secum aliquantum numorum ferens. Frequens mercatus Liv. 1, 30. Concelebrare, vid. CONCELEBRO. Cic. Verr. 4 (2) 133 c. 53 Tanto mercatu

Praetoris Indicto, concurrunt vndique ad istum Syracusas: flagrabat domus tota Praetoria studio hominum et cupiditate. Cic. Philipp. 3, 30 c. 12 Earumque rerum omnium domesticum mercatum Instituerit, Populo Romano leges imposuerit: armis et praesidiis Popul. Roman. et magistratus foro exclusit. Magna pars Italiae Stato in eosdem dies

mercatu congregata Tac. Hist. 3, 30, 2.

MERCATIO, *onis. f. [ἐμπόρευσις] Gell. 3, 3 Pecunia omni in mercationibus perdita. Auien. Astron. 250.*

MERCATOR, *oris. m. [ἐμπόρος] Qui suas merces emendo et vendendo tractat, in quo differt ab Institore, qui alienas; et Negotiatore*

qui non solas merces, sed alia quoque lucrosa negotia tractat. Hor. Epist. 1, 1, 15 Impiger extremos currit mercator ad Indos. Cic. in Orat. 232 Neque me diuitiae mouent, quibus omnes Africanos et Laelios multum venalium, mercatoresque superarunt. Sacci mercator olentis Iuuen. Sat. 14, 269. Diues Hor. Carm. 1, 31, 11. Incinctus tunica Ouid. Fast. 5, 675. Vagus Hor. de Arte Poet. 117.

MERCATORIVS, *a, um. Adi. Mercatoria nauis Plaut. Bacch. 2, 3, 2.*

MERCATVRA, *ae. f. [ἐμπορία] Non. 5, 35 Definit actum, vel lucrum de merce, laudatque Cic. de Rep. 3 Phoenices primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam, et inexpleriles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Graeciam. Cic. Off. 1, 51 Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: si magna et copiosa, multa vndique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. Idem ibid. 3, 6 c. 2 Ad quos quum*

tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est. Mercaturam a mangonio veteres separauerunt. Plaut. Trin. 2, 2, 51 Mercaturam an venales habuit? Senec. de Benef. 4, 13 extr. Mercator vrbibus prodest, medicus aegris, mango venalibus. Abire Tarentum ad mercaturam, vid. ABEO. Cic. Verr. 5, 71 c. 28 Alios

qui a praedonibus erant capti, quum mercaturas facerent, ut aliquam

ob causam nauigarent. Verti in mercatura Plaut. Most. 3, 1, 109. Hor. Serm. 2, 3, 107 Auersus mercaturis, *i. alienus a mercatura*. Quaestiosa Cic. Tusc. 5 c. 31 *pr.* Quaestuosissima emendi et vendendi mercatura Id. de Finib. 5, 91.

MERCABILIS, e. Adi. *i. venalis, mercede comparabilis, vt statim de Mercabili videbimus.* Imp. Dioclet. et Maxim. l. 5 C. de condict. ob turp. caus. Mercalem te habuisse vxorem proponis: vnde intelligis et confessionem lenocinii preces tuas continere, et cautae quantitatis (*pecuniae, quam tibi stipulatus es*) ob turpem causam exactioni locum non esse.

MERCABILIS, e. Idem. Ouid. Amor. 1, 10, 21 Stat meretrix certo cuius mercabilis aere.

MERCVRIALIS, is. f. [*λιόζωγος*] Herba. Scrib. 13 Mercurialis herba 135, 184. Plin. 25, 5 Linozostis siue parthenion Mercurii est inuentum, ideo apud Graecos hermupooan multi vocant eam, apud nos omnes mercurialem, etc. Vid. Apul. de Herb. c. 83. Et Cato de R. R. c. 158.

MERCVRIVS, i. m. [*Ἐρμῆς, Ἐρμῆας*] Quasi Medicurrius s. Medius inter homines currens, quod sermo currat inter homines medius, vel vt ait Seru. ad Aen. 8, 138 Quod inter caelum et inferos semper incurrat. Est enim superis deorum gratus et iniis Hor. Od. 1, 10 *extr.* quae tota est in Mercurium: vel vt Claudian. de Raptu Prof. 1, 89 Commune profundis Et superis numen, qui fas per limen vtrumque solus habet, geminoque facit commercia mundo. Graeci hoc nomine *ψυχονομῶν* vocant. Animarum vector Apul. Apol. p. 295, 7 *ex emend. Scaligeri*, pro Carminum. Artium omnium praefes, in primis autem sermonis. Ideo et alas in capite et pedibus ponunt, volentes signare, velocem ferri per aera sermonem. Ideo nuntium volunt dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dicitur est porro deus mercatorum, palaestrae, furum, muscorum item, qui lyram inuenerit etc. Qui nosse penitus Mercurium voluerit, illi legendus est Homeri in illum Hymnus, et Lucianus in illis Deorum mortuorumque dialogis, quibus loquentem illum introducit. Add. Seruius ad illud Virg. Aen. 8, 138 Vobis (Arcadibus) Mercurius pater est, quem candida Maia Cyllenae gelido conceptum vertice fudit. Quinque Mercurii Cic. de Nat. Deor. 3, 35

56 numerantur, vbi de hoc Deo vel Dis adeo plura. Apul. Met. 5 p. 175 *extr.* Mercurium ita alloquitur Venus, Frater Arcadis nempe, sororem tuam Venerem sine Mercurii praesentia nihil vnquam fecisse — Deinde praconium facit Mercurius. Id. Apol. p. 315 *statua parua* Mercurii ita describitur, En vide, quam facies eius decora, et stucci palaestrici plena sit, quam hilaris dei vultus, vt decenter vtrinque lanugo malis deserpat, vt in capite crispatus capillus sub imo pilei umbraculo appareat, quam lepide super tempora pares pinulae emineant; quam autem circa humeros vestis sustrieta sit. Comparare iuauit picturam Martian. Capellae 1 p. 3 *per quod totum opus multa de Mercurio sparsa legas, de cuius et philologiae nuptiis totum opusculum inscriptum sit.* In prouerbiu abiit vox Pythagorae apud Apul. Apol. p. 302, 5 Non ex omni ligno debet Mercurius exculpi. Communis Mercurius Graecum est, quo vtuntur, vbi subito aliquid boni inuentum commune esse volunt. Vid. Spanh. ad Callimach. Hymn. in Dian. 70. Otto de tselav:ar. 1, 9 quod totum agit de Mercurio. Aliger Stat. Theb. 2, 1. Arcas Tegeaticus Id. Silu. 1, 2, 18. Mercuri, facunde nepos Atlantidis Hor. Carm. 1, 10, 1. Celer Mercurius Hor. Carm. 2, 7, 13. Cyllenius et Maiugena Martian. Cap. 1 p. 15. MERCVRIO MAXIMO CONSERVATORI ORBIS statua et ara consecrata apud Reines. Inscr. 1, 55

81. ¶ 2 Mercurius Planeta soli proximus. Vid. Plin. 2, 8. Cic. de Nat. Deor. 2, 54. Gr. *εἰσωβον*. ¶ 3 Mercurii in viis statuae vel cubi potius, aut prismata, quibus caput iuuenile impositum et rigens fascinum affixum. Vid. Seru. ad Aen. 8, 138. et Macrobi. Sat. 1, 18. Nep. Alcib. 3 Accidit, vt vna nocte omnes Hermae, qui in oppido erant Athenis, desicerentur, praeter vnum, qui ante ianuam erat Andocidi. Itaque ille postea Mercurius Andocidis vocatus est. Collegit omnia diligenter laudatus Otto. ¶ 4 Mercurius in equi partibus quis sit, mihi non liquet. Veget. Mulom. 4, 2, 1.

MERCVRIALES, [*Ἐρμῆας*] Cic. Q. Fratr. 2, 5 M. Furium Flacum, Equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini et Mercuriales de collegio eiecerunt. Collegium erat mercatorum, institutum Appio Claudio, et Seruilio Coff. Vid. Liu. 2, 21 et 27. Sic dictum, quod Mercurius, mercibus et quaestibus praerant. De qua re vide plura, Prol. Amphitr. Plaut. et Taubmann. ad loc. Mercuriales viri, pro Eruditis Hor. Carm. 2, 17, 29.

MERDA, ae. f. [*σκῶρ, σκαρὸν, μὲνδος*] Est Cibi recrementum. Hor. Serm. 1, 8, 37

Mentior at si quid, merdis caput inquirer albis  
Cornuorum, atque in me veniat micium atque cacatum  
Iulius, etc. Phaed. 4, 17 Odorem cum merdis  
cacant. Bubula Veget. 2, 8, 4.

MERE. Adu. vid. MERVS.

MERENDA, ae. f. [*δειλυνή*] Gloss. Gr. Lat.] Dicitur (auctore Nonio 1, 118) Cibus, qui post meridiem datur. Plaut. Most. 4, 2, 50 Eia mastigia, numquid ad merendam istic ero? Festus: Merendam antiqui dicebant pro Prandio: quod scilicet medio die caperetur. At restilius Ios. Scal. a Merendo ducit; quod iis, qui merebant aere, antequam labore mitterentur a domino dabatur. Neque enim in meridiem, sed post meridiem, sub vesperam scilicet, merenda apponebatur. Vid. Calpurn. 85 Ecl. 5, 60. Isidor. 20, 2. Mercurial. Var. Lect. 4, 17. Muret. Var. Lect. 4, 12. Turneb. Aduers. 17, 7. et Voss. Instis. Orat. 4 p. 222

MERENDARIVS, i. m. Seruus, qui merenda vescitur. Sen. in Controu. 5, 33 *extr.* Ostende nobis merendarios tuos, Mutilatos a te miseros, cum illis post opus diurnum, cum tibi meruere stipes, merendam distribuis.

MERENDO, are. Quasi Meridie edere, vel merendam edere Isidor. 20, 2.

MEREO, ui, itum, et MEREOR, itus sum, eri. Dep. [*μῆδο-φορέω, μῆδοτόμας*] Significat (vt ait Donatus) Aliquid mercedis pro labore parare vel sumere, dignum esse: estque medium, quod sum ad bona, sum ad mala pertineat. Plaut. Trin. 5, 2, 5 Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror. Ter. Andr. 1, 5, 46 Vnum hoc scio, hanc meritam esse, vt memor esses sui. Aera merere Hor. de Arte Poët. 345. Amorem Id. Serm. 1, 1, 87. Coronam primam laude merui Virg. Aen. 5, 355. Decus meruere non minimum Hor. de Arte Poët. 286. Exempla nouissima meritis, h. e. Vltimum supplicium Tacit. Ann. 12, 20, 4. Exitium Ouid. Met. 2, 290. Famam apud Graecos Alcibiades Plin. 14, 22. Fauorem Quint. 4, 1. Caes. Bell. Gall. 1, 40 Non minorem Laudem exercitus, quam ipse imperator,

105

- meritus esse videbatur. Laudem pietate Ouid. ex Pont. 2, 6, 31. Lauream linguae Cicero Plin. 7, 30. Magna merens Stat. Silu. 5, 1, 112. Necem meruisse Ouid. Epist. 11, 109. Notam exhaeredationis non meruerunt Vlpian. in l. 1. in Princip. D. de coniung. cum emanc. liber. eius. Odium Quinctil. 4, 1. Offensam Id. 4, 2. Officio meruit a quolibet hoc sibi donari. Florent. in l. Peculium ex eo consistit. D. de pecul. Poenas meritas dare Ouid. Fast. 4, 239. Caes. Bell. Gall. 7, 34 Eaque, quae meruissent Praemia, ab se deuicta Gallia expectarent. Suet. . . Prima Stipendia meruit. Cic. de Sen. 49 Emeriti stipendia, *Qui militia perfuncti sunt. Budaeus. Add. Liu. . . Supplicium meruisse Ouid. Met. 5, 666. Veniam meruere Lucan. 4, 123. Virum dote Plaut. Most. 1, 3, 124. Mereri, de turpi lucro dictum, pro Quaeustum sordidum facere. Varro Eumenidibus, Primum iste, qui meret sestertios vicenos Non. 4, 296. Suet. Calig. c. 15 40 Ex capturis prostitutarum, quantum quaeque vno concubitu mereret. ¶ 2 Mereri de aliquo, *Conferre aliquid in aliquem.* Plaut. Aul. 2, 2, 45 Nam de te, neque re, neque verbis merui vt faceres quod facis, i. *Nunquam in te quidquam commisi, propter quod iure nunc me irrideas.* Ter. Heaut. 1, 1, 33 Quaesio quid de te tantum meruisti? *Quid in te admisti? Sed in bonam partem* Cic. Verr. 4, 81 Talis ille vir fuit, ita de Pop. Rom. meritus est, vt non vni familiae, sed vniuersae ciuitati commendatus esse debeat. *De P. Africano.* Bene mereri [*ἀγαθοποιεῖν*] de aliquo, *Conferre beneficium in aliquem.* Virg. Aen. 4, 317 Si bene quid de te merui. Cic. Fam. 1, 9 Erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. Define de quoquam quidquam Bene velle mereri Catull. 74, 1. L. BAEB. PARDVS OMNI BONO DE SE MERITAE FECIT Inscr. Grut. p. 787 n. 5. Male mereri de aliquo, *Offendere aliquem, incommodare alicui.* Cic. de Finib. 1, 7 Male credo mererer de meis ciuibus, si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. Mereri erga aliquem Plaut. Amphit. 5, 1, 49. Mereri, *Praestare beneficium.* Ter. Hec. 3, 5, 37 Quae nunquam quidquam erga me commerita est pater quod nollem, et saepe quod vellem meritam scio. *Vbi Donat.* Mereri bona dicimus, Commereri mala, i. *Delinquere, peccare.* Ergo hic Meritam, pro Praestitisse dixit. Idem alio loco, *ad Adelph. 2, 1, 47* Et Mereri et promereri, est praestare beneficium. Virg. Aen. 6, 664 Quique sui memores alios fecere merendo. ¶ 3 *Formulae aliae,* Mereri, *Stipendia facere,* Cic. Verr. 5, 160 Clamabat ille miser, se ciuem esse Romanum, municipem Cossanum, meruisse cum Lucio Precio splendidissimo Equite Romano, qui Panormi negotiaretur. Idem pro Rabir. 21 Quo tu imperatore Labiene meruisti. Qui in castris ductor meruit Tac. Ann. 2, 10, 4. Sic Liu. 21, 4 Triennio sub Asdrubale imperatore meruit. Lucan. 6, 144 Castrorum in plebe merebat, *gregarius miles erat.* Merere, *cum Ablat.* Cic. pro Rosc. Comoed. 28 Nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim aeris: disciplina quae erat ab hoc tradita, locabat se non minus sestertiis CCCIDDD. Lucan. 10, 409 Aere merent paruo. Merere equo, et Merere equo publico, *ad militiam pertinet* Plin. 33, 1. *Add. Liu. 27, 11 extr.* Cic. Philipp. 1, 20. *Hinc Corpore olim suo, nunc coniugis vulgo meret, i. olim puer meritorius, nunc leno suae uxoris* Apul. Apol. p. 322, 12. *Vulgo est Datuus.* Merere pedibus Liu. 24, 18. Stat. Theb. 4, 237 Non hi tibi solum Amphiaræ merent, i. *militant.* *Est forma loquendi elegantissima,* Non meream hoc vel hoc; vt Hoc vel illud faciam. Plaut. Men. 1, 3 *extr.* Neque hodie vt te perdam, meream Deum diuitias mihi. Idem Most. 4, 2, 71 Quid merear quamobrem mentiar? Et Bacch. 5, 2, 65 Quem quidem ego vt non excruciem, alterum tantum auri non meream. Cic. de Finib. 2, 74 Quid merearis igitur, vt te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum? *Et de Nat. Deor. 1, 67 c. 24* Quid enim mereas, vt Epicureus esse desinas. Nihil equidem, vt rationem vitae beatae veritatemque deseram. *In delationibus honorum, praemiorum, et laudum, urbane utebantur Antiqui hac forma,* Si meruero. Suet. Neron. c. 10 Agenti Senatui gratias, respondit, Cum meruero. Idem Aug. c. 56 Nunquam filios suos populo commendauit, vt non adiiceret, Si merebuntur. ¶ 4 *Mereri etiam est plus quam ἀξιόδωτος, est τρυφάειν* Consequi; idque etiam sine praecedenti aliquo merito, gratia consequi. *Vid. Casaub. ad Plin. Epist. 1, 8 n. 14. ad verba,* Si casu aliquo non sequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulcrum est. *Add. Plin. 10, 3, 4. 10, 19, 3. et Paneg. 89, 3. Prudent. Cathem. 3, 15* Edere namque deum merita omnia Virgo venena domat, i. *Maria.* Dracont. Hexaem. 125 Exsilit inde volans gens plumea laeta per auras — collaudans dominum, meruisse creari: *aves, quae nondum fuere, nihil facere potuerunt etc.* Iuuen. 3, 495 *de infantibus,* Tales affirmat regna mereri Aulae caelestis. Alcim. Auit. de Virgine Matre, ad Soror. v. 214 — quae pondere casto Factorem portare suum, Dominumque perennem Edere commeruit. *i. Consecuta est per gratiam, quod aliis erat praelata, vt ederet. Similiter Legatum mereri dicitur Paullo l. 21. D. ad Leg. Falcid. qui accipit sine consequitur legatum. Ita quoque Donationem merere. l. 10. de Pistor. Cod. Theodof. Conf. Claud. in Eutrop. 1, 176. Elmenhorst. ad Arnob. 1 p. 15. Muncker. ad Fulg. Mythol. 2, 5.**
- MERENS, entis. Partic. Virg. Aen. 2, 229 et 585. *Passim in Inscript. etiam in Superlat. vt Gruter. p. 932 n. 7. Reines. Cl. 16 Inscr. 8.*
- MERITVRVS. Cic. Acad. 1, 26 c. 7 Tu vero etiam bene meriturus mihi videris de tuis ciuibus.
- MERĪTVS, a, um. Partic. [*ἀξιος* Gloss. Lat. Gr.] Ter. Phorm. 5, 9, 25 Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego, sed eam, quae sit ignoscenda, i. *Non eo inficias, me in hac re deliquisse, et aliquid tale commississe, vnde culpam merear.* Diu meritus Tac. Ann. 11, 18, 2. *i. opera militari praestita.* Meritus nouissima Exempla Idem ibid. 12, 20, 4. Stipendia meriti Id. ibid. 1, 36, 4. Sic meritus, *apud Poetas: vid. Burm. ad Ouid. Her. 4, 127. Plin. 7, 30* Primus in toga triumphum, linguaeque lauream merite. Grates meritas agere Ouid. in Ibin 26. Meritos aris imponit honores, i. *Congruos et conuenientes* Virg. Aen. 3, 118. Honores meritos indicit Idem ibid. 3, 264. Aliquam iracundiam non iniustam, sed meritam ac debitam fuisse defendere Cic. de Orat. 2, 203 c. 50. Morte iacent merita Ouid. Fast. 3, 707. Meritas dare sanguine Poenas Idem ibid. 4, 239. *Passive.* Plin. 7, 18. *Superl.* Plin. Epist. 5, 15 Quod mihi cognitum est non fama, qua alioqui optima et meritissima fruitur, sed longis, magnisque experimentis. *Conf. Reines. Inscript. 5, 35. et Index Affectuum ad Opus Grut.*
- MERĪTVM, i. n. [*ἀγαθοποιία, ἐσπεύειν*] Praestitum beneficium, *Officium.*

**Officium.** *Ἀξία*, meritum dignitas Vet. Gloss. Tanta est magnitudo tuorum in me meritorum Cic. Fam. 1, 1. Idem ibid. Quid enim tibi pro maximis tuis, ac pacne immortalibus in me meritis, praestare amplius possum? Idem Att. 2, 17 Merita in patriam ad annos sexcentos maiora viderentur. Memor meriti Ouid. Trist. 5, 9, 3. Tanti meriti non immemor Virg. Aen. 9, 256. Praedicator meritorum alicuius Plancus Cic. Fam. 10, 7. Praemia grandia meritorum Hor. Epist. 2, 2, 38. Immane meritum Lucan. 9, 1044. Diuinum atque Immortale meritum Cic. Phil. 3 c. 6. Vilia Ouid. Met. 13, 101. Assequi alicuius meritum, *vid.* ASSEQVOR. Constare meritum Cic. Fam. 1, . . . Cic. de Amicit. 26 c. 8 Vt Dandis Recipiendisque meritis quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio vicissimque ipse redderet. Exprobrare meritum alicui Ouid. Epist. 12, 21. Faciam pro tuis in me meritis, etc. Cic. pro Milon. 100. Habere meritum Id. 10, 24. Illustratur magnis in Rempubliam meritis virtus alicuius Id. ibid. 10, 12. Implere aliquem meritis Ouid. Amor. 2, 3, 11. Oblitus meritorum Id. Met. 8, 140. Merita ad nihilum venire Cic. Fam. 11, 12. ¶ 2 *Ponitur Meritum pro praecipuo in aliqua re, quo illa censetur, aestimatur.* Et quo sit Merito quaeque notata dies Ouid. Fast. 1, 8. Grande loci Meritum testantur et altera dona Martial. 8, 65. Nec rudis in tali sufficit gratia textu, Auget acus Meritum, picturatumque metallis Viuit opus Claud. Consul. Honor. 4, 589. *de vestimento.* Veterani quoque sacris constitutionibus delatores esse prohibentur propter honorem vtique et Merita militiae l. 18 §. 5 D. de iure fisci. Qua forma aut Merito fueris, qua stirpe parentis Auson. Professor. Burdigal. Epigr. 13. *Conf.* Grat. Cynege. v. 249 et 370 Pallad. de Insit. *vbi de pistaceis.* Ita saepe Ecclesiastici Scriptt. vt Prudent. Hieron. Tertull. etc. ¶ 3 *Meritum in malam etiam partem, certe media significatione.* Meriti si nulla est noxia tanti Gratius Cynege. v. 439. Probum Improbumue Macrobi. Somn. Scip. 1, 1. Caelestis iudicii dies, quo ipse Deus pro suis quemque meritis aut honoret aut puniat Lactant. 5, 23. *Conf.* Id. 7, 20. Iustin. 1, 6 *de Aftyage, qui Harpago filium interfecerat, epulandumque patri tradiderat: Aftyages, inquit,* meriti in Harpago oblitus, summam belli eidem committit, qui exercitum acceptum statim Cyro per deditionem tradidit, regis crudelitatem perfidia defectionis vleiscitur. *Vid.* Macrobi. Saturn. 1, 1. ¶ 4 *Observationes aliae: Meritum, pro Mercede.* Ter. Phorm. 2, 3, 75 Egone illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem? nihil suaue meritum est. Donatus, Nihil mihi mercedis suaue est, vt ego illam cum illo nuptam feram: suaue meritum enim suaue mercedem significat. *Conuenit itaque ex Donati mente cum illis formulis, quas dedimus in MEREIO n. 3.* Non incream diuitias etc. *Sed Bensch. legit,* Nil suaue merita est: *et Donatum reprehendit satis quidem confidenter, nescio an satis iuste.* Specta, quale caelesti prouidentia Meritum reportauerit Apul. Met. 8 p. 258. Multo magis eligeret tunicam Pauli cum Meritis eius, quam regum purpuram cum poenis Hieron. in vita Pauli *extr.* Meritis rependet congrua Prudent. Hymn. de Nat. Christi *extr.* *Conf.* ad h. l. Buchner. *Add.* Prosper in Ingratos Praef. *extr.* et v. 992. Rad. Ardens Homil. in Vigil. Ascens. Dom. p. 484 seq. *Dursch. in relat. Anon. de S. Marci corpore nos.* p. 211. Meritum meum est, *h. e. Meritus sum* Ter. Heaut. 1, 1, 40. Merito meo Plaut. Afin. 2, 4, 84. Cic. Fam. 5, 9 Scis mean fortunam nescio quo modo obtrectatores inuenire non meo quidem mehercules merito. Ter. Eun. 3, 2, 5 Ecquid nos amas de fidicina istac? etc. **THA.** plurimum merito tuo. Pisonem nostrum merito eius Amo plurimum Cic. Fam. 14, 2. Pro merito, *Ita vt meritis est quis* Ter. Phorm. 2, 2, 23. Ouid. Epist. 5, 7 Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum est.

**MERITISSIMVM.** [*μέγιστον ἐνεργήματα*] *h. e. Maximum meritum.* Plaut. Afin. 3, 3, 147 Iube aduenire quaeso, meritissimo eius quae volet faciemus.

**MERITO.** Adu. [*ἀξίως, εἰκότως, πρὸς ἀξίαν*] *Digne, dicitur.* Ter. Andr. 3, 2, 50 Si nolit quin eum merito possum cogere. Cic. Verr. 3 c. 68 Quamquam merito sum iratus Metello, tamen haec, quae vera sunt, dicam. *Superl.* Hymetto meritissime tribuitur principatus. Solin. c. 12. Caecil. Afoto, Meritissimo hic me deiecit ex hac decuria. Cic. de Orat. 234 c. 55 Primum Scaeuolae te dedisti, quem omnes amare meritissimo pro eius eximia suauitate debemus. *Add.* Non. 2, 545.

**MERITO, are.** [*μισθοφορέω*] Cic. Verr. 3, 119 c. 50 Si quis villicus ex eo fundo, qui HS. dena meritalet — domino XX millia nummum pro X miserit: Plin. 7, 39 Quippe quum iam apud maiores Roscius histrio HS. quinquaginta annua meritalet prodatur, etc. *Add.* Cato ap. Fest. Sil. 10, 656.

**MERITORIVS,** a, um. Adi. [*μισθωτικός*] Meritorius puer, *Qui quaestum facit corpore suo.* Cic. Philipp. 2, 105 Ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matres familiarum versabantur. *Differunt a catamitis, qui dominorum suorum libidini seruiunt.* Rheda Suet. Caef. c. 57. Meritorium coenaculum, *Quod quaestum gratia locatur* Sueton. in Vitell. c. 7. Salutatio Senec. de Breuit. vitae c. 14. *de clientibus.* Taberna, *Diuersorium atque hospitium mercenarium, vbi cuique licet introire danti mercedem.* Val. Max. 1, 7 *extr.* 10. Scorta Suet. Claud. c. 15. Vehicula Sueton. in Calig. c. 39. Meritorium, *pro Lupanari, in quo prostant meretrices.* Firmic. 6, 31 Si autem iis Veneris accesserit stella, illustribus viris de meritorio detracta mulier coniugali gratia copulatur. *Paullo post,* Eritque in publicis meritoriis prostituta. An putas, tunc primum te intrare Meritorium, quum fornicem meretricis ingredieris Ambros. in Psalm. 118. *Vid. Barth. Aduersar.* 48, 6. Meritorium, *absolute, quandoque pro stabulo s. diuersorio: ξενοδοχεῖον* Gloss. Lat. Gr. Iuuen. Sat. 3, 234 — nam quae meritoria somnum Admittunt? Vlpian. in l. Si cuius rei. §. Item si domus. D. de usufruct. et quemadmodum. Item si domus usufructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet, nec per coenacula diuidere domum. *Et paullo post,* Quod autem dicitur meritoria, non facturum, accipe quae vulgo diuersoria, vel fullonica appellantur. *Igitur Generis nomen est Meritorium, hoc esse potest Diuersorium, potest esse Fullonicum.*

**MERETRIX,** icis. f. [*ἐραίστρα, πόρνη, μωχλὰς*] *A Merendo: nam mercede suam exercet militiam, inquit Valla.* Terent. in Prol. Eun. 37 Meretrices malas parasitum edacem. Plaut. Truc. 2, 7, 16 Meretricem ego item esse reor mare vt est, quod des deuorat: nunquam abundat. Id. Casin. 3, 3, 21 Non matronarum est officium, sed meretricium, Viris alienis subblandier. Peregrinae olim meretrices dicebantur, *vid.* PEREGRINVS. Amor turpis meretricis Hor. Serm. 1, 4, 111. Artes sacrilegae meretricum Ouid. de Arte Am. 1, 435. Alicariae meretrices, *vid.* ALICA. Arguta Hor. Serm. 1, 10, 40. Blanda Ouid. Amor. 1, 15, 18. Commoda, Ingenua, Lutea, *vid.*

*ff. ll.* Mercabilis certo aere Ouid. Amor. 1, 10, 21. Periura Hor. Carm. 1, 35, 26. Mulier, non solum meretrix, sed etiam procax Cic. pro Cael. 49. Auellere se a meretrice, *vid.* AVELLO. Amica meretrice insanire Hor. Serm. 1, 4, 49. Ter. Eun. 5, 4, 10 Meretricum ingenia et mores posset noscere.

MERETRICULA, Dimin. [*ἐρασιδίου*] Cic. Verr. 3, 30 A meretricula commendati. Idem de Nat. Deor. 1, 94 c. 33 Sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est. Adde Hor. Serm. 2, 7, 46.

MERETRICIVS, a, um. Adi. [*ἐρασιδός*] Quod est meretricis, vel quod ad meretricem pertinet. Ter. Andr. 5, 4, 10 Ac meretricios amores nuptiis conglutinas? Amores meretricii Cic. pro Cael. 48. Disciplina Id. Verr. 3, 6. Domus Ter. Eun. 5, 5, 18. Corpora Ouid. Trist. 2, 311. Opes Cic. pro Cael. 1. Quaestus Id. Philipp. 2, 44. Turba Ouid. Fast. 5, 349. Vicinitas Cic. pro Cael. 37. Vita Id. pro Cael. 48.

MERETRICIVM, i. n. [*ἐρασιδύς*] Ipsa meretricum ars, et vita. Tranquil. in Calig. c. 40 Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico et quae meretricium, et quae lenocinium fecissent.

MERETRICIE, Adu. [*ἐρασιδώς*] In modum meretricis. Plaut. Milit. 3, 2 *extr.* Quam digne ornata incedit, haud meretricie?

MERETRICO, aere. et Depon. MERETRICOR. [Vet. Gl. Meretricor *ἐρασιδύς*.] Recens verbum, cuius antiquissimus auctor Cledonius Grammaticus p. 1913. Brito Aremor. 1, 441 Et quod peius erat, meretricabatur in illo *impersonal.* Quod vero in Columellae editiones

irrepsit 11, 1, 16 Quippe plurimum affert mali, si operario meretricandi potestas fiat: iam monuimus emendandum ex MS. antiquissimo trican-di, quod sententiae pulchre congruens verbum, cum non intelligerent monachi, quibus notius erat meretricandi opus, hoc substituere ausi sunt.

MERETRICATIO, onis. f. Chrysologus Serm. 19.

MERGA, ae. f. Furcula qua acerui frugum sunt. Columel. 2, 27, 3 Mergis spicam legere. Dictae mergae a mergis volucribus: quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur, sic messores eas in fruges demergunt, ut eleuare possint manipulos. Haec Festus. Plaut.

Poen. 5, 2, 58 Palas vendundas sibi ait, et mergas datas, ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat. Idem Rud. 3, 4, 58 Si attigeris ostium, iam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugnibus probe. Mergis pugnibus dixit, quasi eis vi velis pro furculis ad dentes colligendos. Proinde dixit, Tibi messis in ore fiet, subaudi Dentium. Nisi tamen simpliciter iussit, ut profunde se mergere velle pugnibus in alterius facie diceret.

MERGES, itis. f. Spicarum manipulus, inquit Seruius: a Mergendo dictus. Virg. Georg. 2, 517 Aut foetu pecorum, aut Cereali: mergite culmi Prouentuque oneret sulcos, atque horrea vincat. Plin. 18, 30 f. 72 Stipulae alibi mediae falce praeciduntur, atque inter duas mergites spica distringitur, ubi pro mergis poni videtur. Malim mergitem esse fascem mergis collectum.

MERGO, si, sum, ere. [*βαρριζω, ποριζω*] Sub aquam deprimere. Plin. Epist. 8, 20 *extr.* Idem lacus in flumen egeritur: quod ubi se paullisper oculis dedit, specu mergitur, alteque conditum meat. Mergere ponto Columel. 10 v. 61. Plin. 9, 36 Pelago altius mersae, quam ut penetrent radii. Brachia mersit in aquas Ouid. Met. 3, 429. Mergere se in flumen Varr. de R. R. 3, 10. Martial. 4, 22 Merserat in nitidos se Cleopatra lacus. Aceto mergere Scribon. 47. Aequore mergere aliquem Virg. Aen. 6, 348. Limo se mergit saepius, sicatque sole Plin. 8, 24. Vnda aliquem Ouid. Met. 10, 697. In vndis aliquem Id. in Ibin 389. Mergere aliquem in aquam Cic. de Nat. Deor. 2, 8 c. 3. Sub aequore aliquem Virg. Aen. 6, 342. Cic. de Nat. Deor. 2, 124 c. 49 Eam sibi cibum quaerere aduolantem ad eas aues, quae se in mari mergerent: quae quum emerissent, etc. Adde

quod in nigras lethargi mergitur vndas Lucret. 3, 841. De anima. Mergitur vnda delphinus Cic. in Arato 381. Mergere Caput, oculos, i. deprimere: *vid.* Burm. ad Quinctil. Declam. 19, 4 p. 366. Mergere cymbas, pro Submergere Plin. 9, 44. Vnda mergit ratem in ima Ouid. Met. 11, 557. Pars maxima classis mergitur Lucan. 3, 754. Lumina somno mergimus Valer. Argon. 8, 65. Ferrum mersit visceribus Claud. Eutrop. 1, 447.

¶ 2 Metaphor. Mergere censum domini dicitur coquus Plin. 9, 17. i. *absumere.* Mergere vltimis supplicii Plin. 7, 40. Liu. 9, 18 *pr.* Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, i. *Obruto.* Iuuen. Sat. 10, 57 — mergit longa atque insignis honorum Pagina. Mergunt Sortem vsurae Liu. 6, 14. i. *superant.* Quis enim te deficiente crumena Et crescente gula, manet exitus, aere paterno Ac rebus mersis in ventrem Iuuenal. 11, 38. Malis mergere aliquem Virg. Aen. 6, 512. Idem ibid. 6, 429 Quos dulcis vitae exortes, et ab vberis raptos Abstulit atra dies, et funere mersit acerbo. Mergi. Vlpianus in l. Quid ergo. de Contraria et vtili actione tutelae. Neque enim in hoc administrantur tutelae, ut mergantur pupilli, i. *Aere alieno obruantur.* Mersus conscientia flagitiorum scelerumque, *vid.* Conscientia in CONSCIO.

Mersus furno vel foro, per translationem dixit Plaut. Epid. 1, 2, 16 Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos quam foro.

MERSVS, a, um. Partic. [*βαρριδύς*] Campus mersus cruore Sil. 1, 50. Carina mersa Lucan. 3, 632. Dolor in corde Stat. Silu. 5, 1, 201. Ferrum in robora Lucan. 3, 435. Virg. Aen. 6, 267 Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro Pandere res alta terra, et caligine mersas.

MERSVRVS, a, um. Partic. [*βαρριδύς*] Ouid. in Ibin 344 Sic te mersuras adiuet ignis aquas.

MERSIO, onis. f. *βύδιος, δύσις ἐν ὕδατι* Gloss. Cyrill. MERSO, aere. Frequent. [*βαρριζω*] Saepo vel penitus mergere. Columel. 7, 4 Quarto die, si est vicinia maris, ad litus deducta mersatur ouis. Virg. Georg. 1, 272 Balantumque gregem fluuio mersare salubri. Contra nunc rerum copia mersat Lucret. 5, 1006. Aries mersatur in gurgite Virg. Georg. 3, 447. Fluctibus fortunae mersor Catull. 66 (69) 13. Anima mersanda penitus puteo feruentis abyssi Prudent. Hamart. v. 833.

MERGITO, aere. Ter mergitamur Tertull. de Cor. milit. c. 3. i. *baptizamur.* Iunius mallet mersitamur. *de quo statim.* MERSATVS condimento Sen. Quaest. Nat. 1. 4 *extr.* MERSITO, aere. Frequent. *nouum, a frequentatiuo Merso.* Solin. c. 57 *ad finem (al. 45)* Quo quis acrior fuerit, speique maioris, eo profundius nares mersitat in bibendo. *De pullo equino.*

MERTO, aere. [*καταβαρριζω*] Idem quod Mersare. Accius Deiphobo, Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia praesentem praesens dictis mertare instituit. Haec Nonius 2, 542 Festus, Mertat pro Mersat dicebant. Quinctil. 1, 4, 14 Nam Mertare atque Pultare dicebant.

¶ 2 Mertaret item, Merentem faceret. Accius Myrmidonibus: Quod sicut decuit



decut ista res mecum, aut meus mertaret dolor, iamdiu inflammari et ardere naues vidissent suas Nonius 2, 533.

MERGVS, i. m. [*αἰθρία*] *Auis, dicta quod mergendo in aquam captet escam, ut ait Varr. de L. L. 4, 13. Virg. Georg. 1, 361 Quum medio celeres reuolant ex aequore mergi. Seruius, Coruios aquaticos etiam vocari, obseruat. Huius auis natura est, ut saepe mergens aurarum signa colligat; et praecidens tempestatem futuram, prope medio reuollet ex aequore, et ad litorum tuta cum clamore contendat. Hor. Serm. 2, 2, 51 Si quis nunc mergos suaues edixerit affos, Parebit prauis docilis Romana iuuentus. Aprici mergi Virg. Aen. 5, 128. Mergus prius vitabit aquas: de Re incredibili dixit Ouid. ex Pont. 1, 6, 51*

Nam prius incipient turres vitare columbae,  
Antra ferae, pecudes gramina, mergus aquas:  
Quam male se praestet veteri Graecinus amico.

Agrarii mergi Lucil. de iis, qui agris comparandis inhiant: vid. Capi- 15  
tolin. Pertin. c. 9, 1. Gebhard. in Tibull. 2, 3, 45. ¶ 2 Mer-  
gus, in vite quid sit, declarat Columel. 4, 15, 2 his verbis, Mergi  
genus est, vbi supra terram iuxta suum adminiculum vitis curuatur,  
atque ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantem palum; tum ex  
arcu vehementer citat materiem, quae protinus applicata suo pedamento 20  
ad iugum euocatur. Add. Pallad. 3, 16, 1. Colum. 5, 5, 16. Hinc  
Mergum attrahere Col. 4, 15, 1. Amputare Id. 4, 15, 4. Mergis  
propagare veteres vineas Col. 4, 2, 2. Salices Col. 4, 30, 7.

MERGVLVVS, i. m. Leuit. 11, 17 *Auis.*

MERIBVLVS, vid. MERVS.

MERICVS, Vitis merica Columel. 3, 2, 27 *Leccio pariter atque*  
*appellationis ratio incertissima.*

MERIDIES, ēi. m. [*μεσημβρία, δῆλον*] Varro de L. L. 5, 2 p. 44,  
16 Meridies ab eo, quod medius Dies. Dantiqui non R in hoc loco  
dicebant, vt Praeneste incisum in Solario vidi, quod Cornelius in Ba- 30  
filica Aemilia et Fulvia inumbrauit. Cic. (Orat. c. 47) apud Non.  
1, 299 Ipsum Meridiem cur non medidiem? Credo, quod erat in-  
finauius. Meminit etiam Quinct. 1, 6, 30. Prouerbii notam habet illud  
Cic. Att. 1, 1 Catilina, si iudicatum erit, meridie non lucere, certus  
erit competitor. Conf. Non. 1, 299. Ter. Adel. 5, 3, 62 Praeter 35  
haec meridie ipso faciam vt stipulam colligat. Cic. in Orat. 157

Ipsum meridiem cur non medidiem? credo quod erat infinauius.  
Meridies vocatur Australis mundi regio. Cic. de Nat. Deor. 2, 50 c. 19  
Sol cursum flectit tum ad septentrionem, tum ad meridiem. Meridies  
olim Romanis satis pingui Minerva exploratus. Plin. 7 c. vlt. de hora- 40  
rum obseruatione, Serius etiam hoc Romae contigit. Duodecim tabu-  
lis ortus tantum et occasus nominatur. Post aliquot annos adiectus est  
et meridies, Accenso Consulium id pronuntiante, quum a Curia inter  
Rostra et Graecostasin prospexisset solem. Appetit meridies, vid.

APPETO. Inclinat meridies Hor. Carm. 3, 28, 5. Ante meri- 45  
diem Scribon. 113. Ad meridiem, vid. AD praepositionem. In  
meridie spectat, vid. IN praepositionem. ¶ 2 Improprie  
Varro Marcipore pro Media nocte. Repente noctis circiter meridiem  
Non. 6, 16. Quae ibi sequuntur videntur corrupta, sed elici tamen inde  
videtur, Meridies cogitationum, i. medium. Atque Aetatis meridiem 50  
inde exsculpunt.

MERIDIANVS, a, um. Adi. [*μεσημεριος, μεσημεριος*] Quod  
ad meridiem, vel pro tempore sumtum, vel pro regione, spectat. *Μεσημεριον*,  
meridianum Gloss. Gr. Lat. Mare Plin. 6, 17. Meridianus orbis  
Plin. 13, 4. Sol Idem 12, 19. Tempus Cic. de Orat. 3, 17. 55  
Meridianus pro Gladiatore. Suet. in Claud. c. 34 Bestiariis meridia-  
nisque adeo delectabatur, vt etiam prima luce ad spectaculum descen-  
deret, et meridie dimisso ad prandium populo praesideret. Meridia-  
nos, vocat Gladiatores, qui hora meridiana digladiabantur. Vid. b. 1.  
Torrent. et add. Tertull. Apol. c. 15. Meridiano, pro Meridie: b. e. 60  
hora meridiana Plin. 9, 8. Et 2, 26 Praeter ora populi meridiano  
transcurrit.

MERIDIALIS, e. Adi. Idem. A meridiali Latere Ammian. 22, 34.  
Orientalis et meridialis aeris Temperatura Tertull. de Anima c. 25.  
Gell. 2, 22 Meridialis ventus, vt Salmas. Exerc. Plin. p. 881. emen- 65  
dauit, pro

MERIDIONALIS, e. Vid. Cellar. Cur. Poster. p. 311. vbi ex  
Firmic. 2, 12 Signum meridionale, produxit. Lactant. quoque in plu-  
rimis editt. 2, 9, 9 Meridionalis plaga. Al. Meridiana: quod haud du-  
bie certius. 70

MERIDIO, vel MERIDIOR, ari. [*μεσημεριος*] Somnum meri-  
dianum capere. *Μεσημεριος*, meridio Gloss. Laudatur nescio unde Plaut.  
Ientando, meridiando, comessando, pergraecando vitam ducere.  
Catull. 30 (33) 3

Amabo mea dulcis Ipsithilla,  
Meae deliciae, mei lepores,  
Iube ad te veniam meridiatum.

Sueton. in  
Calig. c. 39 Gloriatuque est, expergefactae somno Caefoniae, quantum  
egisset, dum ea meridiaret. Corn. Cels. 1, 2 Longis diebus meri-  
diari potius ante cibum vtile est; sin minus post eum: per hiemem 80  
potius totis noctibus conuiescere. Add. Suet. Ner. c. 6.

MERIDIATIO, onis. f. [*μεσημεριασις*] Quies meridiana. Cic.  
de Diuin. 2, 142 c. 68 Nunc quidem propter intermissionem forensis  
operae, et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi, quibus vti  
antea non solebam. 85

MERIONES. [*Μηριβιος*] Idomenei patruelis, quem Homerus inter  
Graecorum fortissimos numerat Iliad. 7. Auriga ipsius Idomenei. Hor.  
Carm. 1, 6, 15 Aut puluere Troico Nigrum Merionem. Add. Ibid. 15, 26.

MERITO, are, MERITORIVS, MERITVM, vid. MEREQ.

MERK. Nota est in vetusto Kalendario Rom. ap. Gruterum p. 133 90  
addita prid. Id. Iulii et aliquot sequentibus diebus, itemque XII Kal. Oct.  
et seqq. denique XIV Kal. Dec. sqq. Merkedinos aut Merkedonios  
dies interpretatur Scdl. de Emend. temp. 2 p. 177, a. a Merkedona dea  
dictos, quae praefuerit mercedibus et pensionibus soluendis: id apparere  
in mense Iulio, quo inquilini, inquit, τὸ ἐβόλιον (mercedem) pendebant, 95  
et migrabant ex aedibus in alias. Similiter in Teutonismo Zinstag  
(Dienstag) Dies Mercedonius. Nempe Festus, Mercedonias dixerunt  
a mercede soluenda. Isid. Gloss. Mercedonius qui soluit mercedem.  
Mercedarius, qui dat mercedem pro labore sibi impenso. Caeterum  
Merkedinus [*μερκεδινος*] vel Merkedonius [*μερκεδονιος*] mensis 100  
dictus intercalaris ille Numa, alternis bienniis viginti duum et viginti tri-  
um dierum, de quo nomine miratur Scaliger, nullam mentionem superesse,  
nisi apud Plutarchum in Numa (p. 72, a) et Caesare (p. 735, d)  
Idem Scaliger ibid. 5 p. 441 ad dies Merkedonios refert locum Tertull.  
de idol. (c. 13) Sunt quidam dies munerum, quae apud alios honoris 105

titulum, apud alios mercedis debitum expungunt. Nunc ergo, inquis, recipiam meum, vel expungam alienum. Si hunc morem sibi homines de superstitione consecrauerunt, tu extraneus — quasi tibi quoque praescriptum sit de die, quo minus id, quod homini debes, vel tibi ab homine debetur, citra diei obseruationem vel luas, vel recipias.

MERMEROS. *Vnus ex Centauris.* Ouid. Met. 12, 305 Quique pedum nuper certamine vicerat omnes Mermeros, accepto tum vulnere tardior ibat.

MERMESSVS. [*Μερμάρδος*] *Vrbs Troadis, in Ida monto.* Mar-  
messum vicum *vocant libri optimi quique.* Lactant. 1, 6, 12. *Hinc*

MERMESSIA apud Tibull. 2, 5, 67 est Sibylla Hellepontica. *Sic enim scribendum esse nomen, non Marcellia, neque Marpellia, docet Brouckh.*

MERO. [*Μέρον*] *Dicitur est Nero, quod impendio vinosor esset.* Suet. in Tiber. c. 42 In castris tiro etiam tum, propter nimiam vini auuiditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Cadius, pro Nerone Mero vocabatur.

¶ 2 Merones ex vluua palustri facti Vitruu. 5, 12 *potius sunt Aerones v. v.*

MEROBIBVS, *vid. MERVM.*

MEROCHITES, *vel MEROCTES; ae. m. Gemma lacte sudans.* Plin. 37, 10.

MEROË, es. f. [*Μερόη*] *Insulae Nili metropolis; a qua et tota insula, maxima Nili, Meroë dicitur.* Lucan. 10, 163 Merum — paucis senium cui contulit annis Indomitum Meroë cogens spumare Falernum. *Vbi Schol. In Meroën vina ideo deferuntur, vt nimio sole cocta, licet multorum annorum non sint, tamen vetustissima iudicentur.* Idem Lucan. 10, 303

Gurgite rupto  
Ambitur nigris Meroë foecunda colonis  
Laeta comis ebeni; quae quamuis arbore multa  
Frondeat, aestatem nulla sibi mitigat vmbra.

*Ponit ergo intra Zonam torridam, vbi ad perpendicularum Sol aestiuus imminet.*

MEROIS, idis. f. *Herba est apud Plin. 24, 17.*

MEROÏPE. [*Μερόπη*] *Pleias; vxor Sisyphi; de qua infra in di-*  
*stione PLEIADES.* ¶ 2 *Est item Insulae nomen Plinio 5, 31.*

MEROPS, opis. m. [*Μέροψ*] *Auis, quae apes comedit.* Virg. Georg. 4, 14 Meropes, aliaque volucres. Plin. 10, 33. ¶ 2

Meropes antiqui incolae insulae Cos, quos Hercules confecit apud  
Quinct. 8, 6, 71.

MERSON, MERTO, *vid. MERGO.*

MERTHRYS, ydis. f. *Herba apud Plin. 26, 11.*

MERVLVS, i. m. Et merulus modulans tam pulchris concinit  
odis Auctor Philomelae v. 13. *Sed vstatius est*

MERVLA, ae. f. [*Μέρυλα*] *Auis, cuius etymon sic tradit Festus:*  
Merum antiqui dicebant solum; unde et auis Merula nomen accepit,  
quod soliuaga est, et solitaria pascitur. *Varro sic L. L. 4 c. 11 Me-*  
rula, quod mera, id est sola volitat. *Quo nomine ridet Varroneia*  
Quinctil. 1, 6, 38. Cic. de Finib. 5, 44 c. 15 Deinde suo quaeque ap-

petitu mouetur; serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare meru-  
las, cornibus vti videmus boues, etc. Plin. 10, 29 Merula ex nigra  
rufescit, canit aestate, hieme balbutit, circa solstitium muta; rostrum  
quoque anniculis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus. Intentus  
merulis auceps Hor. de Arte Poët. 458. ¶ 2 Merula, Piscis

saxatilis Plin. 32, 11. *Add. Id. Ibid. c. 7 et 9, 15. Ouid. Hal. 114.*

¶ 3 Merulae, ex hydraulorum genere, ap. Vitruu. 10, 12. *Vid. Bald. Lex.*

MERVS, a, um. Adi. [*Μερος*] *Idem quod Solum, inquit*  
Nonius 4, 294. *Festus, Merum antiqui dicebant solum; unde et*  
auis merula nomen accepit, quod soliuaga est, et solitaria pascitur.

¶ Vt nunc Merum, Purum appellamus. *Hactenus Festus.* Cic. de  
Orat. 2, 94 Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium;  
cuius e ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes exierunt.  
*Alia exemplaria habent Innumeri.* Plin. 33, 1 Alia per sese mero auro  
decorant. Meræ agnae, *i. nondum aetatem illam egressae* Varr. R. R.

2, 2, 2. Bellatores meri Plaut. Milit. 4, 2, 65. Merum Bellum  
loqui Cic. Att. 9, 13 extr. Plaut. Mostel. 3, 1, 112 Merum Clarorem  
vocat lasciuia comica domum, quam indicare vult vndique politam et lucentem.

Lac Lucret. 1, 262. Libertas Hor. Epist. 1, 18, 8. Monstra  
mera nuntiarat Cic. Att. 4, 7. Mora Plaut. Capt. 2, 3, 36. Nugae,

vid. NVGAE. Cic. Att. 6, 3. Pes Iuuenal. 6, 158. *i. nudus.*

Rus Plaut. Truc. 2, 2, 14. Scelera mera loquuntur. *i. Nihil aliud*  
quam scelera Cic. Att. 9, 12 extr. Spes Ter. Phorm. 1, 2, 96. Plaut.

Amph. 1, 1, 276 Eam ego, vt matre fuerat natum, Vini eduxi meri.  
Subaud. Cirneam. Vina mera bibere Ouid. Met. 15, 331. Vires

Ouid. de Arte Am. 2, 474. Mera veraque Virtus Hor. Epist. 1, 18, 8.

MERVM. [*Μερον*] *Aliquando substantiue ponitur, pro Mero vino.*

Plin. 23, 1 Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum,  
aconita, viscum, meconium, argentum viuum. Multi meri Damalis,  
*i. Ebriosa* Hor. Carm. 1, 36, 13. Latex meri Ouid. Met. 13, 653.

Odium Id. Ibid. 15, 328. Plena pocula Id. Ibid. 9, 238. Ille meri  
veteris per crura maudentia Torrens Iuuenal. 6, 319 *de vrina.* Vis

Ouid. Met. 14, 274. Bimi patera meri Hor. Carm. 1, 19, 15. Dif-

fusum pateris merum Id. Ibid. 4, 5, 33. Dulce Id. Ibid. 3, 13, 2.

Lene Id. Ibid. 3, 29, 2. Pingue Id. Serm. 2, 4, 65. Rubens Sil.

7, 190. Superbum Hor. Carm. 2, 14, 26. Certare mero, *i. Con-*  
tendere poculis Id. Ibid. 4, 1, 31. Nocturno certare mero, putere  
diurno Id. Epist. 1, 19, 11. Curare genium mero Id. Carm. 3, 17, 14.

Diluitur cura Ouid. de Arte Am. 1, 237. Implere cratera Virg.  
Aen. 3, 623. Ingurgitare in se merum, *vid. INGVRGITO.* Plaut.

Curc. 1, 2, 35. Ponere merum in gemma Ouid. Met. 8, 572. Sue-

centi mero ad bellum Lapithae Senec. Herc. fur. 9.

MERIBIBVLVS. *Qui vinum sine aqua bibit; cuiusmodi homines a*  
*Graecis ἀνερωτόροι appelluntur; quo veluti peculiari epitheto apud illos*  
*Thracas notati sunt.* August. de Confess. 9, 8 Quum temeti audior  
esset, quadam die ab irata ancilla per conuicium appellata est meribi-

bula; quae res tantum ei pudorem iniicit, vt postmodum sobria prorsus  
fuerit. *Et hoc quidem nomen diminutiuum est a Merobibus.*

MEROBIBVS, a, um. Adi. [*Μερωβότος*] *Qui merum bibit.*

Plaut. Curcul. 1, 1, 77 Anus hic recubare solet custos ianitrix; nomen  
est lenae multibiba, atque merobiba.

MERE. Adu. [*Μερος*] *Pure.* Plaut. Truc. 1, 1, 21 Interim ille  
hamum vorat, si semel amoris poculum accepit mere.

MERVIENTVS, a, um. Adi. Fulgent. Myth. 1 praef. p. 13  
Pierides, perpetis vngulae riuo merulentae. *Vid. Barth. Aduers. 25,*  
*1051 p. 1210.*

- MEROSVS**, *video laudari ex Statio: idem scil. atque Meribibulus.*
- MERX**, mercis. f. [*ἑμπορεύματα*] *Quod emitur, venditurue.* Cic. de Rep. 3, ap. Non. 5, 35 Phoenices primi mercaturis et mercibus suis, auaritiam et magnificentiam, et inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam. Plin. Epist. 4, 14 Tu fortasse orationem, ut soles, et flagitas et expectas; at ego quasi ex aliqua peregrina delicataque merce lusus meos tibi prodo. Emendae Hor. de Arte Poët. 419. Columel. 11, 3 *de cucurbitis*, At si esculentae merci prae- parabis, recto cacumine de collo cucurbitae sumtum semen ferendum erit; quod prolixior et tenuior fructus eius nascatur. *h. e. Si ferere uoles cucurbitas ad esum vendendas.* Fallaces et fucosae Cic. pro Rabir. Posth. 39 c. 14. **Femineae**, *Quae ad feminas pertinent* Ouid. Met. 13, 165. **Improba**, *vid. IMPROBVS.* Inuendibilis, et Proba merx Plaut. Poen. 1, 2, 128. Mala, *vid. MALVS.* Plaut. Poen. 1, 2, 129 Inuendibili merci oportet vitro emtorem adducere, Proba merx facile emtorem reperit. Sordidae mercis negotiator Quintil. 1, 12. Plin. 32, 2 Nunc tanta penuria est Vendibili merce, ut per- quam raro cernatur in suo orbe. Augere merces, *vid. AVGEO.* Conuehere ex Hispania, *vid. CONUEHO.* Esse in merce Plin. 12, 25. *h. e. Venire.* Expedire suas merces, *Ostendere et explicare.* Ouid. de Arte Am. 421. Extrudere venales Hor. Epist. 2, 2, 11. Gestat mercem sine fucis Id. Serm. 1, 2, 83. Mutare Virg. Ecl. 4, 39. Ostendere Hor. Serm. 1, 2, 105. Partiri Cic. in Vatin. 12. Ven- dere Ouid. Fast. 5, 671. Merx mala, *conuicium comicum* Mala merx, hera, haec et callida Plaut. Cist. 4, 2, 61. *Add. Id. Perf. 2, 2, 56. et Pseud. 2, 4, 1, 44.*
- MERCIMONIVM**, i. n. *Idem.* Plaut. Amphit. prol. pr. Ut vos in vobris vultis mercimoniis emundis vendundisque me laetum lucris afficere. *Vid. Idem Most. 3, 3, 12. et Tacit. Ann. 15, 38, 2.*
- MERYX**. *Piscis genus.* Plin. 32, 11.

## M E S

- MESA**. [*μέσα*] *Apud Vitruuium, dicuntur esse Partes mediae aedium, quas idem Latine Medianas appellat. Item Cannabis lauda- tissima e medio, quae mesa vocatur* Plin. 19, 9 f. 56.
- MESANCYLON**, i. n. *Genus teli vsitati apud antiquos, cuius me- minit Gell. 10, 25. Totum Graecum est; μεσανκύλον, incuruum in medio.*
- MESAULA**. [*μεσάυλα*] *Aedium quaedam itinera sic dicuntur apud Graecos, quod inter duas aulas media sunt interposita. nostri An- dronas vocant* Vitruu. 6, 10.
- MESES**. [*ὁ μέσης*] *Ventus inter Boream et Caeciam.* Plin. 2, 47. *Vid. schema, quod damus in VENTVS.*
- MESE**, es. f. [*ἡ μέση*] *est Chorda, media: Vnus ex 18 pithongis, e quibus constat musicum systema vid. Vitruu. 5, 4. Martian. Cap. 9 p. 322 Mediam, quam mesen diximus. Nempe respicit ad p. 315 ubi inter Sonos vel Tonos. (hic enim pro iisdem accipit) XVIII Octauus est μέση id est media. Sed etiam quintus, sextus, et septimus sunt ἡμέτη μέσων, παρμητή, et διάτονος, h. e. mediarum principalis, sub- principalis, et extenta.*
- MESEMBRIACI** Portus Ouid. Trist. 1, 6, 37. *i. Thracii.* Μεσμβρι- ακία enim vrbs est Thraciae.
- MESIA**, *vid. MOESIA.*
- MESCHORVS**, i. m. [*μεσχορός*] *Fistulator aut citharista signum dans caeteris in medio choro saltationum* Plin. Epist. 2, 14, 6 *de conductis plausoribus, Hoc pretio — infiniti clamores commouentur, cum μεσχορός dedit signum. Simile est Mesonauta. Sidonius Ep. 1, 2-extr. Nullus ibi lyristes, chorales, mefchorus, tympanistria, psaltria canit.*
- MESOIDES**, *modulationis species, ap. Mart. Capell. 9 p. 326.*
- MESOLABVM**, s. MESOLABIVM. [*μεσολαβόν*] *Instrumentum est ab Eratosthene excogitatum ad mediarum linearum inuentionem, quibus solent mathematici figuras augere, aut duplicare. Meminit Vitruuius 9, 3-et describit ad eum locum Philander.*
- MESOLEVCOS**, [*μεσολευκος*] *est, inquit Plin. 37, 10. Gemma, quam mediam candida distinguit linea, quae ipsius nominis interpretatio est: μεσολευκόν, in medio album. Mefoleucos, Herba. Plin. 27, 11 Leuce Mercuriali similis, nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente; quare Mefoleucon quidam vocant.*
- MESOMELAS**. [*μεσόμελας*] *Gemma. Plin. 37, 10 Mefomelas nigra vena quemlibet colorem fecante per medium.*
- MESON**, *auctore Festo, Persona Comica appellatur, aut coci, aut nautae, aut eius generis; dicta ab inuatore eius Mefone comoedo, ait Aristophanes grammaticus. Ostendit e Graecis Scaliger esse potius Macsonem, ex Μαίτων.*
- MESONAVTA**, ac. m. *Qui medium inter nautas locum obtinens reliquis remigandi signum praebet. l. r. §. 1 D. de Naut. Caup. Stab. Simile nomen est Mefochorus.*
- MESOPOTAMIA**. [*Μεσοποταμία*] *Asiae regio, inter Tigrim et Euphratem. Vnde nomen sortita Tacit. Ann. 6, 37. Mefopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros inuehit Cic. de Nat. Deor. 2, 13.*
- MESOPHAERVM**, i. n. *Plin. 12, 12 de nardi generibus lo- quens, Quod minore folio est, Mefosphacrum appellatur.*
- MESPILVS**, i. f. [*μέσπιλον*] *Arbor. Plin. 17, 24 Mespilus quoque in senecta obnoxia ei morbo est. De Mespili satione et cura Pallad. Mart. 10, 19.*
- MESPILVM**, i. n. [*μέσπιλον*] *Fructus. Plin. 15, 20 Malorum, pirorumque generi adnumerantur iure mespila atque forba. Ut ser- ventur Mespila Pallad. Mart. 10, 22.*
- MESSALA**. [*Μεσσαλάς*] *Dictus est Valerius Coruinus, quia Messanam in Sicilia vicit, et vrbs captae in se translato nomine, Mes- sana primo, paullatimque vulgo permutante literas, Messala dictus est. Auctor. Senec. de Breuitate vitae, c. 13. Vnde et Messalarum familia Romae florentissima, ex qua oratores aliquot nobiles ortum habuere. Diser- tus Messala Hor. de Arte Poët. 371. Ex eadem domo*
- MESSALINA**. [*Μεσσαλίνη*] *Filia Barbati Messalae, consobrini Claudii imperatoris. Quae quum adulescentula esset, ipsi Claudio seni nupta fuit, summae libidinis mulier, ita ut innumeris adulteris se sub- miserit, et mutata veste lupanaria frequenter adierit. Tandem ab ipso Claudio supplicio affecta est, quum C. Silio nupsisset. Vid. Tac. An. 11, 38. Iuuen. Sat. 6, 118. et 10, 333.*
- MESSANA**. [*Μεσάννη*] *Ciuitas Siciliae, propinqua Peloro monti, ut scribit Plin. 3, 8 Clarissima autem est ex Atticis et Punicis bellis, ante Zancle vocata. Nunc vulgo Messina dicitur. Sil. 14, 194 Incumbens*

Messana freto, minimumque reuulsa. *Postea quum Mamertini, natio Campana, eo colonos misissent, ipsi quoque Mamertini potius quam Messanenſes sunt vocati: quod in Verrinis Tullii in primis obseruandum est.* Ferax Messana Ouid. Met. 6, 417.

5 MESSANIVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 14, 17 Litore in Italico Messania moenia contra Scylla mihi visa est.

MESSAPVS. [Μεσαπος] *Unus ex fortissimis Italiae ducibus, qui Turno aduersus Aeneam suppetias tulit. Virg. Aen. 7, 691 At Messapus equum domitor Neptunia proles. Quem Virgilii locum exponens* 10 Seruius, ideo Neptuni filium creditum ait, quod mari in Italiam fuerit aduectus.

MESSAPIA, ae. f. Italiae regio, alias Apulia. Festus. *Hinc*

MESSAPIVS, a, um. Adi. Messapia arua Ouid. Met. 14, 513.

15 MESSEIS. [Μεσσηϊς] *Theſſaliae fons est, non procul a Pharsalo oppido, cuius meminerunt Plin. 4, 8. et Strabo 9.*

MESSENIA. [Μεσσηνια] *Regio Aethiopiae in Peloponneso, duodeuiginti montium, ut ait Plin. 4, 5. In illa regione oppidum est Messene. Et Messeniacus sinus. Hinc*

20 MESSENIVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 12, 549 Ille tuus genitor Messenia moenia quondam Strauit, etc.

MESSIAS. *Hebraice, Graece Χριστός, Latine Unctus dicitur Vulg. Ioh. 1, 42.*

MESSIO, *vid. METO.*

25 MESSIS, is. f. [μείσις] *Tempus et actio metendi, frugesque ipsae adeo, quae demessae sunt. Plin. 6, 17. Alia illius caeli facies, alii siderum ortus; binae messes in anno, binae aestates. Varr. de R. R. 1, 50 Messis proprio nomine dicitur in iis quae metuntur, maxime in frumento; et ab eo esse vocabulo declinata. Nemo tam sine oculis, tam sine mente uiuit, ut quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat Cic. de Orat. 1, 249. Semente prohibita, aut messe amissa, fructus annuus interit. Cic. Verr. 3, 125. Messis, Seges iam matura.*

30 Virg. Georg. 4, 330 Atque interfice messes. *Aliena, vid. Falx. Amara Ouid. ex Ponto 3, 1, 24. Frugiferae Id. Met. 5, 656. Grauidis onerati messibus agri Id. Ibid. 8, 781. Larga Id. Fast. 4, 617. Nudatae Id. Ibid. 3, 557. Opima Plin. Epist. 5, 6. Satae Virg. Ecl. 8, 99. Peregrina messe plenae carinae Lucan. 6, 105. Sic*

40 *Iustin. 24, 7 Prohibiti agrestes — messes vinaque villis efferre, i. granaria. Triticea Virg. Georg. 1, 219. Coquit siccas canicula Perf. Sat. 3, 35. Bladit seges herbis fallacibus Tibull. 2, 1, 19. Tua messis in herba Est Ouid. Heroid. 17, 263. Inhorruit campis Virg. Georg. 1, 314. Plin. Epist. 5, 6 Pingues terrenique colles planissimis campis fertilitate non cedunt; opimamque messem serius tantum, sed non minus, Percoquunt. Ruperunt horrea Virg. Georg. 1, 49.*

45 *Seruntur messes Id. Ibid. 1, 103. Surgunt Id. Ibid. 1, 161. Teret area messes Martial. 9, 92. Vestiti messibus agri Ouid. Fast. 4, 707. Messibus, Ablatiuus, Tempore messis. Plin. 22, 13 Semen colligi messibus oportet. Plin. 24, 14 Flos mori per messes colligitur. Messim, Accusatiuus, pro Messem, apud Plautum in Mostel. 1, 3, 5. Messis, per translationem. Cic. in Parad. 6 Qui proſcriptiones locupletum, qui caedes municipiorum, qui illam Sullani temporis messem recordertur. Messe tenus propria uiue Perf. 6, 25. Metere messem malorum, vid. METO. Tertull. de Anima 53 Sic et rapida quaeque mors, ut ceruicum messis, semel ac tantam ianua pandens etc. i.*

50 *subita amputatio.*

MESSOR, MESSORIVS, *vid. METO.*

## M E T

60 MET, *syllaba, ornatus causa adiungitur casibus omnibus pronominum primae personae tam singularis, quam pluralis numeri, absque Genitino plurali, ut Egomet, Memet, Nosmet, de quibus s. l. Secundae vero personae obliquis tantum casibus, ut Tuimet, tibimet etc. Tryphoninus in l. 67 Vsufructuarium. D. de usufruct. Si postea sibimetipsae* 65 *inciderint, dilapsaeue fuerint. Sed quod laudatur Plaut. Curc. 5, 2, 29 Phedrome obsecro serua me. P. H. tanquammet genium meum, Grou. tanquam me et.*

70 *META, ae. f. [μέτρος] Corpus conicum, ex basi orbiculari surgens inter rectas lineas in acumen. Huius figuram efficit etiam umbra corporis opaci sphaerici a globo maiore lucis collustrati. Sic Cic. de Diuin. 2, 17 c. 6 Meta noctis dicitur umbra terrae, quae eclipsin lunae efficit. Neque aliud esse noctem, quam terrae umbram, figuram autem umbrae, similem metae ac turbini inuerso Plin. 2, 10 s. 7. Mathematico sensu pro cono vel sectione conica accepit Metas Persius 1, 131 Nec qui abaco numeros, et secto in puluere metas Scit risisse uaser. Metae adſpectus cupressu tribuitur a Plin. 16, 33 s. 60: alibi item buxo.*

75 *Frequenter et sollempniter illis tribuitur corporibus conicis, quae in spina extrema circi constituta circumuehenda erant ab aurigis, ubi artis erat, brevissimo anfractu proxime metam ita flectere currum, ut tamen non offenderes. Haec est Hor. Od. 1, 1, 4 Meta feruidis euitata rotis. De hac Propert. 2, 25, 26 Aut prius infecto deposcit praemia cursu, Septima quam metam triuerat ante rota. Virg. Aen. 5, 129 Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam Constituit. Stringere metas rota Ouid. Amor. 3, 2, 12. Tendere ad metam Id. Met. 15, 453. Te-*

80 *renda meta admissa rota Id. de Arte Am. 1, 40. Vid. MVRTIAE Metae.*

85 *¶ 3 Hinc de aliis quoque rebus, conii vel metae figuram habentibus dicitur. v. g. Meta foeni Plin. 28, 28. Columel. 2, 19 Certe quidquid ad eum modum quo debet, sicatum erit, in metas conſtrui conueniet, easque ipsas in angustissimos vertices exacui; sicut enim commodissime foenum defenditur a pluuiis; quae etiam si non sint, non alienum tamen est praedictas metas facere, ut si quis humor herbis inest, exudet atque excoquatur in acervis. De agrorum terminis Metas dixit, a forma nempe, Frontin. de Coloniais p. 141. Hinc et a circi metis Meta, pro Termine quocunque ac sine. Virg. Aen. 1, 282 His*

90 *ego nec metas rerum, nec tempora pono. Virg. Aen. 12, 546 Hic tibi mortis erant metae. Ad ultimam Salutis metam detrusus Apul. Met. 9. Spatii Senec. Troad. s. 6. Longarum haec meta Viarum Virg. Aen. 3, 714. Mediam caeli metam Contigerat nox Virg. Aen. 5, 835 Pulchre: ad metam circumagitur currus. Contingere optatam*

100 *cursu Hor. de Arte Poët. 412. Sol ex aequo meta Distabat utraque orientis et occidentis. Ouid. Met. 3, 145. Ab ea meta sol incipit Flecti Plin. 18, 28 s. 68. Orare metam laboribus Sil. 13, 260. Cic. pro Cacl. 75 c. 31 Fama adolescentis paullum haesit ad metas notitia noua mulieris, et infelici uicinitate, et insolentia uoluptatum. Ex* 105 *ludis Circensibus Properare ad metam Ouid. ad Liu. 359. Tangere metam*

metam vitae Ouid. Trist. 1, 8, 1. Transcendere Pyliis acui metas, *Superare annos Nestoris, id est trecentos.* Stat. Silu. 5, 3, 255. Venit ad metas voluptas finita Ouid. Rem. Amor. 413. ¶ 4 Meta, *Pars molae superior, sicut Catillus inferior. conf. MOLA.* Meta lactis, dicitur Caseus ad formam metae factus. Martial. 3, 58 Fert ille caeris cana cum suis mella, Metamque lactis Saffinate de silua. Idem 1, 44 Metas lactentes, quasi Adhuc lac sugentes, et nondum in totum coactas. Vitruv. 2, 1 p. 19 Phryges — insuper stipites (in orbem positos capitibus) inter se religantes Metas efficiunt, quas arundinibus et fragmentis tegentes exaggerant supra habitationes maximos grumos e terra. 10

METACISMVS, vid. mox post METABVS.

METVLA, ae. f. Dimin. [μετρίδιον] Legitur apud Plin. Epist. 5, 6, 35.

METALITER. Adu. Mart. Capell. 8 p. 294 Lunae defectus fit, cum linea Solis umbra terrae metaliter infuscatur. i. In formam metae seu conii. 15

METARIVS, a, um. Adi. Arnob. 2 Metariae circumscriptio- nis expers.

- Retenta metu lingua Ouid. Ep. 11, 82. Sedare metum Sen. Thyest. f. 8. Semota metu mens Lucret. 2, 19. Solari metum alicuius Virg. Aen. 12, 110. Soluere metus Idem ibid. 1, 467. Sublatus metus Cels. 4, 5. Sum: In metu esse, *pro Metuere* Ter. Phorm. 1, 2, 7. Cic. Att. 3, 9 Mihi etiam vnum de malis in metu est fratris miseri negotium. Idem de Finib. 2, 53 Tui etiam poenae timore, qua afficiuntur, aut semper sunt in metu, ne afficiantur, aliquando. Tentari metu Lucret. 3, 313. Scribon. 171. Trepidare metu Sil. 15, 581. Trepidare metu falso Ouid. Trist. 1, 4, 37. Trepidare ingenti metu Virg. Aen. 6, 491. Turbari metu monstri Ouid. Met. 15, 517.
- Vrget mortales inanis metus Lucret. 3, 995. *¶ 4 Observaciones aliquot.* Metus, noue et eleganter positum Sallust. Hist. 1. Ad bellum excitabit metus Pompeii victoris: *i. Quod de Pompeio metueretur* Nonius 2, 554. *Pro furore Bacchico* Horat. Od. 2, 19, 5 Euae recentis mens trepidat metu. *Non multum abit, cum Metus pro Religiōnis potest videtur: quoniam ut docet* Seruius, ex timore nata est. Virg. Aen. 7, 60 Multosque metu seruata per annos. Metus, *fem. gen.* Ennius: Ni metus vlla tenet, rite in virtute quiescunt. Nonius 3, 147. Sic Festus ex Ennio; Viuam, an moriar, nulla in me est metus. *vid. Idem in Masculino.*
- METICVLVSVS, a, um. Adi. [*δειδύμων*] Timidus. Plaut. Amph. 1, 1, 137 Nullus est hoc meticulosus aequae. *Adde* Most. 5, 1, 52.

## M E V

- MEV, *vid. MEVM*.
- MEVANIA. [*Μεβανία*] Umbriae ciuitas, ad viam Flaminiam, iuxta quod labitur Clitumnus fluminis, cuius aqua pota candidos boues facit; *in-clyta* Propertio alumno. Plin. 35, 14 In Italia quoque lateritius murus Aretii et Mevaniae est. Lucan. 1, 468 — tauriferis vbi se Mevania campis Explicat. Vbi commentator, Mevania est pars Tusciae, cuius nominis et insula Hibernis proxima Mevania dicitur, *vid. CLITVMNVS*.
- MEVIUS. [*Μεβίος*] Pessimus Poeta, Virgilio et Horatio inimicus. Virg. Ecl. 3, 90 Qui Bauium non odit, auet tua carmina Meui. Hor. Epod. 10, 2 Olens Meuius.
- MEVM, *vel MEON*. [*μῦον*] Herba est caule folisque aniso non absimilis, quae in Italia non nisi a medicis seritur, et iis admodum paucis. Duo genera eius describit Plin. 20, 23 Quidam Meum legunt, per duas syllabas. Meum Scribon. 170. Meum Cretici 169.
- MEVS, a, um. [*ἐμυς*] Pronomen possessiuum primae personae. Plaut. Trin. 2, 2, 48 Nam quod tuum est, meum est: omne meum, est autem tuum. Ter. Heaut. 3, 1, 22 Meus gnatus? C. sic est. M. venit? C. certe. M. Clinia meus venit? C. dixi. Meum est negare Plaut. Pseud. 1, 5, 68. *i. meum negotium, conuenit mihi et meis rationibus.* Cic. Att. 5, 13 Et si intelligis quam meum sit scire, et curare, quid in Rep. fiat. Ter. Adelph. 3, 1, 2 Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem Eun. 4, 3, 14 Au obsecro mea Pythias, quid istucnam monstri fuit? Mea tu, *inquit* Donatus, blandimentum est, sine quo non progreditur colloquium feminarum, et maxime trepidantium. *Admittit Genitium adiectiui, qui refertur ad pronomem primitiuum, quod in Meus latet.* Cic. in Vatin. 8 Quod ergo homo imperitissime solidae laudis ac verae dignitatis, praestantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriae atque nominis mei sempiternam, quam omnes haec ciues meos iudicare, ciuitatis salutem cum mea vnus salute esse coniunctam? Meum non est mentiri, *quod vulgo dicitur, Non est mea natura* Ter. Heaut. 4, 2, 38. Mea non est simulatio Idem ibid. 4, 5, 34. Meum est, *pro Meum est inuentum, Excogitauit illud.* Ter. Eun. 3, 1, 39 Tuum obsecrone hoc dictum erat? vetus credidi. T. audieras? G. saepe; et fertur in primis. T. meum est. Cic. de Senect. 59 c. 17 At qui ego ista sum omnia dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio, multae etiam istarum arborum mea manu sunt satae, *i. Ego ipse descripsi, non alius.* Pavidum gelidumque trementi corpore, vixque Meum, *i. mei computem, mihi constantem, firmat deus* Ouid. Met. 3, 689. *Conf. ad h. l. Heinf. Paulo aliter Meus sum, i. Meae potestatis, mei iuris.*
- Perf. Sat. 5, 88 Postquam meus a praetore recessi. Mea quidem sententia, *pro, Vt ego sentio, vt opinor* Ter. Adelph. 1, 1, 40. Meus carnifex Idem Andr. 4, 1, 27. Donatus: *i. In me carnifex, qui me torserit; vt alibi, Deo irato meo, b. e. In me irato deo.* Cum Meo decrepito hoc Enucho Ter. Eun. 2, 1 *extr.* Talis iste Meus stupor (*pro stupido homine*) nihil videt, nihil audit Catull. Epigr. 17. Meo pretio entus, A me facto, a me statuto, *inquit* Donat. Ter. Prol. Hec. 55. Stratique per herbam, hic meus est, dixere, Dies Corn. Seuer. *apud* Senec. Suasor. 2. *de militibus epulantibus.* *Conf. Geuart. Lectr. Papin. 2, 18.* De meo, *vid. DE praepositionem.* Cic. de Arusp. Resp. 40 Aruspicum verba sunt haec omnia, nihil addo de meo. Id. Att. 5, 14 Antequam aliquo loco confedero, neque longas a me, neque semper mea manu literas expectabis. Meus est, *eleganter dictum de Inscatis.* Plaut. Curc. 3, 61 Meus hic est, hamum vorat. *Ex* Pseud. 2, 2, 6 Meus hic est homo. Ouid. Met. 4, 356 Vicimus, et meus est, exclamat Nais. Meamet mihi facta dicere licet Sallust. Iug. c. 85.
- M m s Meopte

Meopte ingenio id reperi Plaut. Most. 1, 2, 77. Meapte malitia, Meapte causa Id. Truc. 2, 5, 18. Ter. Heaut. 4, 3, 8 Ita me di ament, vt ego nunc non tam meapte causa laetor, quam illius. Culpa Plaut. Poerf. 1, 3, 37. Add. id. Mostell. 1, 2, 77. ¶ 2 Mei Subst. Ego meorum solus sum meus Ter. Phorm. 4, 1, 21. Add. Virg. Aen. 4, 342. Cic. in Epp. passim. Mi catella, mi virgo, et similes Vocatiui feminini plures sunt in Hieronymi Epist. ad Eustoch. de Virginit.

## M E Z

MEZENTIVS. Pater Lausi, deorum contemtor, apud Virg. Aen. 10, 7, 648 Primus in bellum Tyrrhenis asper ab oris Contemtor diuum Mezentius, etc. Fuit enim impius in homines, sine deorum respectu, inquit Macrobius.

## M I et M I C

MI. [μῆ] Dandi casus a Genitiuo Mis vel contr. a Mihi. Virg. Aen. 6, 104 Et mi genus ab Ioue summo. Catull. 49, 1 Ille mi par esse deo videtur. Conf. Enn. ap. Cic. Off. 1 c. 12. Mi Vocatiuus, pro Meus. Ter. Adolph. 2, 4, 5 O mi Aeschine, ô mi germane. 20 Idem Phorm. 2, 1, 24 Mi patruae salue. D. salue. Vbi Donat. Mi, vim blandimenti habet; nam significat Meus. Mi homo Ter. Phorm. 5, 9, 13. Idem Eun. 1, 2, 15 Ne crucia te obsecro anime mi Phaedria. Donat. Feminarum oratio, etsi non blanditur, blanda est. Conf. Ter. Andr. 4, 3, 6. et 4, 5, 49. et 5, 3, 18. Etiam in femi- 25 nino est. Mi. v. g. Itaque Mi Eustochium, filia, domina, conserua, germana etc. Hieron. ad Eustoch. p. 66 a, T. 1 Frob. Mi catella Id. ibid. p. 66. Mi pro Mei plur. Vocatiu. Plaut. Cist. 4, 2, 9 Mi spectatores facite iudicium. Petron. c. 116 O mi hospites.

MICA, ae. f. [μῆλον, ψάμμιμα] Minutum frustulum, parua particula, earum rerum, quae et homogeneae aliquantum, nec liquidae sunt. Columel. 6, 30 Turis mica. Plin. 12, 14 Micas concussii elisas mannam vocamus. Catull. 84 (87) 4 Nulla in tam magno est corpore mica salis, h. e. Nihil venustatis, saporis. Conf. Quinct. 6, 3, 18 vbi negat Catullum hoc dicere, Nihil in corpore eius esse ridiculum. Et salem ait 35 esse quoddam simplex condimentum, quod sentitur latente iudicio, et velut palatum excitat etc. Auri micae Lucret. 1, 839. Myrrhae mica Scribon. 127. Salis Martial. 7, 24. Lucida mica Salis Ouid. Fast. 1, 338. Turis Columel. 6, 30. Saliens Hor. Carm. 3, 23, 20. Saliensem micam, Salis granum intellige: quod saliat, quum in ignem missum 40 fit. Porphy. Mica etiam pro Loco vbi coenatur. Martial. 2, 59 Mica vocor, quid sim cernis, coenatio parua. Vid. Heins. ad Petron. c. 34 p. 135.

MICVL A, ae. f. Dimin. Arnob. 2 p. 77 Exiguae miculae. Id. 7 p. 230.

MICATVS, a, um. Adi. In micas redactus. Valer. 1, 63.

MICIDVS, a, um. Adi. Tenuis, exilis. Innocent. in Agrar. Goef. p. 231.

MICO, micui (Micui Solin. c. 53) are. [μῆλον] Est Subinde et celeri motu lucis resplendere, vt Virg. Aen. 1, 94 Crebris micat ignibus aether. Sed multo latius patet, et alium quoque motum celerem ac breuem designat. v. g. Et nunc alternos magis vt dignoscere cantus Possitis, ter quisque manus iactate Micantes Calpurn. Ecl. 2, 26. Micare digitis. Lusus genus quoddam aut sortis, quod adhuc apud Italos durat, repente porrectis digitis certantium, vter numerum diuinet. Huius Cicero 55 mentionem facit de Diuin. 2, 85 Quid enim fors est? Idem propemodum, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras. M. Varro ap. Non. 4, 303 Micandum erit cum Graeco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Suet. August. c. 13 Patrem et filium pro vita rogantes sortiri vel micare iussisse. Iterum Cic. Off. 3 c. 23 Sed 60 quasi sorte aut micando victus alteri cedat alter. Hinc qui certissima esset fide, eum antiqui dignum dicebant, quicum in tenebris micaretur. Cic. Off. 3, 77 c. 19 Hoc non turpe est dubitare philosophos, quod ne rustici quidem dubitent? a quibus natum est id, quod iam tritum est vetustate, prouerbiu: quum enim fidem alicuius bonitatem- 65 que laudant, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices. Idem de Finib. 2, 52 Cur iustitia laudatur? aut vnde est hoc contritum vetustate prouerbiu, quicum in tenebris? Nempe in tenebris micanti simpliciter fides habenda, cum nulla re conuinci possit. Adhibebatur autem Micandi consuetudo etiam in emtionibus: quorsum pertinent verba 70 edicti Aproniani apud Grut. p. 647, 6 Ratio docuit vtilitate suadente consuetudine micandi submota sub exagio potius pecora vendere, quam digitis concludentibus tradere. Nempe qui sic micant, illi digitis sibi inuicem numeros, pretii indices, ostendunt: eaque ratione ab exercitatis res prius quam per verba conficiebatur. Vid. libellus Nic. Smyrnaei 75 ἡ τὸ δακτυλικὸν μέτρον, cum Bedae eiusdem argumenti opusculo editus a Petr. Possino in Spicilegio Euangelico. Conf. DIGITVS. ¶ 2

Micare dicitur, vt monuimus, de Motu quouis celeri, tum ignis, tum aliarum rerum. Metu micuere sinus Ouid. Epist. 1, 45. Vid. Heins. ad locum et Brouckhus. ad Tibull. 1, 11, 12. Animus micat 80 Liu. . . . Ardor flammae micat Lucret. 5, 1098. Ardor micat ex oculis Idem 3, 290. Cor timore micat Ouid. Fast. 3, 36. Corde micante metu. Id. Art. Am. 3, 722. Tib. 1, 11, 12 Nec audisse in corde micante tubam. Vid. Brouckh. Virg. Aen. 10, 396 Semianimesque micant Digiti, ferrumque retractant. Enses triste micant Stat. Theb. 85 4, 154. Equus auribus Virg. Georg. 3, 84. Gemma micat Idem Aen. 10, 134. Gladii Liu. 6, 12. Adde 2, 30 extr. Ignis oculis Virg. Aen. 12, 134. Linguis ore trifulcis Serpens, Idem Georg. 3, 439. Nubila micuerunt celeri flamma Ouid. Trist. 1, 9, 45. Oculi micant igne Id. Met. 3, 33. Sinus metu micuere Idem Epist. 1, 45. vid. 90 Heins. Sidera Idem Met. 7, 217. Sidus Iulium Hor. Carm. 1, 12, 46. Cic. de Nat. Deor. 2, 24 Iam vero Venae et arteriae micare non desunt quasi quodam igneo motu.

MICANS, antis. Partic. Aurum micans Ouid. Met. 2, 2. Aera micantia Virg. Aen. 2, 734. Cornicans Ouid. Fast. 6, 338. Cru- 95 ra Idem Met. 9, 37. Ducebat Radius sole micantior Prudent. Cathem. 5, 44. Labellum Catull. 59, 220. al. Semihians. Membra Claud. de Nupt. Honor. 283. Sidera Catull. 62, 206. Stella Cic. Nat. Deor. 2 c. 42.

MICATVS, us. m. Mart. Capella 4 p. 95 Geminus anguis — 100

allambere feminam crebris linguarum micatibus attentaret. et Saxo Grammat. 1, 18.

MICCOTRŌGVS. Quasi Paucirodus: μικρός pro μικρός paruus. Epithet. Parasiti, apud Plautum Stich. 1, 3, 89. Pareus vero habet Micotrogus, vt sit vox hybrida, composita a Latino Mica et Graeco τρώγην. 105

MICEO, ēre. De hirco, Auēt. Philomelae 58 *si fides Schotto, quem vide Hum. Obseruat. 2, 52.* Al. At mutire capris hirce. petulce foles.

MICIPSA. Numidarum rex. Massinissae regis filius, qui Iugurtham Manastabalis fratris filium, una cum Adverbale et Hiempsale filiis regni participem reliquit. De quo Sallust. de Bello Iugurth. Et Flor. 3, 1, 3. Modulum primae syllabae docet Iuuenal. 5, 89 *vbi de oleo vili, Quod Canna Micipsarum prora subuexit acuta, i. nauigiolum Africanum e regno Micipsae.*

MICROCOSMVS. [μικροκόσμος] Latine Paruus mundus dicitur. Isidor. 3, 22.

MICROPSYCHOS. [μικρόψυχος] Pusillanimus dicitur, et timidus. Plin. 22, 24 Inuenio apud auctores hunc potum bibendum aliosis; item animi humilis ac praeparci, quos illi dixere micropsychos.

MICROSPHAERVM, i. n. Genus nardi a minutis globulis dictum. Plin. 12, 12.

MICTYRIS, (Merceri editio) MICTIRIS. Paupercula, pulmentaria. Lucil. 20 Pulmentaria, vt Intybus, aut aliqua id genus herba, Et ius maenarum, bene habet se; mictyris haec est Mers, Haec Nonius 2, 532. Sed optime Scaliger et Douza, Mictilis haec est merx.

MICTVRIQ, MICTVS, etc. vid. MPIO.

## M I D

MIDAS. [Μίδας] Gordiae bubulci filius, et rex Phrygum, qui cunctorum paene regum opes pecuniae abundantia antecessit. De quo Herodot. et Iustin. 11 multa scripserunt. Auriculas asini Midas habet, proverbium natum a fabula notissima Midae regis Phrygiae: cui Phoebeus, quod stolidi Pana canentem sibi praetulisset, asininas affixit auriculas. Quas quum diu mitra oculuisset, tandem a tonsore animaduersum est, ac protatum in vulgus, vt refert Ouid. Met. 11, 174. Respicit eodem Perf. 1, 121 Auriculas asini Mida rex habet: quae ita immutata a Cornuto ait vetus vitae Persii scriptor, Auriculas asini quis non habet? ne in se dictum Nero arbitraretur. Altera Midae fabula, est stultum votum in aurum mutandi, si quid attingeret, describitur Ouid. Met. 11, 102 sq. Breuiter Claud. sec. Conf. Stilich. 230 Ditabat rutilo quidquid Mida tangeret auro. Accusat. Ouid. Met. 11, 92 Ad regem traxere Midan.

## M I G

MIGDILYBS. b. e. Mixtus Libys. Plaut. Poen. 5, 2, 73 Qui huc aduenisti nos captatum migdilybs. Significat Hominem mixti generis et bilinguem, i. δίγλωττον et μισγάδα, quales erant Carthaginenses. Virg. Aen. 1, 665 Quippe domum timet ambiguam, Tyriosque bilingues. Nam Carthaginenses et lingua Tyriorum et Afrorum utebantur. Duplici autem lingua qui utuntur, infideles et veteratores improbique habentur. Itaque Hannonem vt bilinguem dicit esse bifurca lingua, quasi proserpentem bestiam. Omnes codices habent Magdalia: verum sic restituit Turnebus, idque optima ratione.

MIGMA, ātis. n. [μίγμα] Mistura, farrago. Vulgata Esaiiae 30, 24.

MIGRO, āre. [ἀνοικίζω, ἀνοικίζω] Est Domicilium mutare, et alio se ad habitandum conferre, relicta priore habitatione. Prima semper producitur a Virgilio: Sed corripitur Manil. 3, 79 Sed tempore sedes Nascentum acciperent proprias, signisque migrarent. Sic etiam Bentl. Add. Remigrant Lucret. 2, 965. It. Plaut. Most. 2, 2, 73. Migrare domo Cic. Verr. 2, 89. Ex vrbe Ter. Hec. 4, 2, 13. Hinc Plaut. Epid. 3, 2, 7. Cic. in Somp. Scip. 1. Antequam ex hac vita migro, conspicio in meo regno, et his sedibus Pub. Corn. Scipionem. Idem de Fin. 1, 62 Non dubitat (si ita melius sit) migrare de vita. Conf. Nep. 25, 22, 1. In caelum Plaut. Amph. 5, 2, 13. In locum Lucret. 2, 774. E sano foras Plaut. Curc. 2, 1, 1. Migratum est Romam Liu. 1. Anima migrat in varias figuras Ouid. Met. 15, 172. Plaut. Pseud. 1, 5, 55 Fac sis vacuas, Pseudole, aedis aurium, Mea vt migrare dicta possint, quo volo. Plaut. Trinum. 3, 2, 13 Scio ego et sentio ipse, quid agam, neque a me officium migrat. Omnia migrant Lucret. 5, 828. Voluptas migravit ab aure Hor. Epist. 2, 1, 187. Migrare in mucronem Plin. 11, 37. Fluuius migrat aduerso meatu Claud. Conf. Hon. 4, 482.

2 Adhuc pro transgredi, et violare, de legibus et officio. Cic. de Legib. 3, 11 c. 4 Quod quis earum rerum migrasset, noxae poena par esto, i. Si quis quid eorum violarit, transilierit, contraque fecerit. Simile est illud de Diuin. 1, 8 c. 5 Credo, ne communia iura migrare videatur. Alii legunt, Communi iure. Et rursus Off. 1, 31 c. 10 Quae pertinent et ad veritatem et ad fidem, ea migrare interdum et non seruare fit iustum. Rursus de Fin. 3, 67 Quoniamque ea natura esset hominis, vt cum genere humano quasi ciuile ius intercederet; qui id conseruaret eum iustum; qui migraret, iniustum fore. Nempe proprio etiam intellectu Gell. 2, 29 Cassita nidum migravit, i. reliquit, mutauit. Hinc Passiue. Sil. 7, 431 Migrantur Rhoeteia regna. Et Liu. 10, 34 Relicta quae migratu difficilia essent, i. translata.

MIGRANS, antis. Partic. Virg. Aen. 4, 401 Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes.

MIGRATIO, ōnis. f. [ἀποικισίς] Cic. Tusc. 1, 27 c. 12 Mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemque vitae. Add. ibid. c. 42. Liu. 5, 53 Nunc haec migratio nobis misera. Metaphor. Cic. Fam. 16, 17 Cui verbo (fideliter scilicet) domicilium est proprium in Officio, migrationes in alienum multae.

MIGRATOR, ōris. m. μεταβάτης Gloss. Gr. Lat.

## M I H

MIHI. [ἐμοί] Datiuus est primae personae ab Ego pronomine. Mihi, Ad meam utilitatem, aut damnum. Ter. Heaut. 3, 1, 102 Hic mihi quanto nunc plus sapit, quam egomet mihi? Id. Adelph. 1, 2, 36 Si quid peccat De mea, mihi peccat. Mihi, Quantum ad iudicium meum pertinet, interprete Donato. Ter. Adelph. 5, 6, 5 Nam is mihi est profecto feruus spectatus satis, cui dominus curae est. Mihi, A me. Id. Eun. 3, 5, 2 Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus. Sed quidam constructum dicamus cum licet? Mihi, Circa me. Ter. Andr. 1, 1, 85 Quid si amasset? quid mihi hic faciet patri? Donatus. 2 Mihi et Tibi, aliquando ita ponuntur in oratione, non vt has personas necessario indicent, excludant alias: sed vt morata magis, et velut viuider fiat

*fac oratio.* Cic. in Pison. 2 Is mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum. Idem, Ecce tibi Pompeius. Et Philipp. 1, 25 Quas tu mihi intercessionibus inquis, quas religiones nominas? Idem Verr. 2, 82 Tu mihi ita defendas. Sic aliis locis multis. Ter. Phorm. 5, 9, 21 Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes. Adde Cic. de Orat. 1, 174. Verr. 1, 82. Id. de Orat. 2, 85: et Catil. 2, 4. Ita Liu. in Proem. Ad illa mihi quisque attendat animum. Ita et Tibi pariter. Vid. Drakenb. ad Sil. 1, 46. Mihi crede, affirmantis particula, idem quod Certe significans. Cic. in Pison. 60 Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta paene puerorum. Ibidem 56 Fertur ille vir (mihi crede) gloria; flagrat, ardet cupiditate iusti et magni triumphii.

MIHIMETIPSI. [*μῆτις*] Cic. pro Quint. 8 Breuitas postulatur, quae mihimetipsi amicissima est.

MIHIPTE, pro Mihi ipsi posuit Cato, Festo teste.

## M I L

MILAGO, inis. f. Piscis, qui euolat super aquam, quoties autem cernitur extra aquam volitans, tempestates mutari designat. Isidor. 12, 20 6. Vet. Edit. Millago. Rectius videtur Miluago.

MILANION, vid. MIMALION.

MILAX, [*μῆλαξ*] vid. SMILAX. Plin. 16, 6 et 10.

MILB, vid. MILLE.

MILEON, i. n. Herbae nomen apud Apul. de Herb. c. 8.

MILES, itis. c. [*στρατιώτης*] Armatus propugnator ad id ipsum delectus vel conductus. A militia, id est duritia, quam pro Rep. sustinet, dictus. Aut a multitudine. Aut a malo, quod arcere milites solent, aut a numero mille hominum. Haec Vlpian. D. de militari testam. l. 1

Militibus, in quibus illud vltimum non improbabile: reliqua rugae, ut et, quod Festus, Militem Aelius a mollitia per antiphrasin dictum putat: eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat. Cic. pro Lege Manil. 28 c. 10 Qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris. Idem pro Corn. Balb. 47 C. Marius P. Africani discipulus ac miles. Et pro Cluent. 128 Miles qui locum non tenuit, qui hostium impetum, vimque pertimuit. Opponitur Pagano. Plin. Epist. 10, 17 Et milites et pagani, a quibus iustitia eius et humanitas penitus inspecta est, certam ei qua priuatim qua publice testimonium perhibuerunt. Caesar signate de peditibus, cum equitem a milite soleat distinguere: v. g. Bell. Ciuil. 2, 40 et 42. it. 3, 76 et alibi. In militem, in capita, in naues, et similia. vid. IN praepositionem. Incursum militum in agros hostium, it. Incursum militum, vid. INCURRO.

Instructio militum, vid. INSTRVO. Leuis armaturae milites, vid. LEVIS. Acrior Hor. Carm. 3, 5, 26. Aerarii, vid. AES, aeris. Argentati, vid. ARGENTVM.

Armatus Virg. Aen. 2, 20. Aurati, vid. AVRVM. 45

Causarii, vid. CAUSA. Dirus Senec. Herc. Oet. 17. Fabiani, Iphicratenses Corn. Nep. 11, 2, 4. i. praestantissimi. Ferox Hor. Carm. 1, 6, 4. Impius Virg. Ecl. 1, 71. Incruentus, vid. INCRVENTVS.

Infandus Lucan. 7, 762. Infestus Seneca Herc. Fur. 8. Innumerus Ouid. Epist. 16, 366. Inordinati et incompositi, Inuali-

di, Iustus Legionarii, vid. ff. ll. Ouid. Fast. 3, 119 Pertica suspensos portabat longa maniplos, Vnde Manipularis nomina miles habet. Mercenarii Liu. 24. Palatinus dicitur Prudentius Gennadio de Viris illust. Pharetratus Sil. 7, 636. Praestantior Ouid. Met. 11, 525. Rapido milite perfractae portae Sil. 13, 255. Statarius, 55

vid. Statarius, in STO. Subitus Tacit. Hist. 4, 76, 2. i. Subito collectus. Vagus Sil. 4, 828.

¶ 2 Verborum formulae: Auocare milites a signis, a bello, Cogere, Colligere, vid. ff. ll. Senec. Ep. 18 pr. Miles in media pace Decurrit sine vlllo hoste, vallum iacit, et superuacuo labore lassatur, vt sufficere necessario possit, vid. DECURRO.

Deducere ex aliquo loco, vid. DEDVCO. Dirutus aere, vid. AES, aeris. Excitatur classico miles truci Hor. Epod. 2, 5. Cic. Philipp. 7, 24 Qui vicinos suos non cohortatus est solum, vt milites Fierent, sed etiam facultatibus suis subleuauit. Incitare milites isti aliquem, vid. INCITO. Legere milites, vid. LEGO, ere. Ob-

sedit milite campos Virg. Aen. 3, 400. Ordinare, vid. ORDINO. Milites, pro Apparitoribus iudicum et magistratum. Vlpianus in l. in eadem. D. Ex quibus causis maiores. In eadem causa sunt, et qui a militibus statoribusque, vel a municipalibus ministeriis adseruantur; si probentur rei suae superesse non potuisse. Hinc Manus militaris. 70

Idem in l. Qui restituere. D. de Rei vindicatione, Qui restituere iustus, iudici non paret, contendens non posse restituere; si quidem habet rem, manu militari officio iudicis ab eo possessio transfertur.

¶ 3 Miles in feminino genere. Ouid. Epist. 1, 48 Et rudis ad partus, et noua miles eram. In MSS. permisceri solet cum Lines: vid. Drakenb. ad Sil. 5, 1.

MILITO, onis. m. unde Commilito, exstat apud Apul. Met. 9 p. 445.

MILITIA, ae. f. [*στρατία*] Bellum, et Rem militarem significat. Cic. Off. 3, 97 Sed insimulant eum tragoediae, simulatione infaniae militiam subterfugere voluisse. De Vlysse. Acer militiae Tacit. Hist. 2, 5. Decora Liu. 2, 23. Facta splendida Ouid. Epist. 13, 118. Gnarus Tacit. Ann. 12, 45. Impiger Idem ibidem 3, 48. Labor Ouid. Fast. 1, 302. Maturus Liu. 42. Piger et malus Hor. Epist. 2, 1, 124. Rudimenta Stat. Silu. 5, 2, 8. Grauis militia Hor. Carm. 1, 18, 5. Suet. in Claud. c. 25 Equestres militiae ita ordinauit, vt post cohortem, alam, post alam, tribunatum legionis daret; stipendiaque instituit, et imaginariae militiae genus, quod vocatur super numerum; quo absentes, et titulo tenus fungerentur. Breuiter, Equestres militiae sunt honores et gradus, qui equitem Rom. decent, cum in grege militare infra eius ordinis iam dignitatem videretur. Impigra militia, vid. IMPIGER. Intenta Tacit. Ann. 12, 39. Longa militia festum latus Hor. Carm. 2, 7, 18. Pia Ouid. Met. 7, 482. Togata, vid. Exercere. Colere militiam Ouid. Fast. 2, 508. Detrectare Id. Met. 13, 37. Dare nomen militiae, est Ad delectum se exhibere. 95

Cic. Philipp. 7, 12 Milites cum gladiis sequuntur, Consuli praefidio sunt, specie Consuli, re et veritate nobis; omnes sine vlla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant. Exercere munera togatae militiae Lucan. ad Pison. 27. Ferre saetam militiam Hor. Epist. 1, 18, 55. Cic. pro lege Manil. 28 c. 10 Ad patris exercitum, atque in militiae disciplinam profectus est. — in militiam Sulp. Apollin. in periocha Heautont. Terent. Sequi praemia militiae puluerulenta Ouid. Amor. 1, 15, 4. Soluebatur militia Tacit. Ann. 1, 44. Sustinere militiam belli, vid. BELLVM. Tolerare militiam, et graue Martis opus Virg. Aen. 8, 516. Tueri signa militiae Ouid. Amor. 10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

1, 11, 12. Quinctil. 9, 2 Alio bello petierat vt militia Vacaret. ¶ 2  
*Observationes.* Militiae, Genitiuus aduerbii vice positus, vt *Domi.* Cic.  
 de Orat. 3, 134 c. 33 Idemque et in Senatu, et apud populum, et in  
 causis amicorum, et domi, et militiae consilium suum fidemque praes-  
 5 stabant. Idemque Tusc. 5, 55 c. 19 Quorum virtus, fuerat domi mi-  
 litiaeque cognita. Pro exercitu ponitur, s. militibus. v. g. Concurfu  
 insularium cum omni militia interficitur Iustin. 32, 2, 2. Pro expedi-  
 tione Idem 20, 1, 3 Prima militia aduersus Graecos fuit. Militia  
 itidem vt Miles, de Ministerio, de Apparitoribus et Accensis magistra-  
 10 tum. Vid. Plin. 10, 33 l. 49. Gotthofr. ad Cod. Th. l. 12. t. 1. de  
 Decurionibus l. 63 p. 413. Conf. Prudent, Cathem. prooem. Militia  
 vrbanam, est eorum, qui in foro versantur. Cic. pro Muraen. 28 Seruius  
 hic nobiscum hanc vrbanam militiam respondendi, scribendi, cauendi,  
 plenam sollicitudinis ac stomachi sequutus est; ius civile didicit,  
 15 multum vigilauit, laborauit, praesto multis fuit. Quin Veneris mi-  
 litiam pati Propert. 4, 1, 137. De eadem Plaut. Persa 2, 2, 50 At confi-  
 dentia illa militia militatur magis quam pondere.

MILITIOLA, ae. f. Dimin. Auctor vitae Iuuenalis, quae cum  
 Suet. edi solet.

20 MILITO, are. [*μαλιτω*] Militiam exercere, Stipendia in bello me-  
 vere. Cic. Off. 1, 36 Qui in eadem legione militabat. Plin. in praef.  
 Militare didicisset sub Annibale. Et pariter Liu. 23, 42 Nostra iu-  
 ventus omnis sub signis militat tuis. Militat omnis amans Ouid. Am.  
 1, 9 pr. De eadem re, Vixi puellis nuper idoneus, Et militauit non  
 25 sine gloria Hor. Carm. 3, 26, 2. Militare mercede Curtius 6, 5, 7.  
 In Asiam ad regem Militatum abiit Ter. Heaut. 1, 1, 65. Militat  
 in siluis Catulus Hor. Epist. 1, 2, 67. Passiue. Plaut. Persa  
 2, 2, 50 At confidentia illa militia militatur magis quam pondere.  
 Horat. Epod. 1, 23 Libenter hoc et omne militabitur Bellum in tuae  
 30 spem gratiae. ¶ 2 Apud sequioris aevi scriptores, imprimis

*ICros*, significat munus s. ministerium aliquod obire, vt de Militia vidimus.

MILITANS, antis. Partic. Vell. 2, 120, 7 Legatus sub Varo mi-  
 litans. Curt. 6, 5, 17. Graeci mercede apud Persas militantes.

MILITARIS, e. Adi. [*μαλιτωρικος*, *μαλιτωρικος*] Quod ad mili-  
 35 tes aut militiam pertinet. Militaris homo Plaut. Epid. 1, 1, 14. Aetas  
 Tacit. Ann. 2, 60. i. Robusta, ac apta ad militiam. Conf. Liu. 25, 5.  
 Daunia Hor. Carm. 1, 22, 3. i. bellicosa. Industria Plin. 18, 6.  
 Labor Cic. pro Muraen. II. Manus Senec. Agamemn. l. 6. Opera  
 Liu. 54. Ornatus Cic. Off. 1, 61. Rem militarem discere Id. de  
 40 Orat. 1, 131 c. 29. Sepimentum Varro de R. R. 1, 14. Cic. in Ca-  
 til. 2, 13 Quum arma, quum secures, quum fascēs, quum tubas,  
 quum signa militaria, quum aquilam illam. Vid. Liu. 22, 21. Sta-  
 tura l. 9 C. Theod. de desertor. et occultat. eor. Conf. Veget. 1, 5.  
 Timor Plaut. Pseud. 4, 1, 19. Via Varro de R. R. 1, 5. Hor.  
 45 Carm. 18, 5 Cur neque militaris Inter aequales equitet. i. Militarem  
 in morem, vel vt hominem militarem decet, vel quum sit militaris, vel  
 qui militaris esset, si equitaret. Est autem vsitatum Horatio, cum verbo  
 nomen aliquod epithetum coniungere, quod verbi significationem augeat,  
 aut certe adiuuet, vt Carm. 1, 28. et Sat. 2, 6. et aliis locis infinitis.  
 50 Lambinus. Compar. Tertull. Apol. c. II extr.

MILITARIS Herba. Plin. 24, 18 l. 104. Sic dicta, quoniam  
 vulnus ferro factum nullum non intra dies quinque sanat ex oleo impo-  
 sita. Add. et Apul. de Herb. c. 3.

MILITARIUS, a, um. Adi. [*μαλιτωρικος*] Plaut. Pseud. 4, 4,  
 55 II Quin hinc metimur gradibus militariis? Pro Militaribus, antiquae  
 vii quoque legere velit Douza.

MILITARITER. Adu. [*μαλιτωρικως*] More militum, vel More  
 militari. Liu. 4, 41 Caeterum Tempanii Oratio militariter grauis,  
 non suis vana laudibus, non crimine alieno laeta. Tacit. Hist. 2,  
 60 80 Militariter lautus, lacta omnia, et affluentia excepit. Significat  
 Vespasianum non fuisse exquisite, seu urbana elegantia excultum. Tecta  
 militariter aedificare Liu. 27, 3.

MILITARIE. Aliud Adu. Idem. Treb. Poll. 30 Tyrann.  
 c. 22 Militarie ob hoc caesus.

65 MILETVS. [*Μίλητος*] Filius Apollinis, et Argeae Cleochi filiae,  
 vel (vt Ouidius habet) Deiones, qui oppidum condidit, quod de suo no-  
 mine Miletum appellauit, eiusque incolas Milesios. Vid. Ouid. Met. 9,  
 446 Sponte fugis, Milete, tua etc.

MILETIS, idis. Patronym. f. i. Byblis, Mileti filia. Ouid.  
 70 Met. 9; 634 Tum vero moestam tota Miletida mente defecisse ferunt.

MILETVS. [*Μίλητος*] Verbs fuit in finibus Ioniae et Cariae. Hanc  
 generosa vellera nobilitarunt. Vnde prouerbiū mansit, Milesia fragula.  
 Martial. 8, 28 Nec Miletus erat vellere digna tuo. De Miletio et Mi-  
 lesiis etiam Cicero meminit, Verr. 1, 87.

75 MILESIVS, a, um. Adi. Milesii, [*Μιλήσιοι*] Populi dicti sunt,  
 qui quum prius potentes essent, et opulenti, deliciis dediti, et pes et  
 potentiam amiserunt. Vnde prouerbiū, πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλλοι Μιλήσιοι.  
 Olim fuere strenui Milesii. Vide Athen. 12, 7 p. 523. Adde Sp. nh. ad  
 Aristoph. Plur. 1003. Cic. pro Cluent. 32 Memoria teneo Milesiam  
 80 quandam mulierem, etc. Milesiae oues Col. 7, 2, 3. Milesia vel-  
 lera, Lanae pretiosissimae dicuntur Virg. Georg. 3, 306.

MILESIAE, arum. f. Fabulae, vti vocant, Romanenses. Fabellae  
 ludicrae et lasciuiae. Vid. Capitolin. in Clodio Albino c. II. Apul. in  
 princ. sui, vti ipse nominat; sermonis Milesii. Politian. Miscel. c. 16.  
 85 et Wower. in Vita Apul. p. 26. Tertull. de Anima c. 23. c. not. Iunii.

MILESIAEA, orum. n. Idem. λόγος sc. Μιλησιακός; quales com-  
 posuit Aristides, de quo Ouid. Trist. 2, 413. Faber in Epist. vid. Bur-  
 mann. ad Ouid.

MILESIVM, i. n. Halcyonum genus Plin. 32, 8.

90 MILITARIS, MILITIA, MILITO, vid. MILES.

MILITRVM, i. n. Instrumenti genus ignotum, ap. Oët. Horat. 1, 2.

MILIVM, i. n. [*μύλιον*] Genus frugis, minutum, canaliculatum,  
 orbiculare. Plin. 18, 7 Milium intra hos decem annos ex India in Ita-  
 liam inuectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo.  
 95 Adolefcit ad pedes altitudine septem praegrandibus culmis, Lobas vo-  
 cant, omnium frugum fertilissimum. Non in vniuersum de milio ista  
 Plinius, sed de genere illius. De ipso generatim. Milii comae granum  
 complexae sumbriato capillo curuantur etc. Ex milio panis Colum. 2,  
 9, 19. Ad centum annos vt duret, Varro R. R. 1, 57, 2. Eius satio  
 100 et cultura Colum. 2, 9, 17. Conf. Cels. 2, 18. Colum. 2, 7 et 9.  
 Pallad. 1, 30. et Mart. tit. 3. Virg. Georg. 1, 215 Tunc te quoque  
 medica putres Accipiunt sulci; et milio venit annua cura. Fiscella  
 milii Ouid. Fast. 4, 743. Liba de milio Id. Ibid. 4, 742. Milium  
 (inquit Festus) quidam putant cepisse nomen a maxima numerorum  
 105 summa, quae est mille.



**MILIARIUS**, a, um. Adj. [*μυλιαριος*] Quod ad milium pertinet, vel refertur Miliaria auis, Quae milio vescitur et pinguescit. Varro de R. R. 3, 5, 2. Miliaria herba dicitur, Quae milium necat Plin. 22, 25.

**MILIARIUM**, i. n. Vas esse altum et angustum totidem verbis docet Pall. April. 8, 7. Idem luculenter ostendit Colum. 9, 14, 9. Quin antiquissimam hanc esse notionem, ut cylindrum cauum significet, docet usus Catonis 20, 1. et 22, 1. Talia vasa adhibita sunt ad aquam calfaciendam in culinis et balneis, sed magis subinde elaborata et perfecta. Sen. Qu. Nat. 3, 24 Facere solemus dracones et miliaria, et complures formas, in quibus aere tenui fistulas struimus, per decliue circumdatis (spirae modo interiori parieti cylindri ignem capientis) ut saepe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatii, quantum efficiendo calori fat est. Frigida itaque intrat, effluit calida. Pallad. 1, 40, 3 Miliarium plumbeum, cui aerea patina subest, inter soliorum (balnei) spatia forinsecus statuamus, fornace subiecta; ad quod miliarium fistula frigidaria dirigatur, et ab hoc (miliario) ad solium (labrum, in quo sedent lauantes) similis magnitudinis fistula procedat, quae tantum calidae ducat interius, quantum fistula illi frigidi liquoris intulerit. Vid. Schoettg. et Gesn. ad h. l. De his iterum Seneca Qu. Nat. 4, 9 Quemadmodum minora balnearia, et minora miliaria citius calefiunt etc. In balneario instrumento etiam ponit miliarium Paullus Sent. 3, 6, 65. Vet. Gloss. *ἑρμησδὸν χαλκείον*. Sed culinae quoque feruit: Vlpianus in l. Quam aurum. §. Si cui. D. de aur. et arg. legat. Certe si cacabos argenteos habebat, vel miliarium argenteum, vel sartaginem, vel aliud vas ad coquendum; dubitari poterit, an argento escario contineatur, et haec magis coquinarii instrumenti sunt. Conf. MILLIARIUM.

**MILLE**. Substantiuum. n. [*χίλια, χίλιοι*] Plural. Millia, unum. Genitiuo iungitur. Cic. Philip. 6, 15 Quis vnquam in illo Iano inuentus est; qui L. Antonio mille numum ferret expensum? Mille drachmarum Ter. Heaut. 3, 3, 40. - numum ibid. v. 45. Mille hominum Cic. pro Mil. c. 20. Vid. Gell. 1, 16. Macrobi. Sat. 1, 5. Vid. Gronou. de Pec. Vet. 1, 1. Mille passum, antiquo more, pro Mille passuum Lucil. apud Gell. 1, 16 Hunc mille passum qui vicerit atque duobus. Plaut. Men. 1, 2, 64 Mille passum commoratu cantharum. i. tam diu, ut interim aliquis mille passus facere potuisset. Plaut. Mil. 4, 2, 87 Quin mille annorum perpetuo viuunt, ab saeculo ad saeculum. Videtur esse Ablatiuus, ut milli. Plur. Liu. 10, 1 Intus fumo et vapore ad duo millia Armatorum ruentia nouissime in ipsas flammam, dum eadem tendunt, absumta. Ambulet milia passuum Scribon. 15. Intra mille annorum Varr. R. R. 3, 1, 4. Octo millia numerum Hor. Epist. 2, 2, 5. Poena decem millium numum Apul. Met. 6. Centum millia frumenti Hor. Serm. 1, 1, 45. subauditur Modium. Curarum millia Propert. 1, 5, 30. Nec facile inuenies Multis e millibus unum Ouid. ex Pont. 2, 3, 11. Multis cum millibus ibat Virg. Aen. 5, 75. Millia remedium ex eo animali demonstrantur Plin. 28, 10. Itaque per appositionem dictum videtur illud Argenti probi duodecim millia, Attica talenta, dato Liu. 38, 38 extr. Quatuor millia pedes Colum. 5, 1, 10. Mille in Ablatiuo Gellius 1, 16 ex Lucilio Tu mille numum potes vno quaerere centum. Hoc est quod Graeci vocant *χιλιάδας*. Sic Plaut. Trin. 4, 2, 117 Enim vero ego nunc sycophantae huic sycophantari volo: si hunc possum illo mille numum Philippo circumducere: i. illis mille numis. Mile quidem scribunt vno l, ut Varr. de R. R. 2, 3, 10 Mile caprarum. Et Intra Mile annorum 3, 1, 55 4. Notauit in Indice Sylburgius. Add. Brouckh. ad Propert. 1, 5, 10. ¶ 2 Mille etiam adiectiuum est, et tunc tantum plurali ponitur Virg. Ecl. 2, 21 Mille meae Siculis errant in montibus agnae. Columel. 3, 3 Percipere debet in annos singulos mille septingentos quadraginta sestertios. Hor. Serm. 2, 3, 116 Si positus intus Chii veterisque Falerni Mille cadis: nihil est: tercentum millibus; acre Potet acetum. Mille vsus Plin. 12, 1. ¶ 3 Mille, pro Numero infiniti. Virg. Aen. 4, 701 Mille trahens varios aduerso sole colores. De Iride. Mille meae Siculis errant in montibus agnae Virg. Ecl. 2, 21. ¶ 4 Millia, pro Mille passuum, absolute. Cic. pro Caecin. 28 Is non ausus est dicere, quot millia fundus suus abesset ab vrbe, nam cum dixisset minus abesse LIII, populus cum risu acclamauit ipsa esse. Et Att. 3, 3 Rogatio confecta est, ut mihi vltra quadraginta millia liceat esse. Conf. omnino Gellius 1, 16.

**MILLESIMVS**, a, um. Adj. [*χιλιοστος*] Cic. de Fato 13 c. 7 Quamquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo edictum esset. Et Att. 2, 4. Iuuenal. 7, 100 Namque oblita modi millesima pagina surgit omnibus.

**MILLIARIUS**, a, um. Adj. [*χιλιαριος*] Mille librarum: unde Apri miliarii, dicebantur Mille librarum, qui apponebantur in coenis Romanorum Varr. de R. R. 3, 2. Sen. Epist. 19, 2. Et Miliariae oleae, a pondere olei, apud Plin. 17, 12. Miliariae decuriae Varr. de L. L. 8, 49. Miliarius grex, h. e. Mille capitum. Varr. de R. R. 2, 10, 11 In gregibus ouium, sed magnis, quos miliarios faciunt quidam, facilius de summa hominum detrahere possunt, quam de minoribus, ut sunt Attici. Porticus miliariae Suet. in Neron. c. 31. h. e. (ut opinor) Mille passuum.

**MILLIARIUM**, i. et **MILLIARE**, is. n. [*μιλιαριον*] Mille passuum spatium. Cic. Att. 6, 1 pr. Acepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceae, quas legi libentissime. Sed alii aliter legunt. Paullus in l. Plane. D. de excusationibus tutorum, Plane vltra centesimum milliariu ab Vrbe, filiorum Collegarum suorum tutelam suscipere non coguntur. Intra Centesimum l. 1 §. 4 D. de Off. Praef. Vrbi. Albani ab vrbe Roma Duodecimo milliario absunt Eutrop. 1, 3. A Primo milliario Alexandriae l. 4 D. de Hered. inst. §. Puto. ad Quartum Val. Max. 1, 8, 4. Intra Tertium castra Hannibalis Vell. 2, 27, 4. ¶ 2 Milliariu, Columna quaedam, quae in capite Romani fori prope aedem Saturni fuerat, in quam omnes Italiae viae terminabantur; quod etiam Milliariu aureu dictu est. Plin. 3, 5 Roma diuiditur in regiones 14. compita earum 265. pass. eiusdem spatii mensura corrente a milliario in capite Romani fori statuto ad singulas portas, quae sunt hodie numero 57. Tacit. Hist. 1, 73 Otho innixus liberto per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad milliariu aureu sub aedem Saturni pergit. Tranquill. quoque in Othone c. 6 Praemonitis consciis, ut se in foro sub aede Saturni ad milliariu aureu opperirentur. Plutarch. in vita Galbae, In forum ibat ad eam partem, in qua steterat aurea columella, ad quam omnes Italiae viae terminantur. Idem appellatur Milliariu Vrbi l. 154 D. de V. S. Conf. Grut. Inscr. 154, 4.

**MILLIES**. Adj. [*χιλιαιος*] Ter. Andr. 5, 4, 44 Ex ipsa millies audiui. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo 15 Sed moreretur prius

acerbissima morte millies Gracchus, quam in eius concione carnifex confisteret. Bis Val. Max. 3, 7, 1. Quinquies millies Plin. 2, 23. Millies reuocatum est Cic. pro Sext. 123 c. 58. Et Off. 1, 113 c. 31 Millies oppetere mortem, quam illa pati maluisset.

MILLEFOLIA, ae. f. [ἐκατόφυλλον] *Herbae genus.* Plin. 25, 5 Aliqui et hanc panacen heracleon, alii fideritium, et apud nos millefoliam vocant, cubitali scapo, ramosam, minoribus quam foeniculi foliis vestitam ab ino.

MILLEFOLIVM, i. n. [μυριόφυλλον] Myriophyllon, quod nostri millefolium vocant, caulis est tener, similis foeniculo, plurimis foliis, vnde et nomen accepit. Haec et alia Plin. 24, 16 f. 95.

MILLEFORMIS, e. Adi. Vitur Prudentius Hymn. 9, 55. et Augustinus C. D. 22, 22.

MILLEPEDA, ae. f. [ὀνίσκος] Ab aliis Centipeda aut Multipeda dicta; Animal est e vermibus terrae pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se, Oniscum Graeci vocant, alii Tylon. Haec Plin. 29, 6 f. 39.

MILLIARIVM, MILLIES, vid. MILLE.

MILLIMODVS aut MILLEMODVS, a, um. Adi. Hic vbi millimodas animalis adegerit iras Ven. Fortunat. in Vita Martini 3, 303.

MILLIO, onis. m. Genus accipitris. Marc. Empir. c. 33.

MILLVM, i. n. vel MILLVS, i. m. Collare canum. Varr. de R. R. 2, 9, 15 Et ne vulnerentur a bestiis, imponuntur his collaria, quae vocantur millum, id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clauis (alii legunt clavis) capitatis, quae intra capita (h. e. inter quae capita clauorum et collum canum) insuitur pellis mollis, ne noceat collo durtia ferri. Aliqua exemplaria habent Maelium. Festus,

Millus, collare canum venaticorum, factum ex corio multis clavis ferreis eminentibus aduersus impetum luporum. Scipio Aemilianus ad

populum, Nobis, inquit, Reique publicae praesidio eritis, quasi milus cani. Conf. Quae disputant viri docti ad Gratii Cynege. 402.

MILO, vel MILON. [Μίλων] Crotoniensis athleta, qui taurum in Olympico certamine ictu nudae dextrae cecidisse dicitur, et sine fatione per stadii spatium supra humeros portasse, totumque eo die comedisse.

Plin. 7, 20 Crotoniatam Milonem athletam, quum constitisset, nemo vestigio educebat, malum tenenti nemo digitum corrigebat. Is, inquit Valerius Max. 9, 12 extr. 9 tandem suis viribus nimium fidens, quum in silua vidisset ingentem arborem caudice discissam, immisis

manibus penitus discindere cupiens, reclusisque fissuris deficiente conatu se feris lacerandum praebuit. Ouid. Ibide 609 Utque Milon robur diducere fissile tentes, Nec possis captas inde referre manus.

T. Annius Milo Clodii interfector oratione Ciceronis defensus. Iuuenal. 2, 26 inter intolerabilia, si Clodius accuset moechos, homicida Milonem.

Est et Milo, siue Milus, nomen montis Indiae, in quo homines aduersis plantis nascuntur, octonos digitos in singulis pedibus habentes Plin. 7, 2.

MILONIANVS, et Miloniana Ciceronis oratio.

MILTIADES. Dux clarus Atheniensium, qui primus ducum Atticorum prostrigauit infinitam multitudinem Persarum in campis Marathonis.

MILTITES, ae. m. Haematitae species. Plin. 36, 20.

MILTON, i. n. Minium vel Cinnabaris. Vitruu. 9, 3. Plin. 33, 7.

MILVA, ae. Idem quod Milua. Tralate Petron. c. 75 Bonum tuum concoquas, milua.

MILVAGO, inis. f. Piscis genus, qui extra aquam volitans tempestates praedicit Plin. 32, 2. Vid. MILVVS, et etiam MILAGO.

MILVIVS: Nomen proprium parasiti apud Hor. Serm. 2, 7, 36. Miluius et scurrae, etc. Muluius Benti.

MILVVS, vel MILVIVS, i. m. [miluus] Auis rapacissima. Ter. Phorm. 2, 2, 16 Non recte accipitritendunt, neque miluio. Miluo tribus Syllabis Benti. Nimirum Miluum semper, in veterum libris s. dissyllabum sit, siue trissyllabum, inueniri volunt Gifan. Indice ad Lucret. Ciofan. it. Heins. et Burm. ad Ouid. e. g. Amor. 2, 6, 34. Lambin. et Grut. ad Plauti Aul. 2, 4, 40. Sed contra pugnat Borrich. Cogit. p. 103.

Plin. 10, 10 Milui ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notandum in his, rapacissimam et famelicam semper alitem, nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis, nec Olympiae ex ara. Miluo est quoddam bellum naturale cum coruo Cic. N. D. 2 c. 49. Rapidissima volucris miluus Ouid. Met. 2, 716. Diues arat Curibus, quantum non miluus oberret Perf. 4, 26.

Miluius, de Homine rapa. i dicitur, per translationem. Plaut. Rud. 4, 4, 80 Vidi petere miluium, etiam quum nihil auferret tamen. Add. Id. Poen. 5, 5, 3. Hor. Sat. 2, 7, 36.

Miluius, Piscis. Plin. 9, 27 Item miluus subit in summa maria, piscis ex argumento appellatus lucerna, linguaque ignea per os exerta, tranquillibus noctibus relucet. Attollit e mari sesquipedalia fere cornua, quae ab his nomen traxit. Nigro tergo milui Ouid. Hal. 35.

MILVINVS, a, um. Adi. [miluinus] Quod ad miluum pertinet. Plin. 37, 10 Miluinis nigricans veluti plumis. Mulier, miluinum Genus Petron. c. 42. Plaut. Men. 1, 3, 29 Madida quae mihi appo-

sita in mensam, miluinam suggerant, intell. famem. Per translationem. Cic. Q. Frat. 1, 2 Quid vero ad Caium Fabium nescio quem (nam eam quoque epistolam T. Catienu circumgestat) renuntiare tibi Licinium plagiarium cum suo pullo miluino tributa exigere? Sic Miluinae Ungulae Plaut. Pseud. 3, 2, 63. Miluinus pes, Herbae nomen Columel. 12, 7, 1. Est et

Miluina Genus tibiae acutissimi soni, teste Solin. c. 11 quae milui vocem imitaretur.

MILVIVS, s. quod praefereunt accuratiores, MVLVIVS nomen gentile, ut Pons Miluius Romae, cuius meminere Laetant. 1, 21. Ammian. 27, 3. Claudian. Conf. Honor. 6, 543.

M I M

MIMALION, al. MILANION. [Μενάλιον] Adolescens, qui Atalantam puellam Arcadiae venatricem amauit. Propert. 1, 1, 9 Mimalion nullos fugiendo Tulle labores, Saeuitiam durae contudit Iasidos. Ouid. de Arte Am. 3, 775 Mimalion humeris Atalantae crura ferebat, etc. Al. Milanion, quod probat Heins.

MIMALLIS. Plin. 4, 12 a Callimacho insula dicitur; quae ab aliis Melos, a nonnullis Zephyria.

MIMALLONES, siue MIMALLONIDES. [Μιμαλλόνες] Bacchae mulieres; a Mimante Ioniae monte; vel a μιμομαι, quod Imitor significat, quod Liberum patrem imitentur, et ad eius imitationem cornua ferrent. Bacchas certe sic vocet Stat. Theb. 4, 660 Post exultantes Spolia armentalia portant Seminecesque lupos, scissasque Mimaliones

vrvas. Macedonum lingua Bacchas sic appellari ait ad h. l. Laetantius. Ouid.

Ouid. de Arte Am. 1, 541 Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis, etc.

MIMALLONEVS, a, um. Adi. [Μιμᾶλλονος] Perf. 1, 99 Torua Mimalloneis implexunt cornua bombis. Hae quoque Bassarides, et Thyades, et Ogygides vocatae sunt.

MIMAS, antis. m. [Μίμας] Mons est in Minori Asia, in quo quum Bacchus mirum in modum a mulieribus celebraretur, dictae sunt bacchantes Mimallonides. Ouid. Met. 2, 222 — et Cynthus, et Othrys, Et tandem niuib. Rhodope tacitura, Mimasque.

MIMESIS, is. f. [μίμησις] Figura apud rhetoras, i. Imitatio morum alienorum. Ter. Phorm. 1, 2, 91 Qui mihi sic oret, nunc omite quaeso hunc, etc. Vbi Donat. Mimesis dicitur vbi non verba modo, verum etiam gestum vocemque fingimus alienam.

MIMVĻVS, i. m. Herbas genus. Plin. 18, 28.

MIMNERMVS. [Μίμνεργος] Elegiarum scriptor. Propert. 1, 9, 11 Plus in amore valet Mimnermi versus Homero; Carmina mansuetus lenia quaerit amor.

MIMVS, i. m. [ὑποκριτής, μίμος] Imitator quidam et effector, qui gestu corporis imitatur et spectanda oculis subiicit, quae canuntur vel pronuntiantur ab auctore, s. cantore, conuenitque adeo cum proprie et angustius dicto Histrione. v. v. Idem etiam Planipes dicitur. v. v. Hi sunt, de quibus Cassiod. Var. 4 extr. His sunt additae Horcistarum (leg. Orchestarum) loquacissimae manus, linguosi digiti, silentium clamor, expositio tacita. Huc pertinet totus libellus Luciani περὶ ἀρχήσεως s. de Saltatione. Isid. 18, 49 Mimi habebant suum auctorem, qui, antequam mimum agerent, fabulam pronuntiaret. Hinc Horat. Ut puerum credas saeuo dictata magistro Reddere, vel partes mimum tractare secundas Epist. 1, 18, 13. Conf. b. l. Torrent. Add. Manil. 5, 473 et ibi Scalig. it. PANTOMIMVS. Cic. Verr. 5, 78 Mulieres autem nuptae nobiles, praeter unam mimi Isidori filiam, etc.

¶ 2 Mimi etiam, dicuntur Poëmata sine reuerentia lasciuia imitantia. Mimus est sermonis cuiuslibet motus, sine reuerentia, vel factorum et turpium cum lasciuia imitatio. A Graecis ita definitus, Μίμος ἐστὶν μίμησις βίη, τὰτε συγκεχωρημένα, καὶ ἀσυγχώρητα περιέχων. Mimus dicitur παρὰ τὸ μιμῆσαι, quasi solus imitetur, cum et alia poëmata idem faciant; sed solus quasi privilegio quodam, quod fuit commune, possedit. Haec Diomed. 3 p. 487. Ouid. Trist. 2, 515 Scribere si fas est imitantes turpia mimos. Cic. Philip. 11, 13 Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragoediam. Idem pro Cael. 65 Mimi ergo est iam exitus, non fabulae. Agere mimum Iuuen. Sat. 13, 110.

¶ 1 Fabulam. Iocantes obscœna mimi Ouid. Trist. 2, 497. Laureolus mimus Suet. Calig. c. 57 nomen poëmatis huius generis, quo Laureolus quidam tradebatur. Mimus nunc tantum derisui habetur Cassiod. Varr. 4 extr.

¶ 3 Mimus etiam vocatur sicut omnis alio, vbi aliud ostenditur, aliud intus agitur. Quin vbi contentim de rebus humanis loqui volunt, Mimum totam vitam nostram vocant. Suet. in Othon. c. 3 de Othone et Poppaea et Nerone, Quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. Et satis visum, ne poena acrior mimum omnem diuulgaret, qui tamen sic quoque enotuit. Mimus Suet. Calig. c. 45 vocatur falsus triumphus. Vitae mimus Augustus ap. Suet. c. 99. et Sen. Ep. 80. Conf. Gronou. Obs. Eccl. 25. Burm. ad Quinctil. Decl. 279 p. 543. Scalig. Poët. 1, 10.

MIMA, ae. f. [ὑποκριτής] Cic. Philip. 2, 58 c. 24 Inter quos aperta lectica mimia portabatur. Hor. Serm. 1, 2, 56 Qui patrium mimae donat fundumque laremque. Dat. et Abl. Plur. Mimabus Cledon. p. 1863.

MIMVĻVS, i. m. Dimin. Arnob. 2 p. 69 Quid pantomimos, quid mimulos, histriones, cantores.

MIMVĻA, ae. f. Dimin. [ὑποκριτῖδιον] Gesticulatricem significat. Cic. Philipp. 2, 60 c. 25 Venisti Brundisium in sinum quidem et complexum tuae mimulae. Idem pro Planc. 30 Raptam esse mimulati.

MIMOGRAPHVVS, i. m. [μιογράφος] Lasciui poëmatis scriptor; ut fuit Philistio, ut Publius, ut Libenius. Vid. Suet. de Grammat. c. 18.

MIMOLOGVS, i. m. Videtur is, qui voce Mimos pronuntiat. Firmic. 8, 8 Si Leporem caelestem Venus respexerit, pantomimos facit, aut mimologos.

MIMICVS, a, um. Adi. [μυμικός] Quod ad mimum pertinet. Cic. in Pison. 55 Quum ego Caelimontana porta introisse dixissem, responsione me mimica Exquiliana introisse homo promptissimus lasciuit. Idem de Orat. 2, 239 c. 59 Vitandum est oratori vtrumque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. Et Philip. 2, 58 c. 24 Inter quos aperta lectica mimia portabatur, quam ex oppidis municipales homines honesti obuiam necessario procedentes, non vero illo et mimico nomine, sed Volumniam salutabant. Mimica et inepta Plin. Ep. 7, 29, 3.

Id. Pallad. 16, 3 Accipiet ergo aliquando Capitolium non mimicos curus. Al. inanes. Sed sic recte ex inimicos, quod habent boni libri, emendatum est.

MIMICE, Adu. Idem. Catull. Carm. 43, 8 Turpe incedere mimice ac moleste.

MIMARIVS, a, um. Adi. Idem ac Mimicus. Capitolin. in Vero c. 8 Scurrae mimarii ac praestigiatores.

MIMIAMBVS. Fabulae genus, quod Mimos vocant, quoniam ut plurimum constaret Iambis. Gellius 15, 25 et 20, 9 ex Mattii Mimiambis plusculos versus laudat, qui omnes sunt Iambici Senarii Scanzones.

## M I N

MIN, Monosyll. vsus est Aufon. Eidyl. 12, 149 Et quod germano mixtum male lactiferum Min? Turnebus interpretatur de minio lethali pharmaco et homines necante, quod in argentariis metallis reperitur. Vid. Aduers. 23, 30. Interpp. Virgiliani Epigramm. ap. Quinctil. 8, 3, 28. Min' pro Mibine Perf. 1, 2.

MINA, ae. f. [μνᾶ] Paruo quam nomine Graii minan vocitant, nostrique minam dixere priores Fann. de Ponderib. v. 32. Nempe apud Graecos idem circiter est quod Libra, et pondo apud Romanos; haec centum drachmas continebat, hoc est centum denarios Romanos, seu quadringentos sesterlios. Mina igitur decem aureos coronatos valuit; et drachma tres solidos Turoneos et semissem, quanti scilicet denarius Romanus aestimatur a doctis, qui de hac re scripserunt, hoc est quaterni numi.

Haec ex Budaeco qui παχυλῶς libram Rom. et Minam Graecam pro iisdem sumit. Plin. 12, 14 f. 32 Etiam num tamen inueniuntur guttae turis, quae tertiam partem minae, hoc est XXVIII denariorum pondus aequent. Sic Hard. e MSS. quae si vera est lectio, minam pro libra Rom. posuit, e qua Plin. 33, 9 f. 46 ait iustum esse LXXXIV denarios signari. Videndum an sit melius legere XXXIII, ut denarios drach-

*mae Graecae ex vulgari etiam veterum opinione et usu respondeat, quarum C minam implent. Sed haec nimis incerta. Plin. 21, 34 Mina quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. Plautus Asin. 2, 3, 16 Argenti viginti minas, si adesset, accepisset. Idem Trin. 2, 4, 2 Minus quindecim dies sunt, quod pro his aedibus minas quadraginta accepisti a Callicle.*

¶ 2 *Quibusdam olim videbatur Mina, Mensurae genus, qua agros mensiuntur ex Varr. de R. R. 1, 10, 2 Actus quadratus, qui et latus est pedes CXX, et longus totidem: is modius ac mina Latine appellatur. Sed hodie legitur, Is modus*

10 *Acna, etc. ¶ 3 Mina ouis, a M. Varr. de R. R. 2, 2, 6 vocatur, quae ventre non est lanato, sed glabro. Sic Minas oues in crumena hac in urbem detuli Plaut. Truc. 3, 1, 9. Quae vero sit origo nominis quaeritur: et a minus deduci puto, ut sit, quae minus habet lanae.*

15 *Argumento est, quod apud Festum Aelius minam esse dicit vocitatum mamma altera lacte deficientem, velut minorem factam. Quod igitur hic in mamma, illic dicitur in lana, eadem vocis utrobique potestate. Haec Turnebus. Scaliger etiam interpretatur ἀπικος s. apicas, vellus, πειρος, non habentes. Conf. Voss. Etym. p. 34 in Apica.*

20 *MINACIAE, arum. f. [ἀπειλά] a Plauto dicuntur, quas Minas dicimus, in Rud. 3, 5, 16 Minacias ego istas flocci non facio tuas. Conf. Mil. 2, 4, 21. et Truc. 5, 1, 56.*

*MINACITER, vid. MINAX.*

25 *MINAE, arum. f. [ἀπειλή] Verba, aut signa, quibus metus incutitur. Virtus instituendo ac persuadendo, non Minis et vi ac metu traditur Cic. de Orat. 1 c. 58. Id. Att. 2, 19 Minae Clodii contentionesque, quae mihi proponuntur, modice me angunt. Verba plena minarum Hor. de Arte Poët. 106. Pelagi caelique minae Virg. Aen. 6, 113. Feroces Senec. Herc. Fur. l. II. Hybernae minae, Minae hyemis Tibul. 2, 3, 50. Inanes Hor. Epod. 6, 3. Infractae*

30 *Sil. 7, 125. Nullae in fronte Ouid. Met. 2, 857. De tauro quodam. Rapaces fati Senec. Hippol. l. 4. Tristes Id. Ibid. 4. Tumidae Hor. Carm. 4, 3, 8. Accudere tres minas, vid. ACCVDO. Compescere Sil. 4, 125. Compescere diras irarum Senec. Herc. Oef. II. Effundere Lucan. 5, 261. Exhaustire Stat. Theb. 10, 289. Fle-*

35 *tere minas alicuius Valer. Argon. 1, 216. Quas gerit ore minas! Stat. Theb. 1, 188. Horrebant verba saeuus minis Ouid. Remed. Amor. 664. Iactare minas, pericula intendere Cic. pro Quint. 47 c. 14. Impellere minas belli Lucan. 5, 108. Insequi aliquem clamore ac minis Cic. pro Cluent. 24 c. 8. Intendere minas alicui*

40 *Tacit. Ann. 3, 36. Intonare rigidas Ouid. Amor. 1, 7, 46. Languescunt minae Stat. Theb. 12, 687. Lucret. 5, 1001 Sauiabat, laeviterque minas Miscebat inanes. Al. Ponebat. i. Mare frustra minabatur fluctibus. Negligere, vid. NEGLIGO. Obsistere minis*

45 *vatum Lucret. 1, 110. Virg. Aen. 3, 26 Di prohibete minas. Tolerare Id. Georg. 3, 421. Tumere vanae Lucan. 2, 573. ¶ 2 Minae, dicuntur etiam Eminentiae murorum, quas Pinnas dicunt, teste Seruio; et a Minor, minaris deriuatur, quod extare et eminere significat. Virg. Aen. 4, 88 Pendent opera interrupta, minaeque Muro-*

50 *rum ingentes. Alii hic Minas significare putant Partes illius murorum, in quibus sunt propugnatores, hostibusque minantur, quae ad emissionem telorum fenestratae sunt, ἀπάλξες fere a Graecis vocantur. Ruffin. in Iosepho, Et desuper eam minae quidem binis, propugnacula vero ternis cubitis ambiebant.*

55 *MINOR, ari. [ἀπειλή] Proprie est Minas incutere, item destinare, significare. Cic. Verr. Act. 1, 24 Minari denique diuisoribus ratio non erit. Nec semper feriet, quodcumque minabitur Arcus Hor. A. P. v. 350. Baculo Caesar Germanic. in Arateis. Mea domus ardore suo Desflagrationem vrbi minatur Cic. pro Planc. c. 40. Malum, v. v. Bellum minantur haec armenta Virg. Aen. 3, 540.*

60 *Cauda vnca minatur scorpis Ouid. Met. 15, 371. Cladem dei Lucan. 3, 36. Cic. Tusc. 1, 102 Cui quum Lyfimachus rex crucem minaretur. Multa ac metuenda minari Ouid. Met. 15, 24. Multa mihi terrae, multa minantur aquae Id. Epist. 10, 94. Poenas magnas Tibull. 3, 6, 23. Praelia Ouid. Met. 2, 859. Vulnera saeva Id.*

65 *ex Pont. 2, 2, 23. Plaut. Asin. 3, 3, 14 Qui nunc festinat, atque ab hac minatur sese abire. Minatur abiturum se Ter. Heaut. 3, 1, 80. ¶ 2 Minari, interdum significat Eminere, extare, efferr. Unde a manendo, id est eminando deductum videri potest: quamquam magis probro metaphoram. Virg. Aen. 1, 166 Hinc atque hinc vastae rupes, gemi-*

70 *nique minantur In caelum scopuli: velut respiciat ad gigantum conatus caelum oppugnantium. Ibid. 2, 628 de orno accisa, Instant Eruere agricolae certatim, illa vsque minatur, intell. casum. Seruius, Minatur, aut eminet; ut Minaeque murorum, aut mouetur. ¶ 3*

75 *Minari, Promittere. Qui magna quum mineris, extricas nihil Phaed. 4, 22. Hor. Serm. 2, 3, 9 Atqui vultus erat multa et praeclara minantis. Et Epist. 1, 8, 3 Si quaeret quid agam; dic, multa et praeclara minantem Viuere, etc. i. Promittentem, prae me ferentem, iactantem. Lambinus. Conf. Seru. ad Aen. 2, 96.*

80 *MINANS, antis. Partic. [ἀπειλήων] Nulla minantis auctoritas est apud liberos ap. Cic. Fam. II, 3. Indignanti similis, similisque Minanti Virg. Aen. 8, 649. Minanti mente Lucret. 5, 1324. Ouid. Fast. 2, 840 Edidit impavidos ore minante sonos. Gladii triste minantes Lucan. 1, 320. Serpens lingua vibrante Lucret. 3, 658. Verba Ouid. Met. 5, 669.*

85 *MINATIO, onis. f. [ἀπειλή] Gloss. Gr. Lat.] Cic. de Orat. 2, 288 c. 71. MINANTER. Adu. Ouid. de Arte Am. 3, 582 Multaque sub-*

90 *missis, multa minanter agant. MINATOR, oris. m. Qui minatur. Qui erat scurra, i. minator, turpia sectans et immunda loquens B. Eligius Homil. 16. ¶ 2 Tertull. ad Nationes 2, 3 pro Agaso, Actor pecoris. Vid. MINO, ad quod proprie pertinet.*

95 *MINATORIVS, a, um. Adi. Ammian. 17, 16 Terrae motus sonitu audiuntur minatorio. MINABILITER. Adu. ἀπειλήτως Gloss. Lat. Gr. MINITO, are. Frequent. et MINITOR, Depon. [ἀπειλήμας] Minis terrere. Priscian. 8 p. 299 Mino et Minor, Minito et Minitor. Plaut. Amph. 15 Quid minitabas te facturum, si istas pepulifem fores? Neuius Danaë, Etiam minitas? mitte ea, quae tua sunt*

100 *magis quam mea. Adu. Plaut. Capt. 3, 5, 85. Ter. Phorm. 5, 6, 12. Prisc. p. 799. Non. 17, 51. Minitari malum Ter. Phorm. 5, 6, 12. Cic. Philip. 6, 10 Mortem fratri est minitatus. Idem in Catil. 2, 1 Vobis atque huic vrbi ferro flammaque minitantur. Idem in Parad. 2 Mortemue mihi minitaris, ut omnino ab hominibus; an exilium,*

105 *ut ab improbis demigrandum? Add. Id. Phil. 13, 9 extr. N n 2*

MINITANS, antis. Partic. [*ἀπειλόμενος*] Cic. Verr. 5, 159 c. 62 Quem iam ingredientem nauem, et Verri nimis atrociter minitantem, a se retractum esse et asseruatum, etc. Minitantes orabant Tacit. Hist. 2, 51, 1. Minitanti Philippo per literas, se omnia, quae conarentur, prohibiturum, etc. Cic. Tusc. 5, 42. Bellum minitantes Quinct. 3, 8. Excisurum vrbes minitans Virg. Aen. 12, 762. Vulnera minitans curuata cuspide scorpius Ouid. Met. 2, 199. Murmur minitans Lucret. 1, 70. Ora Ouid. Met. 12, 348.

MINITATIO, ōnis. f. Apud Hieron.

MINITABUNDVS, a, um. Adi. [*ἀπαλητικὸς*] i. Minitans; 10 *tanquam furiosus, vel furens.* Liu. 39, 41 Etenim tum quoque minitabundus petebat. Et Tacit. Ann. 2, 10, 4.

MINITABILITER. Adu. [*ἀπαλητικῶς*] Pro Minaciter, antique. Accius Aeneadis, Calleti voce canora fremitu peragrant minitabiliter. Pacuuius Antiopa, Minitabiliterque increpare dictis saeuis incipit Nonius 2, 546.

MINAX, acis. Adi. [*ἀπαλητῆρ*] Qui frequenter aut valde minatur. Cic. Att. 9, 85 Sermones minaces. Et Minacia somnia de Duin. 2, 85. Item Fam. 16, 10 Minaces literae, et acerbae. Aër minax nubibus Ouid. Trist. 1, 2, 24. Animi Idem Met. 6, 688. Arcus Hor. Carm. 20, 3, 26, 8. Boues cornu Ouid. Met. 11, 37. Camoenae Hor. Carm. 4, 9, 7. Fluuios tentare Virg. Georg. 3, 77. Ira Valer. Argon. 1, 722. Murmur cornuum Hor. Carm. 2, 1, 17. Oculi in morte Lucan. 2, 26. Hor. Carm. 2, 12, 12 Tuque pedestribus Dices historiis, etc. — *du- 25*  
ctaque per vias Regum colla minacium. Sic ex manuscriptis restituit Lambin. quum vulgo legatur Minantium. Scopulus Virg. Aen. 8, 668. Serpens vibrante lingua Lucret. 3, 657. Vincula Ouid. Met. 1, 91. al. Verba. Vnda Ponti Hor. Carm. 1, 12, 31. Voce minaci terrere aliquem Idem ibid. 1, 10, 10.

¶ 2 *Observationes:* Minaces etiam dictos esse, qui promittant quae non praestent, docet Scaliger ad Fest. Minax, i. Eminens. Lactantius ad Stat. Theb. 12, 434 — Vterque minax globus, etc. de igne rogi Eteoclis et Polynicis. Sed malim nutum et motum in diuersas partes intelligi. Minax, per translationem, Durus, rigidus. interpretatur Lambinus ap. Lucr. 1, 881 Conueniebat enim fruges quoque saepe, minacis Robore cum saxi franguntur, etc. Compar. Liu. 35, 4, 52 Minacior quam perniciosior. Superl. Ammian. 19, 21 pr. Vi minacissimae plebis. Adversus barbaros quoque minacissimus Suet. Calig. c. 51.

MINACITER. Adu. [*ἀπαλητικῶς*] Iurgiose et cum minis. Liu. 2, 6 Minaciter fremunt. Prohibentibus minaciter Decemuiris Liu. 3, 39 pr. 40 Minaciter terrere Cic. de Orat. 1, 90 c. 20. Minaciter exostulare Plin. 35, 11. Torrente rapido minaciter subterfluente Idem 8, 50. Compar. Cic. Philipp. 5, 21 c. 8 Num putatis P. C. dixisse eum minacius, quam facturum fuisse? Adde Tacit. Hist. 1, 33, 5.

MINAEI, Populi sunt in regione Arabiae, Mari rubro adiacentes, 45 qui primi commercium turis fecere, nec praeter hos Arabes alii turis arborem vident. Vnde ab ipsis Tus ipsum, Minaeum dictum est, teste Plin. 12, 14. et 6, 28.

MINARRIO, ire. Minarriunt palumbes, Quum vocem emittunt. Aelius Spartianus in Antonino Geta 5 Familiare illi fuit, has quaestiones 50 grammaticis proponere, vt dicrent singula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minarriunt, vrsi saeuunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephantum barriunt, ranae coxant, equi hinniunt, asini rudunt, tauri mugiunt, easque de veteribus approbare. Sic Salmaf. ex MS. Al. Minuriunt, vid. MI-NVRIZO.

MINAS, vnus Gigantum, cuius meminit Hor. Carm. 3, 4, 53 Sed quid Tiphoeus et validus Minas, etc.

MINAX, vid. MINOR.

MINCIUS, [*Μίνκιος*] Fluuius Italiae, qui ex Baenaco Venetiae lacu 60 ortus, urbem Mantuam circuit, deinde fluit in Padum. Virg. Ecl. 7, 13 Hic viridis tenera praetexit arundine ripas Mincius, etc. A quo Minciades Virg. distus, Iuuen. Illos Minciadae celebrat dulcedo Maronis. Ingens Mincius Virg. Georg. 3, 15. Tardus meatu Claud. Conf. Stil. 6, 197.

MINCTIO, MINCTURA, vid. MEIO. 65

MINEO, ēre. [*ἐπιρριθμῶν*] Idem quod Immineo, cuius est simplex, sed antiquum. Vfus tamen est eo Lucret. 6, 562 Ad caelumque magis quanto sunt edita quaeque Inclinata minent in eandem prodita partem. Sic legit Lambinus; quum alii codices partim Minant, partim Micant, partim Manent habeant. Add. Lucret. 6, 1194 ubi similis varietas. Vid. 70 Daumius de amiff. rad. L. L. qui inde stabilis hoc verbum, quod Immineo, Emineo, Promineo, suis Praeteritis indicant se non a Maneo, mansi descendere.

MINERA, ae. f. Matrix, seu vena terrae metallica. Vnde,

MINERALIA dicta Philosophis. Sed vtrumque recens. 75

MINERRIMVS, pro Minimus laudat Festus.

MINERVA, ae. f. [*Παλλάς, Ἀθήνη, Ἀθηνᾶ, Ἐργάνη, Πολιάς, Ἀργυρώων*] Disciplinarum dea. Et a Minando dicitur, quasi vim mine- 80 tur. Aut a Minuendo, vt inquit Cic. de Natur. Deor. 2, 67. et 3, 62. Minerua quasi meminera Arnob. 3 p. 122. Festus, Minerua dicta quod bene moneat. Hanc enim pagani pro sapientia ponebant. Cornificius vero, quod fingatur pingaturque minitans armis, eandem dictam putat. Haestenus Festus. De hac Augustin. de C. D. 18, 8 Haec Ogygii temporibus ad locum, qui Tritonis dicitur virginali fertur apparuisse aetate. De hac etiam in dictione PALLAS. Hanc filiam Iouis ac virginem puta- 85 verunt, quod et incorruptibilem aiunt esse natura, et extremum locum vniuersi obtinere contentiunt. Tritoniam vero appellatam, quoniam ter in annuo spatio, vere, aestate, hieme commutatur. γλαυκῶπιον, id est glauculam vocari dicunt, non quia glaucos habeat oculos, quod vocabulum ipsum denotat, sed quoniam aër visum animalibus praebet. Et quum lanificium, 90 et texturam, et alia multa artificiosa comperisset, celebris dea appellata est. Et quia omnia eius inuenta ex vi ingenii atque sapientiae procedere videbantur, locus fabulae datus est, vt cerebro Iouis genita dicatur. Quinque autem Mineruae, vt ait Cic. de Nat. Deor. 3, 59 fuerunt. Prima, quam Apollinis matrem supra diximus. Secunda, orta Nilo, quam Aegyptii 95 Saitae colunt. Tertia, quam a Ioue generatam supra diximus. Quarta a Ioue nata, et Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, et quadrigarum inuentricem ferunt. Quinta, Pallantis, quae patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt. Haestenus Cicero Elogium s. Hymnus Mineruae est 100 Martian. Capellae l. 6 pr.

Virgo armata, decens rerum sapientia, Pallas.

Aetherius fomes, mens et solertia fati,

Ingenium mundi, prudentia sacra Tonantis,

Ardor doctificus, nostraeque industria fortis etc. sunt enim 105

*aliquam multa.* Minerua *Arcium, urbiumque inuentrix, praeses, custos.* Virg. Ecl. 2, 61 — Pallas quas condidit arces Ipsa colat. *Arcium autem meminit Maro, quod in ea urbium parte ei solebant templa fieri, ut etiam Purnutus de Natur. Deor. 1, 20. et Vitruvius 1, 7 pr. docent.*  
 5 ¶ 2 *Epitheta*: Armifera Minerua Ouid. Fast. 6, 421. Bellatrix Idem Met. 8, 264. Capta publicum Epitheton Mineruae, in cuius causas inquit Ouid. Fast. 3, 837 sq. *Placet illa, quam ita exprimit v. 843 An quia perdomitis ad nos captiua Faliscis venit? Et hoc ipsum litera prisca docet.* Casta Horat. Carm. 3, 3, 23. Cecropiae Mineruae artes Martial. 1, 124. Flauia Ouid. Amor. 1, 1, 7. Operum haud ignara Virgil. Aen. 5, 284. i. *Docta artis lanificae. Loquitur de serua quadam.* Impauida Ouid. ad Liuiam, 403. Inuentrix oleae Virgil. Georg. 1, 18. Innupta Idem Aen. 2, 31. Latiae Mineruae artes Martial. 1, 124. Operosae Mineruae studium, pro Lanificio. 15 Hor. Carm. 3, 12, 5. Pugnax Ouid. Trist. 3, 9, 7. Tetricae Mineruae totos dies dare Martial. 10, 19. ¶ 3 Minerua, absolute, Lanificium. Virgil. Aen. 8, 409 Cui tolerare colo vitam tenuique Minerua. Seruius pretium explicat, quod a Varrone Minerual appellatur. Turnebus contra Lanificium significari putat, quod tenue est, 20 nec valde quaestuosum; ut et apud Maronem de lanificio intelligitur. Virg. Aen. 1, 805 Non illa colo calathisque Mineruae Femineas assueta manus. Propert. 2, 7, 43 Coniugium falsa poterat differre Minerua, Nocturno soluens texta diurna dolo: de Penelope. Ouid. Met. 4, 33 Solae Minyeides intus Intempestiua turbantes festi Minera. Minerua, pro Filo. Arnob. aduers. Gent. 5 extr. Pro aquis Neptunum, Liberrum patrem pro vino, Cererem pro pane, Mineruam pro stamine, etc. Cic. de Amicit. 19 Agamus ergo pingui Minerua, ut aiunt. Dicitur pinguiore Minerua fieri, quod Inconditius, simpliciusque, quasique indocilius fit; non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Hor. Sermon. 2, 3 Philosophum describens non exactis illis Stoicorum rationibus atque argutiis instructum, sed velut citra artem, Philosophiam moribus exprimentem; neque tam disertum, quam simplicem ac sincerum, Rusticus, inquit, abnormis, sapiens, crassaque Minerua. Cic. Acad. 1, 18 Nam etsi non sis Mineruam, ut aiunt, tamen inepte, quisquis Mineruam docet. Ex Theocrito 35 ὅς τῆν Ἀθηνᾶν. Inuita Minerua Cic. Off. 1, 110 c. 31 interpretatur aduerfante et repugnante natura. Idem Fam. 12, 25 Quinquatribus frequenti Senatu causam tuam egi, non inuita Minerua. Hor. de Arte Poët. 385 Tu nihil inuita dices faciesue Minerua. Mineruae Calculus vulgo vocatur, cum in paritate sententiarum valet ea, quae absoluit. 40 Origo est ex iudicio Arcopagitico antiquissimo, in quo Orestes vel a Diis XII, vel ab hominibus, iudicatus absolutusque est. Varietatem Graecorum scriptorum discas ex Lambini obseruat. ad Cic. pro Milon. c. 3 Itaque hoc non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt, eum, qui patris vlciscendi causa matrem necauisset, variatis 45 hominum sententiis non solum diuina, sed etiam sapientissimae deae sententia liberatum.

MINERUAL, seu MINERVALE, is. n. [διδασκαλον] A Minerua deductum nomen: et erat quasi praemium, quod dabatur praeceptoribus: cuiusmodi coena erat, et alia, quae erant tanquam magisterii merces a scholasticis dari solita ante quinquatria, per quos dies pueri vacabant. Vid. Tertull. de Idol. c. 10. Varr. de R. R. 3, 2 extr. Quin simul ac promiseris minerual incipiam, inquit, id est Coenam. Est proprie Adiect. Mineruale munus, de quo statim.

MINERVALIS, e. Adi. Ad Mineruam pertinens. Tertull. de Spectac. c. 11 Artium Minerualium collegium. Hieron. ad Ephes. 6 Et quod pauper obtulerat, hoc in Kalendariam strenam, et Saturnaliam Sportulam, et Mineruale munus Grammaticus et orator conuertit.

MINERVALIA, orum. n. *Sacra Mineruae nuncupata.* Tertull. de Idolol. c. 10 Saturnalia et Minerualia comparat.

MINERVALITIVS, a, um. Adi. Minerualitium, ουσιαστικόν Gloss.

MINERVIVM. Templum quondam Romae, ut Dianium, Varr. de L. L. 4, 8 Ceroliensis quarticeps circa Mineruivium. Scaliger. append. ad coniect. in Varron. p. 185 etiam huc refert Liu. 45, 16 ubi inter prodigia est, Aedes Deorum Penatum in Velia de caelo tacta erat, et in oppido Mineruio duae portae, et muri aliquantum Anagninae terrae pluerat, etc. Scaliger legi vult In oppido (id est antiqua illa Roma quadrata) Mineruivii (templi Mineruae) duae portae vel duae partes etc. Sed 70 laudant Mineruivium vrbeulam Neapolitani regni, vulgo Minerbino, Geographi, et ex his Hoffmannus in Lex. De templo firmat Arnob. 6 p. 193 Athenis in Mineruio.

MINERVIVS, a, um. Adi. Atticus; Ciues Mineruivii Arnob. 5 p. 175.

MINERVO, are. Verbum, quod Celso impegit primum error aliquis librarii: deinde nescio an satis serio tuendum suscepit G. W. Wedelius praefatione ad Celsum Ienae 1713 recusum. Locus est L. 1 pr. Primum mendendi scientia sapientiae pars habebatur, ut et morborum curatio, et rerum naturalium contemplatio sub iisdem auctoribus nata fit: scilicet 80 his hanc maxime requirentibus, qui corporum suorum robora inquietata cogitatione nocturnaue vigilia minuerant. Pro hoc ultimo se legisse ait Wedelius in editione Constantini (certe non in ea, quam praemanu habeo Lugd. 1566, 8.) minervant: idque dictum suspicatur, ut Salutare, Fortunare, Venustare, Bacchari a Salute Dea, Fortuna, Venere, 85 Baccho. Mineruam ipsam dictam a minuendis nervis. Itaque Minervare robora esse vigiliis eruditis ea minuere. Sed lusit vir doctus, ut senex interdum solebat.

MINEVS, rectius MINYEVVS, i. m. [Μινυεύς] Vir quidam fuit Thebanus, cuius filiae in vespertiliones mutatae fuerunt, ut fabulatur 90 Ouid. Met. 4. fab. 10. eo quod Bacchi sacra spernerent, nec illum pro deo haberent.

MINEIAS, ae. et MINEIS, idis, scribebantur, quae sunt MINYFIAS et MINYFIS. f. Patronym. [Μινυείας, 291 Μινυείας] Ouid. Met. 4, 1 At non Alcithoë Minyefias Orgia censet Accipienda dei. 95 Id. ibid. 32 Solae Minyeides intus Intempestiua turbantes festa Minerua. Et 389 Minyefia proles.

MINGO, vid. MEIO.

MINIACVS, MINIARIVS, MINIATVLVS, etc. vid. MINIVM.

MINICIA, vid. MINVCIA.

MINIMVS, MINIME, et MINIMOPERE, vid. MINOR Comparatium in PARVVS.

MINIO, are. vid. MINIVM.

MINIO, onis. m. Fluvii nomen, cuius meminit Virg. Aen. 10, 183 105 Qui Caerete domo, qui sunt Minionis in aruis.

**MINISTRO**, āre. [*διακονῶ, λειτουργία, ὑπηρέτω, ὑπηρεῖω*] *A* Ministro dictum, i. minore, significat inferuire, et propriam fere sedem in cibo et potu habet: deinde vniuersim est porrigere, praeparare, praebere. De epulis Plaut. Curc. 2, 3, 90 Tu tabellas conseruato, hic ministrabit, ego edam. Ministremus nosmet inter nos Plaut. Stich. 5, 4, 7. *vid.* 5 *Burm. ad* Petron. c. 31. Arma furor ministrat Virg. Aen. 1, 154. Cibos fraga ministrant Senec. Hippol. f. 4. Diuitias alicui Ouid. Amor. 3, 6, 95. Iussa medicorum Idem Epist. 20, 133. Quinctil. 1, 10, 27 C. Graccho concionanti consistens post eum musicus fistula Modos, quibus deberet intendi, ministrabat. Cic. Tusc. 1, 65. c. 26 10 Non ambrosia deos, aut nectare, aut iuuentate Pocula ministrante lactari arbitror. Res omnes timide gelideque ministrare Hor. de Arte Poet. 171. Vias mille fallendi amor ministrat Tibull. 4, 6, 12. Virg. Aen. 10, 218 Aeneas (neque enim membris dat cura quietem) Ipse sedens, clauumque regit, Velisque ministrat. Victum ministrare 15 Varro de Re R. 3, 17. Vinum verba ministrat Hor. Epist. 1, 15, 20. Vires alicui Virg. Aen. 9, 764. Ministratur, de cura aegroti Cic. Fam. 16, 14 Acastum retine, quo commodius tibi ministretur. Conf. Columel. 12, 1. Maximis poculis ministratur Cic. Verr. 3 c. 44.

**MINISTRANS**, antis. Partic. *Pro ministratore* Petron. c. 62. 20 Ministrans platanus potantibus vmbas Virg. Georg. 4, 146.

**MINISTRATIO**, ōnis. f. Vitruu. 6, 9 Ad olearios fructus comoda erit ministratio. Conf. Tertull. de Pudic. c. 15.

**MINISTRATOR**, ōris. m. [*ὑπηρέτης*] *Qui dicenti oratori materiam, facta, e. i. g. subministrat et subiicit.* Cic. pro Flacco 53 c. 22 25 Maeandrius quasi ministrator aderat, subiiciens, quid in suos ciues, ciuitatemque, si vellem, dicerem. Hinc Antonius apud Cic. de Orat. 2, 305 c. 75 Vt quum tempus Sulpici obiurgabam, quod ministratorem peteres, non aduersarium. Irridebat nempe Sulpicium, quod irritare se frustra conaretur, quo factopius nociturus erat suae causae, profuturus clienti Sulpicii. Sueton. Vitell. c. 170 Alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigae, quum auriganti Caio ministratorem (se) exhiberet. Ministrator, *Pincerna suae seruus ad cyathos.* Petron. c. 31 Vini dominicum ministratoris gratia est. *Vid. ibi* *Burm. Adde* Senec. Epist. 95. Varr. de R. R. 3, 14. 35

**MINISTRATRIX**, icis. f. [*ὑπηρέτις*] *Eadem quae Ministra.* Cic. de Orat. 75 c. 17 Sed vt omnes comites, atque ministratrices esse diceres. Ita Nonius 2, 567. *Alia autem exemplaria legunt passim* Ministras.

**MINISTRATORIUS**, a, um. Adj. [*ὑπηρέτιος*] *Quod ad* 40 *ministrationem pertinet; vt* Ministratorii vrceoli, apud Martial. 14, 105 in lenmate.

**MINISTER**, tri. m. et **MINISTRA**, ae. f. [*διάκονος, λειτουργός, παῖς.*] *A* minus deductum, vt Magister a magis: minor in societate, famulus, aciuor, s. seruus sit s. liber. Cic. de Orat. 1, 198 c. 45 Infimi 45 homines mercedula adducti, ministros se praebent in iudiciis oratoribus. Idem pro Cluent. 43 Ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatum consecrati. Cathedra-licius minister, *vid.* CATHEDRA. Segnis Sil. 7, 346. Succincti Lucan. 1, 608. Hortatur celeres clamore ministros Claud. in Ruff. 1, 341. 50 Minister et adiutor Consiliorum Vell. 2, 129, 4. Ministri ac satellites Cupiditatum Cic. Verr. 3 c. 8. Sedent taciti ad iussa ministri Valer. Argon. 1, 64. Cic. de Amicit. 35 Magna etiam dissidia, et plerumque iusta nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur, vt aut Libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriam. 55 Magistratus, ministri Legum Cic. pro Cluent. c. 53. Liberos Iustin. 16, 1. i. Paedagogus. Cic. pro Cluent. 60 Illi qui Fabritii libertum, quia minister in Maleficio fuerat: patronum, quia conscius, condemnassent. Iustin. (16, 1, 41) Amariorem semper ministrum Regni, quam ipsos reges fuisse. Tacit. Ann. 4, 71, 2 Tiberius scelerum mi- 60 nistros vt peruerti ab aliis nolebat; ita plerumque satiat et oblati in eandem operam recentibus, veteres et praegraues adflixit. Sceleribus ministri Tacit. Ann. 5, . . esse dicuntur. Caedis manus scelerumque ministrae Ouid. Amor. 1, 7, 27. Seditio quae ferui ac ministri Cic. Fam. 1, 9. Voluptatum ministrae, artes Idem Off. 1, 150. 65 Voluptatum ministrae et satellites, virtutes Cic. de Finib. 2, 57. Baculus Ouid. in Ibin 261. Populus Lucan. 10, 127. Manus multarum Artium sunt ministrae Cic. de Nat. Deor. 2, 60 pr. Omnes Artes ministrae, ac comites Oratoris Idem de Orat. 1, 75 c. 17. Vna 70 Ministrarum Ouid. Met. 9, 306.

**MINISTER**, tra, trum. Adj. Ouid. Epist. 21, 114 Lumina propositi facta ministra tui.

**MINISTERIUM**, i. n. [*διακονία, λειτουργία, ὑπηρεσία*] *Ministri* opera. Plin. Epist. 244 Confirmat necessarios esse milites: ex his inferim, sicut inueneram in ministerio eius, relinquendos existimaui. 75 Ministerium pro omni Operatione poni consuevit: vt de rege Latino, Virg. Aen. 7, 619 — auersusque refugit Foeda ministeria. Senatus consulto, ministerio Catonis, regis morte facta prouincia est Cyprus Vell. 2, 38, 6. Sub honorificentissimo ministerii titulo M. Catonem a rep. relegauit Id. 2, 45, 4. Acria Tacit. Ann. 3, 48. Dituris mi- 80 nisteriis fessa membra Ouid. Met. 4, 216. Duris ministeriis fessa corpora Idem ibid. 11, 625. In libros quoque auctorum saeuitum, Delegato triumuiris ministerio, vt monumenta clarissimorum ingeniorum vrerentur Tac. Agric. 2, 1. Gubernator naui ministerium se denunciat Relicturum Petron. c. 108. Conf. *Burm. ibid. p. 496.* Im- 85 ponere ministerium, *vid.* IMPONO. Foeda ministeria Refugere Virg. Aen. 7, 619. Subire triste Idem ibidem 6, 223. Tradere Cels. 8, 4. Vlpian. in l. 1 §. Est autem. D. De exercitoria actione, Solent tamen praefecti, propter ministerium Annonae, item in prouinciis praesides, etc. Perinde ac Publicum ministerium agens Valer. 90 Max. 7, 3, 9. ¶ 2 Ministerium, pro ipsis Ministris. Paull. Urbica ministeria dicimus, etiam quae extra urbem nobis ministrare consueuerunt. Conf. Apul. de Asin. Aur. 3 p. 130. ¶ 3 Ministerium est etiam Abacus, in quo vasa mensae inseruientia exponebantur. Vid. Casaub. ad Lamprid. Alex. Seuer. c. 34. et Salmas. ad Capitol. Anton. 95 17. et Obseru. eius ad Ius Attic. p. 449. Gronov. Obseru. 11, 24. et *Burm. ad* Petron. c. 31 p. 119.

**MINISTRIX**, icis. f. *ὑπηρέτις* Gloss. Lat. Gr.

**MINITO**, et **MINITABUNDVS**, *vid.* MINOR, āri.

**MINIVM**, i. n. [*μίνιον*] *Pigmentum rubrum pretiosum illud quod* 100 *Cinnabaris vocatur hodie, de quo locus classicus* Plin. 33, 7 et 8 f. 36 - 44 Inuenitur in argentariis metallis minium quoque — Sincero minio, cocci nitor esse debet. Et paullo post, Minium in voluminum quoque scriptura vsurpatur, clarioresque literas vel in auro, vel in mar- more, etiam in sepulchris facit. *Agit etiam de Secundario minio, quod* 105

videtur illud esse, quod hodie vulgo sic vocatur. Add. Vitruv. 7, 8 et 9. Minium Rubens Tibull. 2, 1, 51. vid. ibi Brouckhus. Rubens minio Virg. Ecl. 10, 27.

MINIARIA, ae. f. [μιντωρία] Locus in quo foditur minium. Plin. 33, 7 Sisiponensibus autem miniariis suae venae arena sine argento excoquitur: auri modo probatur.

MINIACEVS, a, um. Adi. Quod ex minio est. Vitruv. 7, 4 Cuneis filaceis, seu miniaceis interpositis. Et c. 5 Silaceorum miniacorumque cuneorum inter se varias distributiones. Rursus c. 9 At si quis subtilior fuerit, et voluerit expolitionem miniaceam suum colorem retinere, quum paries, etc.

MINIANVS Iupiter Cic. Fam. 9, 16 extr. Vt vulgo legitur: alii malint Miniatus. Respicit ad Plin. 33, 7 f. 36. ubi docet, Iouis simulacri faciem diebus festis minio illini solitam. Add. Cerda ad Virg. Ecl. 6, 22.

MINIARIVS, a, um. Adi. [μιντωρίς] Miniarium metallum Plin. 33, 7.

MINIATVS, et MINIATVVS, a, um. Adi. Dim. [μιντωρίς] Miniatula cera, quam rubram dicimus. Inde Miniatula cera aliquid notare, est Loca corrigenda annotare. Cic. Att. 15, 14 extr. His literis scriptis me ad συντάξιν dedi, quae quidem vereor ne miniatula cera tua pluribus locis notandae sint. Vetustus codex habet, Ne miniata cerula. Idem ibidem 16, 11 Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam. Torque miniato in cernice, de Psittaco Plin. 10, 42 f. 58.

MINIO, aere. [μιντω Onomast.] Minio tingere. Plin. 33, 7 A censoribus in primis Iouem miniandum locari. Adde 35, 12. et 10, 29.

MINIVS, vel MINEVS, a, um. Adi. Ruber instar minii. Apul. Met. 4 p. 411 Fulgentium rosarum minius color. Adde Florid. 2 p. 18.

MINICVLARIVS, i. m. Qui minio quid inscit vel illinit. l. 3. de indulg. debit. lib. 11. Cod. Theod.

MINICVLATOR, oris. m. Qui minio maiusculas literas in scriptis libris pingit. Laudatur Vlpian. l. 7 Pand. de operis libert. sed al. Nomenclator.

MINO, aere. Ducere. Festus, Agasones equos agentes, id est bene minantes, etc. Actus, qua pecora Minare consueuimus Anianus ap. Paullum ICTum. Suam relinquens, me Minabat vt suam Aufon. Epigr. 67. Conf. Vulgat. Act. Apost. 18, 16. Victor Vtic. de Persec. Vandal. l. 3. Apul. Met. 3 p. 141. Domo iam vacua minantes baculis exigunt asinum et equos.

MINOR, ari. vid. MINAE, arum.

MINOR. Comparat. a Paruus, vid. PARVVS.

MINOS, ois m. [Μίνως] Filius Iouis ex Europa, vt Poetae fere tradunt: Pater Androgei et Ariadnes, Pasiphaes maritus: legislator Cretensium: post mortem iudex inferorum cum Rhadamantho et Aeaco. Hinc Virg. Aen. 6, 432 Quaesitor Minos vnam mouet. Gnosius Minos Senec. Herc. fur. f. 9. Inexorabiles iudices apud inferos Minos et Rhadamanthus Cic. Tusc. 1, 10. Legifer Ouid. Amor. 3, 10, 41. Catull. Argon. 62, 85 Magnanimum ad Minoa venit.

MINOVS, a, um. Adi. possess. [Μινώϊος] Regna Minoia Virg. Aen. 6, 14.

MINOVS, a, um. Aliud Adi. [Μινώϊος] Ouid. in Ibin 511 Si tua contigerit Minoas puppis arenas. Taurus Minous, Minotaurus. Stat. Achill. 1, 192.

MINOIS, idis. f. Patronym. [Μινώϊος] Ouid. Met. 8, 174 Protinus Aegides rapta Minoide Diam Vela dedit, i. Theseus Ariadne rapta Minois filia.

MINOVM, i. n. [Μίνωον] Oppidum est Cretae insulae, a Minoë rege ita appellatum. Recensetur a Plin. 4, 12.

MINOTAVRVS, i. m. [Μινώταυρος] Distio est composita ex Minoë et tauro, quasi Minois taurus. Nam, vt scribit Homer. Odyss. 8 Quum Minos bello contra Athenienses et Megarenses, qui Androgeum filium interemerant, detineretur, Pasiphae eius vxor a Venere, quae in Solis sobolem irata erat, ad infaustum amorem formosi tauri compellitur, cum quo arte Daedali concubuit, ac grauida facta Minotaurum genuit. Semibouemque

virum, semiuirumque bouem, vt vocat Ouid. Art. Am. 2, 24: qui in nymis repraesentatur taurus capite humano barbato cornuto. Vid. Spanh. de Vsu et praest. num. diff. 5 p. 284. sq. Sed Graeci quidam et Hygin. Fab. 40 Capite bibulo eum fingunt, parte inferiore humana. Fabulam narrat

Catull. in Argon. f. 62, 79. Diodorus Siculus 5, 13. et Seruius in Virg. Aen. 6, 25 Hic crudelis amor tauri, suppôstaque furto Pasiphae.

Veritas autem sic forte habet, Taurus notarius Minois fuit, quem Pasiphae amauit, cum quo in domo Daedali concubuit; et quia geminos peperit, vnum de Minoë, et alium de Tauro, enixa esse Minotaurum dicitur.

Veget. 3, 6 Tutissimum in expeditionibus facienda nesciri. Ob hoc veteres Minotauri signum in legionibus habuerunt, vt quemadmodum

ille intimo et secretissimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis consilium semper occultum esset. Eadem Festus h. v.

MINTHA, ae. f. [Μίνθη] Mons, vt scribit Strabo lib. 8 p. 237. dictus a Plutonis pellice, quam Proserpina in herbam mentam mutauit, quam plerique hedyosmon vocant. Haec Strabo. Additur insceta fabella a Pomponio ad Columel. 10, 119. Huic Pluto donum amoris petenti, virile membrum tradidit, quod a se Mentulam nominauit. Oppiani interpres lib. 3 ἀλιεπτικῶν. Mintam tradit filiam Cocyti fuisse, quae ubi inaudisset amari a Plutone Proserpinam, indignata eo nomine, constanter illi se praeponere

ausa est, dilcitans, si inferos peteret, inimiciter infestaturam. Quo puellae tumore commotior Ceres Persephones mater, in herbam sui nominis illam mutauit. Ex qua fabella Oppianus Mintham vocat κωνυίδα νόμφη. Sic autem Plin. 19, 8 Mentae nomen suauitas odoris apud Graecos mutauit, (ἡδύοσμον enim dicitur:) quum alioqui Mintha vocaretur, vnde veteres

nostri nomen declinauerunt. Ouid. Met. 10, 729.

An tibi quondam  
Femineos artus in olentes vertere menthas  
Persephone licuit? vid. MENTA.

MINTRIO, ire, vel MINTRO, aere. Auctor Philomel. v. 61 Mus audius mintrit. al. Mintrat.

MINTVRNAE, arum. f. Oppidum Liri fluuio, et Sinuessae oppido propinquum, in Campaniae finibus. Hor. Epist. 1, 5, 5 Palustres Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum. Vid. Melam 2, 3.

MINVCIA, (al. sed minus accurate MINVTIA) Gentis Romanae nomen, ex qua Minucius viae auctor Hor. Epist. 1, 18, 20 Brundisium Minuci melius via ducat, an Appi? Conf. Lucan. 6, 126. Sil. 7, 387. Minicia, f. potius Minucia, porticus, forte ea, quam a Minucio Scordisforum victore conditam narrat Vell. 2, 8, 3 collocata a Victore in Regione vrbs IX, frumentaria, quod ex ea frumentum publicum tribulibus distribueretur. Eam rem qui curaret, procurator Miniciae vel Minuciae.

Apul.



Apul. de Mundo p. 74 Elm. Alius ad Minutiam frumentatum venit. Vid. Reines. ad Inscri. 6, 123. Grut. p. 402, 4. De Minucia vestali Liu. 8, 15.

MINVO, ui, ūtum, ěre. [*μείνω, ἱλατῶω, ἱλατῶνέω, χαλέπω, ἐυ-  
ταλιζῶ*] Minus aliquid reddere, vel extenuare. Ex Graeco *μείν* dictum  
videri potest, inquit Festus. Plin. 11, 54 Minuuntur corpora siccis et  
aridis. Aliquantulum minuitur ex febre Cels. 3, 3. Cic. Acad. 4  
62 Vide quaeso etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcher-  
rimarum a teipso minuatur auctoritas. Aes alienum minuere, *Per-  
soluere debitum ex parte* Plin. Epist. 9, 37. Artus corporis minuuntur  
Ouid. Met. 7, 317. Consilium Ter. Hec. 4, 3, 10. Cic. Acad.  
4, 83 Sed ut minuiam controuersiam, videſte quaeso, etc. Curas Hor.  
Epist. 1, 19, 101. Curae minuuntur carmine Hor. Carm. 4, 11, 36.  
Dolorem Cic. Att. 11, 7. Fidem Tacit. Ann. 6, 17. Frigora Ze-  
phyri minuunt Ouid. Trist. 3, 12, 1. Fructus Ter. Phorm. 5, 9, 24. 15  
Furorem Hor. Carin. 1, 37, 13. Imperium matris Plaut. Afin. 3, 1, 6.  
Impetus vitiorum minuitur Scribon. 99. Ingenium longi minuere  
labores Ouid. ex Pont. 3, 4, 11. Iram Ter. Phorm. 2, 3, 88. Labo-  
rem Idem Heaut. Prol. v. 42. Labores alicuius Ouid. Met.  
7, 208. Luctus Ouid. Met. 15, 639. Vid. Festus in Minuitur lu- 20  
ctus. Magistratum, vid. MAGISTRATVS. Maieſtatem, vid.  
MAIEſTAS Cic. de Orat. 2 c. 39. Maieſtatem per vim, *i. vim pu-  
blicam committere* Cic. Philipp. 1, 21. *Budaeus*. Malum minuunt gau-  
dia Ouid. ex Pont. 4, 4, 6. Religionem Nep. 17, 4, 8. Robo-  
ra corporum ſuorum Cels. 1 Praef. Sanguinem *i. venam secare* Veg. 25  
Mulom. 1, 22, 1. *it.* 1, 16, 2. Spem Caef. Bell. Gall. 5, 33. Studium  
minuens labores Ouid. Met. 4, 295. Cic. de Legib. 2, 19 Hos letho  
dato diuos habento, Suntum in ollos luctumque minuunt. Sum-  
tus Id. Fam. 3, 8. *Et* Att. 10, 16 Ego ut minuerein ſuſpicionem pro-  
fectionis aut cogitationis meae, profectus ſum in Pompeianum ad quar- 30  
tum Idum, ut ibi eſſem, dum quae ad nauigandum opus eſſent, para-  
rentur. Timorem Caef. Bell. Ciuil. 1, 72. Vires minuuntur amo-  
ris Ouid. Met. 5, 374. ¶ 2 *Obſeruaciones*: Minuere, *absolute*  
*pro Decreſcere* Caef. Bell. Gall. 3, 12 Quod rursus minuiſte aeftu, na-  
ues in vadis afflictaerentur, vid. MINVENS. *Paullatim deſinere, et* 35  
*minus facere quod ante ſapies et magis faciebas.* Lucret. 2, 1028

Nil adeo magnum, nec tam mirabile quidquam  
Principio, quod non minuant mirarier omnes  
Paullatim, etc. Neque tu ea cauſa minueris

haec, quae facis Terent. Andr. 2, 3, 18. 40

MINVENS. Partic. intransit. Minuente luna *i. Decreſcente* Pal-  
lad. Febr. 24, 4. *it.* Iun. 3. Sic Veget. Mulom. 1, 14, 1 Aliis *collectioni-  
bus* velut minuentibus, aliae rursus naſcuntur. *Ipfus* Caefaris *aucto-  
ritas iam laudata in verbo n. 2.*

MINVTVS, a, um. Partic. [*μινωθαις*] Minuta ſpes, *pro Immi-  
nuta*. Tacit. in Vit. Agric. Conſul vulnere minutus, *i. Debilita-  
tus* Liu. 21, 52 *pr.* Vid. ibi Gronou. ¶ 2 *Plerumque autem*  
*ſimpliciter adiectiuum eſt, neglecta notatione paſſionis.* Breuis, *paruus* 45

Minutum argentum Plaut. Perf. 2, 3, 4. Varro epistola Latina, Si ve-  
niſſes Capuam, quod et pueros minutos vides libenter, et maiores anim-  
aduertere non vis. Cic. Verr. 5, 27 Reticulumque ad nares ſibi ap-  
ponebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſae. Ex Nonio 50  
2, 559. Id. de Orat. 3, 167 Abutimur ſaepe etiam verbo, non tam ele-  
ganter, quam in transferendo: ſed etiam ſi licentius, tamen interdum

non impudenter: ut quum grandem orationem pro magna, minutum  
animum pro paruo dicimus. Alii Minuti et anguſti, omnia ſemper 55  
deſperantes Idem Fin. 1 c. 18 *extr.* Corpora minuta Lucret. 2, 115.  
Plaut. Ciſtell. 2, 1, 46 Dii me omnes magni, minutique et patellarii fa-  
xint. Fruges minutae, *Paruae, quales ſunt frumenta et legumina, ut*  
*interpretatur Hoſom. ad* Cic. Verr. 3, 18 c. 7 L. Octauio, et C. Cottae 60  
Conſulibus Senatus permittit, ut vini, olei decumas, et frugum minuta-  
rum, quas ante, etc. *Ad contemptum pertinent* Minuta diligentia Cic.  
Partit. c. 17. Minuti Imperatores Id. in Bruto c. 73. et Philoſophi Id. Di-  
vinat. 1, 62 c. 30 *pr.* et de Sen. 86 c. 23. Oſſa minuta Lucret. 1, 835. Par-  
tes in minutas diſtrahi Id. 2, 825. Tus minutum et cretum Scrib. 222. Mi- 65  
nutus, *quum diminutiuis additur, eleganter ipſam rem attenuat magis, et mino-  
rem facit.* Ter. Andr. 2, 2, 31 Oleta et piſciculos minutos ferre obolo in  
coenam ſeni. Cic. in Parad. Praef. Minutis interrogatiunculis, quaſi  
punctis, quod propoſuit efficit. Literae, vel literulae Plaut. Bacch. 70  
4, 9, 68. Quaestiunculae Sueton. de Clar. Gram. 24 *extr.* Minu-  
tum, Obscurum et ſcrupuloſum *interpretatur* Nonius 4, 298 ut a Grae-  
cis dicitur *λεπτομεγες*. Cic. de Finib. 61 c. 18 Ecce autem alii minuti  
et anguſti, et omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli, inuidi, diffici-  
les, lucifugi, maledici, monſtroſi: alii autem, etc. Compar. Lu-  
cret. 4, 344 Nam multis partibus hic eſt Mobilior, multisque minu- 75  
tior, et magis pollens. *De lucido aere loquitur.* Cura minutior  
Quinctil. 8 vlt. Animalia Tertull. adu. Marc. 2, 14 *pr.* Superl.  
Animantes minutiffimae Gell. 14, 1. Ictus minutiffimi Suet. Vitell.  
c. 17. ¶ 3 *Minutus int. numus argenteus.* Lamprid. Alex.  
Seu. 22 *extr.* Tantumque — porcinae carnis fuit et bubulae, ut cum 80  
fuiffet octominutalis libra, ad duos vnumque (*intell. minutos*) vtrius-  
que carnis libra redigeretur, vid. MINVTVLVS n. 2.

MINVTVLVS, a, um. Adi. Dimin. [*ὀλίβολεος*] A Minutus.  
Plaut. Poen. Prol. 28 Pueri minutuli. Literae minutulae Vopisc. in  
Tacit. c. 11. Quaestiones minutulae Macro. Saturn. 7, 3. ¶ 2 85  
Minutulus, *numi nomen.* Vopisc. Aur. 9 Argenteos Philippeos mi-  
nutulos quinquagenos. *Salmaſius monet, Minutos et Minutulos eſſe*  
*eosdem, quos vetuſti denarios dixere cum drachma permutari ſolitos.*

MINVTVLARIVS, a, um. Adi. *Quod Magnario opponitur.*  
Auguſt. de Ciu. Dei 7, 4 Minutularii vectigalium conductores. Conf. 90  
Coquei. ad h. l.

MINVTIO, ōnis. f. [*μινωσις*] Gell. 16, 5 Ve particula tum in-  
tenſionem ſignificat, tum minutionem Quinctil. 4, 3. Capitis Gell.  
1, 12. Tertull. de Spect. c. 22. *i. detruſio in peiorem vitae ſtatum.* San-  
guinis Veget. Mulom. 1, 17, 13. et 1, 28, 1. *i. venaefectio.* 95

MINVTE. Adu. [*λεπτός*] Subtiliter. Columel. 2, 4. Sic  
Macro. Saturn. 5, 15. Grandia minute dicere Cic. in Orat. 123 c.  
36 *pr.* Compar. Idem Acad. 4, 42 Haec autem vniuerſa concidunt  
etiam minutius. Idem de Finib. 4, 7 Res enim fortaiſſe verae non  
ita tractantur, ut debent, ſed aliquanto minutius. Minutius et ſeru- 100  
puloſius ſcrutari omnia Quinctil. 5, 14. Superl. Cato de R. R. c.  
107 Quam minutiffime per cribrum cernere. Columel. 12, 28, 1 Mi-  
nutiffime commolere.

MINVTIM. Adu. [*κατὰ λεπτόν*] Per partes Minutas. Columel. 4,  
14 Inſequitur deinde foſſor, qui crebris bidentibus aequaliter et minu- 105

tim soli terga comminuat. *Conf.* Cato c. 123. Gell. 17, 8. Apic. 3, 13. et 8, 8. Minutim et Repente, *contraria* Senec. Epist. 30.

MINUTATIM. *Aliud* Adu. [*λεπτομερῶς*] In minutissimas partes. Cato c. 123 De iuniperō maceriam crassam concidito minutatim. Confectum Varr. R. R. 3, 10, 6. Perexigue et *γλισχῶς* praebere, id est minutatim Cic. Att. 16, 1. Idem Acad. 4, 49 c. 16 Quod genus minime in philosophia probari solet, quum aliquid minutatim et gradatim additur, aut demitur. Interrogare minutatim, *pro Particulatim*. Cic. Acad. 4, 92 Sed nulla omnino in re minutatim interroganti, diues pauper, clarus obscurus sit, etc. Minutatim, *i. sigillatim ap.* Scrib. *saepius, v. g.* 186. 201. Minutatim, *pro Paullatim*. Varro de R. R. 1, 20, 2 Tum ita subigendum, ut minutatim assuefaciant, et ut tironem cum veterano adiungant; imitando enim facilius domantur. *De bobus.* Tristitiam aetas minutatim Eximet Sen. ad Marc. c. 8. Lucret. 2, 1131 Inde minutatim vires, et robur adultum Frangit, et in partem peiorem liquitur aetas. Adiciere minutatim Varro R. R. 2, 17, 14. Trahebat ossa minutatim morbo collapsa Virg. Georg. 3, 485.

MINUTIA, ae. f. [*λεπτότητα*] Minutissima pars cuiusque rei. Latantius de ira Dei. Senec. Epist. 91 Vtriusque attritu grana franguntur, et saepius regeruntur, donec in minutiam frequenter tria redigantur.

MINUTIES, ei. f. Apul. Met. 9 p. 195 Ad summam minutiem contero. Redire in minutiem Idem 11. *Add.* Arnob. 6 p. 204.

MINUTAL, alis. n. Genus condimenti ex rebus minutatim concisis, auctore Apicio 4, 3. Liebat inter caetera marino pisce, liquamine, oleo, vino, porris et coriandro, Iuuen. Sat. 14, 129 Hesternum solitus medio feruare minutal Septembri. Martial. 11, 32 de cucurbitis, Hinc exit varium coco minutal, Ut lentem positam fabamque credas. Minutalia, *Res minutae.* Tertull. de Anima c. 32 Culices, formicae, tineae et hoc genus minutalia. *Vid.* Idem de Habit. Mulier. c. 6. et Marc. Emp. 8. Petron. c. 47.

MINUTALIS, e. Adi. Regna minutalia Tertull. adu. Marc. 1, 4.

MINUTILOQUIUM, i. n. Tertull. de Anima c. 7 Micas de minutiloquio Aristotelis inferfit.

MINVISCO, ere. Auson. Ephemer. sub fin. p. 106, 16 Toll. Profugi minuiscunt crimina somni.

MINVRIO, unde Minurit, *μινυρίζω* Gloss. Lat. Gr. Et

MINVRIZO, are. [*μινυρίζω*] Parua voce succinere: *μινυρίζω enim Cantillo significat, et modulate concino.* Sidon. Epist. 2, 2 Diluculo autem Philomelam inter frutices sibilantem, Progenem inter aceres minurizantem. *Alia exemplaria et Sauaronis habent Minurientem, utique a verbo Minurio, quo vsus est Spartianus in Antonino Geta c. 5 Agni, inquit, balant, porcelli gruniunt, palumbes minuriunt, leones rugiunt, etc. Sed Salm. Minarriunt, vocali prima.*

MINVRITIO, onis. f. [*μινυρίσις*] a Verbo Minurio. Festus, Minuritiones appellantur minorum auium cantus. Haec ille. Cic. de Orat. 1, 251 c. 59 Ante quam paenam aut minuritionem citarimus. *Sic pro Munionem reponit Turnebus, existimans, Ciceronem verba Graeca convertere voluisse, μινυρίζω et μινυρίσις: ut paenam sit cantio (nam pro pede non censet hic accipi) quae clara exsultanti contentaque voce citatur, id est canitur: minuritio, cantio quae tenui, leniore, remissioreque.*

MINVS, MINVSCVLVM, MINIME, MINIMOPERE, *vid.* Minor, in PARVVS.

MINVTIVS, *vid.* MINVCIA gens.

MINIANTHES, ae. m. Trifolii genus. Plin. 21, 9.

MINYAE, arum. m. [*Μινυαί*] Fuerunt Thessaliae populi, qui, Iasonem ad Colchos proficiscentem sequuti sunt: unde simpliciter pro Argonautis saepe ponuntur. *Vnde ait Ouid. Met. 7, 1 iamque fretum Minyae Pagasaea puppe fecabant.* Lucan. item Thessaliam describens, 6, 385 — Minyae gens cognita remis. *De ratione appellationis. Vid.* Seru. ad Virg. Ecl. 4, 34.

MINYEIVS, a, um. Adi. Argonautarum epitheton; ut, Minyicia proles Ouid. Met. 4, 386. Manus Minyicia Valer. Flacc. 1, 706. *Conf.* MINEVS et deriuata.

## M I R

MIRABILIS, MIRACVLVM, MIRE, MIRIFICVS, et alia, *vid.* MIROR.

MIRIO, onis, *vid.* MIRACVLA, ae.

MIRMILLONES, s. MYRMILLONES, um. m. Gladiatorum genus. Festus, Retiario (inquit) pugnanti aduersus mirmillonem cantatur, Non te peto, piscem peto, quid me fugis Galle? Quia mirmillonium genus armorum, Gallicum est: ipsique Mirmillones ante Galli appellabantur, ut quorum galeis piscis effigies inerat. Quod genus pugnae institutum est a Pittaco, vno ex septem sapientibus, qui aduersus Phrynonem (Athensium ducem) dimicaturus, propter controuersias finium, quae erant inter Atticos et Mitylenaeos, rete occulte allato, impediuit Phrynonem. Haec Festus, cuius narratio ita expleri potest ex Strabone, ipsoque perempto agrum suis seruauit. *Vid.* Diogenem Laertium in Vita Pittaci. Cicero et Gladiatorem M. Antonium, et Mirmillonem saepe vocat Phil. 6, 10 Etiamne ab hoc mirmillone Asiatico Senatus mandata legatorum verba audientur? Ibid. 5, 29. Quae loca explicans Turnebus sic inquit, Mirmillo in amphitheatralibus spectaculis Gallica erat armatura; vox autem de Graeco deflexa, ut quae in aliud solum transplantata sunt, ingenio loci et caeli mutantur, leuiter quoque mutata est. Nam quod ea armatura fortissimorum erat hominum, quales opinione hominum fuerant antiqui Myrmidones Achillis milites, et habebantur Romanorum sententia Galli, Myrmillonesque de Graeca illa fortissima natione appellabantur, idcirco gladiatoribus hoc nomen haeserat. Nam D in L mutari Vlysses perspicue ostendit, qui est Graece Ὀδυσσεύς, ne plura commemorem. Haec ille. *Vid.* Sequitur in SEQVOR. *Conf.* Schol. Iuuenal. 8, 199.

MIRMILLONICVS, a, um. Adi. Festus Retiario Mirmillonium genus armorum Gallicum est.

MIRMILLONIVM, i. n. Armorum Gallicae nomen. Schol. Iuuen. 8, 199.

MIROR, ari, [*θαυμάζω, ἄραμαι*] Est de re aliqua commoueri, tanquam incognita et magna. *Vid.* Non. 4, 302. Virg. Aen. 1, 460 Artificumque manus inter se, operumque laborem Miratur. Cic. Verr. 4, 124 Nimium forsitan haec illi mirentur atque efferant. Id. Acad. 1, 46 Qui quum ab eo plurimum dissentiret, vnum tamen praeter caeteros mirabatur. Dona mirantur Aeneae, mirantur Iulum Virg. Aen.

**Aen. 1, 713.** Illud iam mirari desino, quod multo magis ante mirabar Cic. de Orat. 2 c. 14. Se ipse miratur Catul. 20, 17. Magnopere mirari, *vid. MAGNVS.* Cic. Acad. 4 c. 19. Stulte aliquid Hor. Epist. 1, 1; 47. ¶ 2 *Observationes:* Mirari, Cum voluptate intueri, delectari, accendi, *inquit* Nonius 4, 302. Virg. Georg. 3, 49 Seu quis Olympicae miratur praemia palmae. Infuevit exercitus Populi Rom. vasa caelata mirari Sallust. Cat. c. 11. *Hinc* Mirari, *Imitari.* Virg. Aen. 8, 517 Primis et te miretur ab annis. *Vbi* Seruius: Miretur, Imitetur. Lucan. 9, 810 — Miratorique Catonis. *Optima enim ingenia necesse est, vt ea quae mirantur, imitentur.* Sic Superos mirata vetustas Lucan. 3, 106. Te paruos lituos et bella loquentem miretur, sub te puerilia tela magistro venator ferat Val. Flacc. 1, 68. *Hinc de adulatoribus:* Neque ita aut adulatus aut Miratus fortunam sum alterius, vt me mei poeniteret Cic. de Diu. 2 c. 2. Loquitur ad voluntatem: quidquid denunciatum sit, facit: assentatur, assidet, miratur Idem in Parad. Mirari se, *est sibi placere* Martial. 13, 4. Catull. 22, 17 *de Suffeno,* Neque idem vnquam Aequae est beatus, ac poema cum scribit: Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur. Mirari, *Nescire;* quia (*inquit* Donatus) admiratio ab ignorantia descendit. Ter. Andr. 4, 5, 11 Miror vnde sit. Et Plaut. Prol. Aulul. 20 pr. Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar. Sed Per mare vt vetus, nunc oculi tui terram mirantur Idem Merc. 2, 3, 37. *infuctus es telluris, nondum recepisti te ab illa iactatione maritima.* Mirari, *ad inanimata translatum.* Virg. Georg. 2, 82

Et ingens

Exiit ad caelum ramis felicibus arbos;

Miraturque nouas frondes, et non sua poma.

Miror, *cum genituo laudis, vel vituperii.* Virg. Aen. 11, 126 Quibus caelo te laudibus aequem? Iustitiaene prius mirer, belline laborum? *intell. gratia, causa, vana.* Miror non iussisse me arripi Ter. Heaut. 2, 3, 48. Te ad me nihil scribere Pomp. ad Domit. sub Cic. Att. 8, 12. Mirari se, *est sibi placere, et de se magnifice sentire.* Martial. 13, 2. Catull. 20, 7. Miror, *absolutum.* Ter. Heaut. 2, 3, 134 Laudabis. s. vide sis. CLI. tutemet mirabere. Miraretur quis, quum cerneret aperto mari ab altera parte, etc. Liu. 34, 9 pr. Cic. de Amicit. 53 Quamquam miror in illa superbia et importunitate, si quemquam habere potuit, i. *Nescio an potuerit.* Ter. Andr. 1, 2, 4 Mirabar, hoc si sic abiret. Cic. de Senect. 43 Dicebant mirari solitum C. Fabricium, quod quum apud regem Pyrrum legatus esset, audisset e Thessalo Cynea Athenis quendam esse, qui se sapientem profiteretur. Miror qui ex Piraeo abierit Ter. Eun. 2, 2, 59. Miror quapropter haec curet Plaut. Amph. Prol. 87. Miror quomodo Ter. Heaut. 5, 3, 2. Satis mirari hominis negligentiam non queo Cic. Att. 10, 4 (5) Et de Nat. Deor. 1, 96 Mirari satis non possum vnde, etc. ¶ 2 Miro, as. Varro Eumenidibus, Hospes quid miras? Nonius 7, 105. Add. Id. 7, 56.

**MIRANS,** antis Partic. [*ἄμυλον*] Ouid. Met. 5, 206 Marmoreoque manet vultus mirantis in ore. Atque haec mirantibus addit Virg. Aen. 6, 854. Add. Id. Georg. 4, 363.

**MIRĀTVS,** a, um. Partic. *aliquae significationis.* [*τεθαυμασμένος*] 50 Miratus praemia Virg. Georg. 3, 49. Conf. Idem Ecl. 6, 61. Hor. Carm. 4, 9, 15 Et aurum vestibus illitum Mirata, regalesque cultus. ¶ 2 *Passive.* Iuuen. 3, 58 Mirata Virginis arte.

**MIRATIO,** ōnis. f. [*θαυμασμός*] Cic. de Diuin. 2, 49, c. 22 Causarum enim ignoratio in re noua mirationem facit; eadem ignoratio si in rebus vsitatis est, non miramur. 55

**MIRĀTVS,** ūs. m. Senec. Epist. 94 Alia deinceps digna miratu. *Potest esse supinum.*

**MIRĀTOR,** ōris. m. [*θαυμαστής*] Qui miratur, et stupet, atque vehementer commouetur in aliqua re. Martial. 10, 87 Mirator veterum senex auorum. Conf. Lucan. 9, 807. Cunni mirator Cupennius albi Hor. Serm. 1, 2, 36. Decoris Ouid. Met. 10, 590. Formae mirator honestae Propert. 2, 13, 9. Mirator tantum Sui Sen. de Vita Beata c. 8. Rerum Ouid. Met. 4, 640.

**MIRĀTRIX,** icis. f. [*θαυμαστρίς*] Turba miratrix Iuuen. Sat. 4, 62. Fama miratrix senioris aevi Senec. Hippol. 742. Vetustas sui miratrix Lucan. 4, 655.

**MIRANDVS,** a, um. Adi. [*θαυμαστός, θαυμάσιος*] Dignum admiratione. Ter. Andr. 5, 4, 36 Mirando hoc tanto, tam repentino bono. Femina miranda decore magno Sabin. Epist. Ouidian. 3, 37. Accidit mirandum Senec. Medea 12. Quae mihi minime miranda Acciderunt Cic. Fam. 3, 10. Haec dum Aeneae miranda Videntur Virg. Aen. 1, 498. Loqui miranda Sil. 3, 621. Est vero mirandum, homines quibus odio sunt nostrae secures, libenter arripere facultatem laedendi Cic. pro Flacc. 19. Mirandum in modum Concupiscere Idem Att. 9, 7. Idem Fam. 15, 9 (8) Marcellum tuum Consulem factum, teque ea lactitia affectum esse quam maxime optasti, mirandum in modum gaudeo. Idem pro Planc. 19 Mirandum in modum laetati sunt. Idem Att. 1, 2 Sed mirandum in modum est animo abalienato. Et Verr. 4, 134 Quoniam mirandum in modum Graeci rebus istis, quas nos contempnimus, delectantur. 70

**MIRABVNDVS,** a, um. Adi. [*θαυβών*] Qui miratur. Liu. 25, 37 Extemplo improuida res pauorem incutit Poenis mirabundique vnde tot hostes tam subito exorti, etc. Conf. Idem 3, 38. et 4, 33. 85

**MIRVS,** a, um. Adi. [*θαυμαστός, θαυμάσιος*] Miratione dignus. Plaut. Pseud. 1, 5, 97 Si abstuleris, mirum et magnum feceris facinus. Plin. 12, 9 Mira arborum natura. Me mirum desiderium tenet vrbis, incredibile meorum Cic. Fam. 2, 10. Facies mira Lucret. 5, 836. Fautor mirus apud populum Tacit. Ann. 1. Honore miro colere aliquem Virg. Aen. 4, 458. Sic Idem Aen. 7, 57 Adiungi generum miro properabat amore. More miro perdere aliquem Ouid. Met. 13, 670. Nouitas mira idem ibidem 15, 408. Praecepta Hor. Serm. 2, 3, 34. Mirus in omni reliqua diligentia Plin. 2, 108. Mira, apud veteres pro Monstris atque horrendis *vid. Non.* 12, 15. Plaut. Amphit. 5, 1, 64 Mira memoras, nimis formidolosum praedicas facinus. Add. ibid. v. 53. Mira Ausus Vell. 2, 61, 1. Facere quid miri Hor. Serm. 1, 5, 102. Efficere multa et mira Lucret. 5, 1181. Mira sunt nisi Plaut. Amphit. 1, 1, 127. Conf. Id. Bacch. 3, 3, 46. Mirum; *Responso aduerbii cuiusdam formam habens.* Ter. Eun. 3, 1, 13 Verum credere omnem exercitum, consilia. G. mirum. Et mirum Scribon. 207. Magis mirum, *vid. MAGIS.* Minime mirum est Cic. Verr. 4, 102. Minime mirum tibi debet Videri Idem Fam. 10, 31. Mirum cur Ter. in Prol. Heaut. 1. Cic. de Amicit. 32 Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentimus: nec 105

mirum, nihil enim altum, nihil magnificentum. Idem Acad. 4, 111 Ne illam quidem praetermissisti Luculle reprehensionem Antiochi; nec mirum. Mirum est quod Plin. 12, 4. Non mirum fecit vxor mea, si hoc aegre tulit Ter. Hec. 4, 4, 87. Mirum de illo Plaut. Amphit. 2, 2, 198. Idem Andr. 3, 4, 19 Age igitur, ubi nunc est ipse? D. mirum ni domi est. Add. Idem Eun. 2, 3, 52. Mirum est quod hac de re tradere hominum notitiae possumus Plin. 3, 5. Plaut. Aul. 1, 2, 7 Mirum quin tua nunc me causa faciat Iupiter Philippum regem, aut Darium triuenefica. Idem Trin. 4, 2, 125 Mirum quin ab auo eius aut proauo acciperem qui sunt mortui. Add. Id. Amph. 2, 2, 118. Ter. Andr. 4, 1, 27 Quid istuc tam mirum est, si de te exemplum capit? Mira vero militi quae placeant Idem Eun. 2, 2, 57. Vbi Donatus, Mira pro mirum, et est *τιμωτατα*. Quid mirum est, inquit, facete loqui eum, qui militi placeat? Liu. 1, 16 Mirum quantum illi viro haec nuntianti fides fuerit. Pro Mirum est quantum. Conf. Drakenb. ad Sil. 6, 620. Mirum in modum deludi, i. in maiorem modum, quasi infra rationem Plaut. Amph. Arg. 1 v. 7. Plin. 17, 24 Tangi odore mirum in modum. Plaut. Amphit. 3, 1, 14 Totam miris modis nostram video turbatam familiam. Miris modis visenda animalia Virg. Georg. 4, 309. Nimum miris modis, vid. NIMIS. § 2 Pro novo, it. egregio, neque non pro tristi ac duro nonnunquam sumi vult Giffan. in Ind. Lucret. Sed nempe Mirus in talibus gradum indicat singulariter magnum eius qualitatis, de qua aliunde ex ipso orationis contextu constat. Compar. Mirior, mirius, Festus ex Titinnio, et Nonius 2, 25 515 ex Varrone attulerunt.

MIRE. Adu. [*θαυμασιως*] Pro Miro modo, siue Mirabiliter. Ter. Heaut. 5, 1, 25 Sed ille tuus quoque Syrus idem mire finxit filium. Cic. Att. 16, 11 Puero municipia mire fatient. Pudor illum mire De- cuit Sen. Ep. 11. Lucret. 4, 752 Tenuis enim mens est, et mire mobilis ipsa.

MIRIFICVS, a, um. Adi. [*θαυμασιος*] Quod mirari facit, admirationem affert. Cic. de Senect. 9 Quum diu multumque vixeris, mirificos afferunt fructus. Idem Fam. 1, 9 Mirificum me tibi comitem praebuissim. Et Fam. 15, 10 Mirificus generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus. Sic ad Brut. 3 Caesaris vero pueri mirifica indoles virtutis. Gratias agere alicui Cic. Att. 14, 13. Idem ibidem 10 Nos hic voramus literas cum homine mirifico Dionysio. Hunc Dionysium Epist. 7, 7 vocat Virum optimum et doctissimum. Stru- ctura carminis mirifica Ouid. ex Pont. 4, 13, 5. Voluptatem cepi Cic. Fam. 3, 11. Superl. Ter. Phorm. 5, 6, 31 Atqui mirificissimum. Augusti de Ciu. Dei 18, 42 pr. Mirificentissimum dixit potentiam Alex- andri Macedonis.

MIRIFICE. Adu. [*θαυμασιως*] Pro Mirum in modum. Scrib. frequenter. Cic. de Orat. 1, 57 c. 13 Ac iam tum erat adolescentulus his studiis miri- fice deditus. Idem Acad. 1, 33 Quas mirifice Plato erat amplexatus. Ibid. 4, 5 Delectabatur autem mirifice lectione librorum. Conf. Idem Fam. 2, 11. Amare aliquem mirifice, vid. AMO. Conturbari mi- rifice Cic. Att. 6, 3. Diligi ab aliquo Id. de Nat. Deor. 1 c. 21. Lo- qui mirifice Catul. 82, 3.

MIRIFICENTIA, ae. f. Admirabilitas. Chrysolog. Serm. 63 Mirabilium mirificentiam esse peruidemus.

MIRIFICO, are. [*θαυμασιωω*] Mirabilem facere. Laudatur Plaut. Amphit. 2, 2, 46 Quamquam adeo Thebani ciues modo miro mirifi- cant, probam. Sed e MSS. Rumificant. Lambin. et al. Nonius 2, 748 Rumiferant. Gestit et atletam Mirificare suum Eugen. Tolet. Carm. 9.

MIRABILIS, e. Adi. [*θαυμασιος, εκπλαγος*] Admirazione di- gnus. Cic. Off. 1 Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut praestantius. Idem de Amicit. 44 c. 13 Quibusdam quos audio sapientes fuisse habitos in Grae- cia, placuisse opinor mirabilia quaedam. Nil adeo magnum, nec tam Mirabile quidquam Principio, quod non minuant mirarier omnes Paul- latim Lucr. 2, 1026. Cupiditas Nep. 1, 5, 1. Mirabilis illi Hor. Epist. 1, 6, 23. Donum mirabile Virg. Aen. 1, 656. Effigies fa- ma mirabiles Plin. 7, 3. Factum Ouid. Met. 4, 271. Cic. Att. 5, 13 Mirabilem in modum Ephesi praesto fuit. Opus visu Hor. Epist. 2, 2, 91. Opus mirabile magni mundi Tibull. 4, 1, 18. Dictu mi- rabile Virg. Aen. 1, 443. Cic. Parad. 5, 1. Plin. 13, 4 Iam in Aethio- pia sine quinque earum nec plures arbores tradunt, non raritate ma- gis, quam suauitate mirabiles. Compar. Cic. Acad. 4, 2 Idque eo fuit mirabilius, quod ab eo laus imperatoria, etc. Quo Mirabiliora fecisti, eo me maior expectatio tenet Ci. de Orat. 2 c. 18. Mira- bilior es quam Alexander Liu. 9, 18. Nihil illa Victoria mirabilius Vell. 2, 52, 4. Vir mirabilior Senec. Epist. 9. Superl. Columel. 75 6, 36 Mirabilissima soboles.

MIRABILITER. Adu. [*θαυμασιως, αγαρηνως*] Cic. Fam. 13, 17 Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Idem Fam. 11, 14 Mirabiliter mi Brute laetor, mea consilia, measque sen- tentias a te probari. Mirabiliter de te et Loquuntur et Sentiunt Cic. Fam. 4, 13. Mirabiliter Mutata voluntas Nep. 10, 10, 2. Compar. Cic. de Orat. 1, 94 c. 21 Qui mirabilis et magnificentius augere posset. Add. Id. Partit. c. 5.

MIRABILITAS, atis. f. i. Admiratio. Cic. Off. 2, 38 c. 11 Er- go et haec animi despicientia mirabilitatem magnam facit. Ex Non. 85 8, 53. Alia exemplaria passim legunt Admirabilitatem. Operum mirabilitas Laetant. 7, 4.

MIRACVLVM, i, n. [*θαυμα, αποδειξις*] Quidquid admirationem af- ferre potest. Festus, Miracula quae nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur. Plin. 10, 52 Generatio auum simplex esse videtur, cum et ipsa sua habeat miracula. Ingeniosa mi- racula facit natura, vid. INGENIVM. Vigil incautius miraculo Ma- gnitudinis in eos, qui ferebant aprum, versus Liu. 25, 9. Monstri alicuius miracula Ouid. Met. 7, 294. Mundi Plin. 36, 12 seqq. Ces- sare a miraculis, i. Miraculis vacare seu cavere Plin. 2, 103. Virg. Georg. 4, 441 Omnia transformat sese in miracula rerum, i. in mon- stras furias, de Proteo. Liu. 2, 7 pr. Adiciunt miracula huic pu- gnae. silentio proximae noctis ex filia Arfia ingentem editam vocem. Vid. Non. 12, 15. Miraculo esse Liu. 25.

MIRACVLA, ae. f. Scortum. Plaut. Fragm. 1, 13 Diobolares, scenicu- lae, miraculae. Miraculae, inquit, Varro L. L. 6, 3 a miris, id est mon- stris a quo Accius ait, personas distortas, oribus deformes, miriones. Conf. Fest. et Taubm. ad Plaut. p. 1465.

MIRACVLOSVS, a, um. Adi. et

MIRACVLOSE. Adu. apud Augustin.

MIRIO, onis. m. Qui omnia admiratur. Solent isti Miriones aedi- ficari

ficari in ruinam Tertull. de praeser. c. 1. *Conf. Varronis locum in Miracula prolatum.*

## M I S

MIS. [μῆ] *Genitiuus antiquus a pronomine Ego.* Ennius ap. Prisc. 5  
l. 13 Ingens cura mis est concordibus equiparare. *Conf. Plaut. Capt.*  
3, 5, 107. et Trin. 4, 1, 3.

MISANTHROPUS. [μισάνθρωπος] *Latine Ofor hominum dicitur.* Cic. Tusc. 4, 25 c. 11 Vt in hominum vniuersum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur, vt inhospitalitas est.

MISARGYRIDES, ae. m. *Argenti ofor; ex μίστω odi, et ἀργυρον argentum.* Plaut. Most. 3, 1, 41.

MISCO, miscui, mistum, ēre. [μίσγωμι, κινῶ, κινῶ, Φύρω, κἀλύω, κερῶνύω] *Confundere. Metaphorice autem interdum, sicut ipsum quoque confundere, significat turbare, sine ratione perturbateque facere. Sedem habet in medicina, vt Miscere melle Scribon. 69. — in melle 173.*

Misceri refinae 238. — oleo 175. — passo 246. — superioribus 238. Manibus misceri 257. Virg. Aen. 1, 128 Interea magno misceri murmure pontum. *i. turbari.* Plaut. Pseud. 1, 1, 72 Dulce amarumque vna nunc miscens mihi. Miscere vinum aqua, et Miscere aquam vino. Plin. 7, 56 Vinum aqua misceri Staphilus docuit.

Columel. 6, 4 Multi largo sale miscent pabula. Id. 7, 5 Facit autem commode primum ea compositio, quam paullo ante demonstrauimus, si ad faecem et amurcam, succumque decocti lupini miscas portione aequa detritum album helleborum. In vnum miscere Scribon. 8. 16. 71. etc. Miscere, Dare bibere. Cic. de Finib. 2, 17 c. 5 Dico ergo in eadem voluptate eum, qui alteri miscet multum, ipse non sitiens, et eum, qui illud sitiens bibit. Ouid. Met. 10, 160 Arripit Iliadem qui nunc quoque pocula miscet: Inuitaque Ioui nectar Iunone ministrat. *Metaph.* Ter. Heaut. 4, 4, 33 Ita tu istaec tua misceto, ne me admisceas. Omnia armis tumultuque Vell. 2, 71, 3. Quando ille plura miscerat? Cic. pro Mil. c. 9. Victoria elatus plurima miscere coepit et maiora concupiscere Nep. 4, 1, 3. Cic. ad Octau. Quibus ille septus omnia misceret, nulli parceret, sibi viueret. Idem pro Rosc. 35

Amer. 91 Qui tanquam si offusa Reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscabant. Miscere, absolute, pro Miscere omnia. Cic. Q. Frat. 3, 9 Pompeius abest: Appius miscet. Id. de Legib. 3, 19 Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. *Add.* Id. de Resp. Arusp. c. 22. Caelum miscetur magno murmure turbatur, vt Pontus Virg. Aen. 1, 128. Id. Aen. 4, 160. Certamina miscere Liu. 2. Procax libertas Ciuitatem miscuit Phaed. 1, 3, 2. Comas canities miscuerat Ouid. Trist. 4, 10, 94. Consilia cum Vestino non miscuerant Tacit. Ann. 15, 68. Corpus cum matre Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29. Cum amico omnes Curas, omnes Cogitationes tuas misce Sen. Ep. 3. Domus miscetur misero tumultu turbatur Virg. Aen. 2, 486. Falsa veris miscere Senec. Herc. fur. f. 12. Graeca verbis Latinis Hor. Serm. 1, 10, 20. Incendia Virg. Aen. 2, 329. Cic. Tusc. 4, 77 Maior mihi moles, maius miscendum est malum, ex Poeta. Id. in Catil. 4, 6 Ego magnum in Rep. furorem, et noua quaedam misceri, et concitari mala iam pridem videbam. Manus vtrinque Mauors dubias miscet Propert. 2, 28. Maria omnia caelo miscuit Virg. Aen. 5, 791. Mel miscetur Scribon. 121. Moenia diuerso miscentur luctu Virg. Aen. 2, 298. Gentes diuersas commercio miscere Plin. in Paneg. c. 29 pr. Oscula blandis verbis Ouid. 55 de Arte Am. 1, 663. Otia cum duris venatibus Idem Met. 4, 307. Pacem duello miscuit Hor. Carm. 3, 5, 38. Pectora miscentur vario motu Virg. Aen. 12, 213. Populi miscentur Id. Ibid. 4, 112. Prae-lia miscere Id. Georg. 2, 282. Rempubicam iniquis imperiis miscere Cic. de Lege Agr. 2, 90. Sacra profanis Hor. Epist. 1, 17, 54. Se partibus Vell. 2, 86, 3. Sortes Fortunae monitu manu pueri misceri atque duci Cic. de Diuin. 2, 86. Stultitiam miscere consiliis Hor. Carm. 4, 12, 27. Summa imis Vell. 2, 2, 3. Si terra mari misceretur, et mare caelo Lucret. 3, 854. Tristitia miscentur laetis Ouid. Fast. 6, 463. Tumultum miscere in concione Liu. 8, 32. Vada miscentur aestu arenae Virg. Aen. 3, 557. Vagor miscetur funere Lucret. 2, 576. Vitale dulci miscuit Hor. de Arte Poet. 343. Vtilia honestis Tacit. in Vit. Agric. *De constructione cum ablat. Vid. Burm. ad Ouid. Fast. 6, 170.* Misceri, pro Coire. Virg. Aen. 7, 661 Mixta deo mulier. Socero mista est Sulp. Seuer. Hist. 5, 1, 1. Miscuerunt, trisyllabum apud Virg. Georg. 2, 129 Miscueruntque herbas, et non innoxia verba: nisi placeat penultimam corripit, vt in Contigerunt Ouid. Fast. 1, 592.

MISCENS, entis. Partic. Phaedr. 1, 29, 10 Hosti dolorem damno miscens sanguinis. Vis tellurem diluuiio miscens Virg. Aen. 12, 205.

MISCENDVS, a, um. Aliud Partic. [μικτός] Ouid. Epist. 4, 9.

MISTVS, vel vt aliis placet, MIXTVS, a, um. Partic. [μεικτός] b. e. Temperatus. Acetum melle mixtum Scribon. 188. Mixtum aquae 121. — aqua 135. 189. 192. — cum oleo 40. — oleo 250. Liu. 3, 6 pr. Ea colluuiio mistorum omnis generis animantium, etc. *i. inter se stabulantium arte.* Mistus pluribus Plin. Epist. 7, 27. Cic. pro Lege Manil. 28 Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna Reipublicae? Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mistum ex ciuitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus, feruile, nauale, etc. Idem Off. 3, 119 Nec vero finis bonorum et malorum, qui simplex esse debet, ex dissimillimis rebus misceri et temperari potest. Amor voluptate et molestia mistus Cic. de Vniuers. 38 c. 12. Grauitas modestiae in oratione mista Id. Off. 2, 49. Genus mistum Virg. Aen. 6, 25. Genus hominum varium, mistum, et turbulentum Cic. in Catil. 2, 21. 90 Mixto Humore Lucret. 6, 377. *Add.* 2, 466 et 470. Lacrimae mistae risu Stat. Silu. 2, 1, 47. Ploratus vagitibus Lucret. 2, 579. Puellae cursitant mistae pueris Hor. Carm. 4, 11, 2. Cic. de Nat. Deor. 1, 75 c. 27 Nec ille fusus et candore mistus Rubor sanguis est, sed quaedam sanguinis similitudo. Mistus Sanguine Lucret. 1, 866. 95 *Conf. ibid. v. 775.* Tumultu misto exorta laetitia Virg. Aen. 3, 99. Ventus grandine Ouid. Fast. 4, 626. Verbera cum verbis Id. Epist. 10, 38. *Superl.* Paterc. 2, 98, 3 De L. Pisone hoc omnibus sentendum ac praedicandum est, esse mores eius vigore ac lenitate mistissimos: et vix quenquam reperiri posse, qui aut otium validius diligit, autioo facilius sufficiat negotio.

MISTIM, et MIXTIM. Adu. Suet. Tiber. 33 Affidebat mistim, promiscue. Et Lucret. 3, 567 Per venas et viscera mixtim.

MISTIO, et MIXTIO, onis. f. Miscendi actus, et res ipsae mistae. Vitruu. 1, 4 Aliam mixtionem habet. Amarae Mixtionestos

*ibid. et sic passim.* Et Pallad. 1, 34 Funes sparteos hoc genere mistionis inducere. Cineris Mistione terra soluta Pallad. Nou. tit. 7. Vid. Andr. Borrich. Vindic. p. 58 (50)

MIXTVS, ūs. m. Columel. 6, 37 Auitus color primordii sanguinis mixtu redditur nepotibus. Mixtu gemino substantia Tertull. f. Cyprian. Genes. c. 2.

MISTVRA, et MIXTVRA, ae. f. [μίχσμα, μίξις] Idem. Moderatura, ait Nonius 8, 58. Varr. de Vit. Pop. Rom. 1 Sed quod ea propter talem misturam immoderatam ex aquis cunctis, quod temperatura moderatur in Romuli vita triplices ciuitates Columel. 7, 5. Generum Quinctil. 6, 3. Iocorum mistura Martial 8, 1. Incredibilis mixtura Plin. 37, 6. Add. Lactant. 2, 9. Arnob. 2 p. 79. Rerum mistura Lucret. 2, 977.

MIXTARIVS, vel MISTARIVS, i. m. Crater: e quo nomine ad litteram expressum videtur. Lucil. apud Non. 15, 30 Vrceus aut longa geminus mistarius ansa.

MIXTITIVS, a, um. Adi. Hieron. in Ierem. c. 25.

MIXTIX, icis. Sociabilis. Petron. Fragm. Tragur. p. 17 c. 45 Non est mixtix. Vid. ibi Reines.

MISCELLANEVS, a, um. Adi. [σύμμικτος] a mixtura indiffereta rerum dici, significare videtur Gell. praef. Quia variam et miscellaneam, et quasi confusaneam doctrinam conquisuerunt, eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt. Sed quidam legunt Miscellam. Aera, ut Corinthia: vid. Petron. Fragm. Petron. 25 c. 50 p. 33. Apul. in Met. 3 pr. Nec mora cum magna irruptione patefactis aedibus, magistratibus eorumque ministris, turbae miscellaneae cuncta completa. Hinc quidam opera sua Miscellanea inscripserunt, in quibus variis de rebus tractatur. Iuuen. Sat. II, 20 Sic veniunt ad miscellanea ludi. Vetus scholiastes Miscellanea interpretatur

Cibum gladiatorum; alii vero Ludi genus esse dicunt. Conf. Suet. Calig. c. 20. et ibi Torrent. itemque Scalig. 5. de Emend. Temp. p. 449.

MISCELLVS, a, um. Adi. [μίχμοιος] Quod mistum est. Grauis columbarum miscellum, vocat Varr. Quod nec agreste est, nec domesticum, sed ex utroque temperatum R. R. 3, 7. Ludos miscellos Ligduni edidisse Caligulam scribit Sueton. in Caligula c. 20. Vites miscellae, Quae in omni agro conueniunt, quod nempe ex omni genere mistae sunt, Cato de R. R. c. 6, 5. Varr. de R. R. 1, 54 Nam et praecox, et miscella, quam vocant nigram, multo ante coquitur. Vuas miscellas appellat Cato c. 23 Quibus praeliganeum vinum fit, quod operarii bibant.

MISCELLIO, onis. m. Festus, Miscelliones appellantur, qui non certae sunt sententiae, sed variorum mixtorumque iudiciorum.

MISCIPVLO, are. Miscipulat, πομπύζει Gloss.

MISELLVS, vid. MISER.

MISENVUM, i. n. [Μισήνον] Promontorium est prope Cumas, nomen habens a Miseno tubicini Aeneae: cuius meminit Hor. Serm. 2, 4, 33 Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini.

MISENVS, i. m. [Μισήνος] Aeneae fuit tubicen, qui dicitur filius fuisse Aeoli, vnde et Aeolides dicitur, quia constat sonum omnem ex vento creari. Seruius in illud Virg. Aen. 6, 164 Misenum Aeolidem, quo non praestantior alter Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.

MISENENSIS, e. Adi. ut, Villa Misenenfis Phaedr. Fab. 2, 6, 8.

MISENATES, um. m. Incolae. Veget. de Re Milit. 4, 31.

MISER, era, erum. Adi. [ἀθλιος, χέτλιος, τάλας, ταλαίπωρος] Calamitosus, aerumnosus, infelix. Ter. Eun. 3, 2, 24 Apparet seruum hunc esse domini pauperis, miserique. Cic. pro Planc. 78 c. 32 Quo quidem etiam magis sum non dicam miser (nam hoc quidem abhorret a virtute verbum) sed certe exercitus. Non vult se Miserrimum dicere, dicit Exercitum. Miseros conuicia non decent Iustit. 14, 4, 4.

Aerumnosus, infelix, miser Cic. in Parad. 1. Laboriosus, non miseros, qui magnos dolores perferunt, solent dicere Id. Philip. II, 8. Animi miser Plaut. Milit. 4, 2, 76. Animo miser Id. Truc. 2, 7, 36. Ambitionis miser Plin. in Paneg. 58, 5. Miser ex animo Plaut. Stich. 1, 1, 1: Miser amplius aequo Lucret. 3, 965. Miser,

Aegrotus. Nam aegritudo, genus est infelicitatis. Plaut. Poen. 5, 2, 43 Miseram esse praedicat buccam, sibi fortasse medicos non esse putat. Miser, Fatigatus, lassus, ut interpretatur Donatus ad Ter. Eun. 5, 2, 7 Miserrimus fui fugitando. Miser, Innocens aliquando dicitur, teste Asconio in illud Verr. 1, 41 Ille miser quum esset, etc. Cic. pro Milon. 63 Miseros interdum ciues optime de Rep. meritos. Fortiter ille facit, qui miser esse potest Martial. II, 57. Ferre opem miseris Ouid. in Ibin 576. Finxit fortuna me miserum Virg. Aen. 2, 80. Fieri miserum Lucret. 3, 880. Prouide ei, de qua scis me miserrimum esse Cic. Att. II, 3 extr. i. misere sollicitum. Habere aliquem

miserum, i. Affligere, molestiam exhibere alicui. Plaut. Cist. 2, 2, 1 Anum sectatus sum clamore per vias; miserrimam habui. Conf. Cic. Fam. 14, 7 pr. Omnes molestias et sollicitudines, quibus et te miserrimam habui — Tulliolamque — deposui et eieci. Negare nihil miseris et laborantibus Cic. pro Planc. 84 c. 34. Succurrere miseris Virg. Aen. 1, 634. Familiaris exclamatio est, qua se miseros dicunt etiam leui de causa. v. g. Ter. Adelph. 3, 1, 4 Miseram me, neminem habeo. Vbi Donatus, Miseram me, proprium est mulierum quum loquuntur, aut aliis blandiuntur. Sunt enim interiectiones alias dolentis, alias exclamantis, aut indignantis. Sic Ter. Hec. 1,

2, 58 Perii miser. Idem Andr. 1, 5, 29 Misera timeo incertum hoc quorsum accadat. 2 Substantia ordine litterarum. Nulla fides vnquam miseros elegit Amicos Lucan. 8, 535. Ambitio misera Hor. Serm. 1, 4, 26. Anni Propert. 3, 7, 59. Caedes miserrima oritur Virg. Aen. 2, 411. Carmen miserum stridenti stipula disperdere Virg. Ecl. 3, 27. Vbi Seruius, Miserum, triste, hebile, quale canunt stipulae. Miserrime ac duriorum Conditione decertare Hirt. Bell. Gall. 8, 7. Corpus Quid. Met. 9, 368. Al. Versum. Cupido Hor. Epist. 1, 1, 33. Diuitiae Id. Serm. 2, 8, 18. Fames Id. Carm. 1, 21, 13. Formido Id. Serm. 2, 7, 77. Miserrima est Fortuna, quae

inimico caret Publius Syr. Fortuna miserrima nostra est Ouid. Trist. 3, 11, 71. Fortunae miserae multumque iactatae perfugium ac portum futurum hunc locum spero Cic. pro Cluent. 7. Fuga Ouid. de Arte Am. 2, 72. Furor Id. Met. 3, 479. Homines Lucret. 3, 51. Miser, miserior, miserrimus Homo quis? Plaut. Capt. 3, 1, 1. Lateris miseri dolor Hor. Serm. 2, 3, 29. Luxuria Propert. 1, 2, 32. Mens Plin. 2, 12. i. superstitiosa. Mentis o miseris hominum! Lucret. 2, 14. Misera miserrima Plaut. Amph. 2, 1, 43. Modis miseris distractus Lucret. 3, 506. Mors Virg. Aen. 10, 829. Mortales Id. Georg. 3, 66. Opes Ouid. Amor. 1, 10, 22. Pax Tacit. Ann. 3, 44. Pectus Ouid. Trist. 1, 4, 6. Plebs Hor. Serm. 1, 8, 10.

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad Preces miseras decurrere Hor. Carm. 3, 29, 51. Querelae Ouid. Met. 2, 342. Vt stultae et miserae omnes sumus Religiosae. Ter. Heaut. 4, 1, 36. Res Ouid. Trist. 5, 7, 67. Res misera et calamitosa Cic. pro Rosc. Amer. 77. Id. Verr. 5, 100 O spectaculum miserum atque acerbum, ludibrio esse vrbis gloriam! Vitam efficere deplorando miseriorem Id. Tusc. 1 c. 34. Vita Ouid. ex Ponto 4, 15, 5. In vita turpi et misera commorari Cic. Q. Frat. 1, 3. Vrbes Hor. Carm. 4, 15, 20. Cic. Att. 3, 7 Quod de fratre vbi eum visuri essemus, nesciebamus, quem quidem ego, nec quomodo visurus, nec vbi dimissurus sim scio; id est maximum et miserimum meorum omnium miseriarum. Miseri ac Seri saepe a librariis confunduntur. Vid. Nic. Heins. ad Valer. Flacc. 11, 234. Breuckhus. ad Tibull. 1, 5, 47. et ad Propert. 1, 15, 21. Drackenb. ad Sil. 4, 401.

MISERVUM. Adu. Virg. Aen. 6, 21

Tum pendere poenas

Cecropidae iussi (miserum) septena quotannis

Corpora natorum.

Vbi Seru. Miserrum,

dolentis interiectio, ac si diceret *Nefas*.

MISELLVS, a, um. Adi. dimin. [*ὀκράλας, ταλαίτωρος*] Quo vel tenerior amor erga miserum, vel etiam contemptus indicatur. Cic. Att. 3, 23 Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo praeter inuidiam et ignominiam nominis mei, tuere quoad poteris. Idem Fam. 14, 4 Sed certe quoquomodo res se habebit, illius misellae et matrimonio et famae seruendum est. Pallium misellum Plaut. Rud. 2, 6, 66. Spes misella Lucret. 4, 1090.

MISERVVLVS, a, um. Catull. apud Non. 11, 63 Anima miserula.

MISERE. Adu. [*ἀθάλας*] Infelicitate. Cic. Neque commoueri eius desiderio possum, qui tam misere periit. Idem de Finib. 3, 50 Quae nihil valent ad beate misereue viuendum. Idem Q. Frat. 1, 3 p. 30 Tua me inuidia, ac non ego te misere perdidit. Misere, Valde, nimis. Ter. Heaut. 1, 2, 16 Eam misere amat. Idem Eun. 1, 1, 23 Haec verba vna mehercule falsa lachrumula, quam oculos terendo misere, vix vi expresserit, resinguet. Discedere misere quaerens, Ire modo ocyus Hor. Serm. 1, 9, 8. Misere hic iam valet quod Vehementer, usque ad miseriam. Inuidere misere Ter. Eun. 3, 1, 22. Compar. Senec. Controu. 5, 34 Nemo miserius seruit. Nihil profecto grauius, nihil Miserius, Roma, doluisti Nazar. Paneg. c. 4. Superl. Senec. Epist. 63 Miserrime lugent.

MISERITER. [*ταλαιπώρος*] pro Misere apud antiquos. Laberius ap. Non. 11, 62 Mens incorrupta miseriter corrumpitur. Catull. 64, 49 Ibi maria vasta visens lacrimantibus oculis, Patriam allocuta est ita voce moesta miseriter. Conf. Enn. ap. Prisc. 1, 15.

MISERIA, ae. f. [*ἀθλίωτης, ταλαιπωρία*] Conditio hominis miseri. Cic. Tusc. 2, 21 Gentes, nostras flebunt miseria. Ex Poeta. Lewis 45 consolatio ex miseriis aliorum Cic. Fam. 6, 3. Miserrima miseria, vid. MISER. Aberrare a miseria, vid. ABERRO. Capere miseriam, vid. CAPIO. Commovere miseriarum, vid. COMMONEO. Coopertus miseriis, vid. COOPERIO. Eripere a Cic. Fam. 9, 13. Ferre miseria et perferre, vid. PERFERO. Ferre opem miseriis et calamitatibus alicuius Cic. de Diuin. 2. Idem Philip. 2, 24 c. 10 Quorum si vtrumuis persuasissem, in has miseria nunquam incidissemus. Leuare miseriis Id. Fam. 3, 8. Nasci in sempiternam, vid. NASCOR. Cic. Tusc. 1 c. 5. Premunt aerumnae et miseriae aliquem Id. in Parad. 2. Id. de Fin. 3, 48 Ita qui processit aliquantulum ad virtutis aditum, nihilo minus in miseria est, quam ille, qui nihil processit. Versari in Id. Fam. 7, 3. Vindicare a Id. de Clar. Orat. 329. Persequi, quod quisque vnquam vel contentissimorum hominum dixerit, aut nimiae miseriae, aut inanis iactantiae Est Quintil. 1, 8, 18. i. laboris aerumnosi.

MISERITVDO, mis. f. [*δουλιότης*] Antiquum verbum. Accius, Qui infelix miseritudine factus est aliena, vid. Nonium 2, 521.

MISERIMONIVM, i. n. Laberius apud Nonium 3, 144 Tibi relicum est miserimonium.

MISEREOR, eri. [*ἐλεῶ, ἐλεῶμαι, οὐκίρω, σπλαγγίζομαι*] Deprensens; et aliquando MISEREO, ere. Est Ob alicuius miseria, Dolens animo concipere. Genitio tantum iungitur. Virg. Ecl. 2, 7 Nil nostri misere. Cic. pro Corn. Balb. 64 Miseremini eius, qui non de suo peccato, sed huius summi et clarissimi viri facto; non de aliquo crimine, sed de periculo suo, de publico iure disceptat. Id. ad Brut. 16 Ac vestri miserebor. Festus, Miseretur is, qui miserum subleuat. L. Crassus apud Priscian. 8 p. 824 Neque me minus vestri quam mei miserebitur. Aetatis Nep. 19, 4, 1. Esuriei alicuius misereri Cic. Fam. 8, 1. Laborum Virg. Aen. 2, 143. Qui misereri Mei debent, non desunt inuidere Cic. Att. 4, 5. Sociorum inopum miserere Iuuen. Sat. 8, 89.

¶ 2 Misereo antiqui vsurpabant pro Miseror. Ennius in Hecuba, Miserete anuis, date ferrum, vt me anima priuem. Nonius 7, 58. Conf. Heissel. p. 247. Misereo, miseres, pro Misereor, eris, apud antiquos vsitatum fuisse testatur Priscianus 8 p. 797. et magis diserte p. 824 Miseresco magis a Misereo est, quo vetustissimi sunt vsi. Laudat Ennium Annal. 5 Cogebant hostes, lacrimantes vt misererent. Lucret. 3, 894 Ipse sui miseret; neque enim se vindicat hilum. i. Miseretur. Impersonal. Cic. de Inu. 1, 48 c. 30 Commune est, quod omnes vulgo probarunt et secuti sunt, huiusmodi, vt maioribus natu assurgatur, vt supplicum misereatur.

¶ 3 Vsiatissimum est Miseret imperf. q. d. miseria afficit me. v. g. Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui eam efflagitant Cic. pro Mil. c. 34. Ter. Eun. 4, 7, 32 Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi. Cic. pro Ligar. 14 c. 5 Caue te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat. Homines miseret poenae Liu. 2, 5. Ter. Eun. 5, 5, 3 Quid est? PY. miseret me; itaque, vt ne viderem, misera huc effugi foras. Festus, Miseret me, eadem forma dicitur qua Piget, poenitet, taedet. Sic deprecantis — totos quidem miseruit Apul. Met. 8 p. 210. Me miseret vicem Menedemi Ter. Heaut. 4, 5, 1 Te nil miseret tui dulcis amicali Catull. ad Alphenum 28, 2. Miseretur pro miseret ap. Non. 7, 80. Miseritum est. Plaut. Trin. 2, 4, 29 Nam nunc eum vidi miserum, et me eius miseritum est. Ter. Phorm. 3, 2, 16 Miseritum est. Miseriti est Phaedri 3, 2, 4. Miserita est eiusd. 3, 16, 5. Iterum Ter. Andr. 3, 1, 54 Me tuarum miseritum est fortunatum. Nondum potui inuenire auctoritatem idonei Poetae pro forma Misertus vel Misertum.

MISERESCO, ere. [*κατελεῶ, κατοικίρω*] Moueri misericordia. Virg. Aen. 2, 145 His lacrimis vitam damus, et miserescimus vltro. Miseresco, cum Genitio. Virg. Aen. 8, 573 — Arcadii quaeso misere-

rescite regis. Miserefcit, *impērs*. [κατοικίησται] Ter. Heaut. 5, 4, 3  
Atque inopis nunc te miserefcit mei.

MISERTOR, ōris. m. Fortunat. l. 2 Mart.

MISERICORS, cordis. Adi. [ιλεήμων, εὐσπλαγχνος, οὐκέρμων]  
5 Qui ex alicuius calamitate dolorem animo suscipit. Cic. de Finib. 4, 22  
c. 9 Nec misericordem iudicem esse oportere? Supplex, mansuetus,  
et misericors Auctor. ad Herenn. 2, 25. Animus auditoris mitis et  
misericors Cic. de Inuent. 1, 106 c. 55. Id. pro Ligar. 16. Quod si  
10 probare Caesari possemus in Africa Ligarium omnino non fuisse, si ho-  
nesto et misericordi mendacio, saluti cuius calamitosi consultum esse  
vellemus, etc. Se misericordem praebuit, et in testimonio religio-  
sum testis Id. pro Caecin. 26 c. 10. Compar. Plaut. Rudent. 1, 5, 23  
Misericordior nulla est me feminarum. Sententia tanto verior,  
quanto misericordior August. C. D. 21, 17. Superl. August. Confess.  
15 1, 4 Misericordissime Deus. Add. Saluian. de Gub. 2 p. 54. Manus  
August. Conf. 6, 8 extr.

MISERICORDIA, ae. f. [ἄλσος, ἐλεημοσύνη, κατοικίησις, οὐκός]  
est Aegritudo ex miseria alterius iniuria laborantis, *inquit* Cic. Tusc.  
4, 18. Misericordias iam habere haud hominem oportet Plaut. Most.  
20 3, 2, 115. Cic. pro Ligar. 16 c. ult. Nulla de virtutibus tuis plurimis  
nec gratior, nec admirabilior misericordia est. Idem Tusc. 3, 21 Si  
sapiens in aegritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam,  
posset in inuidentiam. Animus misericordiae plenus Scribon. Ep.  
Clementia et misericordia singulari vir Cic. post. red. in Senat. 16:  
25 Perfugium misericordiae Id. pro Ligar. 28. Adducere ad, *vid.* AD-  
DVCO. Adhibere fortunis alicuius Cic. pro Rabir. 5. Adinere,  
*vid.* ADIMO. Allicere ad Cic. pro Lege Manil. 24. Capere,  
*vid.* CAPIO. Captare Cic. Philip. 2, 86. Commendare iudici  
Quintil. 5, 11. Commouere Cic. pro Deiot. 40. Commoueri  
30 misericordia, *vid.* COMMOVOEO. Cic. Tusc. 4 c. 8. Concitare  
populi Id. de Orat. 1, 227. Confugere in alicuius, *vid.* CONFU-  
GIO. Cic. pro Quint. c. 2. Ducus misericordia Vlpian. in l. Si  
hominem. D. depositi. Vlpian. in l. Si hominem. D. depositi In-  
tempestiue misericordiam Exercuit. Habere Cic. pro Muraen. 87.  
35 Impetrari alicui Id. ad Brut. Ep. 12. Implorare et exposcere alicuius  
Id. pro Milon. 93 c. 14. Inducere ad, *vid.* INDVCO. Monere,  
*vid.* MOVOEO. Vlpian. in l. At si quis. §. Sed interdum. D. de  
relig. et sumt. fun. Potest tamen distingui et misericordiae Motus; vt  
si in hoc fuit misericors vel pius, qui funeravit, vt eum sepeliret,  
40 ne insculptus iaceret, etc. Praestare misericordiam Scribon. Ep. n.  
Praetentanda est iudicis Quintil. 4, 1. Eiusdem generis complura  
vt ab hominibus doctis magna cum misericordia fletuque pronuncian-  
tur Caes. Bell. Civ. 2, 12. *i. commotione misericordiae.* Requiere  
et efflagitare aliquorum Cic. pro Milon. 93 c. 34. Renocare mentes  
45 ad lenitatem misericordiamque Id. de Orat. 15 53. Tenet miseri-  
cordiam aliquem Id. pro Rabir. Tribuere Id. pro Planc. 3 c. Id.  
pro Rosc. Amer. 145 c. 50 Praedia mea tu possides; ego aliena miseri-  
cordia Viuo. Cic. . . Nunc quum omnes me causae ad misericordiam,  
atque ad humanitatem Vocent, etc. Misericordiam, pro Eleemossina  
50 dixisse Christianos scriptores, obseruat Des. Heraldus Commentar. ad Ter-  
tull. Apol. c. 42. De Ara Misericordiae dedicata Athenis, *vid.* Stat.  
Theb. 12 v. 481. et ibi Barth. Idemque ad Claud. B. Gild. v. 404.  
Apul. Met. 11 p. 263. Caes. Rhodig. Antiq. Lect. 6, 17. et Murf. de  
Ceramico gem. c. 14. Liuinii. ad Paneg. p. 325. H. Grov. Jur. B. ac P.  
55 2, 21.

MISERICORDITER. Adu. Laetant. 6, 18 Iustus nunquam  
praetermittet, quo minus aliquid misericorditer faciat. Conf. Quadrig.  
ap. Non. 11, 11. Deplorare misericorditer Hieron. ad August. Epist.  
89, 5. Add. August. Ep. 5.

MISEROR, āri. [οὐκέρω, ταλαιώζω] Verbis, aut lacrimis, aut  
opere dolorem, quem ex alicuius miseria, aut etiam ex nostra concepimus,  
ostendere, lamentari, et desere. Et constituitur cum Accusatio. Festus,  
Miseratur is, qui conqueritur aliena incommoda. Seruius ad Aen. 1,  
601 Miseror, et Misereor vnum significant. Saepē tamen locum habet  
65 obseruatio Vet. Auct. de Differ. voc. Putsch. p. 2206 Inter misereri et  
miserari hoc interest, quod miseremur, cum eodem tempore et dolet  
nobis de alicuius causa, et subuenimus laboranti. Miserari conso-  
lari tantum est (addere debeat, alienam, miseriam vel communem  
commemorare) intra affectum doloris. Cic. pro Muraen. 55 c. 27  
70 Vt non queam satis neque communem omnium nostrum conditionem,  
neque huius euentum fortunamque miserari. Me liceat Casum mi-  
serari infantis amici Virg. Aen. 5, 350. Contusosque animos, et  
res miserabere fractas Id. Georg. 4, 240. Caes. Bell. Gall. 1, 39 Tri-  
buni Caesarem secuti magnum periculum miserabantur. Sortem ali-  
75 cuius Virg. Aen. 12, 243. Misero, pro Miseror dicebant veteres;  
vt Accius in Athamante, Atque ita de illis merui, vt iure haec nun-  
quam miserarent mala Non. 7, 18. Miserando inopum Prudent.  
Psychom. 58.

MISERANS, antis. Partic. Virg. Aen. 5, 552 Miserans attollit  
amicum. Et Georg. 2, 499 Aut doluit miserans inopem. Minuc.  
c. 28 Nonnunquam etiam miserantes eorum crudelius sauebamus.  
Sic Gron.

MISERANTER. Adu. [οὐκέρωμένως] Gell. 10, 3 Et quid est  
quod aut ampliter, insigniterque, aut lacrimose, aut miseranter,  
85 aut multa copiosaque inuidia grauique penetrabili querimonia dixerit?  
Conf. Ven. Fortunat. de Vita Martini 4, 114.

MISERANDVS, a, um. Adi. [μισήσας] Idem quod Miserabilis.  
Cic. Tusc. 2, 21 Accede accede nate, assiste, miserandum aspice Eui-  
sferatum corpus lacerati patris. Ex Sophocle. Miserandus et Irri-  
90 dendus, *contraria.* Cic. de Orat. 1, 169 Hunc in minimis tenuissi-  
misque rebus ita labi, vt aliis miserandus, aliis irridendus esse videat-  
tur? Funus Lucan. 1, 104. Tanto ante alios miserandi magis  
Lit. 5, 42, 5. Lues Virg. Aen. 3, 139. In modum miserandum  
milites Pop. Rom. capti, necati, deserti, dissipati sunt Cic. de Prouin.  
95 Consul. 5 c. 3. Oratio tua omnibus miseranda visa est Id. de Orat.  
2, 278. Sors Ouid. Amor. 2, 7, 15. Tempestas Virg. Georg. 3,  
478. Seruius: Miseranda, Pessima, ferens rem dignam miseratione.

MISERĀTVS, a, um. Virg. Aen. 10, 686 Iuuenemque animi  
miserata repressit. Alii Animō. Instantis Fati miseratus Manil. . . .  
60 Amorem miseratus reginae Virg. Aen. 6, 28. Dolorem miserata  
Iuno Id. Ibid. 4, 694. Sil. 11, 381 Poenae iuuenem indignae miseratus.

MISERATIO, ōnis. f. [οὐκέρωσις] Significatio misericordiae, qua  
ex alicuius infelicitate mouemur. Cic. in Orat. 131 c. 38 pr. Nec vero  
miseratione solum mens iudicum permouenda est. Idem Fam. 5, 12  
75 Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non  
cum



cum quadam miseratione delectat? Non sine lacrimis, non sine dolore miseratione Cic. de Orat. 2, 196 c. 47. Commouere Quintil. 3, 1. Discutere Id. 3, 1. Eximere Liu. 45. Nasci miserationem et Odiā incitari, *contraria* Cic. in Partit. 56. Occupari Quintil. 4, 2. Venit miseratio aliquando ex eadem causa Id. 3, 1.

MISERATOR, oris. m. [*ἡλεων* Onomast. *Qui opus aliquod misericordiae exhibet in eum, cuius miseretur.* Iuuen. 2, 294 Peccantum largus miserator Iesus. Adde Tertull. adu. Marc. 5, 11. et de Pudicit. 2.

MISERATRIX, icis. f. Prosper. Aquitan. de Ingratis c. 30 Et tamen ex istis miseratrix gratia quosdam Eligit.

MISERABILIS, e. Adi. [*ἡλεωνος, ἡλεωνισις*] *Miseratione dignus, per quem alii misericordia commouentur.* Cic. de Finib. 2, 65 c. 20 Qui casus nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetenti erat voluntarius. Aspectus auctoris miserabilis Id. Philip. 2, 73. Bellum miserabile Ouid. Epist. 13, 51. Caedes Liu. 1, 59, 8. Virg. 15 Georg. 4, 514 *de Philomela*, Ramoque sedens miserabile carmen Integrat. Casus Cic. de Finib. 2, 65 c. 20. Morte Causa mortis indignior ac miserabilior Liu. 1, 59, 8. Corpus Virg. Ecl. 5, 21. Non erat hac facie miserabilior Crepereius Iuuenal. 9, 6. Liu. 1, 23 *pr.* Euentus belli minus miserabilem Dimicationem fecit, quod nec acie certatum est, et tectis modo disruptis, alterius vrbs duo populi in vnum confusi sunt. Elegi Hor. Carm. 1, 33, 2. Excidium Stat. Theb. 6, 96. Factum Ouid. Met. 9, 394. *Al. Fatum.* Fatum Id. Ibid. 6, 90. Genus miserabile poenae Id. Ibid. 8, 782. Ignorantia Quintil. 6, 1. Infans Ouid. Epist. 7, 135. Lethum Catull. 25 ad Mallium 66, 91. Nihil tam miserabile quam ex beato miser Cic. Partit. c. 17. Puer Ouid. Met. 3, 495. Cic. de Diuin. 1, 68 Fugientibus miserabilem Respectum incendiorum fore. Sonus Id. de Orat. 2, 197. Supplicium Stat. Theb. 1, 53. Voces Liu. 1, 29. Vulgus Virg. Aen. 2, 798. Vulnus Ouid. Trist. 5, 5, 15. Miserabilis alteri Id. in Ibin. 117. Visu miserabile Virg. Aen. 1, 115. Miserabile, pro Miserabiliter, nomen pro aduerbio. Virg. Aen. 12, 338 — miserabile caesis Hostibus insultans. Seruiur.

MISERAMEN, inis. n. Parui miseramina panis Iuuen. 4, 289. *Sed dubia est lectio.*

MISERABILITER. Adu. [*ἡλεωνως*] Cic. Tusc. 1, 96 Est enim stemus quum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emortitur. Idem Att. 10, 10. Marci Caelii quidem epistolam scriptam miserabiliter, quum hoc idem obsecraret, vt expectarem, etc. Liu. 3, 52 Prosequuntur coniuges liberique, cuiam se relinquerent in ea vrbe, in qua nec pudicitia, nec libertas sancta esset, miserabiliter rogitantes. Orbitatem suam Deslere Liu. 45, 42 *pr.* Exigere vitam Val. Max. 4, 4. *extr.* Cic. Att. 14, 10 At ille etiam in foro combustus, Laudatusque miserabiliter. *De Caio Caesare.* Loqui Cels. 3, 18. Compar. Senec. Excerpt. Controu. praef. 4 Tanto maior impetu dixit, tanto miserabilius.

MISEREVIVIVM, i. n. *Itali vocant herbam Proserpinacam.* Apul. de Herb. c. 18.

MISOGYNOS, i. m. *Ofor mulierum.* Cic. Tusc. 4, 25 c. 11 *inter affectus e metu nascentes, vt odium mulierum, quale in μισογυνεῖα est.* Variant libri, et videtur maxime probabilis lectio, quale in μισογυνεῖα Attilii est: *vt sit fabulae nomen μισογυνος.*

MISSILE, MISSIO, MISSVS, *vid. MITTO.*

MISTVRA, MISTVS, *vid. MISCEO.*

MISVMENOS, i. [*Μισύμενος*] *Comedia erat Menandri hac no. 55 mine, q. d. Inuisus, et quem odere vulgo.* Hac dictione vsus est et Martialis 14, 214 Non erit in turba quisquam *μισύμενος* ista: *b. e. Tam formosi et amabiles sunt pueri isti comoedi, tanque vix ex animo eorum desiderium deponi potest, quod vehementer penitusque medullis inhaereat, vt si μισύμενος, id est persona eius qui inuisus sit, agenda sit, vt vsuue. nire solet in comoediis, non sit in turba quisquam, qui eam agere possit.* Haec Turnebus.

MISY, yos. n. *Genus tubervis terrae, de quo Plin. 19, 3 Simile est, inquit, et quod in Cyrenaica prouincia vocant misy, praecipuum suauitate odoris ac saporis, sed carnosius. Athenaeus autem Mison vocat, et odorem carnis habere, non tubere carnosus esse, sicut Plinius scribit. Vira lectio melior sit, docti iudicent.* Cels. 5, 1 et 6 et 8. *it. 6, 6. Est item Misy, Corpus metallicum, quod in fodinis aerariis vt Chalcitis et Sory inuenitur, de quo Plin. 34, 12 f. 31 Misy aliqui tradiderunt fieri exusto lapide in scrobibus, (de chalcide capiunt) flori eius luteo cum teratur arenosa natura, f. terrea, chalcitidi similis etc.* Vid. Scribon. 37. 170. 177. — *ustum 34. 42. etc.* Genit. Misyis 298. 227. Misyos 223. Misyis viti 34. 240. Mysis 176. Mylii viti 241. Mysus 248.

## M I T

MITELLA, *vid. MITRA.*

MITESCO, ere. *Vid. MITIS.*

MITHRAS, ae. m. cum H [*Μίθρα*] a Persis dicitur Sol. Strabo lib. 15 *Persae caelum Iouem putant: colunt Solem, quem Mithram vocant.* Stat. Theb. 1, 720 Indignata sequi torquentem cornua Mithram. Vbi Lutatius ait, Sol apud Adiamenios Titan, apud Assyrios Osiris, apud Persas, vbi in antro colitur, Mithras vocatur. ¶ 2 Ponitur aliquando pro Primario sacerdote. Apuleius libro vlt. p. 267 *Elmenh.* Ipsumque Mithram illum suum sacerdotem praecipuum sacrorum ministrum decernit. ¶ 3 Mithras est etiam Funis nauticus, quo media naus vincitur Isidor. 19, 4. *Conf. Tertull. de Iona et Nineue v. 44. Vid. Rosin. Antiq. Rom. 10, 20 p. 988.*

MITHRIACA, orum. n. pl. [*Μιθριακά*] *Sacra Solis, siue Osiridis sacrificia: de quibus Lampridius in Commodio c. 9 extr. sic scribit, Sacra mithriaca homicidio vero polluit, quum illic aliquid ad speciem timoris vel dici, vel fingi soleat.*

MITHRAX, f. MITRAX, acis. f. [*Μιθραξ*] *Gemma est, variis coloribus contra Solem refulgens, de qua Plin. 37, 10 Mithrax a Persis accepta est, et Rubri maris montibus multicolor, contra Solem varie refulgens.*

MITHRIDAX, acis. f. *Eadem gemma.* Solin. c. 50 Mithridax sole percussa coloribus micat variis.

MITHRIDATES, is. m. [*Μιθριδάτης*] *Rex Ponti fuit, vi magna et animi et corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum et XX gentium ore loqueretur. Hic dissidentibus Romanis, sociali bello Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit, Graeciam insulasque omnes, excepta Rhodo, occupauit: sed postea a Sulla apud Dardanum fusus, et a*

*Pompeio victus, tandem a Pharnace filio in turre obsessus, venenam sumsit. Quumque id tardius vim suam exfereret (quia aduersum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat) immissum percussorem Gallum, aulorisate vultus territum reuocauit, et in caedem suam manum trepidantis adiuuuit.* Martial. 5, 77 *Perfecit potio Mithridates saepe veneno, Toxica ne possent facua nocere sibi.*

**MITHRIDATICVS**, a, um. Adi. *ut*, Bellum Mithridaticum Plin. 2, 105. Mithridaticum, i. n. *Antidotum*. [*μυθριδατικόν*] Plin. 25, 2 *Primo inuenta genera antidoti, ex quibus vnum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant, sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis: quoniam veneno viuerent.* *De Mithridate.* Conf. Id. Plin. 23, 8 f. 77. Seren. v. 1069.

**MITHRIDATION**, i. n. *Herba a Mithridate reperta.* Plin. 25, 6. *Adde* Gell. 17, 16. et Scribon. Larg. Compos. 194. Mithridatum antidotum Scribon. 194.

**MITIGO**, are. *Vid.* MITIS.

**MITIS**, e. Adi. [*ἥπιος, ἡπιότης, εὐμενής*] *Lenis, clemens, mansuetus; cui Durus aut Acer opponitur: estque proprie fructuum ab ipsa maturitate, aut reque adeo postquam decerpta sunt mollium; deinde ad* 20 *animum et mores transfertur, in quantum non asperi, duri, terribiles, sed placidi et faciles et aequi sunt.* Cic. de Senect. 28 *Facit persaepe ipsa sibi audientiam disertis senis compta et mitis oratio.* Idem in Hortens. apud Non. 4, 293 *Quid Theopompo acrius, aut Theophrasto mitius inueniri potest? Mitis et mansuetus, Ferus et inumanis, contraria*

Cic. de Inuent. 1, 2. *Precanti mitis* Stat. Theb. 1, 189. *Natura mitis et annis* Ouid. Epist. 14, 55. *Hor. Carm. 3, 10, 18* *Nec rigida mollior aesculo, Nec Mauris animum mitior anguibus.* i. *Animo mitiore, quam angues Mauritaniae. Mitis animum, hellenismus est.* Vultu

mitior Stat. Theb. 6, 291. *Mitior in aliquem* Liu. 4, 2. *Alimenta* Ouid. Met. 2, 288. *Animus semper* Id. ex Pont. 3, 2, 100. *Aura* Id. Fast. 2, 148. *Al. Mollis.* *Caput* Id. Amor. 1, 4, 36. *Consilium* Id. Trist. 1, 4, 5. *Dii mites hostibus* Id. ex Pont. 2, 1, 48. *Doctrina moderata et mitis; cui opponitur Aspera et Dura* Cic. pro Muraen. 60. *Dolorem mitiorem facit patientia* Id. Tusc. 2, 53

c. 22 *extr.* *Dominus mitissimus* Curt. 10, 5, 9. *Exilium mitius* Ouid. Trist. 2, 185. *Homo mitissimus et lenissimus* Cic. in Catil. 4, 10 c. 5. *Incendia* Ouid. Fast. 1, 411. *Ingenium* Id. Met. 13, 187. *Ira* Id. ex Pont. 4, 6, 20. *Lacrimae* Id. Met. 6, 505. *Mores mitissimi, Tractabiles.* Columel. 6, 29 *Mores laudantur qui sunt ex placido et ex concitato mitissimi.* *De equo.* *Numina mitissima* Ouid. Trist. 1, 1, 73. *Obitus* Tacit. Ann. 3, 19. *Oratio comuta et mitis* Cic. de Senect. 28. *Id. pro Muraen. 64* *Quod atrociter in Senatu dixisti, aut non dixisses, aut seposuisses, aut mitiorem in Partem interpretarere.* *Patrocinium* Ouid. ex Pont. 1, 2, 70. *Pietas* Id. Trist. 3, 4, 34. *Poena mitior* Quinctil. 6, 4. *Solator* Stat. Silu. 5, 5, 40. *Soli mitiora* Curt. . . *Solum* Hor. Carm. 1, 18, 2. *Stat. Silu. 3 vlt. v. 79.* *Tacit. Ann. 15, 64* *Deinde oblata mitiore Spe, etc.* *Stagnum mite, Tranquillum* Virg. Aen. 8, 88. *Succi* Ouid. Met. 14, 690. *Tarentum* Stat. Silu. 1, 1, 102. *Temperies* Claud. de Rapt. 50 *Proserp. 1, 260.* *Terra mitior* Curt. 7, 4, 30. *Ventus mitior* Ouid. Met. 13, 440. *al. Amicior.* *Verba mitissima* Id. Met. 2, 816. *Cic. Att. 5, 1* *Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in sororem tuam.* *Id. Acad. 4, 11* *Homo natura lenissimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) stomachari tamen coepit.* *Tristitia mutare mitibus* Hor. Carm. 1, 16, 25. *Vitis largos mitesque Fructus alit* Curt. 7, 4, 26. *Mitia Sorba* Petron. c. 135. *Virg. Ecl. 1, 81* *Sunt nobis mitia poma, Castaneae molles.* *Mitis hic itemque Varron. R. R. 1, 68* *et alias non maturitatem modo significare videri, ad Varronem monuimus, sed aliquid ultra, quod in quibusdam pomorum generibus, piris v. g. mespitis, sorbis, inter maturitatem et putredinem modicum est.* *Huc referebam formulas, ubi v. g. Plaut. Mil. 5, 31* *Fustibus aliquis mitis dicitur: item ubi committigari sandalio caput Herculis Thrasoni optat parasitus* Ter. Eun. 5, 7, 4. *Sic Afranius apud Non. 4, 293* *Immo illi mitem faxo faciant fustibus.* *Vindemia* Virg. Georg. 2, 522. *Vuae* Id. Ibid. 1, 448. ¶ 2 *In MSS. confunduntur Mitis et Amicus.*

**MITE**, ius, issime. Adu. [*ἡπιότης, ἡπιότησον, ἡπιότησα*] *Apul. Met. 10 p. 255* *Elmenh.* *Mite connuere.* *Et* Caes. Bell. Gall. 7, 43 *Quae tamen Caesar intelligebat, tamen quam mitissime potest, legatos appellat.* *Ferre aliquid mitius* Ouid. Met. 15, 495. *Perire mitius* Id. ex Pont. 3, 7, 27. *Add.* Ammian. 14, 1.

**MITIVSCVLVS**, a, um. Adi. Dimin. *Cael. Aurel. Acut. praef.* *Febres paruae et mitiusculae.*

**MITESCO**, are. [*μιτισσομαι, μιτισσομαι*] *Mitem fieri.* *Lucret. 5, 1102* *Inde cibum coquere, ac flammae mollire vapore* *Sol docuit, quoniam mitescere multa videbant* *Verberibus radiorum, atque aestu victa per agros.*

Plin. 22, 25 *Genua quoque degrauat: sed madefactum pluribus diebus mitescit.* *Caelum Poeta ap. Cic. Tusc. 1 c. 28.* *Feritas disciplina* 80 *Vell. 2, 118, 1.* *Hiems* Liu. 23, 19. *Vuae* Colum. 3, 1. *De equo* Liu. 38, 17 *Nolite existimare beluas tantum recens captas feritatem illam siluestrem primo seruare, deinde quum diu manibus humanis alantur, mitescere: in hominum feritate mulcenda non eandem naturam esse.* *Hor. Epist. 1, 1, 39* *Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit, Si modo culturae patientem commodet aurem.* *Apuleii laudatur; falso arbitror, Confaccescunt fluctus, mare mitescit.* *Plecti et mitescere* Ouid. Met. 14, 697. *Discordiae mitescunt* Liu. 5. *Freta mitescunt* Ouid. Epist. 7, 179. *Ira mitescit* Id. ex Pont. 2, 7, 79. *Saecula mitescunt positis bellis* Virg. Aen. 1, 295.

90 **MITESCENS**, entis. Partic. Liu. 23, 19 *Mitescente iam hieme.* *Plin. 15, 13* *Prunorum velocitas cito mitescentium.*

**MITIGO**, are. [*ἡπιω, μιτιω, μιτισομαι*] *Mitem facere.* *Cic. Verr. 5, 138* *Neque in parentum luctu atque lacrimis, te mei nominis commemoratio mitigauit.* *Iraisci et Mitigari, contraria* Cic. in Orat. 144. *Emplastrum mitigat* Scribon. 221. *Ex agresti vita exculti ad humanitatem et mitigati fumus* Cic. de Legib. 2, 36. *Reconciliare et mitigare sibi aliquem* Id. Fam. 1, 9. *Aetas mitigabit, vsus flectet, dies leniet* Id. pro Muraen. 65. *Conf.* Id. pro Cael. c. 31. *Feras Bestias captas et inclusas longior Dies mitigat* Curt. 6, 3, 8. *Longinquitas temporis mitigat* Cic. Fam. 6, 4. *Animum mitigare* Id. pro Font. 26 c. 12. *Turpilius ap. Non. 4, 293* *Mifero mihi mitigabat sandalio Caput.* *Vid.* MITIS. *Dolorem* Cic. de Finib. 2, 95. *Dolores vetustate mitigantur* Id. Att. 3, 15. *Febrem quiete et abstinentia mitigauit* Quinctil. 2, 17. *Iras* Ouid. Trist. 4, 6, 15. *Labores magna compensati gloria mitigantur* Cic. de Orat. 2, 14. *Populorum*

100 *Populorum*

105 *Populorum*

110 *Populorum*

115 *Populorum*

120 *Populorum*

125 *Populorum*

130 *Populorum*

135 *Populorum*

140 *Populorum*

145 *Populorum*

150 *Populorum*

155 *Populorum*

160 *Populorum*

165 *Populorum*

170 *Populorum*

175 *Populorum*

180 *Populorum*

185 *Populorum*

190 *Populorum*

- Populum excitatum in bonos mitigare** Cic. de Orat. 1, 202. **Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare** Id. Q. Frat. 1, 1 c. 7. **Tristitiam mitigat et relaxat risus** Id. de Orat. 2, 236. **Agrum siluestrem mitigare flammis et ferro** Hor. Epist. 2, 2, 186. **Cic. de Nat. Deor. 2, 151 c. 60 Arborum autem consecratione, omnique materia et culta et siluestri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, et ad mitigandum cibum utimur, etc. i. Coquendum. Sicetiam de illa quam collationem a sese vocant,** Cic. Hortens. apud Non. 4, 293 **Quumque autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad concipiendas (Sic Mercer.) relaxarit, aestiua maturitate alia mitigauerit, alia torruerit.** Vid. locus Lucret. 5, 1102 **queni damus in MITESCO.**
- Mitigare, Maturare.** Cic. de Repub. 4 **Quumque Autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad concipiendas relaxarit, aestiua maturitate alia mitigauerit, alia torruerit.** Nonius 4, 293.
- MITIGATVS, a, um.** Partic. **Animus mitigatus** Cic. Fam. 6, 1. Curt. 5, 3, 1. **Feritas mitigata** Plin. 16, 12. Curt. 5, 5, 16. **Hiems mitigata** Curt. 9, 10, 4.
- MITIGATIO, ònis. f.** [*μιγνύσις*] **Mitigandi actus.** Cic. de Orat. 3, 130 c. 30 **Omnisque ad omnem animi motum et impulsio, et, si ita res feret, mitigatio.** **Licentia si nimium videbitur acrimoniae habere, mitigationibus lenietur** A. ad Herenn. 4 c. 37.
- MITIGABILITER.** Adu. **Cael. Aurel. Acut. 3, 4 Partes mitigabiliter relaxandae.**
- MITIGANTER.** Idem. **Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Partes mitiganter emollire.** Add. Id. Acut. 1 c. 11.
- MITIGATĪVVS, a, um.** Adi. **Quod mitigandi vim habet.** Cael. Aurel. Tard. 1, 4 **Mitigatiua adhibere.** **Curatio mitigatiua** Idem Acut. 1, 5.
- MITIGATORIVS, a, um.** Adi. [*μιγνύμενος*] **Quod habet vim mitigandi.** Plin. 28, 6 **Contra renum et lumborum vesicaeque cruciatus in balnearum solis pronos urinam reddere, mitigatorium habetur.**
- MITIFICO, ãre.** [*μιτίζω*] **Mitum facere.** Plin. 8, 7 **Capti celerime mitificantur hordei succo.** De elephantis. Conf. Gell. 2, 12.
- MITIFICATVS, a, um.** Partic. **Cic. de Diuin. 2, 57 c. 26 Depulso enim de pectore, et in omne corpus diuiso et mitificato cibo, cantus edere quiete satiatos.** De gallis.
- MITIFICVS, a, um.** Adi. **Quod facit, vel quod fit mite.** Apul. de Mundo extr. **Mitificum aliquem facere.** Adde Prudent. Hamartig. v. 963. et Tetrast. 20.
- MITĪLO, ãre.** **Lusciniam canendo imitari.** Auc̃t. Philomel. v. 16 **Matutinali tempore tunc mitilans.**
- MITRA, ac. f.** [*μίτρα*] **Capitis ornamentum Phrygum et aliorum Asiaticorum, quod molle et effeminatum videbatur Italis.** Virg. Aen. 9, 616 **Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae.** Ab Italis in Troianos dictum. **Mulierum nempe est.** Plin. 35, 9 **Capita mulierum mitris versicoloribus operuit.** Catull. Argon. f. 62, 63 **Non flauo retinens subtilem vertice mitram.** **Mitram autem gestasse viris turpe et molle censebatur etiam apud Graecos.** Lucian. ἐκατέρωθεν κατὰ μέτρον ἄλλοθεν τῆ μίτρα τῆς ἑκατέρωθεν. **Et Iuno Ioui Bacchi mollitiem obiciens apud eundem ait, μίτρα ἐπαδεδυμένος τὴν κορυφήν. Quin et Ἰουλιανὸς per probrum illic vocatur.** Ex Turneb. Aduers. 4, 14. Conf. Sera. ad Aen. 4, 216. Isid. 19, 31. **Anademata mitrae** Lucret. 4, 1123. **Maeonia mitra** Virg. Aen. 4, 216. **Picta Iuuen. Sat. 3, 66. Teres Claud. in Eutrop. 2, 185.** **A mitra, a crocota, a mulieribus soleis, purpureisque fasciis, a strophio, a psaltrio, a flagitio; a stupro est factus repente popularis P. Clodius** Cic. de Arusp. Resp. 44.
- MĪTELLA, ac. f.** Dimin. [*μιτγάριον*] **Virg. in Copa pr. Copa Syrica caput Graia redimita mitella.** Cic. pro Rabir. Post. 26 c. 10 **Deliciarum causa et voluptatis, non modo ciues Romanos, sed et nobiles adolescentes et quosdam etiam Senatores summo loco natos, non in hortis et suburbanis suis, sed Neapoli, in celeberrimo oppido, cum mitella saepe videmus.** **Alia Exemplaria habent Mitrella.** Add. Apul. Met. 7 p. 191. **Fasciae autem genus est Mitella.** Celsus 8, 10 **de brachii fracti curatione, Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato. Si quidem is maxime brachii naturalis habitus sit; idque inuolutum mitella commodissime excipitur, quae latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus collo iniicitur, atque ita comode brachium ex ceruice suspensum est.**
- MITELLITVS, a, um.** Adi. **Ornatus mitellis sive coronis sericis: ut Coena mitellita** Suet. Neron. c. 27. i. **In qua praebantur conuiuiis mitellae sericae vnguentis delibatae, pro coronis: quae Salmastii interpretatio est. Certe constans lectio est Mitellita, licet varia conentur critici.**
- MITRŪLA, ac. f.** Dimin. **Solinus c. 40 Serpens est paene ad semipedem longitudinis, alba quasi mitrula lineatus caput.** De basilisco, vid. Salm.
- MITRATVS, a, um.** Adi. **ut Capita mitrata** Solin. c. 33. Conf. Sidon. Carm. 9, 204. **Arabes mitrati** Plin. 6, 28.
- MITTO, mīsi, missum, ãre.** [*πέμπω, ἀποστέλλω, ἐπιστέλλω, ἵκμι, ἰάλλω, παραπέμπω, ἀπέλλω*] **Non tantum sollempni illa significatione est ablegare; sed latissime fuso intellectu motum in alia re efficere, suo manu, ut Lapideum, sive imperio, ut nuntium etc.** Ter. Eun. 3, 3, 22 **Misit porro orare, ut venirem, serio.** Cic. Att. 1, 13 **Ego tibi aliquid de meis scriptis mitteram.** Id. de Senect. 3 **Hunc vero librum de senectute ad te misimus, ut nunc aiunt, tibi dedicauimus.** Cic. Verr. 1, 94 **Vt etiam filium suum electissimum adolescentem foras ad propinquum suum quendam mitteret ad coenam.** Liu. 35, 12 **Legatos censuit circa reges mittendos, qui non solum tentarent animos eorum, etc.** Cic. Att. 8, 1 **Ei statim rescripti, hominemque certum misi de comitibus meis.** **Mittere absolute, de legationibus.** **Miserunt Delphos consultum, quidnam facerent** Nep. 2, 2, 6. **Alium rogantes regem, misere ad Iouem** Phaedr. 1, 3, 22. **Ad vtrumque Germanicum exercitum etc.** **specie senatus misit** Tac. Hist. 1, 74, 3. **Cic. Att. 9, 15 Quae descripta attulit, illa e via misi ad te.** Idem Verr. 3, 48 **Missa est (ut ipsa significat) ex itinere, quum Verres iam de prouincia decessisset.** **Mature mittere, vid. MATVRVS.** **Paucis diebus mittere, vid. PAVCVS.** **Mittere, pro Scribere Graeco more, quibus ab ἐπιστέλλω dicta est Epistola q. d. misso.** Cic. Fam. 16, 9 **Curio misi, ut medico honos haberetur: et tibi daret quod opus esset; me cui iussisset curaturum.** **Caesarem ad se misisse hoc exemplo** Cic. Att. 9, 14 pr. Conf. b. l. Graeu. Nep. 25, 20, 1. **Mittere, cum priore supino.** Ter. Andr. 3, 2, 34 **Missa est ancilla illico obstetricem arcessitum ad eam, et puerum ut adferret simul.** **Misi qui pro vectura solueret** Cic. Att. 1, 1. **In acta mittere, pro Redigere.** Senec. de Benefic. 2. **Auxilium mittere** Ouid. Met. 11, 387. **Carpentum mittere supra aliquem** Varr. de L. L. 4, 32 extr. **Aliquem proum de ponte** Catull. 17, 23. **In consilium mittere: est Dimittere iudices ad sententiam dicendam ubi ora-**

tor dixerit, DIXI, auctore Alconio ad illud Cic. in Verr. 1, 26 c. 9  
 Accusabo: respondebis. Testibus editis ita mittam in consilium, ut  
 etiam si lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti turpe sibi existi-  
 ment non primo iudicare. Cic. pro Cluent. 83 c. 30 Cur enim, quum  
 5 in consilium iretur, Cluentius et Cannutius abesse pariebantur? et  
 quum in consilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dede-  
 rant, non requirebant? Oppianicus quaerebat? *Hactenus Cicero. Si  
 hoc est (inquit) verum, quod Cluentius et Cannutius iudicium corruerint,  
 quomodo id explicari potest, quod quum iudices ipsi in consilium mitterent,  
 id est quum iudicium iam expectare se dicerent, dicendi finem facientes,  
 non requirebant Stalenum unum iudicem, quem constat redemptorem totius  
 10 corruptionis fuisse; sed facile pariebantur illum abesse, non autem Oppiani-  
 cus, qui erat Cluentii aduersarius?* Plin. in Paneg. c. 67 Alii se super-  
 stites Reip. optabant, faciebantque; tibi salus tua inuisa est, si non  
 15 sit cum Reip. salute coniuncta. Nihil pro te pateris optari, nisi ex-  
 pedit optantibus; omnibusque annis de te in consilium deos mittis,  
 exigisque, ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris, qualis ele-  
 ctus es. Sed ingenti conscientia Caesar pacisceris cum diis, ut te,  
 si mereberis, seruent, quum scias merearisne neminem magis quam  
 20 deos scire. *Quo in loco a quibusdam legitur, Ne merearis: eadem  
 sententia, ne interrogandi particula praeposita.* Corpus mittere sepul-  
 cro Stat. Theb. 6, 8:8. Caes. Bell. Gall. 5, 10 Postridie eius diei ma-  
 ne tripertito milites equitesque in expeditionem misit, ut eos, qui fuge-  
 rant, persequerentur. In fabulas et sermones aliquem Quinctil. Decl.  
 25 15. In foedera se Virg. Aen. 12, 191. Se in aliquem Cic. pro Mil.  
 c. 28. i. inuadere: Ut in eos se potius mitteret, quam in vestras pos-  
 sessiones. Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda, *Versus,  
 quem Cicero tribuit Quinct. 8, 6, 73. Sed Laureae Tullii liberis vi-  
 detur adscribi in Catal. Vet. Poët. Scal. p. 194. it. Pitheoi p. 36.* Ad  
 30 fortunam mitti Senec. de Benef. 2, 31. Hastam misit in ora Ouid.  
 Met. 11, 8. Caes. Bell. Gall. 1, 11 Hic pagus vnus quum domo exis-  
 set, patrum nostrorum memoria, L. Cassium Consulem interfecerat, et  
 eius exercitum sub iugum miserat. Legatos ad Senatum Id. de Di-  
 uin. 1, 19. Id. Att. 1, 16 Legati cum auctoritate mitterentur, qui  
 35 adirent Galliae ciuitates, etc. Id. Fam. 15, 4 Tum Praeses magni-  
 tudine et animi et consilii, legatos ad me misit, se cum omnibus suis  
 copiis in mea castra esse venturum. *And. Nep. 2, 6, 4. Orbem  
 totum sub leges Virg. Aen. 4, 231. Sallust. in Iugurtha c. 25 Lite-  
 ras ad Iugurtham mittunt, quam ocyssime ad prouinciam accedat.*  
 40 *Conf. Nep. 8, 6, 1. Literas crebro alicui Cic. Att. 6, 5. In lo-  
 cum alterius aliquem mittere Liu. 25, 40. Lucem quam a sole acci-  
 pit, mittit in terras luna Cic. de Nat. Deor. 2, 103. Inferias, vid. h.  
 v. Mandata alicui Propert. 4, 3, 1. Manus mittere ad res legatas a  
 testatore, vid. MANVS. Mappam, v. v. Cic. Tusc. 1, 97 Ma-  
 gna me (inquit) spes tenet Iudices, bene mihi euenire quod mittar Ad  
 45 mortem. Id. pro Rabir. Post. 4 Nec interea locupletare amicos  
 vnquam suos destitit, mittere in negotium, dare partes, augere, fide  
 sustentare. Quinctil. in Milite Mariano s. Declam. 3, 5 pr. Ad no-  
 men mittere filios parentes festinarunt, quamuis asperrimo bello, ut  
 50 sub te ponere rudimenta militiae contingeret. Ad nomen, ut cum pri-  
 mum recitaretur ex censu: libris tabulis nomen suum, responderent, et nomen  
 darent militiae. Nuntios ad regem Caesar Bell. Gall. 4, 16. Obsi-  
 des Id. ibid. 3, 36. Cic. Att. 3, 7 Itaque Obuiam illi misimus Ache-  
 nas, ut inde Thessalonicam veniret. Id. Att. 6, 5 Tu tamen mitte  
 55 mihi quaeso Obuiam literas, numquid putes Reip. nomine tardandum  
 esse nobis. In ora populi Quinctil. Declinat. 18. Oratores peti-  
 tum pacem Liu. 1, 15. Oratorem ad aliquem de re aliqua Cic. de  
 Clar. Orat. 55. Cic. pro Quinct. 8; Haec perinde loquor, quasi ipso  
 illo tempore, quum te Praetor iussisset ex edicto possidere, si in Posses-  
 60 sionem misisses, debueris aut potueris P. Quintium de possessione de-  
 turbare. Praecipitem de muro Hirt. Bell. Hispan. c. 5. Praecipitem  
 se mittere ex alto Vlpian. in l. Cum autem §. Capitalet D. de  
 Aedil. edict. Cic. in Orat. 87 c. 26 Utetur vtroque sed altero in  
 narrando aliquid venuste, altero in iaciendo mittendoque Ridiculo. Sa-  
 65 lutem alicui Ouid. Trist. 5, 13, 1. Sanguinem mittere *ἄφροσύνην  
 Metaph. Cic. Att. 6, 1 Appius, quum ἡ ἀφροσύνη prouinciam cura-  
 rit, sanguinem miserit, quidquid potuit detraxerit mihi tradiderit ene-  
 etam. Sed proprie Corn. Celsus 2, 10 Sanguinem incisa vena mitti  
 nouum non est; sed nullum morbum esse, in quo non mittatur, no-  
 70 vum est. Item mitti iunioribus et feminis vterum non geren-  
 tibus, vetus est. Ibid. Sed ut aliquando primo die sanguinem mit-  
 tere necesse est, etc. *Metaphorice iterum Cic. Att. 1, 16 Nam  
 et illud non nobis obest, videri nostrum testimonium non valuisse,  
 missus est sanguis inuidiae sine dolore, hoc est, profuit nobis ad  
 75 subtrahendam inuidiae materiam. Add. Quinctil. 8, 6, 51. A saxo  
 mittere se Ouid. Met. 11, 340. i. Praecipitare. Signum mittere, pro  
 Dare Caes. Bell. Ciuil. 1, 71. Signum sanguinis mittere, pro Emit-  
 tere sanguinem Lucret. 1, 881. In sermones aliquem, vid. paullo ante  
 In fabulas. In seruitutem vrbes Liu. 34, 58 extr. Subsidium et  
 80 subsidio Caes. Bell. Gall. 2, 6. In stagneam mittere Scribon. 230.  
 In suffragium Centurias, iubere suffragia iam ferre de re proposita. Liu.  
 31, 7 COS. in campo Martio comitiis habitis, priusquam centurias in  
 suffragium mitteret, Ignorare, inquit, videmini etc. Et in fine oratio-  
 nis, Ite in suffragium — Et c. 8 pr. Ab hac oratione in suffragium  
 85 missi, uti rogaret bellum iusserunt. Sic Mittere iudicem in decurias  
 Quinct. 4, 2, 45. In suspiciones plures Quinctil. 4, 2. Talos mit-  
 tere, pro iacere, sine iactare. Propert. 2, 33, 26 At nondum est talos  
 mittere lassam manus. Hor. Serm. 2, 7, 17  
 Postquam illi iusta chiragra  
 90 Contudit articulos, qui pro se tolleret, atque  
 Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna  
 Conductum pavit. Nam quoties missurus erat reso-  
 nante fritillo, Vtraque subducto fugiebat tessera fundo: Cumque re-  
 collectos auderet mittere Talos Sen. de morte Claudii. *And. Suet.*  
 95 Aug. c. 71. Plaut. Rud. 1, 1, 2 Pro dii immortales Tempestatem cu-  
 iusmodi Neptunus nobis nocte hac misit proxima. Vocem mittere,  
 pro Loqui. Lucret. 3, 944 Denique si Vocem rerum, natura repente  
 Mittat, etc. Liu. 35, 32 Qui Vocem liberam mittere aduersus regis  
 legatum auderent. Cic. pro Cluent. 88 Hodierno die primum veri-  
 100 tates Vocem contra inuidiam his iudicibus freta miserit. Vocem pro  
 Republica Id. pro Sext. 42 c. 19. Id. pro Flacc. 6 Vox de quaestu-  
 ra nulla missa est. Id. de Arusp. Resp. 39 Tum, quum furiales in  
 concionibus Voces mittis, quum domos ciuium euertis, etc. *¶ 2*  
*Observationes: Mittere, pro Emittere, vel producere, in plantis. Plin.*  
 105 *17, 84 Et cerasus, et tilia, et vitis corticem mittunt, sed non vitalem.*  
 Folia***

Folia mittere Plin. 12, 13. Idem 12, 6 Fructum e cortice mittit, admirabilem succi dulcedine. *Alii legunt Fructum cortice emittit.* Columel. 5, 10 Omnis autem vnam Radicem mittit, et simplici filo prorepit. Idem 3, 18 Et Radices e capite, qua recisum est, aequae mittit. Mittere, *Donare.* Virg. Ecl. 9, 6 Hos illi, quod nec bene veritat, mitimus hoedos. Mittere, *Desinere et finire.* Ter Adelph. 3, 2, 37 Hera lacrimas mitte. Ambages mitte Plaut. Cistel. 4, 2, 81. Liu. 34, 58 Quin mittimus Ambages, inquit P. Sulpitius, etc. Certamen Virg. Aen. 5, 286. Curam de pectore Id. ibid. 6, 85. Ter. Hec. 5, 2, 14 Nam si compererit crimina tua se falso vxor credidisse, missam Iram faciet. Liu. 40, 46 *extr.* Omnibus stantibus qui aderant, dextras, fidemque dedere, mittere vere, ac finire Odium. Spes leues mitte, et certamina diuitiarum Hor. Epist. 1, 5, 8. Ter. Adelph. 5, 3, 9 Repressi, redii, mitto maledicta omnia. Id. Andr. 5, 3, 2 Rem potius ipsam die; ac mitte male Loqui. Loqui caetera mitte Hor. Epod. 13, 10. Mitte Orare Ter. Andr. 5, 4, 1. Precari pro nobis mitte Ouid. Met. 3, 614. Plaut. Aulul. 4, 4, 34 Nunc laeuam ostende. **ST.** quin equidem ambas profero. EV. iam Scrutari mitto, redde huc Cic. Verr. 2, 183 Non inquam iam quaero vnde haec habueris, sed quo tibi tantum opus fuerit, id quaero, mitto de melle. *Taceo.* Ter. Adelph. 5, 4, 6 Nam ego vitam duram, quam vixi vsque adhuc, prope iam excursu spatio, mitto. Idem Heaut. 5, 1, 27 Mitto iam osculari atque amplexari, id nihil puto. *Et Andr. 4, 5, 25 Mitte id quod scio; dic quod rogo.* Item Phorm. 2, 1, 2. Cic. Verr. 3, 59 Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera. Cic. in Pison. c. 20 Mitto de amissa maxima parte exercitus. Mitto quod inuidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates subieris, etc. Cic. Fam. 15, 4. Mitte hunc ire Plaut. Milit. 5, 20. *i. sine.* Ter. Adelph. 5, 2, 5 Quid agis? quo abis? D. mitte me. Mitte hanc noxiam Ter. Eun. 5, 2, 14.

**MITTENS**, entis. Laborantibus subsidio scaphas Hirt. B. Alex. 30 c. 21. Cuspis nimis mittentis viribus vsa Ouid. Met. 8.

**MISSVS**, a, um. Partic. [*μισσολυμένος*] Missus ad Mithridaticum bellum Cic. Acad. 4, 1. Subsidio Stat. Theb. 3, 10. Sub magna pericula Virg. Aen. 9, 483. Ambagibus Hor. Sat. 2, 5, 9. Clamor ad sidera Stat. Theb. 12, 521. Corpora neci Ouid. Met. 7, 606. Dux in bellum Hor. de Arte Poët. 315. Legati de magnis rebus Hor. Serm. 1, 5, 28. Leo e cauea Auct. ad Herenn. 4, 51. Muneribus Horat. Sat. 1, 7, 8. Sagitta missa, Emissa Ouid. Met. 8, 695. Sanguis e corpore Lucret. 2, 194. Vox nescit missa reuerti Hor. de Arte Poët. 390. Voces missae velut oraculo Liu. 34, 50 *pr.* Facere missum, *est relinquere, a nostro consortio, familiaritate, potestate, arbitrio dimittere.* Cic. Att. 9, 8 Cn. Magium Pompeii praefectum deprehendi scilicet, et meo instituto vsus sum, et eum statim missum feci. Id. Verr. 5, 61 Deinde alii quaestus instituuntur: ex vno genere navali videte quam multi; accipere a ciuitatibus pecunias, ne nautas darent, pretio certo missos facere nautas; missorum omne stipendium lucrari. Ibid. Ut illud missum faciam. Idem Verr. 2, 28 Deinde si in hominibus eligendis nos spes amicitiae sefellerit, ut vindicemus, missos faciamus, semper ita viuamus, ut, etc. *Et Off. 1, 37 Marci quidem Catonis fenis est epistola ad M. filium, in qua scripsit se audisse eum missum factum esse a consule, quum in Macedonia Persico bello miles esset.* Varro de R. R. 3, 7 Columbas redire solere ad locum licet animaduvertere, quod multi in Theatro e sinu missas faciunt. *i. dimitunt.* Sic Ut cohortes ad me missum facias Pompeius sub Cic. Att. 8, 12. *Conf. Graeu. ad Cic. Fam. 14, 1.* Face me missum, Noli uti opera mea, inquit Donatus *ad Ter. Andr. 5, 1, 14* Illam hinc civem esse aiunt; puer est natus; nos missos face. Aut interfici aut missum Fieri iuberet Nep. 18, 11, 3. Ter. Adelph. 5, 9, 34 Missa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet, *i. Sine quod lubet agere.* Cic. pro Rosc. Amer. 132 c. 45 Verum ut haec missa faciam, quae iam facta sunt, ex iis, quae nunc maxime sunt, nonne quivis potest intelligere, omnium architectum, et machinatorem vnum esse Chryfogonum? Haec missa facio: illud quaero, is homo, etc. Id. pro Rosc. Amer. 132 c. 45. Plaut. Merc. Prol. 82 Dico esse iturum me mercatum, si velit; Amorem missum facere me, dum illi obsequar. Liu. 26, 14 Inde missio Conuiuii, dextris inter se datis, ultimoque complexu, collimantes suum patriaeque casum. Cic. pro Sext. 138 Missos faciant Honores, nec Rempubl. attingant. Id. Att. 10, 6 Quod si iam missio Officio periculi ratio habenda est, ab illis est periculum, si peccaro. Id. pro Quint. 46 Qui postea quoque Vadimonium missum fecerit, hunc per insidias vi de agro communi deiecerit, *vid. VADIMONIVM.* Suet. in Calig. c. 25 Subito ex prouincia euocauit, ac perductam a marito coniunxit sibi, breuique missam fecit. *i. dimisit, re-pudiauit.*

**MISSA**, ae. f. *Missio.* Si nuptias denunciatio vel ad domum mulieris missa non praecesserit l. 39 §. Nupt. ff. de adult. Sacrum et cultus diuinus apud Christianos, ut ap. Pontificios missa sicca. *Vid. Zimmerm. Anal. mensr. mens. 1 p. 29.* In ecclesiis palatiisque f. praetoriis Missa fieri pronuntiatur, quum populus ab obseruatione dimittitur Alc. Auitus epist. 1 ad R. Gundobadum. *Conf. b. l. 80 Sirmond.*

**MISSVS**, us. m. [*μισσος*] *Pro Missione.* Missu ephorum Nep. 17, 4, 1. Ad quem legatus venerat missu Marsyae regis Solin. c. 2. *Add. Tac. H. 1, 9, 2. et saepius.* Liu. 9, 19 Et pilum haud paullo quam hasta vehementius ictu missuque telum. Telorum missu A. de B. Hispan. 17, 3. Caes. Bell. Ciuil. 2, 28 Hunc conspicatae naues, quae missu Bruti ad portum excubabant. Lucret. 4, 410 Vix absunt nobis missus bis mille sagittae. Missus, *Immissionem ferarum, equorum, siue ludorum, aut gladiatorum in arenam, aliquando significat.* Suet. in Domit. c. 4 In his Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos a septenis spatiis ad quina corripuit. Id. in Claud. c. 21 Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus venatione. Spectacula multiplicatis missibus in serum protraxit Suet. Ner. c. 22. *Conf. Beroald. ad Suet. Domit. c. 4. Seru. ad Virg. Georg. 3 pr. Hinc* Missus, *pro Illatione ferculorum.* Lamprid. scribit in Heliog. c. 30 Eum celebrasse tale conuiuium, ut apud amicos singulos singuli missus apparerentur, et aliquando omnes missus sola carne phasianorum struxisse. *Add. Id. ib. c. 27 et 32. et Capitolin. Pertinace c. 12.*

**MISSIO**, onis. f. [*μισσις*] *Mittendi actus.* Cic. Att. 1, 4 (5) De literarum missione sine causa abs te accusor. Id. Philipp. 5, 1 Non sine causa Legatorum istam missionem semper timui, nunquam probavi: quorum reditus quid sit allaturus, ignoro. Missio, *pro Dimissione.* Suet. in Caes. c. 7 Missionem continuo efflagitauit. *Huiusmodi missionum in re militari multa sunt genera. Est enim honesta,*

- quae emeritis stipendiis ab imperatore indulgetur. Est caufaria, quae propter valitudines a laboribus militiae soluitur, unde Caufarii milites dicuntur a Livio. Est ignominiosa, quum quis propter delictum sacramento soluitur, vid. l. 13 D. de re milit. Est et praeter has gratiosa missio, quae per ambitionem et gratiam nimirum impetrabatur. De hac sic Livius 43, 16 extr. Et quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset. Missus honesta missione Grut. Inscr. p. 108 n. 5. Cic. Verr. 5, 100 Illos respondere, et docere vnumquemque missione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore et fuga, etc. Ibid. At ab omnibus tu mercedem missionis acceperas. Liu. 26, 1 Quibus Senatus missionem, reditumque in patriam negasset ante belli finem. Caufaria missio, vid. CAUSA. Ludorum Cic. Fam. 5, 12. Dare missionem alicui Petron, c. 21 et 52. — pernae Id. c. 66. Pugnare sine missione, i. Vsque ad necem. Flor. 3, 20, 14. Vid. ibi Freinsb.
- 15 Conf. Suet. Aug. c. 45. Apul. Met. 2 p. 99. Inter Missionem dare, et Exauctorare. Missio nimirum iis datur, qui penitus dimittuntur. Exauctorantur, qui solvuntur stipendio, nec tamen dimittuntur; sed habentur sub vexillo, non sub aquila, aut signis legionis; neque iam legionarii sunt, retinentur tamen, donec emerita solvantur, aut agri assignentur. Tacit. Ann. 1, 20 Missionem, ait, dari vicena stipendia meritis, exauctorari qui sena dena fecissent. Annotavit Turnebus.
- 20 3 Missio, Iactus. Vitruv. 2, 9 Caesar iussit eos extra telorum missionem circumvallari. Reicere hostes telorum missionibus Id. 1, 5. MISSOR, oris. m. Sagittarius. Cic. Arat. v. 84 Hinc missore vacans telum.
- MISSICIVS, vel MISSITIVS, i. m. Veteranus, militia dimissus. Suet. Neron. c. 48. Agnitus a quodam missicio praetoriano. Et Vet. Inscript. Grut. p. 1109 n. 5 TRIB. LEG. XI AVG. ET MISSICIVS LEG. VI AVG. Et Spon. Misc. p. 239 MILES MISSICIVS.
- 30 Conf. ibid. p. 243.
- MISSITO, are. Frequent. [μισπιζομαι] Liu. 9, 45 Ad Aequos inde veteres hostes, caeterum permultos annos sub specie infidae pacis quietos, versa arma Romana, quod incoluni Hernico nomine missitaverant simul cum iis Samniti auxilia.
- 35 MISSITATUS, a, um. Plin. 33, 1 Quum et codicillos missitatos epistolarum gratia indicet.
- MISSICVLO, are. Pro Missitare; ut Pensiculo, pro Pensito. Plaut. Epid. 1, 2, 29 Emta est ancilla, quod tute ad me literas missiculabas.
- 40 MISSILIS, e. Adi. [μισσηλιος] Quod facile mittitur. Stat. Theb. 8, 523 Et iibrans vni sibi missile telum Direxit iactus, etc. Missile, Telum omne quod manu in longum mittitur. Virg. Aen. 9, 520 Sed pellere vallo Missilibus certant. Add. Id. 10, 802. Pugnabant missilibus Lacedaemonii Liu. 34, 39. Conf. Curt. 4, 4, 9. Aculei missiles sunt-histrici Plin. 8, 35. Crinitum missile multa flamma Stat. Theb. 5, 387. Lapides missiles Liu. 1, 43. Pondus missile disci Propert. 3, 14, 10. Res missiles, Quae sparguntur. Dicuntur et substantivae Missilia, ut paullo post. Suet. in August. c. 98 Iisdem etiam epulum in conspectu suo praebuit, permissa, immo exacta iocandi licentia, diripiendique pomorum et opsoniorum rerumque missilium. De ephelis loquens. Saxa missilia, et Tela Missilia Liu. 2, 65. Tormenta Missilia Plin. 8, 23. Missilia, dicebantur Munera, quae a principibus populo spargebantur, ut puta bellaria, lineae, odores, unguenta: quod quum aliis temporibus, tum maxime Saturnalibus in theatro fieri solebat. Suet. in Calig. c. 18 Sparfit et missilia variarum rerum, et panaria cum opsonio viritim diuisit. Missilia variarum rerum dixit, pro varias res missiles. Idem in Neron. c. 11. et Aug. c. 48. et Domit. c. 4. Stat. Silu. 1 vlt. c. not. Geuartii et Cruc. Missilia iactare in vulgus Caius in l. Qua ratione, sub finem: D. de acquir. rer. domin.
- 60 MITTENDARIUS, i. m. Miles palatinus, qui saepius in provincias mittebatur. Item exactor tributorum. Theod. Cod. 6, 30 Mittendarii, palatini officii. Conf. l. 3. l. 7. l. 8 C. de palat. sacr. largit.
- MITTIX, icis. m. Qui facile mittit, i. qui missionem dat gladiatoribus, ne pugnare ad mortem cogantur. Petron. c. 45 Non est mittix. Alii aliter legunt. Vid. Burm.
- MITVLVS, i. m. [μιτυλος] Piscis, ostreacei generis. Hor. Serm. 2, 4, 28 Si dura morabitur alius, Mitulus et viles pellant obstantia conchae. Martial. 3, 60 Sumitur inciso mitulus ore mihi.
- 70 MITYLENE, es. et MITYLENAE, arum. f. [Μιτυληνη] Vrbs in Lesbo, iuxta Mithymnam, a cuius nomine nunc tota insula Mitylene appellatur; in qua fuere olim duae nobilissimae ciuitates, haec videlicet et Methymna. Martial. 10, 68 Quum tibi non Ephesos, nec sit Rhodos, aut Mitylene. Dicta Mitylene, ut Diodor. 6 scribit, a Mitylene, Macbari filia. De Mitylenis meminit Cic. pro Rabir. Post. 4. Idem Att. 4, 11. et Fam. 7, 7. Hor. Carm. 1, 7, 1 Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen. Pulchra Hor. Epist. 1, 11, 17.
- MITYLENAEVS, a, um. Adi. Mango Mitylenaeus Martial. 7, 79. Pecten Mitylenaeus Claudian. de Nupt. Honor. v. 235.

## M I X et M N A

- MIXOBARBARI, orum. m. [μειζοβαρβαροι] Dicebantur, Qui ex altero parente Graeco, altero barbaro prognati erant; quo nomine dicti fuerunt Medae liberi, quos Aegeo peperit.
- MIXTVS, MIXTARIVS, etc. vid. Mistus, in MISCEO.
- MNA, ae. f. [μνη] vid. MINA. Plaut. Rud. 5, 2, 27 Praeterea centum mnae Philippicae. al. Mna Philippica, al. et Gronou. Denaria. Plin. 21, 34 Mna quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.

## M N E

- MNEMONICA, orum. n. [μνημονικα] Praecepta de memoria. Auctor ad Herenn. 3, 30 c. 17. et 40 c. 24 Quemadmodum igitur qui literas sciunt, possunt id quod dictum est scribere, et recitare quod scriperunt; ita qui mnemonica didicerunt, possunt quae audierunt, in locis collocare, et ex his memoriter pronuntiare.
- MNEMONIDES, um. f. Musae. Ouid. Met. 5, 268. Vid. ibi Heinsf.
- 00 Alii legunt Maenides.
- MNEMOSYNE, es. f. [Μνημοσύνη] Mater nouem Musarum, et interpretatur Memoria. Huius meminit Cic. de Nat. Deor. 3, 54 Iam Musae primae quatuor natae Ioue altero Thelxiope, Aoede, Arche, Melete. Secundae Ioue tertio, et Mnemosyne procreatae nouem.
- 05 MNEMOSYNON, i. n. [μνημόσυνον] Monumentum suae pignus, quod

quod amico in memoriam alicuius rei relinquitur. Catull. 12, 13 Verum est  
 ἡμετέρων, mei sodalis.

MNESTHEVS, ei. m. [Μνησθεῖς] Nomen proprium viri Tro-  
 iani. De quo Virgil. Aen. 4, 288 Mnesthea, Sergestumque vocat, etc.  
 Is ab Assaraco rege originem traxit, ut idem Virg. auctor est Aen. 12, 127  
 Et genus Assaraci Mnestheus. Nonnunquam vero causa metri additur B  
 post M Meneſtheus. Idem ibidem 10, 129 Nec Clytio genitore minor,  
 hec fratre Meneſtheo. Nec aliter potest stare versus, ut annotauit  
 Seruius. Sed Pierio teste bona exemplaria Mneſtheo legunt, ut ſit versus  
 Spondaicus. 10

## M O B et M O C

MOBILIS, MOBILITAS, MOBILITER, vid. MOVEO.

MOCOSVS, a, um. Adi. [μωκόσως] Tribuitur Ciceroni Epist. 15  
 ad Att. 13, 13 Genere illo mocoſo. Vulgo legitur Moroſo. Salmaſius  
 etiam dare conatur Quinctil. 11, 3, 183. vbi vulgo, inotioſa actio. Vid. In-  
 terpp. et Cic. et Quinct. ll. cc.

## M O D

20

MODERATE, MODERATIO, MODERATOR, MODERA-  
 TRIX, MODERATVS, MODERO, MODESTE, MODESTIA, MO-  
 DESTVS, vid. MODVS.

MODERNVS, a, um. Adi. i. noſtri temporis: quo ſenſu reperi- 25  
 tur ap. Prifcian. Caſſiod. Bed. Barbarum cenſetur Barth. ad Brit. p. 687.  
 Conf. Cellar. Antib. p. 312.

MODIALIS, vid. MODIVS.

MODICE, MODICVM, MODIFICOR, MODIPERATOR, oris,  
 vid. MODVS. 30

MODIVS, i. m. [μυδις] Meſurae genus aridorum: tertia pars  
 amphorae ſ. quadrantalis, ſextarios continens ſedecim, ut ex Voluſio Mae-  
 ciano conficit Eiſenſchmidius. Columel. 7, 3 de bubus aratoris loquens,  
 Bubus pro temporibus anni pabula diſpenſantur, Ianuario menſe ſingulis  
 freſi et aqua macerati erui quaternos ſextarios miſtos paleis dare 35  
 conuenit; vel lupini macerati modios, vel cicerculae maceratae ſemo-  
 dios, etc. poteſt etiam ſi prouentus utilitatem facit ſemodius fabae  
 freſae praeberi. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Verumque illud eſt quod  
 dicitur, Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amiciciae munus  
 expletum ſit. Cic. Off. 2, 58 Ne M. quidem Seio vitio datum eſt, 40  
 quod in caritate aſſe modium populo dedit. Caef. Bell. Civil. 2, 18  
 Tritici modios CXX millia polliceri cogit. Mille modii fabae Hor.  
 Epist. 1, 17, 55. Modio metiri pecunias: vid. Interpp. Petron. c. 37  
 p. 156.

¶ 2 Modius agri, qui laudatur ex Varr. R. R. 1, 10, 2  
 nihil eſt niſi vitium quorundam librorum. Eſt enim modus agri, etc. 45

¶ 3 Modius, eſt Locus in nauis, cui malus inſiſtit. Iſidor. 19, 2 Modius  
 eſt, quo arbor inſiſtit. Vid. Scheff. de Milit. nau. 11, 5. Diſtus  
 ſine dubio a ſimilitudine, cum ſit cauum cylindri figura. Hinc M O-  
 DIOLVS.

MODIVM, i. n. Idem. Plin. 18, 16 Id praefant in iugera modia 50  
 vicena. Vrnae duae amphoram complent, quae ſunt modia tria Anony-  
 m. de menſuris ap. Rigalt. modia quinque medimnum faciunt ibid.

MODIATIO, oris. f. Modiorum certus numerus; meſura in modis.  
 in l. Quum non frumentum. C. De uſuris, Quum non frumentum, ſed  
 pecuniam foenori te accepiffe alleges, ut certa modiatio tritici praefa- 55  
 retur; ac niſi is modius ſua die fuiſſet oblatus, meſurarum, etc. Conf.  
 Caſſiod. Varr. l. 4.

MODIOLVS, i. m. Dimin. [μυδιόλιον] Ex Modio, quod varie  
 deinde uſurpatur. Sic Modiolus, paruum vas ad hauriendum ex puteo,  
 aut lacu, aut flumine aquam. Vitruu. 10, 9 Circa extremum latus rotae 60  
 figentur modioli quadrati, pice et cera ſolidati. Ita quum rota a cal-  
 cantibus verfabitur, modioli pleni ad ſummum elati, et ruruſ ad imum  
 reuertentes, inſundent in caſtellum ipſi per ſe, quod extulerunt. Add.  
 Vitr. 10, 12 ſq.

¶ 2 Modiolus etiam, vas eſt meſurarium po-  
 tui paratum, ut Phiala, ut trulla. Scacuola in l. Seiae. D. De auro et 65  
 arg. leg. Seiae dulciſſimae poculum aureum, quod elegerit, fidei here-  
 dum committo, ut dent. Quaeo quum in hereditate non ſint niſi  
 trullae, ſcyphi, modioli, phialae, an Seia de his ſpeciebus eligere poſ-  
 ſit? Reſpondi, quum omnia potui parata pocula dicantur, poſſe eam  
 ex his eligere. Plaut. Ciſt. 2, 2, 6 Vix exſculpi ut diceret, quia ei 70  
 promiſi modiolum vini dare.

¶ 3 Modiolus in balliſta.  
 Vitruuius in fabrica eiſdem, Conſtituantur inquit, modioli forami-  
 num ii. Ad quem locum ſic Turnebus, Modioli ſunt, qui a Graecis appel-  
 lantur χοινιδας, ſuntque formae rotundae et turbinatae, induunturque for-  
 amini; idque perſpici poteſt ex ſequenti Vitruuii capite, in quo ita ſcribi- 75  
 tur, Tum vero modioli aerei in ea capitula includuntur, et in eos cu-  
 neoli ferrei, quos τροχιδας Graeci vocant, collocantur. Quo tamen loco  
 τροχιδας legendum putat idem Turnebus.

¶ 4 Modiolus in  
 rota, [αλίμνη, χοινίον, χώνη] Cui affixi ſunt radii, qui capit axem, circa  
 quem agitur. Plin. 9, 4.

¶ 5 Modiolus, [χοινίον] In- 80  
 ſtrumentum chirurgicum offibus excidendis Celf. 8, 3 Modiolus, ferra-  
 mentum concavum teres eſt, imis oris ſerratum, per quod medium  
 clauus ipſe quoque interiore orbe cinctus demittitur. Reliqua ratio ex  
 uſu intelligi poteſt: Si vitium offis in exiguo eſt, quod comprehendere  
 modiolus poſſit, ille potius (quam terebra) aptatur. At ſi caries ſubeſt, 85  
 medius clauus in foramen demittitur. Si nirities ſit, angulo ſcalpri  
 ſinus exiguus ſit, qui clauum recipiat, ut, eo inſiſtente, circumactus  
 modiolus delabi non poſſit: deinde is habena, quaſi terebra conuertit-  
 tur. Eſtque quidam premendi modus, ut et foretur et circumagatur:  
 quia, ſi leuiter imprimitur, parum proficit; ſi grauiter, non mouetur. 90  
 — At vbi iam iter modiolo impreſſum eſt, medius clauus educitur, et  
 ille per ſe agitur. Deinde cum ſanitas inferioris partis ſcobe cognita  
 eſt, modiolus remouetur.

MODIALIS, e. Adi. [μυδιαίος] Quod modium continet. Plaut.  
 Capt. 4, 4, 8 Aulas, calicesque omnes confregit, niſi quae modiales 95  
 erant. Modius, qui Graece χοινίον, inſcribatur quaedam Varronis  
 Satyra, in qua diſputabat de modico victu cultuque, et parſimonia, et ho-  
 minum tanquam demenſo. Turnebus.

MODO. [ἀερλω:] Adu. o finale breui, Tempus ſignificat praefens,  
 vel mox praeteritum, vel nondum praeteritum, vel ſtatim futurum: ut, 100  
 Modo id ago, Modo veni, Modo id dicebam, Modo faciam. Breue  
 itaque interuallum aut paene nullum notat. Ter. Adelph. 3, 1, 2 Modo  
 dolores mea tu, occipiunt primulum. Vbi Donat. Euidenter hic Modo  
 temporis praefentis Aduerbiuſ eſt. Idem Hec. 3, 5, 8 Aduenis  
 modo? PAM. admodum. Vbi Donat. Difficile inuenitur praefentis 105

temporis Modo. Atque ut ostendat esse momentum etiam praesentis temporis, dixit Admodum, quod est minus. Florent modo nata Hor. de Arte Poët. 62. Modo ait, modo negat Ter. Eun. 4, 4, 47. Cic. de Diuin. 2, 62 Quod si eorum vi caelum modo hoc modo, modo illo modo temperatur. Hor. Serm. 2, 7, 9 Saepe notatus Cum tribus annellis, modo laeua Priscus inani Vixit inaequalis. *Notat certe proximitatem quandam temporis, et parua interualla. Sic et in istis, quae ad paullo ante praeteritum tempus referuntur, ut*, Modo ab nostris Imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis notati, modo ab Senatu agris vrbibusque multati sunt Cic. pro Font. 2. Modo egens, repente diues Idem Philipp. 2, 65. Idem de Natur. Deor. 1, 31 Facit in iis, quae a Socrate dicta retulit, Socratem disputantem, formam dei quaeri non oportere, eundemque et solem et animum deum dicere, et modo vnum, tum autem plures deos. Modo, *pro Nunc*, Quincil. 1. prooem. Nunc autem quae velut propria philosophiae asseruntur, passim tractamus omnes. Quis enim modo de iusto, aequo, ac bono, non et vir pessimus loquitur? *Hic apertissime Fabius Nunc et Modo pro eodem vsu paui.* Modo, *de Tempore Praeterito*. Ter. Eun. 4, 4, 30 Quando? DO. hodie. PH. quam dudum? DO. modo. Donat. Nota Modo aperte pro praeterito tempore dictum esse, id est iamdudum; nam qui vitiauerat virginem non modo, sed longe ante vestem mutauit cum eunuchio Phaedriae. Cic. de Finib. 5, 4 Modo enim fuit Carneades. *i. Nuper*. Modo vno tempore tot viri clarissimi interierunt Cic. Fam. 4, 5. Modo, *minus significat quam Nuper*. Idem Verr. 4, 16 c. 3 Quid dico nuper? immo, vero modo, ac plane paullo ante vidimus. Sen. Ep. 49 Modo amisisse te videor. Quid enim non modo est, si recorderis? (*i. quid non reuocare et retro admo- vere sibi potest memoria?*) Modo apud Sotionem philosophum puer sedi, modo causas agere coepi, modo desii velle agere, modo desii posse. — Modo te profectus sum; et tamen hoc modo aetatis nostrae bona portio est. ¶ 2 Modo ut, vel Si modo, aut Modo videam, *pro Dummodo*. Ter. Phorm. 1, 2, 9 Qui istuc est? G. scies: Modo ut tacere possis. *Add. Id. Heaut. 4, 1, 4.* Cic. de Finib. 1, 29 Probabo (inquit) modo ista sis aequitate, qua ostendis. Cic. de Amicit. 61 In quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum est de via, modo ne summa turpitudine sequatur. *i. Dummodo non sequetur summa Reipub. turpitudine.* Cic. Fam. 16, 11 Magna auxilia Afranio et Petreio ducibus habet a tergo: videtur, si insaniet, posse opprimi, modo ut vrba salua. *Et Verr. 4, 10 Concede ut impune emerit, modo ut bona ratione emerit.* Si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur Virg. Aen. 4, 109. ¶ 3 Modo, pro Tantummodo, ut ait Donatus; siue Solum, et duntaxat. Ter. Eun. 2, 3, 17 Chaerea aliquid inueni modo quod ames. *Inueni est Imperatiuus.* Cic. de Orat. 2, 146 Quae quidem omnibus, qui ea mediocriter modo considerarint, studio adhibito et vsu pertractata esse possunt. *Conf. Sueton. Domit. c. 5.* ¶ 4 Modo, pro Quidem, vel tamen. Cuiusque modi genus hominum, quod modo vsui foret Sallust. Cat. c. 39 *extr. Vbi vid. Curt. Ad. Idem Jug. 64, 5.* Quincil. 6, 3 Si mihi tradita sequi praecepta sufficeret, satisfeceram huic parti, nihil eorum, quae legi vel didici, quod modo probabile fuit, omittendo. Cic. de Diuin. 1, 86 Nemo aliter philosophus sensit, in quo modo esset auctoritas. Ut omnes istius iniurias, quas modo posset, rescinderet Cic. Verr. 2 c. 26. Et clamant, merito, qui modo cunq; vident Ouid. Am. 2, 14, 40. Cic. Fam. 1, 5 Si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere. ¶ 5 Modone; *Interrogatiuum, quemadmodum Nunc, et Numquid.* Ter. Andr. 5, 3, 11 Me miserum. s. modone id demum sensisti Pamphile? ¶ 6 Modo non, *Tantum non.* Perinde valet, quasi dicas Propemodum, fere, fere, paene. Ter. Phorm. 1, 2, 18 Senem per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens. ¶ 7 Cicero Fam. 6, 13 Deinde, quod ea de Repub. semper voluisti atque sensisti, ut non modo cum secunda sperare debeas, sed etiam si omnia aduersa essent, etc. ¶ 8 Modo, pro Saltem. Ter. Adelph. 3, 4, 63 Utinam hoc sit modo defunctum.

**MODVLOR, MODVLATIO, MODVLATOR, MODVLATVS, MODVLATE, vid. Modulus, in MODVS.**

**MODVS, i. m.** [*μετρον, μετρος, ὄμμα, μετρεῖσθαι*] *Mensuram significat, cui notioni affinis est Modius: deinde ipsam quantitatem rei: sed etiam qualitatem et rationem: tum mediocritatem et iustam mensuram: atque moderationem: ut exempla docebunt.* Plaut. Poen. 1, 2, 29 Modus omnibus in rebus optimum est habitu, Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex se. Columel. 2, 19 *pr.* Est autem modus in sicando foeno, ut neque peraridum, neque rursus viride colligatur. Cic. in Orat. 73 c. 22 In omnibus rebus videndum est quatenus; effi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. Cic. Off. 1, 135 Ut incipiendi Ratio fuerit, ita sit desinendi modus. Modo ac Ratione omnia Romae Nauium fecisse Idem pro Quint. c. 7. Idem de Orat. 2, 58 Pictoris cuiusdam summi Ratione et modo formarum varietate locos distinguentis. Ter. Andr. 5, 1, 7 Vide quam iniquus sis prae studio, dum efficias id, quod cupis; neque modum Benignitatis, non quid me ores cogitas. Bellandi modus Sil. 16, 91. Cic. de Senect. 86 Nam habet natura, sicut aliarum omnium rerum, sic Viuendi modum. Ter. Andr. 1, 1, 68 Scias posse habere iam ipsum suae Vitae modum. *i. Moderationem et regimen, inquit Donatus.* Asper, et rarus Quincil. 4, 1. Blandi Ouid. Sabin. Epist. 1, 36. Frequens, et fauorabilis Quincil. 4, 4. Iustum sumere sibi Cels. 4, 2. Maior vini modus Idem 8, 4. Miris modis visenda animalia Virg. Georg. 4, 309. Lucret. 4, 1276

Nam facit ipsa suis interdum femina factis,  
Morigerisque modis, et mundo corpore culta,  
Ut facile insuecat secum vir degere vitam.

Omni modo differre Plin. 16, 14. Idem 16, 32 Omni modo Laborauit Mithridates rex, et caeteri incolae, sacrorum certe causa laurum, myrtumque habere, et non contigit. Cels. 3, 27 Vtile est iam se- vum miscere cum hyoscyami et vrticae contritis feminibus, sic, ut omnium par modus sit, idque imponere. ¶ 2 *Formae verborum: Abiit modus, vid. ABEO.* Cicer. Off. 1, 14 His rebus, quae tractantur in vita, modum quendam Adhibentes et ordinem, honestatem et decus conseruabimus. Adiuere, *vid. ADIICIO.* Aestimare aliquid simili ratione modoque Horat. Epist. 2, 1, 20. Capere modum, *vid. CAPIO.* Carere sine modoque Lucret. 1, 963. Constituere rebus infinitis Cic. de Finib. 1, 2. Custodire modum, *vid. CUSTODIO.* Definire alicui rei Idem pro Marcell. 26. Dicere et facere aliquid modo et ordine Idem Off. 1, 15. Dare modum professioni Quincil. 2, 1. Ediscere numerosque modosque vitae Hor. Epist. 2, 2, 114. Exequi stationis modum Cic. Verr. 3, 146. Exigere



gere tempus modumque secum Virg. Aen. 4, 475. Cic. Verr. 2, 118 c. 48  
 Nos modum aliquem et finem orationi nostrae criminibusque Faciamus.  
 Idem Fam. 5, 16 Nulla fuit vnquam liberis amissis tam imbecillo mulier  
 animo, quae non aliquando lugendi modum Fecerit. Et de Legib. 2, 53  
 Iphisque auctorem fuisse, vt aliquando controuersiarum aliquem Face-  
 rent modum. Conf. Liu. 3, 11 pr. Facere more et modo aliquid Cic.  
 pro Muraen. 72. Facere more modoque Horat. Carm. 4, 2, 28.  
 Facere modo et ratione omnia Cic. pro Quint. 28. Figere modum  
 nequitiae Hor. Carm. 3, 15, 2. Finit modum nouis sepulcris Cic.  
 de Legib. 2, 66. Idem de Finib. 2, 27 Ergo et auarus erit, sed finite: 10  
 et adulter, verum Habebit modum; et luxuriosus, eodem modo. Et  
 Verr. 2, 144 Quid vero, modum statuarum Haberi nullum placet? at-  
 qui habeatur necesse est. Hor. Serm. 2, 3, 266

— ô here quae res

Nec modum Habet, neque consilium, ratione, modoque 15  
 Tractari non vult.

Cic. Fam. 4, 7 Sed Habet ista ratio, vt mihi quidem videtur, quendam  
 modum. Imponere modum dolori, pugnae, tempori, vid. IMPONO.  
 Labens mille modis Ouid. Met. 5, 596. Laborant miseris modis di-  
 stracta Lucret. 3, 506. Metiri modum Cic. in Parad. 6. Misceri 20  
 multis modis Lucret. 2, 115. Nulla in re modum humana ingenia  
 Nouerunt Plin. 26, 4. Cic. de Nat. Deor. 5, 90 Quinam Tantalida-  
 rum interuentioni modus Paretur? Patitur secundis in rebus mo-  
 dum. i. Modestiam seruat. Senec. Thyest. 3, 5. Ponere modum exitiis  
 Virg. Aen. 7, 129. Praescribere Quinctil. 4, 1. Cic. pro Lege 25  
 Manil. 3 Itaque non mihi tam copia quam modus in dicendo Quaeren-  
 dus est. Regnat in his maxime modus Quinctil. 11, 3 extr. Ser-  
 uare modum, finemque tenere Lucan. 2, 381. Seruant non arma  
 modum Senec. Herc. fur. 6. Sistere Ouid. Met. 15, 493. Statuere  
 Hor. Serm. 1, 2, 211. Cic. pro Sull. 48 c. 17 Ac si considerare coe- 30  
 peris, vtrum magis mihi hoc necesse fuerit facere, an tibi; intelliges  
 honestius te inimicitiarum modum Statuere potuisse, quam me huma-  
 nitatis. Statuere grauib. aerumnis Senec. Herc. fur. 4 v. 206.  
 Statuere imperii diuturnitati Cic. pro Lege Manil. 26. Statuere ali-  
 enae industriae Idem de Finib. 1, 3. Sum, vt, Est modus in rebus 35  
 Hor. Serm. 1, 1, 106. Temperant modum frigoris et caloris accessus  
 et recessus solis Cic. de Natur. Deor. 2, 50. Idem Off. 1, 106 c. 29  
 Sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei Tenendum  
 esse eius fruendae Modum. Ibid. Ludendi est etiam quidam modus  
 retinendus, vt ne nimis omnia profundamus. Idem in Parad. 3 Si 40  
 quidem rerum modum fingere non possumus, animorum modum Tene-  
 re possumus. Terminare modum artis vtilitate Cic. Tuscul. 1, 4.  
 Idem in Parad. 6 Non aestimatione census, verum victus atque cultus  
 Terminatur pecuniae modus.

¶ 3 Cum Pronominibus et  
 Adiectiuis: Cic. de Inuent. 1, 46 Credibile est, quod sine vlllo teste, 45  
 auditoris opinione firmatur; Hoc modo, Nemo est, etc. Add. Scri-  
 bon. 271. Cic. Tusc. 2, 10 Est igitur ambulanti bus ad hunc modum  
 sermo ille nobis institutus. Eodem modo Scribon. 3, 20. 128. 192.  
 Spero me habere, qui hanc meo excreciem modo Ter. Eun. 5, 3, 11.  
 Molestus ne sis, non tuo hoc fiet modo Plaut. Most. 2, 1, 25. Ter. Andr. 50  
 1, 1, 126 Sine nunc Meo me viuere interea modo. i. Mea volunta-  
 te, meo arbitrio, inquit Donatus. Cicero Att. 14 (13) 23 De die tan-  
 tum videto, et id ipsum Bono modo. Idem Acad. 4 137 c. 24 Haec  
 tibi Luculle, si es assensus Antiocho familiari tuo, tam sunt defendenda,  
 quam moenia; mihi autem Bono modo tantum quantum videlicet 55  
 Bono modo fiat Plaut. Merc. 5, 4, 62. Add. Idem Amph. 3, 4, 13. Bono  
 modo inuenire pecuniam Plin. 7, 43. Cato c. 5 Si quis quid deli-  
 querit, pro noxa Bono modo vindicet. Cic. Verr. 2, 9 Hunc denique  
 ipsum pertulissent, si Humano modo, si vilitate more, si denique vno  
 aliquo in genere peccasset. Indignis accipi, vid. ACCIPIO. Miris, 60  
 vid. MIROR. Multiplex Plin. in Praeem. 33. Multis modis ali-  
 quem exspectare, pro Vehementer Ter. Hec. 2, 3, 7. Donatus. Cic.  
 Verr. 4, (2) 93 c. 38 Et haec praeterea addidit homo Venerius, Nouo modo,  
 nullo exemplo, etc. Idem ibid. 4, 2, 186 Nunc ad sociorum tabulas  
 accepti et expensi, quas remouere honeste Nullo modo potuerunt, etc. 65  
 Cic. pro Rosc. Amer. 99 Nullum modum esse hominis occidendi, quo  
 ille non aliquot occiderit. Ter. Eun. 2, 3, 92 Quae nos, nostram-  
 que adolescentiam habent despiciatam, et quae nos semper Omnibus  
 cruciant modis. Omni modo cum aliquo agere aliquid Cic. Att. 6, 20

¶ 4 Cum Praepositionibus: Cic. Off. 1, 150 Cauendum autem est, prae- 70  
 fertim si ipse aedifices, ne Extra modum sumtu et magnificentia prodes-  
 Extra numerum modumque facere aliquid Hor. Epist. 1, 19, 59. In  
 modum pilae, in modum semipedis; item etiam, Modo gallinarum, et  
 modo sagittae Plin. 9, 46. Columel. de Arboribus c. 32. Plin. 11, 163  
 Idem 9, 29. Amici In modum, vid. IN Praepositionem. In mo- 75  
 dum (malagmatis) 233. Pecorum In modum Liu. 38, 17. In vuae  
 modum conuoluere se, vid. CONVOLVO. In germanum modum  
 amicus Plaut. Caf. 3, 4, 25. In modum hostilem Liu. 1, 5. Hosti-  
 lem in modum cruciari et necari Cic. Verr. 5, 73. Add. Liu. 1, 5.  
 Cic. de Prou. Conf. c. 3. Maiorem in modum, vid. MAGNVS; 80  
 Mirabilem in, vid. MIROR. Mirum in, vid. MIROR. Miseran-  
 dum in, vid. MISER. Perpetuum in modum, vid. IN Praepositionem.  
 Peregrinum in modum, vid. IN Praepositionem. Firmic. 2, 32 Hic  
 enim dies, id est tertius, plurimum in modum in genituris operatur.  
 Seruilem in modum cruciari Cic. Verr. Act. 1, 13. Intra modum, 85  
 vid. INTRA. Intra loquendi modum dicere, vid. INTRA. Cic.  
 de Diuin. 1, 100 Veienti bello quum lacus Albanus praeter modum ere-  
 visset. Supra Virgil. Georg. 4, 236.

¶ 5 Cum Substan-  
 tiuis: Apis more modoque Hor. Od. 4, 2, 27. Indaginis Tacit. in  
 vita Agric. 37. Latrocinii magis, quam belli modo Liu. 38. Pacis 90  
 Tacit. Hist. 4, 15. Pecorum modo, pro Ritu siue more pecorum Id.  
 Ann. 4, 25. Idem Agric. 6 Ludos, et inania honoris, modo ratio-  
 nis, atque abundantiae duxit. Ruinae modo Idem Hist. 4, 71.  
 Liu. 39, 26 Seruorum modo praeter spem repente manumissorum, licen-  
 tiam linguae et vocis experiri. Vitae Cic. pro Muraen. c. 8. ¶ 6 95  
 Modus, Finis, seu euentus. Iuuen. Sat. 6, 443 Imponitque modum sa-  
 piens, et rebus agendis Virg. Aen. 4, 294 Tentaturum aditus, et quae  
 mollissima fandi Tempora, quis rebus dexter modus. i. Quis sit opti-  
 mus rebus euentus, vel quis finis, inquit Seruius. Valer. Flacc. Ar-  
 gon. 1, 294 Iamque mero, ludoque modus; positique quietis Conti- 100  
 cuere thoris. Modus, i. Finis, impositus est potationi et ludo, cubitumque  
 abierunt. Quis scelerum modus est? Lucan. 1, 334. Quid modi fu-  
 turum est, illum quaerere Plaut. Men. 2, 1, 8. Hic modus est orbis  
 Auien. Descript. Orb. v. 100 de columnis Herculis. Nullo modo, pro  
 Nullo fine. Iuuen. Sat. 7, 100 Nullo quippe modo millefima pagina 105

furgit. Nullus modus longo lateri Virg. Georg. 3, 54. Non est modus exemplorum Plin. 9, 8. Adest nullus modus lacrimis Ouid. Trist. 1, 9, 38. Facere sibi modum Veneris Idem Met. 4, 258. Ponerere modum orationi Tacit. Ann. 4, 9. ¶ 7 Modus, in musicis, pro Mensura, et flexu, quem in suo cantu obseruare solent. Auct. qui Cenforino solet adiungi c. 11. Modus est lex quaedam et ordo vocalium interuallorum, et differentia etc. Vid. Dalec. ad Plin. 2, 22. Conf. Aeolius, Dorius, Lydius, Phrygius, etc. Hinc illud in titulis Comœdiarum Terentii, Modos fecit Flaccus Claudii filius, etc. Cic. de Orat. 254 Solet idem Roscius dicere, se quo plus sibi aetatis accederet, eo tardiores tibicinis modos et cantus remissiores, esse facturum. Docilis modorum Hor. Carm. 4, 6, 43. — Discordes Stat. Silu. 5, 5, 26. Dulces Hor. Carm. 3, 9, 10. Flebiles Idem ibid. 2, 9, 10. Quinct. 1, 10 Musice effeminata et Impudicis modis fracta. Lyrici Ouid. Epist. 15, 6. Quinctil. 1, 10 Duces maximos, et fidibus et tibiis cecinisse traditum, et exercitus Lacedaemoniorum Musicis accensos modis. Pressi et flebiles Cic. Tusc. 1, 106. Rudis Ouid. de Arte Am. 1, 111. Scenatilis, pro Versu scenico, ut Iambico, quo in comœdiis, et scena Poetae solent uti. Varro Modio, Sed ô Petrule ne meum taxis librum, Si te pigebit hic modi scenatilis. Nam versus iambicos, quibus hoc composuit, innuit iucundo circuitu orationis. Ex Turneb. 12, 16. Numeris modisque licentia maior Hor. de Arte Poët. 211. Verbis, rebus, et modis lugubre carmen. Cic. Tusc. 3, 45. Certare diuersis modis Stat. Silu. 1, 2, 148. Concordant varii Ouid. Met. 10, 147. Dicere aliqua quocumque modo, i. Carminibus celebrare. Virg. Ecl. 5, 50. Fingere et disponere modos Ouid. Amor. 3, 7, 6. Quinct. 1, 10. Sed ne haec quidem praesumenda pars est, ut yno interim contenti simus exemplo C. Gracchi, praecipui suorum temporum oratoris, cui concionanti consistens post eum musicus fistula, quam tonarion vocant, modos quibus deberet Intendi, ministrabat. Cic. de Orat. 1, 154 Quod si ille adstrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum, tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, quanto facilius nos non Laxare modos, sed totos mutare possumus? Ministrare Quinct. 1, 10. Noscere varietates et modos vocum surdus non potest Cic. de Diuin. 35, 9. Postulant submissiorem quendam modum Quinct. 3, 8. Liu. 7, 2 Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos Saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant. Temperare modis canticum Euamthius Prol. in Ter. Tenuare paruis modis magna Hor. Carm. 3, 3, 72. ¶ 8 Mensuram et quantitatem adeo significat praesertim, cum vocatur Modus agri, Plaut. Aulul. prol. 13 Agri reliquit ei non magnum modum. Cic. Att. 13, 23 Etsi nihil scripsit, nisi de modo agri. Idem pro Flacc. 80 Voluisti magnum Agri modum censer. Horat. Serm. 2, 6, 1 Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus. Liu. . . Ne cui maior quam quinquaginta iugerum Agri modus esset. Add. Id. 6, 35. Qui foderant, ingentem Aquae modum inuenerunt Front. de Aquaed. l. 1. Hastae modum duplicauit Nep. 11, 2, 4. Erant et falces et operae messoriae omnis modus Apul. Met. 6. Gell. 1, 1 Facile intellexit modum spatiumque plantae Herculis, ratione proportionis habita, tanto fuisse quam aliorum procerius, quanto Olympicum stadium longius esset quam caetera. Tantus erat in eo maximarum Rerum modus A. Victor. in Trai. Patercul. 2, 74, 3 Is tum occupata Sicilia, seruitia fugitiosque in numerum exercitus sui recipiens, magnum legionum modum effecerat. Pecuniae captivae ingens modus Curt. 5, 6, 8. Conf. ibid. n. 3. Optimus Pecuniae modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate discedit Sen. de Tranqu. c. 7. Add. Scribon. 73. Conf. quae Rhod. in Lex. Scribon. allegauit et adscripsit. Buchner. ad Plin. Epist. 8, 20.

MODVLVS, i. m. Dimin. [μδρδν] Pro Mensura. Hor. Serm. 2, 3, 309 — Ab iino. Ad summum totius moduli bipedalis. Idem Epist. 1, 7, 98. Metiri se quemque suo modulo ac pedé verum est. Ponderibus modulisque suis ratio utitur Hor. Serm. 1, 3, 78. Modulos Vitruuius 3, 2. vocat Particulas quasdam proportionem totius continentes, ad quas vix totum dimetiuntur architecti, Paullus in l. Non solum. §. Sciendum. D. De operis noui nuntiat. Sed ut probari possit, quid postea aedificatum sit, modulos sumere debet is, qui nuntiat; qui ut sumantur, conferanturque, Praetor decernere solet. Modulorum, in aquaeductuum doctrina et legibus frequens mentio v. g. apud Frontinum de Aquaed. Ponamus definitionem Poleni, Est fistula quaedam, efficiens veluti primam partem fistulae recipientis aquam; quae pars lumine suo, id est capacitae sua, determinet quantitatem aquae per ipsam fistulam derivandae. Ipse Frontin. Art. 36 Est autem calix modulus aeneus, qui riuo vel castello induitur; huic (modulo) fistulae applicantur. Longitudo eius habere debet digitos non minus duodecim; lumen, id est capacitas, quanta impetrata fuerit. Vlpian. in l. Damni infecti stipulatio pertinet. D. De damno infecto, Vnde Labeo putabat eum, qui modulorum aut riuu faciendi causa opus faceret, etiam satis dare debere, quia et in alieno solo faceret. ¶ 2 Modulus, ponitur etiam pro ipsa Modulatione in cantu, qui etiam Modulamen dicitur. Plin. 11, 37 Arteriarum pulsus in modulos certos, legesque metricas, per aetates stabilis, aut citatus, aut tardus. Sed hac est per translationem. Idem 7, 56 Lydios modulos Amphion; Dorios, Thamyras Thrax; Phrygios, Marfyas Phryx inuenit. Aequialere modulis. Auctor Philomelae.

MODVLOR, ari. [μδρδν, ἐπαυλδν, καταυλδν, φορμδζω, εὐδουλδζω] Ad modos aut modulos aliquid facere, ut Metiri. Gell. 7, 1 Scite, subtiliterque ratiocinatum Pythagoram Philosophum dicit in reperienda modulandaque status longitudinisque eius praestantia. De Hercule. Carmen modulari, vel Componere, vel decantare Virg. Aen. 1, 1. Carmina pastoris Siculi modulabor auena Idem Ecl. 10, 51. Carmen modulari arundine Ouid. Met. 11, 154. Cic. in Orat. 56 c. 18 Ipsa natura quasi modularetur hominum Orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec vna plus, nec a postrema syllaba citra tertiam, quo magis naturam ducein ad aurium voluptatem sequatur industria. Sonum vocis pulsui pedum modulari, Liu. 27, 37 exiv. i. dimetiri, rythmi causa. Verba modulanda fidibus Hor. Epist. 2, 29, 145. Cic. de Orat. 3, 185 Nisi quod hominum aures Vocem natura modulantur ipsa.

MODVLANS, antis. Partic. [ἐπαυλδν] Virg. Ecl. 5, 14 Carmina descripsi, et modulans alterna notavi. Natura ita modulante Plin. 2, 54.

MODVLĀTVS, a, um. Partic. Passiu. [ἐπαυλδνθεις] Vt, Modulatus sonus. Vid. SONVS. Quinct. 9, 2 Nomen ductum a canticis ad aliorum similitudinem modulatis. Carmen Latinum Hor. Od. 1, 32, 5. Carmina Suet. Aug. c. 57. et Calig. c. 16. Homo fieret totus modulatus et musicus Apul. Doctr. Plat. p. 60. Modulatiores Animi Gell. 1, 11. Nerui Lucan. ad Pison. 163. Compar. Gell. 12, 2 Oratio

Oratio modulatio aptiorque. *Superl.* Florus 2, 7, 15 Quam modulatifimo aliquo tibi arum, aut fidium cantu fruebantur.

**MODVLĀTVS**, ūs. m. [καταύλασις] *Cantus.* Senec. Herc. furent. v. 263 Cuiusque muros natus Amphion Ioue struxit canoro faxa modulatu trahens.

**MODVLATIO**, ōnis. f. [ῥυθμός, ῥυθμοποιία] *Idem.* Quinctil. 9, 4 Vt sint tamen pedes alii aliis crebriores, non verba facient, quae neque augeri, nec minui, nec sicut modulatione produci aut corripi possint; sed transmutatio et collatio. *Modulatio signiferi* Plin. 2, 8. Vocis modulationem fidibus ac tibiis adiuuare Quinctil. 11, 3.

**MODVLĀMEN**, ūnis. n. *Idem.* [ἐπαύλημα] *Auctor.* Philomelae v. 5 Nam quamuis aliae volucres modulamina tentent. *Conf.* Macrob. Somn. Sc. 2, 12. Sidon. Epist. 2, 2. et Carm. 1, 9.

**MODVLĀMENTVM**, i. n. *Idem.* Gell. 1, 7.

**MODVLĀTOR**, ōris. m. [ῥυθμοποιός] *Columel.* in Praef. 1 Placitae disciplinae confectentur magistrum vocis, et cantus modulatorem. Cantor atque optimus modulator Horatius Serm. 1, 3, 130.

**MODVLĀTRIX**, icis. f. *Aquas modulatrices dixit Tertull. de Baptismo c. 3.*

**MODVLĀTE**. *Adu.* [ῥυθμικός] *Concinne, et cum mensura.* Cic. de Nat. Deor. 2, 22 c. 8 Si ex oliua modulate canentes tibiae nascerentur, num dubitares, quin inesset in oliua tibicinis quaedam scientia? *Enuntiare aliquid Aufon.* Epist. 19. *Compar.* Gell. 11, 13 Collocata verba accuratius modulatiisque. *Adde Ammian.* 6, 7.

**MODVLĀBĪLIS**, e. *Adi.* Hyblaea modulabile carmen aena Calpurn. Ecl. 4, 63.

**MODIFĪCVS**, a, um. *Adi.* *Modum seruans.* Aufon. Parental. 27 Cui breuia mela modifica recino.

**MODIFĪCOR**, āri. [διαμετρέω] *Metiri.* Gell. 1, 1 Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. Cic. de Orat. 3, 184 c. 48 Verba illa modificata esse debent. Orationi modificabor Apul. Flor. *extr. i. modum ponam.*

**MODIFĪCATVS**, a, um. *Part.* Cic. in Partit. 17 c. 5 Tractatione autem, quum aut propria sumuntur vocabula, aut addita ad nomen, aut noua, aut prisca, aut ab oratore modificata, et inflexa quodam modo. *Modificato Celeusinate laudes canere Sidon.* Epist. 8, 12. *Modificatae lusciniarum Querelae Id.* 9, 2.

**MODIFĪCATIO**, ōnis. f. Senec. Epist. 89 (88) *post pr.* Syllabarum enarratio, verborum diligentia, fabularum memoria, versuum lex ac modificatio. *Conf.* Gell. 10, 3.

**MODIFĪCĀTOR**, ōris. m. Apul. Florid. p. 342. *de Antigenida,* Omnis voculae melleus modulator et idem omnis modi peritus modificator.

**MODIPERATOR**, ōris. m. [συμποσιαρχός] *Magister conuiuii.* Non. 2, 565 Modiperatores, quasi modum imperantes. *Varro Rerum humanar. lib. 20* In conuiuiis qui sunt instituti potandi Modiperatores magistri. *De re ipsa Lips. Antiq. Lect. 3 p. 104.*

**MODĪCVS**, a, um. *Adi.* [ὀλιγός, τυτθός] *Moderatus et modicus, interdum paruus et pusillus.* Plin. 10, 55 Sed inuentum, vt oua in calido foco imposta paleis igne modico fouerentur. *Aceruus modicus Hor.* Epist. 2, 2, 190. *Animus modicus, continens, expertus ambitionis Plauti esse dicitur.* Anus Plaut. Curcul. 1, 1, 14. *Cantharis modicis potare Hor.* Carm. 1, 20, 2. *Classis Liu. de Bell.* 5

*Maced.* Collis Plin. Epist. 8, 8. *Columel.* 6, 2 Humilis et modica Corporatura pecoris operarii debet esse. *Fumus eius Tacit. Ann.* 5, 1. *Mentio Idem Hist.* 3, 9. *Patella coenare Hor.* Ep. 1, 5, 2. *b. e. Coena pauperum et plebriorum. Magnifici enim ciues et diuites grandes habebant patinas, vt ex Perf.* 2, 42 *appareat, ubi inquit, — sed patinae grandes, tucetaque crassa. Turnebus.* Tacit. Hist. 3, 74 *Modicum Sacellum Ioui Conseruatori, aramque posuit, b. e. Exiguum.* Idem Hist. 2, 49 *Othoni Sepulcrum exstructum est modicum, et mansurum.* Ab vtu modico tibi iunctus Ouid. ex Pont. 2, 5, 7. *Dignationis modicus Tacit. Ann.* 4, 52, 2. Idem *ibid.* 6, 39, 9. *Fine anni Poppaeus Sabinus concessit vita, modicus Originis. Pecuniae modicus Idem ibid.* 3, 72. *Paterculus, 1, 12. Ipse modicus Virium, immanis magnitudinis hostem interemit. Voti Perf.* 5, 109. *Modicus, Paucus.* Plaut. *In angiportu turba est, domum modici introierunt.* Cic. in *Parad.* 6, 2 *Meam autem quoniam Pecuniam contempnis, et recte (est enim ad vulgi opinionem mediocris) ad tuam nulla, ad meam modica, de me filebo, de te loquar. Pauca et modica disseruit Tacit. Hist.* 4, 40, 1. *i. modesta. Cic. de Legib.* 3, 40 *Quae cum populo, quaeque in patribus aguntur, modica sunt. i. Modesta atque sedata. Vid. Non.* 4, 292. *et 12, 11. Varr. de R. R. 1, 18 Modica Centuria, et ea ducentorum ingerum. Modicus cultu et In cultu Plin. in Paneg.* c. 83. *et Epist.* 1, 22. *Cultu modicus, sermone facilis Tacit. in Vit. Agric.* 40. *Eques Idem Ann.* 1, 73. *Exercitationibus modicis vtendum Cic. de Senect.* 36 c. 11. *Facultatibus modicus Plin. Ep.* 7, 32. *Gradu modico Plaut. Poen.* 3, 13, 19. *Iudicium Quinctilian.* 8, 3. *Minis modicis Plaut. Pseud.* 4, 7, 130. *Praelium Liu. de Bell. Maced.* Quies Idem *ibidem.* Res Plaut. *Perf.* 3, 1, 17. *Sed tamen modici fuimus in ὑποβην Cic. Att.* 4, 5. *b. e. Breues. Modicissimus Fulgentii esse dicitur. Modico contentus agebas Iuuen. Sat.* 9, 9. *Ne in modico quidem seruari potest Vell.* 2, 68, 1. *alii aliter.*

**MODICELLVS**, a, um. *Adi.* *Dimin.* Sueton. in Neron. c. 48 Decubuit super lectum modicella culcitra vetere pallio strato instructum.

**MODĪCVM**. *Adu.* [τυτθόν] *Parum.* Plaut. Bacch. *Fragm.* 4 *Edepol id modicum curat.*

**MODĪCE**. *Adu.* [μικρόν] *Moderate, it. parum, breuiter.* Plaut. *Mil.* 4, 5, 15 *Modice sapis.* Plin. 6, 22 *Aedificia modice ab humo extantia.* Cic. *Att.* 2, 19 *Minae Clodii contentionisque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Traducere verba modice Varr. de L. L.* 8, 10. *Cic. Att.* Sed vt modice caeteris vtile est, tibi necesse est. *Varr. de R. R. Quum aer est modice temperatus. Cic. Fam.* 16, 9 *Nos Agemus omnia modice. Id. pro Sul.* 80 *Quanquam a me timide modiceque Dicitur. Id. Fam.* 4, 4 *Sed tamen quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Reipub. non putare, si perpetuo facerem; modice hoc Faciam, aut etiam intra modum. i. Cum modo aequo et pari Gell.* 12, 13. *interprete. Pro Modeste, vel moderate et patienter. Cic. Tusc.* 1, 1:1 *Nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice Ferre debemus. — iniurias Cic. de Fin.* 1, 46 c. 14. *Spernere modice libertatem Liu. . . Vti modice libertate Id.* 34, 49.

**MODICE**. *Adu.* [μικρόν] *Moderate, it. parum, breuiter.* Plaut. *Mil.* 4, 5, 15 *Modice sapis.* Plin. 6, 22 *Aedificia modice ab humo extantia.* Cic. *Att.* 2, 19 *Minae Clodii contentionisque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Traducere verba modice Varr. de L. L.* 8, 10. *Cic. Att.* Sed vt modice caeteris vtile est, tibi necesse est. *Varr. de R. R. Quum aer est modice temperatus. Cic. Fam.* 16, 9 *Nos Agemus omnia modice. Id. pro Sul.* 80 *Quanquam a me timide modiceque Dicitur. Id. Fam.* 4, 4 *Sed tamen quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Reipub. non putare, si perpetuo facerem; modice hoc Faciam, aut etiam intra modum. i. Cum modo aequo et pari Gell.* 12, 13. *interprete. Pro Modeste, vel moderate et patienter. Cic. Tusc.* 1, 1:1 *Nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice Ferre debemus. — iniurias Cic. de Fin.* 1, 46 c. 14. *Spernere modice libertatem Liu. . . Vti modice libertate Id.* 34, 49.

**MODICE**. *Adu.* [μικρόν] *Moderate, it. parum, breuiter.* Plaut. *Mil.* 4, 5, 15 *Modice sapis.* Plin. 6, 22 *Aedificia modice ab humo extantia.* Cic. *Att.* 2, 19 *Minae Clodii contentionisque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Traducere verba modice Varr. de L. L.* 8, 10. *Cic. Att.* Sed vt modice caeteris vtile est, tibi necesse est. *Varr. de R. R. Quum aer est modice temperatus. Cic. Fam.* 16, 9 *Nos Agemus omnia modice. Id. pro Sul.* 80 *Quanquam a me timide modiceque Dicitur. Id. Fam.* 4, 4 *Sed tamen quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Reipub. non putare, si perpetuo facerem; modice hoc Faciam, aut etiam intra modum. i. Cum modo aequo et pari Gell.* 12, 13. *interprete. Pro Modeste, vel moderate et patienter. Cic. Tusc.* 1, 1:1 *Nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice Ferre debemus. — iniurias Cic. de Fin.* 1, 46 c. 14. *Spernere modice libertatem Liu. . . Vti modice libertate Id.* 34, 49.

**MODICE**. *Adu.* [μικρόν] *Moderate, it. parum, breuiter.* Plaut. *Mil.* 4, 5, 15 *Modice sapis.* Plin. 6, 22 *Aedificia modice ab humo extantia.* Cic. *Att.* 2, 19 *Minae Clodii contentionisque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Traducere verba modice Varr. de L. L.* 8, 10. *Cic. Att.* Sed vt modice caeteris vtile est, tibi necesse est. *Varr. de R. R. Quum aer est modice temperatus. Cic. Fam.* 16, 9 *Nos Agemus omnia modice. Id. pro Sul.* 80 *Quanquam a me timide modiceque Dicitur. Id. Fam.* 4, 4 *Sed tamen quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Reipub. non putare, si perpetuo facerem; modice hoc Faciam, aut etiam intra modum. i. Cum modo aequo et pari Gell.* 12, 13. *interprete. Pro Modeste, vel moderate et patienter. Cic. Tusc.* 1, 1:1 *Nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice Ferre debemus. — iniurias Cic. de Fin.* 1, 46 c. 14. *Spernere modice libertatem Liu. . . Vti modice libertate Id.* 34, 49.

**MODICE**. *Adu.* [μικρόν] *Moderate, it. parum, breuiter.* Plaut. *Mil.* 4, 5, 15 *Modice sapis.* Plin. 6, 22 *Aedificia modice ab humo extantia.* Cic. *Att.* 2, 19 *Minae Clodii contentionisque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Traducere verba modice Varr. de L. L.* 8, 10. *Cic. Att.* Sed vt modice caeteris vtile est, tibi necesse est. *Varr. de R. R. Quum aer est modice temperatus. Cic. Fam.* 16, 9 *Nos Agemus omnia modice. Id. pro Sul.* 80 *Quanquam a me timide modiceque Dicitur. Id. Fam.* 4, 4 *Sed tamen quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Reipub. non putare, si perpetuo facerem; modice hoc Faciam, aut etiam intra modum. i. Cum modo aequo et pari Gell.* 12, 13. *interprete. Pro Modeste, vel moderate et patienter. Cic. Tusc.* 1, 1:1 *Nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice Ferre debemus. — iniurias Cic. de Fin.* 1, 46 c. 14. *Spernere modice libertatem Liu. . . Vti modice libertate Id.* 34, 49.

**MODICE**. *Adu.* [μικρόν] *Moderate, it. parum, breuiter.* Plaut. *Mil.* 4, 5, 15 *Modice sapis.* Plin. 6, 22 *Aedificia modice ab humo extantia.* Cic. *Att.* 2, 19 *Minae Clodii contentionisque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Traducere verba modice Varr. de L. L.* 8, 10. *Cic. Att.* Sed vt modice caeteris vtile est, tibi necesse est. *Varr. de R. R. Quum aer est modice temperatus. Cic. Fam.* 16, 9 *Nos Agemus omnia modice. Id. pro Sul.* 80 *Quanquam a me timide modiceque Dicitur. Id. Fam.* 4, 4 *Sed tamen quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Reipub. non putare, si perpetuo facerem; modice hoc Faciam, aut etiam intra modum. i. Cum modo aequo et pari Gell.* 12, 13. *interprete. Pro Modeste, vel moderate et patienter. Cic. Tusc.* 1, 1:1 *Nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice Ferre debemus. — iniurias Cic. de Fin.* 1, 46 c. 14. *Spernere modice libertatem Liu. . . Vti modice libertate Id.* 34, 49.

**MODICE**. *Adu.* [μικρόν] *Moderate, it. parum, breuiter.* Plaut. *Mil.* 4, 5, 15 *Modice sapis.* Plin. 6, 22 *Aedificia modice ab humo extantia.* Cic. *Att.* 2, 19 *Minae Clodii contentionisque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Traducere verba modice Varr. de L. L.* 8, 10. *Cic. Att.* Sed vt modice caeteris vtile est, tibi necesse est. *Varr. de R. R. Quum aer est modice temperatus. Cic. Fam.* 16, 9 *Nos Agemus omnia modice. Id. pro Sul.* 80 *Quanquam a me timide modiceque Dicitur. Id. Fam.* 4, 4 *Sed tamen quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Reipub. non putare, si perpetuo facerem; modice hoc Faciam, aut etiam intra modum. i. Cum modo aequo et pari Gell.* 12, 13. *interprete. Pro Modeste, vel moderate et patienter. Cic. Tusc.* 1, 1:1 *Nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice Ferre debemus. — iniurias Cic. de Fin.* 1, 46 c. 14. *Spernere modice libertatem Liu. . . Vti modice libertate Id.* 34, 49.

**MODICE**. *Adu.* [μικρόν] *Moderate, it. parum, breuiter.* Plaut. *Mil.* 4, 5, 15 *Modice sapis.* Plin. 6, 22 *Aedificia modice ab humo extantia.* Cic. *Att.* 2, 19 *Minae Clodii contentionisque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Traducere verba modice Varr. de L. L.* 8, 10. *Cic. Att.* Sed vt modice caeteris vtile est, tibi necesse est. *Varr. de R. R. Quum aer est modice temperatus. Cic. Fam.* 16, 9 *Nos Agemus omnia modice. Id. pro Sul.* 80 *Quanquam a me timide modiceque Dicitur. Id. Fam.* 4, 4 *Sed tamen quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Reipub. non putare, si perpetuo facerem; modice hoc Faciam, aut etiam intra modum. i. Cum modo aequo et pari Gell.* 12, 13. *interprete. Pro Modeste, vel moderate et patienter. Cic. Tusc.* 1, 1:1 *Nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice Ferre debemus. — iniurias Cic. de Fin.* 1, 46 c. 14. *Spernere modice libertatem Liu. . . Vti modice libertate Id.* 34, 49.

**MODICO.** Adu. Modico prius Apul. Apol. p. 284. Vid. Elmenh. in Ind. Apul.

**MODICITAS**, atis. f. Fortunat. in Epist.

**MODĒRO**, āre. [*μετρώ, διακῆ* Gloss. Lat. Gr.] *Modum ponere.*

5 Sallust. Cat. c. 51 Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Consul gladium adduxerit, quis illi finem statuet, aut quis moderabit? In cl. Wasse edit. legitur Moderabitur. Sed Plautus *actiua forma vitur* Mil. 2, 2 extr. Ego voci moderabo meae. Conf. Non. 7, 36. *Passive.* Paul. in l. Pompon. lib. in fin. D. de neg. gest. Pro qualitate personarum et actio formatur, et condemnatio moderatur. Vlpian. in l. si serua. D. de iure dot. Ita res moderetur, vt, etc.

**MODERANDVS**, a, um. *Passive.* Vlpian. in l. sacrilegii. D. ad leg. Iul. pecul. Sed moderanda poena est. Paul. in l. quamuis. D. de in ius voc. Labeo ait, moderandam iurisdictionem, si poeniteat libertum.

**MODĒROR**, āri. Depon. [*ἐυθύω, πρῶτα ἐυθύνω, ἐπιτρέπω*] *Idem.* Moderari ex sua libidine Ter. Heaut. 2, 1, 4. *Promiscue Dativus et Accusativus iungitur.* Cic. pro Cael. 7 Quod et pudor tuus moderatur orationi meae. Idem in Partit. 15 Nam auditorum aures moderantur oratori prudenti et prouido, et quod respuunt, immutandum est. Tacit. Ann. 1, 31 Sed quibus Silius moderabatur. Cui moderabor diligentius Cic. Att. 5, 20 de filio Quinti Cic. dissolutius viuentis. Qui non moderabitur Irae, infectum volet esse, dolor quod suaserit et mens Hor. Epist. 1, 2, 59. Liu. 4, 7 Vt postmodum gaudeant se

20 Irae moderatos. Cic. de Fin. 2, 81 Et multi Epicurei fuerunt, et hodie sunt, et in amicitis fideles, et in omni vita constantes et graues, nec voluptate, sed officio consilia moderantes. Moderatur, mouet, regit omnia mens mundi Id. Acad. 4, 119. Gubernare et moderari prudentia omnia Id. Fam. 2, 6. Animo et orationi moderari quum

30 sis iratus, non mediocri ingenii est Id. Q. Frat. 1, 1, 13. In aduersis vultum secundae fortunae gerere, moderari Animos in secundis Liu. 42, 62. Sic Moderari Cantus numerosque arbitrio multitudinis Cic. Tusc. 5, 104 c. 36. Tacit. Ann. 2, 70 Naues soluit; moderabaturque cursui. Fidem moderari auditam arboribus Hor. Carm. 1, 24,

35 14. Fortunae suae Liu. 37, 35. Maria moderatur, terram tuetur, versat caelum Deus Cic. de Nat. Deor. 3, 94. Ortus nascentium luna moderatur Idem de Diuin. 2, 91. Religionem Id. de Nat. Deor. 1, 1. Religioni suae in testimonio dicendo Cic. pro Flacco c. 35. *pr. i. simpliciter, adhibere religionem.* Res rusticas venti et tempestates

40 moderantur Id. Verr. 3, 227. c. 98. Se moderari immodestis moribus Plaut. Curr. 1, 3, 44. Sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium, atque cursum, ex Reipublicae tempestate moderari, non est inconstantis Cic. pro Corn. Balb. 61. Tempus dicendi grauitate et prudentia moderari Id. de Orat. 2, 247. Verba moderatur, et se

45 ipse sustentat testis Id. pro Flacco. 12. Linguae moderandum mihi est Plaut. Curr. 4, 1, 25. *i. Tacendum est mihi.* Cic. Verr. 3, 102 Sentio Iudices moderandum mihi esse iam orationi meae, fugiendamque vestram societatem. Actio vocis conformatione moderanda est Id. de Orat. 1, 18.

50 **MODĒRANS**, antis. Partic. [*ἐυθύων*] Mens diuina caelum versans, terram tuens, Maria moderans Cic. N. D. 3 c. 39. Iuuen. Sat. 10, 127

Saeuus et illum

Exitus eripuit, quem mirabantur Athenae

55 Torrentem et pleni moderantem frena theatri.

De Cicerone.

**MODERANTER.** Adu. [*ἐυθύωντως*] Lucret. 2, 1095 Quis regere immensi summam? quis habere profundi Indu manu validas potis est moderanter habenas? Compar. Ouid. de Arte Am. 2, 353. Cur

60 rere moderantius Id. Met. 1, 510. Optare moderantius aliquid Id. ex Pont. 1, 8, 71. Verum his aliisque locis meliores libri habent Moderantius.

**MODERATVS**, a, um. Partic. [*μετρίος, σύμμετρος*] Cic. de Senect. 7 Moderati enim et nec difficiles, nec inhumani senes, tolerabilem agunt senectutem. Cic. Philipp. 2, 40 s. 16 Quod idem moestitiam meam reprehendit, idem iocum, magno argumento est, me in utroque fuisse moderatum. Moderatus et temperans in omnibus vitae partibus Id. pro Font. 30. Cupidos Moderatis anteferre Id. Ibid. 22 c. 10 extr. Amor

70 Ouid. Met. 4, 234. Ira Id. ex Pont. 2, 9, 77. Temperatis moderatisque Moribus esse Cic. Fam. 12, 27. Ego ista Studia non improbo, moderata modo sint Id. de Orat. 2 c. 37. Tempora Claud. Conf. Hon. 6, 549. Ventis moderatis iactantur aequora Ouid. Trist. 4, 4, 57. Vir moderatus Cic. de Finib. 3, 11. Sallust. in Catil. c. 12 Igitur ex diuitiis iuuentutem luxuria, atque auaritia cum

75 superbja inuasere; rapere, consumere, sua paruipendere, aliena cupere, pudorem, pudicitiam, diuina atque humana promiscua, nihil pensi neque moderati habere. *i. modestiae.* Compar. Vitagestu moderatior Cic. Parad. 3 extr. Ouid. Trist. 1, 8, 25 — neque enim moderatior alter. Superl. Cic. Fam. 10, 24 Sensus moderatissimi esse. Conf. Plin. 31, 6.

80 **MODERATE.** Adu. [*μετρίως*] Cum moderatione. Ouid. de Arte Am. 3, 683 Sed te, quaecunque est, moderate iniuria turbet. Cic. pro Font. 21 Ab his quidquam sancte aut moderate dictum putabis? Copiam rerum moderate ferre non possunt Cic. contra Rull. 1 c. 6.

85 Cic. de Amicit. 8 Quod animaduerti te dolorem quem acceperis, cum summi viri, tum amicissimi morte, ferre moderate, nec potuisse non commoueri. Conf. Id. Fam. 6, 1. Compar. Cic. de Finib. 1, 2 Qui autem, si maxime hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, etc. Isocrates festiuitates moderatius Temperauit Cic. in Orat. c. 52. Vti

90 dono moderatius Ouid. Amor. 3, 3, 47. Superl. [*μετρίωτατα*] Cic. de Legib. 3, 12 c. 5 Quae res quum sapientissime moderatissimeque constituta esset a maioribus nostris, nihil habui sane non multum quod putarem nouandum, etc.

**MODERATVS**, u. Liu. 4, . . Manum moderatu difficilem.

95 **MODERATIM.** Adu. Lucret. 1, 323 Naturaque rebus Paullatim tribuit moderatim crescere cogens. *i. Modice, et moderate, et sensim, atque ita, vt, quid quotidie accedat, cernere nemo possit.*

**MODERATIO**, ōnis. f. [*μετρίτης, σωφρονισμός*] *Muieſtia, siue lenitas, quae temperat, dirigitque modus in factis et dictis, et caeteris quae agendi officio continentur.* Cic. de Senect. 1 Noui enim moderationem animi tui, et aequitatem. Suet. in Tiber. c. 32 Parem moderationem minoribus quoque personis et rebus exhibuit. Adhibere moderationem in re aliqua. Vid. ADHIBEO. Cic. de Orat. 2 c. 59. Moderatio, *Gubernatio.* Cic. de Nat. Deor. 3, 85 c. 35 Mun-

105 di diuina in homines moderatio: vt dicimus Imperium in homines. Cic.

Qq 2

Cic. pro Sext. c. 33 Quae etiam collegae eius moderatio de me, *i. quantum ad me astinet, moderata de me sententia.*

MODERABILIS, e. Adj. *Quod regi se patitur* Ouid. Amor. 1, 6, 59 Nox et amor, vinumque, nihil moderabile suadent.

MODERATOR, ōris, m. [*ἐπιβουλή, σωφρονιστής, ἐπιστάτης*] *Rektor, gubernator.* Cic. de Nat. Deor. 2, 90 c. 35 extr. Postea quum vidissent motus eius finitos et aequabiles, omniaque ratis ordinibus moderata, immutabilique constantia, intelligere inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ac diuina domo, sed etiam rectorem et moderatorem, et tanquam architectum tanti operis, tantique muneris. *Et Fam. 2, 5 Dux nobis et auctor opus est, et eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam et gubernator.* Aratri Ouid. ex Pont. 1, 9, 57.

Tu eris omnium moderator Consiliorum meorum Cic. Fam. 1, 9. Iuuentae moderator, *Praeceptor et paedagogus* Martial. 2, 90. Orbis Ouid. ex Pont. 2, 5, 75. Sol moderator est et dux Temporum Cic. Tusc. 1 c. 28.

MODERATRIX, icis, f. [*ἐπιβουλή*] *Gubernatrix, rectorix.* Cic. pro Flac. 57 Quum speculatur atque obsidet Rostra, vindex temeritatis et moderatrix officii Curia. Idem de Nat. Deor. 3, 92 Eius autem vniuersae fœtricem et moderatricem diuinam esse prouidentiam. *Temperantia est moderatrix omnium Commotionum* Cic. Tusc. 5 c. 14. Iudex et moderatrix Resp. Cic. Philip. 5, 50 c. 18. Noctis arcanæ moderatrix Cynthia Stat. Theb. 10, 359. Rerum moderatrix sapientia Cic. de Inuent. 1, 5.

MODERAMEN, inis, n. [*ἡνδραγαθία*] *Idem quod Moderatio.* Ouid. Met. 3, 644 Obstupui: capiatque aliquis moderamina dixi. *Intelligit Moderamen nauis, id est gubernaculum.* Ius et moderamen equorum Id. Ibid. 2, 48. Certum Id. Ibid. 2, 67. Capere scepra et rerum moderamen Id. Ibid. 6, 677. Sumere moderamina mundi Claud. de Laudib. Seren. 46.

MODERAMENTVM, i. n. Moderamenta vocum Gell. 13, 6 dicuntur accentus.

MODESTVS, a, um, Adj. [*ἡπιθυμος, μετριος, σώφρων, κόσμιος*] *Qui modum seruat in consuetudine cum aliis, in petendo v. g. in laude sui, in vestitu, et ubicunque potest aliquis plus aequo sibi arrogare vel tribuere.* Ter. Adolph. 5, 8, 7 Proba et modesta. *Vbi Donatus, Proba sibi, et modesta apud alios.* Petulanti opponitur a Cic. Att. 2, 2 Plerumque Modestus occupat obscuri speciem Hor. Epist. 1, 18, 94. Modestus vultu, *h. e. Ipso vultu modestiam quandam prae se ferens* Ter. Andr. 1, 1, 93. Adolescentis modestissimi pudor Cic. pro Planc. 27. Adolescentia modestissima Id. pro Muraen. 53 c. 26. Epistola modestior Id. Fam. 3, 13. Frugi et modestus Id. Ibid. 13, 70. Homo modestus et prudens Id. Ibid. 13, 10. Iter modestum, apud Plin. in Epist. Mores Cic. de Lege Agr. 2, 83. Oculi Ouid. Amor. 2, 4, 11. Plebs optima et modestissima Cic. de Lege Agr. 2, 83. Rex modestus probus et integer Id. Att. 10, 6. Nec pudeat coram Verba modesta loqui Ouid. Amor. 3, 14, 16.

¶ 2 Modestus, *Modicus, paucus.* Tacit. Ann. 4, 7 Rari per Italiam Caesaris agri, modesta seruitia. *Pro Seruis, Seruitia dixit.*

MODESTE, Adu. [*σωφρόνως*] *Cum modo, inquit Donat. moderate, adhibito modo.* Ter. Hec. 4, 1, 38 *Quid tum postea, si modeste ac raro hoc fecit?* Cic. de Finib. 1, 46 c. 14 *Et ipsius fortunae modeste ferre doceat iniurias.* Al. modice. Munificus modeste Hor. Serm. 1, 2, 50. Gerere se modeste et abstinenter in aliqua dignitate Cic. in Sallust. 19. Parere modeste Id. de Legib. 3, 1. Sall. Jug. 7, 4. Vti lingua non modeste Ouid. Fast. 2, 607. Compar. Curt. 10, 6, 18 Modestius appetere. In conuiuio Esse modestius Gracch. ap. Gell. 15, 12. Superl. [*σωφρονέστατα*] Varr. Modio, Non eos optime vixisse, qui diutissime vixerint, sed qui modestissime. *i. Modice, inquit Nonius.* Dignitate quam modestissime vti Plin. Epist. 1, 19, 60

MODESTIA, ae, f. [*σωφροσύνη, ἐνταξία, τὸ κόσμιον*] *ut definit Auctor ad Herenn. 3, 3 c. 2 extr. Est in animo continens moderatio cupiditatum.* Cic. Off. 1 c. 5 Honestum — versatur — aut in omnium quae sunt, quaeque dicuntur ordine et modo, in quo inest modestia et temperantia. *Laudat Gruterus lectionem libri Pal. in quo vis est modestiae et temperantiae.* Id. Cic. Off. 1, 142 c. 40 *cum ὑπὸ ταῖς ἐπιβουλαῖς nominasset, subiicit, Non hanc, quam interpretamur modestiam, quo in verbo modus inest.* Sed mox. Sic fit, vt modestia haec, quam ita interpretamur, vt dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum. Id. Tusc. 3 c. 8 Eam virtutem σωφροσύνην vocant: quam soleo equidem tum temperantiam tum moderationem appellare, nonnunquam etiam Modestiam. *Add. Id. Off. 1 c. 15. it. de Fin. 2 c. 19. it. pro Deiot. . . . Sententiarum, et compositionis, et vocis, et vultus modestia* Quintil. 4, 1. Modestia est scientia earum rerum, quae agentur aut dicuntur, loco suo collocandarum Cic. Off. 1, 142. Humanitas et modestia alicuius Id. Att. 7, 5. Pudoris et modestiae magistra severitas Censoria Id. in Pison. 9. Lecti modestia vacui Stat. Silu. 1, 2, 162. Vitae modestia non parum valet contra falsos rumores Cic. Fam. 11, 28. Diuina Claud. Conf. Mall. Theod. 217. Praecox Stat. Silu. 2, 1, 39. Virginalis Cic. de Diuin. 1, 66. Comparat per modestiam pudor honestus clarum et stabilem auctoritatem Id. de Inuent. 2, 164 c. 54. Mitigare aliquem modestia Quintil. 5, 7. Ingenium probitas, artemque modestia vincit Stat. Silu. 3, 5, 67.

¶ 2 Modestia, *Mediocritas.* Tacit. Ann. 1, 11, 3 Ille varie diserebat de magnitudine Imperii, sua modestia. *Conf. Ann. 12, 43, 3.*

## M O E

MOECENAS, *vid. MAECENAS.*

MOECHVS, i. m. [*μοιχεύς*] *Adulter: cuius femininum est MOECHIA, ae. Adultera.* Ter. Eun. 5, 5, 15 Nunc minatur porro sese id quod moechis solet. Martial. 10, 13 Ad nocturna jaces fastosae limina moechae. Te sibi paratum moechum, si illam duxeris Ter. Andr. 2, 1, 16. Mulierum magnus moechus Plaut. Milit. 3, 1, 179. Moechi manifesto Deprehensi Plaut. Poen. 4, 2, 40. Notior moechus Iuuen. Sat. 9, 25. Puffillus et semitarius Catul. 36, 16. Brutuaria, *vid. BUSTVM.* Putida Catul. 40, 11. Turpis Idem 40 (43) 3. Zelotypa Iuuen. Sat. 6, 278.

MOECHILLVS, i. m. *Nouus adulter, affertur ex Catull. 114 (110) pr. Confule Pompeio primum duo, Cinna, solebant Moechilli. Sed Voss. post Scalig. legit Moechi illi.*

MOECHIA, ae, f. [*μοιχεία*] *Adulterium.* Tertull. adu. Gnost. e. 3 et de Pudic. c. 1. et de Monog. c. 4.

MOECHATIO, ōnis, f. *Idem apud Augustinum.*

MOECHISSO, Ære. [μοιχεύω] *Adulterare.* Plaut. Caf. 5, 4, 7. In adulterio dum moechiffat Casinam, credo perdidit.

MOECHOR, Æri. [μοιχεύω] *Idem.* Catull. 95, 1 Mentula moechatur, etc.

5 MOECHILE, is. n. *Adulterium.* Laudatur Petron. c. 113 Redierat in animum moechile. Sed coniectura mera est. Fluctuat lectio. Vid. Cuper. Obs. 2, 17.

MOECHIMONIVM, i. n. *Idem.* Laberius apud Gell. 16, 7.

10 MOECHOCINAEDVS, i. m. *Diclio composita, contumelioso et infando nomine eos significans, qui et adulteri sunt, et iidem molles.* Lucilius, Imberbi, androgyni, barbati, moechocinaedi.

MOENE. Singul. Enn. ap. Fest. Sed vstitutum MOENIA, ium, ibus. n. [μῆνος] *Pluraliter tantum declinatur, cum Muniendo quasi cognationem habent. Veteres enim oe et u indifferenter ponebant.* Festus: Moenia, Muri, et alia muniendae urbis gratia facta.

15 Virg. Aen. 2, 234 Diuidimus muros, et moenia pandimus urbis. Conf. Germanus Valens Guellius Pimontius in Commentario super Virg. Varr. L. L. 4, 32. Caes. Bell. Ciuil. 2, 16 Quum paene aedificata in muris ab exercitu nostro moenia viderentur, etc. Zamiae moenia rex

20 Iuba duplici muro sepsit Vit. 8, 4 pr. Varr. de L. L. 4, 32 pr. Quod opere munibant moenia: quo munitius essent. Cic. de Nat. Deor. 3, 65 c. 40 Est mihi tecum pro aris et focis certamen, et pro deorum templis atque delubris, proque urbis muris quos vos pontifices sanctos esse dicitis, diligentiusque urbem religione quam ipsis moenibus cingitis.

25 Phrygioque tyranno Aedificas muros, pacto pro moenibus auro Ouid. Met. 11, 204. Augusta, vid. AVGVSTVS. Ardua Ouid. Met. 3, 61. Consternata Sil. 13, 134. Direpta Lucan. 6, 35. Ligna moenia, i. Naues Nepos 2, 2. Turrita Ouid. Amor. 3, 8, 47. Accedere moenibus, vid. ACCEDO. Assiliit miles moenibus Ouid.

30 Met. 11, 526. Adstans mediis in moenibus Virg. Aen. 2, 328. Cic. pro Sext. 91 Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, inuento et diuino iure et humano moenibus Cinxerunt. Al. sepsierunt. Id. de Legib. 3, 61 Seseque non vnus Circumdatum moenibus popularem alicuius definiti loci, sed ciuem totius mundi quasi vnus urbis agno-

35 verit. Compellere intra, vid. COMPELLO. Complere moenia Virg. Aen. 9, 39. Condere Ouid. Met. 3, 13. Constituere Id. Ibid. 9, 448. Curuantur obliquo sinu moenia in urbem Sil. 13, 140. Deicite passim moenia, in planum date Senec. Theb. 2. Destruere Virg. Aen. 4, 525. Nos tamen Efficimus pro opibus nostris

40 moenia Plaut. Stich. 5, 4, 13. Fumant trepidantia Sil. 1, 150. Habitantur cuncta malis moenia Graiis Virg. Aen. 3, 398. Incingere turritis moenibus urbes Ouid. Amor. 3, 8, 47. Irrumpere Sil. 13, 79. Miscetur luctu Virg. Aen. 2, 298. Ponere Ouid. Met. 5, 408. Ponet moresque viris et moenia Virg. Aen. 1, 268. Pro-

45 mouere . . . Referare alicui Ouid. Met. 8, 61. Domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, moenibus sepsierunt Cic. pro Sext. 91 c. 42. Signare sulco Sil. 13, 118. Surgunt Virg. Aen. 1, 441. Tegere, Defendere Id. Ibid. 12, 148. Vexantur Catul. Argon. 62, 80. Lucret. 5, 455 Lunamque efficerent, et magni moenia mundi. i. Caelum.

50 Ingentia moenia caeli Ouid. Met. 2, 401. ¶ 2 Pro aedificiis generatim poni quibusdam videntur Moenia. Laudatur Flor. 1, 4, 2 Moenia muro complexus est. Et Virg. Aen. 6, 549 Moenia lata videt triplici circumdata muro. Sed potius ita accipio, ut Moenia sit genus, Species murus. Moenia, id est munitiones muro constantes fecit

55 etc. Add. quem statim laudabimus Manil. 1, 151. ¶ 3 Etiam de locis natura munitis Moenia dici, apparet. Grat. 431 Circum atrae moenia siluae. Conf. Burm. ad Ouid. Met. 4, 646. Manil. 1, 151. Ignis in aethereas volucer se sustulit oras, Summaque complexus stellantis culmina caeli, Flammarum vallo naturae moenia fecit.

60 Igitur ut apud Florum et Virgilium muro, ita apud Manilium Vallo constant moenia. ¶ 4 Moene, singulariter protulit Ennius, teste Festo, Apud emporium in campo hostium per moene. Pro Moenibus Vet. Inscript. apud Gruter. 408 Moeniis habet R. P. N.

65 MOENIIS AMPLIAVIT. Sic Moeniorum Cledon. Grammat. p. 1898 Putsch. ex antiquis.

MOENIO, Ære. Antiquae pro Munire. Priscian. in Perieges. 369 Tarentum, quod moeniure Lacones. Vid. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 171.

70 MOENITVS, a, um. Adi. [τεταχισμένος] Moenibus circum. Plaut. Baech. 4, 9, 2 Quum Priami patriam Pergamum diuina moenitum manu, armis, equis, exercitu, atque eximiiis bellatoribus. Antiquum. Conf. Id. Truc. 2, 2, 55.

MOENIANA, vid. MAENIVS.

75 MOENVS, Æris. n. Antiquae pro Munus. Lucret. 1, 29. Et fera moenera militiai Ibid. 32.

MOEREO, moestus sum, et olim moerui, Ære. [λυπῶμαι, συκωπαύζομαι] Varro de L. L. 5, 6 per ae ab Marceo deducit; quod, inquit, corpus marcescere facit moeror. Est autem moerere.

80 Tristari, et dolore officii, lugere. Cic. de Amicit. 14 Quocirca moerere hoc eius euentu, vereor ne inuidi magis, quam amici sit. Lugere et moerere Id. pro Domo 26. Bonis alienis Id. pro Corn. Balb. 56 c. 25. Moereat haec Genero, moereat illa Viro Tibull. 3, 2, 14. Dolore alterius moerere Cic. Fam. 4, 5. Incommodo suo Id. Tusc. 1, 30 c. 13. Cum Accusatio, Moere calamitatem reip. Cic. pro Sext. c. 14. Id. Fam. 14, 2 A te quidem omnia fieri fortissime et anantissime video: nec miror, sed moereo casum eiusmodi, ut tantis tuis miseriis meae miseriae subleuentur. Mortem Tacit. Hist. 2, 45. Add. Cic. Phil. 9 c. 5. et pro Sext. c. 17. Id. Tusc. 1, 103 At illa sicut acerbissimam rem moeret. Et iterum, Quum graueret filii mortem moeret. Moeretur, fletur, lamentatur diebus plusculis Apul. Met. 1. 4. sub fin. ¶ 2 Depon. Cic. pro Sextio 84 c. 39 Vos taciti moerebamini. Sic Grut. et Gron. Al. moerebatis. Fauet deponentiali significationi Moestus.

90 MOERO, Ære. Antiquum verbum, Moerentem facere. Pacuius, Qui multis moeravit modis. ap. Non. esse dicitur.

MOERENS, entis. Partic. [λυπόμενος, περιάλγητος] Moerens fletus Cic. Tusc. 1, 30 c. 13. Stat. Theb. 6, 624 Pectora nunc moerens, nunc ora indigna cruento Vngue fecat. Moerens fratrem Hor. Epist. 1, 14, 7. Afflictus, debilitatus, moerens Cic. de Orat. 2, 195. Horridus, incultus, moerens Id. post red. in Senat. 12. Pectora moerentia mulcet Virg. Aen. 1, 201. Vultus Ouid. Epist. 11, 93.

MOEROR, Æris. m. [λύπη, λύτα] Tristitia, luctus, status et conditio moerentium. Cic. de Amicit. 11 Quam autem ciuitati carus fuerit, moerore funeris indicatum est. Idem Tusc. 4, 18 c. 8 Moeror,

95

100

105

110

115

120

125

130

135

140

- ror, aegritudo flebilis. Moerores, qui animos excedunt conficiunt-  
que curis Cic. de Fin. 1 c. 18. Cuncta moerore horrida Senec.  
Herc. fur. l. 9. Grauis Hor. in Arte Poët. 110. Perpetuus Iuven.  
Sat. 10, 245. Adiuuare moerorem orationis lacrimis, *vid.* ADIVVO.  
Affligi moerore Cic. in Catil. 2, 6. Caret dies nulla moerore Senec. 5  
Troad. 2 v. 77. Confenscere moerore et lacrimis, *vid.* CONSE-  
NESCO. Conficere moerore Cic. Tusc. 3, 26. Dare se moerori  
Id. Att. 2. Demere moerorem e pectore Lucret. 3, 921. Deponere  
moerorem Cic. Philip. 14, 34. Iacet in moerore meus frater Idem  
Att. 10, 4. Iacebat vita in moerore Lucret. 5, 175. Lacerari moe- 10  
rore Cic. Att. 2, 8. Id. Ibid. 12, 27 (28) Moerorem minui, dolo-  
rem nec potui. Eidem 12, 15 Nihil de moerore minuendo scriptum  
ab vlllo est. Offerre, *vid.* OFFERO. Pressus Senec. Octau. 4.  
Venit moeror ad aliquem Cic. pro Quint. 14. Versari in Cic.  
Fam. 5, 2. Idem . . . Quanto moerore Urgebar profecto vides. 15
- MOESTVS, a, um. Adi. [*μεελυτος, ἀχθόμενος*] *Triste, mise-  
randum.* Virg. Aen. 2, 280 Et moestas promere voces. Quem vi-  
deam aequae Moestum, quasi dies dicta sit Plaut. Afin. 5, 1, 11. Alter  
ab alterius funere moestus erat Ouid. Trist. 4, 4, 76. Amor moe-  
stus Virg. Aen. 10, 191. Id. Ibid. 5, 48 — moestasque sacrauimus 20  
aras. *Vbi* Seruius, Moestas ad hominem pertinet, id est diis Mani-  
bus consecratis. Clamores Ouid. Met. 8, 447. *Al.* Vlutus.  
Clamore moesto resonet chaos Senec. Herc. fur. 13. Lucret. 6, 1231  
Deficiens animo moesto cum corde iacebat. Ebur moestum illacri-  
mat templis. Virg. Georg. 1, 480. Fama Tacit. Hist. 2. Fauilla 25  
Ouid. Trist. 3, 3, 84. Fletus Senec. Octau. 6. Femina Ouid.  
Fast. 3, 134. Frons Claud. Conf. Honor. 6, 157. Genae Ouid.  
Met. 6, 304. Hostia Lucret. 1, 100. Iras moestasque resuscitat  
Sil. 12, 632. Lamentatio Senec. Hippol. 7. Loci moesti, visuque  
ae memoria deformes Tacit. Ann. 1, 61. Luctu moesto innugit 30  
regia Virg. Aen. 11, 38. Lucus Valer. Argon. 2, 360. Questibus  
moestis late loca implet Virg. Georg. 4, 515. Reditus luget moestos  
tristis Senec. Hippol. 11. Senex moestus et sordidatus Cic. de Orat.  
2, 195. Timor Virg. Aen. 1, 206. Seruius, Quod moestos et so-  
licitos faciat: vt, Mors pallida, et tristis senectus. Vestis Propert. 35  
3, 6, 13. Voces moestas expromere Virg. Aen. 2, 280. Vultus  
Id. Ibid. 6, 156. Vultus moestus et conturbatus Auctor. ad Herenn.  
3, 27 c. 15. *Compar. est* Lucan. 8, 42. *Sic* Quum, immolanda Iphi-  
genia, tristis Calchas esset, Moestior Vlysses Cic. in Orat. c. 22. Ca-  
millus Moestior fortuna publica quam sua Liu. 5, 43. *Superl.* Virg. 40  
Aen. 2, 270 In somnis ecce ante alios moestissimus Hector Vifus adesse  
mihi. Ira tacita moestissimus Valer. Argon. 5, 567. Vultu moe-  
stissima Lucan. 1, 187. *Prosopopoeia est* Romae.
- MOESTITIA, ae. f. [*ἀνία, σκνδραπασμὸς*] *Idem quod* Mueror.  
Quinctil. . . . Dolore, atque animi moestitia langues. Cic. de 45  
Finib. 1, 41 c. 13 Sapiencia enim est vna quae moestitiam pellat ex ani-  
mis. Flectere os in moestitiam Tacit. Ann. 3, 16. *h. e.* Moestitiam  
vultus prae se ferre. Incessit moestitia animos, *vid.* INCESSE.  
Liu. 29, 3. Cic. Tusc. 1, 106 c. 44 Haec cum pressis et flebilibus mo-  
dis, qui totis theatris moestitiam inferant. Pellere ex animo, *vid.* 50  
PELLO. Resistere moestitiae Cic. in Orat. 148. Tanta in moe-  
stitia fui, quanta, etc. Id. Philip. 2, 37 c. 15.
- MOESTITVDO, inis. f. *Idem.* [*ἀνίασις*] Accius, Ni vestitus  
teter, moestitudo, vastitudo, praedicarent hominem esse. Plaut.  
Aul. 4, 10, 2 Cui tanta moestitudo obtigit. Nonius 2, 522. Pau- 55  
dam nouae captiuitatis moestitudinem consolari Pallad. 1, 26.
- MOESTE. Adu. [*ἀνιωμένως*] *Cum moestitia.* Auctor ad Herenn.  
3, 24 c. 14 *de pronuntiatione*, Deinde modo acriter, tum clementer,  
moeste, hilare in omnes partes commutabimus.
- MOESTITER. [*ἀχθόμενος*] Adu. *antiquum, pro* Moesti. Plaut. 60  
Rud. 1, 5, 7 Obscuro tam moestiter vestitas!
- MOESTO, are. *Laber. apud* Non. 2, 531 Concitata mobilitate  
moestas.
- MOESTIFICO, are. Sidon. Epist. 3, 13 Vmbris moestificari lar-  
valibus. *Vid.* August. Epist. 121. Mouit et Moestificauit affectus P. 65  
Chrysolog. Serm. 54 *pr.*
- MOESTIFICATVS, a, um. Partic. Martian. Capella 9, 301  
Inuictis moestificata modis.
- MOESTIFICVS, a, um. Adi. Non. 2, 531.
- MOERI, orum. m. [*τὰ τάχην*] *pro* Muris. Virg. Aen. 10, 24 70  
Quin intra portas, atque ipsis praelia miscēt Aggeribus moerorum.  
*Vbi* Seruius: Moerorum, pro Murorum antique. Nam veteres pleri-  
que eorum, quae nos per v dicimus, per oe diphthongum pronuntia-  
bant; hinc est Moerorum, pro Murorum.
- MOERICA vitis Plin. 14, 2. f. *ap.* Colum. Merica, v. v. 75
- MOERIS, is. m. [*Μοίρις*] *Viri nomen, apud* Virg. Ecl. 8, 96.  
Conf. 9 *pr.* ¶ 2 *Fuit praeterea hoc nomine Aegyptiorum rex,*  
*tuius opus est lacus inter Arsinoitem et Memphitem, qui ab illo Moeridis*  
*lacus appellatur.* *De hoc* Plin. 5, 9.
- MOESIA, ae. f. *Europae prouincia, quae Pannoniae iungitur, ad* 80  
*Pontum usque cum Danubio decurrens.* Suetonius Tiberio 41 Arme-  
niam a Parthis occupari, Moesiam a Dacis Sarmatisque, Gallias a Ger-  
manis vastari neglexit. Virg. Georg. 1, 102 Nullo tantum se Moesia  
cultu laetatur: et ipsa suas miratur Gargara messes.
- MOESI, orum. m. pl. Incolae. Eutrop. 5, 4, 6 Sulla etiam Dar- 85  
danos, Scordiscos, Dalmatas partim vicit, alios in fidem accepit.
- MOESIACI, orum. m. pl. *Peregrini, qui sunt in Moesia.* Vetus  
lapis, EX ORDINE MOESIACORVM. *Vid.* Vales. in Am-  
nian. 20, 1.
- MOESILEVM, i. n. et plur. Moesilea. Frontinus de Limit. 90  
agror. p. 43 *Goef.* Similiter locorum religiosorum, quibus secundum  
cautiones modus restituendus: habent enim et moesilea iuris sui, hor-  
torum modos circumiacentes, aut praescriptum agri finem. *Turne-*  
*bus* Moesilea, *interpretatur* Sepulcra, *quae ab aliis Mausolea sunt appel-*  
*lata: atque Mausolea, non Moesilea scribendum putat.* 95
- MOETA *pro* meta, *ap.* Frontin. de Colon. p. 141 *Goef.* et alibi semper.

MOLA, ae. f. [*μόλη*] *Instrumentum frumenti in farinam minuendi* 100  
*et leuigandi.* Sen. Epist. 90 Aliquis lapidem asperum aspero impos-  
suit ad similitudinem dentium, quorum pars immobilis motum alterius  
expectat: deinde vtriusque attritu grana franguntur, et saepius rege-  
runtur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. Plin. 15, 6  
Quod vero post molam primum est, flos. Molae a molliendo: harumto;

enim motu eo coniecta molliuntur Varr. de L. L. 4, 31. *Ludus est: nomen Graecum, μύλη.* Mola inferior, quae immobilis semper iacet: Catillus, θύος, Mola superior, quae circumvoluitur, et molendo in continuo cursu est, μύλος, καὶ μύλη, Meta f. Turbo. Contrarium probare videtur Paul. D. de fundo instruct. l. 18 Cum de lanionis §. 5 Scaeuola consultus de meta molendinaria respondit, Si rusticis eius fundi operariis moleretur, eam quoque debere. Est autem meta inferior pars molaе, catillus superior. *Sed merito corrigat haec Scalig. ad Manil. 3, 307 et ostendit contra eam metam esse superiorem, inferiorem catillum.*

10 *Molam et molendi rationem sic describit Auctor Moreti 21*

— — Geminos tunc veste lacertos

Liberat, et cinctus villosae tegmine caprae  
Peruerrit cauda (peniculo) silices gremiumque molarum.

Admouet inde manus operi, partibus, vtramque

15 Laeva ministerio, dextra est intenta labori.

Haec rotat assiduus gyris et concitat orbem.

Trita Ceres silicum rapido decurrit ab icu.

Interdum fessae succedit laeva forori,

Alternatque vices.

20 *Vt nempe ipsa circumagat metam, dextra suggerente et ministrante frumentum. Molaе aquariae descriptio nostris similis est Vitruu. 10, 10*

Circa rotarum frontes affiguntur pinnae, quae cum percutiuntur ab impetu fluminis, cogunt progredientes versari rotam — Eadem ratione etiam versantur hydromylae (sic legunt viri docti pro Hydraulae)

25 in quibus eadem sunt omnia, praeterquam quod in vno capite axis habent tympanum dentatum, et inclusum, (ne aqua et ventus eo perueniat) Id autem ad perpendicularum collocatum, in cultrum versatur cum rota pariter. Secundum id tympanum maius item dentatum, planum (horizonti parallelum) est collocatum, quo continetur axis habens in

30 summo capite subscudem ferream, qua mola continetur. Ita dentes eius tympani, quod est in axe inclusum (i. axi affixum) impellendo dentes tympani plani cogunt fieri molarum circinationem, in qua machina impendens, infundibulum, subministrat molis frumentum, et eadem versatione subigitur farina. Imperfecta sane descriptio, in qua

35 nihil de illa per succum s. cilicium cribratione. Sed quae tamen aquarias molas Vitruuii aetate non ignotas fuisse satis declarat. Quo magis mirum, raram adeo illarum mentionem apud rei rusticae scriptores esse. Raram, inquam: non enim nullam, docet Pallad. 1, 42 Si aquae copia est fusuras balnearum debent pistrina suscipere, vt ibi formatis aquariis

40 molis, sine animalium vel hominum labore frumenta frangantur, Plin. 18, 10 l. 23 Maior pars Italiae ruído vitur pilo, rotis etiam, quas aqua verset obiter et molat. Aquae molas appellat Imper. l. 10 C. de Aquaed. Quarum etiam mentio fit l. 4 C. Th. de Canone Frument.

45 vrbis Rom. et Cassiod. Varr. 3, 21 quo utroque loco prohibetur de publicis aquaeductibus aquas illis erogari. Vid. pulcherrimum epigramma Antipatri editum a Salmasio ad Lamprid. Heliog. 24 e quo conficit, Ciceronis aetate reperiatur. Asinariae molaе inuentae sunt quaedam, quaedam

50 trusatiles, id est hominum opera versatiles Gell. 3, 3. De mola asinaria loquitur Cato c. 10. Iabol. de fundo instruct. l. dolia Molas manuaris quidem supellectilis, iumentarias autem instrumenti esse

Offilius ait. Pumiceae Ouid. Fast. 6, 318 Et quae pumiceas versat afella molas. Scabra Id. de Arte Am. 3, 290. It. Fast. 6, 312. Suspensa mola oliuam frangere, distractis aliquantum a se inuicem meta et

55 catillis Columel. 12, 52. Trusatiles Cat. R. R. c. 10. Plin. 36, 18. Gell. 3, 3. Versatiles molas Volliniis inuentas, aliquas et sponte motas inuenimus in prodigiis, inquit Plin. 36, 18. Cic. Att. 2, 1 Ac

60 modeste tamen dixit, vt Rhodi videretur molis potius, quam Moloni operam dedisse. Versare molam Iuuen. Sat. 8, 67. ¶ 2 Molas Graecorum imitatione, qui μύλη sic dicunt, pro maxillis dixit Apul. de Hab. Dogm. Plat. p. 35, 18 Elmenh. bis, nec mutat lectio in edit. Vulcanii.

¶ 3 Mola, Caro informis in vteris mulierum sine viri semine genita. Plin. 7, 15 Solum autem animal menstruale mulier est. In vnius vtero, quas appellarunt molas, ea est caro informis, inanima, ferri ictum

et acient respuens, mouetur, sistitque menses. ¶ 4 Mola, a molito farre, dicitur Far tostum et sale sparsum, quod eo molito

65 hostiae aspergantur, inquit Festus. Virg. Ecl. 8, 82 Sparge molam, etc. Plaut. Amphit. 2, 2, 108 Prodigiali Ioui aut mola salsa hodie, aut ture comprecatur oportuit. Molam salsam, qua ante sacrificia

70 hostia conspergebatur, interpretantur fere omnes fruges molitas: Graeci tamen fruges integras, nec frescas, nec molitas aspergebant hostiae. Argumento est quod ἄλα a Graecis, et ἀλοχύται vocantur, quae erant bordei

75 integras fruges cum sale mixtae. Hor. Carm. 3, 23, 20 expressit quum scripsit, Farre pio, et saliente mica: quod est, Salis grano saliente, et farre, sed molito tamen. Et Virg. Aen. 12, 173 Dant fruges mani-

80 bus salsas. Graeci autem, vt Theophrastus scripsit, hordeo non molito in sacris in priscae memoriam vitae vtebantur, in qua homines nondum molere fruges, sed solidis vesci solebant. Est igitur Mola salsa, tanquam

Molitura salsa, vt molaе, qua frumenta franguntur, nomen molito farri

tribuitur. Haec Turnebus. Conf. Seru. ad Virg. Ecl. 8, 82. et Aen. 2, 133. Mola salsa Litant, qui non habent tura Plin. in praef. Sup-

85 plicare mola salsa Plin. 18, 2. Sancta Tibull. 1, 5, 14. Inducere molas cultro Lucan. 1, 605. Cic. de Diuin. 2, 37 c. 16 Caput est in iecore, cor in extis; iam abscedet simul ac molam et vinum insper-

90 feris, deus id eripiet, vis aliqua conficiet, aut exedet, etc. Testari deos mola Virg. Aen. 4, 517.

MOLĀRIS, is. m. [γρόφιός, μύλης, μύλη] Proprie Adiectiuum est Dentis et Lapidis; quae tamen nomina fere intelliguntur. De Dente

Iuuen. Sat. 13, 212 Interque molares Difficili crescente cibo. Colu-

95 brinis oblatratorum molaribus figi Sidon. Epist. 4, 22. Presso stridere molari Iuuen. Sat. 5, 160. Conf. Mola n. 2. Molaris, Lapis, ita magnus, vt ad molam accommodari possit. Stat. Theb. 5, 386 Vastaeque sudes, fractique molares. Librati Id. Ibid. 5, 571. Vasti

Virg. Aen. 8, 250. Adiectiue Lapis molaris Plin. 36, 23. et Dens molaris Quinctil. 2, 19. Sed Extremus molaris Scribon. 61 sc. dens.

95 MOLARIVS, a, um. Adi. [μυλῖδος] Quod ad molam pertinet. Cato de R. R. c. 11 Asinum molarium vnum.

MOLO, ěre. [μύλλω, ἄλλω, ἀλλῶ] Mola terere. Ter. Phorm. 2, 1, 19 Molendum vsque in pistrino, vapulandum. Plin. 7, 56 Ceres frumenta inuenit, quum antea glande vescerentur. Eadem molere

100 et conficere, in Attica. Id. 33, 4 Quod effossum est tunditur, lauitur, vritur, molitur in farinam. Sensum quoque obscenum habet: vid. PERMOLO. Conf. Dillherr. Elect. 2, 9.

MOLITVS, a, um. Partic. Cato de R. R. c. 162 Salis Romanien-  
105 nis moliti semodius. Cibaria molita Caes. Bell. Gall. 1, 5. Eruum molitum Scribon. 126. 165. Faba molita 158. Piper molitum 160.

R r Vicia



Vicia molita Varro de R. R. 2, 2. Molita, absolute, Neut. Plur. Scrib. 159. Molitum, absolute, dixit Plaut. Menaech. 5, 6, 15.

MOLITVRA, ac. f. [ἀλιθυσία] Plin. 15, 23 Molitura etiam praefant ieiunio feminarum quandam imaginem panis. Conf. Idem 18, 9.

MOLITOR, oris. m. [μολωθρῆς] Qui molit. ἀλιθυσία Onomast. Vet. Sed quod Pareus Lex. Crit. tribuit Plauto Mil. 2, 2, 38 Sensu obsceno, nihil est, et redarguitur ab ipsis verbis. En illa, Nam mulier olitori (hortos et olea colenti profecto, non molitori, qui ipsam permolat) nunquam supplicat, si qua est mala. Domi habet hortum et condimenta ad omnes mores maleficos.

MOLITOR, vid. MOLIOR.

MOLENDARIUS, a, um. Adi. Quod ad molendum pertinet. Meta molendaria Paullus l. 18 §. 5. de Instruct. et instrum. leg. vid. Ammian. 17, 8 p. 101 Lindenbr. sed Valef. p. 161 edidit molendinarias. Asina l. 18 §. 2 D. de instruct. et instrum. leg. Etiam hic variatur.

MOLENDINUM, i. n. S. Bernhard. Epist. 8.

MOLENDINARIUS, a, um. Adi. [μολωθρῆς] Quod ad molendum pertinet: Paullus D. de fund. instruct. l. Cum de Ianionis, Asinam molendinariam et molam negat Neratius instrumento fundi contineri. Haloander et Pandectae Florentinae habent Molendariam, et ibidem paullo post, Meta molendaria. Add. Ammian. 17, 4 (Grut. 8) p. 161 Valef.

MOLENDINARIUS, i. m. Qui molae praef. Grut. Inscript. p. 114 n. 6 VT OMNIVM MOLENDINARIOR. FRAVDES AMPV-TENTVR.

MOLINVS, a, um. Adi. Idem quod Molaris. Molinum saxum Tertull. adu. Marc. 4, 35.

MOLINA, ac. f. Mola. Ammian. 18, 20 (Valef. 8) Molinae ad calles artandas aedificatae. Gloss. Vet. Molina, ὑδαλασία. Vid. Gregor. Turon. 3, 19. Valef. ad l. c. Ammian.

MOLINARIUS, i. m. ὑδαλατής Gloss. Lat. Gr.

MOLETRINA, ac. f. [μύλον, μύλων] A Molendo, Pistrinum olim dicebatur, quo tempore tundeantur frumenta, non autem molebantur. Cato in Therinum, Neruo, carcere, moletrina. Haec Nonius 1, 320.

MOLILE, is. n. Instrumentum quod molae, aut collis boum, vel humeris feruorum adalligatur ad trudendas molas. Cato c. 11 Iuga plostraria duo, iugum asinarium vnum, molile vnum. Turneb. Scapus, vel manubrium, quo mouetur mola, molile vocatur, ut a libra librile.

MOLAE, arum. f. Dcae, quas Gell. 13, 22 In Romanis comprecationibus nominari solitas esse Molas Martis scribit, Quid libri Moles. Mosellanus a molimine dictas putat. Conf. Turn. 19, 11. Nihil certi.

MOLEMONIVM, i. n. Herba, quae faciles vomitiones praefat Plin. 26, 7.

MOLIS, is. f. [ὄγκος, βῆρος] Res magna et magni ponderis: a movendo dicitur. Festus, Moles pro magnitudine fere poni solet. Itaque tum de corporeis rebus, vel naturalibus adhibetur, tanquam carne animalium, quae facit, ut difficulter moueantur, itemque de montibus, vel arte factis, ut de omni genere aedificiorum; cum de incorporeis, ut sunt negotia difficilia. Virg. Georg. 3, 370 — confertoque agmine cerui Torpent mole noua. i. Magnitudine, inquit Seruius. Columel. 3, 8

India, perhibetur molibus ferarum mirabilis. Molem et montes, pro Molem montium dixit Virg. Aen. 1, 65. Figura est ἐν δὲ δὲ. Seruius. Alta moles Auentini Sil. 12, 713. Immanis Virg. Aen. 9, 516. Ingens Virg. Aen. 5, 223. Infanae substructionum Cic. pro Mil. c. 31. Praerupta Ouid. Epist. 2, 132. Iam pauca aratro iugera Regiae moles relinquent Hor. Od. 2, 15, 1. Saxea stat moles templum ingens cineri Stat. Theb. 6, 242. Structae Tacit. Ann. 2. Educere aëriam Stat. Silu. 5, 3, 48. Extruere opere magnifico Cic. Philipp. 14, 33 c. 12. Opprimere molibus infans aras aliquorum Id. pro Milon. 86. Moles in mari dicitur, quoties excluditur aqua. Cic. Att. 4, 15 Constat enim aditus insulae esse munitos mirificis molibus. Obiectus molium Tac. Ann. 14, 8, 1. Caes. Bell. Civil. 1, 25 Quia fauces erant angustissimae portus, molem atque aggerem ab vtraque parte litoris iaciebat. Hic Moles inquit Budaeus, est Immensa structura in portu aliquo obiecta ad arcendum fluctus; qualis est Genuae. Conf. Hirt. B. Alex. c. 17 et 18. Caesar ap. Cic. Att. 9, 18. Virg. Aen. 2, 497. Tac. H. 1, 86, 3. Flor. 2, 2, 2. Curt. 4, 2, 16. Adiacet vndis Facta manu moles Ouid. Met. 11, 728. Attollere immensam Virg. Aen. 2, 185. Crescit vnda praecelsis molibus Stat. Silu. 1, 5, 27. Fundare Suet. Claud. c. 20 extr. Itur in aequor mollibus Sidon. Paneg. Anthem. v. 57. Iacere moles ab vtroque portus cornu, vid. IACIO. Iacere in mare moles Hor. Carm. 3, 1, 34. Opponere fluctibus moles Cic. Off. 2, 14. Iuuen. Sat. 12, 75 Tandem intrat positas inclusa per aequora moles. Per Positas intelligit Ostiensem portum, quem Claudius Caesar Ostiae extruxit, ut est apud Sueton. in Claud. c. 20. Sic de amphitheatro Tac. H. 2, 21, 3. De monumento gloriae Cic. Phil. 14, 33 c. 12. Prima fuit rerum confusa sine ordine moles Ouid. de Arte Am. 2, 467. Operosa mundi Ouid. Met. 1, 258. Rudis indigestaque Ouid. Met. 1, 7. Chimaera ingens mole ingenti Virg. Aen. 5, 118. Et ibid. 223 Inde Gyan, ipsamque ingenti mole Chimaeram Consequitur. Moles, pro Magnitudine, ad res animatas transfertur. Crassa mole leo Claud. in Eutrop. 2, 377. Densa mole feruntur ad muros Virg. Aen. 12, 575. Natiua moles Ouid. Fast. 5, 149. Tarda mole se ferre homines magni et crassi dicuntur, Qui ob corporis molem tarde ingrediuntur Stat. Theb. 5, 442. Vasta mole se mouens Virg. Aen. 3, 656. de Polyphem. Membris et mole valens Id. Aen. 5, 431. Moles, Difficultas: quoniam quae magna sunt, difficilia esse consueverunt. Virg. Aen. 5, 37 Tanta molis erat Romanam condere gentem! Belli moles Tacit. Hist. 1, 61, 1. Conf. ibid. 2, 16, 2. Flor. 2, 6, 55. Curarum moles Tacit. Ann. 12, 66. Imperii Romani Vell. 2, 131. Inuidiae molem sustinere Cic. in Catil. 1, 23 c. 9. Mali molem a ceruicibus suis depellere Id. ibid. 3, 17 c. 7. Sic eleganter Moles vsurpatur de pompa, maiestate, vi, ac potentia: vid. Gronou. Obseru. 1, 20.

MOLESTVS, a, um. Adi. [κεφαλῆς, δυσχερῆς, ὀχληρῆς, ὀχληρώδης, δύσφορος] Grauis a Moles. Sed praeter naturam huius originis suae primam corripit. Nimio celerius venire, quod Molestum est, quam id quod cupide petas Plaut. Most. 1, 1, 69. Ter. Eun. 3, 2, 31 Verum vbi molestum non erit, vbi tu voles, vbi tempus tibi erit, sat habet si tum recipitur. Cic. de Senect. 7 Importunitas autem et inhumanitas omni aetati molesta est. Idem de Aticit. 89 c. 24 Molesta veritas est, si quidem ex ea nascitur odium. Idem Att. 15, 13 Molesti interpellatores. Magis molestus, vid. MAGIS. Laboriosus et molestus Cic. de Legib. 3, 19. Odiosum et molestum est cupidus carere: 105

fatiatis vero et expletis iucundius est carere Cic. de Senect. 47. Mo-

- lestum est Scribon. 62. Quouis sermone molestus Hor. Serm. 1, 3, 65  
 Nisi forte molesti interuenimus, venisse delectat Cic. de Orat. 2, 14.  
 Amicitia intempestiua et molesta nunquam est Id. de Amicit. 22 c. 6.  
 Sunt quidam, qui molestas Amicitias faciunt, quum ipsi se contemni pu-  
 5 tant Id. ibid. c. 20. Cura Ouid. de Arte Am. 3, 603. Labor ope-  
 rosus et molestus Cic. de Nat. Deor. 2, 59. Lites cum rege molestae  
 Hor. Serm. 1, 7, 5. Onus molestum, munus Id. ibid. 1, 6, 99. Otium  
 tibi molestum est Catull. 49, 13. Negotiosa et molesta prouincia Cic.  
 pro Muraen. 18. Pustulae sunt molestae Scribon. 24. Tunica  
 10 molesta, *vid.* TVNICA. Vita otiosorum grauis et molesta aliqui-  
 bus, minus est Cic. Off. 1, 70. Voces compesce molestas Propert. 1,  
 5, 1. Molestus etiam interdum Difficilis dicitur; Vlpian. in l. Si ser-  
 uus §. Idem D. Ad leg. Aquil. item si quis frumento arenam vel aliud  
 miscuerit, vt molesta separatio sit: quasi de corrupto agi poterit.  
 15 *Compar.* Cic. Fam. 5, 3 Ne vobis multitudine literarum molestiores es-  
 sem. Molestiores venti Pallad. 1, 5. *Superl.* Cic. (Diuinat.)  
 Verr. 1, 36 c. 11 Omnis arrogantia odiosa est; tum illa ingenii atque  
 eloquentiae molestissima. Vitium molestissimum Scribon. 38.  
 MOLESTIA, ac. f. [*δυσχέστια, ἀνία*] *Solicitude, grauitas.* Cic.  
 20 Tusc. 4, 18 c. 8 Molestia, aegritudo permanens. Plaut. Poen. Prol. 35  
 Ne et hic viris sint et domi molestiae. Cic. Fam. 13, 14 Eum quod  
 sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, iueris. Ter. Eun.  
 5, 4, 6 Virginem quam amabat eam confeci sine molestia. Aberratio a  
 molestiis Cic. Fam. 15, 18. Vacuus molestiis vel A molestiis Id. Fam. 4, 4  
 25 Iudicialis, *vid.* IVDICO. Abducere a molestia Cic. Fam. 4, 3.  
 Id. de Senect. 2 Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt  
 non modo omnes Absterferit senectutis molestias, sed effecerit mollem  
 etiam et iucundam senectutem. Abesse a, *vid.* ABSVM. Addere  
 Ter. Eun. 1, 1, 32. Afferre Cic. Fam. 7, 13. Afficere molestia,  
 30 *vid.* AFFICIO. Amouere, *vid.* AMOVEO. Anticipare mole-  
 stiam Cic. Att. 8, 12. Id. Q. Fratr. 2, 9 (10) Nunc mihi iucunditatis  
 plena epistola, hoc Asperfit molestiae, quod, etc. Cic. pro Sull. 1  
 Ex huius incommodis magnam animo molestiam Capiro. *Conf.* Id.  
 de Amic. c. 24. Circumsusae vndique molestiae, *vid.* CIRCVM-  
 35 FVNDO. Conflitari molestiis Cic. Fam. 6, 13. Id. Q. Fratr. 3,  
 8 Deleuit mihi omnem molestiam recentior epistola. Demere mole-  
 stiam Ter. in Adelph. 5, 3, 33. Cic. Fam. 2, 16 Nisi iam et ratio  
 ipsa Depulisset omnes molestias. Id. ibid. 14, 7 Omnes molestias et  
 40 sollicitudines, quibus te miserrimam habui, Deposui et eieci. Deuo-  
 rare paucorum dierum molestiam Id. Philipp. 6, 17. Diluere, *vel*  
 extenuare Id. Tusc. 3, 34. Dimouere Id. Diuinat. Verr. 4. Esse  
 in Cic. Fam. 4, 13. Id. Att. 2, 1 Iam Exhibere mihi molestiam de-  
 stiterunt. Expedire molestia Id. Att. 2, 25. Fungi molestia Id.  
 Fam. 5. Habeo etiam illam molestiam, quod, etc. Cic. Fam.  
 45 16, 11. Id. Att. 8, 3 Sed in hoc ipso habent tamen iidem fasces mole-  
 stiam. Implicari molestiis haereditariis Vlpian. l. Apud Celf. §. Si  
 quis ex vncia D. De dol. mal. et met. except. Laxare molestiam Cic.  
 Fam. 5, 14. Leuare molestiam Id. ibid. 3, 8. Liberare molestiam  
 Id. pro Rosc. Com. 34. Cic. . . Mitigare molestiam posset, Id. . . Pri-  
 50 uare me ista molestia. Renouare molestiam Id. de Orat. 3, 1. Id. . .  
 Pergamus ad ea solatia, quae non solum sedatis molestiis, etc. *Conf.* Idem  
 Off. 2, 13. Cic. Fam. 16, 10 Festinare te nolo, ne nauis molestiam  
 suscipias aeger. Tradere alicui Nep. Fragm. Orat. Corneliae Grac-  
 chorum matris. Trahere molestiam ex pernicie Reip. Cic. Fam. 4,  
 55 3. Vindicare a molestia Id. Q. Fr. 1, 4. Vocare a molestia Id. Att.  
 12, 36 (37) *extr.*  
 MOLESTIA, Adu. [*δυσχέστια*] *Cum molestia, grauiser, aegre.* Cic.  
 de Amicit. 90 Obiurgari moleste ferunt. Grauius molesteque ferre  
 60 Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5 *pr.* Cic. Acad. 4, 148 Non moleste,  
 inquit, fero nos haec contulisse. Pati et non moleste ferre Idem  
 Verr. 1, 2. Rogare moleste, *vid.* ROGO. *Compar. et Superl.* Cic.  
 Q. Fratr. 1, 1 *pr.* Quoniam ea molestissime ferre homines debent, quae  
 ipsorum culpa contracta sunt; est quiddam in hac re mihi molestius fe-  
 rendum quam tibi.  
 65 MOLESTO, are. [*ἀνίαν*] *Notae significationis.* Modestinus, in  
 l. 20. D. liberat. legat. Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem  
 molestari volo. Scribon. Largus 71 Raro valde molestat. Vna mole-  
 stat Scribon. 71. Adde Petron. Fragm. Trag. p. 30 c. 58 et Fragm.  
 Burm. p. 674. Apul. de Herb. c. 71. *Vid. etiam Cellar. Cur. poster.*  
 70 p. 223. *Barth. ad Brit. p. 580.*  
 MOLESTANS, antis. Part. Iul. Obsequens Obseru. 42 Pestil-  
 lentia vtrumque exercitum molestante.  
 MOLESTATIO, onis. f. Constant. Afex 7, 6 Febris mo-  
 lestatio. *it. in Dig.*  
 75 MOLETRINA, MOLILE, *vid.* MOLA.  
 MOLIOR, iri. [*μυζανθουαι*] Molem, *i. graue quiddam et magnum*  
*incipere, et mouere.* Liu. 9, 3 Num montes moliri sua sede parauimus?  
 Sic Moliri, [*μυζανθουαι*] *Est vel Ingenio, vel Corpore ad aliquid agendum*  
*moueri.* Cic. de Senect. 26 c. 8 Sed videtis, vt senectus non modo  
 80 languida, atque iners non sit, verum etiam sit operosa, et semper agens  
 aliquid et moliens. Idem Verr. 5, 87 Euolarat iam e conspectu fu-  
 giens quadremis, quum etiam tunc caeterae naues suo in loco molie-  
 bantur, *i. Magno labore se explicabant, vt consequerentur.* Cic. Tusc.  
 1, 68 Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas se-  
 85 ptem, vnde Horriifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives.  
 Columel. 2, 2, 23 Et ideo minoribus aratris moliantur. Facere et  
 moliri aliquid Cic. Acad. 4, 22. Minime obscurum est, quid isti  
 moliantur Id. Att. 14, 22. Haec quum moliretur Nep. 7, 10, 1. *Conf.*  
 Non. 4, 300. Agere per se et moliri Cic. Fam. 6, 10. Id spera-  
 90 nus, idque molimur Id. ibid. 1, 5. Inepte moliri aliquid Hor. de  
 Arte Poët. 140. Misere Plaut. Curc. 1, 3, 31. Obscure Cic. Tusc.  
 2. Nauibus in insulam Tac. Hist. 2, 35, 1. Struere et moliri ali-  
 quid calamitatis alicui Cic. pro Cluent. 178. Aedem Flor. 1, 7, 7.  
 Amorem, odium in iudicum animis oratione moliri Cic. de Orat. 2,  
 95 206. Prius in portum (vela) intulerunt quinquereemes, quam Poe-  
 ni Ancoras molirentur Liu. 28, 17 *extr.* Ancoras, ne in moliendo  
 mora esset, praecedunt Id. 28, 36. Ouid. de Arte Am. 2, 119 Iam  
 molire animum, qui duret, et adstrue formae. Virg. Aen. 1, 428 Pars  
 ducere muros, Moliriue Arcem. Quasi Molibus factis arcem at-  
 100 tollebant, *vt ait Seruius; id est ingentibus aedificiis.* Atrium subli-  
 me moliri, *Exstruere* Hor. Carm. 3, 1, 46. Bellum moliri, *Bellige-  
 rare* Columel. in Praef. Biperinam in vites Virg. Georg. 4, 331. *i.*  
 Succidere vites. Seruius. Classem moliri, Parare classem, *inquit* Ser-  
 vius. Virg. Aen. 3, 6. Corpora ex somno Liu. 36, 24 *pr.* Corru-  
 105 ptelam iudicii Cic. in Parad. 6. Crinina molitur, et accusatorem  
 Tacit.

**Tacit. Ann. 12, 22, 1.** Discordiam optimatum Cic. de Arusp. Resp. 40. **Dolos molitur opertos** Valer. Argon. 5, 248. **Facinus dextera vindex molitur** Sil. 11, 196. **Fores moliri** Tacit. Ann. 1, 59. *i. Co- mari referare vel effringere.* **Add. Id. Hist. 2, 22.** **Fugam** Virg. Aen. 2, 109. *i. Parare, Seruius.* **Fulmina** Virg. Georg. 1, 323. **Agitare et iacere, Seruius.** **Genus poenae miserabile molitur** Ouid. Met. 8, 783. **Gradus seniles** Senec. Hippol. 4. **Gressus** Claud. de Rapt. Proserp. 3, 438. **Habenas manu** Virg. Aen. 12, 327. *i. Regere, Seruius.* **Humum infra** Tacit. Ann. 11, 20. **Ignem** Virg. Aen. 10, 131. **Imperium** Tac. Hist. 1, 5, 2. **Locum in aliquem moliri,** 10 **Contendere aliquo** Id. Hist. 2, 35. **Insidias auibus** Virg. Georg. 1, 271. *i. Aucupia facere, Seruius.* **Insidias filio moliri, Insidiari** Cic. pro Cluent. 176. **Iter moliri, Iter peragere** Virg. Aen. 6, 477. **Seruius. Laborem** Id. ibid. 4, 233. *b. e. Praeparare, aut exercere, Seruius.* **Locum** Id. ibid. 7, 158. **Magna** Cic. Att. 16, 8. **Mali aliquid** Cic. . . . 15 **Moenia vrbis** Ouid. Met. 11, 199. **Moram** Virg. Aen. 1, 415. **Morbos molitur rex deum** Id. ibid. 12, 852. **Muros vrbis** Id. ibid. 3, 132. **Naues moliri a terra** Liu. 37, 11. *Sed intransit.* **Euolat iam e conspectu fugiens quadrirems, quum etiam tunc caeterae Naues suo in loco moliebantur** Cic. Verr. 5, 87. **Nefas aliquod** Stat. Theb. 8, 504. 20 **Noua** Claud. Conf. Hon. 4, 77. **Nuptiasque Domitii, et Octaviae Caesaris filiae moliri** Tacit. Ann. 12, 3. **Obices portarum** Liu. 6, 33. **Opera moliri, Operari** Columel. 4, 18. **Cic. de Nat. Deor. 1, 52** **Nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur,** *b. e. Tentat et conatur facere.* **Oppida** Hor. in Arte Poet. 25 399. **Periculum alicui** Cic. pro Sext. 1. **Pestem patriae nefarie** Cic. in Catil. 2, 1. **Pocula de inimicorum capitibus** Solin. c. 20. **Porticus** Vell. 2, 8, 3. **Parua Rem ingentem moluendi causa** Liu. 6, 34, 5. **Res noua molitur ad aures accidere** Lucret. 2, 1023. **Terram altius** Liu. 40, 29 *pr. i. fodere, et sic mouere.* **Triumphos** Ouid. 30 Met. 14, 719. **Viam** Virg. Aen. 10, 477. **Vbi Seruius: Viam molita, hoc est cum difficultate quaesuit: per quod et soliditas clypei, et minus firmus hastae iactus ostenditur.** **Vias vetitas moliri** Sil. 4, 790. **Moliri, passuum.** **Lucil. 7** **Mutilamur, molimur, subducimur. i. Retinemur et moramur, inquit Nonius 2, 543. al. leg. inuginamur etc.** 35 **Ad ornatum transfertur** **Ter. Heaut. 2, 2, 11** **Dum moliantur, dum comuntur, annus est.**

**MOLIENS, entis. Partic. Tacit. Hist. 2, 101, 3** **Eadem moliens. Et Cic. de Nat. Deor. 59 c. 23** **Nec cessans Deus, nec ea, quae agit, moliens cum labore operoso ac molesto.** 40

**MOLITVS, a, um. Partic. Cic. de Finib. 2, 112** **Molitus tanta. Molitus aliquando aliquid** Cic. pro Mil. c. 25. **Et 1, 50** **Molita quipiam impietas. Adde Ouid. Amor. 1, 7, 35.**

**MOLITIO, onis. f. [κατασκευη] Conatus et machinatio. Cic. de Vniuers. 7** **Quaeramus igitur causam, quae impulerit eum, qui haec machinatus sit, vt originem rerum, et molitionem nouam quaereret. Idem de Nat. Deor. 1, 7** **Quae molitio, quae ferramenta, qui vectes, quae machinae, qui ministri tanti muneris fuerunt?** **Liu. 33, 5** **Facilis molitio valli Graecorum erat, i. facile conuelli et perrumpi poterat. Agrorum** Columel. in Praef. fin. **Inter molitionem pii pariter ac fortis Propositi oppressus** Val. Max. 3, 3, 1. **Rerum tanta molitio** Cic. de Nat. Deor. 1, 23 c. 9. **Add. ibid. c. 8.** **Dura molitio** Senec. Quaest. Nat. 3, 30. **Furtiua molitio** Petron. c. 95. **Terrena** Colum. 11, 2 *extr. i. fossio, aratio, pastinatio.*

**MOLIMEN, inis. n. [κατασκευασια] i. Quod molimur, et conatus. Liu. 2, 56** **Res tamen suo ipsa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur. Magnum molimen** Ouid. Met. 12, 357. **Rerum molimina** Idem ex Pont. 1, 2, 75. **Circumspectare magno molimine** Hor. Epist. 2, 2, 93.

**MOLIMENTVM, i. n. [κατασκευασμα] Idem. Liu. 37, 14 extr.** 60 **Et eo minoris molimenti ea claustra esse, quod in fluminis modum, longum, et angustum, et vadofum ostium portus sit. Res magni molimenti est** Sen. ad Marc. c. 11. **Adde 5, 22. et Ouid. Met. 12, 357. Caes. B. G. 1, 34** **secundum aliquos** Non. 2, 564.

**MOLITOR, oris. m. [κατασκευαστης, εργατης] Qui aliquid fruit, conatur, et machinatur. Suet. in Domit. c. 10** **Quasi molitores nouarum rerum. Primaeque ratis molitor Iasoni** Ouid. Met. 8, 302. **Scelerum** Sen. de Tranquill. c. 7. **Cic. de Vniuers. 14 c. 5 extr.** **Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorque Deus, vt vnum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis abfolueret.** 70

**MOLITOR, vid. post MOLA.**

**MOLITRIX, icis. f. [εργατρια] Suet. in Neron. c. 35** **Antoniam filiam Claudii recusantem post Poppeae mortem nuptias suas, quasi molitricem nouarum rerum interemit.** 75

**MOLLESCO, vid. MOLLIS.**

**MOLLIS, e. Adi. [μαλακός, μαλακός, απαλός] Tener, non durus. A mouendo dicitur, quasi Mobilis, quod in quamcunque partem facile flecti, trahi, ac moueri possit. Quinct. 12, 107** **Illius opera duriora, molliora huius, de statuis in quantum viuorum corporum similitudinem habent, vt moueri videantur. Plaut. Capt. 4, 2, 71** **Et mollem caseum. Id quod molle sit, et gelidum, feruensue videri necesse est** Lucret. 4, 494. **Molle, tenerum, fragile, flexibile** Cic. pro Milon. 43. **de studiis vulgi in Candidatos. Estque adeo epitheton tum corporearum rerum, in quantum tactui cedunt, flectique et fingi facile possunt, tum incorporearum, quatenus et ipsae sunt mutabiles, flexilesque per metaphoram dicuntur. Viroque autem modo et in bonum partem dici et in malum, exempla mox elementari ordine Substantiuorum ponenda docebunt.** **Aditus molles, Faciles** Virg. Aen. 4, 423. **Nec rigido mollior Aesculo** Horat. Od. 3, 12, 17. **Aestas mollior** Virg. Georg. 1, 312. **Aetas mollior luxu** Claud. de Bell. Get. 160. **Amaracus** Virg. Aen. 1, 697. **Amplexus** Id. ibid. 8, 388. **Animus mollis, in bonam partem, pro Facili et tractabili. Cic. Att. 1, 14, (17)** **Quanta sit in Q. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quam mollis animus et ad accipiendam, et ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. Anni molles, Pueritia** Ouid. Epist. 1, 111. **Arista** Virg. Ecl. 4, 28. *i. matura. vid. de la Cerda.* **Articulus, vid. b. v. itemque mox** **Brachium molle. Ascensus mollior** Liu. 27, . . . **arduo opponitur, vt Fastigium, Cilius. Ouid. Epist. 3, 44** **Nec venit inceptis mollior Aura meis. Aures mollissimae** Plin. Paneg. c. 68. **verecundae. Infimâ Auriculâ mollior** Cic. ad Q. 100 **Fratr. 2, 15. Gaudenti praenomine molles Auriculae** Hor. Sat. 2, 5, 32. *i. delicatae, blanditiis assuetae. Si vox est, canta; si mollia Brachia, salta* Ouid. Art. Am. 1, 598. *i. mobilia. Metaph. Cic. Att. 2, 6* **Quod me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas; nolim ita existimes. i. Non acriser, sed perfunctorie. Capilli** 10

molles, *i. flexibiles* Hor. de Arte Poët. 33. Carne in molli vermes nascuntur, *i. Vicia in otiosis* Prouerb. Petron. c. 65. Castaneae molles, *Maturae* Virg. Ecl. 1, 82. Mollia Castra amoris Ouid. A. A. 2, 236. Cic. de Orat. 3, 175 c. 45 Sed ea nos quum iacentia sustulimus e medio, sicut molliissimam ceram, ad nostrum arbitrium formamus et fingimus. Cerebrum Ouid. Met. 12, 436. Ceruix Lucret. 6, 744. Cilius, *Non arduus nec erectus* Virg. Ecl. 9, 8. Nonius 4, 301. Caes. B. G. 7, 46 pr. Et, Molle fastigium, *apud eundem* B. C. 2, 10. Conf. Drakenb. ad Sil. 4, 491. Caelum ipsum mitius molliusque solito videbatur Flor. 4, 12, 27. Add. Id. 1, 16, 4. Cic. Tusc. 1, 95 Nam nunc quidem Cogitationibus molliissimis effeminamur, etc. *Alia exemplaria habent* Molestissimis. Colla mollia, *Domita* Virg. Georg. 3, 204. Columba Hor. Carm. 1, 37, 18. Coma Senec. Agamem. 7, 25. Cor ad preces Ouid. Trist. 5, 10, 66. Crura Virg. Georg. 3, 76. Cic. Tusc. 2, 36 Quod Spartiatæ etiam in feminas transtulerunt, quæ caeteris in urbibus molliissimo Cultu parietum umbris occultantur. Digni Claud. de Rapt. Proserp. 3, 217. Disciplina Cic. de Finib. 1, 37. Fastigium Caes. B. C. 2, 10. ut Ascensius, Cilius, Collis. Fauillæ Ouid. Fast. 3, 561. Flamma Virg. Aen. 4, 66. Flumen Claud. de Laudib. Serep. 201. Folia Virg. Ecl. 5, 31. Fraga Ouid. Met. 13, 816. Fretum Idem ibid. 14, 558. Fronde molli premere crines Virg. Aen. 4, 147. Frontis mollis esse, *i. verecundum* Quint. 6, 4, 12. Fugæ Claud. Conf. Hon. 4, 540. de ludis in circo. Cic. de Orat. 2, 95 Alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera vigerunt. *Medium dicendi genus intelligit: quod quidem secutus est Demetrius Phalereus, ut ibidem docet Cicero.* In quo genere (*sic* Cic. in Orat. 92) multi floruerunt apud Graecos: sed Phalereus Demetrius præstitit caeteris, cuius oratio sedate placideque loquitur. Primus enim (*ut idem ait in Bruto* 38) inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit. *Tale est illud eiusdem in Bruto* 132 de Q. Catullo; Quem librum de rebus gestis suis conscriptum molli et Xenophonteio genere sermonis misit ad A. Furium Poëtam familiarem suum. Glomeratio Plin. 8, 42 f. 67. de equo. Gramen Lucret. 2, 29. Herba Virg. Ecl. 7, 45. Hora Propert. 2, 28, 16. Hiems mollis, *Non dura et aspera* Stat. Silu. 3, 5, 83. Hyacinthus Virg. Ecl. 6, 54. Imperia Hor. Carm. 4, 1, 6. Incessus mollior Ouid. A. A. 3, 306. Inertia Hor. Epod. 14, 1. Ingenium nobis molle Thalia dedit Ouid. Epist. 15, 84. Internodia mollia poplitum Id. Met. 6, 256. Iter Id. Amor. 2, 16, 20. Iuncus Virg. Ecl. 2, 72. *i. flexilis.* Iussa haud mollia, Non leuia aut contemnenda Virg. Georg. 3, 41. Lana Virg. Georg. 2, 120. Lanugo Lucret. 5, 815. Latus Ouid. Epist. 19, 138. Cic. Verr. 3, 1, 26 Vtram igitur putas Legem molliorem? Litora mollia naufragiis Ouid. ex Pont. 1, 2, 62. Lyra Stat. Theb. 10, 870. Manus Ouid. Amor. 1, 4, 24. Molli manu lenire aliquid Quint. 2, 4, 12. Manu molli rigida iaculari gaesa Senec. Hippol. v. 100. Manus non faciunt molles ad fera bella Ouid. Epist. 14, 56. Mares Phaedr. 4, 14, 1. *i. conuerti.* Sic mollior viro Quint. 12, 10, 12. Saltantes et mollia Membra mouentes Lucr. 4, 977. *Vid.* Brachia mollia. Merum Hor. Od. 1, 7, 17. Ministri Ouid. Fast. 4, 243. Modi citharæ molles Hor. Carm. 2, 12, 3. Oculis est mollibus Ouid. Rem. Amor. 340. *facile sensibus et rubentibus.* Plin. 12, 19 Probatur casia recens maxime, et quæ sit Odoris molliissimi, *b. e. Delicatissimi, non vehementis.* Cic. Fam. 6, 14 Ex oratione Caesaris quæ sane mollis, et liberalis fuit. *Vid.* Umbratilis oratio, in ORO. Id. in Brut. 38 Demetrius Phalereus primus inflexit Orationem, et eam mollem teneramque reddidit. Oratio mollis et pellucens, *vid.* Pellucens in PELLUCEO. Oratio mollis, tenera, et ita flexibilis, ut sequatur quocunque torqueas Cic. in Orat. 52 c. 16. Conf. Id. de Orat. 3 c. 45. Ouid. Trist. 4, 3, 70 Purpureus molli fiat in Ore pudor, *i. Pudeat. al. Rubor.* Oscilla Virg. Georg. 2, 389. *i. mobilia, vid.* OSCILLVM. Otia mollia securæ peragebant gentes Ouid. Met. 1, 100. Ouum Cels. 4, 4. Pabula Ouid. Met. 7, 284. Pectus Id. Fast. 4, 4. Pectus Virg. Georg. 3, 299. Pensa mollia denolunt fufis Id. ibid. 4, 348. Pes mollis equi, *Vngula fragilis* Hor. Serm. 1, 2, 88. Pisces molles Plin. 9, 28. *De piscibus sanguine carentibus.* Pluma Virg. Aen. 10, 192. Mollior cyeni Plumis Ouid. Met. 13, 797. Prata Virg. Georg. 2, 384. Prece molli vincuntur dura Pectora Tibull. 3, 4, 76. Pueri Hor. Epod. 11, 5. Quere-læ Hor. Carm. 2, 9, 17. Quies Lucret. 4, 988. Regio, *temperata, deliciis accommodata,* Quo fere tractu Italia molliissima est Flor. 3, 3, 13. Sabæi Virg. Georg. 1, 57. Cic. de Senect. 2 Non modo omnes absterferit senectutis molestias, sed etiam effecerit mollem ac iucundam senectutem. Id. in Catil. 1, 30 Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt; contentionemque nascentem non credendo corroborauerunt. Seruitium Tacit. Hist. 4, 57. Siler Virg. Georg. 2, 17. *i. flexilis.* Somnos molles carpere Virg. Georg. 2, 470. Somno molli dedita membra Lucret. 3, 113. Stabula Virg. Georg. 3, 295 *b. e.* Clementiora et æris temperati; vel propter plagam australem; vel propter suppositas herbas animalibus, Seruius. Stimulis haud mollibus incitat iras Virg. Aen. 11, 728. Studiis assuetus mollibus ipse sui Ouid. Trist. 1, 4, 74. Tactus molliissimus corporis Columel. 6, 1 *extr.* Tarentum molle Hor. Serm. 2, 4, 34. *Vbi, si* Macrobio Sat. 2, 14 *extr. credimus,* errasse videri potest, qui etymologiam respiciens, idem esse Terentum et Tarentum, crediderit. Nam quæ dicuntur oues Tarentinae, eas Terentinas dici debere credit, quod Terentum Sabonorum lingua sit molle. *Sea* Flaccus potius ad populi fortasse mores, quam vocis mutationem respexit. Turnebus. Tempora Ouid. Trist. 4, 8, 31. Tempora molliissima fandi, *Opportuna* Virg. Aen. 4, 293. Tiliae Ouid. Met. 10, 92. Velamina, Vestes Ouid. Met. 5, 594. Venter Hor. Epod. 8, 9. Verba Ouid. Fast. 6, 120. Verbis mollibus lenire Hor. Epod. 5, 83. Versus molles, *Amatorii* Ouid. Trist. 2, 307. *Conf. Brouckh. ad Prop. 2, 1, 41.* Via Liu. 34. Via non est ad astra mollis e terris Senec. Herc. Fur. 6 v. 437. Vinum molle, carens asperitate et defaecatum Virg. Georg. 1, 341. *Conf.* Iuuenal. 1, 69. Vir Ouid. Epist. 9, 72. Qua decet non molles Viros Hor. Epod. 1, 10. *vid.* Brouckh. ad Tibull. 2, 2, 4. Mollior viro, *i. quam vir esse debet* Quint. 12, 10, 12. Vita Ouid. Trist. 5, 3, 9. Vluis recens molle Scribon. 201. Vluis torus de mollibus Ouid. Met. 8, 655. Umbrae molli succedere Virg. Georg. 3, 464. Vndæ Lucret. 2, 377. Vultus Ouid. Met. 10, 609. Lacrimis mollis Propert. 3, 15, 29. Claud. in Eutrop. 1, 364 Facilisque moueri Supplicibus, mediaque tamen molliissimus ira. In obsequium mollis, facilisque rogantibus esses Ouid. Amor. 2, 3, 5. Euphrates mollior ibat Virg. Aen. 8, 726. In Republ. et inimicitias auricula infima mollior aliquis Cic. Q. Frat. 2, 105 *vid.* Auricula in AVRIS. Homo mollis, *Effeminatus, non se-*

*verus, minime fortis, pusilli et abiecti animi.* Plin. 25, 5 Vetant dari senibus et pueris; item mollibus ac feminei corporis animiue, exilibus ac teneris. Homo solutus et mollis in gestu Cic. de Clar. Orat. 225 c. 62 extr. Philosophus mollis, languidus, eneruatus, omnia ad voluptatem corporis doloremque referens Id. de Orat. 1, 226. Mollis, et parum vir Quinctil. 5, 9. Tribades et molles inares Phaedr. 4, 14, 1. Molles veteres, Deliaci manu recifi Petron. c. 23. Magna, inter molles concordia Iuuenal. 2, 47. Molles et effeminati Suet. Calig. c. 56. Effeminatum aut molle, aut ne quid durum aut rusticum sit Cic. Off. 1, 129. Molle atque facetum Hor. Serin. 1, 10, 44. 10 Ridenti mollia ride Ouid. A. A. 3, 513. Dictu haud mollia Sil. 1, 113. Vid. Drakenb. ad b. l. Quid precibus nostris mollius esse potest Ouid. Amor. 2, 2, 66.

**MOLLICŪLVVS**, a, um. Adj. Dimin. Plaut. Poen. 1, 2, 154 Meus molliculus caseus. Escas molliculas volo, vt ipsa mollicula est 15 Id. Caf. 2, 8, 58. Specie molliculus et morbosus Amm. 27, 22. Versus molliculi Catull. 16, 4.

**MOLLICELLVS**, a, um. Dimin. Molliculus. Catull. 23 (25) 10 Cinaede Thalle mollior cuniculi capillo, Vel anseris medullula, vel Imula oricilla. 20

**MOLLIVSVLI** versus Plin. Epist. 1, 16 *sec. Catanacum: alii aliter.*

**MOLLITIA**, ae. et **MOLLITIES**, ei. f. [*μαλακότης, μαλακία, ἀβρότης, βλακία*] Plin. 13, 9 Differens breuitate ac mollitie. Columel. 7, 2 Ex his rursus quiddid conceptum est, maternam mollitiam, 25 paternum et auitum retulit colorem. Ceruicium mollitia Cic. in Orat. 59. i. nimia flexilitas. Maris mollities, *Placiditas, tranquillitas* S. Aur. de Viris illustr. c. 22. Naturae agilitas mollitiesque Cic. Att. 1, 14. Victus alicuius imbecillitas et mollities Id. Att. 12, 25 (26) *Praeternaturalis libidinis patientia hoc nomine appellatur* Sen. de Const. 30 c. 18. et Tac. Ann. 11, 2, 1. *Alias quoque Mollities, siue Mollitia, ad animum transfertur.* Ter. Eun. 2, 1, 16 Eiiciunda hercle haec mollities animi; nimis me indulgeo. Sallust. Cat. c. 52 Sed inertia et mollitia animi alius alium expectantes cunctantini. Cic. de Finib. 5, 58 In primo enim ortu inest teneritas et mollities quaedam, vt nec res 35 videre optimas, nec agere possint. Ibid. 1, 33 c. 10 Qui officia deserunt mollitia animi, id est laborum et dolorum fuga. Animi lenitas et mollitia Idem pro Sulla 18. Animi mollitia lenitatem imitatur Id. in Partit. 81. Labuntur ad mollitiam mores, *vid. LABOR, ēris.* Vincere quamlibet mulierculam mollitia Hor. Epod. 11, 35. 40 Mollitiae, plur. Patereulus 1, 6 Sardanapalum regem mollitiis fluentem, et nimium felicem, Pharnaces Medus imperio vitaeque priuauit. Id. 2, 88 Vir otio ac mollitiis paene vltra feminam fluens. *De Maecenate loquitur.*

**MOLLITUDO**, inis. f. [*χαλρότης*] *Idem quod Mollities.* Cic. 45 de Orat. 3, 97 In ipso tactu esse modum et mollitudinis et leuitatis. Ibid. 3, 159 Nam et odor vrbانيتatis, et mollitudo humanitatis, et murmur maris, etc. Idem Tusc. 5, 46 Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Infans — liquore lactis ac mollitudine alitur Lactant. 5, 4. Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 55 *pr.* In pulmonibus autem inest rari- 50 tas quaedam et assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima. Corrupti mollitudine Vitiorum Arnob. 2 p. 64. *Add.* Non. 2, 514. Vocis mollitudo, quum eam torquere pro commodo nostro possumus Auct. ad Herenn. 3, 20 c. 11 *Nempe mollis, vt ostendimus, est mobilis, mollitudo, est quasi mobilitudo, s. mobilitas.* 55

**MOLLITER**. Adu. [*μαλακῶς*] Cic. de Nat. Deor. 2, 129 c. 52 Et 60 cubilia sibi nidosque construunt, eosque quam possunt mollissime substruunt, vt facillime oua seruentur. Accipere mollius Tacit. Hist. 2, 30. Adire molliter impresso conor toro Propert. 1, 3, 12. Claudius molliter admissum Tarbellicus aequor Lucan. 1, 431. Mollius 60 Consultum a consulibus Liu. 3, 59 *extr. i. parum mascule.* Cubent vt mea defunctae molliter ossa Ouid. Amor. 1, 8, 108. *Add.* Id. Trist. 3, 3, 76. Curare se molliter, *i. Delicate, inquit Donatus, Ter. Adelph. 5, 1, 1.* Ager mollissime Deuexus Colum. 1, 2. Excipere molliter cadentem Ouid. Met. 11, 785. Facere aliquid parce et molliter Cic. 65 Fam. 1, 9. Fallere austerum laborem molliter studio Hor. Serm. 2, 2, 12. Ferre molliter, *Placide, aequo animo.* Cic. de Senect. 5 Quod ferendum est molliter sapienti. Idem de Finib. 2, 64 Aberat omnis dolor; qui si adesset, nec molliter ferret, etc. Ge- 70 rere bellum molliter Sallust. de Rep. ord. Incedit molliter Ouid. Amor. 2, 4, 23. Interpretari mollius Tacit. Hist. 2, 96, 2. Mouere membra mollius Hor. Sat. 1, 9, 24. Quiescant ossa Virg. Ecl. 10, 33. Recubare molliter et delicate Cic. de Orat. 3, 60. Referre pedem quam mollissime Quinctil. 6, 4 *pr.* Sollicitare molli- 75 ter admota manu Ouid. Amor. 3, 7, 74. Soluere partus molliter dicitur mulier Id. Fast. 3, 258. Excudent alii spirantia mollius aera Virg. Aen. 6, 847. *vid. b. l. la Cerda.* Viuere delicate et molliter Cic. Off. 1, 106 c. 30. Viuere in patria molliter Id. Trist. 3, 1, 24. Plaut. Pseud. 5, 2, 7 Quid tu (malum) ergo in os mihi ebrius irruetas? P. molliter, sustine nunc me, caue ne cadam. 80

**MOLLIO**, ire. [*μαλακύνω, μαλακίζω, μαλάττω, ἀπαλύνω*] *Molle fa- cere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 134 Dentibus autem in ore constructis manditur; atque ab his extenuatur et mollitur cibus. *Sed hic forse rectius legas, Molitur, pen. corr. a Molo, molis: hoc est Conteritur, et velut molis comminuitur.* Futur. mollibit Hor. Od. 3, 23, 9. Alium mollire 85 Scribon. 135. Sic Ventrem mollire 135. 200. Cluuum mollire est *faciliorem escensum parare* Caes. Bell. Gall. 7, 46 *pr.* Oppidi murus ab planitie atque initio escensus recta regione si nullus anfractus intercederet, 0000 passus aberat. Quiddid huic circuitus ad molliendum cliuum accesserat, id spatium itineris augebat. Ferrum mollit ignis Hor. 90 Serm. 1, 4, 20. Lanam mollire Ouid. Fast. 3, 817. *Varias parit Metaphoras, ex vsu nempe nominis.* Id. de Arte Am. 545 Scilicet ingenium placida mollitur ab arte. Accessus mollit ista tuos Id. ibid. 1, 352. vt Cluuum mollire modo vidimus. Cic. Tusc. 2, 27 c. 11 Moll- 95 liunt Animos nostros; ita sunt deinde dulces, vt non legantur modo, sed etiam ediscantur. Id. Tusc. 5, 78 Sed nos vmbriis, deliciis, otio, languore, desidia Animum infecimus, opinionibus, maloque more delinitum molliuimus. Animos mollit, et temperat iras Virg. Aen. 7, 61. Animos mollierant lectus et vmbra meos Ouid. Amor. 1, 9, 42. Aquis feruentibus artus Id. Met. 1, 228. Carnem mollire Lucret. 6, 100 969. Dissensiones mollire, *vid. Dissensio, in DISSENTIO.* Fructus feros colendo Virg. Georg. 2, 36. Hominem mollire, *Placare* Ter. Phorm. 2, 2, 13. Cic. de Senect. 10 Et Annibalem iuueniliter exultantem, patientia sua mollebat. Impetum mollire, *Reprimere* Liu. 3, 35. Inuidiam Tacit. Ann. 4, 30. Iras Liu. 1, 9. Mare 105

mollire, Placare, molle reddere. Accius Telepho, Remisque nixi, properiter nauem in fugam tradunt subter saxa ad laeuam, qua mons molliabat mare. Ex Nonio 4, 301. Opus graue mollire indocili numero, i. *Rudi cantilena* Ouid. Trist. 4, 1, 6. Pectora alicuius Hor.

5 Epod. 3, 14. Penates hostia mollire Id. Carm. 3, 23, 19. Poenam Ouid. Trist. 3, 5, 53. Verba dura vsu mollienda Cic. de Nat. Deor. 1, 96 c. 34. Durescere et Molliri, *contraria*. Idem ibidem 2, 26 Itaque et Aquilonibus reliquisque frigoribus adiectis durescit humor, et idem vicissim mollietur tepesfactus, et tabescit calore. Cic. Philipp.

10 12, 18 Ipsa illa Martia, caelestis et diuina legio, hoc nuntio languescet et mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet. Amore mollieri Sil. 13, 118.

MOLLITVS, a, um. Partic. [*μαλακωδεις*] Membra mollita Ouid. Met. 4, 381. Saxo mollita Idem ibid. 1, 402. Agros mol-

15 litos oblimatosque ad ferendum relinquit recedens Nilus Cic. de Natur. Deor. 2, 120 c. 52. Emplastrum ex aceto mollium Cael. Aurel. 5, 8, 4. Feritas mollita Ouid. Fast. 4, 217.

MOLLITIVVS, a, um. Adi. *Molliendi vim habens*. Constant. Afer. 4, 17 Mollitium cataplasma.

20 MOLLIMENTVM, i. n. *Lenimentum*. Seneca de Tranquil. vitae c. 10 Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quam quum sciret, quibus aerumnis nasceremur, calamitatum mollimentum consuetudine inuenit.

MOLLEO, ēre. *Mollem esse vel fieri*. Coquas, ut molleat Theod. 25 Prisc. 1, 28.

MOLLESCO, ēre. [*μαλακίω, μαλακίνω*] *Molle aut placatum fieri*. Claud. de Rapt. Proserp. 1, 226 Ferrea lasciuus mollescant corda sagittis. Ouid. Met. 4, 386 Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semiur, et tactis subito mollescat in vndis. Colla mol-

30 lescunt iuuenis Catull. Argon. 62, 38. Genus humanum primum mollescere coepit Lucret. 5, 1013. Pectora mollescunt, asperitasque fugit Ouid. ex Pont. 1, 6, 8.

MOLLIPES, ēdis. [*μαλίπες*] Gloss. Gr. Lat. *Qui mollem habet pedem*. Cic. de Diuin. 1, 15 c. 9 Mollipedesque boues spectantes lumina

35 caeli. Ex quodam Poeta.

MOLLESTRA, ac. f. Pelles ouinas antiqui mollestras appellabant, quibus galeas subtergebant, inquit Festus. Sic Latini vocabulum Graecum deprauarunt, et e *μαλακτῆ* Mollestram interpolauerunt. Turneb.

40 MOLLICINA, ac. f. Vestis, inquit Nonius 14, 23 a mollite dicta. Naenius Epidico, Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam.

MOLLICOMVS, a, um. Adi. Auien. Descript. Orb. v. 1081 Mollicomis tellus insternitur herbis.

MOLLIFICO, ēre. [*μαλίνω, μαλίσσω*] Gloss. Lat. Gr.] Macer, 45 de Herbis 4, 14 Escis illius quia venter mollificatur.

MOLLIFICVS, a, um. Cael. Aurel. Tard. 4, 1 Artificus carnis. et mollificus corporis.

MOLLIGO, īnis. f. Marc. Empir. c. 26. *Eadem*

MOLLVGO, īnis. f. Species est lappaginis, similis anagallidi, 50 nisi quod ramosior est, ac pluribus foliis, aspera alioqui, et graui odore Plin. 20, 10.

MOLLVSCA, ac. f. [*μολύσκα λεγομένη*] Nucis genus, a mollitie putaminis dictae. Plin. 15, 22 Molluscae putamen rumpentes. Non est mollusca pomum id, quod vulgo Persicum nominatur, ut putauit Macro-

55 bius Saturn. 3, 18. Auctore Perotto. Conf. Macrobr. 2, 14.

MOLLVSCVM, i. n. [*δένδρον ἄδος*] Plin. 16, 16 s. 27 Pulcherrimum vero est bruscum, multoque excellentius etiamnum molluscum, Tuber vtrumque arboris eius (*Agit. de Acere*). Sed bruscum intort-

60 menfarum caperet, haud dubie praeferreretur cedro.

MOLO, ēre. *vid. MOLA*.

MOLOCHE, quae et MALACHE, es. f. [*μολόχη, ἢ μάλαχη*] *Herba est notissima, quam Latini Maluam appellant*. Et Moloche, prono

sequitur quae vertice solem Colum. 10, 247. Moloche agria, [*μολό-*

65 *χη ἄγρια*] *Siluestris malua* Plinius Hibiscum interpretatur, 20, 4 s. 14 et pastinacae similem facit.

MOLOCHINVS, i. m. [*μαλαχινός*] Color, qui in purpuram inclinatur, quod maluae flori similis sit, quasi malachinus. Graeci enim *μαλάχην*, maluam dicunt. Caecil. Pausimacho, Carbasina, molochi-

70 na, ampelina. Ex Nonio 16, 2. Conf. Isidor. 19, 22.

MOLOCHINARIVS, i. m. [*μαλαχινοπώδης*] Molochini coloris infector, inquit Nonius *ibid.* Plaut. Aulul. 3, 5, 40. Adstant molochinarii, petunt fullones. Possunt etiam esse, qui hoc genus vestimenta ven-

75 dunt. Conf. Parei Lex. Crit. p. 749.

MOLOCHITES, ac. m. [*μολοχίτης*] Gemma est non translucens, spissa viriditate maluae colorem referens, vnde et nomen accepit, *vid. Plin. 37, 8. Isidor. 16, 7.*

MOLOCHVS vel MOLORCHVS, *vid. MOLYBDIS*.

80 MOLON, onis. m. *Herba, quam μῶλον Dioscoridis esse putat Harduin.* ad Plin. 26, 7 s. 19 pr.

MOLORCHVS, i. m. [*Μόλορχος*] Pastor iuxta Nemeam silvanam habitans, qui venientem Herculem ad occidendum Nemeum leonem, hospitio excepit, ut scribit Seruius ad Virgil. Georg. 3, 19. Luci Molorchi Id. ibid. 3, 19. Cleonaeus Molorchus Stat. Theb. 4, 160.

85 Parci domus Molorchi Idem Silu. 4, 6, 51. Pauperis arua Molorchi Id. ibid. 3, 1, 29. Conf. MOLYBDIS.

MOLORCHAEVS, a, um. Adi. Tibull. 4, 1, 13 Laeta Molorchaei posuit vestigia tectis.

90 MOLOSSIA, ac. f. [*Μολοσσία*] Regio, pars Epiri; a Molosso Pyrrhi et Andromaches filio nominata. Hinc,

MOLOSSVS, i. m. [*Μόλοσος*] Scribit Theopompus fuisse XIIII Epirotarum gentes, e quibus celeberrimi fuerunt Chaones et Molossi. In Molossia nascebantur boni canes. Virg. Georg. 3, 405 Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed vna Veloces Spartae catulos, acremque Mo-

95 lossium Pasce sero pingui. Horat. Epod. 6, 5 Nam qualis aut Molossus, aut fuluus lacon, Amica vis pastoribus. ¶ 2 Molossus, Pes dictus est ab eius patriae saltatione. Vel quod eo metri genere odas in templo Iouis, ad laudem canere consueuerunt, in memoriam Molossi Pyrrhi et Andromaches; a quo postea festa Molossia sunt dicta. Vel, ut alii volunt, quod Molossi, id est Thessali ad bellum procedentes, huius modulata compositione utebantur. Constat autem tribus longis, ut Aeneas. Viitur v. g. Diomed. 2 p. 461.

100 MOLOSSVS, a, um. Adi. Canes Molossi Hor. Serm. 2, 6, 14. Colla Molossia armillati canes Propert. 4, 8, 24. Gens Molossia Ouid. Met. 1, 226.

**MOLOSSICVS**, a, um. *Adi. Idem.* Plaut. Capt. 1, 1, 18.

**MOLUCRVM**, i. n. *Inter caetera* Illud mulierum vitium significat, quo earum intumescit uterus, ut foetu gravidarum. *Alii scriptores* Molam vocant; sed Afranius apud Festum Molucrum appellat. *Tur-  
nebus.* Est item Lignum quadratum, auctore Festo, quo veteres immo-  
labant. Item illud, quo mola vertuntur, quod Graeci μόλαρον dicunt.

**MOLY**, yos. n. [μῶλυ] *Herba.* Plin. 25, 4 Laudatissima herba-  
rum est Homero, quam vocari a diis putat moly, et inventionem eius  
Mercurio assignat, contraque summa veneficia demonstrat. Nasci  
eam hodie circa Pheneum, et in Cyllene Arcadiae tradunt specie illa  
Homericam, radice rotunda nigraque, magnitudine cepae, folio scillae.  
effodi autem difficulter. Graeci auctores florem eius luteum pinxere,  
quum Homerus candidum scripserit. *Ibidem plura.* Priap. 69, 14  
Hinc legitur radix, de qua flos aureus exit; Quem cum Moly vocat,  
mentula moly fuit.

**MOLYBDAENA**, ae. f. [μολύβδαινα] Est (inquit Plin. 34, 18)  
quam alibi Galneam vocavimus, plumbi et argenti vena communis.  
Lota Molybdaena Scribon. 220. Molybdaena, *Herba.* Plin. 25, 13  
Nascitur vulgo molybdaena, id est plumbago, etiam in aruo, folio la-  
pathi, crassa radice, hispida. Haec commanducata, si oculis subinde  
liniatur, plumbum, quod est genus vitii, ex oculo tollitur.

**MOLYBDIS**, idis. [μολυβδίδης] *Instrumentum nauticum, quo plum-  
bo (qui μολυβδος est) e linea suspensio profunditas maris exploratur.* Vid.  
**CATAPIRATER.** Restituenda vox Statio Silu. 3, 2, 30 Sint, quibus  
exploret lino grauis alta Molybdis, ut legendum docet Gronovius pro vul-  
gato, Sunt quibus exploret rupes grauis arte Molochus s. Molorchus.

**MOLYBDITIS**, is. f. [μολυβδίτις] *Plumbi spuma.* Plin. 33, 6  
Fit in iisdem metallis et quae vocatur spuma argenti. Genera eius  
tria; optima quam chrysitin vocant; secunda, quam argyritin; tertia,  
quam molybditin. Et paullo post, Molybditis plumbi ipsius fusura, quae  
fit Puteolis, et inde habet nomen.

## M O M

**MOMAR**, Siculi stultum vocant, auctore Festo.

**MOMEN**, inis. n. *Quasi* Mouimen, idem quod Momentum. Lu-  
cret. 3, 188 Momine uti paruo possunt impulsa moueri. Idem 2, 220  
Tantum quod mومن mutatum dicere possis. *Quidam docti putant  
legendum, Tantum quo ad mومن, etc.* Alii Tantum quod mi-  
nimum momentum dicere possis. *Lambinus primam lectionem retinet,  
aitque Mومن, hic valere Exiguum motum, quem Graeci πομὸν appellant.*  
*Add. Lucret. 3, 144. Manilio 3, 71 restituit hanc vocem Scaliger, quem  
vid. p. 94.*

**MOMENTVM**, i. n. [τιμή, ἐσθή] *Q. d.* Mouimentum, tum  
ipsum motum indicat, tum temporis spatium, quo quid mouetur, minimum  
praesertim; Motum autem non corporum modo naturalium, sed etiam illum,  
qui animis attribuitur. Immo etiam ea, quae motum efficiunt, ut pondera,  
elateres, et quae impellendi vel naturalem vim vel moralem habent, Mo-  
menta dicuntur. Cic. Tusc. 1, 40 c. 17 Eam porro naturam esse qua-  
tuor omnia gignentium corporum, ut quasi partita habeant inter se et  
diuisa momenta: terrena et humida suoapte nutu et suo pondere ad  
pares angulos in terram et in mare ferantur; reliquae duae partes,  
vna ignea, altera animalis—rectis lineis in caelestem locum subuo-  
lent. *Hic apertissimum est, momenta esse motus.* Sic Zeno Veron.  
Serm. de praecepto Attende tibi, Sicut staterae momentum, si in vnam  
partem depresseris, leuiorem sine dubio alteram feceris.

*Consuetudo admodum significatione minimam temporis particulam notat, qua  
praesertim moueri aliquid, inclinari, mutari, indicatur.* Cic. Fam. 6, 10  
Omnia momenta obseruabimus, neque vllum praetermittemus tui iu-  
uandi et leuandi locum. Inclinationes rerum et momenta tempo-  
rum Cicero de Finib. 5, 11. Certis momentis decedentia tempora  
Horat. Epist. 1, 6, 4. *Liuius . . . Momento fusi. i. Celerrime.*  
Fulgor faciei rapitur momento Senec. Hippol. v. 767. *Liuius . . . Versa mo-  
mento temporis fortuna pugnae est.* *Add. Idem 21, 33. Tacit. Hist.*  
2, 86, 9. et 4, 86, 3. Curt. 8, 13, 23. Hor. Serm. 1, 1, 8 Horae  
Momento aut cita mors venit, aut victoria laeta. Idem Epist. 1, 10, 16  
Vbi gratior aura Leniat et rabiem canis, et momenta Leonis.

*Sed etiam res, quae mouendi vim habere intelligitur, Momentum vocatur,  
Momentum certe habere dicitur. Hinc Res parui momenti, magni mo-  
menti, i. Quae magnum pondus et vim habet, siue efficaciam.* *Liuius*  
Rege superato nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore.  
Iudiciorum momentum Quinct. 3, 7. Iuuenis egregius, maximum  
momentum Rerum eius ciuitatis, in quacumque venisset *Liuius* 3, 12.  
Officiorum omnium momenta diligentissime perpendebat Cato Cic. pro  
Muraen. 3 c. 2. Ex paruis saepe magnarum Rerum momenta pendent  
*Liuius* 27, 9 pr. Rerum maximarum momenta Cic. Philipp. 5, 26.  
*Lucan.* 7, 118 Prima velim caput hoc funesti lancea belli, Si sine mo-  
mento rerum partisque ruina Casurum est, feriat. *i. Si sine rerum  
et exercitus discrimine moriturus sum.* Infinitum autem (ut mox di-  
cemus) in his quoque rebus momentum est Quinctil. 1, 11. *Leue*  
Celf. 7, 7. Cic. de Finib. 5, 37 Ea nobis ipsa cara esse propter se, et  
in his esse ad bene viuendum momenta maxima. Idem Philipp. 5, 26  
c. 10 Minimis momentis P. C. maximae inclinationes temporum fiunt.  
Idem de Diuin. 1, 118 Paruis momentis multa natura aut affingit, aut  
mutat, aut detrahit. Idem de Finib. 4, 47 c. 17 Sic errare Zenonem,  
qui nulla in re, nisi in virtute aut vitio propensionem, ne Minimi  
quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret.  
Nihil momenti est omnino in eo Cic. Acad. 1, 36. Id. de Finib. 5, 88  
Ego quam ille praeposendam et magis eligendam, beatiorem hanc ap-  
pello, nec vlllo Minimo momento plus ei vitae tribuo, quam Stoici.

Cic. in Vatin. 1 Cuius testimonium propter turpitudinem vitae, for-  
desque domesticas Nullius momenti putaretur. Nullius in medicina  
momenti Plin. 20, 9. *De brassica.* Cic. Acad. 4, 124 Ita sunt in  
plerisque contrariarum rationum Paria momenta. Id. pro Muraen. 18  
Quaestura vtriusque propemodum Pari momento sortis fuit, habuit  
hic, etc. Paullo momento huc illuc impellitur Ter. Andr. 1, 5, 31.  
*Conf. b. l. Donat.* Cic. de Lege Agrar. 2, 79 An ignoratis caetera  
illa magnifica Pop. Rom. vectigalia Perleui saepe momento fortunae,  
inclinatione temporis pendere? Permagni momenti est in Rep. ra-  
tio atque inclinatio temporum Cic. Verr. 5, 176. Summa momenta  
favoris trahuntur annonae *Lucan.* 3, 56. Quinctil. 6, 2 (i) Magnum  
ad salutem momentum preces attulisse. Cic. de Fin. 2, 51. Iam illud  
quidem perspicuum est, maximam animi aut voluptatem aut molestiam  
plus aut ad beatam, aut ad miseram vitam Afferre momenti, quam eo-  
rum vtrumuis, si aequae diu sit in corpore. *Consertus ordo rerum*

est tribus momentis Quinct. 5, 10. Cic. de Orat. 1, 142 Inuenta non solum ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare atque Disponere. Liu. 1, 47, 6 Tanaquil regio semine orta, ut nullum momentum in dando adimendoque regno faceret; his, etc. Conf. Id. 4, 12 extr. et 7, 8 pr. Cic. de Fin. 4, 47 c. 17 Haec res nullum Habet momentum ad beatam vitam. Paulo ante, Vt ei, qui iucunde vixerit annos decem, si aequae vita iucunda menstrua addatur; quia momentum aliquam habeat ad iucundum accessionem, bonum sit. Cic. pro Muraena. 62 Petunt aliquid publicani, caue quidquam habeat momenti gratia. Id. pro Font. 4 Vt sua religio, laudatio, auctoritas aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. Id. ibid. 11 Sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad vnamquamque rem existimandam, momentoque suo ponderandam, sapientia iudicis tenet. Positum momentum in re aliqua Quinctilian. 4, 1.

15 4 Momentum, pro Particula. Quinctil. 3 c. ult. Haec autem brevior, et vel ideo lucidior multo via, nec discentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta diducendo consumet. Plin. 18, 34 Sol autem quotidie ex alio caeli momento quam pridie oritur. b. e. Ex alia parte, alio loco, et velut puncto. Plin. 30, 7 Profunt et combustae, ut cinis illarum bibatur in vino, addito resinae momento i. particula, portiuncula.

MOMENTILLVM, i. n. Celso tribuitur.

MOMENTANEVS, a, um. Adi. [*μηναισιος* Gloss. Lat. Gr.] Quidquid est breue, siue singulis momentis mutationi obnoxium. Felicitas 25 momentanea Fulgent. Mythol. 2, 17. Ardor Tertull. adu. Marc. 3, 17. Motus momentaneus Id. ibid. 5, 10, 3. Livi 2, 7 vindicat hanc vocem Iac. Gronou.

MOMENTARIVS, a, um. Adi. Idem. [*μηναισιος* Onomast. Vet.] Apul. Met. 5 p. 164 Momentarius maritus. Interitus Ambros. Off. 2, 5. 30 Salus momentaria Idem 9 post pr. Venenum momentarium Id. 10 p. 251.

MOMENTALITER, Adu. Breuissimo momento. Fulgent. Mythol. 2, 3 Iris ornatus varios pingens arcuato curuamine, momentaliter refugit. Libido libet momentaliter, et fugit perenniter Id. tit. 35 Venus.

MOMENTOSVS, a, um. Adi. Alicuius momenti. Quinctil. Declamat. 13, 12 p. 268. Burm. Nunc vero differendum mihi est, quam momentosa sit huius animalis rapina. Loquitur ut apibus, quae ita leniter flores decerpunt, ut nulla appareat rapinae iactura. Verum videtur 40 legendum esse, quam non damnosa, vid. Burm.

MOMVS, i. m. Deus quidam Noctis matre (inquit Hesiodus) ac Somno patre progenitus. Huic adeo mos est, ipsum quidem nihil operis edere, sed aliorum verum opera curiosis oculis contemplari; et si quid est omissum, aut perperam factum, id summa cum libertate carpere. Nam *μῆμος*, Latine reprehensionem sonat. Cic. Att. 5, 20 Quod me maxime hortaris — ut etiam Ligurino *μῆμος* satisfaciam. Vic. Graeu. Hic ipse Momo varias adagiorum formas suppeditat; ut, Ne a Momo quidem possit reprehendi. Vid. Erasmus.

## 50 M O N

MONA, ae. f. [*Μόνα*] Insula est inter Britanniam et Hiberniam sita, ut docet Plin. 4, 16. Tacit. Ann. 14, 29 Igitur Monam in ois validam, et receptaculum perfugarum, aggredi parat, nauesque fabricatur plano alueo aduersus breue litus et incertum. 55

MONACHVS, i. m. [*μοναχός*] Solitarius. S. Hieron. ad Paulin. de Institut. Monachi, Sin autem cupis esse, quod diceris, Monachus, id est solus; quid facis in urbibus, quae utique non sunt solum habitacula, sed multorum. Habitarunt principia Monachi non in 60 urbibus, sed in desertis locis. Vigiliis Monachi concelebrauerant Sidon. Epist. 5, 17. Add. Id. 7, 9. et 9, 9. Saluian. adu. Auar. 2 p. 243. Vid. Rutil. Numat. Itinerar. 1 v. 439.

MONACHA, ae. f. Hieron. Epist. 25 de Blaesillae obitu c. 6 Quia monacha esse noluerit. Add. ibid. c. 5.

65 MONACHICVS, a, um. Adi. Nouella Constitut. 130 c. 5 Monachicum certamen superantes.

MONACHIVM, i. n. Status monachorum. I. Generali 13. Cod. de sacros. Eccles.

MONACHO, arc. Sarisb. Epist. 291 Pro monachandis pecuniam 70 palam recipere.

MONASTERIVM, i. n. [*μοναστήριον*] Saluian. de Gub. Dei 8 p. 190 Lustris Afrorum monasteria opponit. Et Vincent. Lirin. p. 316 Urbium frequentiam turbasque vitantes, remotioris villulae et in ea secretum monasterii incolamus habitaculum. Adde Sidon. Epist. 4, 25. 75 et 7, 17. et 9, 9. et Hieron. Epist. 15.

MONASTERIALIS, e. Adi. Disciplina monasterialis Sidon. Epist. 6, 2.

MONASTICVS, a, um. Adi. Vita Monastica; apud Auctores Ecclesiasticos.

80 MONIALIS, is. f. Monacha. Vid. Voss. de Vit. L. L. 3, 27 p. 531.

MONAESAES, is. m. Parthorum rex, apud Hor. Carm. 3, 6, 9 Iam bis Monaeses et Pacori manus Non auspicatos contudit impetus Nostros. Vbi Acron, Monaeses et Pacorus reges Persarum fuere, aduersus quos Romani contra numinum voluntatem pugnaverunt infelicit. 85 Bis autem Parthos victoriam retulisse ob hoc dixit, quia ante Crasum, et post Didium Saxum cum exercitibus suis occiderunt.

MONAS, adis. f. Vnitas. Monas incorrupta Macrobr. Somn. Scip. 1, 6. Idem ibid. 1, 6 Hanc monadem reperies. Haec de Monade Idem ibidem. Conf. Tertull. de Praescr. c. 49. et adu. Valent. c. 37.

MONARCHA, ae. Vnicus omnium princeps.

MONARCHIA, ae. f. Vnius principatus. Tertull. adu. Praxen. c. 3 Monarchiam nihil aliud significare scio, quam singulare et vnicum imperium.

95 MONASTERIVM, est. vid. MONACHVS.

MONAVLOS, i. m. [*μοναυλος*] Tibia simplex dicitur. Plin. 7, 56 Monaulos (i. vnicam et simplicem tibiam) Mercurius inuenit. Martial. 14, 64 Saepe duas pariter, saepe monaulos habet.

MONALITER, vel potius MONAVLITER, Adu. i. Cum simplici 100 tibia. Mart. Capella 9 p. 307 Puer monaliter sonabat.

MONEVLA, ae. f. [*μονεδος*] Auis sic dicta, quod monetam fuerit. Plin. 17, 14 Tradunt et monedulam condentem semina in thesauros cauernarum, eiusdem rei praebere causas. Cic. pro Flacc. 76 c. 31 Non plus aurum tibi quam monedulae committebant. Nigra 105 pedes, nigris velata monedula pennis Ouid. Met. 7, 468.



**MONEMERIVM**, i. n. *Spectaculum unius diei, vel, certamen bestiarum cicurum.* Iustiniani in Constit. esse dicitur: μονήμεριον.

**MONEO**, ui, itum, cre. [*παρρηγιέλω, ὑπομνησθῶ*] *Scientem, seu memorem facere.* Hinc Monere, a memoria deducit Varro de L. L. 5, 6 quod is, qui monet, perinde sit ac memoria. Qui Monet, quasi adiuvat Plaut. Curc. 3, 89. Monere, praedicere, et ante denuntiare Cic. Verr. Act. 1, 36. Denuntiare et monere Id. Fam. 4, 3. Hortari atque monere aliquem Idem ibidem 10, 1. Quo saepius Monuerit praeceptor, hoc rarius castigabit Quintil. 2, 2. Cic. de Amicit. 60 c. 24 Et monendi amici saepe sunt, et obiurgandi; et haec accipienda amice, quum benevole fiunt. Cic. de Amicit. 60 Et adhibeatur ad monendum, non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulat, et auctoritati adhibitae pareatur. Fideliter multa Ouid. Epist. 15, 67. Recte aliquem Cic. de Orat. 2, 97. Idem Quint. Fr. 2, 7 Quae tibi eo scribo, quod de retinenda Sestii gratia Literis saepe monuisti. Periculis seris monuere Sil. 6, 290. Pluribus Quintil. 5, 13. Cic. de Fin. 1, 65 Quum solitudo et vita sine amicis, insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus, etc. Cic. Att. 10, 8 Et res ipsa monebat, et tu ostenderas, et ego videbam, etc. Add. Ter. Hec. 3, 3, 15. Sermone crebro Claud. Conf. Hon. 4, 268. Tonitru tantum lenique Procella contentus monuisse Stat. Silu. 3, 3, 160. i. *castigare.* Cic. de Divin. 2, 132 A qua, praeterquam de sue plena, quid vnquam moniti sumus? Conf. Idem Att. 11, 16. At quanto meliore monet? Hor. Serm. 1, 2, 73. Moneo te hanc rem Ter. Andr. 5, 4, 15. Cic. de Divin. 2, 133 Quae nostra causa monebant nos. Falsa moneri Ouid. Met. 10, 427. Monuit mihi illud Plaut. Truc. 4, 1, 12. Ter. in prol. Eun. 16 Is ne erret, moneo, et desinat lacerare. Pietas officium erga parentes seruire monet Cic. de Inuent. 2 c. 22. Moneo quid facto vsus fiet Ter. Adolph. 3, 3, 75. Idem Andr. 5, 4, 130 Mitte orare, vna harum quaeuis causa me vt faciam, monet. Monere aliquem vt veniat ad coenam, i. *Vocare ad coenam* Ter. Heaut. 1, 1, 177. Immortalia ne speres monet annus, et alium Quae rapit hora diem Hor. Carm. 4, 7, 7. Monendo: [*τῷ παρρηγιέλω*] Horat. in Arte Poet. 344 Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci, Lectorem delectando, pariterque monendo. ¶ 2 *Observationes aliquot.* Moneris, pro Monueris, antique. Pacuvius Armorum iudicio, Dic quid faciam, quod me moneris effectum da. Idem Chryside, Dii monerint meliora. Non. 10, 22. *Passive* Cic. de Amic. 90 Nec ea, quae ab ea monemur, audimus. Ex eo *Agatharcho* moniti Democritus et Anaxagoras, de eadem re scripserunt Vitr. 7 praef. i. *docti.* Monere, *Docere, erudire.* Valer. Flaccus principio Argonaut. Prima Deum magnis canimus freta peruia nautis, Phoebe, mone, i. *Doce me de istis rebus.* Vid. Plin. Paneg. c. 26. et Hor. Carm. 3, 7, 19. *Nempe de vatibus et oraculis peculiariter adhiberi hoc cum deriuatis vocabulum, obseruant eruditi, quos laudat Burm. ad Val. Flacc. 1, 29. Heins. ad Ouid. Met. 13, 216. Monere et Mouere miscentur a librariis. Vid. Drakenb. ad Sil. 2, 273. et 5, 117.*

**MONENS**, entis. Partic. Curt. 3, 2, 13 Ad nutum monentis intenti, vid. Ouid. Met. 15, 775.

**MONENDA**, orum. *Pro sacrificiis, quibus Deus monetur, vt succurrat, ap. Mart. Capellam esse dicitur.* Monendus est Horat. Epist. 1, 3, 15.

**MONITVS**, a, um. Partic. [*παρρηγιέλω*] Cic. de Diuin. 2, 84 Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caueret ne iret: non fuisse moriturum, si omni paruisset. Monitus, multumque monendus Hor. Epist. 1, 3, 15. Sed tamen vt monitus caueas Id. Serm. 2, 1, 80. Moniti meliora sequamur Virg. Aen. 3, 188. Exemplo monitus Ouid. Met. 3, 732. Somni moniti, quibus dii apparent: Heins. ad Ouid. Met. 13, 216. *Sed non persuadet Burmanno. Id quidem perfecit, vt hoc verbum de somniis diuinitus immixtis sollempne esse sciamus.*

**MONITVRVS**, a, um. *Aliud Participium.* [*παρρηγιέλω*] Propert. 1, 15, 41 Quis ego nunc pereb, similes moniturus amantes.

**MONITVM**, i. n. [*παρρηγιέλω*] *Quod quis nos monuit.* Cic. de Finib. 4, 5 Itaque quae sunt eorum consolationes, quae cohortationes, quae etiam monita, et consilia scripta ad summos viros? Advertere animos monitis Ouid. Met. 15, 140. Diffidunt caelestibus monitis Idem ibid. 1, 397. Erudienda haec quoque pars monitis tuis Idem de Arte Am. 3, 48. Exterrita diuim monitis acies Virg. Aen. 8, 504. Iouis monitis Idem ibid. 4, 331. Niti consiliis monitisque alicuius Cic. Fam. 5, 8. Parere monitis Ouid. Fast. 3, 760. Patuerunt praeceptis et monitis omnium aures meae Cic. Philipp. 14, 20.

**MONITVS**, us, m. [*παρρηγιέλω*] i. *Monitio.* Cic. de Diuin. 2, 86 c. 41 Eorumque iussu ex illa olea arcam esse factam, eaque conditas sortes, quae hodie Fortunae monitu tolluntur. Consultare aues, reuererique Numinum monitus Plin. Paneg. c. 76. Vatum monitus Ouid. Epist. 17, 279. Diuinus Id. ib. 16, 17. Fidelis Id. Met. 13, 723. Laeus monitus, *Iniquus et non rectus.* Iuuen. Sat. 14, 228. Occulti deorum Ouid. Fast. 3, 167. Terrifici Valer. Argon. 1, 29. Terribilis Virgil. Aen. 4, 464. Necdum etiam responsa deum, monitusque vetusti Exciderant. Stat. Theb. 5, 655. Finierat monitus Ouid. Fast. 1, 227.

**MONITOR**, oris, m. [*παρρηγιέλω*] *Qui monet: hoc est Suasor, qui moros et impellit aliquem ad quidpiam agendum.* Ter. Phorm. 2, 1, 4 O facinus audax, o Geta monitor! Conf. Id. Heaut. 5, 1, 2. Barth. ad Stat. Theb. 12 p. 1460. Cic. in Catil. 4, 9 Fortasse minus erunt, hoc monitore et auctore huiusce sententiae, mihi populares impetus pertimescendi. Exauditus non monitor Hor. Epist. 1, 20, 14. Externus Stat. Silu. 5, 3, 147. Cic. de Orat. 2, 99 Riserit aliquis fortasse hoc praecipuum; est enim non tam acutum, quam necessarium, magisque monitoris non Fatui, quam eruditi magistri. Iuuenis asper monitoribus Hor. in Arte Poet. 163. Cic. in Sallust. 12 Plura dicerem, si apud alios mihi esset dicendum, P. C. non apud vos, quos ego habui omnium mearum Actionum monitores. Quintil. 6, 4, 9 *vocat* monitores quos Graeci Pragmaticos appellant, qui iura ac fori consuetudines oratoribus submissa voce suppeditabant. ὑποβολεύς Gloss. Lat. Gr. Cic. Diuin. Verr. 52 Video mihi non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus hic tenet. Sic Monitores dicuntur, Qui in scena monent histriones, inquit Festus, hoc est, qui recitantibus comoedias pone verba suggerunt. Monitor, *Vocator ad coenam.* Ter. Heaut. 1, 1, 119 Nihil opus fuit monitore: iamdudum domi praesto apud me esse aiunt. Appellare ciues per monitorem, i. *Nomenclatorem, inquit Budaecus* Cic. pro Muraen. 77 c. 36. Plin. Paneg. c. 23. Monitores erant serui, quibus id negotii mandatum erat, vt seigniores operarios castigarent *Hutoman. de verb. lur.*

MONITRIX, icis. f. Tertull.

MONITORIVS, a, um. Adi. Fulmen monitorium, apud Senec. Nat. Quaest. 2, 49 quod homines praemonet de rebus futuris.

MONELA, ae. f. Admonitio Tertull. de Patient. c. 8 Praesto est dominica monela. Dei monela Idem adu. Marc. 4, 34.

MONITIO, ōnis. f. [παράγγελσις, ὑπόμνησις] Fit ante commissum: Obiurgatio, post turpe factum. Cic. de Amicit. 91 c. 24 Primum, ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia careat. Accipere monitionem patienter, vid. ACCIPIO. Spreta salubri monitione Apul. Met. 8. Conf. Suet. Tib. c. 18. Colum. 11, 1.

MONITO, āre. Fortun. Carm. 5, 4 Quos in amore Dei monitabat saepe sacerdos. Add. Id. Mart. 2.

MONĒRIS, is. f. NauiS, quae uno remorum ordine ducitur. Liu. 38, 38 Neue plures quam decem naues actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto; neue monerem ex belli causa, quod ipse illaturus erit. Vid. Tacit. Hist. 5, 23, 1.

MONĒTA, ae. f. Iunonis cognomen. Cic. de Diuinat. 1, 101 c. 45 Atque etiam scriptum a multis est, cum terrae motus factus esset, Ut siue plena procuratio fieret, vocem ab aede Iunonis ex arce exstitisse, quocirca Iunonem illam appellatam Monetam. Add. 2, 69 c. 32. Quod idem dici de Moneta potest, a qua, praeterquam de siue plena, quid vnquam moniti sumus? Vtroque in loco illud indicatur, a monendo dictam esse Monetam. Ouid. Fast. 6, 103 paullo aliter, Arce quoque in summa Iunoni templa Monetae Ex voto memorant facta, Camille tuo: Ante domus Manli fuerant etc. Quod firmat Plut. Camillo p. 148 C. qui in Romulo p. 30; C. Tatium regem ibi habuisse ait, ubi nunc sit templum Monetae. Gl. Philox. Moneta μνημοσύνη, quae mater Musarum est. Sic Liuius in Odyssea, Diua Monetas (Genit. ut Familias) filiam docuit apud Priscian. 6 p. 679. Monetas filia aliqua Musarum videtur.

30 *rus* Ouid. Fast. 1, 638 Templum Concordiae ponit Qua tert sublimis alta Moneta gradus. Suidas hac voce narrat, Romanos bello Pyrrhi cum pecunia opus haberent, Iunoni supplicasse. Hanc respondisse, si arma colant cum iustitia, opes illis non defuturas. Voti damnatos coluisse Iunonem Monetam, quam interpretatur σύμβολον, et constituisse, τὸ νόμισμα ἐν ἑσθῇ αὐτῆς χαράττεσθαι, numum in eius aede formari. Non satis bonus historiae auctor Suidas; sed narratio haec probabilis. Inde enim est, quod

35 Moneta est officina quaeuis numis cudendis. Lactant. de Mort. Persec. 7, 9 Hic basilicae, hic circus, hic moneta, hic armorum fabrica. Plura inferioris aevi hic dedit Cellarius. Vlpian. in l. Sacrilegii. D. ad leg. Iul. peculat. Qui quum in moneta publica operarentur, extrinsecus sibi signant pecuniam forma publica, vel signatam furantur: hi non videntur adulterinam monetam exercuisse, sed furtum publicae pecuniae fecisse. Sic Cic. Att. 8, 7 ad finem, Ad Philotimum scripsi de viatico, siue a Moneta, nemo enim soluit; siue ab Oppiis tuis contubernalibus.

40 *A Moneta vult pecuniam a Philotimo sumi, tradito (quod etiam nunc solet) auro argenteae infecto. Sed nempe potest hic ipsa Moneta Dea, i. illius aedes intelligi.* Vet. Inscr. Grut. p. 493, 3 MONETAE TRIVERICAE PRAESES. Et p. 74, 1 FORTVNAE AVG. SACRVM. OFFICINATORES MONETAE AVRARIAE ARGENTARIAE CAESARIS. SACRA DIVINAQVE MONETA etiam sub Christianis Imperatoribus dicitur in numis. Vid. Spanh. Diff. 1 p. 29. L. 3 C. Th. De falsa Moneta, In monetis tantum nostris cudendae pecuniae studium frequentetur. Hinc Metaphor. Macrobi. Somn. Scip. 1, 6 p. 27 Semine semel intra formandi hominis monetam locato. Et Sidon. Epist. 4, 1 Moneta disciplinarum schola vocatur. Sen. de Benef. 3, 35 Proferre aliquid ex nostra moneta, a nobis excogitatum.

45 *Typus s. forma numis impressa.* Martial. 4, 28 Et centum Dominos nouae monetae, i. numos Domitiani imagine recens percussos Idem 12, 66 De moneta Caesaris decem flauos dixit, i. aureos. Et 12, 55 Binos quater a noua moneta. Vict. de Orig. gentis Rom. 3, 4 Istum etiam usum signandi aeris ac monetae in formam incutiendae ostendisse traditur, in qua ab vna parte caput eius imprimeretur, altera nauis de Iano. Metaph. Iuvenal. 7, 55 Communis feriat carmen triuiale moneta. Zeno. Veron. de Somnio Iacobi, Denarii sunt duo, sed vna moneta impressi.

50 *4 Pro numis posuit* Ouid. Fast. 1, 222 Aera dabant olim, melius nunc omen in auro est, Victaque concedit prisca Moneta nouae. Deam sane appellat; sed illa metonymia, qua Mars pro bello, Ceres pro frugibus ponitur. Mart. 14, 12 Hos nisi de fulua loculos implere moneta Non decet; argentum vilia ligna ferant. De loculis ebusneis. Contra nigrae fordes monetae dicit 1, 100 de numis paruis aereis. Caeterum recentiores passim pro numis dixere. Paul. Sentent. 5, 25 Moneta vultu principum signatur. Sunt toti tituli de falsa moneta Cod. Iust. 9, 24 et Theod. 9, 21. ubi vid. Iac. Gothofredus. Aur. Vict. Caes. 35 Monetae opifices delati, qui cum auctore Felicissimo, rationali, numariam notam corrossissent, poenae metu bellum fecerant.

55 *5* *Isid. 16, 24* Trutina est gemina, ponderum lances aequali examine pendens, facta propter talenta et centenaria appendenda, sic momentana pro parua modicaque pecunia. Haec et moneta vocata. Non, puto, hoc dicit Trutinam quandam monetam dictam esse: sed parua modicamque pecuniam, quod etiam hodie apud Gallos et Germanos in usu est, Monetam dici de paruis numis: et obseruauit Salmas. ad Lamprid. p. 218.

60 *MONETARIVS, i. m. [νεματικός] Qui monetam cudit.* Firmic. 8, 17 Quicumque hoc oriente sidere nati fuerint, metallorum inventores erunt, qui latentes auri et argenti venas solertibus inquisitionibus persequantur: hi quoque monetarii efficiuntur. Iustinianus in l. Ne quis. C. de dignitat. lib. 12. Adde Eutrop. 9, 6. Vopisc. in Aurel. c. 38.

65 *MONETALIS, e. Adi. [νεματικός] Quod ad monetam pertinet.* Apuleius de Asino 5, 7 Plotina pretiosissimis monilium et auro monetali zonis refertis incincta. Monetales Triumviri dicti sunt, ut scribit Pomponius Iureconf. aeris, argenti, atque auri flatores, De origine iuris, l. 2 §. Deinde. Cic. Att. 10, 13 (11) extr. de Vulteio loquens, Monetali autem adscripti, quod ille ad me, Proconsuli. i. In summa epistola scripsi Vulteio monetali, quod monetam numis amaret. Proconsuli, non (ut debuit) Imperatori. De Triumviris et IIIIviris monetabilibus vid. Spanhem. de Numism. Diff. 10 p. 167 sq. de Iunonis et Apollinis monetalis signis in numis Id. Diff. 1 p. 29.

70 *MONILE, is. n. [ἐξος, ὄρεμος, ἀσπαστον, πεπλαπτον] Ornamentum, quod solet de collo virginum pendere. Dicitur quod virtutis admo- neat. Nam primo ob aliquod egregium factum dari solebat, etiam ingenuis iuuenibus. Splendida ornamenta muliebria interpretatur Vetus Scholiaff. Prudentii. Feminis tribuit hoc ornamentum genus Tertull. Barb. ad Stat. Silu. p. 69. et ad Theb. 2, 2, 96. it. Aduers. 162, 2 omnem ornatum corpori appensum eo comprehendendi putat. Monile ex gemmis, margaritis*

75 *gemmisque confertum* Suet. Galb. c. 18. Ouid. Met. 10, 264. Dat dig- titis

80 *gemmisque confertum* Suet. Galb. c. 18. Ouid. Met. 10, 264. Dat dig- titis

85 *gemmisque confertum* Suet. Galb. c. 18. Ouid. Met. 10, 264. Dat dig- titis

90 *gemmisque confertum* Suet. Galb. c. 18. Ouid. Met. 10, 264. Dat dig- titis

95 *gemmisque confertum* Suet. Galb. c. 18. Ouid. Met. 10, 264. Dat dig- titis

gitis gemmas, dat longa monilia collo. Virg. Aen. 1, 658 Colloque monile Baccatum, et duplicem gemmis auroque coronam. *Subaud.* Ferre iubet. Cic. Verr. 4, 59 Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut quum vidisset monile, ut opinor, ex auro et gemmis, pulchritudine eius incensa salutem viri proderet. Monile (*inquit Festus lib. 11*) dictum est ornamenti muliebris genus, cuiusmodi habuisse Eriphylam fabulae ferunt. Aurata monilia ornabant collum Ouid. Met. 5, 52. *de viro Indo.* Gemmata monilia Claud. de Bell. Get. 627. Lunata monilia Stat. Theb. 9, 689. Monile, non solum hominum, verum etiam equorum, teste Festo. Virg. Aen. 7, 278 *de equis Latini,* Aurea pectoribus demissa monilia pendent. Gell. 5, 5 Equitatumque frenis, ephippiis, monilibus, phalerisque praefulgentem.

MONIMENTVM, i. n. [*μνήμα, μνημαῖον, μνημόσυον*] *vel ut alii volunt, MONVMENTVM per v.* Quidquid nos mouet, siue mouere potest alicuius rei praeteritae, ut tituli, sepulcra, statuue, fana, porticus, carmina, historia, documenta, doctrina, libri, caeteraque eiusmodi. *Vid. Fest. et Non. 1, 136. et 6, 79.* Cic. ad Caes. Sed ego quae monumenti ratio sit, nomine ipso admoneror: ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quam ad praesentis temporis gratiam. *Vid. Buchn. ad Plin. Ep. 10, 40 p. 254.* Florentinus sic scribit in l. 20 Monumentum. D. de Religiosis et fuitibus funerum, Monumentum generaliter est res memoriae causa in posterum prodita: in qua si corpus vel reliquiae inferantur, fiet sepulcrum. Si vero nihil eorum; erit monumentum memoriae causa factum, quod Graeci *νεολάφιον* appellant. Varro L. L. 5, 6 Monumenta a monendo quae sunt in sepulcris. Et ideo secundum viam, quo praetereuntes admoneant et se fuisse, et illos esse mortales. Hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentum sit posteris, tua praesenti ope seruatum urbem esse, voveo *Liu. 1, 12.* Amoris monumentum et pignus Virg. Aen. 5, 538 *de cratere.* Abi tu, cistellam, Pythia, domo effer cum monumentis Ter. Eun. 4, 6, 15. *de crepundiis.* *Vid. Donat. et alii ad h. l. et Casaub. ad Theophrasti Charact. p. 158.* ¶ 2 *Frequentissime Monumenta pro Scriptis ponuntur.* Plin. 8, 44 In plurium Graecorum est monumentis, quum, etc. *Huc pertinent plura exempla eorum, quae iam elementari ordine Substantiuorum quibus iungitur, enarrabimus.* Cic. de Finib. 2, 67 Nos ex annalium monumentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis. *Add. Id. pro Sext. c. 48.* Antiquitatis Id. pro Domo 86. Scriptores temporum monumenta huius Belli composuerunt Tacit. Hist. 2, 101, 1. Clementiae tuae multa sunt monumenta, sed maxime eorum incolumitates, quibus salutem dedisti Cic. pro Deiot. 40. *i. Vestigia vel signa.* Crudelitatis istius monumentum Id. Verr. 4, 26. Formae tuae ac nominis monumenta in suis ciuitatibus esse cupiebant Id. Verr. 2, 157 *de statuis.* Formae alicuius carmina monumenta Propert. 3, 2, 18. Furtorum indicia et monumenta Cic. Verr. 2, 177. Gloriam monumenta, honoris ornamenta, laudis insignia in animis condere et collocare Id. in Catill. 3, 26 c. 11. Ingeniorum Quinctil. 3, 7. Linguae vtriusque monumenta Plin. 12, 1. Odii publici sempiterna Cic. ad Brut. Ep. 15. Pugnae eius monumentum *Liu. 1, 13.* OB PERPETVVM REI GESTAE MONVMENTVM POSVERVNT Inscrip. AD AETERNAM GRATIAM ET MONVMENTVM RERV. *Ibid.* Cic. pro Font. 31 Primum generis antiquitas, quum Tusculo ex clarissimo municipio profectam in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus. Rerum gestarum monumenta et vetustatis exempla oratori nota esse debent Id. de Orat. 1, 201 c. 46. Scriptorum Columel. in praef. 10. Stirpis Ouid. Met. 1, 159. Tempia Vestae, Numae regis monumenta erant. *i. Quae in sui memoriam exstructa reliquit.* ¶ 3 *Verborum formularum:* Abolere monumenta alicuius Virg. Aen. 4, 498. Celebrare monumentis annalium aliquid Cic. pro Rabir. Post. 43. Commendare res nostras monumentis Id. Fam. 5, 12. Commonefacere aliquem bubulis monumentis Plaut. Stich. 1, 2, 6. *b. e. Loris.* Comparare testimonia monumentaque virtutis Cic. Anteq. iret in exil. 7. Conquirere aliquid ex annalium monumentis et regum commentariis Id. pro Rabir. Post. 15. Consecrare amplissimis monumentis memoriam nominis alicuius Id. Q. Frat. 1, 1, 15. Consequi aliquid monumentis et praecipis sapientissimorum virorum Id. Fam. 6, 6. Excitare annalium monumentis testes aliquos Id. de Finib. 2, 67. Excitare sempiterna odii publici monumenta in hostes Id. ad Brut. 15. Exigere monumentum, *Perficere aliquid in sui memoriam* Hor. Carm. 3, 30, 1. Extare monumentum Cic. Philip. 9, 3. Mandare monumentis annalium, *vid. MANDO.* Id. pro Sext. c. 48. Mandare orationem monumentis et literis Id. de Clar. Orat. 26. Praebe quanta potes nostrae monumenta saluti Ouid. ex Pont. 4, 13, 49. *Al. Momenta.* Prodere monumenta Cic. de Diuin. 1, 12. Proicere Tacit. Hist. 4, 67. Relinquere monumenta alicui Virg. Aen. 6, 512. Sequi vestigia sceleris, quam monumenta maiorum sapientiae malle Cic. de Lege Agr. 2, 97. Seruant ornamenta sua et monumenta ad aliquem usum familiae Id. de Clar. Orat. 62. Statuere aeternum monumentum et aeterna insignia posteris Id. de Inuent. 2, 70. Tenere animi cuiusdam monumenta Id. pro Milon. 105. *i. Memoriam.* Testari aliquid grauissimis certissimisque monumentis Id. Fam. 3, 20. Testari publicis monumentis auctoritatem alicuius iudicii Id. pro Sul. 41. Tradita monumentis disciplinisque Graeciae artes et studia Id. Q. Frat. 1, 1. Voluens veterum monumenta virorum Virg. Aen. 3, 102. Sepulcrorum monumenta et elogia Cic. Tusc. 1, 31 c. 14. ¶ 4 *Etiam absolute Monumentum, pro Sepulcro ponitur aliquando.* Quinct. 7, 4 Ille potuit vel ex loco tumulum, vel ex opere tumultuario suspicari non esse monumentum. Abscondunt turpes et monumenta lupas Martial. 1, 35. Elogia monumentorum Cic. de Finib. 2, 116. Monumentorum bustorumque Diuersorium Suet. Ner. c. 39. Auita Ouid. Met. 13, 524. Marmoreum Ser. Sulpic. Cic. Fam. 4, 12. Exornare aditus monumentorum suorum carminibus Id. pro Arch. 27. Exstruere monumenta Senec. Octau. l. 4. Insculptum monumento, *vid. INSCVLPO.* Hor. Serm. 1, 8, 13 Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat, heredes monumentum ne sequeretur. *Alludit ad formulam H. M. H. N. S. Hoc monumentum heredes non sequetur, eamque ridicule applicat ad locum, in quem humillimorum cadauera abiicerentur magis, quam sepelirentur.* Cic. Q. Frat. 1, 1 Quum ad templum monumentumque nostrum ciuitates pecunias decreuissent, etc. In deorum immortalium monumenta atque in vrbis ornamenta praedas et manubias conferre Id. de Lege Agr. 2, 60. *Vid. Caes. Bell. Gall. 2, 21.*

MONVMENTARIVS, a, tum. Adi. *Ad monumentum pertinens.* Ceraula monumentarius Apul. Florid. 1 p. 342 *Elmorb.*

MONUMENTALIS, e. Adi. *Idem.* Vetus Auctor de Limit. Edit. Goeß. p. 305 Monumentalis lapis.

MONUBILIS, e. Adi. *Idem.* Sidon. 2, 2 Porticus columnis inuidiosa monubilibus. Cyprian. Diac. ap. Sirmund. ad Sidon. p. 27. Monubiles arcas corporibus humandis de saxis ingentibus nouiter fecit excidi. Itiner. Hierosolymit. p. 595 ed. *Wesselingii.* Inde non longe — sunt monumenta duo, monubiles mirae pulchritudinis, facta. *Coniicit ibi vir laudatus Monubiles columnas, arcasque esse ex vno lapide excisas: nec diffretur tamen, vocem a moneo descendere, ut a doceo docibilis etc.*

MONITIO, MONITVM, etc. Vid. MONEO.

MONNA, vid. MONA, ae. f.

MONOBELVS, i. m. Μονόβελος, a μόνος vnus, et βέλος telum; et illud, quo homines viri sunt. Hinc Monobelos eos appellabant, qui viriliores videbantur. Vid. Lamprid. in Heliog. c. 8.

MONOBIBLOS, vel MONOBIBLION, i. n. [μονόβιβλος et μονόβιβλιον] Liber singularis. Iustinian. de Confirm. dig. Epist. 2 §. 5 Tribus monibibliis congregare. Liber primus Propertii olim dictus Monobiblos. Vid. Scalig. Not. ad Propert. p. 190.

MONOBOLON, i. n. [μονόβολον] Luuus, quo cursu se exercebant et certabant. Sic interpretantur l. 1 C. de Aleatoribus.

MONOCEROS, otis. m. [μονόκερος] Animal, quod alias Unicornis appellatur, de quo Plin. 8, 21 Asperissimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. Hanc feram viuam negant capi. Vid. Haruain. ad Plin. loc. cit. et Spanb. Diss. 4 p. 180. §4.

MONOCHORDVM, i. n. [μονόχορδον] Instrumenti musici genus est, ita dictum, non quod vnam chordam, sed quod omnes chordas vnius vocis habeat, nisi panniculi nexu distinguantur.

MONOCLONOS. [μονόκλωνος] Species est Artemisiae, a ramulæ unitate ita appellata, quem admodum πολύκλωνος, a ramulorum multitudine. κλων enim caulis est s. ramus. Vid. Apul. de Herb. c. 10. n. 1. et 2. Plin. 25, 7.

MONOCHROMATOS. [μονοχρωμάτος] Latine Vnius coloris dicitur. Vnde et Monochromata Plinio dicuntur, Singulis coloribus u. depicta 35, 8 Quod si recipi necesse est, simul apparet multo vetustiora principia esse, eosque, qui monochromatis pinxerint, quorum aetas non traditur. Id. 35, 3 Pictura Monochromatos dicta Idem 33, 7 Cinnabari veteres, quae etiam nunc vocant monochromata, pingebant. Aul. Petron. c. 83 c. not. Gonsal.

MONOCHROMATEVS, a, um. Adi. [μονοχρωμάτης] Plin. 35, 5 Qui monochromatea genera picturae vocauerint, qui deinde, etc.

MONOCHRONOS, i. m. [μονόχρονος] Vnius temporis syllaba, i. breuis, ut dichronos, duorum temporum longa syllaba. Via. Mart. Capella 9 p. 331.

MONOCNĒMOS. [μονόκνημος] Vnius tibiae scil. cruris. Petron. c. 83 Quam Graeci Monocnemem appellant. Italegit Scalig. Alii atiter.

MONOCŌLVVS, i. m. [μονόκλωνος] Vnimembris, a μόνος, quod est vnus, et κλών, membrum, speciatim crur. Solin. c. 53 (51) Legimus monocolos ibi quoque nasci singulis cruribus, et singulari pernecitate. Reperitur et haec dictio corrupta aliquoties apud Plin. Vbi deo huius Monoceli edisur, ut annotauit Turnebus 24, 42. Vid. Plin. 7, 2 l. 2. Gell. 9, 4.

MONOCREPIS, idis. m. [μονοκρηπίς] Vno pede calceatus Hygin. Fab. 12.

MONOCŪLVVS, i. m. Dicitur partim Graeca, partim Latina. Firmic. 8, 9 Tertia pars Arietis si in horoscopo fuerit inuenta, erunt surdi, monoculii, ac stolido fatuitatis stupore confecti. Rufus c. 22 Inter cancri oculos quicumque horoscopi habuerit, monoculus erit, aut omni lumine priuatus. Et c. 27 Infra Sagittarii caudam nati, monoculi erunt et strabones. Vnuculus Gellio dicitur.

MONŌDOS, i. m. [Μονόδος] Appellatus est Prusiae filius, qui dentium loco os vnum habuit. Similiter habuit et Pyrrhus rex Epirotarum. Festus. Ab ὀδός, quod dentem notat.

MONOECI (Herculis) Portus, [Μονοίσις λιμήν] Massiliensium vrbs Ptolemaeo, vulgo Monacho.

MONOECVS, i. m. [Μονοικός] Portus et statio quaedam Liguria. Virg. Aen. 6, 830 Aggeribus focer Alpinis, atque arce Monoeci Descendens, gener aduersis instructus Eois.

MONOGAMVS, i. m. [μονόγαμος] Vnius uxoris vir. Vnde et MONOGAMIA, ae. f. Hieronym. adu. Iouinian. 1, 3 subicit. Quam sancta sit monogamia hinc ostenditur, quod digamus in clerum eligi non potest. Et est notus liber Tertull. de Monogamia, i. vnius viri cum vna muliere coniugio.

MONOGRAMMVS, i. m. [μονόγραμμα] Quasi Delineatus tantum, non additis reliquis quae iustam picturam absoluunt. Dicitur de macilento et extenuato deformique; ut apud Ciceronem Diū monogrammi ab Epicuro dicuntur, de Nat. Deor. 2, 59 c. 23. Monogrammi dicti sunt homines macie pertenuis ac decolores Non. 1, 168. Add. Lucil. ap. eund. ibid. Μονόγραμμα μὲν sublestum interpretatur Scal. ad Copam ubi de Vappa.

MONOLINVM, i. n. [μονόλινον] Monile, quasi dicas Vnifilum. Capitol. in Maximin. Iun. c. 1 Monolinum ex albis. Alii legunt Monolium. Vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 255.

MONOLITHVS, a, um. Adi. Columnae Laber. ap. Non. 15, 13 ex vnico lapide excisae.

MONOLORIS, e. Adi. Vopisci verbum est Aurel. c. 46 quo vestes militares ex numero lororum distinguit.

MONOMERI, orum. m. [μονόμηροι] Populi sunt apud vltimas Orientis terras, singulis cruribus saltuatim currentes, viuacissimae pernicitatis. Auctor Gell. 9, 4 verum nunc recte legitur monocoli: vid. Gronou. Plinius Monoscelos vocat.

MONOPODIVM, i. n. [μονοπόδιον] Mensa vnico pede fulta. Plin. 34, 3 l. 8 Nam triclinia aerata, abacosque et monopodia Cn. Manlium Asia deuicta primum inuenisse (leg. inuexisse) triumpho suo, quem duxit vrbs anno DLXVII, L. Piso auctor est. Eadem Liu. 39, 6.

MONOPODIVS, i. m. Lamprid. Commodus c. 10 Monopodios, quibus singulos pedes fregisset, appellabat. Facetus, si DIs placet, scurra Commodus Monopodiis mensis similes se fecisse, indicare volebat.

MONOPOLIVM, i. n. [μονοπόλιον] Dicitur quum penes vnum vendendi est potestas. Plin. 8, 37 Magnum fraus et ibi lucrum monopolio inuenit, de erinaceis. Est in Iustiniani Codice, tit. De monopolis. ubi de monopolis echinorum agitur. Sueton. Tib. c. 71 Ser-

mone Graeco abstinuit maxime in Senatu; adeo quidem, ut Monopolium nominaturus, prius veniam postularit.

MONOPOLA, ac. m. *Qui ius monopolii impetrauit.* Mart. Capella 3 p. 55.

MONOPTERVS, a, um. Adi. [μονόπτερος] *Vnicam alam habens* Aedes monopterae Vitruu. 4, 7.

MONOPTOTON, i. n. [μονόπτοτον] *Vnius casus dicitur; habet enim vnam vocem per omnes casus; ut, Tot.* Vid. Charif. 1 p. 22. Diomed. 1 p. 288. Priscian. 5 p. 672.

MONOSCĒLI, orum. m. [Μονόσκελοι] *Homines Indici, singulis cruribus.* Hi et Sciopodes vocantur, quod in maiori aestu humi iacentes *σκιά ποδός*, hoc est vmbra pedis se protegant. Vid. Plin. 7, 2. Sed monocoli ex MSS. Harduin.

MONOSTICHON, i. n. [μονόστιχον] *est Vnicus versus.* Aufon. de Caes. praefat. 12 v. 3 *Sua quemque monosticha signant.*

MONOSTICHIVM, i. n. *Idem.* Aufon. Ecl. p. 552 *Non placitum diuis tolle monostichium.*

MONOSTRÖPHE, es. f. [μονοστρόφη] *Ita Symposium vocatur in Plaut. Stich. 5, 4, 7. Vid. ibi Taubm. Alii legunt Monotrophe vel Vocariuo casu, tu qui Solus victitas sine contubernali et vicario; vel aduerbialiter, victu Solitario.*

MONOSYLLABVS, a, um. Adi. [μονοσύλλαβος] *vnius Syllabae* Literae monosyllabae. Vid. Aufon. Eidyl. 12. et Mart. Capella 3 p. 61. et 5 p. 169.

MONOTONIA, ac. f. *Graece occurrit ap. Quinctil. 11, 3.*

MONOTONVS, a, um. Adi. [μόνοτονος] *Vno tenore procedens.* Vid. Isidor. Gloss.

MONOTRIGLYPHVS, i. m. *Vnum triglyphum habens. Vocabulum architectonicum.* Vitruu. 4, 3. Vid. Bald. Lex. p. 72.

MONOTROPHVS, i. m. *Plaut. Stich. 5, 4, 7. i. qui solus sibi ipse cibos apparat.* Vid. Taubm. ad h. l. Turneb. Adu. 9, 21.

MONOXYLON, i. n. [μόνοξύλον] *Nauigium dicitur ex ligno vno integro factum.* Plin. 6, 23 *Regio autem ex qua piper monoxyllis lintribus Becaren conuehant, vocatur Cottona.*

MONS, montis. m. [ὄρος, ἀκρόρωμα] *Terrae tumor colle altior eb eminendo, quasi eminens dicitur.* Acumen montis Ouid. Met. 12, 337. Altitudo montium Cic. de Prouinc. Consul. 34 c. 14. Articuli montium, vid. Articulus, in ARTVS. Cacumen sublime montis Ouid. Met. 1, 666. Capita aspera montis Virg. Aen. 6, 360. Clamor montium filuarumque Hor. Carm. 3, 29, 38. Iuga montium, vid.

IVGVM. Tacit. Ann. 4, 67 *Caeli temperies hieme mitis obiectu montis.* Profunda montium Id. in vita Agric. 25. Scopuli saxosi montis Sil. 7, 357. Vestitus densissimi montium Cic. de Nat. Deor. 2, 161.

¶ 2 *Epitheta:* Abrupti montis latus Senec. Herc. Oet. f. 9. Aërius mons, in aëra eminens Virg. Ecl. 8, 59. Albanus Cic. de Diuin. 1, 18. Alti Virg. Aen. 3, 644. Anhelus, *Qui anhelantes facit.* Claud. de Rapt. Proserp. 3, 383 *Ascendit fastigia montis anhelii.* Ardui Hor. Carm. 1, 29, 12. Assurgentes, vid. ASSVRGO.

Auii Hor. Carm. 1, 23, 2. Cani Virg. Georg. 1, 43. Caui Ouid. Met. 11, 593. Continui Hor. Epist. 1, 16, 5. Deuxi Valer. Argon. 3, 687. Deusto monte Caelio Tacit. Ann. 4, 64. Feri Virg. Ecl. 5, 28. Fracti Ouid. Fast. 1, 563. Gelidi Claud. Conf. Stil. 2, 263. Impendentium montium altitudines Cic. de Nat. Deor. 2, 98. Inaccessi Claud. de Bell. Get. 322. Intonsi Virg. Ecl. 5, 63. Lapidosi Ouid. Met. 1, 44. Magni Virg. Georg. 2, 260. Nemorosi Ouid. de Arte Am. 3, 427. Nubiferi Sil. 4, 2. Perpetui, vid.

PERPETVVS. Rupti Lucan. 3, 63. Saxeus Flor. 3, 1, 15. Saxosi Virg. Georg. 2, 111. Summi Id. Ibid. 3, 655. Supremi Id. Ibid. 4, 460. Tumidi Ouid. Amor. 2, 16, 51. Vestiti atque silvestres Cic. de Nat. Deor. 2, 132. Umbriferi Sil. 13, 219.

¶ 3 *60 Verborum formulae:* Abdidit se in montes lupus Virg. Aen. 11, 810. Abeunt in nubila montes, *Nimbis obscurantur* Sil. 3, 493. Caedere montes, vid. CAEDO. Decurrens amnis monte Hor. Carm. 4, 2, 5. Errare in montibus Virg. Ecl. 6, 33. Impendebat mons altissimus, vid. IMPENDEO. Implem montes vluatibus Ouid. Fast. 4, 453. Stat. Theb. 1, 331 — *qua molle sedens in valle Citheron Porrigitur, lapsuque inclinat ad aequora montem.* Interluit abscisso Nereus aequore montes Claud. de Rapt. Proserp. 1, 143. Mouetur totus circum mons Virg. Aen. 3, 92. Nudare montem filius Sil. 8, 503. Quinctil. 2, 13 *Mutabitur natura loci, si mons occurret.* Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus Hor. de Arte Poët. 139. Perfodere montem, vid. PERFODIO. Petit arduus mons duobus verticibus astra Ouid. Met. 1, 316. Probauerunt maxime montem non sublimem et asperum, sed nemorosum et herbidum Columel. 2, 2. *in ipso paene initio.* Remouere ex vrbe se in montes Hor. Sermon. 2, 6, 16. Virg. Aen. 12, 687. — *totiusque Remugit Mons circum, et vocem late nemora alta remittunt.* Resistunt prominentia montium Tacit. Ann. 2, 16. Rigit ardua montis aetherii facies Sil. 3, 480. Scandebat mater ad infani culmina montis Stat. Theb. 11, 319. Struere congestos montes ad sidera Ouid. Met. 1, 153. Superant montes, et flumina tranant Virg. Georg. 3, 270.

¶ 4 *Translate pro Mole,* Montes voluntur Aquarum Ouid. Trist. 1, 2, 19. Praeruptus aquae mons. *i. In altum eleuatus* Virg. Aen. 1, 109. Plaut. Pseud. 1, 2, 55 *Quibus cunctis montes maximi acervi frumenti sunt domi.* Argenti montes Plaut. Mil. 4, 2, 73. Plaut. Merc. 3, 4, 32 *Monteis tu quidem mali in me ardentes iamdudum iacis.* Montes aureos polliceri. *Prouerbialis hyperbole, de iis, qui immensa promittunt, spesque amplissimas ostentant.* A Persarum arrogantia ducta, qui propter auri venas montes aureos iactabant. Ter. Phorm. 1, 2, 18 *Is senem per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens.* Perf. 3, 65 *Magnos promittere montes. ut hyperbole magnitudinis sit non in aureis, sed simpliciter in ipsis montibus.* Ex Erasmo. Conf. Cort. ad Sallust. 23, 3. *Montes et Fontes miscentur a librariis.* Vid. Drackenb. ad Sil. 5, 624.

MONTICVLLVS, i. m. Dimin. [δασυς] *Onomast. Vet. Monticulus, ὄρειον, βουός.* Vid. etiam Itinerar. Hierosolymitan. Vet. p. 153.

MONTICELLVS, i. m. *Idem.* Auctores rei Agrar. edit. Goef. p. 306 *Monticellos plantauimus de terra.* Adde p. 231. 243. 252. etc.

MONTANVS, a, um. Adi. [μόντας, ὄρος, ὄρειος, ὄρειος, ὄρειος] *Quod ex monte est.* Montanus sal Columel. 6, 17. Montanus, *Qui in montibus habitat, apud Caes. Bell. Ciuil. 1, 57. et Plin. 6, 20.* Ap- paruerunt imminentes tumulos insidentes Montani Liu. 21, 32. Conf. ibid. c. 33 et 35. *Montani plebei et rustici Romani a Paganis distincti.* Vid. PAGVS. Antra Ouid. Met. 11, 147. Armenta montana Id. de Arte Am. 1, 305. Ferae Id. Fast. 2, 216. Flumine montano rapidus torrens Virg. Aen. 2, 305. Ligures montani, duri atque

70

75

80

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130

135

agrestes, docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura et magno labore quaesitum Cic. de Lege Agr. 2, 94 c. 35. Montana nunc sunt omnia, i. Plena montibus et montuosa Plin. 5, 27.

MONTANA, ōrum. n. Liu. 21, 34, 1 Peruentum inde ad alium frequentem, ut inter montana, populum.

MONTANIOSVS, a, um. Adi. Locus montaniosus Vetus Script. Rei Agrar. p. 239. edit. Goef.

MONTOSVS, a, um. Adi. [βουνώδης] Vbi sunt multi montes. Plin. 26, 8 Nascitur in montosis et asperis, aliquando et herbosis. Cic. de Amicit. 90 Quum locis etiam ipsis montosis delectemur et siluestribus. Locus montosus Cic. in Partit. 36. Alii Montuosus. Sed Et te montosae misere in praelia Nursae Virg. Aen. 7, 744. Regio montosa Cic. pro Planc. 32 c. 9. Vlmus Plin. 16, 17. i. in montibus proueniens.

MONTVOSVS, a, um. Caes. Bell. Ciuil. 3, 42 Loca aspera et montuosa. Et etiam Bell. Ciuil. 1, 66. Conf. Cic. in Partit. 36 c. 10. Per devia et montuosa Aggen. Urbic. p. 75 Goef. Sic etiam in Glossis semper est, et quibusdam in libris Cic. de Amic. 90.

MONTIVS, i. m. Montium deus. Arnob. 4 p. 132.

MONTIUVAGVS, a, um. Adi. [δρειοπλαγής] Qui per montes vagatur. Cic. Tusc. 5, 79 Quid bestiae, nonne frigus, non famem, non montiuagos atque siluestres cursus, atque lustrationes patiuntur? Cursus montiuagi Sil. 3, 546. Dea montiuaga, Diana, Stat. Achill. 1, 450. Ferae Lucret. 1, 405. Genus ferarum montiuagum Lucret. 2, 1080. Panes Sen. Hippol. v. 784.

MONTICOLA, ac. c. [ὄρεστρος] Qui montes incolit. Quid. Met. 1, 193 Et Nymphae, Satyrique, et monticolae Siluani.

MONTIGENA, ae. c. Onomast. Vet. Montigena, δρειογενής.

MONSTRO, are. [δεικνυμι, δεικνύω, καταδεικνύω] Ostendere, declarare, indicare. Cic. de Diuin. 1, 132 Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. Ex quodam Poeta. Idem de Legib. 1, 2 Aut quod Homericus Vlysses Deli se proceram et teneram palmam vidisse dicit, hodie monstrant eandem. Pulchrum est Digito monstrari et dicier hic est Perf. 1, 28. Digito indice monstrare Hor. Serm. 2, 8, 26. Digito praetereuntium monstrari Hor. Carm. 4, 3, 22. Viam Virg. Aen. 1, 386. Viam comiter erranti, vid. COMIS. Enn. ap. Cic. Off. 1 c. 16. O si vnam argenti fors qua mihi monstret Hor. Serm. 1, 6, 10. Monstrare, pro Docere. Cic. Fam. 16, 22 Tu istic si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Sic Plin. 19, 10 Monstrare remedium. Paene monstrantem pugnis caedis Plaut. Curc. 1, 3, 43. Recte hic monstrat Id. Ibid. 2, 3, 20. Illa genus et adultum comere crinem, et monstrare Artes etc. Stat. Silu. 2, 1, 122. Delinimenta vitae alicui Tacit. Ann. 15, 63. Inulas ego primus amaras monstravi incoquere Hor. Serm. 2, 8, 52. Iter caecus monstrare dicitur, quum quis rudis docto consulere conatur Id. Epist. 1, 17, 4. Vlpian. in l. Quia. §. Plane. D. Si quis omiff. caus. testam. An ordinem illum debeamus facere, quem Iulianus monstrat. Pueritia ac iuuenta, qualem monstrauimus Tacit. Hist. 2, 50, 2. Remedium monstrare Scribon. 13. 178. Remedium monstrauit Imperator Vlpian. l. Quod autem. §. si maritus. D. de donat. inter vir. et uxorem. Via et vitae monstrata est Hor. de Arte Poet. 404. Monstra, quod bibam Plaut. Men. 5, 1, 42. 2 Monstrare, pro Probare. Vlpian. in l. 1. §. Qui aduer. D. de postulando, Qui aduersus ea fecisse monstretur; et pro aliis interdicta postulatione repellitur, et pro aestimatione iudicis extra ordinem pecuniaria poena multatur. Indicare, deferre. Tacit. Hist. 4, 1, 4 Alii ab amicis monstrabantur. Nullum ob crimen, sed vetuito nomine et propinquitate Galbae monstratus Tac. Hist. 1, 88, 1. Ibid. 41, 5 Eum quoque perturbant, tanquam, Neroni Scribonianos fratres ad exitium monstrasset.

MONSTRANS, antis. Partic. [δεικνύων] Stat. Silu. 3, 3, 39 Venturosque tuus durabit in annos Me monstrante dolor. Et Virg. Aen. 6, 446 Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

MONSTRATVS, a, um. Monstrata radice Hor. Epist. 2, 2, 149.

MONSTRATIO, ōnis. f. [δῆξις] Ter. Adelph. 4, 6, 2 Defessus sum ambulando: ut, Syre te cum tua monstrazione magnus perdat Iuppiter. Adde Vitruu. 6, 1.

MONSTRATVS, ūs. m. pro Demonstratione. Senec. in Consolat. ad Martiam 25 Utque ignotarum urbium monstratus nouo hospiti gratus est. Alii legunt Monstrator. Vid. Apul. Met. 5 p. 171. Monstratu alicuius edoceri Auson. Peric. 3 Iliad.

MONSTRATOR, ōris. m. [καταδεικτής] Virg. Georg. 1, 19 Vncique puer monstrator aratri. i. Triptolemus, seu potius Osiris, ut inquit Seruius. Tacit. de Moribus German. 21, 4 Qui nuper hospes fuerat, idem monstrator hospitii et comes. Ignotarum urbium Monstrator hospiti gratus est Sen. Consol. ad Marc. c. 25.

MONSTRABILIS, e. Adi. [δεικτός] Dignus qui monstretur. Plin. Epist. 6, 21 Nescio an noris hominem, quanquam nosse debes; est enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monstrabilis. Ob naturae dona monstrabilis Sidon. Ep. 3, 7.

MONSTRVM, i. n. [ἀποφάσιον, πῶλερ, τέρας, φάσμα] a Monstrando dictum est, quod aliquid significando monstret. Est autem Aliquid praeter naturam editum aut procreatum. Refertur ad praefens huius vocabuli significatio: prodigium vero est, quod in longum tempus dirigit significationem Seru. ad Virg. Aen. 2, 680. Cic. de Nat. Deor. 2, 7 c. 3 Praedictiones vero et praesensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quae futura sunt, portendi, praedici; ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur? Biforme monstrum Ouid. Met. 8, 156. de Minotauro. Detestabile Iuuen. Sat. 15, 121. Fatale Hor. Carm. 1, 27, 21. Horrendum et dictu mirabile Virg. Aen. 3, 26. Immane Sil. 13, 20. Immanissimum et foedissimum Cic. in Pis. c. 14. Infame Stat. Theb. 11, 578. Infelix, Equus Troianus Virg. Aen. 2, 245. Noua Hor. Carm. 1, 2, 6. Saeuum Catull. Argon. 62, 101. Vltorius Iuuen. Sat. 9, 58.

95 Consecrare monstris, vid. CONSECRO. Dicuntur gigantes terra geniti monstra Hor. Carm. 3, 4, 73. Mouentur nouitate monstri Ouid. Met. 12, 175. Perferimus immania monstra Virg. Aen. 3, 565. Viderat ex alto tanti Miracula monstri Ouid. Met. 7, 298. Monstri, ita me dii ament, Simile Ter. Eun. 2, 3, 42. Quinque ad Spectaculum tam ingentis monstri perueniunt ad nauiculam Ruffin. Hist. Eccl. 1. 2 de aliqua furibunda subito facta. Monstrum, pro Prodigio. Virg. Aen. 2, 171 Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris. Periculum ex aliquo Monstro significatum cauere Cic. de Ar. Resp. c. 12. Id. Verr. 3, 171 Non mihi iam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. Monstrum, est Omne contra naturam, inquit Donatus: quod

quod praeter naturam aut deficit, aut excedit. Ter. Eun. 4, 4, 29  
 Tacet? monstrum hominis, non dicturus? Cic. in Catil. 2, 1 Abiit,  
 excessit, euasit, erupit; nulla iam perniciēs a monstro illo atque pro-  
 digio moenibus ipsis intra moenia comparabitur. Immanissimum et  
 foedissimum Id. in Pison. 31 c. 14. Monstrum aliter: *vbi quid oc-  
 culti vitii latere significamus, baud scio an inde sumta metaphora, quod  
 monstra ob pudorem clanculum aluntur et occultantur.* Pamphilus in  
 Ter. Andr. 1, 5, 15 Repudiatus (inquit) repeto. Quamobrem?  
 nisi si id est quod suspicor, aliquid monstri alunt. *Erasmus.* Dicere  
 monstra Cic. Tusc. 4, 63. Sed tu cum caupone omnia monstra Facis  
 Catull. 105, 4. *de rebus obscenis, aut de teratologia.* Explicet quis  
 monstra tanta. *i. Quis tantum aenigma soluet?* Senec. Theb. 1. Cic.  
 Att. 4, 7 Venerat horis duabus ante Cherippus, mera monstra nuntia-  
 rat. *Vbi interpres, Mera monstra, interpretatur infirmitatem Quinti  
 lethalem.* Idem 9, 11 Monstra narrat, quae falsa esse possunt. 15  
 De Caesare monstra Promulgarunt Cic. ad Q. Frat. 2, 6. Scilicet  
 horrescens maioraque monstra Putares, Si mulier vitulum, vel si bos  
 ederet agnum Iuuenal. 2, 122. ¶ 2 Monstrum etiam pro Signo  
 vel specimine ponitur. Monstrum irrevocabile belli concutiens Mars  
 inducitur a Val. Argon. 6, 6. *i. hastam suam, qua bello signum dat.* 20  
 Florus 1, 10, 8 Tot tantaque virtutum monstra. *Conf. Grut. ad Hist.  
 Aug. p. 4.* Monstrum, pro Monstratione aliquando accipitur. Virg.  
 Aen. 3, 59 Monstra deum refero. Vitr. 7, 5 Pinguntur tectoris  
 monstra potius, quam ex rebus finitis imagines certae — cum volu-  
 tis coliculi teneri plures, habentes in se sine ratione sedentia sigilla: 25  
 non minus etiam ex coliculis flores, dimidiata habentes ex se exeun-  
 tia sigilla, alia humanis, alia bestiarum capitibus similia. *Quae est,  
 puto, descriptio eorum, quae grotesques hodie appellantur.*

MONSTRŌSVS, a, um. Adi. [*τεράτιος, τεράτιδος*] Quod  
 praeter naturam est. Lucan. 1, 557 (562) Monstrosique hominum 30  
 partus. Lues monstrosa, turpisque relatu fabula Claud. in Eutrop.  
 2, 549. Monstrosus, per translationem. Cic. de Finib. 1, 61 c. 17  
 invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi. Sueton. de Clar.  
 Grammat. c. 15 Lastaurum et lurconem, et nebulonem, popinonemque  
 appellans, et vita, scriptisque monstrosam. *Compar. Tertull. de* 35  
 Anima c. 26 Conceptus monstrosiores. *Superl. Cic. de Diuin. 2, 69  
 c. 32 Quid minus mirum, quam illam monstrosissimam bestiam, vnam  
 euertisse, sortes dissipauisse? Alii legunt Monstruosissimam. Quin-  
 tilla monstrosissima Tertull. de Bapt. c. 1.*

MONSTRŌSVS, a, um. Adi. Idola Prudent. in Laurentio 40  
 v. 7. Libidines monstrosae Suet. Calig. c. 16. Ferculum longe  
 Monstruosius Petron. c. 69. *Superl. Gell. 17, 10 Et omnium, quae  
 monstra dicuntur, monstrosissimum.*

MONSTRŌSE s. MONSTRŌSE. Adu. [*τεράτιος*] Praeter  
 naturam. Cic. de Diuin. 2, 146 c. 71 Nihil tam praepostere, tam 45  
 incondite, tam monstrose cogitari potest, quod non possumus cogitare.

MONSTRIFER, era, erum. Adi. [*τεράτιφορος*] Monstrum refe-  
 rens. Plin. 6, 30 Animalium hominumque effigies monstriferas circa  
 extremitates eius signi minime mirum. Annus monstrifer Claud. in  
 Eutrop. 2, 4. Sinus monstriferos agit vnda Lucan. 5, 620. Tu- 50  
 multus Idem 2, 3.

MONSTRIFICVS, a, um. Adi. [*τεράτιφορος*] Idem. Plin. 21, 5  
 Inuenta est et in his ratio inferendi, monstrificis hominum ingeniis.  
 Artes monstrificae Valer. Argon. 6, 152. Gemmae Plin. 37, 11.  
 Effigies Idem 2, 3. 55

MONSTRIFICABILIS, e. Adi. Lucil. 26 Nunc ignobilitas his  
 mirum, ac monstrificabile. Nonius 2, 540.

MONSTRIFICE. Adu. [*τεράτιφορος*] Plin. 28, 11 Equarum vi-  
 rus a coitu in lychnis accensum, Anaxilaus prodidit, equinorum capi-  
 tum visus repraesentare monstrifice. 60

MONSTRIGĒVS, a, um. Adi. s. MONSTRIGENA.  
 Auienus Descript. Orbis v. 789 Anae monstrigenis hostem licet inferat  
 aestus Fluctibus.

MONSTRIGER, era, erum. Adi. Saluian. de Gubern. Dei 5,  
 114. edit. Baluz. Illud quam non ferendum, atque monstrigerum. 65  
*In Rittersb. editione non extat.*

MONSTRIPARVS, a, um. Adi. Nepos de B. Troi.  
 MOSTELLVM et MOSTELLARIVS, quae ex Monstro dimi-  
 nutiue dicta videntur. *Vid. Infra sub MOSTRVM.*

MONTANVS, MONTICVLA, MONTOSVS, vid. MONS. 70  
 MONVBILIS, MONVMENTVM, vid. MONIMENTVM  
 sub MONEO.

MONYCHVS, i. m. [*Μώνυχος*] Vnus fuit Centaurorum, de quo  
 Iuuen. Sat. 1, 11 Quantas iaculetur Monychus ornos. *Componitur ex  
 μόνος και ὄνυξ: hoc est, solus et unguis, quod pedem instar equi habuerit.* 75  
 Sunt enim μώνυχες equi, quia solidas unguulas habent. Lucan. 6, 388  
 Aspera te Pholoos frangentem Monyche faxes. Grauis Monychus  
 Valer. Argon. 1, 146.

## M O P

80

MOPSOPIA, ae. f. [*Μοψοπία*] Attica regio, a Mopsopo rege sic  
 dicta, ut auctor est Strabo. *Hinc*

MOPSOPIVS, a, um. Adi. [*Μοψόπιος*] Iuuenis Mopsopius,  
 Atheniensis Ouid. Met. 5, 661. *de Triptolemo.* 85

MOPSVS, i. m. [*Μόψος*] Nomen proprium viri vatis, qui (ut P.  
 Mela 1, 14 extr. refert) in finibus Pamphyliae Phaselim urbem condidit.  
 Fuit et alter Mopsus Lapitha, id est Thessalus, ut Strabo scribit lib. 9.  
 qui fuit Ampycis et Cloridis filiae Orchomeni filius. *De hoc Ouid. Met.*  
 12, 455 *in pugna Lapitharum cum centauris.* Nec tu credideris tantum 90  
 cecinisse futura Ampycidem Mopsum: Mopso iaculante biformis Occu-  
 buit etc. *Alius fuit cum quo certauit Calchas de peritia diuinandi,  
 Apollinis filius.* Sacer Mopsus Valer. Argon. 1, 207.

MOPSVHESTIA, vel MOPSVESTIA, ae. f. *Μόψα ἑστία q. d.*  
 focus et Vestia s. habitatio Mopsi. *Vrbs Ciliciae.* Cic. Fam. 3, 8 Cum 95  
 castra haberem in agro Mopsuhestiae.

## M O R

MORA, ae. f. [*μῆρα, μέλησις, ἀναβολή, παραβολή*] Vnde Moror, 100  
 moraris, Expectatio, temporis dilatio, prolatio, tarditas, procrastinatio.  
 Moram Aetatis accusare Petron. c. 135. Morae Orbium Apul. Flor.  
 1, 3. *i. rotarum.* Pugnae nodumque moramque Prudent. Hamart.  
 v. 211. *de viro forti.* Sic Ite triumphantes, Belli mora concidit He-  
 ctor Poeta ap. Senec. Suaf. 2. Columen patriae, mora Fatorum Sen. 105

Troad. v. 124. *Conf. Drakenb. ad Sil. 8, 33. Contra Scopulus et mora et nodus publicae Securitatis dicitur Antonius Flor. 4, 9, 1. i. impedimentum. Vid. plura mox n. 4.* Dispendia morae Virg. Aen. 3, 453. ¶ 2 *Epitheta.* Annosa mora, *Tempus longum* Ouid. Fast. 5, 144. Brevis Senec. Troad. 8. Damnoſa Ouid. Met. 11, 376. Immenſae Id. ibid. 1, 82. Inanis Quinſtil. 4, 3. Iniuſta Idem in Prooem. 6. Lenta Ouid. Epift. 3, 138. Longa noſtri mora laboris Id. Met. 12, 20. *Mera vid. MERVVS.* Cic. Att. 5, 21 In his γλυκύπικρον illud confirmas, moram mihi Nullam fore. Nec mora vlla eſt, quin eam vxorem ducam Ter. Andr. 5, 6, 7. Segnis Virg. Georg. 3, 42. Tarda Ouid. Amor. 2, 14, 26. *al. Parua.* ¶ 3 *Verborum formulae:* Abrumpere moras, *vid. ABRVMPVO.* Acquirere moram ad aliquid agendum, et ſpatium alicui ad ſeſe colligendum dare Cic. pro Caecin. 6. Acquirere moram ad condemnandum, *vid.* 15 **ACQUIRO.** Incredible eſt, quantum morae lectioni feſtinatione Adiciatur Quinſtil. 1, 1. Adiungere, *vel* iniungere Cic. Fam. 15. *Et* Caef. de Bell. Alex. c. 44. Afferre moram, *Remorari* Hor. Carm. 2, 14, 4. Cic. Verr. 5, 165 Apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem valuiſſe, vt dilationem aliquam crucis, vt crudeliſſimi teterrimique ſupplicii aliquam paruam moram ſaltem poſſet Afferre. Idem Att. 11, 22 Pharnaces autem, quoquo modo aget, moram Afferet. *Et* Philipp. 5, 25 Iſta legatio moram et tarditatem Afferet bello. Agitare, *vid.* 20 **AGITO.** Cic. Verr. 5, 166 Apud te Praetorem ſi non effugium, ne moram quidem mortis, mentione, atque uſurpatione ciuitatis Aſſequi potuit? Caſtigare Virg. Aen. 4, 407. Corripere Ouid. Met. 9, 282. Plaut. Pſeud. 1, 3, 159 Potin' vt abeas? tibi moram dicſtis Creas. Delectant diſtincta et interpuncta interualla, morae, reſpirationeſque alios: ſummen aliis verborum, volubilitasque cordi eſt, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam Cic. in Orat. 53. Dimoue vocis 30 moras, *i. Dic breuiter* Senec. Hippol. 4. Dare Ter. Hec. 1, 2, 52. Dabitur paruula mora Iuuen. Sat. 10, 340. Ducere Quinſtil. 4, 2. Ducere in longam verba moram Propert. 1, 10, 6. Effugere Quinſtil. 4, 2. Emendare Paul. in l. Si ſeruum. §. ſequitur. D. de verb. obligat. Fabricare moras Sil. 16, 671. Cic. Att. 16, 2 De Publico autem quod perſcribi oportet, moram non puto eſſe Faciendam. Idem 35 pro Sulla 58 Vaenire omnes ſuas poſſeſſiones et patrimonio ſe ornatiffimo ſpoliari maluſt, quam vllam moram fieri cuiquam creditorum ſuorum. Nullam dimicandi moram Facturos Liu. 31, 32. Facere moram libidini Liu. 27, 31. — comitiis Id. 27, 6. Facere moram in 40 ſoluendo Paul. in l. Si ſeruum. §. ſequitur. D. de verb. obligat. Ferre moras Ouid. Met. 6, 467. Non tulit illa moram Id. ibid. 10, 497. Fit mora Hor. Carm. 3, 14, 23. Frangere moras portarum, *i. Frangere portas, quae nos morantur* Stat. Theb. 10, 190. Cic. Att. 13, 3 Non puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiamſi eſt futurum, vt non Habeat aliquid morae. Habeo aliquid morae dum promiſſa militibus perſoluo Id. Fam. 12, 12. Paterc. 2, 51, 2 Sua et celeritate et fortuna C. Caefar uſus, nihil in mora Habuit, quo minus et quum vellet ipſe, exercitusque claſſibus perueniret, *etc. h. e. Nulla re tardatus eſt, aut impeditus.* Inferre moram, *vid.* 50 **INFERO.** Inferre moram et impedimentum alicui rei Cic. de Inuent. 1, 12 c. 9. Iniicere moram et religionem iudicandi iudicibus Id. pro Caecin. 4 c. 2. Inneſtere Stat. Theb. 5, 743. Interponere moras quibus infirmetur aliquis Cic. Philipp. 8, 17. Interpoſita ſuminiſ mora, *vid.* 55 **INTERPONO.** Cic. Acad. 1, 1 Quod quum audiſſemus, nullam moram Interponendam putauimus, quin videremus, *etc.* Idem Philipp. 10, 1 Ne minimam quidem moram interpoſuiſti, quin quam primum maximo gaudio et gratulatione fruermur. *Et* Philipp. 6, 2 Itaque bellum nefarium illatum Reip. quum viderem, nullam moram interponendam inſequendi M. Antonium putau. Largiri breuem moram 60 alicui Senec. Troad. 8. Metuere amoris ſuo moram, *vid.* **METVO.** Moliri, *vid.* **MOLIOR.** Moue abs te moram, *vid.* **MOVEO.** Neſtunt corda moras Valer. Argon. 3, 374. *Conf. Sen. de Ira 3, 39.* Obſtat mora Virg. Aen. 1, 750. Offendit lineae labor et mora Poetas Hor. in Arte Poet. 291. Pellere Ouid. Met. 10, 659. Pone moras, et ſtudium lucri, *i. Depone* Hor. Carm. 4, 2, 25. Praebere Senec. Herc. Fur. 7. Quaerere Ouid. Met. 2, 556. Quaerere ad iudicii moram aliquam excuſationem Cic. pro Rabir. Poſt. 8. Recuſant conſula moras extrema Sil. 7, 320. Rumpe moras omnes Virg. Aen. 9, 13. Fui mora illi rei Ter. Adelph. 4, 5, 79. Reſtituendae Romanis Capuae mora et 70 impedimentum tu Es Liu. 23, 9. Eſſe morae Plaut. Amph. 3, 3, 17. Ter. Andr. 3, 1, 9 Sed ſequere me intro; ne ſi mora illi ſis, *i. Moreris et detineas, vel inferas moram et impedimentum.* Cic. Fam. 10, 31 Saltus Caſtulonenſis, qui ſemper tenuit noſtros tabellarios, etſi nunc frequentioribus latrociniiſ infeſtior factus eſt; tamen nequaquam tanta in mora eſt, quanta qui locis omnibus diſpoſiti, *etc.* Plaut. Capt. 4, 3, 6 Nam ſi alia memorem, quae ad ventris victum conducunt, mora eſt, *i. Diu immorarer.* Eſt iamiam nulla mora, ſequor, et qua ducitis, adſum Virg. Aen. 2, 701. Eſt non mora libera nobis Ouid. Met. 2, 143. Erit res magna pretiumque morae Virg. Aen. 9, 232. Erat 80 quid ergo morae et tergiuerſationis? Cic. pro Milon. 55. Ter. Adelph. 2, 1, 17 Ne mora ſit, ſi innuero, quin pugnis continuo in mala haereat. Id. Andr. 2, 5, 9 Neque iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora, *i. Paratus ſum quod vis facere.* Erit non in me mora vlla Virg. Ecl. 3, 52. Nec mora vlla eſt, quin eam vxorem ducam Ter. Andr. 5, 85 6, 7. Eſt per te mora Id. ibid. 3, 4, 14. Tenuere quae tantae morae? Virg. Aen. 2, 282. Tenuit mora nulla vocatos Ouid. Met. 1, 167. Timeas neue moram, tempus quod quaerimus inſtat Ouid. ex Pont. 3, 3, 85. Tollere moram iudicandi Quinſtil. 4, 4. Trahere moras Virg. Aen. 10, 888. Trahere moram, et tempora diſſerre 90 Ouid. Met. 9, 766. ¶ 4 *Formulae aliae:* Haud mora conſiliis, nec iuſſa recuſat Aceſtes Virg. Aen. 5, 749. Nuſquam mora Virg. Georg. 4, 185. Nec mora nec requies Id. ibid. 3, 110. Cic. Fam. 10, 18 Vt venienti Bruto, exercituique eius ſine mora tranſitus eſſet paratus. Mora, *retinaculum, quod lapſum aut motum quemcunque noxium* 95 *moretur et cobibeat, apud Cellum 8, 10* In crure aeque ad rein pertinet, alterum ſaltem os integrum manere. Commune vero ei, femorique eſt, quod vbi deligatum eſt, in canalem coniciendum eſt. Is canalis et inferiori parte foramina habet, per quae, ſi quis humor exceſſerit, deſcendat; et a planta moram, quae ſimul et ſuſtineat eam, et delabi 100 non pariat; et a lateribus cana, per quae loris datis mora quidem crus femurque vt collocatum eſt detineat. Sic Virg. Aen. 1, 750 Quid tantum Oceano properant ſe tingere ſoles Hiberni: vel quae tardis mora noctibus obſtet. Tardis, pro Tarde venientibus, *inquit* Seruius. *Plura id genus dedimus n. 1.* ¶ 5 Mora ſ. Moera 105 *μῆρα et μῆρα eſt etiam Ordinatio hominum militaris apud Lacedaemonios*  
T t ex 500,



ex 500, vel 700, vel 900 militibus. Vid. Diodor. 15. Et Nepos 11, 2, 3 Hoc exercitu Moram Lacedaemoniorum interfecit. Vid. ibi Interpret. et Meurs. Lect. Att. 1, 15. Voss. Etym. p. 327.

MORVLA, ac. f. Dimin. August. Confess. 11, 15 Praesens tempus ita raptim a futuro in praeteritum tempus transuolat, vt nulla morula extendatur. Morula Solis super terram Id. ibid. c. 23.

MORAMENTVM, i. n. [ἀνάλασις] Idem quod Mora. Apul. in Florid. 4 p. 363 Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt equitare, aduectorem sibi met equum deligunt. vid. MOROR etc. f. l.

MORALIS, MORATVS, vid. MOS.

MORAX, acis. Quod moratur, retinet. Moracium cogitationum turpitudine Non. 6, 16 ex Varrone.

MORACIVS, a, um. Adi. i. e. Durus. vt, Moraciae nuce, Titi-  
nius apud Festum, qui addit, inde esse Moracillum.

MORARIA, ac. f. Herba, quam et Statoron et Chamaeleonem 15  
vocant Apul. de Herb. c. 25.

MORBONIA, vel. vt alii, MORBOVIA. Sueton. Vesp. c. 14  
Quidam ex officio admissionis simul expellens abire Morboniam iusserat. Quo quidem in loco Morbonia, vel Morbouia, vt nomen oppidi,  
quod tamen nusquam est, fingi videtur: aut adeo populi ore frequentabatur  
seu oppidi nomen, sub sensu morbi et exitii. Hoc enim perinde est, ac si  
quis in malam crucem amander, aut ad coruos abire iubeat. Certe com-  
pendium Dionis pro Morbonia ἰς ἄβραυς habet. Ex Turnebo. Gronou.  
suspicatur Macarian, cum apud Aristophanem idem sit ἰς Μαναρίων et ἰς  
ἀβραυς. Alii alia.

MORBVS, i. m. [νόσος, νόσημα] Habitus quicunque corporis contra  
naturam, qui usum eius faciat deteriore. Morbi, supplicia luxuriae  
Sen. Ep. 95. Cic. Tusc. 4, 28 Morbum appellant totius corporis  
corruptionem: aegrotationem, morbum cum imbecillitate: vitium,  
quum partes corporis inter se dissident, ex quo prauitas membrorum,  
distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus et aegrotatio, ex to-  
tius valetudinis corporis conuassatione et perturbatione gignuntur.  
Animi morbi Sen. Ep. 85. vocantur vitia inueterata: quos idem ab affe-  
ctibus discernit Ep. 75. Sallust. in Cic. 1 Grauius et iniquo animo  
maledicta tua paterer M. Tulli, si te scirem iudicio magis, quam mor-  
bo Animi petulantia ista vti. Cic. Att. 11, 6 Tulliae meae morbus  
et imbecillitas Corporis me exanimat. Id. in Catil. 1, 31 c. 13 Vt  
saepe homines aegri morbo graui, quum aestu, febrique iactantur, etc.  
Genera morborum noua incidere Cels. 1 Praef. Infirmus ex graui  
et diuturno Cic. Philipp. 8, 15. Admonitio, vid. ADMONEO. Cru-  
ciamenta morborum Cic. Phil. 11, 8 c. 4. Insignia morbi Hor. Serm.  
2, 3, 254. ¶ 2 Epitheta: Acer, vid. ACER, Adi. Acutus,  
vid. ACVO. Cic. de Diuin. 2, 142 Medici ex quibusdam rebus et  
aduenientes et crescentes morbos intelligunt, nonnullas etiam valetu-  
dinis significationes, vt hoc ipsum, pleni enectiue simus, ex quodam  
genere somniorum intelligi posse dicunt. Ancipites, vid. ANCEPS.

Amplior, vid. AMPLIVS. Anniuersarii Suet. Aug. c. 81. Cae-  
cus, vid. CAECVS Colum. 1, 5; Caducus, vid. CADO. Comi-  
tialis, vid. COMITIA. Declinans, vid. DEGLINO. Durus Plaut.  
Men. 5, 2, 119. Exanguis Ouid. Met. 15, 627. Grauior Scribon.  
111. Cic. Off. 1, 83 Quapropter in adeundis periculis consuetudo imi-  
tanda medicorum est, qui leuiter aegrotantes, leniter curant: graui-  
oribus autem morbis periculosas curationes, et ancipites adhibere co-  
guntur. Immanes Lucret. 3, 461. Impatibiles, vid. IMPATIBI-  
LIS. Iners morbus Ouid. Met. 7, 544. Ingrauescens, vid. IN-

GRAVO. Non Intellecti nulla est curatio morbi C. Gallus 3, 55.  
Leuiores Quinctil. 2, 3. Longinquus, vid. LONGVS. Maior  
morbus, Comitialis Celso 3, 23 pr. Inter notissimos morbos est etiam  
is, qui comitialis vel maior nominatur. Missus morbus ad corpora  
a numine Iuuen. Sat. 13, 230. Morosus Ouid. de Arte Am. 2, 323.  
Pallentes Virg. Aen. 6, 275. Patrius Plin. Epist. 1, 12. Pedicula-  
ris, vid. Pedicularis in PES. Pernicialis, vid. PERNICIES. Cer-  
to tempore Recurrentes Suet. Aug. c. 81. Regius Hor. de Arte Poët.  
453. Ictericam aliter vocant. Et Cels. 3, 24 Aequae notus est morbus,  
quem interdum arquatam, interdum regium nominant. Paulo post,  
Color autem cum morbum detegit, maxime oculorum; in quibus quod  
album esse debet, fit luteum. Soletque accidere et fitis, et dolor ca-  
pitis etc. Deinde ad finem capitis, Per omne vero tempus vtendum  
est exercitatione, frictione: Si hiems est, balneo: si aestas, frigidis  
natationibus; lecto etiam et conclauis cultiore, clauso loco vti, ludis,  
lasciuia, per quae mens exhilaretur. Ob quae regius morbus dictus  
videtur. Solstitialis morbus, vid. Solstitium, in SOL. Sonticus  
morbus in XII Tab. interpretantur, Qui nocet. Sed Plinius eo nomine  
morbum comitalem intellexit, quum ita scripsit de lapide gagate: Depre-  
hendit sonticum morbum. Nam Dioscorides scribit, ἰλεγχος ἐπιληπτι-  
κῶν. Turnebus. Vid. SONTICVS. Tenax Suet. Claud. c. 2. Teter  
morbus Catul. 74, 25. Tremens Senec. Herc. Fur. 9. Tristis Ti-  
bull. 4, 11, 3. Veniens Perf. Sat. 3, 64. Vetus morbus Cels. 3, 26.

¶ 3 Formulae Verborum: Absumi morbo, vid. ABSUMO. Acces-  
sit spatium morbis, vid. ACCEDO. Adefse morbum Cic. de Finib.  
2, 96. Aduenit morbus, vid. ADVENIO. Afferre, vid. AFFE-  
RO. Affici graui Cic. de Diuin. 1, 63. Affectus morbo Lucret.  
1, 134. Afflictari morbo, vid. AFFLIGO. Affligi morbo Cic. in  
Pis. c. 35. Ter. Hec. 3, 2, 2 Metuo, ne Philumena morbus Aggra-  
vescat. Apportant anni tempora morbos Lucret. 5, 221. Assurge-  
re ex morbo, vid. ASSVRGO. Assurgere e morbo Tacit. Hist. 2,  
99. Mortalis nemo est, quem non Attingat dolor morbusque Cic.  
Tusc. 3 c. 25. Augetur Ter. Hec. 3, 1, 54. Auxiliari morbis,  
vid. AVXILIOR. Cadere in morbum, vid. CADO Cic. Tusc. 1 c.  
32. Calere mentis morbo aliquo Hor. Serm. 2, 3, 80. Collapsa  
ossa morbo Virg. Georg. 3, 485. Concipere morbum, vid. CON-  
CIPIO. Cic. Att. 10, 19 Valetudinem tuam iam Confirmatam esse et  
a vetere morbo et a nouis tentationibus, gaudeo. Constrictari mor-  
bo, vid. CONFLICTO. Conicere in morbum, vid. CONICIO.  
Confurgere graues morbo nequeunt Ouid. Met. 7, 570. Contamina-  
tus grex morbo turpium virorum Hor. Carm. 1, 37, 10. Contrahere  
morbum, vid. CONTRAHO. Cic. Fam. 13, 30 Ille in morbum con-  
tinuo incidit, ex quo non Conualuit. Idem pro Sul. 75 Ex magnis  
et diuturnis, et iam desperatis Reipubl. morbis ista repente vis erupit,  
vt ea confecta et eiecta, conualescere aliquando et sanari ciuitas possit.  
Corripiunt morbi corpora Virg. Georg. 3, 471. Corripi morbo . . .  
Crescere morbum Cic. de Diuin. 2, 142. Crudescit morbus, vid.

CRVDVS. Crudescere coepit morbus in processu Virg. Georg. 3,  
504. Curare morbos Quinctil. 2, 3. Liu. 3, 8 pr. Defuncta  
morbis corpora salubriora esse coepere. Cic. Att. 7, 5 Pyliam in idem

gentis morbi Delapsam curam tibi offerre maiorem sentio. Cic. Fam. 7, 27 Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam et vires et corpus amisi; sed si morbum Depulero, facile, vt spero, illa reuocabo. Euadere ex morbo dicitur aegrotus Id. de Diuin. 2, 12. Euincere tristes Tibull. 4, 11, 3. Euolitant animae non morbis Lucret. 3, 731. *b. e. Non effugiunt morbos, non sunt a morbis immunes.* Cels. 2, 14 Ne morbus qui remanet, iterum quauis leui de causa exasperetur. Explicari, v. v. Exterminare, vid. EXTERMINO. Celsus Proecin. Interest enim fatigatio morbum, an fitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames Fecerit. Finiri morbo, vid. FINIO, in FINIS. Iactari Hor. Serm. 2, 3, 121. Cic. Fam. 1, 10 Quod morbo impeditus in Ciliciam non transferis. Implicari morbo Liu. 5, 31. Implicatus, vid. IMPLICO. Impugnatur, vid. IMPUGNO. Incessit in, castra, vid. INCESSO. Cic. pro Cluent. 175 Ibi in morbum incidit, ac satis vehementer, diuque aegrotauit. Conf. Id. Fam. 13, 30. Inclinatur, vid. INCLINO. Incurrere in, vid. INCURRO. Incutere Lucret. 6, 771. Ingrauescit Cic. Catil. 1, 31 c. 13. Ingruunt morbi gentibus vniuersis, vid. INGRVO. Iniici in, vid. INIICIO. Infedit morbus Scribon. 111, Cic. de Nat. Deor. 3, 84 Hunc igitur nec Olympius Iupiter fulmine percussit, nec Aesculapius misero diuturnoque morbo intabescens interemit. Inuasit, vid. INVADO. Iurare morbum, vid. IVRO. Laborare Cic. de Finib. 1, 59 c. 18. Languiebant plebsque morbo Lucret. 6, 1219. Leuare morbum alicui, vid. LEVIS. Cic. Fam. 12, 29 Grauius aegrotant ii, qui quum Leuati morbo videntur, in eum de integro inciderunt. Mederi morbis Quinctil. 1, 10. Moriturus inerti Ouid. Met. 7, 544. Cels. 3, 9 Nonnunquam etiam lentae febres sine vlla remissione corpus tenent: Neque cibo, neque vlli remedio locus est. In hoc casu medici cura esse debet, vt morbum Mutet. Nancisci morbum . . . Nasci morbum Cic. Tusc. 4, 23 c. 10 pr. Nocuit nec tibi vis morbi Ouid. Amor. 1, 14, 41. Obire Suet. Claud. c. 1. Occupat Cels. 5, 27. Occurrite venienti Pers. 3, 64. Oppressa est morbo mulier Cic. pro Cluent. 22. Id. Att. 15, 1 Quum hominem temperantem, summum medicum, tantus improuiso morbus Oppresserit? Perire morbis Hor. Serm. 2, 3, 157. Praeuidere ingrauescentem, vid. INGRAVO. Cic. post Redit. ad Quir. 4 Bona valetudo iucundior est eis, qui e graui morbo recreati sunt, quam qui nunquam aegro corpore fuerunt. Idem in Pison. 85 Qui quum vno genere morbi affligerentur, neque se Recreare quisquam posset, quum semel incidisset, dubitabat nemo, etc. Cic. in Catil. 1, 31 Sic hic morbus, qui est in Rep. Releuatus istius poena, vehementius viuis reliquis ingrauescet. Id. ib. 1, 31 Si aquam gelidam biberint, prius releuari videntur, etc. Id. Att. 10, 18 Tu, quoniam quartana cares, et nouum morbum Remouisti, etc. Senescere Id. Fam. 7, 26. Squalebant exsanguia corpora Ouid. Met. 15, 627. Cic. Tusc. 4, 8 Qui in morbo Sunt, sani non sunt. Ibid. 92 Corpus, quod in morbo est. Add. ibid. 3, 9 c. 4. Subsistentes Celsus Praefat. Sustinere Celsus 2, 8. Teneri morbo Celsus 2, 17. Cic. Tusc. 4, 31 Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt, Tentantur acuto renes Hor. Serm. 2, 3, 163. Tollere Celsus 7 Praef. Plin. Epist. 1, 12 Tertio et tricesimo anno pedum dolore correptus est. Patrius hic illi: Nam plerumque morbi quoque per successiones quasdam, vt alia, traduntur. Transire ad Celsus 3, 19. Vacare morbo Idem 3, 22. Vacare a Idem 2, 1. Vincit morbus medicamenta Celsus 7, 33. Cic. de Fato 17 Vt in eo, qui mortifero morbo Vregeatur. Reliquiae morborum lentae Cels. 2, 15. Vnde sint morbi Id. in Praefat. 9. Morbus in summo incremento Id. 3, 8. ¶ 4. Morbus et Vitium apud Iurisconsultos differunt. Gell. 4, 2 Cum verba ex edicto aedilium curulum proposuisset, Quaesierunt, inquit, Iurisconsulti veteres, quod Mancipium morbosum, quodue vitiosum, recte diceretur: quantumque morbus a vitio differret. Profert deinde Labonius finitionem, Morbus est habitus cuiusque corporis contra naturam, qui vsum eius facit deteriore. Pluribus haec deinde persequitur, et tandem Massurii Sabini verba apponit, Furiosus mutusue, cuius quod membrum lacerum laesumque est, aut obest, quo minus ipse aptus sit, morbosus sunt. Qui non longe videt, tam sanus est, quam qui tardius currit. Plurima hac de re disputant Icti in Titulo Pandectarum de aedilicio edicto l. 1 ad 17.

MORBIDVS, a, um. Adi. [μορβός] Morbo affectum significat, vel Morbis obnoxium. Varro de R. R. 3, 16 Aut quum sunt apes morbidae propter primores vernos pastus. Morbidum Corpus profluvio sanguinis exonerare Plin. 8, 26. Vis morbida, Quae morbum affert. Lucret. 6, 1090

Vnde repente

Mortiferam possit cladem conflare coorta

Morbida vis, hominum generi, pecudumque cateruis,  
Expeditam.

Idem paullo post, Fit morbidus aër.

MORBIDE. Adu. Idem. apud Hieronymum.

MORBOSVS, a, um. Adi. [μορβός] Morbo confectus, aut morbo obnoxius, qui Valetudinarius etiam dicitur. Cato c. 2 Ferramenta vetera, seruum senem, seruum morbosum, et si quid aliud supersit vendat. Cic. Tusc. 4, 53 c. 24 extr. Bene igitur nostri, quum omnia essent in morbis vitia, quod nullum erat iracundia foedius, Iracundos solos morbosos nominauerunt. Morbosior in Priapeis.

MORBOSE. Adu. Idem. apud Celsum.

MORDEO, momordi, morsum, ere. [δάωω, δήωω] Dentibus laedere et corripere. Calui momordit musca nudatum Caput Phaedr. 3, 4, 1. Conf. Id. 4, 7, 5. Ouid. Met. 9, 61 Tum denique tellus Praefixa genu nostro est, et arenas ore momordi. Morsu aliquando fecit in Praeterito. Plautus in Trigeminis Fragm. 1, 130 Ni fugissem, inquit, medium credo praemorisset. Ex Gell. 7, 9. Memordi, praeteritum ab antiquis frequenter usurpatum. Ennius, Meum non est, at si me canis memorderit. Lab. Callis, De integro patrimonio mea centum millia numum memordi. Ex Nonio 2, 553. Conf. Gell. 7, 9. Latrant et mordent canes Cic. pro Rosc. Amer. 57 c. 20. Humum mordere Plaut. Merc. 4, 6, 9. in suppos. Arenas mordere tamen Ouidii esse vidimus. ¶ 2 Metaph. Virg. Aen. 12, 273 — teritur qua sutillis aluo Balteus, et laterum iuncturas fibula mordet, i. traiectu suo continet. Vid. Drakenb. ad Sil. 7, 624. Frenum Cic. Fam. 11, 23. inuitum parere. Herba mordere dicitur sapore acris Plin. 12, 19. Sic

22, 14 Mordens folium. Sic Vbi desierit mordere medicamen Scribon. 37. Minus mordebit 230. de medicamento Stomachum mordet aconitum 187. 188. Mordendo exulcerat stomachum ephemerum 193. Rura annis mordet aqua, i. Radit Hor. Carm. 1, 31, 8. Cic. Att. 6, 2 An tu si mecum esses, qui scribis morderi te interdum, etc. i. Graui-

*Grauer ferre.* Terrā mordetur dente vomeris Varr. de L. L. 4, 31 pr. Mordere, *per translationem, Detrahere alicui.* Ter. Eun. 3, 1, 21 Inuidere omnes mihi, mordere clanculum; ego non floccipendere. Dente iniquo mordere, *Calumniari* Ouid. Trist. 4, 10, 124. Dente inuido mordeor Hor. Carm. 4, 3, 16. Dicitis morderi Ouid. Trist. 1, 1, 25. Opprobriis falsis Hor. Epist. 1, 16, 38. Non mordenda tibi turba fidelis erat Ouid. ex Pont. 4, 14, 46. Mordere, *Pungere.* Cic. Att. 11 Quod rogas, vt in bonam partem accipiam, si qua sunt in tuis literis quae me mordeant. Idem 13, 13 (12) Valde me momorderunt epistolae tuae de Attica nostra. Idem Fam. 3, 12 Neque non tamen me mordet aliquid, in quo vnum non vereor, quae mihi tuenda sunt. Idem Tusc. 3, 82 Tamen si quis error aliunde exitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit. Mordere, *translate, pro Laedere, offendere.* Hor. Epist. 1, 8, 5 — haud quia grando Contuderit vites, oleamque momorderit aestus. *Lambinus.* Par pari refero, quod illam Mordeat Ter. Eun. 3, 1, 55. i. dolore afficiat. Cautos parum frigora mordent Hor. Serm. 2, 6, 45. *Conf.* Auson. Eidyll. 14 pr. Conscientia morderi Cic. Tusc. 4, 44 c. 20.

MORDENS folium Plin. 22, 14. Frigora Auson. Eidyll. 14 pr. MORVS, a, um. Partic. [*μῦθος*] Plin. 29, 3 Datur morsis a rabioso, ne rabidi fiant. Locus morsus Scribon. 173. Catull. Argon. (63) 316 Laneaque aridulis haerebant Morsa labellis *in descriptione mentis.*

MORSVS, ūs. m. [*δῆμος, δῆξις, λάφυς*] *Dentium laeso vel apprehensio.* Cic. Verr. 5, 32. c. 13 *amarissime,* Hic scilicet est metuendum, ne ad exitum defensionis tuae vetus illa Antoniana dicendi ratio atque auctoritas proferatur: ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices Populus Rom. adspiciat, ex mulierum morsu vestigia libidinis atque nequitiae. Cic. de Senect. 51 E quibus quum emerferit, fundit frugem spicae ordine structam, et contra auium minorum morsu munitur vallo aristarum. Canis morsus Scribon. 280. 213. 266. Et quadrupedum 266. Hominum 205. Serpentium 173. Serpentum Cic. de Diuin. 1 c. 10. Omnis ferae morsus Cels. 5, 27 in. *Sed Morgagn.* in Ep. 1 in Cels. *legit fore, et Ep. 2 MSi auctoritatem producit.* Viperinus Cic. de Finib. 2, 94. et Tusc. 2 c. 7. Idem Att. 12, 19 (18) Dum recordationes fugio, quae quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo. Macrob. Saturn. 7, 3 *Scomma* paene dixerim morsum figuratum, quia saepe fraude vel urbanitate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligas. Funesto morsu saucius Ouid. Met. 11, 375.

¶ 2 Apprehendere morsu extremo tellurem Sil. 17, 264. Consumite fero viscera morsu Ouid. Met. 4, 113. Corripere morsum, *vid. CORRIPIO.* Cruentare morsu Prop. 4, 9, 39. Defendite a pecoris morsu frondes nostras Ouid. Met. 9, 384. Excitare morsus Scribon. 189. Horresce nec tu mensarum morsus futuros Virg. Aen. 3, 394. Inferre morsus alicui Ouid. Met. 11, 58. Lacerare morsu viscera, *vid. LACER.* Parat leo morsus Senec. Herc. Fur. 11. Premere morsu Lucret. 3, 663. Vastis morsibus praedam leo premens Senec. Troad. 9. *Conf. Drakenb. ad Sil. 5, 526.* Citra morsum, *vid. CITRA.* Bibere morsu, *vid. BIBO.*

¶ 3 *Metaphoricae formulae:* Vncī morsus, *De ancora dicitur, terrae vel fundo infixae* Lucan. 3, 699. Sic Morsus, *Coniunctio et nexus dicitur, ubi lorica cum fibulis connectitur.* Sil. 7, 624 Strage super lapsus sociūm, qua fibula morsus Loricae crebro laxata resoluera ictu. Coire ad morsum, *vid. COEO.* Morsus, *pro Liuore morsuuncularum.* Lucret. 4, 1079 Blandaue refrenat morsus admista voluptas. Si vitare velis acerba quaedam, et tristes Animi cauere morsus, nulli te facias nimis sodalem: gaudebis minus, et minus dolebis Martial. Sine magno morsu Scribon. 227. i. dolore. Sine vilo morsu Id. 237. Acer morsus Doloris Cic. Tusc. 2 c. 22. Morsus, *Dolor et aegritudo.* Cic. Tusc. 3, 53 Itaque et dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perferetur, spe proposita boni. *Ibid.* 83 Aegritudo erit sublata illa moerens, morsus tamen et contractiunculae animi relinquentur. Sospitus necis morsus Sil. 13, 274. *b. e. Mortis dolor amatus propter vinum.* Morsus, *pro Inuidia et detractioe.* Insequi morsibus aliquem Ouid. Met. 13, 568. Incitare acres morsus Catull. 2, 4. Incitat et morsus error vterque paros Ouid. Epist. 19, 114. Venenare morsu Hor. Epist. 1, 14, 38.

MORSVRA, ae. f. *Idem.* Constant. Afer 7, 10 Morsurae locus. MORSIVNCVLA, ae. f. Dimin. [*δῆμκτιον*] *Paruus morsus.* Plaut. Pseud. 1, 1, 65 Compressiones arctae amantium compares, teneris labellis molles morsuunculae. Continuae morsuunculae Apul. Met. 8 p. 211.

MORDAX, ācis. Adi. [*δῆκτις, δῆκτιδος, κερτόμιος*] *Qui mordendo laedit.* Plaut. Truc. 2, 4, 1 Num tibi iam amabo ianua est mordax mea, quo introire metuas mea voluptas? Ferro mordaci ic̄ta pinus Hor. Carm. 4, 6, 9. Folium mordax, *Pungens, et tactum feriens vel gustum* Plin. 16, 24. Mordax vis Idem 9, 45. Hor. Serm. 1, 4, 93 Liuidus et mordax videor tibi? *etc.* Teneras mordaci radere Vero auriculas Perf. 1, 107. Ouid. Trist. 2, 563 Non ego mordaci distrinxi carmine quenquam. *Sed proprie* Cic. de Orat. 2, 240 c. 59 In omnibus parietibus inscriptas fuisse literas, tria LLL duo MM. Quum quaereres id quid esset, seneni tibi quendam oppidanum dixisse, Lacerat laeertum Largii mordax Memmius. Sollicitudines mordaces Hor. Carm. 1, 18, 4. *Compar.* Phaedr. 4, 7, 1 Mordaciorem qui improbo dente adpetit. *Superl.* Plin. 17, 18. Curae mordacissimae Augustin. Conf. 7, 5 *sub fin.*

MORDACITAS, ātis. f. [*τὸ δῆκτιδος*] Plin. 21, 15 Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. *De urtica et similibus.* Add. Pallad. 2, 16.

MORDACITER, Adu. Macrob. Saturn. 7, 9 Ait nimis ille mordaciter. *Compar.* Ouid. ex Pont. 1, 5, 19 Scilicet incipiam lima mordacius vti. Alius eandem materiam mordacius Scripsit Laetant. 5, 2.

MORDĪCO, āre. *Idem quod Mordeo.* *Vetus auctoritas desideratur.* Recens enim homo est Scriban. de Pass. Christ. c. 8 Acriter mordicare.

MORDĪCANS, antis. Part. Cael. Aurel. Acut. 2, 8 Mordicantis qualitatis esse. *Et Tard.* 2, 1, 39 Mordicantia iniicere collyria.

MORDICATIO, ōnis. f. *Lewis arroso.* Cael. Aurel. Acut. 3, 100 20 Ventris mordicatio. *vid. Barth. Aduers.* 39, 1.

MORDICATĪVVS, a, um. Adi. Acetum mordicatum Cael. Aurel. Tard. 5, 1.

MORDĪCVS, a, um. Adi. Quem equi mordici distraxerunt Hygin. Fab. 273. *Sed putatur vitiose sic legi, pro mordicus Aduerb.*

- MORDICVS.** Adu. [*ὀδῶξ*] *Mordendo.* Plaut. Curcul. 5, 1, 7 Manum mordicus arripuit. Varro de R. R. 2 c. 7 Ille impetum fecit in eum, et mordicus interfecit. *De equo.* Auferre mordicus auriculam alicuius Cic. Q. Fratr. 3, 14. Diutellere mordicus agnam Hor. Serm. 1, 8, 27. Pedibus alicuius mordicus Inhaerere Apul. Met. 1. 3 p. 132, 2. Petron. c. 43 Paratus fuit quadrantem de stercore mordicus tollere. *Elogium plebeium hominis ad rem ad diuitias fustinantis.* Tenere mordicus, *per translationem, pro summa pertinacia tueri.* Cic. Acad. 4, 51 c. 16 Nam ab omnibus eiusmodi visis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. Idem de Finib. 4, 78 Quum id fugiunt, re eadem defendunt qua Peripatetici, verba tenent mordicus. Suet. in Caes. c. 64 Paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis.
- MORDICITVS.** Adu. *Idem.* Apul. Met. 3 sub fin. p. 140, 23 Mordicitus adpetens. *Alii legunt Mordicus, alii Mordicibus. Nempe*
- MORDICES,** um. pl. *Quasi a Mordex, pro Dentibus posuisse quibusdam videtur* Plaut. Aulul. 2, 2, 57 Afini me mordicibus scindant, etc. Sed Gruterus legit Mordicitus. Mordicibus, *quod praefert etiam Gronouiana, fauere videtur, quod opponuntur cornibus. Sed quod laudat*
- MORDICES** Captiu. 3, 4, 73. *ibi Gronou.* Mordicus. Bonum igitur est, has Mordices non ignorare; uti illis vix consultum. Plane incertos etiam nos dimittis Non. 2, 549 Mordicibus et mordicus, pro morsu, pro moribus. Plautus Aulularia, Afini me mordicus scindant etc. *Add. Voss. Inst. Orat. 5. p. 344.*
- MORDOSVS,** a, um. Adi. *δυσκρινός* Gloss. Gr. Lat.
- MORSICO,** are. Frequent. *Idem quod Mordico.* Apul. Met. 7 p. 197 Ore improbo compulsat ac morficat.
- MORSICANS,** antis. Partic. Apul. Met. 2 p. 219 Limis et morficantibus oculis.
- MORSICATIM.** [*δυσκρινός*] *Mordendo, antique.* Varro, Sicut pulli sic incedunt, et in bellis morficatim ludunt. Nonius 2, 547.
- MORETVM,** i. n. *τρίμυξ* Gloss. Lat. Gr. [*μωρτόρον*] Genus libi ex farina, lacte, vino, caseo, et herbis confectum: quale describitur a Virgilio in eo opusculo, cui titulus est Moretum, quod Septimio Sereno tribuunt
- MORETVM,** alii. Ouid. Fast. 4, 367 Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum, etc. *Vid. Scalig. et Taubin. ad Virg. Moret. it. Weitz. et Salmas. Exercit. Plin. p. 379.*
- MORETARIVM,** i. n. Pro Moreto. Donat. Et, Moretarium alliatum Apic. 1, 35.
- MORGVS,** i. m. Fluuius est ex Alpibus defluens, vnus eorum, qui a Pado excipiuntur, de quo Plin. 3, 16. Orgus, Harduin. ex MSS.
- MORIBVNDVS,** vid. Morior in MORS.
- MORIGEROR,** vid. MOS.
- MORINI,** orum. m. Pl. [*Μορίνοι*] Populus Galliae Belgicae ad Oceanum, ut scribit Pomponius 3, 2. Virg. Aen. 8, 727 Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis.
- MORIO,** onis. m. [*μωρίων*] *Stultus.* Moriones sunt fatui, quos in deliciis principum esse videmus. Quidam tantae sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant, quos Moriones vulgo vocant Augustin. Ep. 28. Martial. 12, 95 Paruum basiat vsque morionem. Idem 8, 13 Morio dictus erat, viginti millibus emi. *Pl. Ep. 18. 17, let 2.*
- MORIO LA,** ae. f. *Potionis genus, alias lora.* Varro ap. Non. 17, 17. *Alii leg. Loriola.*
- MORION,** onis. m. *Gemma est, de qua sic* Plin. 37, 10 Morion Indica, quae nigerrimo colore translucet, vocatur pramion: in qua miscetur et carbunculi colos, Alexandrinum: vbi Sardae, Cyprium. Nascitur et in Tyro, et in Galatia. Xenocrates et sub Alpibus nasci tradit. Et etiam Herbae genus soporiferum Plin. 21, 31. Est etiam Semen mandragorae Id. 25, 11.
- MORISENI,** orum. m. Thraciae populi, circa Ponti litora incolentes, quorum meminit Plin. 4, 11.
- MORIOR,** vid. MORS.
- MORMYRA,** ae. f. Piscis est marinus, variis coloribus pictus, cuius meminit Ouid. in Halieut. 110 referente Plinio 32 c. *ult.*
- MORO,** are. Quid Moras? Naeu. ap. Diomed. Paucis absoluit, ne Moraret diutius Pacuu. ibid. *Sed obtinuit*
- MOROR,** ari. [*ἐπέχω, χρονίζω, προσάραττω, περιμένω*] *Detinere, retardare: itaque intransitiue, manere, expectare diutius etc. a Mora, quod separatim explicauimus.* Ter. Heaut. 1, 1, 120 Egomet conuiuas
- MOROR.** Cic. Philipp. 5, 26 c. 9 *extr.* Et belli celeritatem morabitur. Idem Fam. 2, 15 Sed eum infector moratur. Nihil vos moramur, patres Capitolin. in Anton. Philof. c. 10. *formula dimittendi s. natus.* Diutius morari Cic. de Orat. 3, 72 c. 20. Longius in loco aliquo Propert. 3, 20, 14. Longo tempore Virg. Georg. 3, 565. Emori morari Catull. 50, 1. Ferre moror Virg. Ecl. 8, 106. Ambage longa aliquem Ouid. Met. 7, 520. Ambagibus longis aliquem Hor. Epist. 1, 7, 82. Clamore magno morantur Virg. Aen. 5, 207. *i. Retro agunt.* Lite moraris iniqua Hor. Epist. 2, 2, 19. Multis ne morer Cic. Verr. 4, 104 c. 46. Pluribus ne moremur in re confessa, in regione Italiae octaua. etc. Plin. 7, 49. Plura promissis morari aliquem Lucret. 6, 244. Iter alicuius Ouid. Epist. 19, 20. Me moratur quin Plaut. Aulul. 4, 2, 6. Oculos carmina morantur alicuius auresque Hor. Epist. 1, 13, 18. Valdius oblectat Populum meliusque moratur Horat. A. P. v. 321. Orcum. *vid. ORCVS.* Pietas moratur aliquem curaue alicuius, quo minus quid efficiat Hor. Epist. 1, 14, 6. Solutionem morari, *Differre* Paullus in l. Si seruum Rip. §. Sed si. D. de verborum obligat. §. 2 *Formulae aliae:* Apud aliquem morari Pomponius in l. Quintus. §. Ad auctoritatem D. de annuis legatis et fideicommiss. Non circa vilem, patulumque moraberis orbem Hor. in Arte Poët. 132. Cum aliquo morari, Scaevola in l. Annua. D. de annuis legat. et fideicommiss. *i. Viuere, agere, conuersari cum aliquo.* Conf. Sen. Ep. 32. Primum argumentum compositae mentis existimo, posse consistere et secum morari Id. Ep. 2. Cic. pro Cluent. 168 Tu autem, nisi molestum est, paullisper exurge, et perfer hunc dolorem commemorationis necessariae, in qua ego diutius non morabor, quoniam, etc. In paruis Ouid. de Arte Am. 2, 535. In promissis morari aliquem Lucret. 6, 244. Hor. Serm. 2, 7, 87. *de Sapiente Stoico,* Teres atque rotundus, Externi ne quid possit per leue (*propter leuorem s. leuitatem*) morari et retinere.
- NON MOROR,** h. e. Non obsto, non repugno Ter. Eun. 3, 2, 7. Quod quum secus erit, quid te Apulia moretur? Cic. Att. 4, 17. Morari, *Expectare.* Cic. Fam. 12, 15 Diutius morari aut expectare praesidium, non necesse habui. Catull. 59, 84 Sed moraris, abit dies. Hor. Carm. 2, 3, 23 — an pauper, et infima De gente sub dio moreris. Morari, *Habitare.* Cic. Fam. 11, 23 Ego, tibi vt antea scripsi, dum mihi a

te literae veniant, in Italia morabor. Alicubi diutius Nep. 24, 2, 1.  
 Qua spe inimica in gente moratur Virgil. Aen. 4, 535. In vrbe  
 Ouid. ex Pont. 2, 8, 12. In vna sede Id. Met. 2, 846. Morari,  
*usu iuridico, manum iniicere, aut certe iure tum illo agere.* Liu. 2, 24  
 Ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret, aut venderet  
 liberos, nepotesue eius moraretur. *Ibid.* 4, 42 C. Sempronium nihil  
 moror, quando hoc est in imperio consequutus, vt tam carus esset  
 militibus. Cic. in Verrem, Nihil moror eos saluos esse, et ire quo  
 lubet, *vid. NIHIL.* Plaut. Aul. 2, 1, 47. et Capt. prol. v. 19. Nihil  
 ne ego quidem moror, quo minus Decemuiratu abeam Liu. 3, 54. *Hinc*  
*ad alia refertur, vt idem sit, quod non curo, non contradico etc. v. g. Scri-*  
*bendi recte: nam vt multum, Nil moror* Hor. Sat. 1, 4, 13. *Add. Id.*  
*Epist. 1, 15, 16. Nil moror officium, quod me grauat* Horat. E-  
 pist. 2, 1, 264. *Moratur, Impersonale, Mora fit.* Cic. Fam. 8, 5  
 Deinde alius existet, qui reliquas impediatur; sic multum ac diu ludetur,  
 atque ita diu, vt plus biennium in his tricis moretur. *Gerund.* Virg.  
 Aen. 10, 798 Aeneae subiit mucronem, ipsumque morando Sustinuit.  
*Vbi Seruius: Morando, Moram iniiciendo eius impetum lufit. Causas*  
*inneete morandi* Virg. Aen. 4, 51.

MORANS, antis. Partic. [*ἐπιχων*] Virg. Georg. 4, 70 Namque  
 morantes Martius ille aeris rauici canor increpat. Seruius, Morantes,  
 Tarde incedentes. Tempore longo morans Virg. Georg. 3, 565. Si  
 te his attigerit Terris aurora morantem Idem Aen. 4, 568. Lapsus  
 fluminum morans Orpheus Hor. Carm. 1, 12, 9. Morantes impulit  
 ipsa manu Portas Virg. Aen. 7, 620. Reditum alicuius Hor. Carm. 25  
 3, 5, 52. Morans, *absolute* Id. *ibid.* 2, 7, 6 Cum quo morantem saepe  
 diem mero Fregi, etc. *Add. Petron. c. 136.*

MORATVS, a, um. Aliud Partic. [*προδιατηρας*] Liu. 24  
 Et ad duo millia aut moratorum, aut palantium per agros interfecta,  
 etc. Cic. Att. 5, 16 Moratus triduum Laodiceae, et triduum Apameae,  
 et totidem dies Synade. Nec diu Moratus ruficus quidam accessit  
 Petron. c. 12. *Add. Id. c. 126.* Non multis ille moratus Ouid. Fast.  
 1, 161. Haud multa moratus dat dextram iuueni Virg. Aen. 3, 610.  
 Imperium moratus Petron. c. 97. Lacrimis et mente morata Virg.  
 Aen. 4, 649. *De Didone.* Ira morata Ouid. Amor. 1, 8, 82. Oscula  
 sunt labris nostra morata tuis Propert. 2, 15, 10. Planta morata ex-  
 penso gradu Id. 2, 4, 6. Vultum diu tellure moratum erexit Ouid.  
 Met. 14, 106.

MORANDVS, a, um. Aliud Partic. [*ἐφικτος*] Fraude aliqua  
 morandus est pater Ouid. Trist. 3, 9, 20. Spectator morandus ille-  
 cebris, et grata nouitate Hor. de Arte Poët. 223.

MORATIM. Adu. Tarde. Solin. c. 3 (9) Moratim Insularum  
 omnium oras legamus.

MORATIO, ōnis. f. Vitruui. 9, 4 Morationibus impediri. Ae-  
 quata moratio Firmic. 4. Faciunt cae stellae regressus et morationes  
 Vitruui. 9, 4.

MORATOR, ōris. m. [*ἐφικτος*] Qui moras et impedimenta obii-  
 cit. Liu. 2, 44 Quatuorque Tribunorum aduersus vnum moratorem  
 publici commodi auxilio delectum COSS. habent. *Conf. Liu. 21, 47 et*  
*48. ubi ultimi sunt in exercitu; vid. ibi Gronou. et Interpr. ad Curt. 4, 10, 10.*  
 Morator, *Ministerij nomen. erat in ludis Circensibus, quo qui fungebantur,*  
*vt conticere est, quadrigarios et bigarios morabantur, ne ante tempus, aut*  
*non suo ordine currerent; et vt inter missus interualla essent.* *Hoc ex*  
*priscais titulis eruit Turnebus, in quorum vno sic legitur, QV. RAPIDIO,*  
*Q. F. LEM. MVLIONI MORATORI LVDI CIRCENSIS. Et In-*  
 scriptio vetus in Corpore Gudiano, DIS. MAN. A. TVCCIVS. A. L.  
 STEPHANVS. AVRIGATOR. FACT. RVSSAT. ET. T. TVLCIVS.  
 PACHRYSVS. MORATOR. EIVSD. FACTION. DEDIC. Morato-  
 res etiam appellati Rabulae, quod morarentur causas. Ammian. 30, 10  
 Moratores forenses: Ita legit Lindebrogius. Alii Oratores. *Conf. Cuiac. 60*  
*Obferu. 4, 40. Gronou. ad Cic. Diu. in Caecil. c. 16.*

MORATORIVS, a, um. Adi. [*ἐφικτος*] Paullus Iureconf.  
 Quo minus praedium iure pignoris distrahatur, oblata moratoria cau-  
 tio non admittitur. *b. e. Cautio, quae datur, vt quis differat et exspectet.*  
 Ambages l. fin. §. 1. C. de Compensat. Cunctatio l. 7 §. 1 ff. de admi-  
 nistr. et peric. tutor.

MORVS, a, um. [*μωρως*] Latine Fatuus et insipiens dicitur. Plaut.  
 Trinum. 3, 2, 43 Is mores hominum moros et morosos efficit. *De a-*  
*more loquitur.* Ego stulta atque Mora multum Id. Mil. 2, 4, 17.

MORE. Adu. Stulte. More hoc fit atque stulte mea sententia Plaut. 70  
 Stich. 5, 1, 1.

MOROR, āri. [*μαλυν*] Insanire significat. Cuius exemplum in  
 scommate illo Neroniano in Claudium, apud Tranquillum in Nerone c. 33  
 Certe omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum infectatus  
 est, modo stultitiae, modo saeuitiae arguens. Nam et morari eum  
 inter homines desuisse, producta prima syllaba, iocabatur, multaue  
 decreta, vt insipientis atque deliri, pro irritis habuit.

MOROLOGVS, i. m. Stultiloquus. Nunc tibi morologus fio  
 Plaut. Pers. 1, 1, 50.

MOROSVS, *vid. MOS.*

MORPHEVS, ei, eos. m. Disyll. [*Μορφως*] Filius aut mini-  
 ster Somni dei; sic dictus, quod dormientibus inducat varias formas et vi-  
 siones. Ouid. Met. 11, 634 Excitat artificem simulatoremque figurae  
 Morphea.

MORPHNVS, [*μορφως*] Aquilae genus, circa palludes et lacus  
 vitam praecipue agens: ab Homero Percnos, ab aliis etiam Plancus et  
 Anataria appellatur. *Vid. Plin. 10, 3 ubi sex aquilarum genera enume-*  
*rat, Melaenaeton, Pyrgagon, Morphton, Pernopterum, Gnesium et*  
*Halyaeton, etc.*

MORS, mortis. f. [*θάνατος, τελευτη, μόρος*] Interitus viuentium,  
 de quo philosophicas aliquot sententias ponemus. Cic. Tusc. 1, 18 c. 9 Sunt  
 enim, qui discessum animi a corpore putent esse mortem. Mors, *Dis-*  
*solutio.* Cic. de Finib. 2, 101 Quaero autem quid sit, quod quum dis-  
 solutione, id est morte sensus omnis extinguitur, etc. Extremum  
 omnium rerum mors Cic. Fam. 6, 21. Finis vitae miserae mors esse  
 videtur Idem Tusc. 1, 9. Interitus non est mors omnia tollens at-  
 que delens, sed quaedam quasi migratio commutatioque vitae: quae  
 in claris viris et feminis dux in caelum soleret esse Cic. Tusc. 1, 27.  
 Linea vltima mors rerum est Horat. Epist. 1, 16, 79. Migratio mors  
 est in eas oras, quas, qui e vita excesserunt, incolunt Cic. Tusc. 1, 98 c. 41  
 Mors, sequela morborum est Lactant. de Opif. D. c. 4. Mors, vltima  
 poena est, nec metuenda vis Lucan. 8, 395. Mortes, *Pluraliter*  
 Virg. Aen. 10, 854 Omnes per mortes animam fontem ipse dedissem.  
 Cic. Tusc. 1 c. 48 Clarae mortes pro patria appetitae. Plin. Epist.  
 9, 16 Confecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam, et quidem 105

- iuuenum. Sic Martial. 3, 64 Mortes blandae. Cic. de Finib. 97 c. 30 Praeclarae mortes sunt imperatoriae. Quinctil. Declamat. 2 Contra verbera et experimenta telorum, mortium pertulere patientiam. Sic Tacit. saepius. Gorgonius ap. Sen. Suaf. 7 extr. Contra singulariter
- 5 *usurpatur de pluribus, ut, Prouincia morte regum turbata* Liu. 25, 6. Obnoxia morti Ouid. Met. 14, 600. Arbitrator mortis, Pluto Senec. Herc. fur. 7. Causa mortis est Scribon. 62. Cupidus mortis Horat. Serm. 2, 2, 98. Exequialia iusta Stat. Theb. 11, 610. Fax Ouid. Epist. 21, 172. Tria sunt Genera mortis, acerba, immatura,
- 10 naturalis: acerba infantum, immatura iuuenum, naturalis senum I. sid. 2, 2. Gradus Hor. Carm. 1, 3, 17. Mortis gradus, inquit hic Turnebus, eius est ingressio, accessus, et aduentus, qui interdum formidabilior est et truculentior, interdum clementior: sed qui nauigationi se commisit, et mare turgidum tentauit, nullum mortis quantumuis immanem impetum videtur reformidare. Haec ille. Ianua Sil. 11, 187. Imago Virg. Aen. 2, 369. Imago mortis, somnus Cic. Tusc. 1, 92. Laquei Hor. Carm. 3, 24, 8. Metae Virg. Aen. 12, 546. Mora Ouid. Epist. 10, 82. Nigror Lucret. 3, 39. Notae fallaces mortis et vitae Cels. 2, 6. Solamen Ouid. Met. 12, 80. ¶ 2 Epitbeta
- 20 *mortis: Acerba* Ouid. Met. 14, 187. Accersita Plin. Epist. 1, 12. i. *VI. tro sibi illata.* Adaperta, vid. ADAPERIO. Admota, vid. AD-MOVEO. Aegra Virg. Georg. 3, 512. Amara Propert. 1, 19, 20. Martial. 3, 64 Sirenas hilarem nauigantium poenam, Blandasque mortes, gaudiumque crudele. Bona mors, pro facili, celeri. Plin. Epist. 25 2 vlt. Certior mors quaestu Columel. 1, 3. Cita Hor. Serm. 1, 1, 8. Clarae mortes pro patria oppetitae, vid. CLARVS. Communis omni aetati Cic. de Senect. 67. Idem pro Domo 98 Videre praetextatos inimicos nondum morte Complorata, arbitria petentes funeris. Consentanea, vid. CONSENTANEVS. Cruenta Ouid.
- 30 Epist. 2, 140. Definita omnibus Cic. pro Sext. 47. Deliberata Hor. Carm. 1, 37, 29. Dira mors ante oculos vagatur Seneca Octau. 6. Discreta Ouid. Met. 11, 699. Vadimus haud Dubiam in mortem Virg. Aen. 2, 359. Dura Id. ibid. 10, 791. Extrema iam in morte Id. ibid. 2, 447. Fatiosa Hor. de Arte Poët. 469. Fera Ouid.
- 35 in Ibin 398. Fortunata mors, quae naturae debita, pro patria est potissimum reddita Cic. Philipp. 14, 31. Gelida Ouid. Amor. 2, 9, 41. Grauis, immatura, misera Quinctil. 6, 3. Grauis nec mihi mors est posituro morte dolores Ouid. Met. 3, 471. Honestas mors saepe vitam turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honestae locum relinquit Cic. pro Quint. 49 c. 15. Horrida Senec. Herc. Oct. 16. Ignobili atque inhonesta morte occumbere, vid. IGNOBILIS. Immatura Cic. in Catil. 4, 3. Immitis Tibull. 1, 3, 55. Importuna mors omne sacrum profanat. Ouid. Amor. 3, 9, 19. Indigna morte peremptus. Virgil. Aen. 6, 163. Indiuidua mors est noxia corpori
- 45 Senec. Troad. 5. Indomita Hor. Carm. 2, 14, 4. Inhonestas Liu. 29, 18. vid. INHONESTVS. Instans Sil. 8, 142. Inuidiosior Ouid. Met. 7, 603. Inuisa non est mors mihi Senec. Octau. 17. Ipsa Hor. Carm. 4, 2, 14. Lurida Sil. 13, 560. Mala, v. v. Merita morte perire Virg. Aen. 4, 696. Hoc sic declarat Turnebus: Mors est
- 50 *quaedam naturalis, quum fatalem annorum summam confecimus, ut quum morimur in senectute profunda: Mors est etiam merita, ut quam bellorum casus, et morbi intemperantia et cruditate quaesiti, aut scelera et crimina afferunt. Meruit enim mori, qui in aciem prodiit. Hinc illud Aeneae 2, 433 — et si fata fuissent, Ut caderem, meruisse manu. Is quoque*
- 55 *mortem laceffit, qui luxuriose, intemperanterque viuendo valetudinem labefacit. At nec fato, nec merita morte Diuo occidebat, sed morte immerita, ut subito furore correpta. Haec ille.* Miseram solari Virg. Aen. 10, 829. Opina nec morte perdere aliquem Ouid. Met. 1, 224. Obita Lucret. 1, 136. Clarae mortes pro patria Oppetitae Cic. Tusc. 1 c. 48.
- 60 Horat. Carm. 1, 4, 13 Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres. Placida morte quieuit Virg. Aen. 9, 445. Propria morte vitam finire Hieron. ad Matth. 20, 23. Pulchram properat per vulnera Virg. Aen. 9, 401. Pulcherrima Plin. Epist. 3, 16. Pura dicebatur, quum ferro quis interiret. Rapax Tibull. 1, 3, 65.
- 65 Rigida nec nimio prostrati morte iacebant Lucret. 6, 1194. Sicca, i. Mors sine vulnere aut caede. Iuuen. Sat. 10, 113. Squalida Senec. Med. 10. Subita Virg. Aen. 11, 796. Neque Sua morte defunctus est Suet. Caes. c. 88. i. naturali. Bella res est, mori Sua morte Sen. Epist. 69 extr. Tristis Virg. Aen. 11, 839. Turpis Lucret. 6, 1238.
- 70 Voluntaria Quinctil. 9, 2, 86. Conf. Augustin. C. D. 1, 17. c. vlt. Coqueii p. 62 et 63. ¶ 3 *Formulae Verborum:* Abstulit clarum cita mors Achillem Hor. Carm. 2, 16, 29. Absumi morte, vid. ABSUMO. Absumptus morte, vid. ABSUMO. Accelerare mortem Lucret. 6, 772. Lucan. 8, 660 — prohibent Accersere mortem. i. sibi inferre. Accidere non potest turpis mors forti viro, neque immatura Consulari, nec misera sapienti Cic. in Catil. 4, 3. Adire loca mortis Ouid. Met. 14, 125. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 12 Et cui inimici propter dignitatem pepercerint, inuentus est amicus, qui ei mortem afferret. Cic. pro Cluent. 170 Homines inimicos suos morte
- 80 Affici volunt. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 12 Vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus. Anteponenda seruituti turpitudinique mors Cic. Off. 1, 81. Idem in Catil. 4, 7 Mortem a diis immortalibus non esse supplicii causa constitutam: sed aut necessitatem naturae, aut laborum ac miseriarum quietem esse: Itaque eam sapientes nunquam inuiti, fortes etiam saepe libenter Appetuerunt. Ex vetusto codice rectius legitur Oppetuerunt. Cecidere iusta morte Centauri Horat. Carm. 4, 2, 14. Capere plures mortes, Mori pluribus mortibus Quinctil. in Milite Mariano. Postquam est morte Captus Plautus, comoedia luget Naeu. ap. Gell. 1, 24. Carentes honore mortis Virg. Aen. 6, 333. Circumuolat mors atris alis Hor. Serm. 2, 1, 58. Commutare vitam cum morte Cic. Fam. 4, 5. Conficere extremum diem morte Idem de Finib. 3, 76 c. 22. Consciscere sibi mortem, vid. CONSCISCO. Consecuta mors matrem, vid. CONSEQVOR. Consumptus immiti morte Tibull. 1, 3, 55. Contemnere Senec. Herc. fur. 8. Continere conceptam mortem praecordiis Cic. Tusc. 1, 96. Damnatus morti, De cuius vita desperatur Lucret. 6, 1230. Debemur morti nos, nostraque Horat. de Arte Poët. 63. Decreta mors est Senec. Hippol. 2. Dedere aliquem morti, vid. DEDO. Defungi morte Suet. Caes. c. 88. Demittere aliquem Virgil. Aen. 5, 692.
- 90 Depellere Ouid. Epist. 14, 130. Deprecari Id. Fast. 2, 103. Deuincere Senec. Herc. Oct. 12. Deuota morti pectora Hor. Carm. 4, 14, 18. Dirempta anima morte Lucret. 1, 115. Dare ad mortem Plaut. Amph. 2, 2, 177. i. interficere. Dare morti aliquem Horat. Serm. 2, 3, 197. Dare omnes per mortes animam fontem Virg. Aen. 10, 854. i. Per
- 95 omnia mortis genera, hoc est, per omnia supplicia Seruius. Ducit ad

ad mortem Cic. Tusc. 1, 100. Eripere aliquem Virg. Aen. 12, 157. Vbiq̄ mors est, optime hoc cauit deus: Eripere vitam nemo non homini potest, & nemo mortem: mille ad hanc aditus patent Sen. Theb. v. 151. Exigere Id. Ibid. 1. Exigere poenam morte Id. Agamem. 13. Exiit mors infelicitates Lucret. 3, 876. Expleant non vulnera mortem Lucan. 6, 213. *b. e. Tot vulneribus vnus perire non potest.* Exiti luctus nulla morte nec igni Sil. 6, 314. Facta manu mors Ouid. in Ibin 148. Tulit desertasque sine funere mortes Stat. Thebaid. 9, 28. Finire dolores morte Ouid. Met. 1, 661. Iuba et Petreius mutuis vulneribus concurrerunt et mortes Foenerauerunt Gargonius ap. Sen. Suafor. 7 *extr. i. cruciatibus se subdixerunt.* Fugienda nunquam est mors Cic. Fam. 11, 28. Functus morte Ouid. Met. 11, 583. Graescunt tormenta malae conscientiae in morte Lucret. 3, 1035. Habere mortem in procinctu Quint. in Milite Mariano. Horrere Virg. Aen. 10, 880. Illacrimare morti alicuius, *vid. ILLA-*  
*et in triumpho milites ab Imperatore eo donabantur.* Plaut. Bacch. 4, 9,  
149 Sed spectatores vos nunc ne miremini quod non triumpho, per-  
volgatum est, nihil moror; veruntamen accipientur mulso milites.  
Liu. 38, 55 *pr.* Et ad portam Capenam mulsuum prosequutis funus de-  
disse. *Significat Liuius Culleonem in Africani funere renouata memoria*  
*triumphi eius pileatum dedisse mulsuum, aut triumphi imitatum liberalita-*  
*tem et imaginem hoc fecisse. Annotauit Turnebus.* Lene Hor. Serm. 70  
2, 4, 26. Cic. de Orat. 2, 282 c. 70 Quum vocem in dicendo obtu-  
disset, suadebat Granius, vt mulsuum frigidum biberet, simulac domum  
redisset. *Irridebat Granius.* Id. Finib. 2, 17 Dico ergo in eadem  
voluptate qui alteri misceat mulsuum, ipse non sitiens, et eum, qui illud  
sitiens bibit. *Mixtum mulsuum* Scribon. 153. *Pultarium mulli*  
Petron. c. 42.

**MVLSA**, ae. f. *Aqua melle temperata.* Plin. Valer. 1, 1 Conilam  
in mellitissima mulsa macerare. 2 *Mulsa mea, Amantis et*  
*blandientis affectus* Plaut. Catin. 2, 6, 20. *Add. Id. Stich. 5, 5, 14.*

**MVLSËVS**, a, um. *Adi. [μυλίσσος]* Aqua mulsea Scribon. 230. 80  
Columel. 8, 74 *Mulsea recente aqua praedicti generis farinam con-*  
*spergunt, et ita farciunt. Sapor mulseus* Columel. 12, 45, 3.

**MVLTÀ**, f. **MVLTÀ**, ae. f. [*ἕμπελα*] *Solutionis poena: quod*  
*olim, vt Varro ait de L. L. 4, 36 Singula ob peccatum exigebantur,*  
*vt ouis, aut bos; postea multa simul exigi coeperunt, et vinum atque*  
*oleum addi. Varro 9 Rerum humanarum, dicit hoc vocabulum,*  
*non Latinum, at Sabinum esse. Testis Gell. 11, 1. Conf. Scalig. ad*  
*Varr. Gronou. ad Plaut. Stich. 3, 1, 19 Qui Multam verius putat, pe-*  
*cutiam qua mulcentur, mulcentur, mulgeantur, emulgeantur homi-*  
*nes. Caeterum locus ipse Plauti corruptus videtur, Quam multas tecum*  
*miserias multauerim. Multa, sive Multa, differt a Poena. Vlpian.*  
*D. De verborum significat. l. 131. Inter multam et poenam multum*  
*interest; quum poena generale nomen sit, et omnium delictorum coër-*  
*citio; multa specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est.*  
*poena autem non tantum pecuniaria, verum capitis, et existimationis*  
*irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam*  
*dicit; poena non irrogatur, nisi quae qua lege, vel quo alio iure*  
*specialiter huic delicto imposta est. quinimmo multa ibi dicitur, vbi*  
*specialiter poena non est imposta. Item multam is dicere potest, cui*  
*adiudicatio data est. Magistratus solus et Praesides prouinciarum posse*  
*multam dicere, mandatis permissum est; poenam autem vnusquisque*  
*irrogare potest, cui huius criminis sive delicti executio competit.*  
*Alciatus hunc locum exponens, Multa, inquit, Oscum verbum est, quo*  
*poena significatur, licet Grammatici quidam a mulcendo per antiphrasim*  
*dictam putent. unde Multare verbum, Condemnare est et punire, sic*

Plautus, Mulctare matrimonio; Ter. et Virg. Mulctare morte; Tranquillus, Mulctare gentilitiis hereditatibus, *dixerunt. Ex usu tamen, angustiore significatione vox haec pro Pecuniaria tantum poena, recepta est; sicque variae differentiae introductae sunt, quod Poena quaelibet coercitio est, Mulcta solius pecuniae; quod poena certa est, legeque expressa, mulcta ab ius dicentis arbitrio pendet; quod poena a quocunque iudice infligi potest, cui criminis executio demandata sit, mulcta ab ordinariis tantummodo, bisque qui pro tribunali sedent. Multam, ait Festus b. v. Osce diei putant Poenam. M. Varro ait poenam esse, sed pecuniariam, Maximam multam dixerunt trium milium et viginti asium, quia non licebat quondam pluribus triginta bubus et duabus ouibus quinquam multari, aestimabaturque bos centussibus, ouis decussibus. De hac suprema seu maxima multa, deque minima, quae unius erat ouis, vid. Gell. 11, 1. Conf. Plin. 18, 3. Irrogatio multae Cic. pro Rabir.*

8. Certare multam, et Certatio multae. Vid. Multam dicere, in DICO; et Certatio, in CERTO, are. Committere multam, est quum quis aliquid committit, propter quod multa est afficiendus. Cic. pro Cluent. 103 c. 37 Nihilominus potest, ut illam multam non commiserit, accepisse tamen ob rem iudicandam pecuniam. Depellere grauem multam alicui Cic. Fam. 5, 20. Detrahere aliquid multae Nep. 13, 4, 1. Dicere Cic. Phil. 11 c. 8. Exposcere Catull. Argon. f. 62, 140. Imponere, vid. IMPONO. Indicere, vid. INDICO. Plin. 18, 3. Irrogare multam, non est iudicis multantis, sed actoris, aut postulantis, et accusantis Liu. 37, 58 Centum millium multa irrogata erat; bis de ea re certatum est; tertio quum de petitione destitisset reus, nec populus de multa suffragium ferre voluit. Cic. pro Milon. 37 c. 14. Id. pro Corn. Balb. 42 Potuit certius interponere iudicium voluntatis suae, quam quum etiam accusatorem huius multa et poena multauit? Petere multam, nempe ut irrogetur. Cic. pro Cluent. 103 Vno iudicio multa est ab eo petita, sicut a Iunio, quod non suae decuriae munere, neque ex lege sedisset. Ibid. 102 Necessè est nullo modo illam multam, quae a Iunio petita sit, cum Cluentii causa posse coniungi. Remittere Liu. 37, 51. Cic. Phil. 11 c. 8. Sufferre multam legis Cic. pro Caecin. 98 c. 33. Plaut. Afin. 4, 1, 56 Haec multa ei esto, vino viginti dies ut careat. i. Interdicatur ei vino. Muta et Multa confunduntur a librariis. Vid. Bruckhuj. ad Tibull. 4, 1, 129.

MULTATICIVS, a, um. Adi. [*ποσυνήκως*] Quod ex multa fit, vel Quod ad multam pertinet, siue, quod nomine multae exigitur. Liu. 10, 23 Ex multaticia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti. Et 30, 29 Aediles plebis Q. Carius, et L. Portius Licinius, ex multaticio argento signa aenea ad aedem Cereris dedere. Aul. Id. 24, 17 et 30, 39 extr.

MVLTO, s. MVLCTO, are. [*Ζυμώω, πορρίζω, πιπέλλω*] Punire, Condemnare. Proprie significat numerare, s. potius plus polliceri in auctionibus, *πληθυνέζων*, ut Scalig. ad Varr. vit. Sed cum mulcendi, mulgendi, mulcandi notione coniungendum, ut sit quasi Mulcito, Mulcto. Male multare aliquos Cic. de Clar. Orat. 88. Tacit. Ann. 6, 9 Exilio, aut morte multarentur. Caecina ad Cic. Fam. 6, 7 Quum mendum scripturae litura tollatur, stultitia fama multetur, meus error exilio corrigitur. Infortunio Plaut. Merc. prol. 21. Morte Virg. Aen. 11, 859. Nep. 15, 7, 5. et 15, 8, 3. Morte crudelissime per vim aliquos Cic. in Catil. 3, 14. Morte seipsum potius, quam sempiterno dolore Id. post Red. in Sen. 33. Morte multantur, vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiiis, vinculis, verberibus, exiliis Cic. de Orat. 1, 194 c. 43. Maiore Multa multat Deus, qui litem adferunt Plaut. Rud. Prol. v. 20. Pecunia Curt. 4, 1 extr. Nep. 1, 7, 6. et 5, 1, 1. et 16, 1, 3. Verberibus aliquem Tacit. Ann. 1, 70. Virgis multari Liu. 26, 12 extr. Gronou. mulcati. ¶ 2 Multare, Priuare. Virg. . . Quod si perdidit, patria multabor. Cic. Tusc. 5, 107 c. 37. At multantur bonis omnibus exules. Idem de Diuin. 1, 27 Postea quam a Caesare Tetrarchiae regno, pecuniaque multatus est. Diminutione prouinciae imperatorem contumeliosum multari Id. de Prouinc. Consul. 32. Id. pro Corn. Balb. 61 Quod si Afris, si Sardis, si Hispanis, agris, stipendioque multatis, virtute adipisci licet ciuitatem, etc. Multare, Lacerare, mutilare, verberare, inquit Donatus. Ter. Adelph. 1, 2, 10 Ipsum dominum atque omnem familiam multauit vsque ad mortem. Sed recte Faern. et Bentl. ex MSS. Mulcauit. Multare, ut Damnare, est voti compotem facere. Naeuis Colace, Et asseri laudes ago, quum votis me multatis meis; quod praeter spem quem vellem, audiebam, ap. Nonium 6, 84. Al. voti. Sic etiam Mulctare, pro Male tractare laudatur e Columel. 1, 2, 2 Nam illud vetus est Catonis, agrum pessime mulctari, cuius dominus, quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum. Sed hic etiam legendum videtur Mulcari. Verum damnari et priuandi natio obtinet in illo Plauti Amphit. 2, 2, 222 Numquid causam dicis, quin te hoc multem matrimonio? i. Quin te repudiem? quin tecum diuortium faciam? quin te priuem hoc matrimonio per diuortium. Verba sunt Amphitryonis ad Alcmenam.

MVLCTOR, ari. Depon. [*τιμώμαι*] Idem. Suet. in Augusto c. 21 Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes, grauiore vnquam mulctatus est poena, quam ut captiuos sub lege venundaret, ut in vicina regione seruirent.

MVLCTANS, antis. Partic. Catull. Argon. 62 (65) 192 Quare facta virum mulctantes vindice poena Eumenides.

85 MVLCTATVS, a, um. Partic. [*Ζυμωθής*] Quorum Bonis multatis Liu. 10, 23 extr. i. ex parte ablatis. Cornu fugatum et male multatum Vell. 2, 70, 2. Sed hic quoque mulcatum recte restituit Heinsius, qui videndus etiam ad Phaedr. 1, 3, 10 Male Mulcatus graculus: itemque Gronou. ad Liu. 28, 30. et Graeu. ad Sueton. Caes. c. 17. Sed huc pertinent, Creta libertis Fine multata Vell. 2, 38, 6. Et Multatus ingenti Pecunia Vell. 2, 37, 5. Et ipse Cic. pro Rabir. Post. 2 Illud tamen deprecor, ut quum ab ipsa fortuna crudelissime videat huius consilia esse multata, ne quid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addendum acerbatis putet. Maleficium exilio multatum Cic. pro Caecin. 100 c. 34. Suet. in Caes. c. 1 Caesar Corneliam Cinnae quater Consulis filiam duxit uxorem, ex qua illi mox Iulia nata est: neque ut repudiaret illam, compelli a Dictatore Sulla vilo modo potuit. Quare et sacerdotio, et vxoris dote, et gentilitiis hereditatibus multatus, diuersarum partium habebatur.

100 MVLTATIO, onis. f. [*τιμωσις*] Cic. pro Rabir. 16 c. 5 Misera est ignominia iudiciorum publicorum, misera multatio bonorum, miserum exilium. Multatio non nisi ouium bouumque impendio dicebatur Plin. 18, 3.

MVLTATOR, oris. m. Ict. in Dig.

105 MVLTANGVLVS, MVLTIBARVS, etc. Vid. MVLTVS.

MVLTVS,

**MVLTVS**, a, um. Adi. [*πολλοι, ικανοι*] *Numerum indefinitum notat, unitati et paucitati oppositum.* Cic. Fam. 5, 17. Et in caeteris, quae rerum potitae sunt, multis fortissimis atque optimis viris iniustis iudiciis tales casus incidisse. Minus multi, *vid.* MINOR, in PARVVS. Minime multi, *vid.* MINOR, in PARVVS. Nimum multi, *vid.* NIMIS. Nimum multa Cic. Fam. 4, 14. De multis vna Hor. Carm. 5, 11, 33. E multis vnus Id. Epist. 1, 6, 60. E multis vnus orator non fuit Callidius, potius inter multos prope singularis fuit Cic. de Clar. Orat. 273. Iam facito, E multis vna sit illa tibi Ouid. Rem. Am. v. 682. *i. parui aestimata.* In aliqua re multus videri Cic. de Nat. Deor. 2, 119. In admiratione alias multus Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit Plin. 25, 2. *i. Multum admiratur.* In coloribus multus Id. 35, 11. In eo fuit multus, siue in ea re Cic. Acad. 4, 17 c. 6. In genere aliquo inconcinuus aut multus, ineptus dicitur Id. de Orat. 2, 17. In opere multus, *Continuus, vel assiduus* Sallust. in Iugurtha c. 96. In Operibus, in agmine, atque ad vigiliis multus adesse Id. ibid. c. 96. In re nota et peruulgata multus et insolens ne sim Cic. de Orat. 2, 358. *Add. Curt. ad Sallust. Iugurth. c. 84 pr.* Peccans multa alia Empedocles, in deorum opinione pessime labitur Cic. de Nat. Deor. 1, 29. Id. pro Muraen. 40 Non multa peccas, 20 inquit ille fortissimo viro senior magister. *Non ab simile est illud in Topicis, non procul ab initio,* Quum tu mihi meisque saepe cauisses. Aiunt enim, multum legendum esse, non multa Plin. Epist. 7, 9, 15. Quae non profunt singula, Multa iuuant Ouid. Rem. Am. v. 420. Multa, *i. Multa verba.* Hor. Serm. 1, 5, 65 Multa Cicerrus ad haec, 25 *i. Multa respondebat.* Non est quod multa loquamur Hor. Epist. 2, 1, 30. Nimum multa Cic. Fam. 4, 14. Nimis multa in genera diuidere Id. de Orat. 2, 288. Satis multa Id. de Finib. 2, 59. Multa, *pro Multum, nomen pro Aduerbio.* Reluctans multa Virg. Georg. 4, 301. Haud multa moratus Dat dextram iuueni Id. Aen. 3, 610. Amictus multus Id. ibid. 1, 416. Arte multa vix reuulsus e scopulo Id. ibid. 5, 270. Aura Hor. Carm. 4, 2, 25. Baccho multo hilarans conuiuia Virg. Ecl. 5, 69. Caedes Id. Aen. 1, 475. Caedes multa bidentium Hor. Carin. 3, 23, 14. Caputum multorum bellua Idem Epist. 1, 1, 76. Cumino cum multo Scribon. 233. *i. copioso.* 35 Dicitis pauca tibi e multis expediam Virgil. Aen. 3, 379. Dies Horat. de Arte Poët. 293. Cicero Att. 13, 9 Hodie mane Dolabella, multus sermo ad multum Diem. Die denique multo per exploratores Caesar cognouit et montem a suis teneri, etc. Caes. Bell. Gall. 1, 22. Multo adhuc Die vallum ingressus Tacit. Hist. 2, 44, 3. 40 Dolore multo corrupta voluptas Horat. Serm. 1, 2, 39. Grandine multa crepitant nimbi culminibus Virgil. Aen. 5, 459. Hominum multorum mores vidit Horat. de Arte Poët. 142. Herbae multae prodigius locus Id. Epist. 1, 7, 42. Ignes tantique tamque multi Cic. de Nat. Deor. 2, 92. Imperatorum multorum tropheis, non turribus munita antea erat Macedonia Cic. de Provinc. Conf. 4. Incommoda Hor. de Arte Poët. 169. Lacrimis non sine multis noctes agit Id. Carm. 3, 7, 8. Laus Id. de Arte Poët. 282. Libertate cum multa notare aliquem Id. Serm. 1, 4, 5. Litura Idem de Arte Poët. 293. Lumine multo manifestus Virgil. Aen. 3, 151. Luce multa reuecti 50 hostes Tacit. Hist. 5, 22. Mala multa precatus Hor. Serm. 2, 3, 203. Cic. Att. 5, 4 Binas quidem tuas Beneuenti accepi, quarum alteras Furius Funifulanus multo Mane mihi dedit. Merces Horat. Carm. 1, 28, 27. Millia multa dare leto Virgil. Aen. 5, 806. Millibus cum multis ibat Id. ibid. 5, 75. Modis multis reprehendere aliquid 55 Cic. de Finib. 2, 81. Hoc est multis Modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat. Modis multis, *pro Vehementer,* inquit Donatus Ter. Hec. 2, 3, 7 Nisi pol filium multis Modis iam exspecto. Nomen tuum multum est in his locis Cic. Fam. 2, 9. Nominis multi homo Hor. Carm. 3, 9, 7. Cic. Quint. Frat. 2, 8 Sed tamen postridie quam tu es profectus, multa Nocte cum Vibullio veni ad Pompeium. Nocte iam multa Tacit. Hist. 2, 66. Nocte multa referunt se Virg. Georg. 4, 180. Nocte multa venire Cic. Quint. Fr. 2, 8. Nocte de multa profectum esse ad Caesarem Id. Att. 7, 21. Odore multo fumat ara Hor. Carm. 3, 18, 7. Oleum multum Scribon. 198. Opinio Gell. 3, 16. *i. vulgo recepta.* Multa Pace Tac. Hist. 4, 35, 3. Pars multa mei Hor. Carm. 3, 30, 6. Cic. Acad. 4, 128 Quibus efficitur, multis Partibus solem maiorem esse, quam terram. *i. Multo maiorem, et ita quidem, ut terrarum multarum moles simul sumta demum aequetur moli solis.* Praelia multa conferimus Virgil. Aen. 2, 398. 70 Praemia multa ferre Hor. Serm. 2, 1, 11. Prece multa prosequi aliquem Id. Carm. 4, 5, 33. Promissa multa Id. Epist. 2, 2, 10. Rationes multae, copiosae, variaequae Cic. de Orat. 1, 222. Res multae officient tibi Hor. Serm. 1, 2, 97. Rerum multarum diues Id. Epist. 2, 2, 31. Res multae et magnae Cic. de Inuent. 1, 6. Risus Hor. Carm. 4, 13, 27. Sale multo defricuit urbem Lucilius Horat. Serm. 1, 10, 3. Salutem multam dicere Plaut. Poen. 1, 2, 195. Cic. Fam. 11, 20 Narrat mihi apud Caesarem se fuisse, multumque Sermonem de te habitum esse. Sudor multus Scribon. 88. Cic. de Orat. 1, 257 Ac stilus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi Sudoris est, etc. *i. Multum in eo laborandum et sudandum.* Multo Tanto, *eadem forma dicitur qua Aliero tanto.* Graeci dicunt πολλοπλοσιως. Plaut. Rud. 2, 6, 37 Ego multo tanto inferior, quam tu Labrax. Tellure multa diues Hor. Epod. 15, 19. Venae crebrae, multaeque toto corpore intextae sunt Cic. de Nat. Deor. 2, 138. 85 Verba multa fecimus Plaut. Poen. 5, 6, 31. *i. Satis diu.* Victima multa Virg. Ecl. 1, 34. Virtus Id. Aen. 4, 3. Vi multa reuulsam gubernaculum Id. ibid. 6, 349. Cic. de Amicit. 37 Quanquam vtilitates multae, et magnae consecutae sunt, non sunt tamen ab earum spe causae diligendi profectae. ¶ 2 *Observationes:* Multa, 90 *pro Saepe.* Cic. de Diuinat. 1, 41 ex Ennio, Quanquam multa manus ad caeli caerula templa Tendebam lacrimans. *Loquitur enim virgo Vestalis, quae saepe se dicit tetenisse manus ad caelum.* Cic. Tusc. 1, 73 Itaque dubitans, circumspiciens, haesitans, multa aduersa reuertens, tanquam in rate in mari immenso nostra vehitur oratio. *Rationem 95 quandam loquendi priscam et poeticae olet, ut superior.* Demonstratur autem aestus hac loquutione eorum, qui eo saepius, vnde degressi sunt, redeunt sua per vestigia, quod eos coepti itinervis aut viae poeniteat. Quare multa aduersa reuertitur oratio, quae retro redit saepe, et aduersum se fertur, podemque in contrarium refert, contraque id, quod affirmavit, secutaque est, 100 pronuntiat atque aduersum tenet, et mutat sententiam in diuersum. Verba sunt Turnebi, sic explicantis hunc locum. Multus, *pro Pluribus ponitur.* Lucan. 3, 707 Multus sua vulnera puppi Affixit moriens, et rostris abstulit ictus. Multi, *pro malis: quo sensu usurpari videtur* Ter. Eun. prol. v. 2. *vid.* Eugraph. h. l. et Weitz. Multus, *pro Multiplici.* Plin. 105

- 19, 3 Radice multa, crassaque. Multi existimare operam suam Cic. de Orat. 2, 101. *ut Magni.* Tacit. Hist. 3, 79 Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra, multo iam noctis serum auxilium venit. Multissimus adferunt ex Cic. Att. 11, 2 Ex multissimis et miserrimis curis est vna enata, si, ut scribis, ista hereditas fidem, et famam meam tueri potest. *Correctiora exemplaria post Victorium legunt, Ex multis meis, Sunt et qui Multesimis legentium putent. Denique in MSS. confundi solent Multus et Inultus: vid. Drakenb. ad Sil. 4, 16. it. Multus et Mutus, vid. v.*
- 10 MVLTVM. Adu. [πολλο, πολλον] Plaut. Milit. 2, 5, 4 Vbi sum afflictata multum. Somnus plenus et non multum nimis longus Cels. 1, 32. Sed decem aliae editt. illo, Multum, abiecto, legunt, Somnus et plenus, et non nimis longus Morgagn. Ep. 3 in Cels. Cic. de Finib. 5, 12 Quod maxime efficit Theophrasti de beata vita liber, in quo multum admodum fortunae datur. Multum diuque Sen. Epist. 11. Cic. Fam. 7, 24 Opinor Cassium uti non ita multum sorore. Celer multum medicus Hor. Serm. 2, 3, 147. Demissus multum homo Id. ibid. 1, 3, 57. Dissimiles multum Id. Epist. 1, 10, 2. Ineptus multum labor Plin. Epist. 1, 9 extr. Loquaces Plaut. Aul. 2, 1, 15. Miseri multum parentes. Ouid. Met. 4, 155. *Conf. Plaut. Stich. 2, 1, 52. Securus multum Tibull. 4, 10, 1. Abest ab iis multum, vid. ABSVM. Amare multum Plaut. Pers. 2, 5, 2. Amata nautis multum Hor. Epod. 17, 20. Cic. de Senect. 38 Adsum amicis, venio in Senatum frequens, utroque adfero res multum et diu Cogitatas. Conf. Id. de Diuin. 2 c. 1. Differens non multum ab Indico Plin. 12, 12. Dolitura multum Neaera Horat. Epod. 15, 11. Excellunt multum virtutes propriae animi Cic. de Finib. 5, 44. Fieuit multum Plin. Epist. 9, 21. Fundit multum lacrimas Virg. Aen. 3, 348. Intellego non tam multum in istis rebus Cic. Verr. 4, 94. Obiurgabo multum Plaut. Trin. 1, 2, 30. Cic. de Finib. 5, 50 Longe multumque praestet mens, atque ratio. Prouidere multum in posterum Id. de Lege Agr. 2, 90. Quaesita multum saepe ac difficilis res Id. de Legg. 3, 33. Salue multum Plaut. Trin. 5, 2, 56. Est non multum, vnum si praesto togatum Martial. 1, 109. Est multum in teneris consuefcere Virgil. Georg. 2, 272. Superare longe omnes multumque*
- 35 Cic. Verr. 7 (5) 114 c. 44. Tacuit multum Plin. Epist. 9, 21. Tenui multum me intra silentium Idem ibid. 7, 6. Vale multum Plaut. Stich. 3, 2, 40. Cic. Fam. 7, 34 Viuamque tecum multum, et cum omnibus nostris amatoribus, *i. frequenter.* Id. ibid. 1, 17 Domi meae cum Diodoro Stoico homine meo iudicio eruditissimo multum a puero
- 40 fuit. Cic. de Amicit. 2 Et eo magis quod P. Sulpitio vtebare multum. Multum, *pro Valde* Plaut. Capt. 1, 1, 19. et Most. 3, 2, 94. *Conf. Non. 5, 68. et 98.*
- MVLTO. Adu. [πολλο, πολλο, μᾶλλον] cum distinctibus Alius, aliter, secus, ante, post, praesto, malo, antecedo, excello, et simili-
- 45 bus superlatiuam vim habentibus, elegantem dicendi vim habet. Ter. prol. Andr. 4 Verum aliter euenire multo intelligit. Id. Eun. 4, 5, 7 Sed Thais multo ante venit? Cic. in Verr. Cui quemadmodum resistam, multo mihi ante est Iudices prouidendum. Id. Fam. 4, 7 Cognoram iam absens, te haec mala multo ante prouidentem, defensorem patris, et in Consulatu tuo, et post Consulatum fuisse. Cic. Att. 12, 49 Non multo post quam tu a me discessisti. Non multo post discessum meum Cic. post Red. in Senat. 3. Id. Fam. 4, 9 Multo secus euenit. Quod non multo secus fieret, si Id. ibid. 4, 9. Varr. de L. L. 6 pr. Quod interuallum multo tanto propius nobis, quod hinc, etc. Cic.
- 55 de Finib. 4, 51 Qui virtutem omnibus rebus multo antepontes, adiungunt ei tamen aliquid, etc. Sallust. Iug. c. 31 extr. Multo praestat beneficii, quam maleficii memorem esse. At taceas Malo multo quam tacere te dicas Plaut. Pseud. 1, 2, 75. Immo multo Marolo, quam Id. ibid. 2, 4, 38. *Add. Id. Poen. 1, 2, 88. ¶ 2 Multo, Comparatiuo etiam iungitur.* Cic. de Amicit. 70 Quod quidem est multo profecto magis in veris patribus, certisque faciendum. Citius multo Lucret. 2, 161. Ferocius multo Ouid. Amor. 1, 2, 17. Maius multo Virg. Ecl. 3, 35. Minus multo mouebant minae Cic. Att. 8, 9. Minoris multo vendidit, non modo quam tu, sed etiam quam qui ante
- 65 te vendiderunt Id. Verr. 5, (3) 43 c. 16 extr. Id. de Amicit. 91 Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, praecipitem amicum ferri finit. Prius multo Lucret. 3, 791. Pulchrior enitescis multo Hor. Carm. 2, 8, 6. Splendidus multo est Id. Epist. 1, 17, 20. Suauius multo Id. Serm. 2, 8, 88. ¶ 3 Multo, elegantissime Superlatiuo iungitur. Ter. Heaut. 4, 8, 1 Multo omnium nunc me fortunatissimum factum puto esse gnate, quum te intelligo respuisse. Cic. pro Lege Manil. 1 Conspectus vester multo iucundissimus. Id. Diuinat. Verr. 36 Quum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae multo molestissima. Multo Elegantissimus Poeta
- 75 Nep. 25, 12, 4. Gratissima multo lux Hor. Serm. 1, 5, 39. Gravissimus multo sopor Lucret. 4, 953. Multo Locupletissima regio Nep. 17, 3, 1. Cic. pro Lege Manil. 54 c. 18 Magna ac multo Maxima parte non modo vtilitatis, sed dignitatis, atque imperii caruit. Maxima multo pars Hor. Serm. 2, 3, 82. Maxime multo Cic. in Verr. . .
- 80 Adiuuat et exornat orationem expolitio, sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem Auctor. ad Heren. 4, 59.
- MVLTI T V D O, inis. f. [πληθος, πληθους] Collectio multorum. Macedonum ibi erat multitudo Nep. 18, 7. *i. multi.* Cic. de Orat. 2, 338 Haber enim multitudo vim quandam talem, ut quemadmodum
- 85 tibi canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit. Testimonium multitudinis non grauissimum est Cic. de Finib. 2, 81. Magnus multitudini timor est iniectus Nep. 7, 3, 3. *i. populo, plebi.* Numerus hominum et multitudo Cic. de Prouinc. Conf. 31. Circumfusa Quinctil. 4, 2. Consternata et pauida, *vid. CONSTERNO.* Imperita, *vid. IMPERITVS.* Plural. Duces Multitudinum Sall. Cat. 50, 1. Imperitae multitudinis ex errore qui pendet, hic in magnis viris non est habendus Cic. Off. 1, 65 c. 19. Helotum Magna Nep. 4, 3, 6. Vaga Quinctil. 2, 16. Amputare multitudinem, *vid. AMPVTO.* Cogere hominum multitudinem ma-
- 95 num facere, copias parare Cic. pro Caecin. 34. Pertimescenda est causarum multitudo: est enim infinita Id. de Orat. 2, 15. Reduci domum a multitudine magna frequentia Id. Verr. Act. 1, 18. Multitudo, *pro Frequencia, aut copia.* Cic. de Orat. 3, 70 Sed ut Pontifices veteres propter sacrorum multitudinem, tres viros epulones esse voluerunt, etc. Nonius. Aquae multitudo Scribon. 133. Tormentorum Caes. Bell. Ciuil. 2, 2. Multitudo, *pro Numero multitudinis, seu Plurali.* Charif. 1 Lignum singulariter semper dici debet; in multitudine Cato originum primo, ligni ait. Sic Varro pluribus in locis de L. L. ut 7, 18. et 23 et 25 etc.
- 105 MVLTESIMVS, a, um. Adi. Multesima pars, [πολλοσημειον] pro



pro Quantitate infinita Non. 2, 520. *vel Ex multis una.* Lucret. 6, 651  
 Quam sit parvula pars, et quam multesima constet. *i. Quota.* Multe-  
 sima pars, *inquit hoc loco Lambinus, est ea, cui multae debent esse pares,*  
*aut similes ad constituendum totum.* Multesimus ea forma dicitur, qua  
 Millefimus.

MVLTANGVLVS, a, um. Adi. [πολύγωνος] *Quod multos*  
*habet angulos.* Lucret. 4, 655 *Esse minora igitur quaedam, maioraque*  
*debent, Multa rotunda, modis multis multangula quaedam.*

MVLTANNVS, πολυαἰώνιος Gloss. Gr. Lat.

MVLTIBARVS, a, um. Adi. [πολυπόγων] *Qui habet multam*  
*barbam.* Apul. in Floridis 1, 3 p. 341, 29 Multibarbus, spinis obsitus et  
 pilis. *Sic Ald. Sed al. Illutibarbus.*

MVLTIBIBVS, a, um. Adi. [πολυβίτης] *Qui multum bibit.* Anus  
 Plaut. Cist. 1, 3, 1. Id. Curc. 1, 1, 77 *Nomen est lenae multibiba atq; merobiba.*  
 Macrob. Saturn. 5, 21 *scribit Herculem fuisse bibacem et multibibum.* 15

MVLTICAVĀTVS, a, um. Adi. [πολύκοιλος] Varro de R. R.  
 3, 16, 24 *Fauus est quem fingunt multicauatam e cera, quum singula ca-*  
*va fena latera habeant.*

MVLTICĀVVS, a, um. Adi. [πάγκαιλος] *Qui multum habet*  
*concaui.* Ouid. Met. 8, 561 *Pumice multicauo, nec lacuibus atria topis*  
*Structa subit.* 20

MVLTICAVLIS, e. Adi. [πολύκαυλος] *Multos caules habens.* Plin.  
 21, 16 *Est et illa differentia, quod quaedam in iis multicaulia, ramo-*  
*faqae sunt, vt carduus.*

MVLTICŌLA, ae. c. *Qui multos colit.* Fulgent. aduers. Aria- 25  
 nos, Multicolae Pagani.

MVLTICŌLOR, ōris. Adi. [πολύχρως] Plin. 37, 10 *Hexe-*  
*contalithos in parua magnitudine, multicolor, hoc sibi nomen ad-*  
*optauit.*

MVLTICOLŌRVS, ā, um. Adi. Plin. 37, 10. et Prudent. Ca- 30  
 them. 3, 104 *Prata multicolora.*

MVLTICVPIDVS, a, um. Adi. *Quam dereliquit multicupi-*  
*da Iuuenilitas* Varro ap. Non. 2, 418.

MVLTIFĀCIO, ěre. [περὶ πολλῶ ποιῶ] *Dicitur sicut Magnifa-*  
*cere, et Paruifacere.* Cato, *Neque fidem neque iusiurandum, neque*  
*pudicitiam multifacit.* Festus. *Sed separatim potius legi debet.* 35

MVLTIFARIVS, a, um. Adi. [πολύφορος] *i. Varium: quasi*  
*quod multis modis possit diuidi: vel quod multarum est specierum.* Conf.  
 Fest. Gell. 5, 6 *Militares coronae multifariae sunt.* Ratio multifaria  
 Apul. in Trismeg. p. 83. *Species multifaria* Solin. c. 51. 40

MVLTIFARIE, Adu. [ποικίλων] *i. Varie, multis modis.* Plin.  
 18, 7 *Panis multifarie et e milio fit, e panico rarius.* Adde Solin.  
 c. 18 *pr.*

MVLTIFARIAM. Aliud Adu. [πολυφώρας, πολυκῆρας] *Idem.*  
 Suet. in Sergio Galba c. 19 *Nihil amplius quam continere se statuit, et*  
*legionarium firmare praesidiis, qui multifariam, diuerseque tende-*  
*bant.* Festus, *Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet in multis*  
*locis fari poterat, id est dici.* Cic. de Orat. 2, 174 c. 41 *Quod esset mul-*  
*tifariam defossum, vid. Liu. 3, 5. et 33, 18.* Plin. 18, 18.

MVLTIFER, ěra, ěrum. Adi. [πολυφόρος] Plin. 16, 8 *Tam*  
*multifera sunt, et tot res praeter glandem pariunt robora.* Add.  
 Idem 19, 8.

MVLTIFĪDVVS, a, um. Adi. [πολυκίδης] *Ex Multus et Findo com-*  
*positum; Quod in multas partes finditur, et multas diuisuras habet.* Plin.  
 11, 37 *Onium nulla, nec ceruarum, nec quibus multifidi pedes, i. ungues*  
*in digitis, non unguulae in pedibus.* Dens multifidus Martial. 14, 25.  
*De pectine.* Discrimen Claud. de Nupt. Hon. 103. Faces Ouid.  
 Met. 7, 259. *Flamma multifida comans pinus* Sil. 14, 421. *Ister*  
 Lucan. 3, 202. Prudent. contra Symmach. 2, 773. *Linguae* Valer.  
 Argon. 1, 61. *De dracone.* Quercus Stat. Theb. 10, 837. *Timaeus*  
 Martial. 8, 28 *quod in multa, nempe in nouem ostia fissus prorumpat*  
*in mare.* 60

MVLTIFĪVVS, a, um. Iuuen. in Matth. c. 6 *Multifluisque*  
*diem verbis ducendo fatigant.* Sermo multifluus Arator. in Act. A-  
 post. c. 26. 65

MVLTIFORABILIS, e. Adi. Apul. Met. 10 p. 254, 40 *Iam*  
*tibiae multiforabiles cantos Lydios dulciter consonant.*

MVLTIFORATĪLIS, e. Adi. Apul. Florid. 1, 3 *Nec tam mul-*  
*tiforati tibia, etc.* Conf. Sidon. Ep. 8, 9.

MVLTIFŌRIS, e. Adi. [πολύφωρος] *Quod est multorum fo-*  
*raminum.* Plin. 8, 55 *Iniiciunt eas in specus, qui sunt multifores*  
*in terra.*

MVLTIFŌRVS, a, um. Adi. [πολυφωρος] *Idem.* Ouid. Met.  
 12, 153 *Longaque multifori delectat tibia buxi.* *Tibia multifora* Se-  
 nec. Agamemn. v. 348.

MVLTIFORMIS, e. Adi. [πολυκῆρας] *Varium, quasi multi-*  
*plicis formae, aut variae.* Doctrinarum multiformium columina Gell.  
 19, 14. Columel. 3, 1 *Earum species diuersae, et multiformes sunt.*  
 Cic. Acad. 1, 16 c. 7 *Ex iis autem ortae, variae sunt, et quasi multi-*  
*formes.* Facinus Apul. Met. 10 p. 252. *Multiformium Morum*  
 varietatibus lubricus Arnob. 7 p. 216. *Partus* Plin. 8, 16. *Sec-*  
 ulus Apul. Met. 10 p. 256. *Species* Colum. 3, 1. *Add.* Apul. in Tris-  
 meg. p. 79.

MVLTIFORMĪTER, Adu. [πολυκῆρας] *Variis Modis.* Gell.  
 9, 5 *Plato ante hos omnes ita varie et multiformiter differuit de vo-*  
*luptate.* Plin. 36, 27 *Auxiliari multiformiter.*

MVLTIGĒNVS, a, um. Adi. [πολυγενής] *Multorum generum,*  
 Plin. 11, 1 *Multa haec et multigena terrestrium volucrumque vita.*  
*Scripta manu exemplaria habens Multigenera, non improbanda lectione.*  
 Lucret. 2, 335 *Percipe, multigenis quam sint variata figuris, etc.* 9

MVLTIGĒNER, et MVLTIGĒNERIS, e. Adi. [ποικιλογενής]  
 Idem. Plaut. Capt. 1, 2, 56 *Multis, et multigeneribus opus est tibi mili-*  
*tibus.* Add. Id. Stich. 2, 2, 59. etc.

MVLTIGRVMVS, a, um. *vel MVLTIGRVMIS, e. Adi.*  
 Inter verba antiqua refert Gell. 19, 7. *Significatio pendet a simplici.* 9

MVLTIIŪGIS, e. *sive MVLTIIŪGVVS, a, um. Adi.* [πολύ-  
 λακτικός] *Multiplex et varium, Multum et numerosum.* Iugus autem  
 per se nihil significat, sed protractionem solum demonstrat. Cic. Att. 14, 9  
*Veruntamen de Rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidem multi-*  
*iuges accepi vno tempore a Vestorii liberto.* Et Liu. 28, 9 *Iret alter*  
 Consul sublimis curru, multiiugis equis, etc. *Frequens est Apuleio.*

MVLTILAVDVVS, a, um. Adi. Ammian. 21, 18 *Vir sobrietatis*  
*gratia multilaudus.*

MVLTILICIVS, a, um. *vid. MVLTITIA.*

MVLTILŌQVAX, ācis. Adi. Plaut. Aulul. 2, 15 *Multiloquaces*  
*mulieres.*

- MULTILOQVVS**, a, um. Adi. Anus multiloqua Plaut. Cist. 1, 3, 1. Coquus multiloquus Id. Pseud. 3, 2, 5.
- MULTILOQVIVM**, i. n. Plaut. Merc. prol. v. 31 Multiloquium, pauciloquium, etc. Conf. Vulgat. Matth. 6, 7. Symmach. Epist. 1, 50.
- MULTIMAMMIA**, ae. f. *Diana ita dicta*. S. Hieronym. in prooem. Epist. Paul. ad Ephes. Dianam colentes non hanc Venatricem, quae arcum tenet, atque succincta est; sed illam Multimammiam, quam Graeci πολύμαστον vocant, etc. Conf. Minuc. Felic. Octau. c. 21. *Simulacrum illius in numis frequens*.
- MULTIMĒTER**, tri. m. *Multis metris constans*. Sidon. Epist. 8, 12 Multimeter argutus, artifex.
- MULTIMŌDVS**, a, um. Adi. *Idem quod Multiplex*. [πολύτροπος] Liu. 21, 8 Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda, multimoda arte distineri coepti sunt; et non sufficebant. Ambages multimodae Apul. Met. 10 p. 253. Tertull. f. Cyprian. de Genesi c. 2. Foeta Legumine multimodo Prudent. Cath. 3, 64.
- MULTIMODIS**, pro *Multipliciter*, quasi multis modis, ut sit velut Ablatiuus vice Aduerbi. Lucret. 4, 1149 Multimodis igitur prauas, turpesque videmus Esse in deliciis. *De mulieribus*. Agitari multimodis Lucret. 3, 116. Ducere multinodis cantus et flectere voces Id. 5, 1405. Conf. Id. 1, 813 et 893. Add. Cic. de Finib. 2 c. 26. et de Orat. 3 c. 58. Plaut. Bacch. 3, 2, 1. et Mil. 4, 4, 53. et Perf. 4, 6, 24. Sed Lucret. 4, 1215 *legendum est cum Lambino et reliquis*, Propterea quia multa modis primordia multis Mistra suo celant in corpore saepe parentes. Multa modis inquam legendum, non Multimodis, quasi Multimodis multis dixisset Poëta, pleonasmō intolerabili.
- MULTINŌDVS**, a, um. Adi. *Multos nodos habens*. Apul. Met. 5, 166 Immanis coluber multinodis voluminibus serpens. Id. ibid. 30 8 p. 214 Multinodis commulcat ictibus. Tactus flagellis multinodi Germinis Prudent. Hymno Ieiun. v. 139.
- MULTINODIS**, e. Adi. *Idem*. Apul. Met. 10 p. 575 (257) Multinodes ambages.
- MULTINOMĪNIS**, e. Adi. [πολυνόμος] Apul. Met. 11 p. 268 35 Multinomina dea.
- MULTINŪBVS**, a, um. Adi. [πολύγαμος] Salomo multinubus Hieronym. aduers. Iouin. 1, 15. Vxor multinuba Id. Epist. 11.
- MULTINVBENTIA**, ae. f. [πολυγαμία] Tertull. contra Pŷch. c. 1 Tam multiuorantiae, quam multinubentiae prona. Add. 40 Id. de Pudic. c. 1.
- MULTINŪMVS**, a, um. Adi. [πολυχρήματος] Varr. de R. R. 3, 17, 6. Aqua domestica, meos multinumos alo asinos. b. e. *Quorum opera multos paruo numos*.
- MULTIPARTĪTVS**, a, um. Adi. [πολυμερής] Plin. 6, 19 45 Namque vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur. Conf. Tertull. adu. Haeret. c. 7.
- MULTĪPES**, ēdis. Adi. *Multos pedes habens*. Plin. 11, 45 Sic et multipedibus, etc. Firmic. 2, 12 Cancer signum est in caelo femininum, mobile, multipes. Plin. 22, 25 Ad multipedum morsus cum 50 melle.
- MULTIPĒDA**, ae. f. [πολύπους] *Animal multorum pedum*. Plin. 29, 6. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est e vermibus terrae pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se.
- MULTĪPLEX**, icis. Adi. [πολλαπλάσιος] *Variis, inuolutus, proprie multas plicas habens*. Huic contrarium est Simplex, quod est sine plica: Suet. de Claris Gram. c. 10 Multiplici variaque doctrina celebratur. Cic. de Amicit. 94 Qui fieri poterit, si ne in vno quidem quoque vnus animus erit, idemque semper, sed varius, commutabilis, 60 multiplex? Auri multiplicis thoraca tulit Sil. 16, 583. Curas multiplices voluebat animo Catull. Argon. 62, 250. Disciplina magna et multiplex Cicero de Orat. 1, 222. Domus Ouid. Met. 8, 158. *de Labyrintho*. Foetus Cic. de Nat. Deor. 2, 128. Ingenium multiplex et tortuosum Id. de Amicit. 66 c. 18. Id. de Senect. 52 Quam 65 serpentem multiplici lapsu et erratico, ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne siluescat farmentis, et in omnes partes nimia fundatur. *De vite*. Mutatio Plin. 9, 17. Nexus Id. 10, 4. Plato multiplex, copiosus, et varius fuit Cic. Acad. 1, 17. Potestas verborum anceps et multiplex in ambiguis Auctor ad Heren. 4, 68. Multi- 70 plex Proauis Sil. 5, 543. Ratio disputandi Cic. Tusc. 5, 11. Res varia et multiplex ad suspiciones et similtates Praeturae iurisdictio Id. pro Flacc. 6. Sermones multiplices varique Idem in Orat. 12 c. 3. Sermone multiplici populos replebat Virgil. Aen. 4, 189. Spatium multiplex transcurrere Lucret. 2, 162. Terror Liu. 1, 14. Paterc. 75 2 c. 105, 3 Sentium Saturninum, Virum multiplicem in virtutibus, nam, agilem, prouidum, etc.
- MULTĪPLICĪTER**. Adu. [ποσοαχῆ, πολλαπλασίως] Multo atrocius et multipliciter Magis et a septentrione saeuit Flor. 3, 2, 1. *Titulus est apud Plinium*, De eodem multiplicis, 7, 14. Firmic. 5, 6 80 Talia peragant, vnde sibi dedecus et infamia multipliciter consequatur. Adde Gell. 14, 1. Multiplicius Augustin. Conf. 10, 25 pr.
- MULTĪPLICĪTAS**, atis. f. Sarisb. 3, 1 Multiplicitas partium.
- MULTĪPLICŌ**, are. [πολλαπλασιάζω] *Augeve, Multiplex fa-* 85 *cere*. Pin. 34, 8. Aes alienum Caes. Bell. Ciuil. 3, 32. Flumina collectis multiplicantur aquis Ouid. Rem. Amor. 98. Cic. Quint. Frat. 1, 2 Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus. Honorem auctoris grauitas multiplicat Ouid. ex Pont. 4, 9, 67. Legatum Vlpian. in l. Plane. §. 1. D. de 90 leg. 1. Summam Paull. in l. Si mandatu. §. si fideiussor. D. mandat. Vires suas Ouid. Trist. 5, 1, 64. Voces acceptas Plin. 36, 15. Multiplicandis Vsuris crevit aes alienum Nep. 25, 3, 5.
- MULTĪPLICĀTVS**, a, um. Partic. [πολλαπλασιασθεῖς] Auxiliis multiplicatis, aucto exercitu Cic. Fam. 10, 8. Domus multiplicata, *Cui accessu adiuncta est*. Cic. Off. 1, 139 Hic summi et clarissimi viri filius in domum multiplicatam, non repulsam solum retulit, sed ignominiam et calamitatem. Mala multiplicata Ouid. Trist. 4, 6, 38.
- MULTĪPLICĀTIO**, ōnis. f. [πολλαπλασιασμός] Annorum multiplicatione vita componitur Sen. Epist. 12. Columel. 3, 2 Nam si sordidus aut vilis feracissimam quamque serere conducit, ut multiplicatione frugum reditus augeatur, etc. Facile praeceptione rhetorica res simplex Multiplicatione tractatur A. ad Herenn. 1, 4. Ex multiplicatione efficere summam aliquam Columel. 5, 2.
- MULTĪPLICĀTOR**, ōris. m. Paull. Nolan. Epist. 44 (31) n. 4 105 Herilium talentorum multiplicator.

**MVLTIPPLICABILIS**, e. Adi. [*πολλαπλασιαστέος*] *Quod potest multiplicari.* Cic. Tusc. 2, 22 c. 9 Haec interemit tortu multiplicabili Draconem auriferam obtutu asseruantem arborem. *Ex quodam Poëta.*

**MVLTIPPLICVS**, a, um. Adi. *Ex multis compositus.* Gell. 19, 7 de 5 *Lacuo*, Et quae multiplica ludens composuit, quale illud est, quod vituperones suos subducti supercilii carptores appellauit. *Sic optimi quique, non Multiplicia.*

**MVLTIPŌTENS**, entis. Adi. [*πολυδυνής*] *Qui multum potest.* Plaut. Bacch. 4, 4, 9 Nisi habet peccus multipotens. *Add. Id. Trin. 10 4, 1, 1.*

**MVLTIRĀDIX**, icis. *vid. Apul. de Herb. c. 35.*

**MVLTIRĀMIS**, e. Adi. Apul. de Herb. c. 4 Symphoniaca thyrsus est fruticoso, multiramis.

**MVLTISCIVS**, a, um. Adi. Apul. Met. 9 p. 223, 13 Et si minus prudentem, multiscium certe reddidit. *Id. Apul. Apol. p. 294, 29* Homerus Poëta multiscius. *Idem Flor. p. 346, 30* Numerosa arte multiscius.

**MVLTISIGNIS**, c. Adi. Varro.

**MVLTISŌNVS**, a, um. Adi. [*πολυωνής*] Martial. 1, 54 Sic ubi multifona feruet facer Atthide lucus *Catenaë Stat. Theb. 8, 25.* 20 *Sistrum Id. Silu. 3, 2, 103.*

**MVLTISONŌRVS**, a, um. Adi. [*πολυωνής*] Claud. de Mula- bus Gall. v. 18 *Esseda concordis multifonora trahunt.*

**MVLTIVĀGVS**, a, um. Adi. [*πολυπλανής*] Plin. 10, 37 Ferunt non mutare sedem columbas, multiuaga alioqui aue. *i. Quae multum 25 vagatur.* Domus multiuagae Scytharum *Senec. Herc. fur. f. 7* Quia plaustris circumuehantur. *Flexus multiuagus lunae Plin. 2, 10.* Gradus *Stat. Theb. 6, 1.*

**MVLTIVIDVS**, a, um. Adi. Mart. Capell. 2 p. 27 *Alio mentis flutu multiuida.* 30

**MVLTIVĪRA**, ac. f. *Multorum virorum mulier.* Minuc. Felix in Octauio p. 226 *Alia sacra coronat vniuiram, alia multiuira.*

**MVLTIVIVS**, a, um. Adi. Apul. Met. 9 p. 221, 34 *Multiuii circuitus, de pistrino.*

**MVLTIVŌLVS**, a, um. Adi. [*πολυθελών*] *Qui multa vult, vel cupit.* 35 *Caull. 66 (69) 128* Quantum praecipue multiuola est mulier.

**MVLTIVORANTIA**, ac. f. Tertull. contra Psych. c. 1 *Tam multiuorantiae, etc.*

**MVLTOPĒRE**. Adu. [*μεγάλως*] *Ea forma dixit Plautus, qua Magnopere dicimus: in Merc. 1, 2, 65* Multopere in mundo rustico se 40 exercitum.

**MVLTOTIES**. Adu. Liu. Epitome 58 *de Scipione Africano*, Multoties contra hostium eruptiones feliciter pugnauit. *Vid. Voss. de Vit. L. L. 1, 25. Cellar. Cur. Post. p. 313.*

**MVLTITIA**, f. **MVLTICIA**, ōrum. n. *Plur. tantum.* *In- 45 dumenta dicebantur minutissimis filis contexta.* Vnde a Multis filis et propterea subtilibus, nomen inditum. *Budaëus*, Multitia, vestes sunt sericae tenuissimae aestiuæ. *Iuuenal. Sat. 2, 76* Quaero an deceant multitia testem. *Add. Idem ibidem 66.* *Est nempe nomen Adiectiuum.* *Syn- thesis multicia Tertull. de Pall. Tunicae multiciae viriles Vopisc. in 50 Aureliano c. 12. alii h. l. leg. multiliciae: vid. Salmas.*

**PLVS**. n. [*πλείων, πλείον, πλείον*] *In singulari numero; in plurali vero hi et haec Plures, et haec plura. Comparatiuus gradus est a Multus.* Cic. de Amicit. 41 *Plures enim discent quemadmodum fiant, quam quemadmodum his resistatur.* Cic. Att. 7, 3 *Id si praestaret, quantum mihi aeris alieni esse ibi edidit, tantum, et plus etiam ipse mihi deberet.* *Nominatiuo aliquando iungitur, omiſſa quam particula: Liu. 55 de Bell. Maced. Paulo plus trecenta uehicula amissa.* Plaut. Mil. 4, 2, 72 *Plus mihi auri mille est modiorum Philippi.* *Sic etiam Accu- 60 satiuo, ut statim apparebit. Genitiuo secundum regulam communem: ut,*

*Plus plaustrorum Plaut. Aul. 3, 5, 31. Literarum plus Varr. de L. L. 5 statim in initio. Mensis dimidiati plus ferre cibaria Cic. Tusc. 2, 37. Sapientiae plus Plaut. Milit. 2, 2, 81. Virium plus habet alius alio Cic. de Legib. 1, 6 c. 2. Accusatiuo per ellipsin quam v. g. An- 65 cillas secum adduxit plus decem Ter. Heaut. 3, 1, 42. Id. Adelp. 2, 1, 46*

*Plus quingentos colaphos infregit mihi. Cato de R. R. Ne plus quatuor digitos transuersos emineant. Annum plus obtinere prouinciam Cic. Att. 6, 6. Sic de Nomin. vidimus. Ablatiuo. Annos sexaginta natus es, aut plus eo Ter. Heaut. 1, 1, 10. Ter. Hec. 3, 4, 7 Dies triginta, aut plus eo in nauis fuit. Cic. pro Quint. 41 c. 12 At tecum anno 70 plus vixit. Plus annos centum Varro R. R. 1, 57, 2. Non plus triennium viuunt Idem 2, 1, 19. Cic. de Amicit. 58 Neque verendum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus aequo quid in amicitia congeratur. Conf. Hor. Epist. 1, 2, 29. Di- midio plus scripsit Clodia Cic. Att. 9, 11. Nihil plus, vid. NIHI- 75*

**LVM.** Plus iusto Hor. Od. 3, 7, 24. *Nimio plus, vid. NIMIS.* Ant. ad Cic. Att. 10, 8 *Sed quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare, mihi famam quoque, quamuis sit falsa, magni esse. Parte media plus, elegans locutio: b. e. Ultra medietatem Ouid. Met. 3, 43.*

*Plus viginti Vulneribus acceptis iacentem vidistis Cic. pro Sext. c. 39. 80 Etiam hic omiſſum quam. Plus hoc quoque Virgine factum Non timuit tecum quod mea charta loqui, i. plus quam virginem decet Ouid. Her. 21, 243. Auctor ad Herenn. 4, 7 Quisquis audierit de arte Paul- lo plus in elocutione praesertim, omnia videre poterit, etc. Cic. de Nat. Deor. 1, 5 Res nulla est, de qua tantopere non solum indocti, sed 85 etiam docti dissentiant: quorum opiniones quum tam variae sint, tam- que inter se dissidentes, alterum profecto fieri potest, ut earum nulla, alterum certe non potest, ut plus vna vera sit. Vna plus me nocte ciuitas retinere non potuit Cic. Philipp. 1, 7.*

*2 Plus, ver- bis iunctum. Ter. Heaut. 2, 1, 8 Is mihi ubi adhibet plus paullo, sua 90 quae narrat facinora? Vigilabis lassus: hoc plus Facies Ter. Eun. 2, 1, 15. i. πλεονακτήσεις, lucraberis: vid. Fr. Fabric. Cic. de Amicit. 37 Et hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit. Plaut. Truc. 4, 2, 20. Adol. Plus dedi: respond. Plus enim es intromissus. Noces plus tibi, dum ferias illos Plaut. Pseud. 1, 2, 5. Proficit plus saepe 95 ad misericordiam commouendam virtus et magnificentia, in qua graui- tas et auctoritas est, quam humilitas et obsecratio Cic. de Inuent. 1, 10. Ter. Adelp. 5, 9, 39 Plus scis quid facto opus est. Nisi liberatores Populi Rom. sint interfectores Caesaris, plus quam ficarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse Cic. Phil. 2 c. 13. Plus 100 enim quam firma debet esse memoria, quae aliam memoriam adiunget*

*Quintil. 11, 2, 18. Plus sum quam Plaut. Rud. 5, 2, 18. Ter. Hec. 2, 1, 39 Vt cum matre vna plus esset? Vbi Donat. ἰσορικῶς dixit, id est diu, ac maiorem partem. Vides plus Ter. Andr. 4, 4, 17. Varr. de L. L. 4, 31 Aratrum, quod arauit terram. Eius ferrum vomer, 105*

- quod vomit eo plus terram. **¶ 3 Formulae aliae:** Ter. Phorm. 3, 3, 21 Ne quid plus minusue faxit, quod nos post pigeat Geta. Omnibus illa Deus plusue minusue dedit Ouid. R. A. v. 560. Plusve minusue Martial. 8, 71. *i. Circiter.* Plus minus, *sine coniunctione* **5 frequentius legitur, pro Plus minusue, hoc est Circiter: ut Dies plus minus triginta; pro eo, quod est Paulo plus, aut Paulo minus, hoc est Circiter.** Plin. 16, 6 Continentur hispido calyce, per genera plus minus complectente. Plus minus decem vetulae Martial. 9, 103. *Cum verbo.* Plaut. Merc. 4, 2, 27 Plus minus opus quam erat, multo dixeram controuersiam, ut sponsio fieret. Cic. Att. 6, 2 Nec ipsum odimus; et Brutum amamus, et Pompeius mirifice a me contendit, quem me hercule plus plusque in dies diligo. *Add.* Plaut. Aul. 3, 6, 10. Plus quam, *unica dictio est, vel duae.* Ter. Phorm. 5, 3, 14 Hei video vxorem; paene plus quam sat erat. Cic. de Amicit. 48 Quamobrem angor iste, qui pro amico saepe capiendus est, non tantum valêt, ut tollat e vita amicitiam, non plus quam ut virtutes, quia nonnullas curas et molestias afferunt, repudientur. Non plus quam Scribon. 121. *Plus cum positiuis, loco comparatiuorum.* Plus formosus Nemesian. Ecl. 4, 72. *i. formosior.* Plus satis, pro Satis, *inquit* Donat. Ter. Eun. 1, 2, 5 **20 Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.** *Malim interpretatus esset* Plus quattuor satis est. Pluris, *Genitiuus, verbis aestimandi et pretii frequenter iungitur.* Cic. Fam. 16, 10 Nos agimus nihil cupide, eoque est nostra pluris auctoritas. Aestimare pluris. Cic. Off. 3, 18. Idem de Finib. 3, 47 Nec vero satis acute dicunt, si bona valetudo pluris aestimanda sit longa quam breuis, sapientiae quoque vsus longissimus quisque sit plurimi. *Additur* pluris dimidio Cic. Verr. 3, 77. Aedificamus pluris, *pro Carius* Columel. 1, 4. Est pluris eloquentia, quam iuris ciuilibus scientia Cic. in Topic. 85. Est multo pluris nunc ager, quam tunc fuit Idem pro Rosc. Com. 33. Est pluris, *considerate agere, quam cogitare prudenter* Cic. Off. 1, 160. Mea mihi conscientia pluris Est, quam omnium hominum sermo Cic. Att. 12, 28. Feci pluris te ipsum, ex quo tempore tu me diligere coepisti Idem Fam. 3, 4. Facio pluris omnium hominum neminem Idem Att. 8, 2. Fuit pluris Annibale, consilio, virtute, rebus gestis nemo Carthaginensium **35 Idem pro Sext. 142.** Habetur pluris hic, quam alius Cic. Philipp. 6, 10. Putare pluris quod vtile videatur, quam quod honestum Idem Off. 3, 18. Putare se pluris quam mundum, arrogantis est Idem de Nat. Deor. 3, 26. Pluri succo, *an recte dicatur, disputat Guelen. Probb. Gramm. 3, 30.* Plure altero tanto, quanto eius fundus est Plaut. ap. **40 Charif. p. 189.** Plure foras vendunt Lucil. ib. Plure venit Cic. ib. p. 84. **¶ 3 Plures pro Multi, passim apud auctores legitur.** Plin. 9, 12 Aquatiliu[m] tegmenta plura sunt. Plures ciuitates Caes. B. G. 3, 10. *i. plurimae.* Cic. pro Lege Manil. 19 Non possunt vna in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. Plures et Pauci, *contraria.* Auctor ad Heren. 4, 26 Qui quum plures erant, paucis nobis exaequari non poterant. Eunt plures multis partibus in illius sententiam Cic. Fam. 1, 2. Plura dicam de peccatis tuis Ter. in Prol. Heaut. 33. Te plura in hac re peccare ostendam Ter. Adelph. 1, 2, 44. Colores plures in columba videri sentio, nec esse plus vno Cic. Acad. 4, 79. Dies plures summus dolor manere non potest Idem de Finib. 2, 93. Oscula plura Hor. Carm. 1, 36, 6. Simultates nimio plures exercuerunt eum Liu. 39, 40. *de Catone.* Numero plures Scribon. 97. Pluribus diebus 23. Verbis pluribus aliquid petere Cic. Verr. 4, 64. *Alibquando Verbis subintelligitur, ut apud Ouid. Trist. 5, 14, 11.* Nihil opus est pluribus verbis commemorare Nep. 25, 21, 5. Plura, *pro Amplius.* Lucret. 5, 92 Quod superest, ne te in promissis plura moremur, etc. *Add.* Id. 6, 244. Pluria, ium. n. *pl. a singulari Plus.* Lucret. 2, 1134 Pluria eo dispergit, et a se corpora mittit. *Sic autem legendum, non ut in vulgatis, Plura modo. Pluria autem dixisse veteres testantur* A. Gellius 5, 21. *et Charisius 1. et idem Lucret. 4, 587* Vnaque res haec est, cuius quam pluria habemus, Tam magis ardescit, etc. *Ex Lambino. Add.* Lucret. 1, 876. 4, 1082. *it. dicta in COM-PLVRES.* Plurium, *pro Multorum.* Tacit. Ann. 12, 47 Genua Mithridatis inuadit, ipsumque prostermit: simulque concursu plurium vincuntur catenae ac compedes.

PLVRIES. Adu. *pro Saepius.* Caes. Bell. Ciuil. 1, 79 Expedita cohortes nouissimum agmen claudebant, pluriesque in locis campestribus subsistebant.

**70 PLVRIFARIVS, a, um. Adi.** [πυλλάπλοος] Suet. in Claud. c. 21 Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. *Quaedam exemplaria hic legunt Plurifariam aduerbialiter. Conf.* Apic. 3, 15.

PLVRIFARIAM. Adu. [πυλλάπλως] Pluribus modis. Suet. in Tiber. Caes. c. 43 Cubicula plurifariam disposita. *Add.* Galb. c. 19.

**75 August. c. 46. et c. 80. it. Calig. c. 54. et Gell. 10, 24.**

PLVRIFORMIS, e. Adi. Pluriformi modo Apul. Flor. 1 p. 34r.

PLVRIVOCVS, a, um. Adi. Plura significans. Mart. Capell. 4 p. 97 Quaeritur, quid sit aequiuocum, quid vniuocum, quid pluriuocum.

PLVRĀLIS, e. Adi. [πληθυντικός Gloss. Lat. Gr.] Quos plura **80 comprehendit, vel plures. ut, Pluralis numerus** Quinct. 1, 5, 42. Idem 1, 5, 16 Pluralia singulariter efferre. A singulari casu ad pluralem transire Pompon. in l. Seruius ait D. de verb. signif. Dativus pluralis Macrobian. Saturn. 1, 4. *Vtuntur* Quinctil. 8, 6, 28. Charif. Diomed. Priscian.

**85 PLVRALĪTAS, atis. f.** Charisius 1 Nomina autem nominatiuo v litera terminata, in singularitate per omnes casus eandem v literam seruant nouissimam, in pluralitate tantum declinantur, ut genua, genuum, genibus. *Rurfus lib. eod.* Alia singularitate carent, ut exta, arma; alia pluralitate, ut garum, oleum, ferrum.

**90 PLVRALĪTER.** Adu. [πληθυντικώς Gloss. Lat. Gr.] Vt de vno pluraliter dicamus Quinct. 8, 3, 35. Charisius 1 p. 72 Hoc tergum, tergi, tergo. Pluraliter haec terga, tergorum producte. Tergum, huius tergoris facit; pluraliter tergora, Genitiuo tergorum correpte. *Sic alibi frequenter.* Tonitrua nos pluraliter dicimus Sen. Q. N. 2, 56.

**95 PLVRATĪVVS, a, um. Adi.** [πληθυντικός] Pluratiuus numerus, *apud* Macrobian. Saturnal. 1, 5. *Sic* Caius in l. Non est sine liberis. D. de verb. signif. Haec enuntiatio, Habet liberos, semper pluratiuo numero profertur, sicut et pugillares, et codicilli. *Conf.* Gell. 1, 16. 5, 21. 19, 8.

**100 PLVSCVĻVS, a, um. Adi.** *Dimin. a Plus* [πυλλών τις] Ter. Phorm. 4, 3, 60 Vxori emunda ancillula est, tum autem pluscula supellectile opus est. *Iungitur Genitiuo.* Columel. 12, 47 Deinde exiguum aceti piperati, et plusculum mellis aut mulsi adiciunt. Negotii plusculum in quibusdam causis est Cic. de Orat. 2, 99. Rationis pluscu-

**105 lum habent in se, plusque operai** Lucret. 4, 620.

**PLVSCVLVM.** Adu. [*μειζόν τι*] Plaut. Amph. 1, 1, 127 Nisi invitavit sese in coena plusculum, *b. e.* Nisi bibit paullo plus, quam par fuerit. Plusculum etiam quam concedit veritas, amori nostro largiare Cic. Fam. 5, 12. Sed hic potest etiam substantiue intelligi.

**PLVRIMVS,** a, um. Adi. [*πλεῖστος*] Superlativum a Multus. Ter. Eun. 2, 2, 39. Plurima salute Parmenonem, summum suum impertit Gnatho. Plurima, plurima, vt Foedescum, foederum, et alia pleraque ab antiquis dicta ait Varr. de L. L. 6, 3. quem vide, ne quid antiquitatis ignores. Gargarizatio plurima Scribon. 57. i. frequens. Labor plurimus Hor. Carm. 4, 2, 30. Linteola plurima Scribon. 205. 10 Stragula plurima Cic. Verr. 2, 120. Salutem plurimam Atticae Cic. Att. 14, 20. Qui placere se studeat bonis quam plurimis Ter. Eun. prol. v. 1. Vinum plurimum Scribon. 185. i. copiosum. Plurimus, Longus Virg. Aen. 1, 423. Iamque ascendebant collem; qui plurimus vrbi Imminet. Seruius. Idem Quum se nux plurima: 15

i. Amygdala; longa namque est. Plurimus dicit, pro plurimi dicunt Hor. Od. 1, 7, 8. Nascitur plurimum Scribon. 163. Plurimi, Genitiuus, verbis aestimandi iungitur. Cic. Fin. 3, 34 Sic bonum hoc de quo agimus, est illud quidem plurimi aestimandum: sed ea aestimatio genere valet, non magnitudine. Hephaestionem vnum Alexander 20

plurimi fecerat Nep. 18, 2, 2. Quod plurimi est vt quisque possidet, ita ditissimus habendus est Cic. in Parad. 6. Idem Verr. 2, 181 Quod in publicanorum causis vel plurimum aetatis meae (i. maxima parte vitae meae) versor, vehementerque illum ordinem obseruo, satis comode mihi videor, etc. Idem de Finib. 1, 53. Itaque ne iustitiam 25

quidem recte quis dixerit per seipsam optabilem: sed quia iucunditatis vel plurimum afferat. Plurimum et Minimum, contraria. Cic. de Inuent. 1, 25 Exordium, sententiarum et grauitatis plurimum debet habere, etc. splendoris, et festiuitatis, et concinnitudinis minimum.

**PLVRIMVM.** Adu. [*πλεῖστον*] *b. e.* Permultum. Vt Plurimum 30 obesse Nep. 12, 3, 3. Cic. de Amicit. 44 c. 13 Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas. Idem Fam. 11, 16 Hoc ego vt or vno omnium plurimum. Longe, longeque plurimum, vid.

**LONGVS.** Diligere plurimum aliquem Cic. Fam. 1, 7. Possit plurimum dignitate apud aliquem Id. pro Rosc. Amer. 4. Praesta- 35 bat plurimum aliis in muliebri corpore pingendo Zeufis Idem de Inuent. 2, 1. Ficus plurimum sumta Scribon. 190. i. large. Prodesse

reducere Minuc. Felix p. 204 ed. Ouzel. Plurimum, Saepius. Ter. Phorm. 1, 4, 17 Domum ire pergam: ibi plurimum est, i. Frequen- 40 ter. Plin. 9, 36. Idem de vrsis 8, 36 Pariunt plurimum quinos. Pro hoc vulgus Vt plurimum dicit, Graecorum more. Quomodo et locus est Plin. 15, 3 ad finem, Nec tam numerosa differentia; tribus vt plurimum bonitatibus distat.

**MVLVS,** i. m. [*μύλος, ἴσχυς*] Quod animal sit, dicat Plin. 8, 44 45 Ex asino et equa mulus gignitur mense duodecimo, animal viribus in labore eximium. Et paullo post, Equo et asina genitos mares hinos antiqui vocabant: contraque mulos, quos asini et equae generarent. Conf. Varro R. R. 2, 8. Vopisc. in vita Aureliani c. 7 extr.

Mulum centuriatum comiter curet. Ex quo loco apparet, centuriis mulos 50 attributos fuisse, qui publici tamen erant, non privati, vt equus erat sagmarius. Centuriatum itaque vocat, vt centuriatus miles dicitur, qui centuriae attributus assignatusque est. Ex Turnebo. Clitellarius-Cic. in Topic. 36 c. 8. Curto mulo ire Hor. Serm. 1, 6, 104. Festinat

calidus mulis, gerulisque redemptor Hor. Epist. 3, 2, 72. Ornare aliquem mulis Cic. de lege Agr. 2, 32. de instrumento, quod magistratibus ex publico decernitur. Peruehi Romam mulo Id. Fam. 9, 18. Vtilitates mulorum et asinorum ad vsum hominum paratae Idem de Nat.

Deor. 2, 159 c. 64. Est conuicium in stupidos ac vecordes. Catull. 84, 3 Mule, nihil sentis. Et Plaut. Cist. 4, 2, 12 Mulo inscitior. Corra- 60

dinus de Allio apud Catullum legi vult Nulle ex MSS. Plauti lectionem esse spuriam, Mulos sagaces. Per me etiam sint Asini sapientes. Mulus, Piscis, vid. MVLLVS. Muli Mariani, sunt Furcillae, quibus religatas sarcinas viatores gerunt; quarum usum quia Marius attulit, muli Mariani postea appellati. Haec Festus voce Aerumnula. Sed 65

Plutarchus in Mario p. 412 E, laboriosos, ac silentio facileque imperata facientes, sic vocari, (τὰς Φιλοπόνους, καὶ σιωπῆ μετ' ἑνοχίας τὰ προσηγορευόμενα ποιῶντας ἡμιόνους μαριόνους καλεῖσθαι) tradit, vbi etiam aliam appellationis causam refert. Et sic interpretari etiam possis Frontinum Strategem. 4,

1, 7 C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime 70 exercitus agmen oneratur, vasa et cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus et habile onus et facilis requies esset: vnde et proverbium tractum est, Muli Mariani.

**MVLA,** ae. f. [*μύλοσ*] Plin. 8, 44 Gignitur autem mula ex equo et asina, sed effrenis, et tarditatis indomitae. Carrucaria, vid. CAR- 75

**RVS.** Foeta Iuuen. Sat. 13, 66. Missa pastum Hor. Serm. 1, 5, 19. Mundae nitet vngula mulae Iuuen. Sat. 7, 181. Calceare mulas, vid. Calceo, in CALX, pro posteriore parte pedis. Cum mula pepererit; 80

proverbialiter dicitur de Re nunquam euentura. Suet. Galb. c. 4. vbi vid. Beroald.

**MVLĀRIS,** e. Adi. [*ἡμίονος*] Columel. 6, 27 Est enim generosa materies, quae circo, sacrisque certaminibus, equos praebet; est mularis, quae pretio foetus sui comparatur generoso. Herba Plin. 24,

19. alius dicitur Nodia.

**MVLĪNVS,** a, um. Adi. Iuuen. Sat. 16, 23 Mulino corde Vagel- 8

li. al. Mutinensis. Vngula mulina Vitruu. 8, 3.

**MVLIO,** ōnis. m. [*ἡμιονοκλήτης*] Qui mulos clitellarios sive quadrigarios ducit. Martial. 9, 58 Nec pigri rota casta mulionis. Sic et 13,

11. Perpetuarius Sen. de Morte Claudii, vbi vid. Gronou. ¶ 2 Mulio, Culicum genus. Plin. 11, 18 Impugnant eas naturae eiusdem de- 9

generes vespae atque crabrones, et e culicum genere, qui vocantur muliones.

**MVLIONICVS,** a, um. Adi. Tectus cucullione mulionica Lamprid. Heliog. c. 32.

**MVLIONĪVS,** a, um. Adi. [*ἡμιονοκλήτης*] Quod ad mulionem 9

pertinet. Cic. pro Sext. 82 c. 38 Mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat; messoria se corbe contexit.

**MVLICVRIVS,** i. m. Qui mulos curat. Gloss. Lat. Gr. Mulicurius, ἡμιονοκόμος.

**MVLOCISIARIVS,** i. m. Gloss. Gr. Lat. κερυχάριος, Mulocisiarius, carucarius, qui cisto mulis iuncto vehitur.

**MVLOMEDICVS,** vid. supra s. l.

*rinthum bello captam diruit, Italiamque vasis Corinthiis, aeneisque sig. sisim-  
pleuit. Vid. Plin. 34, 3 et 7.*

M V M M I A N V S, a, um. Adi. Aedificia Mummiiana. Festus.

## M V N

M V N A T I A Gens Romana, ex qua Lucius Munatius Plancus, Orator  
et discipulus Ciceronis.

M V N D A, ae. f. Vrbs Hispaniae, ubi Caesar pugnavit contra filios  
10 Pompeii. Auctor Plin. 3, 1. Vide et 36, 18.

M V N D V S, a, um. Adi. [*καθαρός, καθαρίος*] Purum, tersum, poli-  
tum significat. Ter. Eun. 5, 4, 12. Quae dum foris sunt, nihil vide-  
tur mundius, nec magis compositum quidquam. Cic. de Finib. 2, 23  
15 Nemo nostrum istius generis aotos iucunde putat vivere, mundos, ele-  
gantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omni-  
bus exquisitis vitantes crudelitatem, etc. Mundus Menander Poeta Co-  
micus apud Prop. 4, 5, 43. quod illustrat Brouckhusius ex Phaedro 5, 2 ubi  
de illo, Unguento delibutus, vestitu affluens, veniebat gressu delicato  
et languido. Coenae Hor. Carm. 3, 29, 14 b. e. Neque sordidae, ne-  
20 que nimis opiparae et sumtuosae, ut Serm. 2, 1, 65. Mundus erit, qui non  
offendet sordibus, atque In neutram partem cultus miser, etc. Cor-  
pore mundo culta femina Lucret. 4, 1276. Digitus mundus Scri-  
bon. 71. i. nudus. Supellex Hor. Epist. 1, 5, 7. Munda, sed e  
medio consuetaque, Verba puellae scribite Ouid. A. A. 3, 479. vid.  
25 b. l. Burm. Compar. Hor. Serm. 2, 7, 12. Mundior et melior  
Catull. Carm. 68. Mundior iusto cultus Liu. 8, 15, 7. Superl. Se-  
nec. Epist. 70. Seruitus mundissima. Quata mundissima Columel. 7,  
3, 9. Ibid. c. 9 extr. Mundissimum cubile. Add. Plaut. Truc. 2, 7, 6.  
A librariis confunditur cum Nudus, v. v.

M V N D E, Adu. Pompon. apud Non. 4, 3. Aptate, pueri, munde  
atque ampliter conuiuium. Conf. Colum. 12, 18 et 38. Sen. Ep. 70.  
30 Gell. 10, 17. Superl. Cato R. R. c. 66. Quam mundissime purissime-  
que fiat. Aromata in pila quam mundissime Contundito Colu-  
mel. 12, 51.

M V N D V S, i. m. [*κόσμος*] dicitur Ornatus muliebris, quo scilicet  
mulier mundior fit. In cuius appellatione continetur speculum, armillae,  
annuli, gemmae, et similia, quibus mulier ornatur. Accius ap. Fest.  
Cum virginali mundo clam pater. Liu. 32, 40. Non aurum modo iis,  
sed postremo quoque vestem, mundumque omnem muliebrem ademit.  
40 Mundus muliebris dictus a munditia Varr. de L. L. 4, 29. Mundi-  
tiae et ornatus et cultus, haec feminarum insignia sunt: his gaudent  
et gloriantur, hunc mundum, Muliebrem appellarunt maiores nostri  
Liu. 34, 7. Mundum ab Ornato distinguunt Icti, ut Paulus rec. Sent.  
3, 6. et Vlpian. l. 25 §. 10. D. de auro, arg. mundo; et etiam Varro;  
45 et similiter Tertull. de Habit. Mulieb. c. 3. Habitus feminae duplicem  
speciem circumfert, cultum et ornatum. Cultum dicimus, quem  
mundum muliebrem vocant: Ornatum, quem immundum muliebrem  
conuenit dici. Ille in auro et argento, et gemmis et vestibus depu-  
tatur; Iste in cura capilli, et cutis et earum partium corporis, quae  
50 oculos trahunt, etc. In mundo esse, vid. IN. Mundum, neutro  
genere dixit Lucilius, Legauit quidam uxori mundum omne, penum-  
que Nonius 3, 143. ¶ 2 Mundus etiam dicitur Caelum, et  
quidquid caeli ambitu continetur. Mundus appellatur caelum, terra,  
mare, et aer. Fest. Mundus omnis societate caeli et terrae constat et  
eorum naturis, quae vtriusque sunt. Vel sic: Mundus est ornata ordi-  
55 natio Dei munere, Deorum recta custodia etc. est enim paullo definitio lon-  
gior. Apul. de mundo post princ. Sicut Graeci κόσμον, quod apud nos  
ornatum significat; ita nos a perfecta absolutaque elegantia vocamus  
mundum, quod nihil eo sit mundius et pulchrius et ornatius. Haec ex  
60 Plin. 2, 1 et 4. Conf. Cic. de Vniu. c. 10. Id. de Finib. 3, 64.  
Mundum autem censent regi numine deorum, eumque esse quasi com-  
munem urbem et ciuitatem hominum et deorum, et vnumquemque  
nostrum huius mundi esse partem, ex quo illud natura consequitur, ut  
communem utilitatem nostrae anteponamus. Mundus, est quasi Com-  
65 munis deorum atque hominum domus, aut vrbs vtrorumque Cic. de  
Nat. Deor. 2, 154 c. 62. Vid. Barth. ad Claud. p. 1190. Mundus pro  
terra s. hominibus terram incolentibus: Vid. Drakenb. ad Sil. 3, 611. et  
12, 336. In rerum natura totoque mundo quae constant, quaeque  
mouentur Cic. de Amicit. 24. Principio ipse mundus deorum ho-  
70 minumque causa factus est: quaecumque in eo sunt, et parata ad fru-  
ctum hominum et inuenta sunt Cic. de Nat. Deor. 2, 154 c. 62. Sex-  
fariam hoc vocabulum usurpari Manilio obseruat Scalig. ad Manil. 5 p.  
390. De complexu caeli et terrae; de Domicilio Deorum; de Deorum et ho-  
minum corpore; de Aethere; de Orbe stellarum inerrantium; de Prouiden-  
75 tia. Certe Stoicis deus, fatum, prouidentia, mundus idem erant:  
vid. Sen. Quaest. Nat. 2, 45. Quandoque res nouae placere mun-  
do Sen. Q. N. 3, 28. i. prouidentiae s. deo. Mundus etiam pro Genere  
humano et rebus humanis ponitur Lucan. 1, 160. ubi Mundus subactus  
a Romanis dicitur, in quo tamen auxesin, vel hyperbolem adeo licet agno-  
80 scere. Senec. Herc. Oet. 541. Te, te precor, quem mundus et superi  
timent. Coniuret in arma mundus Lucan. 2, 48. Sic forte capi  
possit in Sen. de Prouid. pr. Quaesisti a me, Lucilli, Quid ita, si pro-  
videntia mundus ageretur, multa bonis viris acciderent mala. Cae-  
90 terum ita ponitur frequenter apud ecclesiasticos. Vid. Ol. Borrich. Anal.  
p. 42. et And. Borrich. Vind. p. 139 seqq. ¶ 3 Iam dicendi  
formas videamus, et primo substantiua nomina, quibus iungitur Genitiuus  
Mundi. Arx siderea mundi Ouid. Amor. 3, 10, 21. Cardo Idem ex  
Pont. 2, 10, 45. i. Polus alter. Declinatio mundi, vid. Declinatio, in  
DECLINO. Extremum et vltimum mundi, caelum est Cic. de Di-  
95 uin. 2, 91. Fabricator Ouid. Met. 1, 57. Fex Lucan. 7, 405. Lu-  
mina clarissima mundi, Liber et alma Ceres, b. e. Sol et Luna Virg.  
Georg. 1, 5. Machina mundi Lucret. 5, 97. Moenia flammantia  
Lucret. 1, 74. Moles operosa Ouid. Met. 1, 258. Nouitas Lucret.  
5, 941. Oculus mundi Sol Ouid. Met. 4, 228. Orbis mundi Virg.  
100 Ecl. 6, 35. Regio vltima magni Ouid. Trist. 4, 4, 83. Ruina Lu-  
can. 4, 393. Species serena Lucret. 4, 138. Vetusitas arcana Stat.  
Theb. 4, 32. At vigiles mundi magnum et versatile Templum Sol  
et Luna suo iustrantes lumine circum Lucret. 5, 1376. ¶ 4  
Epitheta: Aeternus Senec. Herc. Oet. l. 16. Aetherius Tibull. 3, 4, 17.  
Annosus Senec. Oedip. l. 5. Arduus, vid. ARDVVS. Auctior ad-  
iecto fulgebat sidere mundus Claud. in Ruffin. 2, 3. Capax Ouid.  
Trist. 2, 38. Citatus Senec. Herc. Oet. l. 15. Quinctil. 1, 17. Cla-  
ros nomine sapientiae viros nemo dubitauerit studiosos musicae fuisse,  
105 opinionem vulgauerint, mundum ipsum ea ratione esse Compositum,  
quam

- quar: postea sit lyra imitata. Concitatus Senec. Agamemn. f. 9. Dives Ouid. Met. 2, 95. Diuulsus Lucan. 1, 80. Firmior Herculea mundus ceruice pependit Claud. de Raptu Proserp. 2, 47. Genitalis Sil. 13, 528. Immensi mundi publica lux, Sol Ouid. Met. 2, 35. Luccentem mundum nos nominamus, varietate distinctum bene Graeci κόσμον Cic. de Vniuers. 31. Magni primordia Ouid. Met. 15, 68. Nitidus Sen. Medea v. 401. Patulus Lucret. 6, 107. Picti sidera Senec. Thyest. 9. Pulcherrimus Claud. Conf. Hon. 4, 283. Stelliger Senec. Herc. Fur. 13. Triformis mundi regna Ouid. Met. 15, 859. Triplex Idem ibidem 12, 40. Vastus Idem ibidem 15, 110.
- ¶ 5 *Verborum formae:* Administrare et regere mundum, *vid.* ADMINISTRISTRO. Attollit se mundus, *vid.* ATTOLLO. Incestare mundum Claud. de Rapt. Proserp. 2, 238. Metiri magnitudinem mundi Cic. Off. 1, 154. Nasci mundum, et deficere Quinctil. 5, 10. Negat sol officium mundo Ouid. Met. 2, 385. Praebet lumina mundo Titan Idem ibidem 1, 10. Prostrernere mundum Lucan. 7, 278. Redit Phoebus diem mundo Senec. Agamem. 1, 12. Rubescit mundus Ouid. Met. 2, 116. Mundi, *num. plurali dixit* Lucret. 5, 529 In variis mundis, varia ratione creatis, *etc.* *Add. ibid.* v. 1344.
- ¶ 6 *Mundos quidam apud Seru. ad Aen. 3, 134 volunt dici aras deorum inferorum.* *Respexit credo, Seruius ad illam formulam, qua Mundus patere dicitur, de qua Macrob. Sat. 1, 16 Mundus cum patet deorum tristitium atque Inferum quasi ianua patet: propterea non modo praelium committi, verum etiam delectum rei militaris causa habere, ac militem proficisci, nauim soluere, vxorem liberum quaerendum causa ducere religiosum est.* Festus *h. v.* Mundus, vt ait Capito Ateius in libro sexto Pontificali ter in anno patere solet — quo tempore ea, quae occulta et abdita religionis deorum manium essent, velut in lucem quandam adducerentur et patefierent — *Hunc mundum signare videtur Plutarchus in Romulo p. 23 Βέθρος ὠρύγη περι τὸ νῦν Κομίτιον κυκλοτρῆς ἀπαρχαί τε πάντων, ὅσοις νόμῳ μὲν ὡς καλοῖς ἐχρῶντο, φύσιν δ' ὡς ἀναγκαίαις, ἀπέθρησαν ἐνταῦθα. Καὶ τέλος ἐξ ἧς ἀφίκτο γῆς ἕκαστος ὀλίγην κομίζων μῶραν, ἔβαλον εἰς ταῦτα καὶ συνεβήνυσον. Καλοῖσι, δὲ βέθρον τῆτον ὡ καὶ τὸν ὄλυμπον ὀνόματι Μῆνδον. Εἶτα ὡσπερ κύκλον κέντρον περιέγραψαν τὴν πόλιν.* *Nempe in hanc fossam rotundam eorum velut specimina coniecere, quibus vel necessitas vel luxuria pretium facit. His deos manes placare, his communem quasi thesaurum, nunquam tollendum, deserendum nunquam, constituere videntur voluisse.* *Hunc Mundum a se dictum ter in anno videntur caerimonia quadam aperuisse.* *De hoc mundo denique siue Caelo, (Olympum vocat Plutarchus) accipio illud Virgilianum Aenigma Ecl. 3, 104 Dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo Tres pateat caeli spatium non amplius vinas.*
- MVNDĀNVS, a, um. Adi. [κοσμικός] *Quod mundi est. Vnde interrogatus philosophus Socrates, cuius esset, mundanum se esse respondit, vt ait Cic. Tusc. 5, 105 c. 37. Mundanum pro Caelesti dixit Auienus Arat. v. 47. Orae Idem ibid. v. 216.*
- MVNDIALIS, e. Adi. *Idem quod Mundanus.* Tertull. de Resurr. carn. c. 47 *Haec erit vita mundialis.* Elementa Id. adu. Marc. 5, 4. Fabrica Ambrosi. de mysterio Paschae c. 2. Literae mundiales Saluian. Praefat. de Gubernat. Dei. Gloria mundialis Prudent. Cathem. 1, 90. *Conf. Borrich. Cogit. p. 172.*
- MVNDIALITER, Adu. *Vinere mundialiter* Tertull. de Resurr. carn. c. 46.
- MVNDIPŌTENS, entis. [κοσμοκράτωρ] Tertull. de Anima c. 23 *Mundipotentes principatus. Sic etiam Hilarius appellat Diabolum ex Epistola ad Ephesios.*
- MVNDITĒNENS, entis. Tertull. adu. Valent. c. 22 *Diabolum munditenentem appellant.*
- MVNDŪLVVS, a, um. Adi. Dimin. *A Mundus Adiectiuo; Qui nimia munditia vititur, vt placeat mulierculis.* Plaut. Truc. 3, 1, 13 *Nunc ego istos mundulos vrbanos amantios hoc icetu exponam. Et Accius apud Non. 2, 583.*
- MVNDŪLE, Adu. Apul. Aur. Afin. 2 *pr.* *Ipsa lintea tunica mundule amicta.*
- MVNDĪTER, Adu. [καθαρίως] Plaut. Poen. 1, 2, 26 *Nam quum sedulo munditer eos habemus, vix aegre amatorculos inuenimus.*
- MVNDITIA, ae; *vel* MVNDITIES, ēi. f. [καταρίτης] *Lau- titia, vel Ornatus, quo quis se mundum ac politum tenet.* *Munditia illecebra animo est amantum* Plaut. Men. 2, 3, 4. *Munditias mulieribus, viris laborem conuenire* Sall. Iug. c. 85. Cic. Off. 1, 130 c. 36 *Adhibenda praeterea munditia est, non odiosa neque exquisita nimis; tantum quae fugiat agrestem et inhumanam negligentiam.* *De nimio corporis cultu ap. Suet. Oth. c. 12. Elegantia et munditia Cic. in Orat. 76. Hoc contra naturam est, Faciles odisse munditias Sen. Epist. 5. Lau- titia, munditia, elegantia Cic. Fam. 9, 20. Multa munditia et circumspecte compositaeque amictum esse Gell. 1, 5. Tales munditiae Decent puellas Martial. 10, 90. Mundities mundior Catull. 21, 18. Viriles minime Claud. in Eutrop. 2, 337. Vrbanis munditiis se exercere Sall. Iug. c. 63. Capimur munditiis Ouid. de Arte Am. 3, 133. Facere munditias Cato c. 2 et 39. Vid. FACIO. De magna aedificiorum elegantia adhibetur Suet. Caes. c. 46.*
- MVNDŌ, āre. [καταρίω] *Mundum et nitidum facere.* Plin. 15, 6 *Ob id crebrius vasa mundanda. Add. Vulgat. Gen. 35, 2.*
- MVNDANS, antis. Partic. Vulg. Interpr. Eph. 5, 25 *Mundans eam lauacro aquae.*
- MVNDĀTVS, a, um. Part. *Bacca mundata Columel. 12, 50. Add. Vulgat. Matth. 12, 44.*
- MVNDATIO, ōnis. f. Vulg. Interpr. Leuit. 16, 30 *In hac die expiatio erit vestra et mundatio a peccatis. Conf. Oct. Horat. 1, 19.*
- MVNDĀTOR, ōris. m. Firmic. 8, 19. *ad finem, Vicesima-octaua pars Arietis si in horoscopo fuerit inuenta, latrinarum faciet cloacarum- que mundatorem. Et c. 29 Part. 13 Decimatertia pars Aquarii si in horoscopo fuerit inuenta, hortorum cultores faciet, vel cloacarum mundatores.*
- MVNDĀTŌRIVS, a, um. Adi. *Mundatorium medicamentum Plin. Valer. 2, 25.*
- MVNDITIOR, āri. *Mundum esse.* Plaut. Caf. 2, 3, 9 *Munditianti deo. Sed Gronou. legit Munditia antideo. Vid. Taubm. ad l. c. p. 379. Parei Lex. Crit. p. 760.*
- MVNDICĪNA, ae. f. Apul. Apol. p. 277 *Mundicinae dentium, i. Medicinae ad munditiam dentium conciliandam, in carmine.*
- MVNDICORS, cordis. August. Serm. de Sanct. 14.
- MVNDIFĪCO, āre. Macer. 3, 12 *Mundificare stomachum.*
- MVNDIFICĀTVS, a, um. Part. *Corpora mundificata Const. Afer. 7, 3.*

MUNDIFICATI VVS, a, um. Adi. Medicina mundificatiua  
Const. Afer. 7, 6. Mundificatiuis curari Id. ibid. c. 13.

MVNERARIVS, MVNERATOR, MVNERO, Ære. vid.  
MVNVS.

5 MVNGO, munxi, munctum, Ære. [μύρω, μύσσω Onomast. Vet.]  
Quasi Mucum agere. ¶ 2 Etiam Mungor Depon. Aliquan-  
do in usu fuisse apud antiquos. Docet comp. situm, quo vitur apud Non.  
7, III Varro Cato vel de Liberis educandis, Eam sunt consecuti corpo-  
ris siccitatem, ut neque spuerent, neque emungentur.

10 MVNCTIO, ðnis. f. Munctiões muculentae Arnob. 3 p. 107.

MVNIA, MVNICEPS, vid. MVNVS.

NVNIFEX, MVNIFICENTIA, vid. MVNVS.

MVNIO, iiii, itum, ire. [ἀσφαλιζω, ὀχυρῶ, ταχιζω] Firmum  
ac tutum facere aliquid. Veteres dixisse videntur Moenire, ut Moenia.

15 Plaut. Mil. 2, 2, 73 Magnum illic honorem incipis, si magna munis moe-  
nia. Absolute, pro Muros ac Moenia struere Nep. 2, 6, 5. Colum-  
mel. . . . Quantumque res patietur, a frigore et tempestatibus

muniemus. Ad tempora se Cic. Fam. 9, 18. i. parare. Sic Ad il-  
lud se munire videntur, ne immiscuisse se credantur; non ad illud, ut

20 sumtum consequantur Vlpian. in l. At si quis. §. sed interdum. D.  
de relig. et sumt. fun. Contra pudorem se Tacit. in Vit. Agric. 45.  
Aditus insulae mirificis molibus munire Cic. Att. 4, 15. Cic. pro

Cluent. 31 Ut ad hoc nefarium facinus accederet, Aditum sibi aliis  
sceleribus ante muniuit. Caes. Bell. Gall. 1, 49 Primam et secundam

25 aciem in armis esse, tertiam Castra munire iussit. Conf. ibid. 2, 5. Co-  
loniam praesidiis, custodiis, vigiliisque Cic. in Catil. 1, 8 c. 3. Gen-  
tem aliquam coloniis munire Idena pro Flacc. 64. Ignem ita mu-  
nire, ne euagetur Vlpian. in l. Si Seruus seruum. §. Si fornacarius.

D. ad legem Aquiliam. Imperium munire, i. Firmare vim domina-  
tionis Nepos in Reg. c. 2, 2. Iter Liu. 25, 11. Oppidum et ar-  
cem Cic. de Prou. Conf. 4. Oppidum vi multa Virgil. Aen. 1, 275.

30 Praesidia Reipublicae munire, intercludere omnes seditionum vias Cic.  
pro Rabir. 3. Liu. 21, 37 pr. Inde ad rupem muniendam, etc. Alil  
legunt, Minuendam, sed male. Interpretor autem hic Munire, Per ru-  
pem viam aperire, viamque in ea munire, et tanquam struere: id est, eam

35 caedere, et in ea opere laboreque militari complanare et aequare iter, aut  
deorsum deprimere, et decliue reddere quodam anfractu molli. Itaque qui  
aggerem inciunt, fossas aperiunt, vias muniunt militiae, munitores vo-  
cantur. Esse autem ita legendum ex eo etiam apparet, quod non longe

40 hinc scribitur, Et quies muniendo feos hominibus triduo data. Tur-  
nebus 13, 18. vid. mox Viam munire. Se praeclare et tueri et munire  
benevolentia multorum Cic. de Finib. 2, 88 c. 26. Se misericordia  
et liberalitate Id. Att. 9, 8. Senectam gnatis Lucret. 4, 1249. Sub-  
sidia frumentaria Reipublicae firmissimis praesidiis classibusque Cic.

45 pro Lege Manil. 34. Viam munire, i. tutam a voraginibus, lacunis,  
praecipitiis, commodamque reddere. Cic. pro Milon. 17 Perinde quasi  
Appius ille Caecus viam munierit, non qua populus vteretur, sed ubi  
impune sui posterii latrocinarentur. Per translationem, Quinctil. 3, 1

50 Propterea quod plurimi auctores, quamuis eodem tenderent, vias ta-  
men diuersas munierunt, et in suam quisque induxit sequentes. Cic.  
Tusc. 1, 32 Abiit ad deos Hercules: nunquam abiisset, nisi quum inter  
homines esset, eam sibi viam muniuisset. Id. Att. 1, 24 (17) Sed tamen

quoniam ista sunt tam infirma, munitur quaedam nobis ad retinendas  
opes nostras tuta, ut spero, Via. Idem Verr. 1, 64 Alia sibi ratione

55 Viam munire ad stuprum coepit. Viam accusandi alicui munire,  
adipiscendi obstruere Id. pro Muraen. 48 c. 23. Fidelitate nouarum  
necessitudinum contra veterum inimicorum perfidiam muniendum me  
putaui Cic. Fam. 4, 14.

MVNIENS, entis. Part. Curt. 4, 2, 13 Munientibus coria velaque iussit  
60 obtendi.

MVNIO, iri. Passiu. Non facile reperias, excepta tertia Indica-  
tium persona, Munitur, et Infinitiuum Muniri. Cic. de Senect. 51 Muni-  
tur contra auium morsum vallo aristarum, vid. MORSVS. India

munitur vallo eburno Lucret. 2, 538. Muniri et ornari bonorum  
65 omnium praesidio Cic. pro Flacc. 103. Id. de Amicit. 30 Ut enim  
quisque sibi plurimum confidit, et ut quisque maxime virtute sic mu-  
nitus est, ut nullo egeat, etc.

MVNITVS, a, um. Partic. [ὀχυρὸς, ἀσφαλιστός] Cic. Quint.  
Frat. 2, 3 Dixitque aperte, se munitiorem ad custodiendam vitam suam  
70 fore, quam Africanus fuisset. Nihil tam munitum, quod non expu-  
gnari possit Cic. Verr. 1, 4 c. 2. Contra hostes septus et munitus Id.  
de Finib. 1, 51. Latera concaedibus munitus Tacit. Ann. 1, 50 pr.

A propinquis munitus, vid. A vel AB Praepositiones. Amicis non  
paucis Ouid. ex Pont. 2, 3, 24. Amicitias partis et fundatis fretum ac

75 munitum esse oportet Cic. de Petit. Consul. 21. Benevolentia ho-  
minum firmissima muniti fumus Id. Att. 2, 25. Iudicibus Aedilis mu-  
nitus, stipatus sicariis, septus armatis Idem pro Sext. 95. Timore  
nullo munitus Propert. 3, 12, 17. Amici ingenio alicuius munitiores

Cic. pro Muraen. 56. Arx munitissima Liu. 26, 48. Castella Cic.  
80 Fam. 2, 9. Delicta munita auctoritate alicuius Sallust. in Iugurth. c. 28.  
Domus clausa satis et munita aliquibus Cicero pro Lege Manil. 65.  
Domus munita publico omni praecipuo et diuino, et humano iure Id.  
de Arusp. Respon. 14. Domus tot Senatus consultis munita atque septa

Idem ibid. 15. Equus Propert. 4, 3, 8. Iter Sil. 15, 506. al. Ra-  
pidum. Legatio munitior Cicero Attic. 2, 18. Libertas le-  
uitate legum munita Id. pro Rabir. 10. Locus munitissimus ha-  
bendi Senatus Id. in Catil. 1, 1. Locus vrbis munitissimus Varr. de

85 L. L. 4, 32. Oppidum munitissimum oppugnare Cic. Fam. 2, 9 (10).  
Palpebrae tanquam vallo pilorum munitae Idem de Nat. Deor. 2, 143.  
Pars insulae munitissima Liu. 24, 22. Pectus munitum sapientia gerere  
Cic. de Diuin. 1, 45 c. 22. Ex Accio. Portus munitissimus Cic. Verr.  
2, 13 c. 5. Via ad Consulatum munita Idem pro Muraen. 23. Ex  
quo leges moresque constituti, effectum ut esset Vita munitior Cicero

Off. 2 c. 4.

90 MVNITE, Adu. Compar. Varr. de L. L. 4, 32 Opere munibant  
moenia, quo munitius essent.

MVNITIO, ðnis. f. [ὀχυρότης, ἐπιτέχισμα] Muniendi ratio  
vel actus. Non multum superesse munitionis Nep. 2, 7, 2. Caes. Bell.  
Gall. 1, 9 Operis munitione, et militum concursu, et telis repulsi. Add.

95 ib. c. 49. Loci munitio Quinct. 3, 7. Munitioni, quam Fecerat,  
legatum praefecit Caes. Bell. Gall. 1, 10. Munitiones Disiicere Nep.  
17, 5, 7. Operibus munitionibusque sepire vrbem aliquam Cic. Phi-  
lipp. 13, 20 c. 9. Ex viarum munitione quaestum facere Idem pro

Font. 7. Munitione ac mole lapidum disiunctus a mari fons Id.  
95 Verr. 4, 118.

Z z

MVNI-



**MVNITOR**, ōris. m. [*ὄχυρωτής*] Liu. 27, 13 Castra inde ponentem, pugnando undique in munitores, operibus prohibet Id. 7, 23. Barbari perfringere stationes seque inferre munitoribus nisi Tac. Ann. 1, 64, 1. Ouid. Epist. 5, 239 Troiae munitor *Apollo est.*

**MVNITORIVM**, i. n. Praecinctorium vel succinctorium Iffidor. Gloss.

**MVNITVRA**, ae. f. *Munimen.* Ferret. Mus. Lapid. p. 73 STRVCTV-RAM CVM MVNITVRA SARCOPHAGISVIS IMPENSIS FECIT.

**MVNITO**, āre. Frequent. [*καταδροφάσσω*] Cic. pro Rosc. Amer. 140 c. 48 Nunc vero quam vjam munitet, quod iter affectet, videtis. *Turnebus hic, Munitare, pro Munire cupere, sine frequentationis significatione. Conf. Grut. ad b. l.*

**MVNIMEN**, inis. f. [*ὄχυρωσις*] *Munitio est, proprie castrorum caeterarumque rerum, quae contra aduentum hostium muniuntur, siue vallo, siue fossa, siue alio quouis modo. Dicitur et de aliis rebus. Virg. Georg. 15, 2, 352 Hoc effusos munimen ad umbres. Add. Col. 3, 15, 4. Munimen nullo quassabile ferro Lucan. 6, 22.*

**MVNIMENTVM**, i. n. [*ὄχυρωμα, ἔγυμα*] *Idem.* Liu. 1, 33 Quiritium quoque fossa, haud paruum munimentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus est. *Add. Id. 30, 16. Quum extra Munimenta se euoluit fluvius Curt. 3, 1, 5. Tacit. Ann. 1, 3 Sed quo pluribus munimentis insisteret. Sic enim prorsus legendum est, quum ista se ratione magis muniisse dicat. Fere tamen in omnibus exemplis Monumentis scribitur. Restituit Turneb. Caes. Bell. Gall. 2, 17 Instar muri sepes munimenta Praebent. Tenere se munimentis, et maiores copias operire iubetur Tacit. Ann. 13, 36. Togae munimenta Iuuen. Sat. 9, 29. Munimenta hortis exstruere Colum. 11, 3, 2.*

**MVNIBILIS**, e. Adi. Sidon. Epist. 2, 2 Porticus columnis invidiosa munibilibus. *Al. Monubilibus, v. v.*

**MVNIO**, onis. f. *Pedis metrici esse nomen vix dubitandum.* Cic. de Orat. 1 c. 59 *apit de cura vocis, sed addit: Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam toties, quoties praescribitur, Paeanem aut Munionem citarimus. Turnebus suspicabatur Minuritionem. Sed hic pes postulatur. Bunauis apud Ernestum in Clauis Ciceron. Monogenem, qui pes alias Epitritus quartus vocatur. Mentionem nominis habet Hephaestion de Metris p. 11. Talaeus Nomionem.*

**MVNIS**, *vid. MVNVS.*

**MVNVS**, ōris. n. [*Φιλότης, Φιλοξία, (f. Φιλοξία) δῶρον* Gloss. Lat. Gr.] *Generali notione significare videtur, quidquid sit in gratiam alterius, siue donum sit et largitio, siue officium, aut factum alteri utile: praecipue autem adhibetur de his, quum de re publica, multitudine certe hominum, bene quis meretur, vel gratuita opera, vel honorario, stipendio etc. inductus. Add. quae dicemus ad n. 6. Donum dictum munus ait Varro de L. L. 4 extr. ab eo, quod qui mutuo animo sunt, id dant officii gratia. Festus: Munus, donum, quod officii gratia datur. Paullus in l. Munus. D. de Verborum et rerum signifi-*

*Munus, inquit, tribus modis dicitur: Vno, donum: et inde munera dici, dari, mittiue. Altero, onus: quod quum remittitur, vacationem militiae, munerisque praestat: inde immunitatem appellari. Tertio, officium: vnde munera militaria, et quosdam milites, munifices vocari. igitur et municipes dici, quod munera ciuilia capiant. Item, Munus appellant Icti, quod ex causa datur inter donum D. de V. S. Nobilitas generis, vires corporis, Munera a dis data vocantur Liu. 3, 11. Conf. Ouid. A. A. 3, 653. Varro de L. L. 4, 36. C. A. Duker. de Latinit. Ictor. p. 47 seqq. Munus et donum, vid. DONVM, et mox n. 4. Omnia plena tuis muneribus Virg. Georg. 2, 5. Deorum immortalium munera, beneficia parentum Cic. post Red. in Senat. 2. Odi dolosas munerum et malas Artes: imitantur hamos dona Martial. 5, 18. Liberi iocosi munerum, Vinum Hor. Carm. 4, 15, 26. Epitheta: Acceptissima Ouid. Ep. 17, 72. Caeca Fortunae Senec. Hippol. 9. Diuinum munus Scrib. Ep. in. Exiguum Ouid. de Arte Am. 2, 286. Extremum Virg. Ecl. 8, 60. Fera moenera militiae Lucret. 1, 30. Moenera autem antiquo more dictum est pro Munera, oe pro u, vt a Poenis, Punicum, et Mcerorum, pro murorum. Funestum Ouid. Met. 2, 88. Hamata, vid. HAMVS.*

*Inania Ouid. Met. 2, 341. Inenarrabile, vid. INENARRABILIS. Intemerata Virgil. Aen. 3, 178. Leue Ouid. Met. 1, 620. Memorabile Idem ibid. 14, 225. Miserabile Stat. Theb. 8, 652. Naturale munus decoris Ouid. Met. 14, 684. Noctitura Id. ibid. 11, 104. Pexa, vid. PECTO. Popularia Cic. Off. 2, 56. Publica Ouid. Met. 6, 351. Regale Senec. Herc. fur. 6. Secreta Iuuen. Sat. 9, 53. Triste Ouid. Met. 9, 4. Viscata, vid. VISCVS, visci. Votiuia Ouid. Epist. 15, 211.*

*Verborum formae: Accipere aliquid in muneribus, vid. ACCIPIO. Accipere pro magno munere Scribon. 172. i. loco muneris. Cic. de Diuin. 2, 5 Quod munus Reipublicae Afferre maius meliusue possumus, quam si, etc. Augere verbis, vid. AVGEO. Beare parto aliquem Hor. Epist. 1, 13, 75. Cedere illa dei munus bene sensit Ouid. Met. 8, 862. Certare muneribus Virg. Ecl. 2, 57. Collocare munus Cic. Verr. 5, 55. Consignare Idem Fam. 12. Contendere cum aliquo muneribus, vid. CONTENDO. Corruptere aliquem Hor. Serm. 1, 9, 57. Cumulare magnis aliquem Virgil. Aen. 5, 532. Decorare supremis aliquem Id. ibid. 11, 25. Est tui muneris Ouid. Trist. 1, 5, 6. Eripere exequiarum Cic. pro Cluent. 28. Dare dignum alicui Virg. Aen. 5, 355. Dare extremum Idem ibid. 4, 429. Dare mirificum populo Cic. Quint. Fr. 3, 8. Dare aliquid muneri Quinctil. 1, 10. Despicere alicuius Ouid. Met. 13, 839. Donat praestanti iuuenem Virgil. Aen. 5, 361. Donare promisso aliquem Idem ibid. 5, 282. Donatus pingui Hor. Epist. 2, 1, 267. Donatum diuino munere Reip. videri Cic. de Arusp. Resp. 6. Tacit. Ann. 15, 90*

*52, 4. de coniuratione in Nerone verba faciens, Plerique Vestini quoque Consulibus acre ingenium vitauisse Pisonem crediderunt, ne a libertate moueretur, vel delecto imperatore alio, sui muneris Reipublicam faceret. Vid. Gruter. Suspicion. 1, 13. Iustin. 13, 4, 9. sp. Casaub. ad Suet. Claud. c. 23. Ferre templis Virg. Aen. 4, 217. Largiri Cic. . . . Lenire muneribus, congiariis, epulis multitudinem imperitam Cic. Philipp. 2, 116. Idem Verr. 2, 62 Mittit homini munera satis large haec ad vsum domesticum, vini et olei quod visum erat: etiam tritici quod satis esset. Mittere aliquid muneri alicui Catull. in Asin. 12, 15. Obrudere foedum alicui Claud. in Eutrop. 1, 41. Offerre Cic. . . . Offerre aliquid muneri Quinctil. 4, 2. it. 1, 10. Ornare verbis, vid. ORNO. Parta meae Veneri sunt Virg. Ecl. 3, 68. Pensare munere Ouid. Trist. 3, 11, 48. Placant munera (crede mihi) hominesque, deosque Id. de Arte Am. 3, 653. al. Capiunt. Poscere aliquem Idem ibid. 3, 805. Seruabere nostro Id. Met. 7, 93. Sol. 105*

- vere alicui Ouid. Met. II, 104. Sordent tibi nostra Virg. Ecl. 2, 44.  
 Spernere Idem Aen. 7, 261. Sum. Numinis instar eris semper mihi,  
 meque fatebor muneris esse tui Ouid. Met. 14, 124. Totum muneris  
 hoc tui est, quod monstror digito praetereuntium Hor. Od. 4, 3, 21.  
 5 Terere Senec. de Benef. 2, 4. Vescimur terrae munere Hor. Carm.  
 2, 14, 10. ¶ 4 Munus, [ἔργον] (inquit Festus) signifi-  
 cat etiam Officium, quum dicitur quis munere fungi. Cicero Off. 1, 15  
 Eiusque virtutis hoc munus proprium. Munus proprie est quod ne-  
 cessario subimus, lege, more, imperio eius, qui iubendi habet po-  
 10 testatem. Dona autem proprie sunt, quae nulla necessitate, iure, of-  
 ficio, sed sponte praestantur: quae si non praestentur, nulla reprehen-  
 sio est: et si praestentur, plerumque laus inest. sed in summa, in hoc  
 ventum est, ut non quodcumque munus, id et donum accipiatur. at  
 quod donum fuerit, id munus recte dicatur. Martianus in lege Munus  
 15 proprie. D. de Verborum et rerum signific. Conf. Grat. in Florum  
 Spars. ad b. l. Add. l. Honor ff. de munerib. Erat in oppidis Grae-  
 ciae munus quoddam recipiendorum hospitium Senatorum, legatorum, magistra-  
 tuum, quod ἑσθητι dicebatur; quique eos recipiebant, qui hospitio publico  
 cum ciuitate erant coniuncti, ἑσθητοι dicebantur. Hoc munus significat  
 20 Cic. Verr. 1, 65. quum scribit, Ostendit munus suum illud non esse; se,  
 cum suae partes essent hospitium recipiendorum, tum ipsos tamen praes-  
 tores et consules, non legatorum asseclas recipere solere. Annotauit  
 Turnebus. Cic. Fam. 11, 5 Ostendit munus illud non esse suum. Hoc  
 proprium tuum munus est, ut ita erudiat, ut et patri, et Scipioni no-  
 25 stro, et tibi tam propinquo respondeat Cic. de Finib. 3, 8. Animi  
 munus est, ratione uti Id. Tusc. 3, 15. Belli munera Liu. 24, 35.  
 Irrita Coniugii sterilis si munera languent Sammon. v. 610. Munere  
 assiduo valentem exercete iuuentam Catull. Carm. 62. Vtraque loco  
 illud notat, quod vulgo Officium s. debitum coniugale vocant. Cic. de  
 30 Senect. 29 An ne eas quidem vires senectuti relinquemus, ut adolescen-  
 tulos doceat, instituat, ad omne Officii munus instruat? Ibid. 34  
 Senectutis nullus certus est terminus, recteque in ea viuatur, quoad  
 munus Officii exequi possis, et tamen mortem contemnere. Officii  
 ac studii erga aliquem Cic. Fam. 6, 14. Principum munus est, re-  
 35 sistere leuitati multitudinis Idem pro Milon. 22. Id. Off. 3, 4 Nulla  
 tamen eius ingenii monumenta mandata literis, nullum opus otii, nullum  
 Solitudinis munus exstat. Cic. de Finib. 1, 12. Quis alienum putet e-  
 ius esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit, quid omni in munere  
 Vitae optimum et verissimum sit exquirere? Cic. de Orat. 2, 262  
 40 Tamen ab oratoris proprio Officio atque munere seiuncta esse arbitror.  
 Idem ibid. 1, 116 Magnum quiddam est, onus ac munus suscipere, at-  
 que profiteri se, etc. Me ad munus meum Pensumque reuocabo Id.  
 ibid. 3 c. 30. Societas tanti ac tam praecleari muneris Id. Fam. 5, 2.  
 Idem ibid. 11, 16 Quamquam Lamia summo splendore, summa gratia  
 45 est magnificentissimo munere Aedilitio, tamen, etc. Annum Cic.  
 Att. 6, 5. Assignatum, vid. ASSIGNO. Candidatorium, vid.  
 CANDEO. Grande Hor. Carm. 2, 1, 11. Personale munus, vid.  
 Vigilantia et sollicitudo animi, in VIGIL. Plena honorum Horat.  
 Carm. 4, 14, 2. ¶ 5 Formulae verborum: Administrare laute  
 50 munus suum, vid. LAVTVS. Cic. de Legib. 1, 16 c. 5 Cuius mune-  
 ris Colendi, efficiendique causa, nati et in lucem editi sumus. Idem  
 in Partit. 132 Eo exposito, munus promissi omne Confecero. Curare  
 munus suum, vid. CVRO. Deferre alicui Cic. Fam. 8, 8. De-  
 fugere Id. Att. 8, 3. Dare immunitatem munus alicui Idem  
 55 Acad. 4, 121. Idem de Senect. 34 c. 10 extr. Exequi omnia regis  
 officia et munera. Explere susceptum Reip. Id. de Prouinc. Conf. 35.  
 Explere amicitiae Id. de Amicit. 69. Id. Att. 1, 1 In omni munere  
 candidatorio fungendo. Idem de Legib. 1, 10 Senectutis non inertis  
 grato atque honesto Fungere munere. Fungi munere propioris a-  
 60 mici Horat. Epist. 1, 9, 5. Fungi corporis Cic. de Amic. 22. Id.  
 de Legib. 2, 6 Tanquam id Habuerit operis ac muneris, ut hanc no-  
 bis efficeret sedem, ad disputandum, etc. Inire alicuius Virg. Aen.  
 5, 846. Iniungere, vid. INIUNGO. Inferere negotiis Quinct.  
 3, 7. Insistere, vid. INSISTO. Obire, vid. OBEO. Cic. de  
 65 Diuin. 2, 7 Quod quum accessisset nostrae Reip. tum pristinis Orbati  
 muneribus, haec studia reuocare coepimus, ut et animus molestis hac  
 potissimum re leuaretur. Perficere susceptum Virg. Aen. 6, 629.  
 Cic. de Senect. 77 Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, mu-  
 nere quodam necessitatis, et graui opere Perfungimur. Praebere ali-  
 70 cuius Cic. pro Sull. 54. Praeponere alicui muneri aliquem Idem  
 de Orat. 2, 41 c. 10. Praestare Id. ib. 2, 38. Regit fera munera  
 belli Mars Lucret. 1, 33. Succedere muneri Cicero Verr. 4, 81.  
 Suscipere Quinct. Prooem. 4. Sustinebat magnum de iure respon-  
 75 dendi Rutilius Cic. de Clar. Orat. 113. Esse tanti ministrum Idem de  
 Natur. Deor. 1, 19. Tenere suum Id. Tusc. 5, 38. Traducere  
 Idem Att. 5, 9. Tueri Idem Fam. 10, 11. ¶ 6 Munus,  
 Spectaculum gladiatorium, aut ferarum, cum quibus homines depugnarent.  
 Seru. ad Aen. 3, 67 de ritu funerum Apud veteres etiam homines inter-  
 80 ficiabantur. Sed mortuo Iunio Bruto, cum multae gentes ad eius  
 funus captiuos misissent; nepos illius eos, qui missi erant, inter se compo-  
 suit, et sic pugnaverunt: et quod muneri missi erant, inde munus appel-  
 latum. Sed probabilius est, munus vocatum, quidquid in gratiam populi  
 et multitudinis fieret. Hoc sequentia magis declarabunt, et ostendunt etiam  
 nomina immunitatis, communis, etc. Cic. Off. 2, 57 Itaque et P. Crastus  
 85 cum cognomine diues, tum etiam copiosus, functus est Aedilitio maxi-  
 mo munere. Et paullo post, Magnificentissima vero nostri Pompeii  
 munera secundo Consulatu. Plin. 33, 3 Caesar — primus in Aedilitate  
 munere patris funebri, omni apparatu arenae argenteo usus est. Suet.  
 in Caes. c. 39 Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorium,  
 90 ludos etiam regionatim vrbe tota. i. Per regiones Urbis, quae numero  
 quatuordecim erant: ut quaelibet Urbis regio suos ac veluti peculiare lu-  
 dos haberet. Hinc illud Cic. Fam. 6, 19 De curatione aliqua munerum  
 regionum cum Oppio locutus sum. Munera etiam dicuntur Loca seu  
 95 Theatra, in quibus eduntur munera. Velleius 2, 130, 1 Quam magnifici  
 animi temperamento Cnei quoque Pompeii munera absumta igni re-  
 stituit. Conf. Idem 2, 48, 2. Ouid. de Arte Am. 1, 69. Vid. Gerh.  
 Vossius ad l. c. Vell. et Heins. ad Ouid. Fast. 6, 92 p. 194. Hinc Deus  
 Moderator tanti operis et muneris Cicero Tuscul. 1 c. 29 de mundo.  
 ¶ 7 Quo munere Virgil. Georg. 4, 520 nihil videtur esse aliud, quam  
 100 ἡ χάρις qua causa: simile illi Georg. 4, 150 pro qua mercede canoros Cu-  
 retum fonitus crepitantiaque aera secutae, i. ἡ χάρις, vel ἀνδ' ὄν, ideo, quod.  
 Vid. BENEFICIUM. ¶ 8 Librarios voces, Munus et Numen  
 permutare in obliquis, docet Drakenb. ad Sil. 8, 243.  
 MVNVSCVLVM, i. n. Diminut. Cic. Att. 1, 5 (9) Tulliola de-  
 105 liciolae nostrae tuum munusculum flagitat. Virg. Ecl. 4, 18 At tibi  
 prima

prima puer nullo munuscula cultu, etc. Non ingrata Catul. Argon. l. 62 (65) 103. Non iniusta Hor. Epist. 1, 7, 17. Condonare munusculum, vid. CONDONO. Cic. Fam. 8, 8 Nemini hoc deferre munusculum maluit, quam suo accusatori ironice, de accusatione. Ut cum aliquo munusculo epistolam Mittam Sen. Ep. 10. Promittere 5 Catul. Argon. 62, 103.

MVNVSCVLARIVS, i. m. Qui munuscula corradit. Apud August. Vid. Saresb. 3, II. et Isidor. Gloss. 12.

MVNERARIVS, a, um. Adi. Libellus Treb. Pollio in Claud. c. 5 in quo Catalogum fuisse gladiatorum locus ipse ostendit. 10

MVNERARIVS, i. m. [ἀγωνοθέτης] Muneris gladiatorii exhibitor. Suet. in Domit. c. 10 Patremfamilias quod Thracem Mirmilioni parem, munerario imparem dixerat, detractum e spectaculis in arenam, canibus obiecit. Quibus verbis munerarius Domitianus dicitur, ut ludorum exhibitor, a quo Thrax coactus fuerat depugnare; hoc enim significat imparem ei fuisse: quae figura sermonis exitialis homini intempestive faceto fuit. Quinctil. 8, 3, 34 Munerarium Augustus primus dixit. Conf. Sen. Controv. l. 4 praef.

MVNERĀLIS, e. Adi. [πρὸς δῶρον] Quod ad munus pertinet; unde; Muneralis lex, qua Cincius (ut ait Festus) cauit, ne cui liceret ob causam orandam munus aut donum accipere. Plautus Neque muneralem legem, neque lenoniam, roga (sic habent libri, non rogata) fuerit necne, flocci aestimo. Scul. nec fuerit, nec ne, flocci existuma.

MVNĒRO, āre. [δωροδομαί] et MVNEROR, āri. Dep. Donare, vel dono dare. Macrobi. Saturn. 1, 7 Ianus quum Saturnum classe prouectum excepisset hospitio, et ab eo edoctus peritiam iuris, ferum illum et rudem ante fruges cognitum victum in melius redegit, regni eum societate muneravit. Cic. de Inuent. 2, 3 Aliud alii commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. Alexion me opipare muneratus est Id. Att. 7, 2. Et Gell. 18, 12 Verba patiendi pro agentibus in omnibus ferme veterum scriptis reperiuntur; ex quibus sunt pauca ista, quae nunc meminimus: Muneror te, pro munero, etc. Quibus rex eum munerare constituerat Cic. pro Deiot. c. 6. Inani me lance munerat Sen. Ep. 119. Hor. Carm. 4, 2, 21

Vt gaudet infitiua decerpens pira;

Certantem et vnam purpurae;

Qua muneretur te Priape, etc. i. Donet te. Sic Ter.

Heaut. 2, 3, 59 Munerariet ancillas primum, etc. Beneficium munerare Plaut. Capt. 5, 1, 15. i. se gratum praestare. Conf. Non. 7, 81. Gell. 18, 12 sub fin. 40

MVNERĀTVS, a, um. Part. Annian. 14, 7 Mulier munerata vehiculoque imposita. Et Spartianus Adriano c. 3 Locupletissime muneratus.

MVNERĀTIO, ōnis. f. Vlpian. l. 1 §. 5. ff. de tutelae et rat. distrah. Non necessaria muneratio.

MVNERĀTOR, ōris. m. Muneris gladiatorii exhibitor. Florus 45 3, 20, 9.

MVNERĀTRIX, icis. f. ICt. in Dig.

MVNERABVNDVS, a, um. Apul. Met. II p. 265 Quisque munerabundi ad meum festinant illico reducem ab inferis conspectum, i. munera ferentes, ut locus satis indicat. 50

MVNICO, āre. Municas pro Communicas dicebant Festus.

MVNIS, e. Adi. [τέλης] Officiosus, antiquus. Plaut. Merc. prol. 104 Dico eius pro meritis gratum me et munem fore. Conf. Non. 1, 88. Festus, Munem significare certum est officiosum.

MVNIA, orum. n. [ἔργα, τέλη] Obsequia lege debita, et officia quae publice praestantur. Cic. pro Muraen. 72 Omnia haec sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. OB

HAEC INSIGNIA GENERA MVNIORVM Infer. ap. Spon. Misc. Er. Antiq. p. 36. Capessere munia, vid. CAPESSO. Consulatus obire Tacit. Ann. 2, 26, 2. Id. Ann. 4, 39 Non enim exuere imposita munia. Induere ducis Id. Ibid. 1, 69. Implere ducis Id. Hist. 1, 66, 3. Obire regis Liu. 1, 41. Belli Pacisque Liu. 1, 42. Suis ceruicibus munia sustinere Cic. pro Sext. c. 66. Vitae munia servare recto more Hor. Epist. 2, 2, 131. Urbis et Militiae simul obire Tac. Ann. 6, 8, 3. Conf. Vell. 2, 70, 1. 65

MVNICEPS, ipis. Adi. [συνιλεστής] Municipis proprie dicebantur, qui in ciuitatem Romanam recepti, munus participes fiebant.

Festus, Munciceps est, ut ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Item qui in municipio a seruitute se liberauit a municipe. Item municipes erant, qui ex aliis ciuitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem. Haestenus Festus.

Themistocles persuadet omnibus, patriam Municipes esse, non moenia, ciuitatemque non in aedificiis, sed in ciuibus positam Iustin. 2, 12, 14. Cic. de Legib. 2, 5 Ego, me hercule, et illi et omnibus

municipibus duas esse censeo patrias; vnam naturae, alteram ciuitatis. Municipes dicti sunt, quod munera ciuilia capiant. Paullus in lege Munus. D. de Verborum et rerum significatione. Conf. Vlpian. l. 1

D. ad municipalem; et Grot. in Florum Spars. ad h. l. Municipes, qui vna munus fungi debent, dicti Varro de L. L. 4, 36 extr. Municipes abusive nunc dicimus, suos cuiuscunque ciuitatis ciues: ut ait Vlpianus in lege 1 D. ad municipalem. Iuuen. Sat. 4, 13 Iam princeps equitum, magna qui voce solebat Vendere municipes fracta de merce siluros? quasi ciues, in Nilo Aegypti natos, unde praeco etiam erat. Sic 14, 271 Municipes Iouis lagenas dixit. i. Cretici vini. Sic

Martial. 10, 87 Municipes Cadmi lacernas. i. Tyrias, unde Cadmus. Et 14, 114 Municipem Sibyllae testam, Cumanam. Sed proprie Cic.

Fam. 13, 12 Non dubito quin scias non solum cuius municipii sim, sed etiam quam diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri. Add. Id. post red. ad Quir. c. 8. Municipes pro Decurionibus l. 3 C. Th. 90

de Testimoniali ex Trib. et Protec. et ibi Gothofred.

MVNICIPIVM, i. n. Id genus hominum dicitur, inquit Festus, qui quum Romam venissent, neque ciues Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum, vna cum Romanis ciuibus, praeter quam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, sicut fuerunt quondam Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lamuini, Tusculani, qui post aliquot annos ciues Romani effecti sunt. Alio modo, quum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuersa in ciuitatem Romanam venerit, ut Aricini, Cerites, Anagnini. Tertio definitur, quum id genus hominum, qui ad ciuitatem Romanam ita venerunt, sicut municipia essent suae cuiusque ciuitatis et coloniae; vt Tiburtes, Praenestini, Pisani, Arpinates, Nolani, Bononienses, Placentini, Nepefiani, Sutriani, Lucrentes. Haestenus Festus. Accuratus de illis et disertius exponunt recentiores. Vid. v. g. Heinec. Antiquit. l. 1. append. 1, 5, 119 sqq. Breuiter Municipia sunt oppida ciui-

105

100

95

90

85

80

75

70

65

60

55

tate Romana donata, sed diuerso ciuitatis et iurium gradu. Vid. Spanh. Orb. Rom. Diss. 1 c. 9. ubi etiam Coloniarum et Municipiorum discrimen expendit. Lautioris quidem conditionis fuisse Municipia, cum etiam honores Romae capere possent Municipales, apparet. Sed videndi sunt viri docti, quos laudauimus. Caes. Bell. Gall. 8, 50 Vt municipia et colonias appellaret. Cic. Philip. 3, 15 Videte quam despiciamur omnes qui sumus e municipiis, id est omnes plane; quotus enim quisque non est? Idem de Fin. 4, 7 Vides quantum rem agat, ut Circeis qui habitat, totum hunc mundum suum municipium esse existimet. Municipia, Vrbes erant iure ciuitatis Romanae donatae, in quas si coloni deducerentur, in coloniae conditionem transibant, et quum ante sui iuris essent, legem a deductore coloniae accipiebant. Hinc veretur Cicero ne nullus municipia Campaniae colonis occupet, vid. COLONIA. Municipia dicebantur ciuitates suo iure, et legibus gaudentes, muneribus tamen populi Romani et honoribus gaudentes Gell. 16, 13. Munera intelliguntur praesertim militaria: cum ius legionis haberent, et eodem loco essent in ea, quo alii ciues, non militarent in auxiliis. Vid. L. 18 D. de V. S. Municeps genere et nobilitate sui municipii primus Cic. pro S. Rosc. c. 6. Erat adscriptus in id municipium Cic. Fam. 13, 30. Municipia quidam putant a Munitionibus dicta; alii a Munificentia, quod munificae essent ciuitates, Haec Siculus Flaccus p. 1 parum sane accurate. Attributionis finitimis municipiis, vid. ATTRIBVO.

MUNICIPIOLVN, i. n. Sidon. Epist. 3, 1 Ecclesia Aruerni municipioli.

MUNICIPALIS, e. Adi. [μυνηλεσιμὸς] Quod ad municipes pertinet. Cic. de Legib. 3, 36 Vtinam, inquit, M. Cic. isto animo atque virtute in summa Reip. nobiscum versari, quam in municipali maluisses. Arena municipalis Iuuen. Sat. 3, 34. Cic. Att. 8, 11 Rursus autem ex dolore municipali, sermonibusque eorum quos conuenio, videtur hoc consilium exitum habiturum. Eques municipalis Iuuen. Sat. 8, 238. Cic. pro Sull. 26 Est ipse a materno genere municipalis honestissimi ac nobilissimi generis. Id. Att. 8, 21 (13) Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani. Prodigia municipalia Flor. 3, 18, 6 i. municipes pessimi. Sacra municipalia vocantur, quae ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanam acceptam, quae obseruare eos voluerunt Pontifices, et eo more facere, quo fuissent antiquitus. Festus. Municipalis, i. Ignobilis et obscurus. Tacit. Ann. 4, 3 Segue ac maiores et posteros municipali adultero foedabat. Iuuenalis 8, 238 Municipalis eques, de Cicerone. Vt enim municipales homines pro veris ciuibus non habebant, etsi donata ciuitate omnia municipia erant: sic et equites municipales pro ignobilibus equitibus ponere solabant, quod eorum non esset tantus splendor, nec tantae diuitiae, quantae urbanorum equitum. Turnebus.

MUNICIPALITER, Adu. Sidon. Epist. 1, 11 Non eminentius, quam municipaliter natus.

MUNICIPATIM, Adu. Per municipia. Suet. in Caes. c. 14 Senatu vniuerso in socios facinoris vltimam statuente poenam, solus municipaliter diuidendos custodiendosque publicatis bonis censuit.

MUNICIPATIVS, ūs. m. Ius municipii s. ciuitatis, πολιτευμα. Tertull. de Coron. Mil. c. 13 Noster, inquit, municipalis in caelis. Et frequenter apud Hieronymum, ut Ep. 1 et 3 ad Heliod. et 13 ad Paullin. et 58 ad Damasum extr.

MUNIFER, era, erum. Adi. Qui munera fert Isidor. Gloss.

MUNIFICVS, a, um. Adi. [δωρηματικός, πολύδωρος] Qui munus facit, speciatim, qui libenter munera, i. dona dat aliis. Plaut. Amph. 2, 2, 212 Tibi morigera, atque ut munifica sim bonis, profui probis. Vid. Non. 1, 88. Conuenit, tum in Dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum Cic. Off. 2 c. 8. Laudis munificus Claud. Conf. Hon. 4, 499. Siluarum munifica genera, quae praebent lignorum copiam. Plin. 3, 5. Liu. 33, 21 Mitis ac munificus amicus fuit. Dea munifica, Ceres Ouid. Amor. 3, 10, 5. Numa Id. Fast. 3, 385. Opes Id. ex Pont. 4, 1, 24. Patria Liu. 4, 60. Compar. et Superl. Cic. pro Rosc. Com. 22 c. 8 Semper liberalissimus munificentissimusque fuit. Munificior a munifico identidem Cato dixit, quum nunc Munificentior dicamus, quamuis munificens non sit in vsu Fest.

MUNIFICE, Adu. [δωρηματικός] Large, abundanter. Cic. de Nat. Deor. 3, 69 Haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, solertiam, quam rationem vocamus, quoniam pestifera sint multis, admodum paucis salutaria, non dari omnino, quam tam munifice et tam large dari. Aequae et munifice tueri societatem coniunctionis humanae Id. de Finib. 5, 55 c. 23. Adiuuare munifice rem alicuius Liu. 22, 37. Augere munifice Id. 2, 2. Facere munifice religiosaeque Plin. Epist. 9, 216. Largiri praedam munifice Liu. 1, 54.

MUNIFICO, are. [πλερίζω] Ditare, beatum facere. Lucret. 2, 625 de Cybele deorum matre, Munificat tacita mortales muta salute.

MUNIFEX, icis. Adi. Munifices, auctore Festo, Qui non vacabant, sed munus principi faciebant. Contra Beneficarii dicebantur, qui vacabant muneris officio. Vid. BENEFICIARII. Et Munifices a Vegetio 2, 7 dicuntur Milites, qui munera (alii munia legunt) faciunt: quibus immunes non obstricti sunt. Adde Ammian. 16, 5. Inde illud Plinianum per metaphoram dictum 11, 40 Vno vero ex omni turba relicto, sola munifex mamma, quae genito fuerat attributa, descendit. Munificem mammam Plinius pro Lactante dixit, qua scilicet foetus lactatur.

MUNIFICIUM, i. n. Opus quod debent aut praestant Munifices. Paullus I. Si publicanus. D. de publican. et vectig. De rebus quas in vsu aduectas sibi mandant praesides, diuus Hadrianus praefectibus rescripsit, ut quoties quis in vsu aut eorum qui prouinciis exercitibus praesunt, aut procuratorum suorum, aut vsus sui causa mittet quandam enturum: significet libello manu sua subscripto, eumque ad publicanum mittat: ut si quid amplius quam mandatum est transferat, id munificium sit. Sic habent Haloander et Paudeflae Florentinae.

MUNIFICENTIA, ae. f. [πολυδωρία] Plin. 27, 1 Nec dubio superata hoc modo posset videri etiam rerum naturae ipsius munificentia, si humani operis esset inuentio. Seueritas et munificentia Tacit. Ann. 1, 46. Liu. 7, 16 Ad copiam rerum addidit munificentiam, etc. Add. Id. 22, 61. ¶ 2 Idem quod Munificium significat Hygin. de Limit. p. 186 Goef. Excepti sunt fundi bene meritorum, ut in totum priuati iuris essent, ne coloniae (Datino casu) vllam munificentiam (munus, et quodcunque genus operae aut tributi) et essent in solo Populi Rom.

MUNERIGERVLVS, i. m. Plaut. Pseud. 1, 2, 48 Manipulatim mihi munerigeruli iam hic assint. Conf. Truc. 2, 7, 1. et Parei Lex. Cris.

**MVNYCHIA**, ae. f. [*Μυνυχία*] *portus Atticae. Hinc*  
**MVNYCHIVS**, a, um. Adi. [*Μυνυχίος*] Ouid. Met. 2, 709  
 Munychiosque volans agros, gratamque Mineruae Despiciēbat humum.  
*i. Atticos.* Arces Munychiae Stat. Silu. 5, 3, 107. *i. Athenae ipsae.*  
 Rura Munychia Id. Theb. 12, 616.

## M V R

**MVRAENA**, ae. f. [*μύρανα*] *Piscis est non dissimilis anguillae.*  
 Plin. 9, 23 Muraena quocunque tempore parit, quum caeteri pisces  
 stato pariant. Oua eius citissime crescunt in sicco litore. Elapas  
 vulgus coitu serpentium impleri putat. Aristoteles Myrinum vocat  
 marem qui generat. Discrimen esse, quod muraena varia et infirma  
 fit, myrinus unicolor et robustus: dentesque extra os habeat, etc.  
 Tertullianus de Pall. c. 5 p. 56 Salmaf. Vedius Pollio feruos muraenis  
 inuadendos obiecitabat. Noua scilicet saeuitia delectato, terrenae be-  
 stiae exedentulae, et exunguis, et excornis. De piscibus placuit feras  
 cogere, vtique statim coquendis, vt in visceribus earum aliquid de fer-  
 vorum suorum corporibus et ipse gustaret. *Multa ad b. l. de philolo-*  
*gia Muraenarum Salmaf. p. 439 sqq. Add. Colum. 8 Macrob. Saturn. 20*  
 3, 15. Martial. 13, 80 Quae natat in Siculo grandis muraena profundo,  
 Non valet exustam mergere sole cutem. Plaut. Amph. 1, 1, 163 Mirum  
 ni hic me quasi muraenam exollare cogitat. Abstinerē ostreis et mu-  
 raenis, *vid. ABSTINEO. Conf. Manut. ad Cic. Fam. 7, 26 extr.*  
 Plin. 9, 55. Horat. Sat. 2, 8, 42. Martial. 10, 30. ¶ 2 Mu-  
 raena etiam Cognomen Romanum gentis Liciniae Varro de R. R. 3, 3, 10.  
 vt, L. Muraena consul, pro quo exstat oratio Ciceronis. In Lapi-  
 dibus Capitol. et numis gentis Liciniae Muraena.

**MVRAENŪLA**, ae. f. Colli aurum nuncupat vulgus, Hieronymo  
 Praef. in Iob. tradente, quod scilicet metallo in virgulas lentefcente, 30  
 quadam ordinis flexuosi catena, contextitur, ex piscis vtique imagine  
 vocabulo conformato *Caes. 4, 2. Add. Vulgat. Esai. 3, 20.*

**MVRALIS**, **MVRATVS**, *vid. MVRVS.*

**MVRCEA**, **MVRCIA**, an **MVRTIA** Venus, an **MVRTEA**  
*sive MYRTEA?* Postremum probabile facit non Plinius modo 15, 29 35  
 f. 36 *vbi de Myrto*, Quin et ara vetus fuit Veneri Myrtae, quam nunc  
 Murciam vocant. Sed et Varro de L. L. 4, 32 p. 37, 11 Intimus Circus  
 ad Murtium vocatus, vt Procilius aiebat, ab vrceis, quod is locus esset  
 inter figulos. Alii esse dicunt a murteto declinatum, quod ibi id fu-  
 erit: cuius vestigium manet, quod ibi facellum etiam nunc Murtiae 40  
 Veneris. Posterioribus tamen alia etymologia placuit, certe Christianis.  
 Tertull. de Spectac. 8 Confus apud metas sub terra delitescit Murcias.  
 Has quoque idolum fecit. Murciam enim deam marcoris volunt, cui  
 in illa parte aedem vouere. *Marcoris est ab emendatione Turnebi.*  
*Libri marmoris, vnde amoris alii faciunt. Arnob. 4 p. 132 extr. Quis 45*  
*credat segnium Deam Murciam? Nam typorum modo errore positum esse*  
*videtur Murcidam. Augustin. de C. D. 4, 16 Vocauerunt Deam*  
 Murciam, quae praeter modum non moueret, ac faceret hominem, vt  
 ait Pomponius, murcidum, id est nimis desidiosum et inactuosum.  
 Seru. ad Aen. 8, 636 Vallis ipsa vbi Circenses editi sunt, ideo Murcia 50  
 dicta est, quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt;  
 alii, quod sanum Veneris Verticordiae ibi fuerit, circa quod nemus e-  
 myrtetis fuisse, inde mutata litera Murciam appellatam: alii Murciam  
 a Murco, quod est Murcidum, dictam volunt: pars a Dea Murcia,  
 quae cum ibi Bacchanalia essent, furorem sacri ipsius murcidum face- 55  
 ret. *Caeterum etiam Metae Murciae distae sunt in Circo maximo,*  
*apud quas Confus sub terra delitescit Tertull. de Spectac. 8. De his*  
 Apul. Met. 6 p. 176, 13 Si quis a fuga retrahere vel occultam demon-  
 strare poterit fugitiuam — Pfychen, conueniat retro metas Murcias  
 Mercurium. Festus, Murciae Deae facellum erat sub monte Auen- 60  
 tino, qui antea Murcus vocabatur.

**MVRCEVS**, a, um. Adi. *Ignauus, segnis. Vet. Gl. Murci, μωρεός.*

**MVRCIDVS**, a, um. Adi. *Idem. Augustin. de C. D. 4, 16. Locum*  
*modo dedimus in MVRCEA. Plaut. Epid. 3, 1, 12 Vae tibi, murcide*  
*homo. Apud Festum editur Murrigidum, ignauum, stultum. Plau-*  
*tus Murricide homo, ignaue, iners. Scaliger malebat murcidum,*  
*μωρολόβον, qui facilius mures quam hostes interficiat. Sed optimum vide-*  
*tur, Murcidum et Murcide legere, et deriuare a Murcus, vt Flaccidus*  
*est a Flacco.*

**MVRGINARIVS** Gloss. Isid. Mutilus. *Vid. quae statim dicentur, 70*  
*in MVRCVS.*

**MVRCVS** conuicium ignauiae, de quo Ammian. Marcell. 15, 12 *vbi*  
*de Gallis*, Nec eorum aliquando quisquam, vt in Italia, munus Mar-  
 tium pertimescens, pollicem sibi praecidit, quos iocaliter (al. localiter,  
 i. lingua loci s. Italiae) Murcos appellant. Liutprandus in histor. 75  
 PP. in Innoc. *Lindebrogio ad b. l. laudatus*, De indulgentia Clerico-  
 rum querimoniam facienti, cum aliquos murcos, aliquos digamos  
 habere diceret, respondit, illum, qui volens partem digiti sui absci-  
 derit, iuxta Canones non posse admitti ad clerum. Et Gl. Lat. Mur-  
 cinarius, Mutilus. *Est hodie Germanorum quorundam verbum vermurk-*  
*sen, i. mutilare. Vossius deriuat a μαλακός, μαλακός, Aeol. μωλοός,*  
*indeque Murcus. Vid. locum Seruii ad Aen. 8, 636 quem modo dedimus*  
*in MVRCEA.*

**MVRCIÖLVN**, i. n. Columella Semen lentisci vocat, velut a  
 figura muricis, quod buccini specie visatur is folliculus. Nisi quis pro 85  
 Languido accipiat! quando et numen socordiae Murceam deam vocabant.  
 Haec Hermol. in Plinii 9, 33 (3) Columellae locus forte intelligitur 10,  
 238. *Vbi dedimus Myrteolo s. Murteolo modo crine viret de Cinara.*

**MVRENA**, ae. m. Proprium viri. *Vid. MVRAENA, paullo ante.*

**MVREX**, icis. m. [*ἀμωρεός, μύραξ, ὄστρεον*] *Piscis marinus ex con-*  
*charum genere a purpura diuerso. Murices Scribon. 104. Plin. 9,*  
 25 Mutianus muricem esse latiore purpura, neque aspero, neque ro-  
 tundo ore, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice, concha  
 vtroque latere sese colligente, etc. Columel. 8, 16 Eadem quoque 95  
 maxime idonea est conchyliis, muricibus et ostreis. *Ex muricis colore*  
*fit calor purpureus. Virg. Ecl. 4, 43 Ipse sed in pratis aries iam situae*  
*rubenti Murice etc. Afro murice tinctae lanæ Hor. Carm. 2, 16, 36.*  
 Baiano murice melior Lucrina Peloris Id. Serm. 2, 4, 32. Getulo  
 tinctae vestes Id. Epist. 2, 2, 181. Imperatorius Ammian. 15, 21.  
 Intortus Valer. Argon. 3, 727. Phocaico bibulas tingeat murice 100  
 lanas Ouid. Met. 6, 9. Sidonio tincta lana Tibull. 3, 3, 18. Tyriis  
 muricibus iteratae vellera lanæ Hor. Epod. 12, 21. Murex, pro  
 Purpura interdum accipitur, quam Sidon urbs Syriae gignit. Virg.  
 Aen. 4, 262 Tyrioque ardebat murice laena. Aurato prae fulgens  
 murice ductor Sil. 4, 326. ¶ 2 Murex, Acumen, seu Aspe- 105

ritas saxi, inquit Nonius. Virg. Aen. 5, 205 Concussae cautes, et acuto in murice remi Obnixi crepuere. Ab asperitate murorum, inquit Perottus. Vid. ACVO. et Sil. 17, 281. ¶ 3 Murices; sunt Tribuli, vel ut Graece *τρίβολοι*, machinulae ferreae, dolosae, trigona aut tetragona forma, quae in quacunq; partem incubuerint, unum aut plures aculeos infestos protendunt. Plin. 19, 1 s. 6 Cato Censorius sternendum forum muricibus censuerat, ne luberet hominibus, ibi sine causa consistere. Curtius 4, 13, 36 Bion quidam transfuga nuntiat regi murices ferreos in terram defodisse Darium, qua hostem equites emissurum esse credebat. Tribulorum meminit Vegetius 3, 24. Sed Cato R. R. 135, 1 Murices interpretatur Popma, frena ferrata asperrima, et clauos eminentes in collaribus canum.

MURICĀTVS, a, um. Adi. [*μυακῶδες*] Quod ex muricis modo factum. Plin. 20, 23 Vtrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Gressus muricati, Fulgentio Mytholog. 1, 1 i. Formidolosi et pauidi, quales sunt eorum, qui inter murices incedunt: Intuemur, inquit, arua, quibus adhuc impressae bellantium plantae muricatos (quod aiunt) sigillauerunt gressus. Et formidine menti nondum extersa, hostes in vestigiis pauebamus: terrorem enim pro sui memoria miles hostis haeredem reliquerat.

MURICĀTIM. Adu. [*μυακῶδόν*] Conuolutum, inquit Budaeus: In modum muricis. Columel. 9, 33 Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emissio.

MURICEVS, a, um. Adi. Aufon. Epist. 9, 4 Antra et muriceis scopulorum mersa lacunis.

MURILEGVLVS, i. m. *μυακωλεῦλης* Gloss. Lat. Gr. [*μυακῶλογος*] a Muricibus legendis siue colligendis nomen habet. Meminit Iustinianus, titulo Cod. de Monetariis et murilegulis. Est et in Cod. Theod. titulus de Murilegulis et Gynaeciariis etc. ubi omnia Gothofredus.

MURGANTIA, ae. f. Vrbs Siciliae. Liu. 24, 36. et 26, 21 Conf. Sil. 14, 265. Est etiam Valida vrbs in Samnio Liu. 10, 17.

MURGENTINVS, a, um. Vina Murgentina, a loco dicta Varr. de R. R. 1, 25. et Cato c. 6. Vitis Murgentina Colum. 3, 2.

MURGER (inquit Festus) dici solet a castrensi omnibus, quasi mucosus, is qui talis male ludit. Obsoletum. Nec inuenio

MURGISO, onis. m. Iners, desidiosus. A mora et desidendo dictus, inquit Festus. Isid. Gl. Murgiso callidus murmurator, f. Morator.

MURIA, ae. f. [*ἄλμη*] Genus falsamenti, quod ex piscium liquamine fiebat, praesertim thymorum. Vid. Scalig. Lect. Auf. 2 c. 28 p. 105. Burm. ad Quinctil. 8, 2 pr. Perf. Sat. 6, 20 Tingat olus siccum muria vaser in calice emta. Hor. Serm. 2, 8, 54 Incoquere — echinos — muria, quam testa marina remittit. De Arida muria (i. osello arefacto) vid. Scalig. Aufon. Lect. 2 c. 28 p. 105. ¶ 2 Muria,

[*ἄλμυρις*] Aqua salsa, siue salgusa. Columel. 12, 25 Quoniam quidam, immo etiam fere omnes Graeci, aqua salsa, vel muria mustum condiunt, eam quoque partem curae non omittendam putauit. In mediterraneo, quo non est facilis aquae marinae inuectio, sic erit ad condituras conficienda muria. Huic rei vel maxime est idonea caelestis aqua: si minus, ex fonte liquidissimo profluens. Condire muria Colum. 12, 25. Durati muria pisces Quinctil. 8, 2, 1. Miscere olium mero muriaque Hor. Sat. 2, 4, 65. Cic. de Finib. 3, 45 Ut

obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernae, et ut interit magnitudine maris Aegei stilla muriae, et ut in diuitiis Croesi teruntii accessio, etc. Cruda muria, et matura, vid. mox Dura muria ex Colum. 12, 6. Dura recens muria Scribon. 60. — pota 185. Cels. 4, 9 Edenda sunt falsamenta, vel oleae ex muria dura. Ibid. c. 15 Themison muria dura quam asperrima sic vtendum, memoriae prodidit. Columel. 12, 6 Muriam duram sic facito: Dolium patentiissimi oris locato in ea parte villae, quae plurimum solis accipit. Id dolium aqua caelesti repleto, ea est enim huic rei aptissima; vel si non fuerit pluuiialis, certe fontana dulcissimi saporis. In eam tum indito sportam iunceam, vel sparteam, quae replenda sit sale candido, quo candidior muria fiat. Quum salem per aliquot dies videbis liquefcere, ex eo intelliges nondum esse muriam maturam. Itaque subinde alium salem tandiu ingeres, donec in sporta permaneat integer, nec minuat. Quod quum animaduertes, scies habere muriam maturitatem suam. Et si aliam in id vas facere volueris, hanc in vasa bene picata diffundes, et operam in sole habebis. Omnem enim mucorem vis solis aufert, et odorem bonum praebet. Est aliud muriae maturae experimentum. Nam ubi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innabit, maturam. Haftenus Columella. Add. Cato R. R. 88. quem damus in MURIES, it. c. 105. Ex cuius verbis palam est, eandem esse muriam duram et maturam. Sed cur dura vocatur, quae tamen liquida est? Dura certe ob id dicitur, quod aqua in ipsum salem vim suam liquefaciendi, non secus ac si arida esset, exercere nequit: quod liquida utique aqua et non indurata faceret, salemque colliqueret. Dura etiam per metonymiam, quod sale suo cibos durare potest diuque conseruare. Conf. Rhod. in Lex. Scribon. Plin. 31, 6 duram non appellat, sed certam mensuram salis exprimit in aquam mergendi, quo dura reddatur. Verum, inquit, et hoc cura prouidit, inuenta ratione qua sibi quisque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum, si plus quam sextarius salis cum quatuor aquae sextariis mergatur, vinci aquam, salemque non liquari. Caetero sextarius salis cum quatuor aquae sextariis, salissimi maris vim et naturam implet. Moderatissimum autem putant, supradictam aquae mensuram octonis cyathis salis temperari. Haec Plinius. Hunc autem muriae maturae parandae modum etiam Galenus lib. 4 simplicium pharmacorum prodit. Sed eam tamen, cui ouum innatat, *εὐκράτο, ἄλμην*, hoc est temperatum et maturam ad salgama condenda appellat: eam vero, quae iniectum salem amplius colliquefcere non permittit, vehementer falsam, hoc est, *δενῶς ἄλμυρῶν* vocat: quum Columella hoc vtrumque experimentum maturae muriae esse dicat, nisi quod dulcem caseum oui loco demittendum tradit.

MURIES, ei. f. [*ἄλμυρις*] Eadem quae Muria. Ponamus locum Catonis R. R. 88 ut comparari possit, cum eo, quem e Columella modo posuimus: Salem candidum sic facito. Amphoram defraeto collo puram impleto aquae purae: in sole ponito. Ibi fiscellam cum sale populari suspendito, et quasiato, suppletoque identidem. Id aliquoties in die quotidie facito, vsque donec sal defuerit tabescere biduum. Id signi erit. Maentam aridam vel ouum demittito: si natabit, ea muries erit, vel carnem, vel caseos, vel falsamenta quo condias. Eam muriam in labella vel in patinas in sole ponito. Vsque adeo in sole habeto, donec concreuerit. Inde flos satis fiet.

MURIA TICVS, a, um. Adi. [*ἄλμυριδῶτες*] Quod in muria diu fuit. Plaut. Poen. 1, 2, 31 Soror cogita amabo, item nos perhiberi, quasi

quasi falsa muriatica esse autumantur, sine omni lepore, et sine suavitate, Nisi multa aqua et diu macerantur. Olent, falsa sunt, tangere ut non velis. *Idem* Plaut. Poen. 1, 2, 39 Scit muriatica ut macerent.

MVRILEGVLVVS, *vid.* MVRER.

MVRINA, *vel* MYRINA, *rectius* MYRRHINA *vel* MVR. 5  
RHINA, *vid.* sub MYRRHA.

MVRMYR, *uris. n. rarissime m.* [*γογγυσμός, ψιδυσιμός*] *Lenis aquae et alius quicumque strepitus. Nomen est ficticiuum, teste* Quinctil. 8, 6. Plin. 2, 80. *Vid.* *Burm. ad* Nemesian. Cynege. v. 275. Maris murmur Cic. de Orat. 3, 159 c. 40. Ponti murmura Lucret. 3, 1045. 10  
Vocis paruae Ouid. Met. 12, 49. Altum Seneca Oedip. f. 12. Virg. Aen. 10, 99. — ceu flamina prima, Quum depresso fremunt siluis, et caeca volutant Murmura. Spumea tum primum rabies — et anhelio Clara meatu murmura Lucan. 5, 190 *de furente.* *Add.* Id. 9, 927. Clauso rancus Perf. 5, 11. Fera Propert. 4, 4, 61. Stat. 15  
Theb. 10, 323 — ecce iacentis Inachus vates iugulum fodit, expulit ingens Vina cruor, fractumque perit in sanguine murmur. Fragosa Claud. Conf. Stil. 2, 338. Futile Valer. Argon. 8, 354. Graue Senec. Agamemn. f. 6. Ieiunum Hircanae tigridis Stat. Theb. 12, 170. Incertum Quinctil. 2, 11. Ingens erat in aedibus Ouid. Met. 7, 645. 20  
Insueta murmura tubae Sil. 5, 12. Magnum murmur montis Virg. Aen. 1, 59. Cic. in Arato 71 Nec metuunt canos Minitanti murmure fluctus. Modicum Iuuen. Sat. 10, 289. Moeustum Valer. Argon. 1, 626. Querulum Senec. Herc. Oct. f. 3. Rabidum Valer. Argon. 4, 239. Rancum murmur ciet cadens vnda Virg. Georg. 1, 109. 25  
Secreta vulgi Iuuen. Sat. 10, 89. Stridenti murmure rancus clangor Sil. 16, 94. Suppressum Valer. Argon. 5, 469. Triste murmur tubae Sil. Vastum Virg. Aen. 1, 249. Id. Ecl. 9, 58 Et omnes (Adspice) ventosi ceciderunt murmuris aurae. ¶ 2 *Verborum*

*formulae:* Ouid. Met. 1, 206 Qui postquam voce manueque Murmura compressit, tenuere silentia cuncti. Dicere aliquid tenui murmure Ouid. Epist. 12, 56. Dicta exiguo verba Id. Ibid. 18, 19. Dare Lucret. 6, 141. Dedit parua Ouid. Met. 2, 788. Edere rancum Id. Ibid. 14, 280. Figit arcana auribus Stat. Achill. 1, 380. Fremunt incluso alta corda Senec. Agamemn. 7. Increbrescit nemorum 35  
Virg. Georg. 1, 359. Indignantur magno venti Lucret. 6, 100. Labitur horrendo amnis Ouid. in Ibin 77. Labentes iucundo riuu Id. Rem. Amor. 177. Laxauit in vocem Claud. in Eutrop. 2, 254. Minitans murmur caeli Lucret. 1, 70. Miscetur magno caelum Virg. Aen. 4, 160. Mugit depresso sub murmure tuba Lucret. 4, 40  
549. Orantes pauido Claud. Conf. Hon. 4, 446. Percurrunt caelum Lucret. 5, 1220. Perstringis aures minaci murmure cornuum Hor. Carm. 2, 1, 17. Reddunt pro verbis murmurata Ouid. Met. 10, 703. *De duobus mutatis in leones.* Rodere murmura Perf. 3, 81. Strepit omnis murmure campus Virg. Aen. 6, 709. Venerantur 45  
tacito murmure nomen Ouid. Met. 6, 203. *Masculino genere dixit* Varr. apud Non. 3, 142 Verus murmur.

MVRMVRRO, *are.* [*μορμυρίζω, μορμύρω*] *Murmur facere.* Plaut. Casin. 4, 3, 6 Mihi inanitate iam dudum intestina murmurant. Conf. Id. Aul. 1, 1, 13. Cic. Tusc. 5, 116 c. 40 Murmurans mare. Plin. 50  
18, 35 Murmurans ignis. Murmuratur, dictum a similitudine sonitus. Qui murmurat, ita leniter loquitur, quod magis id sono facere, quam ut intelligatur, videatur. Hinc etiam Poetae Murmurantia litora Varr. de L. L. 5, 7. Lingua flebile murmurat exanimis Ouid. Met. 11, 53. Vnda murmurat Virg. Aen. 10, 212. 55

¶ 2 *Apud sacros scriptores est γογγύζειν, i. cum indignatione, meticolosa tamen, et submissa voce obloqui aut contradicere. Sic Murmuratio et Murmurator.* Part. Murmurans Vulgat. Nahum 2, 8.

MVRMVROR, *ari.* [*μορμύρομαι*] *Deponens apud antiquos.* Varro, Ita ut soliti eramus, Romae in balneis plodere coepimus, et murmurari. *it.* Quadrigarius, *utrumque ap.* Non. 7, 85.

MVRMVRATVS, *a, um.* Part. Apuleius Apol. p. 482 *Flor. de Magia*, Plerumque noctibus vigilata, et carminibus murmurata.

MVRMVRATIO, *onis. f.* [*μορμυρισμός*] *Murmuratio aquilarum* Plin. 10, 3. *Murmuratio querula* Id. 10, 3. *Murmuratio, pro Strepitu aut fremitu obloquentis ac contradicentis.* Senec. de Ira 3, 24. *Item* Epist. 108 (107) Optimum est pati quod emendare non possis: et Deum quo auctore cuncta proueniunt, sine murmuratione sequi.

MVRMVRATOR, *oris. m.* [*γογγυστής* Gloss. Lat. Gr.] August. 70  
Retract. 2, 20 Non illis aduersus Deum murmuratoribus.

MVRMVRABVNDVS, *a, um.* Adi. Apul. Met. 2 p. 123 *Elméb.* Indigna murmurabundus.

MVRMVRILLVM, *i. n.* Dimin. [*ψιδυσιδίων*] Plaut. Rud. 5, 3, 48 Palam age, nolo murmurillum, neque susurrum fieri mihi. 75  
*Al. diuidunt, murmur vllum.*

MVRMVRILLO, *are.* [*ψιδυσιζω*] *Murmurare.* Plaut. Frag. 3, 59 Quid murmurillas tecum, ac te discrucias? *Hic versus in quibusdam exemplaribus deest.*

MVRMVRIOSVS, *γογγυσής* Gloss. Lat. Gr. 80  
MVRBATHRARIVS, *i. m.* Plaut. Aul. 3, 5, 37 *i. qui calcementis muliebribus βάρους, μύρα, i. unguento, suauem conciliat odorem, al. myrobrecharius. Vid. Turneb. in Not. ad Theophr. de odorib. Scribitur ab aliis murobractarii, μωροβράκται. Al. Malobathrarii.*

MVRRANVS, *i. m.* Priscus Latinorum rex, a quo postea Latini omnes reges, Murrani sunt dicti. *Auctor* Seruius. Scimus enim, inquit, solere plerumque fieri, ut primi regis, reliqui nomen eius possideant, ut apud Romanos Augusti vocantur, apud Albanos Siluii, apud Perfas Arfacidae, apud Aegyptios Ptolemaei, apud Athenienses Cecropidae. *Haec* Seruius, *enarrans carmen illud* Virg. Aen. 12, 529 90  
Murrani hic, atavos, et auorum antiqua sonantem Nomina, per regesque actum genus omne Latinos. *Alii, quod murra unguentisque oblinerentur: vel quod oppidis muro clausis et cinctis praecessent, ut murrani, quasi murrani dicantur.*

MVRRA *ut meliores libri, vel ut alii* MVRRA, *ae. f.* *Gemma, sed imperfecta, i. minus dura, minus splendida, e qua exsculpebantur murrina, ad cuius similitudinem murrea arte fiebant.* Lucan. 4, 380  
Non auro murrasque bibunt. Stat. Silu. 3, 4, 58 Murrasque graues, crystallaque portat. Martial. 14, 113 *cuius lemma est* Murrhina, Si calidum potas, ardenti murrha falerno Conuenit, et melior fit sapor 100  
inde mero. *Vid. Io. Frid. Christii erudita de Murrinis veterum disputatio.* ¶ 2 Murrha, *pro Smyrnio herba.* Plin. 19 c. vlt. Libanotis odorem turis, murrha myrrhae reddit. *Nempe Myrrha melius.*

MVRRHINA, *ae. f.* *Vinum aromaticum. Vid. sub* MYRRHA.

MVRRHINVS, *sive* MYRRHINVS, *a, um.* Adi. [*μυρρίνης*] 105

VOL. III.

*Quod ex murra factum et sculptum est.* Calix Suet. Aug. c. 71. Plin. 37, 2 Oriens murrhina mittit. Inveniuntur enim ibi in pluribus locis nec insignibus, maxime Parthici regni, praecipue tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos, crassitudine raro, quanta dictum est (*statim dabimus locum*) vasi potorio. Splendor his sine viribus, nitorque verius quam splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, et tertium ex utroque ignescentem velut per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. *Ultima paullo aliter Harduinus, et sunt ibi plura apud Plinium, de quibus primo praecedentia quaedam damus s. 7* Eadem victoria (Pompeii primum in urbem murrhina inuexit, primusque Pompeius lapides (*pulchre emendat, suffragante ipso paullo post Plinio, Christius p. 7 Capides*) et pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicavit: quae protinus ad hominum usum transiere, abacis etiam escariisque vasis inde expetitis. Excrescitque in dies eius rei luxus, murrhino LXX talentis emto, capaci plane ad sextarios tres calice. *Post alia luxus in ea re exempla: Sed Nero, ut par erat principem, vicit omnes trecentis talentis capidem vnam parando. Tum interpositis iis, quae iam dedimus, Sunt qui maxime in iis laudent extremitates, et quosdam colorum repercussus, quales in caelesti arcu spectantur. His maculae pingues placent. Translucere quidquam aut pallere, vitium est. Item sales, verrucaequae non eminentes, sed ut in corpore etiam, plerumque sessiles. Aliqua et in odore commendatio est. Conf. Isid. Orig. 16, 12. Plin. 36, 26 s. 67 de vitro Obsidiano, Fit et album, et Murrhinum, aut hiacynthos sapphirosque imitatum. Hic aut Nominatiui casus est Murrhinum, et adiectiue ponitur, pro eo, quod habet similitudinem vasis murrhini; aut, quod Christio placet, Accusatiuus est, qui ad imitatum refertur. Martial. 13, 10 Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum Sume, dabunt calices haec tibi vina suos. Iuuen. 7, 133. Argentum murrhina, villas res pretiosissimae. Sen. Epist. 123 Crystallina et murrhina coniungit. Et de Benef. 7, 9 inter ea, quae gentium oculos regumque praefringunt, inter pretia sanguinis animarumque, ponit Murrhina pocula. Addit, Parum scilicet luxuria magno furit, nisi quod vomant capacibus inter se geminis propinarent. Gemmas aliquantum improprie vocat ob colorem, pretium, auctoritatem, licet summa durities et splendor desit. Caeterum non fictilia esse murrhina, Sed fossilia, probat Christius ex Plin. 33, 1 Murrhina effodimus — turba gemmarum potamus, tanquam vna gemma sint murrhina et crystallina. It. 35, 12 Non murrhinis inter sacra, sed fictilibus prolibari simpuniis. Et 36, 26 Eo peruenisse luxuriam indignatur, ut etiam fictilia quaedam pluris constarent, quam murrhina. Reliqua cumulate dabit laudatus Christius. Vnum modo addimus Sueton. Aug. c. 71\* Alexandria capta nihil sibi praeter vnum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuit. Sed Heliogabalus apud Lamprid. 32 in murrhinis et onychinis miuixit.*

**M V R R H E V S, vel M V R R E V S, a, um.** Aliud Adi. [*μύρρηος*] Idem putatur quod Murrhinus. Sed potest tantum similitudinem murrhae notare. Iabolenus in lege Vasa. D. de Supellectili legata, scribit, murrhae vasa, quae ad usum edendi et bibendi causa reperia sunt, esse in supellectili. Sic Onyx murrheus Propert. 3, 8, 22. i. vas onychinum, murrhae simile. Id. 4, 5, 26 Murreaque in Parthis pocula cocta focis. Si haec vera lectio, intelligi possunt fictilia quaedam, murrham imitantia. Sed Turneb. 8, 1 dedit Murreaque in Parthis pocula cocta suis: ubi cocta potest ad naturalem lapidis illius maturitatem referri, de qua audiuimus modo Plinium. Haec disputat Christius, qui putat hoc esse discrimen, ut Murrea sint vitra ad imitationem murrhinorum facta; murrhina autem quae nascerentur, e murrhae lapide excavata. Sen. Ep. 119 Vtrum sit aureum poculum, an crystallinum, an murreum, an Tiburtinus calix, an manus concaua, nihil refert. Si sit gradatio descendens, murreum hic quoque fuerit vitreum murrham imitatum. Nam murrhinum etiam auro anteponendum videtur.

**M V R R H A T V S, a, um.** Adi. Idem quod Myrrhatus a Myrrha, quam Murrham veteres Latini dicebant. Exstat XII Tabularum lege 8. de Iure Sacro: VITI NE SVMTVOSA RESPERSIO FIERET, NEVE M V R R H A T A P O R T I O M O R T V O I N D E R E T V R. Vid. etiam Festus, ubi leg. murrata potio, murratum vinum.

**M V R R I O, ire.** Clamare, proprie murium. Gloss. Isidor.

**M V R R O, are.** Murmurare. Gloss. Isidor. Vid. Barth. Ad. 70 vers. 17, 15.

**M V R S A, ae. f.** Pannoniae oppidum ad Drauum fluuium. Vid. Eutrop. 10, 6, 8.

**M V R S E N S I S, e.** Adi. Praelium Murfense. Ammian. 15, 4.

**M V R T A, f. MYRTA, ae. f.** Idem quod Myrtus. Cato R. R. c. 125. sic et Varro, ut statim dicemus it. Apic. 7, 5. et Aurel. Tard. 2, 13, 160. Hinc

**M V R T A T V M, i. n.** Genus farciminis, quod murta large factum intestinum crassum. Varro de L. L. 4, 22. Sic edi volebat Scaliger ex MSS. Generosum opsonium vocat Plin. 15, 29. Vid. Turneb. 80 Aduers. 22, 6. et Voss. Etym. p. 337.

**M V R T E V S, a, um.** Adi. Idem quod Myrteus. Vinum murteum. Cato R. R. c. 125. Color Pallad. Mart. tit. 13. Oleum Scribon. 48. 220. etc. Olea murtea Columel. 5, 8. Virgae Cato 102.

**M V R T I A D E A, M V R T I V S, etc.** vid. M V R C I A.

**M V R T V S, i. f.** pro Myrtus. Scribon. 109 et 115 Murti nigrae baccae. Et 142 Ramuli.

**M V R V S, i. m.** [*τείχος, τείχος, τείχος*] A muniendo dicitur; et proprie est, Urbis lapideus ambitus. Cic. de Nat. Deor. 3, 95 Muris urbis, quos vos sanctos Pontifices esse dicitis. Idem pro Lege Manil. 55 Parua sine muro nihil timebat. De insula Delo: i. sine urbe munita. Muri auctor, ductor, sator, structor idem Poësis. Vid. Bentl. ad Hor. Od. 3, 3, 65. Minae murorum ingentes Virg. Aen. 4, 89. i. Muri alti. Aërii fastigia Valer. Argon. 2, 553. Aheneus Hor. Carm. 3, 3, 65. Crinalis murus Cybeles Claud. in Eutrop. 2, 284. i. Corona muralis. Coctiles muri, Latericii Ouid. Met. 4, 58. Discissi Stat. Silu. 1, 1, 11. Humiles Ouid. Amor. 2, 12, 7. Lapideus, vid. L. A. P I S. Sublimes Claud. Conf. Hon. 3, 121.

¶ 2 Verba: Aedificare muros Ouid. Met. 11, 204. Amplectitur latior murus urbem Hor. de Arte Poët. 219. Attollere subitos Lucan. 6, 33. Cingere oppida muris Virg. Ecl. 4, 32. Circumdare igni Idem Aen. 9, 153.

Circumdabit arces muro Idem ibid. 6, 784. Circumdata triplicis moenia Idem ibidem 6, 549 Contabularunt murum turribus, vid. C O N T A B V L O. Correpere intra murum, vid. C O R R E P O. Defendere longo bello Virg. Aen. 9, 511. Diuidimus muros, et moenia pandimus urbis Idem ibidem 2, 234. Dare murum scelere Claud. Conf.

Hon. A a a



Hon. 4, 108. Virg. Aen. 1, 427 — pars ducere muros, Moliri- que arcem, et manibus subuoluere saxa. Add. Liu. 1, 44. Effundere in planum muros, *Diruere muros, et solo aequare.* Lucan. 1, 383 Tu quoscunque voles in planum effundere muros, Hic aries actus disperget saxa lacertis. Excedere patrios Lucan. 1, 497. Ouid. Met. 11, 535 — aliis murum fodientibus extra, Atque aliis murum trepidare tenentibus intus. Habet hostis Virg. Aen. 2, 290. Impellere manu Stat. Achill. 1, 89. Iacent lapsis muris ingentia saxa Lucan. 1, 25. Percussit murum aries Cic. Off. 1, 35 c. 11. Procumbunt fragiles Claud. de Bello Get. 214. Prosternes conuulsis oppida Sil. 3, 213. Quatere Virg. Aen. 2, 610. Renouare labentes Senec. Thyest. 7. Seruabant tutos aggere muros Virg. Aen. 9, 43. Subdere ignem muris Sil. 17, 514. Tacit. Ann. 2, 20 Quibus plana euenerant facile irrupere, quis impugnandus agger, ut si murum Succederent, grauibus superne ictibus confisterentur. Cic. de Finib. 4, 22 Si Annibal ad portas venisset, murumque iaculo Traiecisset, negaret esse in malis, capi, vaenire, etc. Transcendere muros scalis Sil. 13, 112. ¶ 3 *Formae aliae: per translationem* Cic. Verr. 5, 2 Ad omnes enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. Id. in Catil. 4, 23 Totius mei Consulatus memoriam postulo, quae dum erit vestris mentibus infixæ, firmissimo me muro septum esse arbitror. Cic. in Pison. 9 Lex Aelia et Fufia euersa est, propugnacula, murique tranquillitatis et otii. *Dicitur de viris fortibus.* Murus vrbi, ciuium Virtus Iustin. 14, 5, 7. Ouid. Met. 13, 281 — quo Graium murus Achilles. Vid. Sil. 16, 68. *et ibi Drakenb. et Cellar.* Murus, *Agger etiam dicitur sine fossa.* Varr. de R. R. 14 Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, ut in agro Reatino. *Antiqui scribebant* Moerus unde Pomoeria de quibus s. l. ut Poena Punio, Poeni Punicus, Phoenix Punicus, Moenia Munio etc.

MVRĀLIS, e. Adi. [*τειχιώδης*] Quod ad murum pertinet. Corona muralis, Corona ad murorum effigiem facta, Pinnis, turriumque simulacris distincta Lucret. 2, 606. Corona murali donari solebat ab imperatore is, qui primus murum subiit, et in hostium oppidum per vim escendit. Idcirco quasi muri pinnis decorata est Gell. 5, 6. Plin. 16, 4 Cedunt iis murales, vallaresque, et aureae, quamquam pretio. antecedentes. Conf. Liu. 23, 18. *Et p. a.* Murus crinalis. Herba muralis, Quae in muris crescit Plin. 24, 19. Cels. . . . Honos muralis, h. e. Corona muralis Claud. de Laud. Seren. 182. Ictus muralis, E muro impactus Sil. 6, 269. Machinae murales, Quibus muri diruuntur Plin. 7, 56. Pila muralia, Quae de muris deiciuntur Caes. Bell. Gall. 7, 82. Tormentum Virg. Aen. 12, 921.

MVRO, āre. Muro claudere. Guil. Brito Philipp. 7, 460. 10, 72. et 12, 503.

MVRĀTVS, a, um. Adi. [*τειχιώτης*] Quod muros habet. Veget. 1, 71 Quasi muratam ciuitatem secum videntur vbique portare. Add. Id. 3, 8 extr. Vulgata Deuteron. 9, 1.

MVRARIVS, i. m. Qui muros conficit. Vid. Barth. ad Briton. Philip. 7, 460.

## M V S

MVS, muris. m. [*μῦς, μύσων*] Exiguum animal est, in domibus frequens: Plin. 8, 57 post mentionem eorum animalium, quae nec placida sunt, nec fera — addit Quo in genere multi et hos incolae domuum posuere mures, haud spernendum in ostentis etiam publicis animal — Theophrastus auctor est in Gyaro insula cum incolae fugassent, ferrum quoque rosisse eos etc. Cic. Att. 14, 9 Sed quod quaeris, quid arcefferim Chrysippum, tabernae mihi duae corruerunt, reliquae rimas agunt; itaque non solum inquilini, sed mures migrauerunt. Agrestes mures Pall. 1, 35, 9. Breuis mus Ouid. Fast. 2, 574. Caeci s. Caeciliae Veg. Mulom. 3, 77, 1. Candidi laetum ostentum Plin. 8, 57. Exiguus Virg. Georg. 1, 181. Opici Iuuen. Sat. 3, 207. Pusillus Plaut. Truc. 4, 4, 15 Cogitato, mus Pusillus quam sit sapiens bestia, aetatem quae vni cubili nunquam committit suam Plaut. Truc. 4, 4, 15. Ridiculus Hor. de Arte Poët. 139. Rusticus Idem Serm. 2, 6, 80. Urbanus Idem ibidem 2, 6, 80 Adiungere postello mures, est puerorum Idem ibidem 2, 3, 247. Aedificata muribus et mustelis domus Cic. de Nat. Deor. 2, 17. Derosi a muribus clypei Id. de Diuin. 99 c. 44. Conf. ibid. 2, 59 c. 27. Lingunt Romae molas mures; proverb. de iis, qui optima et delicatissima sequuntur, Senec. Ludo de morte Claud. c. 9. vid. Rhenan. ad h. l. Rodunt mures aliquid diem noctemque etc. Cic. de Diuin. 2, 59 c. 27. Senec. Ludo de morte Claudii c. 7 Venisti huc, ubi mures rodunt ferrum. Respicit forte ad Plin. 8, 57 quem initio laudauimus, et indicat, Claudium eo in loco esse, ubi minae sint vanae. Satagis tanquam mus in matella Petron. c. 58. ¶ 2 Mures etiam antiqui intellexerunt non tantum Domesticas illas bestiolas, penori infestas, omniaque rodentes; sed siluestres ferasque bestias minoris formae, pelle commendabiles: quo in genere sunt martes et hermelini, quibus nobiles hiberno tempore pellitas gerunt penulas. Eo quoque nomine censei videntur mustelae, quae si veriloquium sequaris, sunt mures longi. Senec. Epist. 4, 90 Non hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quae tactu mollia et impenetrabilia ventis sunt? Iustin. 2, 2 de Scythis, Lanaeque vsus ac vestium ignotus, et quamquam continuis frigoribus vrantur, pellibus tamen ferinis aut murinis vestiuntur. Monuit Turneb. Plin. 8, 37 l. 55 Conduuntur hieme et mures Alpini, quibus magnitudo melium est etc. De Ponticis muribus Plin. 10, 73 l. 93. Hermelinos putant. Mus araneus, [*μυγαλή*] a mure et mustela appellant: quia muris magnitudine sit, mustelina specie, ore oblongo, cauda gracili. Vid. Colum. 6, 17, 1. Abundat insula Britannia. Plin. 29, 4. Vid. ARANEA. Murium marinorum meminit Plin. 9, 19.

MVSCVLVS, i. m. Dimin. [*μύσκος*] Cic. de Diuin. 2, 35 c. 14 Nam et musculorum iecuscula bruma dicitur augeri. Quin abis impurata bestia, teque ad tui similes Musculus recondis Apul. Met. 2 p. 125. ad mustelam. Aquatiles. vid. AQUA. ¶ 2 Musculus, [*μῦς, μυών*] Pars organica corporis, constans carne, fibris nervosis, vena, arteria, et membrana succingente: estque motus organum. Maxillares musculi Scribon. 101. Cels. 5, 26 Nam percussus, mortiferus est: praecisus, sanitatem recipit. Plaut. Amphit. 4, 4, 60 Quid dicas novi; cicatricem in dextro musculo, ex illo vulnere quod mihi impegit Pterela. Plin. 20, 21 Item conclusis, luxatis, tumetibus, et musculis, nervis, articulis imposuit. Conuulsus musculus, vid. CONVELLO. ¶ 3 Musculus machina bellica testudini similis, sed compatiior et fortior. Caes. B. C. 2, 8 de suis militibus, Musculum P. LX longum (frustra Lips. Poliorc. 1, 9 mutat in IX) ex materia bipedali, 10

- quem a turri lateritia ad hostium turrem murumque perducerent, (*haec igitur instar illius machinationis, quam hodie Galeriam dicunt*) cuius musculi haec erat forma. Duae primum trabes in solo aequae longae distantes inter se pedes IV collocantur, inque eis columellae pedum in altitudinem V defiguntur. Has inter se capreolis molli fastigio coniungunt, ubi tigna quae musculi tegendi causa ponunt, collocantur: eo super tigna bipedalia iniiciunt, eaque laminis clavisque religant. Ad extremum musculi tectum, trabesque extremas quadratas regulas, IV patentes digitos defigunt, quae lateres, qui super musculo struantur, continent. — supra lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset: coria autem — centonibus conteguntur. Hoc opus omne tectum vineis ad ipsam turrim perficiunt: subitoque inopinantibus hostibus machinatione nauali palangis subiectis ad turrim hostium admovent, — sub musculo milites vestibus infima faxa turris hostium, quibus fundamenta continebantur, conuellunt etc. *Huius igitur Caesariani Musculi cuius meminit etiam B. Gall. 7, 84, aperta satis ratio videtur. Similis, quamquam usus diuersi, est Vegetianus 4, 16 Musculos dicunt: minores machinas (de vineis, pluteisque praecessit) quibus protecti bellatores etc. quae sequuntur sunt corrupta. Conf. Bessellii Miscellan. c. 6 p. 230 sq. Ista scripseram cum vidi, eadem placere Folardo Polybii illustr. Tom. 2 p. 523.* ¶ 4 Musculus, Genus piscis parui, qui paruo moderamine caudae temperat balaenam, ne in scopulum impingat. De hoc Claud. in Eutrop. 2, 426. Plin. 9, 62 Amicitiae exempla sunt, balaena et musculus: quando praegraui superciliorum pondere obrutis eius oculis, infestantia magnitudinem vada praenatans demonstrat, oculorumque vice fungitur. Idem 32, 11.
- MVSCVLŌSVS, a, um. Adi. [*μῦσδος*] Ad secundam Musculi notionem pertinet: Cor natura musculosum Cels. 4, 1. Idem Cels. 5, 20 At si neruosus aut musculosus is locus est, commodius est cerato miscere. Vid. Columel. 6, 37.
- MVRĪNVS, a, um. Adi. [*μῦρινος*] Quod ex mure est. Plin. 30, 8 Murino fimo contra calculos illinere ventrem prodest. Sic 28, 11 Murina capita. Color murinus, qui vulgaris est in afinis Columel. 6, 37. Hordeum murinum, herba phoenicea, a Graecis appellata Plin. 22, 25. Pelles murinae, vid. paullo ante, Mures etiam, etc.
- MVRICĪDVS, a, um. Adi. Ignauus, imbellis. Plaut. Epid. 3, 1, 12. sed Meursius legit Murcidus, v. v.
- MVSCERDA, ae. f. [*μῦσχοδος*] Murium sterens. Plin. 29, 6 Praeterea (vt Varro noster tradit) murinum simum, quod item muscerdas appellat. Vid. Meurs. Auctar. Philol. p. 139.
- MVSCIPŪLA, ae. f. [*μῦσκηρα*] Laquei genus ad capiendos mures. Varr. de R. R. 1, 8 Nec non si parit humus mures, huius minor fit vindemia, nisi totas vineas opleueris muscipulis.
- MVSCIPŪLVM, i. n. [*μῦσκηρα* Gloss. Lat. Gr.] Idem. Phaedr. 4, 1, 8 Mus, Qui saepe laqueos et muscipula euaserat. Escam muscipuli, ubi mors est, longe vitate Comodian. Instruct. 48.
- MVSCIPVLĀTOR, ōris. m. Gloss. Isidor.
- MVSCELLARĪVM, i. n. Idem quod Muscipula. Gloss. Gr. Lat. [*μῦσκηρα*], cauea, vinerrarium, muscellarium.
- MVSIAE, arum. Soricum nidi in Gloss. Isid.
- MVSA, ae. f. [*μῦσα*] Musas Poetae finxerunt deas esse, Iouis et Memoriae filias, quae Poetis et musicae praecessent. Musae primae (ait Cic. de Nat. Deor. 3, 54) quatuor, natae Ioue altero, Thelxiopce, Aoede, Arche, Melete. Secundae, Ioue tertio et Mnemosyne procreatae nouem. Tertiae, Ioue tertio Pierio natae et Antiopa, quas Pieridas et Pierias solent Poetae appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proximae superiores. Facit igitur Cicero triplicem Musarum genealogiam. Alcmaeon Poeta scribit, eas Caeli et Terrae filias esse, vt testatur Diodorus 5, 1. Musas duntaxat tres enumerat M. Varro, Vnam, quae ex aquae nascitur motu. Alteram, quam aëris icti sonus efficit. Tertiam, quae mera tantum voce consistit. Auctor Seruius in illud Virg. Ecl. 7, 21 Nymphae, noster amor, Libethrides, etc. Censorinus iisdem De die natali c. 26 Organum (inquit) tres habuit intensiones, grauem, mediam, acutam. Inde Musae quoque tres olim sunt aestimatae, Hypate, Mese, Nete. [*πάτη*], id est chorda tenoris infimi; [*μέση*], media; [*νήτη*] chorda soni acuti. Similia Arnob. 3 p. 121. Add. Scal. Lect. Aufon. 1, 17. Augustinus de doctrina Christiana 2 Non audiendi sunt, inquit, errores gentilium superstitionum, qui nouem Musas, Iouis et Memoriae filias esse finxerunt. Refellit eos Varro, quo nescio vtrum apud eos quisquam talium rerum doctior vel curiosior esse possit. Dicit enim ciuitatem nescio quam (neque enim recordor nomen) locasse apud tres artifices terna simulacra Musarum, quae in templo Apollinis dono poneret: vt quisquis artificum pulchriora formasset, ab illo potissimum emeret. Ita contigisse, vt opera sua illi artifices aequae pulchra explicarent: et placuisse ciuitati omnes nouem, atque omnes emtas esse, vt in Apollinis templo dicarentur, quibus postea dicit Hesiodum Poetam imposuisse vocabula. Non ergo Iupiter nouem Musas genuit: sed tres fabri ternas fecerunt. Haec Augustinus. Porro ciuitatis nomen quod ait se non recordari, Sicyon est: vt testatur Aufonius in Grypho ternarii hoc carmine, Treis solas quondam tenuit quas dextera Phoebi. Sed Sicyon totidem ternas ex aere sacrauit. Sunt tamen qui legant, Sacrauit toties ternas ex aere Cithaeron. ¶ 2 Relinquimus hic vetera collectanea, quorum exactam veritatem non praestamus. Pausanias tres artifices, Cephisodotum, Strongyliona, et Olympiobenem nominat; quorum singuli ternas Musas effecerunt, et has primas fuisse. Alias vero idem Pausanias tres Musas connumerat, quas ait ab Aloi filii Oto et Ephialte sic nominatas; primam Μελάνην, hoc est meditationem; secundam Μνήμην, hoc est memoriam; tertiam Ἀοιδὴν, hoc est cantilenam. Plutarchus in libro Symposiacion tradit, antiquitus tres Musas fuisse existimatas, non secundum ea tria modulandi genera, de quibus paullo supra retulimus, verum quod potius disciplinas in tria genera veteres diuiserunt, philosophiam, rhetoricam, et mathematicam. Hinc quoque, iuxta Hesiodi opinionem, harum quaelibet in tres diuisa. Philosophia quidem in dialecticam, ethicam sive moralem, et physicam. Rhetorice vero in demonstrationem, deliberationem, et iudicalem. Mathematica autem in musicam, arithmeticam, et geometriam. Sed et Arati interpres scribit, Orpheum ideo lyram nouem chordarum constituisse, quoniam idem esset Musarum numerus. Musas Iouis et Mnemosynes, hoc est Memoriae filias Poetae finxerunt, quod iis, qui ad disciplinas et scientias peruenire cupiunt, duo haec in primis necessaria sunt, intellectus scilicet et memoriae facultas. Hoc Graeci μῦσῶν, illud νοῦν vocant. Proclus in Commentariis. Iouem autem putabant contribuere, τὸ νοῦν, at Mnemosynen, τὸ μνήμην. Musas Plato in Cratylo distas affirmat ἀπὸ τοῦ μῦσαι, quod est inquirere, quasi indagatrices: cui Phurnutus in libro de Nat. Deor. sub-

scribit. Ita enim ait, καλῶνται δὲ μῦσαι ἀπὸ τῆ μούσας ὁ ἐστὶ Ζητήσεως. Musae, inquit, dicuntur ab inquisitione. Idem sentit Suidas, idem et Palaephatus. Vnde et aliquando Mosas eas antiqui vocauerunt. Eusebius tamen in Evangelica Praeparatione, Musas tradit sic appellatas, quia μῦσος apud Graecos honesta bonaque doctrina instituo significat, quamobrem eas Orpheus et Proclus hominibus religionem monstrasse in hymnis suis cecinerunt. Idem Orpheus in hymnis Musas per concisionem quasi melusas, a μέλω dici putat; ut nihil sint, nisi melos harmoniacum. Alii vero propter disciplinarum inter se conuenientiam, quasi ὁμοιῶσαι, quod uno nexu disciplinae omnes teneantur, atque ita fiat encyclopaedia. Vel quod in vicem, sicut virtutes, necessariae sibi esse videantur, ut ait Calliodorus Var. 4, 51. Vnde fit, ut ab antiquis nonnullis doctrinae ac scientiae copula ac nodus quidam existimentur. Musas simul versari, et in eorum numerumque ludos agere dixerunt antiqui, propter scientiarum copulam et nexum, quo inter se disciplinae quodam quasi nodo copulantur et coniunguntur. Eadem de causa sorores existimatas putant. Musae in montibus dicuntur versari, ut ait Cornutus, quod secessu et solitariis maxime locis studiosi viri delectantur. Sunt et qui ideo in Heliconis et montium verticibus versari autument, quod ipsa sapientia atque intellectus, ex quibus disciplinae ac scientiae nobis comparantur, quae per Musas intelliguntur, in hominis capite, ut in puriori et eminentiori loco, dicuntur esse. In caelo Musae locantur ab Hor. Od. 3, 4, 1. et 4, 3, 1. Macrobi. Somn. Sc. 2, 3. Musas palma coronari multi prodidere, propter quandam nominis similitudinem. Phoenicum enim populorum inuentum esse literae dicuntur, et ab iis ad Graecos delatae. Phoenix etiam Graecis palmam significat. Vel, ut consentaneum magis Cornuto videtur, ideo palma Musae coronantur, quoniam eius arboris fructus dulcis est, multiuuius, tarde crescens, multiplex et copiosus. Attribuitur et laurus Musis; vel quod ea arbor ad inspirationem et afflatum, et (ut Graeci dicunt) enthusiasmon conferat; quod Sophocles in Cassandra docet. Vel quod eius arboris gustu poeticam se facultatem adipisci antiqui credidere, ut Lycophron innuit, qui Poëtam daphnophagon vocat, et de se canit Hesiodus; atque ideo etiam a Iuuenale dictum Sat. 7, 19 — laurumque momordit. Vel potius quod ea arbor semper sit virens; atque simili modo bonorum Poëtarum versus virescere perpetuo dicuntur per ora docta virorum. Quin et eadem causa in Musarum et Apollinis certaminibus Poëtas victores, quasi immortalitate quadam dignos, lauro coronari non solum apud antiquos, sed nunc quoque moris esse videmus. Musas esse Apollinis comites, idque in dextra parte, indicat illud Ausonii in Grypho, Treis solas quondam tenuit quas dextera Phoebi. Qua de re Marsilius Ficinus in epistolis haec memoriae prodidit, Orpheus (ait) Delphicos aliquando lucos ingressus, oraculum consulturus, obuium statim quasi iam expiatus Apollinem habuit. Quumque nouem Musas tresque Gratas ad dextram comitantes cominus adspexisset, ad sinistram autem quamuis eminus sequentes picas et furias, admirabundus exclamauit alius, O quam diuersi, inquit, ducem hunc sequuntur exercitus. Sed noli ὁ vates mirari Phoebus ait. Nempe quotidie multi mihi sacrificant, ut Musarum a me Gratarumque munera impetrant. Ergo quicumque sacra puris manibus nobis faciunt, Musas a nobis Gratasque gratis accipiunt. Quicumque vero sacra manibus pollutis atrectare audent, picas et furias inuitti reportant. Haec ille. Macrobius Saturn. 1, 17 tradit Apollinis simulacra manu dextera Gratas gestare, arcum vero cum sagittis sinistra: quod ad noxam sit pigrior, et salutem dextera manus promptior largiatur. Quam eandem causam accipe, cur in parte dextra Musae sint collocatae. Hinc et a Graecis Apollo Musagetes dicitur, quasi Musarum dux. Musas comites fuisse Osiridis, testatur Diodorus 1, 2. Dicitur Osiris, inquit, fuisse cupidior risus delectaturique solitus musicis et choreis. Quapropter illum musicorum multitudo sequebatur. Inter eos nouem fuisse virgines adolescentulas, tum canere solitas, tum in aliis eruditas; quas deinceps Graeci appellarunt Musas. Has Apollinem docuisse dicunt (ut ait ibidem) quae ex re musicus est appellatus. Sunt tamen qui putant, Musas a Parcibus edoctas fuisse. Diodorus Siculus Musas ab Ioue patre literarum inuentionem attributam asserit. Eas quoque multi tradunt fuisse Bacchi comites. Musarum nutricem Hyginus in Astronomico poetico, et Latina in Aratum commentaria, quae Basso a quibusdam adscribuntur, Euphemen vocant, quae Crotonem filium habuit, qui musarum precibus, quod inter eas esset versatus, et ab eis musicam edoctus, ab Ioue inter sidera collocatus, Sagittarii nomen habet. Huius quidem Euphemes statuum Pausanias in Helicone positam fuisse ait ad Musarum lucum. Perro Eupheme interpretatur Latine Laus. Musas esse alatas scribit Porphyrius in tertio de Sacrificiis. Vnde apud Ouidium Met. 5, 274 una earum sic ait, — claudit sua tecta Pireneus, Vimque parat, quam nos sumtis effugimus alis. Musas esse pulchritudine eximia tradit Homerus, teste Diod. Sicul. 5, 1. Musae, a plerisque virgines esse dicuntur, ut auctor est Diodor. 1, 2. quoniam disciplinae, uti virgines, abditae atque incomitae esse videntur, natio scilicet decore contentae. Musae et Hercules eodem in templo una colebantur, ut est apud Ouid. in Fast. et Suet. in August. c. 29. ubi scribit a Martio Philippo aedem Herculis et Musarum exstructam. cuius rei causam Plutarchus in Quaestionibus vestigans, ex Iubae auctoritate ait, Euandrum edoctum ab Hercule literas, gratis id statuisse. Hinc vocari coepit Hercules Musarum. Eumenius in Oratione de instaurandis scholis historiam sic recitat. Aedem, inquit, Herculis Musarum in circo Flaminio Fuluius ille nobilior ex pecunia Censoria fecit, non id modo sequutus, quod ipse literis et summa Poëtae amicitia duceretur, sed in Graecia quum esset imperator, acceperat Herculem Musagetem esse, hoc est comitem ducemque Musarum. Idemque primus nouem signa, id est omnium Camoenarum, quae ex Ambraciensi oppido translata sunt, sub tutela fortissimi numinis consecrauit, ut res, quae a mutuis operibus et praemiis iuuari ornarique deberent, Musarum videlicet quiete defensione Herculis, et virtus Herculis voce Musarum. Haetenus ille. Musis rem diuinam primi fecisse dicuntur in Helicone Otus et Ephialtes Aloëi filii, et in Ascrea habitasse, ut versus Poëtae Hegesini ex eius poemate Atthide ostendunt, qui apud Callippum leguntur, et Pausaniam. Musis etiam rem sacram facere Pastores tradit Theocritus, et eius expositor: qui propterea id fieri ait, quoniam illis cura est Cantilenarum, quarum sunt Musae praesides. Quinimmo in hymno quodam Nemeaeo Pindarus eas vult filias esse Musarum, quum ita canit, αἱ δὲ σοφῶν μυσῶν θυγατέρες καὶ δαίαι. Vbi expositores haec identidem inculcant. Musarum filiae Cantilenae. Musarum volucres vocat apud Varro de R. R. 3, 16. Sic enim ait de apibus verba faciens, Quae cum causa Musarum esse dicuntur volucres, quod et si quando displicatae sunt, cymbalis et plausibus et numero reducuntur in locum vnum. Et ut Musis Helicon atque Olympum attribuuerunt homines, sic his floridos et incultos natura attribuit montes. Haetenus Varro. Proinde etiam non defuerunt, qui Aristaeum scripserunt pastorem fuisse Musarum, 10

propterea quod primus apes et mellis usum adinuenit. Comatan quoque pastorem fuisse legimus in Commentariis Theocriti, qui ex pecoribus singulis quum rem sacram Musis faceret, eius dominum indignatum fuisse, illumque ideo in ligneam arcam conclusisse, ac eius salutem Musis commisisse, quas tantopere Comatas coluerat. Arcam vero insequenti mox tempore aperiens dominus, Comatan viuum reperit, inque ea mellis fauos, quibus Musae vitam Comatae conseruant. De nominibus et inuentis earum hoc epigramma Ausonii est, Eidyll. 20

Clio gesta canens transacti temporis edit.  
Melpomene Tragico proclamât moesta boatu.  
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.  
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget.  
Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, auget.  
Plectra gerens Erato, saltat pede, carmine, vultu.  
Carmine Calliope libris heroica mandat.  
Vranic caeli motus scrutatur et astra.  
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.  
Mentis Apollineae vis has mouet vndique Musas.  
In medio residens complectitur omnia Phoebus.

Dicuntur etiam, Camoenae, et a locis, ubi colebant, Heliconiades, Parnassides, Aonides, Pierides, Pegasides, Aganippides, Thespiades, Libethrides, Pimpliades, Castalides, Corycides, Olympiades, Maeonides, Hyantiae. Musae etiam sunt Sirenes Macrob. Somn. Scip. 2, 3.

3 Formulae: Delubra Musarum colere Cic. pro Arch. 27. Dona

Hor. Epist. 2, 1, 243. Sacerdos Idem Carm. 3, 1, 3. Sacerdos Musarum, Phoebique Ouid. Amor. 3, 8, 23. Sacra colere Id. ex Pont.

4, 2, 49. Amicus Musis Hor. Carm. 1, 26, 1. Dulces Virg. Georg. 2, 475. Deditus nulli Musae Hor. Serm. 2, 3, 105. In plerisque

Metonymia consueta Poësin et cantum notat. Sic Virg. Ecl. 8, 1 Pastorum musam Damonis et Alpheisboei. Agrestem tenui meditabor arundine

musam Id. ibid. 6, 8. Agrestiores, vid. b. v. Callida Lucr. 6, 92. Dignum laude virum Musa vetat mori: caelo Musa beat Hor. Od. 4, 8, 28.

Quinctilianus 1, 10 Libet propter quosdam imperitiores Crassiore (vt vocant) musa, dubitationem huius utilitatis eximere. Genialis

Ouid. Amor. 3, 15, 19. Iocosa Id. Trist. 3, 2, 6. Pedestris Hor. Serm. 2, 6, 17. Potens lyrae Idem Carm. 1, 6, 10. Procax Idem

ibidem 2, 1, 37. Proterua Ouid. Rem. Amor. 362. Solers lyrae Horat. de Arte Poët. 407. Siluestrem tenui musam meditaris auena

Virg. Ecl. 1, 2. 4 Vniuersim Musae, pro Humanitate, doctrina quacunque, et literis accipiuntur. Cic. Tusc. 5, 66 c. 23 Quis est

enim omnium, qui modo cum musis, id est cum humanitate, et cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum

malit, quam illum tyrannum? Vt docuit tenui scribens in puluere musa Fann. de Ponderib. v. 54. i. arithmetica siue mathematica. Quod

tibi Mechanica promptum est deprimere musa Idem ibid. v. 101. Musa Platonis Boëth. l. 3 met. 11. i. Philosophia. Poëticae Boëth. l. 1. profa l.

Conf. Barth. Adu. 6, 20 extr. Cic. in Orat. 12 Omnis enim vbertas et quasi filia dicendi ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forenses causas, quas (vt illi ipsi dicere solebant) agrestioribus musis re-

liquerunt. Sic enim Philosophi forenses causas appellabant, quoniam in eis (vt frequenter agrestes homines solent) oratores vociferantur, clamant,

lisigant, et saepe de rebus tantum pecuniariis certant. In Partitionibus 90 Cicero duo genera hominum facit; alterum agreste, quod utilitate ac

lucro; alterum vero vrbicum, quod honestate magis mouetur. Quin

et philosophicas disputationes appellat Musas mansuetiores, et pro quacunque doctrina Musam ponit. Vnde apud Graecos vir omni scientia destitutus, ἀπιστος appellatur, hoc est (vt Cicero pro Arch. 20 videtur interpretari) auersus a Musis. Hinc illud prouerbium: Indoctos a Musis

atque a Gratiis abesse. De quo Quinct. 1, 10, 21. Sic Gell. 9, 3 A liberali musa et a studiis humanitatis nunquam abfuit. Quoniam igitur apud

vulgum imperiti homines (quod ait Aristoteles et Quinctilianus) plerumque videntur ingeniosiores in dicendo, quam eruditi, ideo Musas agrestes vocant. Eiusdem musae Gell. 9, 10. i. disciplinae siue studii. Eiusdem musae aemulum esse Idem in Praef. f. epilogo. Forenses Au-

tor Dial. de Orat. c. 12. Omnis musae mancipium Petron. c. 68. Impares Musae, quia nouem Hor. Carm. 3, 19, 13. Cic. Fam. 1, 9 Ab oratoribus disiungo me fere, referoque ad Mansuetiores musas, i. Philosophicas disputationes. Mansuetiores musas est, qui versus interpretatur: alius dialogos, et huiusmodi scripta, in quibus non requiritur orationum grauitas. Cic. Fam. 16, 12 Tu musis Nostris para, vt operas reddas, nostra ad diem dictam fient. Cogito cum Omnibus musis rationem habere Cic. Att. 2, 5. i. Prorsus me literis dedere. Delectare se cum musis Id. ibid. 2, 4.

M V S A G E T A, vel MVSAGETES, ae. m. [Μυσάγεται] Ductor musarum Herculis appellatio ap. Eumen. pro rest. schol. 7, 3.

M V S I C A, ae. vel MVSICE, es. f. [μουσική] Ars canendi, et Scientia, quae modum canendi demonstrat. Musica definitur peritia faciendorum et canendorum modorum, cuius partes organica, harmonica, crufinatica, etc. Auctor Fragmenti cum Censorino edi soliti

c. 11. Alius tres eius partes facit Boëth. de Musica 1, 2. Plin. 7, 56 Musicam Amphion inuenit. Cicero de Finib. 3, 5 Musicam in iis verbis refert, quibus ex instituto veterum vtimur pro Latinis. Effeminata, et impudicis modis fracta Quinctil. 1, 10. Occultae musicae nullum esse respectum; Prouerb. cuius sensus est, Egregias ingenii dotes, si non proferas, perinde esse, quasi non habeas. Sueton. Neron. c. 20 Subinde familiares Graecum prouerbium iactans, Occultae musicae nullum esse respectum. Vid. Beroald. b. l. Simplex musica, vid.

PLASMA. Tractare musicam Cic. de Orat. 3, 130 c. 33. 2 Musicae appellatione (inquit Budaeus) prisca Humanitatem literarum significarunt; in qua ingenuos homines docebant otium contere, animumque recreare. Quod inde factum videtur, quia prima ars quam docerentur pueri canere, primum, quod legerent, Poetae erant. Quinct. 1, 10, 17 in elogio Musices, Architas atque Aristoxenus etiam subiectam (tanquam generi suam speciem) grammaticen musicae putauerunt, et eisdem vtriusque rei praeceptores fuisse, cum Sophron ostendit — tum Eupolis apud quem Prodamus, et musicen et literas docet. Et Maricas — nihil se ex musicis scire, nisi literas confitetur. Terent. Heaut. Prol. 23 Studium musicum est Poësis Comica. Etiam Hee. Prol. alt. 15 et 38 Artem musicam eodem modo accipit, vt et Phorm. Prol. 18. Vid. Turneb. 3, 20.

De Graecis vnum alterumque testimonium dabit Barth. ad Claudian. p. 1094.

M V S A I C V S, a, um. Adi. Alii Musicius, vid. Voss. de Vit. L. L. 1, 11.

M V S I C V S, a, um. Adi. [μουσικός] Quod ad Musas, et artem adeo musicam pertinet. Plin. 2, 22 Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quantum absit a terra luna. Idem 37, 1

Hic videtur instituisse, vt omnes musicae artis, hac quoque ostentatione cense-

conferentur. Ludus musicus Gell. 20, 11. Notae musicae  
 Quinctil. 1, 12. Sonus musicus citharae Phaedr. 4, 19, 20. ¶ 2  
*Ad omnes literas, poeticas praesertim, refertur. Vid. quae modo dicta in*  
 MUSICA n. 2. Qui ipse facundus et Musicus Aufon. Ep. 11. i. Poeta.  
 Musas vix magis musicas putares Sidon. Narbone v. 122. Hunc di- 5  
 co, qui lingua potens minorem Atridam praeterit Orando pauca et mu-  
 fica Aufon. Epist. 6, 20. ¶ 3 Omne concinnum Musicum  
 appellabant Platonici. Apul. de Dogm. Plat. p. 60 Audi tu vero, inquit,  
 quid homini magnificentius potuit euenire? Per quem sapientiam pru-  
 dentiamque condisceret, numerosque orationis metiretur, ac modos 10  
 faceret; fieretque totus ipse modulatus et musicus. Vid. Heinsf. ad Ma-  
 xim. Tyrium.

MUSICVS, i. m. [μουσικός, μουσικός] Qui exercet, vel docet mu-  
 ficam. Cic. de Finib. 3, 4. Conf. Quinctil. 1, 18. In fidibus, musi-  
 corum aures vel minima sentiunt Cic. Off. 1, 146 c. 41. Floruerunt 15  
 in Graecia musici Idem Tusc. 1, 4 c. 2. Haberi musicum Idem i-  
 bid. 2, 12.

MUSICA, orum. n. [μουσική] Cicero de Orat. 1, 10 Quis musicis,  
 quis huic studio literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocan-  
 tur, penitus se dedit, quin, etc. Ibid. 187 c. 42 Vt in musicis nu- 20  
 meri, et voces, et modi, etc. Et Tusc. 5, 63 Musicorum vero perstudio-  
 sum accepimus. De Dionysio Syracusano. Conterere se in musicis,  
 vid. CONTERO. Fac periculum in musicis Ter. Eun. 3, 2, 24.

MUSICAE. Adu. [μουσικῆς] Delicate et genialiter, et alienis sum-  
 tibus, ut solent, qui pro Symbola vocem conferunt. Plaut. Most. 3, 2, 40 25  
 Musice hercle agitis aetatem, ita uti vos decet, Vino et victu, piscatu  
 probo, electili Vitam colitis. Taubm. huc laudat ἀναγνα δούω et Casau-  
 bonum illud explicantem ad Athen. 1, 7.

MUSICARIUS, i. m. Instrumentorum musicorum artifex. Vetus  
 Inscriptio: COLOCASIO VERNAE DVLCISS. ET MUSICARIO 30  
 INGENIOSISS.

MUSICĀTVS, a, um. Adi. Apul. in Asclep. p. 81 Elmenb. Mu-  
 ficatae cantilenae.

MVSEVS, a, um. Adi. [μῦσεος] Lepor muscus Lucret. 1, 933.  
 Ibid. 946 Et quasi musco dulci contingere melle. Mele musea, i. 35  
 Cantilenae musicae Lucret. 2, 412. Museus, Musius, Musius etiam  
 de aedificandi, seu potius poliendi genere sequiori aevo dicebatur, cameris  
 et fornicibus colendis adhibito, apsidibusque, ut observat Salmaf. ad Spar-  
 tian. Pefc. Nigr. 6 Hunc in Commodianis hortis in porticu curua pi-  
 ctum de musiuo. Antiquissima forte mentio Plin. 36, 21 f. 42 Erosa 40  
 saxa in aedificiis, quae musea vocant, dependentia ad imaginem specus  
 arte reddendam. Pollio de xxx Tyr. n. 24 Aurelianus pictus est  
 — picta omnia de musco. Vet. Inscr. ap. Spon. Misc. p. 39 OPERE

MVSEO EXORNAVIT. Paullin. Epist. 12 Camera musiuo illusa.  
 Plurima ex Anastasii vitis Pontiff. Salmaf. l. c. qui idem opus esse ait pa- 45  
 vimentatum et musiuum, tessellatione, i. cubicis lapillis utrumque contex-  
 tum, hoc discrimine, ut pavimentum non nisi ad solum, musiuum non nisi  
 ad cameram, trullam, absida s. apsidam referatur. De re ipsa vid. Io.  
 Justi Ciampini Vetera Monumenta, in quibus praecipue musiuia opera, sa-  
 crarum profanarumque aedium structura, — dissertationibus iconibusque 50  
 illustrantur. Rom. Tom. 1, 1690. Tom. 2. 1699 fol. Forte hoc genus  
 structurae primo adhibuit in Museis, Musarum antris, s. cryptis,  
 (e quibus Grottae vox deflexa) naturales specus primum imitantibus, de-  
 inde ad maiorem paulatim cultum, ab illa naturae aemulatione deflex-  
 is. Certe locus Plinii, quem modo laudauimus eo videtur pertinere. 55  
 Nimirum

MVSEVM, MUSIVM, i. n. [μῦσεον] Est locus, sacellum, tem-  
 plum Musis dicatum, ut Iseum et similes Graecorum in ἄωv appellationes.  
 Videntur primum ad naturalium antrorum speciem efficta, ut modo dixi-  
 mus. Firmat Plin. Epist. 1, 9 O mare, o litus, verum secretumque 60  
 museon, quam multa inuenitis, quam multa dictatis. Membrum villae  
 ruri est Varro R. R. 3, 5, 9 Vbi confluit alter amnis, ad summum flu-  
 men, ubi est museum. Sed etiam loca operosius structa eruditorum Con-  
 ventibus et exercitationibus destinata sic dicta sunt, ut in primis Alexan-  
 drinum illud, de quo viri docti ad Sueton. Claud. 42. et Spartian. 65  
 Hadr. 20.

MVSIVARIII, s. MVSEIARIII, artifices operis Musei s. Musiuui  
 apud Firmic. 4, 2. Gruter. Inscr. p. 586, 3. et l. 2 C. Th. de excusatt.  
 artificum. Cassiod. Varr. 7, 5. Vbi Instructor parietum, sculptor mar-  
 morum, aeris fusor, camerarum rotator, gypsoplastes, musiuarius, con- 70  
 iunguntur.

MVSA Antonius, Augusti medicus fuit, cuius meminit Hor. Epist. 1,  
 15, 13. Plin. 19, 8 Diuus certe Augustus lactuca conseruatus in aegritu-  
 dine fertur, prudentia Musae medici. Conf. Torrent. ad Sueton. Au-  
 gust. c. 59. 75

MVSCA, ae. f. [μύια] Notum et impudentia sua molestum aestatis  
 insectum. Cic. de Clar. Orat. 217 Qui nisi se suo more iactauisset, ho-  
 die te istae muscae comedissent. Abigere muscas Cic. de Orat. 2, 247  
 c. 60. Asperantur, vid. ASPERO. Lambunt, vid. LAMBO.  
 Liguriunt muscae Varr. de R. R. 3, 16. Ne musca quidem; Vitii 80  
 Crispi Oratoris iocus in Domitianum Caesarem, qui muscas captare, ac in-  
 terficere solebat. Vid. Suet. Domit. c. 3. Fuit autem alias quoque in  
 proverbio tali Musca. Plaut. Truc. 2, 2, 29 Quas tu mulieres mihi narras,  
 ubi musca nulla femina est in aedibus. Ne muscam Excitare potes  
 Sen. de morte Claudii. Musca, pro Homine molesto et importuno. Cic. 85  
 de Orat. 2, 247 c. 60 Quid enim est Vargula affectus, quum eum can-  
 didatus A. Sempronius cum Marco suo fratre complexus esset, Puer  
 abige muscas? Risum quaesivit, qui est mea sententia vel tenuissimus  
 ingenii fructus. Musca dicitur homo curiosus Plaut. Merc. 2, 3, 26.  
 impudens Homero: parasitus Petron. c. 42. et Plaut. Poen. 3, 3, 76. 90

MVSCVLA, ae. f. [μύια ὑποκορισμῶς Gloss. Cyrilli.] August. de  
 Trin. 3, 7 Cyniphe enim musculae sunt breuissimae, qua tertia plaga  
 superbus populus Aegyptiorum caedebatur.

MVSCARIUS, a, um. Adi. [μουσικός] Quod ad muscas pertinet.  
 Plin. 29, 6 Aranei muscarii telae, et praecipue spelunca ipsa imposita 95  
 per frontem, etc. i. Qui venatur muscas. Clavi muscarii Vitruu. 7, 3.  
 i. umbellati, capite latiore, vid. mox MVSCARIUM n. 2.

MVSCARIUM, i. n. [σβῆν] Flabellum, quo muscae abiguntur.  
 Martialis sub lemmate, muscarium pavoninum 14, 67 Lambere quae  
 turpes prohibet tua prandia muscas, Alitis eximiae cauda superba fuit. 100  
 ¶ 2 Muscarium ab huius similitudine etiam appellatur Coma illa quarun-  
 dam herbarum, in qua semina dependent, qualis est ferulae, fueniculi, a-  
 neti, olusatari, et similium. Plin. 12, 26 Semine e muscariis dependen-  
 te, ut ferulae. In papauere et similibus, scapus; in iuglandibus,  
 auellanis, panicula appellatur. ¶ 3 Cauda equi Veget. Mu- 105  
 lom. 4, 1, 1. et 4, 2, 2.

MVSCERDA, MVSCIPVLA, MVSCVLVS, *vid.* MVS.

MVSCVS, i. m. [μύρον, βέρον] *Viridis non tam herba, quam lanugo in corticibus arborum, et circa latera fontium, et locis humidis nascens.* Virg. Ecl. 6, 62 Musco circumdat amarae Corticis. Molli tellus erat humida musco Ouid. Met. 8, 562. Virens Idem Fast. 3, 297. Viridis Lucret. 5, 949. Circumlita saxa Horat. Epist. 1, 10, 7. Squalebant turpi fastigia Ouid. Met. 1, 374. Virentia stagna Virg. Georg. 4, 18. Columel. 4, 24 Iam vero muscus, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, situque et veterno macerat, ferro distringendus et eradendus est.

MVSCŌSVS, a, um. Adi. [βρωδης] *Quod musco opertum est.* Muscosi fontes Virg. Ecl. 7, 45. Lapis Catull. 69, 58. Et, Muscosa prata, apud Varr. de R. R. 1, 9. Cicero Quint. Frat. 3, 1, 2 Nihil muscosius. *Vid. Manut. h. l.* Solum muscosum Propert.

3, 3, 26. MVSCŌSE. Adu. *Idem.* Sidon. Carm. 2. MVSCĪDVVS, a, um. Adi. *Idem.* Sidon. Epist. 8, 18 (16) Pumices muscidi.

MVSCOR, āri. [βρωδμου] *Est Musco tegi. Vnde compositum Emuscor.* Columel. 11, 2 Oleae putantur et emuscantur. *h. e. Musco liberantur.*

MVSEVS, MVSIVS, MVSIVVS, *vid. p. a. sub MVSA.*

MVSICA, *vid. MVSA.*

MVSĪMON, ōnis, m. [μυσημων] *Afinus, mulus, aut equus brevis.* Lucil. 6 Pretium emit, qui vendit equum musimonem. Cato Deletorio, Afinum, aut musimonem, aut arietem. *Haec Non. 2, 530.* De musimone sic Plin. 8, 49 Est et in Hispania, sed maxime Corsica, non maxime ab simile pecori, genus musimonum, caprino villo, quam pecoris velleri propius. Quorum e genere, et ouibus natos priuici umbros vocauerunt. Infirmisimum pecori caput; quamobrem auersum a sole pasci cogendum. Musimonem capra ex veruegno sanguine gignit Eugen. Tolet. Carm. 22. *Vid. ABIGENVS.* *Μύσημονες sunt apud Strabonem: et videtur mixto generi e capra et oue proprium, sed latius deinde extensum.*

35 MVSINOR, *vid. MUGINOR.*

MVSIVVM, *vid. MVSEVS, sub MVSA.*

MVSONIVS, i. m. Philofophus fuit non incelebris, cuius hoc luculente vereque dictum refert Gellius; *ἄν τι πράξης καλὸν μετὰ πόνου, ὃ μὲν πόνος αἰχρεῖται, τὸ δὲ καλὸν μένει; ἄν τι ποιήσῃς αἰχρεῖον μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὴ αἰχρεῖται, τὸ δὲ αἰχρεῖον μένει.* *Vid. Noct. Att. 16, 1. Hinc*

40 MVSONIĀNVS, a, um. Adi. Constantius officio functum perire, Musonianum voluit appellari, ante Strategium dictitatum Ammian. 15, 13. *Respexit, credo, ad illud ipsum dictum Musonii, quod modo dedimus ex Gellio.*

45 MVSSITO, MVSSO, āre. *vid. Mutio, in MVTVS.*

MVSTĀCE, es. f. *Genus lauri.* Plin. 15, 30 Duo lauri genera tradit Cato; Delphicam, et Cypriam. Pompeius Lenaeus adiecit quam mustacem appellauit, quoniam mustaceis subiiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidoque et albicante.

50 MVSTACEVM et MVSTACEVS, i. n. et m. [γλυκύσιος] *Libi genus ex musto.* Cato de R. R. 12 Mustaceos sic facito: Farinae siligineae modium vnum musto conspergito, anisum, cuminum, adipis p. 11. casei libram, et de virga lauri deradito, eodem addito. Et ubi definxeris, lauri folia subtus addito, quum coques. *Adhibentur igitur* 55 *Lauri folia, quae ab ipso hoc usu arida et deformia fieri necesse est. Hinc* Cic. Att. 5, 20 Bibulus — in eodem Amano coepit laureolam in mustaceo quaerere, *i. triumphii materiem nimis exilem et sordidam. Neutro genere* Iuuenal. 6, 203 Coenam et mustacea perdas.

60 MVSTELA, ae. f. [γυλλή] *Animal mures persequens et serpentes.* Plaut. Stich. 3, 2, 6

Auspicio hodie optumo exiui foras;  
Mustela murem abstulit praeter pedes  
Cum frenā obscaenauit, spectatum hoc mihi est, etc.

*Sed mox v. 43*

65 Certum est mustelae posthac nunquam credere  
Nam incertiozem nullam noui bestiam  
Quae ne et ipsa decies in die mutat locum.

Plin. 29, 4 Mustelarum duo genera; alterum siluestre. Distant magnitudine. Graeci vocant Ictidas. Harum fel contra aspidas dicitur efficax, caetero venenum. Haec autem quae in domibus nostris oberrat et catulos suos, ut auctor est Cicero, quotidie transfert, mutatque sedem, serpentes prosequitur. *Vid. Varr. de R. R. 3, 10. Conf. Phaedr. 1, 23. et 4, 1. et 4, 5.* Repente introrepens mustela contra me constitit Apul. Met. 2 p. 125. Mustelas mansuetas in car-

75 ductis habent plerique contra talpas Pallad. Mart. 9, 4. ¶ 2 Mustela, *Piscis genus, muraenae fere similis.* Plin. 9, 17. *Mustelae, ait Sipontinus, in lacu Brigantino Rhetiae, muraenis fere similes, et caeteros omnes pisces nostra aetate excedentes pretio; quas a lambendis petris, nunc lambetas nominant. Sipontino subscribit Massarius in lib. 9 Plinii, ubi* 80 *multa de mustela.* Ausonius in Mosella v. 106 Quaeque per Illyricum, per stagna binominis Istri Spumarum indicis caperis mustela natantum, etc. Auida mustela Columel. 8, 17, 8.

MVSTELĪNVS, a, um. Adi. [γαλοδης] *Quod est mustelae, vel simile mustelae.* Ter. Eun. 4, 4, 11 Hic est vetus, vietus, veteranosus, senex, colore mustelino. Plin. 30, 14 Aut ex vtriculo mustelino per genitale effluentes aquas.

MVSTELĀTVS, a, um. Adi. *Legitur Apul. Met. 2 p. 126 Elmenh. Mustelatis peplis laceratus atque discerptus. Sed locus corruptus.*

MVSTELLĀGO, inis. f. *Herba, quae et Daphne.* Apul. de Herb.

90 c. 27 et 58.

MVSTRICŌLA, ae. f. Machinula (*auctore Festo*) ex regulis, in qua calceus nouus insuitur. Afranius, Mustricolam in dentes indam tibi. Forma est futoris. *Vid. Isidor. Gloss. ubi dicitur machina ad*

95 stringendos mures.

MVSTVM, i. n. [γλυκύσιος] *Vinum nouum.* Ouid. Fast. 4, 888 Praemia de lacubus proxima musta tuis. Plin. 23, 1 Musta differentias habent naturales has, quod sunt candida, aut nigra, aut inter vtrumque, aliaque ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum. Cic. de

100 Clar. Orat. 287 c. 83 Sic ego istis censuerim, et nouam istam quasi de musto ac lacu feruidam orationem fugiendam. Austeram musta Quintil. 2, 4. Candida Tibull. 1, 5, 24. Circumcidaneum mustum, *vid. Circumcidaneus, in CIRCVMCIDO.* Creticum m. est passi genus Scribon. 209. Dulce Virg. Georg. 1, 295. Feruida Ouid. Trist. 3, 10, 72. Adhuc in dolio Feruens Scribon. 111. Mustum mustum

105 Idem 125. Noua bibere Ouid. de Arte Am. 2, 695. Pressa veloci pede

pede Tibull. 1, 5, 24. Pugnacibus mustis crapulae plus inditur, lenibus parcus Plin. 14, 20. Purpureum Propert. 3, 17 (15) 17. Recens Scribon. 269. Antequam mustum deferuescit Scribon. 269. Mustum, inquit Nonius 2, 518 Non solum vinum, verum etiam nouellum quidquid est, recte dicitur. Nacuius Gymnastico; Vtrum est melius, virginem an viduam vxorem ducere? virginem, si musta est. Sic Olei musta Plin. 15, 1 f. 2. Fuerit ergo  
 MVSTVS, a, um. Adi. [μσσρδς] Recens. Nacu. apud Non. 2, 518 ut modo vidimus. Vinum mustum Cato R. R. 115, 1. Agna musta pascenda Cato ap. Priscian. 6 p. 711. i. noua ipso interprete.  
 MVSTARIVS, a, um. Adi. [γλευκικδς] Quod ad mustum pertinet. Mustarius vrceus, In quo mustum reponitur Cato c. 11.  
 MVSTEVS, a, um. Adi. [γλευκικδς] Quod mustum, hoc est dulcedinem in se habet: ut, Poma mustea. Cato de R. R. c. 7 Item alia conditiua mala mustea. Mala Varr. R. R. 1, 59. Plin. 13, 4 extr.  
 Est tanta musteis pomis suauitas, vt finis mandendi non nisi periculosa fiat. ¶ 2. Musteus, Recens. Plin. 12, 7 Amaritudo grano eadem quae piperi musteo creditur esse. Cascus musteus Id. 11, 42. Liber musteus Id. Epist. 8, 4 a fine (21) it. Sidon. Ep. 8, 3.  
 MVSTVLENTVS, a, um. Adi. [γλευκικδς] Idem quod Mustus. Plaut. Cistell. 4, 2, 101 (87) Ita mustulentus aestus nares attingit. Autumnus mustulentus Apul. Met. 2 p. 116. Conf. Non. 1, 322.  
 MVSTIO, ōnis. m. Vermiculi s. insecta alata. Mustiones a Musto appellati, vt bibiones, qui in vino nascuntur Isidor. 12, 8.

## M V T

MVTABILIS, MVTATORIA, vid. MVTO.  
 MVTICVS, vid. MVTVS.  
 MVTILAGO, inis. f. Herba, alias Tithymalus. Apul. de 30  
 Herb. c. 108.  
 MVTILVS, a, um. Adi. [κολοδς, κλλδς] Truncatus et parte aliqua minutus. Hor. Serin. 1, 5, 60  
 O tua cornu  
 Ni foret exsecto frons (inquit) quid faceres, quum  
 Sic mutilus munitaris?  
 Cornibus inutilis Caes. Bell. Gall. 6, 26. Boues inutili, dicti sunt Sine cornibus, auctore Donato. Columel. 7, 3 Nam est melior mutilus aries. Add. Id. l. 1 praef. Cic. in Orat. 178 Mutila sentit quaedam, et quasi decurtata. De animo. Cic. in Orat. 32 c. 9 Sed quum mutila quaedam, et hiantia locuti sunt, quae vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant Thucydidis.  
 MVTILO, are. [κολοδς, πηρδς] est, vt ait Donatus, aliquid detrudere, sine quo res esse non possit. Ter. Hec. 1, 1, 8 Quin spolies, mutiles, laceres, quenquam nacta sis. Et Curt. 5, 5, 14 Maiore membrorum parte mutilari. Add. Id. 9, 2, 19.  
 MVTILATVS, a, um. Adi. [κλλδς, πηρδς, ἀνάπηρδς] Mutilatus dens Plin. 8, 5. Ouid. in Ibin 546 Trunca geras facies mutilatis partibus ense, Qualia Mycerni membra fuisse ferunt. Liu. 29, 9 Et prope exsanguem, naso, auribusque mutilatis relinquunt. Cruci affixus, mutilatis Auribus naribus Curt. 7, 5, 40. Colubrae mutilatae cauea Ouid. Met. 6, 559. Cic. Philip. 3, 31 c. 12 In Galliam mutilatum ducit exercitum. i. Diminutum. Rami mutilati Ouid. de Nuce 37.

MVTILATIO, ōnis. f. [κλήρωσις σώματος, ἀκρωτηριασμοδς Gloss. 55 Lat. Gr.] Cels. 7, 9 Leuis mutilatio. Sed plures Editi Scriptique, Mutatione Morgagn. Ep. 3 in Cels.

MVTILATOR, ōris. m. apud Celsum.

MVTVLVS, i. m. Quod etiam scribitur MVTILVS in bonis libris, est eminens aliquantum ultra parietem cantherius, vel ornamentum, quod id ipsum repraesentet. Vitruu. 4, 2 Vt e tignorum dispositionibus triglyphi, ita e cantheriorum proiecturis mutulorum sub coronis ratio est inuenta. Ita fere in operibus lapideis et marmoreis mutuli inclinati sculpturis deformantur, quod imitatio est cantheriorum. Varr. de R. R. 3, 5, 13 Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordinem, supra quos tegeticulae cannabinae sint impositae. Columel. 8, 9, 3 Mutuli per parietem defixi. Etiam hic in bonis libris est mutuli.

MVTINA, ae. f. [Μύτινα] Vrbs Italiae in Flaminia, Romanorum quondam colonia, vt est auctor Meia 2, 4. et Liu. 39, 55. Vulgo Modena dicitur. Firmissima et splendidissima Pop. Rom. colonia Mutina Cic. Philipp. 5, 24. Labores Mutinae Lucan. 1, 41. Moenia obsessae Mutinae Ouid. Met. 15, 823.

MVTINENSIS, e. Adi. [Μυτιναϊδς] Color Mutinensis, i. Pullus: a Mutinensibus lanis, ex quibus natio colore panni sunt. Varro, Nam et ludere alacrem vidimus Mutinensi tunica. Arma Mutinensia Ouid. Fast. 4, 633.

MVTINVSTITINVS, i. m. Deus erat, cuius facellum, vt Festus ait, Romae fuit, cui velatae togis praetextatis solebant sacrificare. Ego nomen eum gentilium deum habuisse a tacendo, et non tinnendo, puto: Nam in eo ni valet ne. Quare conflatum nomen ex hac particula, et duobus imperatiuis videtur, quasi diceret, Muti, ne tinni. Ex Turnebo Adu. 17, 23 pr.

MVTINVS, i. m. Membrum virile. Auctor carminis obsceni (in Phallicis 73) ex rec. Scalig. Pomarii tutela diligens, rubro, Priape, furibus minare mutino. Possunt Scanzones esse et Iambici. Incerta ergo Penult. Est et vnum e nominibus Priapi. Lactant. 1, 20 Sterculius, qui stercoreandi agri rationem primus induxit: Et Mutinus, (Motunus, Titinus, Tutunus, Futinus al.) in cuius sinu pudendo nubentes sedent, vt illarum pudicitiam prior deus delibasse videatur. Festus ex restitutione Scaligeri, Mutini Titini facellum fuit in Veliis aduersum murum mustellinum in angiportu: de quo aris sublatis balnearia sunt facta Domitii Caluini: cum mansisset ab vrbe condita ad principatum Augusti. Religiose et sancte cultum fuisse manifestum est. Nam nunc ad sextum et vicesimum extra urbem aediculam habet, vbi et colitur, et mulieres togis praetextis velatae ei sacrificant. Arnobio 4 aduersus Gentes vocatur Mutunus per quintam vocalem. Sic enim ait: Etiamne Pertunda, quae in cubiculis praesto est, virginalem scrobem effodientibus maritis? Etiamne Mutunus, cuius immanibus pudendis, horrentique fascino, vestras inequitare matronas, et auspicaibile ducitis, et optatis? Sed Tutunus habet Salmasiana p. 131. Et p. 133 Mutuno atque Tutuno. Augustinus de ciuitate Dei 4, 11 Mutinus, qui est apud Graecos Priapus. Idem 6, 9 Priapus nimis masculus, super cuius immanissimum et turpissimum fascinum federe noua nupta iuebatur. Vines ad l. c. Mutinum dictum putat, quod praestes ut in primo concubitu vir moueatur, virgo vero ne relucetur. Tertull. 105

Apol. 25 acerba Ironia, Sterculius et Mutunus (sic Hauec. Al. Mutinus, al. Mucunius. Etiam apud Augustinum est varietas. Historiam plenam huius nominis dedit Buneman. ad Lactant. 1, 20, 36. Est, credo productum ex MVTO, ònis, de quo post deriuata ex verbo MVTO.

5 MV TIO, ìre. Vid. MV TVS.

MV TIVS, vid. MV CIVS.

MV TO, ìre. [ἀλλάττω, μεταβάλλω, ἐκτρέφω, τέτρω, μετατρέφω, μεταλάττω] Facere ut aliud fiat Plin. 12, 7 Piper tostum solibus, colore rugisque mutatur. Plin. Pan. 24 Eadem quae omnia illa circa te,

10 nihil in te fortuna mutauit. Mutare se habitu et loco, pro eo quod est, Mutare habitum et locum Hor. Serm. 2, 7, 64. Mutare et vertere ad omnem rationem aliquid Cic. de Orat. 3, 175. Ter. Andr. 5, 4, 46 O lepidum patrem! de vxore vt possedi nihil mutat Chremes.

15 Amphit. Perioch. 2. In horas mutari Hor. A. P. v. 160. et Sat. 2, 7, 10. In marem mutari Plin. 7, 4. In peius mutare Quinctil. 1, 1. Formae nominum: Ter. Phorm. 5, 2, 9 Haud scio hercle, vt homo est, an mutet animum. Cic. Fam. 7, 23 Sin autem sententiam mutasti, ego habebo. Idem Acad. 4, 63 Neque te quo minus (si tibi ita videatur) sententiam mutes, deterrendum puto. Amantes verbo mutantur Propert. 2, 5, 13. Amictus frustra mutantur Tibull. 1, 8, 13. Arma Nep. 11, 1, 3. Beneficium Caes. Bell. Ciuil. 2, 29. Brachia mutamus vario amplexu Propert. 2, 15, 9. Calceos v. b. v. Coenacula mutare, lectos, balnea, etc. Hor. Epist. 1, 1, 91. Colores Hor. Epist. 1, 16, 38. de inconstantia vultus a conscientia certe perturbatione, succedentibus sibi inuicem rubro, pallido. Sic Bentleyus tueretur receptam lectionem contra colorem Cruquii. Sic Prop. 1, 15, 39 Quis te cogebat multos pallere colores? Colorem ad similitudinem loci Plin. 9, 29. Cic. Att. 7, 22 (23) Quod ad te scripserim, me in

30 Epiro futurum, posteaquam extenuari spem nostram et euanescere vidi, mutauit Consilium. Id. Verr. 1, 120 Alias reuocabat eos, inter quos iam decreuerat, Decretumque mutabat; alias, etc. Dicta Plaut. Bacch. 3, 2, 34. Ter. Andr. 1, 1, 13 Quod habui summum pretium, persolui tibi. s o. in memoria habeo. s i. haud muto factum. Vbi

35 Donat. Haud muto factum, Vetuste; Non me poenitet. Idem Donat. in Comment. in Phormionem; Sic enim veteres dicebant; Muto factum, et Nolo factum, quum alicuius rei eos poenitebat. Add. Ter. Adelph. 4, 7, 19. Plaut. Mil. 4, 1, 36 Sed ne istam amittam, et haec mutet Fidem, viuè modo. Fidem cum aliquo Ter. Phorm. 3,

40 2, 27. rescindere contractum. Fortunae mutantur Plaut. Truc. 2, 1, 9. Gestum Lucret. 4, 776. Habitum noti oris effigies languida mutauerat Lucan. 9, 1034. Id mutauit Ter. Andr. 1, 5, 7. Mutatis ad celeritatem Iumentis ad Pompeium contendit Caes. Bell. Ciu. 3, 11. Ius Liu. 8, 28. Lares Hor. in Carm. Saecul. 39. Cic. de Legib.

45 2, 1 Sed visne, quoniam et satis iam ambulatum est, et tibi aliud dicendi initium sumendum est, Locum mutemus, etc. Locum potestas tralata mutauit Lucan. 2, 137. Cic. in Catil. 1, 6 Muta iam istam Mentem, mihi crede, obliuiscere caedis atque incendiorum. • Mentem quae insania mutat? Virg. Aen. 4, 595. Mentem et voluntatem

50 Cic. de Prou. Conf. 25. Mores mutare Ter. Adelph. 5, 9, 27. Naturam pecunia nescit Hor. Epist. 1, 12, 10. Sall. Hist. 3 Or. Macri Licinii n. 13 Neu Nomina rerum ad ignauiam mutantem otium pro seruitio appelles. Nuptias Plaut. Stich. 1, 1, 71. Orationem dicuntur mutare oratores, cum non eodem modo, recto illo ac simplici, dicunt,

55 sed per figuras, addendo, demendo, permutando variant. Certe hoc est Cic. Part. c. 5 Genus eloquendi verum atque mutatum, cui opponitur sua sponte fufum. Add. Ibid. c. 7. Pactionem Cic. pro Domo 25. Rationem medendi magna ex parte mutare Cels. 1 praef. Cic. pro Caccin. 100 Qui volunt poenam aliquam subterfugere, aut

60 calamitatem, eo solum vertunt, hoc est Sedem ac locum mutant. Sedem ex sede, vt volucres Plin. 2, 37. Sententiam Cic. Att. 9, 2. Idem in Parad. 4 Omnes scelerati atque impii, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiam si Solum non mutarunt. Sortem alicuius in contraria Ouid. Met. 3, 329. Testa-

65 mentum Cic. pro Cluent. 31. Vellera mutare luto, pro Tingere, inficere per naturam, inquit Seruius Virg. Ecl. 4, 44. Vestem cum alio Ter. Eun. 3, 5, 24. Alias Vestem mutare, i. pro toga munda sordidam sumere, luctus signum erat. Cic. post red. in Senat. 12 Quum vos Vestem mutandam censuissetis, cunctique mutassetis, atque idem

70 omnes boni iam ante fecissent, ille vnguentis oblitus, cum toga praetexta, quam omnes Praetores Aedilesque tunc abiecerant, irrifit squalorem vestrum et luctum grauissimae ciuitatis. Ibid. 31 Vos me florentem semper ornastis; laborantem, mutatione vestis, et prope luctu vestro, quoad licuit, defendistis. Nostra memoria Senatores, ne in suis quidem periculis, mutare Vestem solebant; in meo periculo Senatus veste mutata fuit. Periculum appellat Cicero Reatum; vt in Oratione pro Planc. 29 Quid de me dicam? qui in huius periculo reus esse videor. Quid de his tot viris? quos videtis Veste mutata. Plutar-

80 tarchus omnem prope Equestrem ordinem, et iuuenes ad viginti millia, sordidatos cum Cicerone fuisse ait, cumque eo supplices populi passim per urbem Romam fuisse. Solebant scilicet olim amici et necessarii sorores cum reo delato accipere ad misericordiam captandam, plebemque deprecandi prebentare aut circumire, vt quum dies iudicii aduenisset, facilius absoluerentur. Vias tempestas et humor caeli mutauere Virg. Georg. 1, 418.

85 Vices terra mutat Hor. Carm. 4, 7, 3. Vitam priorem Lucret. 5, 170. Vulgus mutatur cum principe Claud. Conf. Hon. 4, 301. Cic. Tusc. 2, 41 Quis mediocris gladiator ingemuit, quis Vultum mutauit vnquam? § 2 Formulae aliae: Mutare aliquid cum aliquo, Aliud pro alio accipere. Ter. Eun. 3, 5, 24 Vt vestem cum eo mutem, et pro illo iubeam me ducier. Sallust. in Iugurtha c. 44 extr. Statuit tamen Metellus pecoris et mancipiorum praedas certatim agere, eaque mutare cum mercatoribus vino aduectitio, et aliis talibus. Quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis, Aesonidem mutasse velim Ouid. Met. 7, 59. O si quisquam deus puluere mutet opes

95 Ouid. Am. 3, 8, 66. i. in puluerem. Verum Si quem reperire posset, cum quo mutet suum illum Captiuum. Plaut. Capt. prol. v. 28. Milites Pecora et Mancipia, cum vino aduectitio mutasse Sallust. Iug. c. 44. Mutare aere, pro Vendere. Columel. 9, 1 circa fin. Quare dum viridis aetas pulchritudinem corporis conseruat, aere mutandi sunt. Idem 7, 9 Lactens porcus aere mutandus est. Bellum mutare pro pace Sallust. in Orat. Catilinae c. 58. Sallust. in Iugurth. c. 83 pr. Et quanquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare. Hor. Serm. 2, 7, 110 An hic peccat sub noctem, qui pueruam Furtiua mutat strigili? Finibus mutari Liu. 5, 46 f. i. red-

100 ire ab exilio. Gaudium mutare moerore Plin. Epist. 5, 16. Iucunda mutare



mutare feueris Plin. Ep. 5, 17. Pacem miseram vel bello bene mutari Tacit. Ann. 3, 44. Praetextam mutare paludamento Plin. in Paneg. 56. Quadrata mutat rotundis Hor. Epist. 1, 1, 100. Tristitia mitibus Id. Carm. 1, 16, 26. Urbem exilio mutant Ouid. Fast. 6, 665. Victricem mutare patriam victa, *apud* Liu. 5, 30. Idem: Victoriae possessionem incerta spe mutasse. Cic. pro Sext. 37 Commutare dixit: Denique, *inquit*, videbatur ea conditione tam fortis fuisse, vt cum patriae caritate constantiae gloriam commutaret. ¶ 3 *Observationes.* Mutare, *pro* *Ethere aut vendere antiquis fuit in usu.* Hor. Serm. 1, 4, 29 Hic mutat merces surgente a sole ad eum, quo Vespertina tepet regio. *Simile est illud* Virg. Ecl. 4, 38 — nec nautica pinus Mutabit merces, etc. Lucill. *apud* Non. 4, 315 Vno hoc non muto omnia. Mutare, *Corrigere, emendare.* Ter. Adelph. 4, 7, 20 Caeterum placet tibi factum Mitio? M. I. non, si queam mutare: nunc quum non queo, aequo animo fero. Non. 4, 315 Mutare, derelinquere. Lucil. Mihi quidem non persuadetur, publice mutem meos. *Alter locus nimis corruptus.* Mutare, *vt ἀπαλλάττειν pro liberare videtur accipi* Sall. Iug. 28 *extr. de conditionibus miseris*, Quae quanquam graua et flagitii plena erant, tamen, quia metu mortis mutabant, sicuti regi liberat, pax conuenit. *Non enim puto recte Cor-tium interpretari passiuè pro mutabantur, i. pro metu mortis dabantur. Nempe ponitur etiam passiuè, vel vt neutrum absolutum, pro Variare.* Liu. 5, 13 Annona ex anteuecta copia nihil mutauit. *i. Quoniam vrbs frumento abundabat propter anteuectam copiam, annonae pretium non creuit.* Liu. 39, 51 Mores Populi Romani quantum mutauerit, vel hic dies argumento erit. *Adde* 3, 10 et 5, 13. Sallust. Iug. c. 104, 2. Mutare et Nutare itemque Motare misceri a librariis obseruat Drakenb. ad Sil. 6, 234.

MVTOR, āri. *Passiu.* Hor. Carm. 2, 20, 10  
Iamiam residunt cruribus asperae  
Pelles; et album mutor in alitem  
Superne, etc. *i. Mutor a partibus superioribus in cyenum.* *Quidam corrupte legunt* Superna. *Vide Lambinum in hunc locum.* Mutari in horas Hor. Serm. 2, 7, 10. Ciuitate mutari, *pro Alterius ciuitatis ciuem fieri.* Cic. pro Corn. Balb. 42 Vt et ciuitate illum mutatum esse fateretur, et ius ciuitatis honore dignissimum iudicaret? Finibus mutari, *i. Ab exilio redire* Liu. 5, 46.

MVTANS, antis. Partic. [ἀλλάττων] Nomina rerum ad ignauiam mutantem Sallust. Fragm. c. 22. *Aliquando accipitur pro eo, qui mutatur.* Quinctil. 1, 10 Diu enim mutantibus (scilicet verbis) repugnandum. *Conf.* Tac. Ann. 12, 29 *pr. Et* MVTOR n. 2.

MVTANDVS, a, um. Partic. [μεταλαμβάνω] Ratio mutanda est Catull. de Acme 39. Sedes mutandae Virg. Aen. 3, 161.

MVTĀTVS, a, um. Partic. [μεταλλάττειν] Mutato nomine Plin. 3, 11. Mutatus ab illo, *i. Dissimilis* Virg. Aen. 2, 274. In deterius Tacit. Ann. 4, 63. In peiorem partem sunt versa et mutata omnia Cic. pro Rosc. Amer. 103. Faciem mutatus et ora Virg. Aen. 1, 662. Vultum nihil mutatus Stat. Theb. 2, 655. Amor Ouid. Epist. 5, 34. Aura Hor. Epist. 1, 18, 88. Di mutati Id. Carm. 1, 5, 6. *qui non amplius fauent.* Flumina Virg. Ecl. 8, 4. Formae Ouid. Met. 1, 1. Fortuna Virg. Aen. 5, 604. Frontis mutatae Hor. Serm. 2, 8, 84. Res Id. Epist. 1, 10, 31. Sententia mutata loco cedit Virg. Aen. 9, 220. Verba mutata, *vid.* Translata verba, *in* VERBUM. Hor. Serm. 2, 2, 58 Ac nisi mutatum parcat defundere vinum. *Turnebus in hunc locum, Vinum, inquit, a Graecis ἀργουίαν vocatum et τροπίαν circumloquutus est. Ita autem intelligitur vinum vappescens et degenerans, exolefscensque, et in acetum aut vappam transiens.* Haec ille.

MVTĀTVS, ūs. m. Tertull. de Pallio c. 4 Incredibili mutatu. MVTĀTVRS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀλλάττων] Habenas non mutatur Stat. Silu. 3, 5, 27.

MVTĀTIO, ōnis. f. [ἀλλοίωσις, μεταβολή, παραλλαγή, τροπή] Mutatio fedis Plin. 13, 4. Annonae mutationem significans Plin. 2, 103. Consilii mutatio optimus est portus poenitenti Cic. Philip. 12, 6 c. 2 *extr.* Corporis crebra Id. pro Cluent. 54. Loci, non ingenii Id. pro Quint. 22. Morum facienda Id. Off. 1, 120 c. 33. Officiorum mutatio, dando, accipiendo Id. Ibid. 1, 22. Omnium Rerum semper quasi naturali lege mutatio est Spart. in Seuero c. 14. Temporum mutationes Cic. Nat. Deor. 2 c. 19. Id. Acad. 4, 119 Ita esse eum vndique aptum, vt nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri. Motibus et mutationibus suis ciens omnia et agitans natura Id. de Nat. Deor. 3, 27. Mutatio, *pro* *Commutatione.* Ter. Hec. 4, 4, 11 A Myrrhina haec sunt mea vxore exorta omnia: mutatio fit; ea nos perturbat Laches. Habere mutationem Cic. Fam. 1, 7. Moliri mutationem Id. Acad. 4, 119. ¶ 2 Mutationum mancipis Cassiod. Varr. 4, 47 *Qui veredorum equorumque cursui publico destinatorum et ad celeritatem mutari solitorum curam gerunt.* *Vid.* MVTĀTORIVM n. 2.

MVTĀTOR, ōris. m. Lucan. 8, 854 Mercis mutator Eoae. *Adde* Arnob. 3 p. 119.

MVTĀTORIVS, a, um. Tertull. de Resurr. Carn. c. 56 Indumentum illud mutatorium immortalitatis. *Ponitur etiam substantiuè.* Vulg. Interpr. Esai. c. 3, 22 *quae vestimenta videntur εἴματα ἔκαμοισθα Homero dicta, quae non ad necessitatem habentur, sed varietatis causa.* Sunt qui Ricas vertunt, de quibus f. l. *Conf.* du Fresne Gloss. b. v. ¶ 2 Mutatorium Caesaris, *apud* Bellor. in Vestig. Vet. Romae, est diuersorium, *vbi equi, vestes etc. mutantur.* *Vid.* MVTĀTIO n. 2.

MVTĀBĪLIS, e. Adi. [μεταβολικὸς, μεταβλητικὸς, παράλλαλος] Quod facile mutatur. Virg. Aen. 4, 569 — varium et mutabile semper Fenina. Vultu mutabilis Hor. Epist. 2, 2, 189. Animi vulgi mutabiles Liu. 2, 7. Id. 31, 29 Natura enim, quae perpetua est, non mutabilibus in diem causis hostes sunt. Fatum non mutabile Stat. Theb. 9, 661. Tibull. 3, 4, 63 Sed flecti poterit, mens est mutabilis illi. Pectus consiliis Ouid. Met. 2, 145. Ratione vaga et mutabili labuntur sidera quaedam Cic. de Vniuers. 32. Vulgus Valer. Argon. 1, 762. *Compar.* Valer. Max. 6, 9, 14. *Superl.* Mutabilissimus Porc. Latro in Sallust.

MVTĀBĪLĪTAS, ātis. f. [τὸ μεταβλητικόν] Mobilitas. Cic. Tusc. 4, 76 c. 35 Haec inconstantia, mutabilitasque mentis, quem non ipsa grauitate deterreat?

MVTĀBĪLĪTER. Adu. Mutando. Varr. Cras credo, hodie nihil: Quibus instabilis animus ardens mutabiliter habet habere, et non habere. Non. 2, 548.

MVTĪTO, āre. *Audiamus interpretem huius verbi* Gellium 2, 24 Principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutarent, id

est, Mutua inter sese conuiuia agitent. *Cum videatur Gellius a Mutuus deducere, Turnebus Mutuitarent legendum putat. Sed Gronouii ex MSS. Mutitare retinent, quod epulas inter se mutarent, et vicissim conuiuia conuiuui.*

5 M V T O, ōnis. m. *Membrum virile.* Hor. Serm. 1, 2, 68 Huic si mutonis verbis mala tanta videntis Diceret haec animus, etc. Acron, Muto dicitur membrum virile, vt Lucilius, Laeso tum lacrimas mutoni absterget amica. *Vid. M V T I N V S.*

M V T O N I V S, i. m. et M V T T O N I V M, i. n. Vet. Gloss. 10 Muttonium, *πρόβακάνιον, λένιος.* Muttonius, *πρόβακάνιον.* Muttonium, *πρόβακάνιον* Gloss. *ist. ἀκιδάκιον ibid.* Videtur ergo idem esse, quod Fascinus vel Fascinum, v. v.

M V T O N I A T V S, a, um. Adi. i. *Mentulatus.* Martial. 3, 73 Dormis cum pueris mutoniatis. Idem 11, 64

15 Spectas nos Philomuse quum lauamur,  
Et quare mihi tam mutoniati  
Sint laeues pueri subinde quaeris. *Ad partem*

veniet salax asellus nihilo deterius mutoniatus Poëta Phall. Carm. 52. *Prima, vt hic apparet, breuis est: an vbi producitur, litera T geminari debet?*

20 M V T V L V S, *vid. M V T I L V S.*

M V T V N V S, i. m. *Deus ethnicis fuisse videtur, qui mutires, efficeretque, ne quid emanaret, sed clam esset, et tacitum et occultum.* Lucilius ap. Non. 1, 34

25 Sed quid Mutino, subiectoque huic opus signo?  
Vt lurcaretur lardum et carnaria furtim  
Patrum conficeret. *Mercer. Moetino. Arno-*

bio Mutunus, *Priapus est. Vid. in M V T I N V S.*

M V T V O, Adu. et M V T V O, Ære. *Vid. M V T V V S.*

M V T V S, a, um. Adi. [*ἄλαος, ἀναυδος, ἀφωος, ἐνός, βυός*]

30 *Qui loqui non potest, et nihil praeter obscurum sonum proferre, qualis est Syllabae MV, a qua etiam mullare et mutire deriuantur, et mugire adeo.* Mutus, *inquit Nonius 1, 29 Onomatopoeia est incertae vocis, quasi mugitus. Nam Mutus sonus est proprie, qui intellectum non*

35 *habet. Naeuius Lycur. Ducite eo cum argutis linguis mutas quadripedes. Ter. Heaut. 4, 4, 26 Tu nescis quod scis Dromo, si sapias. D. mutum dices. Plin. 10, 29 Merula canit aestate, hieme balbutit, circa solstitium muta. Muti vel eloquentis origo Cic. Tusc. 5, 69.*

Mutum esse fatius est, quam quod nemo intelligat dicere Id. Phil. 3, 22 c. 9. Ter. Eun. 3, 1, 27 Papae iugularas hominem, quid ille?

40 T. mutus illico. *Vbi Donatus, Tam hoc stultum est, quam si diceret, statim nihil. Cic. pro Rosc. Amer. 104 Neque accusatore mut-*

to, neque teste quisquam vitur eo, qui de accusatoris subsellio surgit. *Substantia, quibus iungitur: Accusatio huius temporis muta Cic. pro*

45 *Flacc. 6. Aeuum Sil. 3, 579. Agna Hor. Serm. 2, 3, 219. Ar-*

menta Stat. Theb. 5, 334. *Artes mutae a Virgilio, dicuntur, com-*

parations muscae, quae vocalis est Aen. 12, 396 Scire potestates herbarum, vsuque medendi Maluit, et mutas agitare inglorius artes. *Quod addit inglorius, non contemnit Medicinam, sed ostendit proprium*

50 *velut opus Poëtarum, gloriae et alienae et suae studere. Eodem respicit*

Stat. Theb. 4, 183 Mutos Thamyris damnatus in annos Ore simul citharae — conticuit. *Sic de pictura et statuaria Cic. de Orat. 3, 23*

Et si hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, et tamen verum: quanto admirabilius in oratione atque in lingua? *Aspectus Quinctil.*

6, 1. *Bestiae Cic. de Finib. 1, 71. Bestiae mutae, et nihil intel-*

55 *ligentes id. de Nat. Deor. 2, 133. Formosa facies muta Compendatio est Publ. Syrus in Mimis. Dialectica in excogitandis argumentis*

muta nimium est, in iudicandis nimium loquax Cic. de Orat. 2, 160. *Eloquentia muta quaedam inducere Id. in Orat. 138. Eorum mut-*

60 *post red. in Senat. 5 c. 3. Ouid. ex Pont. 2, 7, 52 Culpa grauis precibus donatur saepe suorum: Omnis pro nobis gratia muta fuit.*

65 *b. e. Nullus amicorum pro me orauit Imperatorem, vt ignosceret. Historia Cic. de Finib. 2, 67. Imago etiam muta a tanto scelere reuocare*

70 *debuit Id. in Catil. 3, 10. Lapidem muti in agrorum diuisionibus dicebantur, sine inscriptione appositi, ideo quia nulla significatione*

75 *apparent, quoto loco numerarentur. Ex Hygino p. 156 Guesf. Leges mutae tacent Ouid. ad Liu. 185. Cic. de Legib. 3, 2 Vt mag-*

80 *istratibus leges, ita populo praesunt magistratus: vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem: legem autem, mutum mag-*

85 *istratum. Mare Plaut. Mil. 3, 1, 69. Conf. Brouckh. ad Prop. 1, 15, 29. Ne mutam profecto repertam vilam esse hodie dicunt Mulierem*

90 *ullo in saeculo Plaut. Aul. 2, 1, 6. Os Ouid. Met. 6, 574. Pecudes Cic. Q. Frat. 1, 1, 19. Pecus mutum et turpe Hor. Serm. 1, 3, 100. Pecus mutum metu Virg. Aen. 9, 341. et 12, 718. Querelas*

95 *mutas abrumpit Claud. de Rapt. Proserp. 3, 160. Quinctil. 6, 1 Mutae tamen Res mouent. Res inanimatae atque mutae Cic. de Nat. Deor. 1, 36. Res muta et informis, cui opponitur Eloquens et formata*

100 *Auctor ad Herenn. 4, 67. Scientia Quinctil. 5, 10. Silentia noctis Ouid. Met. 7, 184. Spelunca Stat. Achill. 1, 240. Suspiria Id. Theb. 11, 604. Cic. Att. 8, 22 (14) Nullum fuisse tempus post has fugas et formidines, quod magis debuerit mutum esse a literis.*

105 *Multa et Muta confundi a librariis docet Brouckh. ad Tibull. 4, 1, 129.*

M V T A, ae. f. *Dea, quae et Lata et Larunda, Larium mater. Vid. Ouid. Fast. 2, 583. et Lactant. 1, 20.*

85 M V T E S C O, Ære. Mart. Capell. 8 Cuncta, velut mutescencia, tacuerunt. *Mutescere taciturnitate Apul. ad Asclep. p. 91, 39.*

M V T I T A S, atis. f. Gloss. Gr. Lat. *ἄφωια, mutitas.*

M V T O S V S, a, um. Adi. *Mutosus venter Veget. 3, 3.*

M V T I O, f. M V T T I O, iui, itum, ire. [*ὑπόζω*] *Tanquam*

90 *mutus signum facere seu strepitum, siue submissa et imperfecta voce fabulari, aut vnum tantum verbum dicere. Scalig. a sono Mu deducit, et ita*

95 *Varro de L. L. 6, 5. et Nonius 1, 29. Ter. Andr. 3, 2, 25 Itaque hercle nihil iam mutire audeo. Add. Phaedr. 4, 25, 34. Lucil. apud Non. 1, 176 At enim dicis, clandestino tibi quod commissum foret, Neu mutires quidquam, neu mysterium efferres foras. De Hirco dixit Auct. Philomel. v. 58 At mutire capris, hirce petulce, soles.*

100 *Perf. 1, 119 Men' mutire nefas.*

M V T I T V S, a, um. Ter. Hec. 5, 4, 25 *Neque opus est adeo mutito.*

105 M V T I T I O, ōnis. f. *Imperfecta locutio. Plaut. Amph. 1, 3, 21 Quid tibi hanc rem curatio est, aut mutitio?*

M V T I C V S, a, um. Adi. [*καλοῦς*] *Idem quod mutilus. Varr. de R. R. 1, 48 Spica mutica dicitur, quae non habet aristam; eae enim quasi cornua sunt spicarum. Quibus verbis innuit Varro spicam dici mut-*

**MVSSO**, Ære. [*μύζω, γογγύζω*] Frequent. a Mutio, ire; Occulte et depressa voce loqui quod celatum quis velit Non. 5, 23. Plin. Epist. 7, 1 Postea, quum vicefimo valetudinis die balineo praeprarer, mussantesque medicos repente vidissem, causam requisivi. Contilia turbata mussant proceres Stat. Theb. 3, 92. Dicitur mussare, quod muti non amplius quam *μῦ* dicunt, a quo idem dicit: Quod minimum est, neque ut aiunt, *μῦ* facere audent. Haec Varr. de L. L. 6, 5. Formidine tacita mussant Claud. in Eutrop. 2, 134. Mussare murmurare, inquit Festus. Ennius, In occulto mussabant. Seruius, Mussare, queri. Flent moesti, mussantque patres Virg. Aen. 11, 454. *Add. ib.* 10 345. Mussant oras et limina circum, de apibus pulchre Virg. Georg. 4, 188. Mussare, vulgo pro Tacere ponitur, auctore Festo. Ennius: Non decet mussare bonos. Terent. Sile, cela, occulta, tege, tace, mussa. Mussabat tacito medicina timore Lucret. 6, 1177. in descriptione pestilentiae. Mussare, Dubitare, Seruius ad illud Virg. Aen. 12, 15 718 Mussantque iuuencae Quis pecori imperitet. *Potius explicem, prae expectatione vocem non tollunt.* Sic Virg. Aen. 11, 345 Cuncti se scire fatentur, Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussant. *Vbi* Seruius: Mussant, modo Verentur significat. Alias, Dubitant: ut Aen. 12 (657) Mussat rex ipse Latinus Quos generos vocet. Interdum, 20 Susurrant: ut de apibus dicit. Et proprie Mussare, est Obmurmurare, et mutuo esse vicinum. *Conf.* Idem Seru. ad Aen. 12, 657 et 718. *Cort. ad Sallust. Fragm. p. 946.*

**MVSSANS**, antis. Partic. Liu. 7, 25 Mussantes inter se rogabant, etc. *Add.* Sallust. Fragm. 1, 7 et 22. Plin. Epist. 3, 11. Idem 25 Epist. 7, 1 Quum mussantes medicos repente vidissem, causam requisivi. Liu. 33, 31 Soli Aetoli id decretum clam mussantes carpebant.

**MVSSATIO**, ònis. f. Ammian. 20, 8 Salutem mussatione quaerebam et latebris. *Alii legunt Simulatione.*

**MVSSITO**, Ære Frequent. [*μύζομαι*] a Musso. Plaut. Mil. 3, 1, 30 120 Illi inter se certant donis, ego mecum mussito. *Add.* Id. Pseud. 1, 5, 85. Ter. Adelph. 2, 1, 53 Verum cogito id quod res est, quando cum quaestum occoeperis, accipiunda et mussitanda iniuria adolescentium est. *Vbi* Dornatus, Mussitanda, Patienda, consideranda cum silentio, et ut in amatore putanda, atque per hoc perferenda. *Mussi-* 35 *tare enim proprie est dissimulandi causa tacere: dictum vel a muto, vel ab M, quae litera est nimium pressae vocis, ac paene nullius, adeo ut sola omnium, quum inter vocales inciderit, atteratur atque subsidat. Hinc* Virg. Aen. 12, 657 — mussat rex ipse Latinus. *Budaeus a Graeco* *μύζων potius derivari putat.* Hunc illa timorem mussitabat, aduer- 40 sari palam non audebat Apul. Apol. p. 320. Claud. Man. 2, 10 Qui — deliramenta — mussitant, aut palam loquantur, aut taceant.

**MVSSITANS**, antis. Partic. Liu. 1, 50 Iam ita clam quidem mussitantes, vulgo tamen cum appellabant superbum.

**MVSSITABUNDVS**, a, um. [*μύζων*] Onomast. Vet. 45

**MVSSITATIO**, ònis. f. *Idem quod* Mussatio. Apul. Met. 8. *post princip.* Tacitaque prius servata mussitatione, etc. *Add.* Tertull. de Pudicit. c. 7. et 9.

**MVSSITATOR**, òris. m. Vet. Gloss. Mussitator, *ὑπογογγυτής.* *Conf.* Vulgat. Iesai. 29, 24. 50

**MVTVM** *γὰρ interpretantur* Glossae Vett.

**MVTVSCAE**, arum. f. Sabinorum ciuitas, quae et Trebia et Suffena vocatur, circa quam Hannibal Romanos maxima clade affecit.

**MVTVSCI**, orum. m. *Oppidani.* Plin. 2, 12. 55

**MVTVVS**, a, um. Adi. [*δάνειος*] Mutuum dicitur quod vicissim datur et accipitur, sed cum mutatione. Paullus in l. 2. D. Si cert. petat. Mutuum damus, recepturi non eandem speciem, quam dedimus (alioqui aut commodatum erit, aut depositum) sed idem genus. Nam si aliud genus, veluti pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum. 60 *Paullo post,* Appellata est autem mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit. Caius in l. 1 D. de action. et obligat. Mutui datio consistit in his rebus, quae pondere, numero, mensurae constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, quas res in hoc damus, ut fiant accipientis, postea alias recepturi eiusdem generis et qualitatis. *Mu-* 65 *tuum est, si datur, quod reddatur: quod* Sicuti *μῦτρον* Varr. de L. L. 4, 36. *extr.* *Conf.* Cuiac. Obs. 11, 37. Plaut. Pseud. 1, 3, 52 Miser sum, Argentum nusquam inuenio mutuum. Argentum mutuum dare Id. *ibid.* 1, 3, 61. Id. *ibid.* 1, 3, 60 Nullus est tibi, quem Roges mutuum Argentum? Frumentum mutuum aliquibus dare Cic. de Lege Agrar. 70 2, 82 c. 30. Mutuam Pecuniam dare . . . Mutuas Pecunias sumere Cic. Philipp. 10, 26. Sestertia mutua quinque petere Martial. 10, 14. Mutuum pro Commodato posuit Ascon. Ped. ad Cic. Verr. 1, 49 c. 19 Licebat enim mutua haec Signa deportare Romam aedilibus ad ornatum ludorum, et rursus sociis reportare. Non. 5, 70 *Mu-* 75 *tuum a fenore hoc distat, quod mutuum sine vsuris, fenus cum vsuris sumitur, et est accepti fetus, vnde et fenus dictum est, ut Graece* *ῥένος,* quasi partus mutui sumti. Plautus *Afinaria* (1, 3, *extr.*) Nam si mutuas non potero, certum est sumam fenore. *Sic distinguere videtur* Pseud. 1, 3, 52 Inuenires mutuum, aut si hoc non posses, Ad Danistum 80 deuenires, adderes fenusculum. ¶ 2 *Sed latius patet, et ad-* *bibetur, ubicunque permutatione quadam damus, tribuimus, facimus aliquid, et idem, non numero, (ut loquuntur Aristotelici) sed aestimatione accipi-* *mus. Sic* Mutuus amor, quum ab eo amaris quem amas. Ter. . . Me-

retrix adolescentem, cuius mutuo amore tenebatur, excludit. *Quinct.* 85 12, 7 *ad finem,* Ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua benevolentia utetur. *Conf.* Cic. Fam. 12, 17. Animus mutuus Hor. Carm. 4, 1, 30. Pro mutuo inter nos Animo Metell. Cic. Fam. 5, 2. Animis mutuis amant, amantur Catull. 43, 20. Ar-

dor Lucret. 4, 1210. Beniuentia in mutua amici conuiescere Cic. 90 de Amicit. 22. Beneficia mutua et grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma deuinciuntur societate Idem Off. 1, 56. Carne mutua inter se vescuntur Plin. 10, 23. *i. Olores vescuntur carnibus olorum.* Certamina Ouid. Amor. 2, 10, 29. Consilia Plaut. Epid. 1, 1, 89. Conuiuia mutua inter se curant Virg. Georg. 1, 301. Cupido Lucret. 5, 691. Dicta mutua referre Ouid. Met. 1, 655. Face mutua torret me Hor. Carm. 3, 9, 13. Fiducia mutua inter se Plin. Epist. 10, 21. Gaudia Ouid. Amor. 3, 6, 87. Ignis Tibull. 4, 5, 6. Plin. 12, 14 Silua diuisa certis portionibus, mutua Innocentia tuta est. *De pluribus dixit, non de duobus tantum.* Odio mutuo flagrant inter se mugil et 100 lupus Plin. 9, 62. Officiis mutuis commune commodum gubernatur Cic. pro Rosc. Amer. 111 c. 38. Operas mutuas tradere Ter. Phorm. 2, 1 (1, 5) 37. Praeliis inter se pugnare Hirt. de Bell. Afr. c. 29. Liu. 4, 41 Nec Volscorum meliores res esse credere, quam Pop. Romani fortunam, noctemque omnia Terroris mutui implese. *Terro-* 105

rem mutuuum vocat, quo tam Volsci, quam Romani terrebantur. Ex vetusto exemplari legitur Erroris. Cic. pro Flacc. 10 c. 4 Da mihi Testimonium mutuuum. Cic. Att. 16, 16 Ad paternas, magnas et veteres et iustas necessitudines, magnam attulit accessionem tua Voluntas erga

5 me, meaque erga te par atque mutua. Voluntatem alicui tribuere Id. Fam. 5, 2. Vulnura Ouid. Met. 3, 123. Vulnerebus mutuis ceciderunt Plin. de Viris illustr. c. 10 extr. ¶ 3 Substantiue poni nonnunquam videtur. Cic. Fam. 5, 2 Mutuum in amicitia est, cum par voluntas accipitur atque redditur. Plaut. Trin. 2, 4, 37 Be-

10 ne vult tibi. L. edepol mutuuum mecum facit, i. Tantum bene illi volo, quantum ille mihi. Add. Plaut. Curc. 1, 1, 47. Sumere mutuuum Cic. Fam. 12, 28. Conf. Plaut. Amph. 2, 2, 137. et ibi Interpr. Mutuum, pro Mutuo Lucil. 27. Et si maxime quod spero, mutuuum hoc mecum facis Nonius 2, 538. Mutua, pro Mutuo. Lucret. 4, 302

15 — hic idem Nunc sit laeuus, et e laeuo sit mutua dexter. Ceciderunt texturae mutua Lucret. 6, 1082. Inter se mortales mutua vivunt Lucret. 2, 75. Pedes per mutua nexi Virg. Aen. 7, 66. Adverb. Aufon. Epist. ad Paulinum Technopaegnio praemissa, vt pro- verbio finiamus, et Mutuum muli scabant.

20 M V T V O. Adu. [ἑπαμοιβάζων] Inuicem. Plaut. Milit. argum. 1 Meretricem ingenuam deperibat mutuo Atheniensis Iuuenis, i. vt vicissim ipse ab ea amaretur. Cic. Fam. 10, 4 Fac valeas, meque mutuo diligas, b. e. Fac mihi in amore respondeas. Id. ibid. 10, 9 Te, vt diligas me, si mutuo me facturum putas, rogo.

25 M V T V E. Aliud Adu. [κατάλληλον] Cic. Fam. 5, 7 Nulla in re tam laetari soleo, quam meorum officiorum conscientia; quibus si quando non mutue respondetur, apud me plus officii residere facillime patior.

M V T V I T A N S, antis. [κίχραμενος] Rogitans mutuuum. Plaut. 30 Merc. Prol. 52 Conclamitare tota vrbe, et praedicare, omnes parcerent mutuuitanti credere.

M V T V I T E R. Adu. Idem ac Mutue. Varr. apud Non. 11, 30 Viue meque ama mutuiter.

M V T V O, are. [δανείζομαι] Mutuo sumere Caecil. ap. Non. 7, 48

35 Ad amicos currat mutuatum, mutuet causa mea. Sic Valer. Max. 6, 2 Et prius a libertate, quam ab innocentia praesidium mutuauit. Id. 3, 4, 2 Quod regem a finitimis potius mutuasset, quam de suis legisset. Sen. Epist. 82 Quando hilarior est, qui soluit, quam qui mutuat.

M V T V O R, ari. Depon. [δανείζομαι, μετέζομαι, κίχραμαι] Idem, sed 40 frequentius. Priscian. 8 p. 799 Mutuo et mutuor inter ea refert verba, quae ancipiti terminatione, in vna eademque significatione protulerunt antiqui. Vlpianus l. 3 §. 1 de contrar. tut. et vt. act. Consequitur autem pecuniam tutor, si quam de suo consumsit, etiam cum vsuris, sed vel tricentibus, vel his, quae in regione obseruantur, vel his, qui-

45 bus mutuatus est, si necesse habuit mutuare. Sic veteres libri, vt eodem loco utraque forma vsus sit. Sed Gothofr. mutuari. Quum abundare debeam, cogor Mutuari Cic. Att. 15, 15. Martial. 8, 37 Sed consumis, et vsque mutuaris. Vid. African. in l. Tutor. §. Quum haberes. D. ad Senatusc. Velleian. Cic. Att. 8, 6 Tironem nostrum 50 ab altera relictum audio; sed eum video in sumtum ab aliis mutuatum. Auxilia mutuari ad rem aliquam Caes. Bell. Gall. 8, 21. Mutuari, saepe per metaphoram accipitur, pro aliunde sumere, et vti pro suo, de rebus non corporalibus. Cic. de Nat. Deor. 2, 91 Mutuemur hoc quoque

55 Orat. 1, 95 Nam ego quae sunt oratoris cum illis communia, non mutuor ab illis. Liu. 30, 12 Ab amore temerarium atque impudens mutuatur Consilium. Cic. de Off. 2, 47 L. quidem Crassus quum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam Laudem ex illa accusatione nobili et gloriosa. Nomen

60 virtus a viris est mutuata Idem Tusc. 2, 43 c. 18. Subtilitatem ab Academia mutuatur orator Id. de Fato 3.

M V T V A T V S, a, um. Passiu. Aliunde acceptus, proprio opponitur. Plin. 2, 9 Luna in totum mutuata a sole luce fulget. Adde Valer. Max. 6, 7 extr.

65 M V T V A T I O, onis. f. [κίχρασμα] Cic. Tusc. 1, 100 c. 42 Ego vero illi maximam gratiam habeo, quod me ea poena multauerit, quam sine mutuatione et sine versura possem dissoluere. Idem pro Flacc. 47 c. 20 Quum Roma clam esset profectus, multosque minutis mutuationibus fraudauisset, in Asiam venit. Hae Translationes quasi mutuationes sunt, quum, quod non habeas, aliunde sumas Cic. de 70 Orat. 3 c. 38.

M V T V A T I C I V S, a, um. Adi. [δανειστικός] Quod mutuo datur, Gell. 20 c. 1 Maximeque in pecuniae mutuaticiae vsu atque commercio.

M V T V A R I V S, a, um. Adi. Idem quod Mutuus. Apul. Apol. 75 p. 430 ed. Floridi, Mutuarias operas cambire cum vicinis, i. permutare, facere vt faciant.

## M V Z

80 M V Z I R I S, is. f. [Μύζιρις] Indiae emporium, cuius meminisse Plin. 6, 23.

## M Y et M Y A

M Y vid. locus Varronis, quem damus in MVSSO.

85 M Y A, ae. f. [μύα] Genus conchae siue margaritae in freto circa Bosphorum Thracium, vniones rufos ac paruos gignens Plin. 9, 35. ¶ 2 Est item Mya, insula in sinu Ceramico, cuius meminit Id. 5, 31.

M Y A C A N T H O N, i. n. [μύκανθων] Herba est, quae alio nomine Corrua, hoc est siluestris asparagus, dicitur, vt docet Plin. 19, 8.

90 M Y A C E S, um. m. [μύακες] Pisces videntur ex testaceorum s. concharum genere, forte a conuiuendo, ἀπό τῶ μύαν dicti. Purgant et myaces, quorum tota natura hic dicitur. Aceruantur muricum modo, viuuntque in algosis, gratissimi autumnis, et vbi dulcis aqua multa miscetur mari, ob id in Aegypto laudatissimi. Procedente hieme amaritudinem contrahunt, coloremque rubrum Haec et plura Plin. 32, 9 f. 31.

95 M Y A G R O S, i. m. Herba ferulacea est, foliis similis rubiae, tripedanea: semen oleosum, quod et fit ex eo. Medetur oris vlceribus peruncis hoc succo Plin. 27, 12. Scribitur etiam Myiagros.

M Y A G R V S vel M Y I A G R V S, i. m. [Μυαγρος] Deus muscarum. Plin. 10, 28 f. 40 Inuocant et Aegyptii ibes suas contra serpentium aduentum; et Elei Myiagron deum, muscarum multitudine pestilentiam afferente: quae protinus intereunt, qua litatum est illi die. Conf.

100 M Y I O D E S. ¶ 2 Est et Myiagrus, statuaris quidam Plin. 34, 8.

## M Y C

105 M Y C A L E, es. f. [Μυκάλη] Promontorium Ioniae, e regione insulae Sami,

*mi, iuxta quod Persae a Graecis superati. Vid. Diod. Sicul. 11, 35.*  
 2 *Nomen veneficae mulieris apud Ouid. Met. 12, 263 Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo Saepe reluctantis constabat cornua Lunae. Add. Sen. Herc. Oct. 525 Hoc docta Mycale Theffalas docuit nurus Vnam inter omnes luna quam sequitur magam, Astris relictis.*

**MYCALAEVS**, a, um. Adi. Claudian, in Eutrop. 2, 264 Icarium pelagus, Mycalaeaque litora.

**MYCALENSIS**, e. Adi. *Idem.* Valer. Max. 6, 9 *extr.* Mycalensis montis vertex.

**MYCALESSVS**, i. m. [*Μυκαλασσός*] *Mons in mediterraneo Boeotiae, oppidum habens eiusdem nominis. Vtriusque meminit Plin. 4, 7.*

**MYCEMATIAS**, ae. m. [*μυκηματίας*] *Inter tria genera Terrae motuum refert Ammian. 17, 7 Mycematiae sonitu audiuntur minaci, cum dissolutis elementa compagibus vltro adfiliunt, vel relabuntur confidentibus terris. Tum enim necesse est velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitusque terrenos, vid. MYCETIAS.*

**MYCĒNAE**, arum. et **MICĒNA**, ae. *sive MYCĒNE*, es. f. [*Μυκήναι*] *Vrbs Peloponnesi, quam Perseus, Danaës filius, exstruxit, regiuncula in qua regnavit Agamemnon. Sil. 1, 27 Ante Agamemnoniam, gratissima tecta, Mycenen. Plur. Agamemnoniae Virg. Aen. 6, 838. Clarac Idem ibidem 1, 288. Dites Hor. Carm. 1, 7, 9. Fortes Virg. Georg. 3, 121. Magnae Id. Aen. 2, 331. Pelopeiades Ouid. Fast. 83. quoniam illic Pelops habitavit, a cuius etiam filio Thyeste, Thyestaeas vocat Lucan. 1, 544. Saeuae Virg. Aen. 7, 222.*

**MYCENENSES**, ium. m. [*Μυκηναίσιος*] *Habitatores, Mycenarum. Cic. de Finib. 2, 18 Omnes Danaï aut Mycenenses, Attica pubes, reliquique Graeci, etc.*

**MYCENAEVS**, a, um. Adi. [*Μυκηναίος*] *Dux Mycenaeus, Agamemnon Ouid. Trist. 2, 400.*

**MYCENIS**, idis. f. *pro Iphigenia Mycenaea Ouid. Met. 12, 34.*

**MYCETIAS**, ae. m. [*μυκητίας*] *Terrae motus, cum sub pedibus mugit solum Apul. de Mundo p. 247. vid. MYCEMATIAS.*

**MYCITHVS**, *vid. ANAXILAVS.*

**MYCŌNE**, es. f. et **MYCŌNOS**, i. m. [*Μύκονος*] *Insula una ex Cycladibus. Stat. Achill. 1, 205 Cyclades hinc spretae Myconos humilisque Seriphos. Scribit Seruius, hanc insulam (Seriphon) terrae motu diu laborasse, quo cessante, e Mycone Gyaroque vicinis insulis populos venisse, qui eam tenerent et incolerent. Caelius 13, 29 scribit, nomen ei fuisse inditum a Mycono Aeneae ac Rhyûs filio. Celsa Virg. Aen. 3, 76. Humilis Ouid. Met. 7, 463.*

**MYCONIVS**, a, um. Adi. [*Μυκόνιος*] *a Mycono. Myconios gigni sine capillo tradit Plin. 11, 37. unde caluos omnes Myconios dicimus, auctore Stephano: meminit et Strab. vid. Donat. in Ter. Hec. 3, 4, 26. et Hemsterbus. ad Lucian. T. 1 p. 334.*

**MYCONIVM**, i. n. *Transmarinum vinum. Plin. 14, 7.*

## M Y D

**MYDIA**, ae. f. *Insula, quae etiam Delos dicitur, una ex Cycladibus. 50*

**MYDRIASIS**, is. f. [*μυδρίασις*] *Vocatur Morbus oculorum, quum pupilla quidem ipsa colorem non mutat, sed videtur ultra naturalem situm multo latior, interim vt visum omnem adimat, interim vt partem. Latini, Pupillae dilationem vocant. Cels. 6, 6, 37. 55*

## M Y G

**MYGĀLE**, es. f. *Vid. Mus araneus, in MVS. Veget. 3, 4. Vulgat. Leuit. 11, 30.*

**MYGDONIA**, ae. f. [*Μυγδονία*] *Regio litoralis Macedoniae, a 60 Mygdone rege sic dicta. Hinc*

**MYGDONIVS**, a, um. Adi. [*Μυγδόνιος*] *Campi Hor. Carm. 3, 16, 41. Marmor Mygdonium Ouid. Epist. 15, 142. Opes Hor. Carm. 2, 12, 22.*

**MYGDONIDES**, ae. m. Patronym. [*Μυγδονίδης*] *Quod pro gen- 65 tili ponunt Poetae. Virg. Aen. 2, 342 Iuuenisque Coroebus Mygdonides.*

**MYGDŌNIS**, idis. f. Patronym. [*Μυγδόνις*] *Ouid. Met. 6, 45 Mygdonidesque nurus.*

## M Y I et M Y L

**MYIA**, *vid. MYA.*

**MYIAGRVS**, *vid. MYAGRVS.*

**MYIODES**, is. m. *Muscarum Deus. Plin. 29, 6 Olympiae nubes muscarum, immolato tauro Deo, quem Myiodem vocant, extra 75 territorium id abire.*

**MYLAE**, arum. f. *Insulae circa Cretam. Plin. 4, 12. et Vellei. 2, 794. Siciliae etiam quondam portus, de quo Senec. Nat. Quaest. 3, 26 extr. Circa Messaniam et Mylas fimo quiddam simile mare profert, fervetque et aestuat, non sine colore foedo. Vnde illic stabulari Solis 80 boues fabula est. Eadem paene ad verbum scribit Plin. 2, 98. Vid. Sil. 14, 402.*

**MYLASA**, ae. f. [*Μύλασα*] *Liberum Cariae oppidum, ita dictum (s. Stephano credimus) a Mylaso Acoli abnepote. Meminit huius oppidi Plin. 5, 29. 85*

**MYLASEA**, ae. f. *Cannabis species Plin. 19, 9.*

**MYLOECOS**, i. m. *Vermiculi genus exblattis, circa molas ferre nascens, ut ait Plin. 29, 6.*

## M Y O

**MYOBARBVM**, i. n. *Vocabulum, quo usus est Ausonius in lem- 90 mate epigrammatis 30. Turnebus putat verbum compositum a Mure et Barbo, quae vox significet Misstrum, id est mensuram liquidorum sexunciam pendentem, ut sit tanquam muris cyathus. Inest autem et latet in mure mysterii significatio, et barbo, quo in mysteriis Cereris legiferae utebantur. 95 Hoc igitur lemma significat mystica Liberi patris nomina, et mysticam potestatem. Sed haec mystica sunt et μυστηριώδη. Neque multo apertiora quae Scaliger, qui a similitudine muris et barbae, quae in conum desinit, voce hybrida sic dictum esse vult cantharum oblongum, angustissimum infima parte, qua basi suae committitur etc. et confert Varron. de L. L. 4, 25 p. 100 30, 23 ubi ita legit, Postea accessit Nanus (al. μάγνος) cum Graeco nomine, et cum Latino nomine Graeca figura Barbatos. Vid. 105*

**MYOCTŌNOS**, i. m. [*μυοκτόνος*] *Radix aconiti Plin. 27, 3. qua- 105*

MYOPARO, ὄνις. m. [μυωάρον] Genus nauigii: ex duobus dissimilibus formatum, inquit Festus. nam mydion (leg. Myon) et paron per se sunt. Nonius 13, 6 Myoparo, est nauicula piratarum. M. Tull. de Rep. 3 Nam quum quaereretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone? Eodem, inquit; quo tu orbem terrae. Sallust. Hist. 3 Et forte in nauigando cohors vna grandi fasselo vecta a caeteris deerrauit, marique placido a duobus praedonum myoparonibus circumuenta. Sisenna Histor. 4 Nauisque triginta biremīs, totidem myoparones. Haec Nonius. Add. Sauro ad Sidon. Epist. 8, 6. Turn. 3, 1 dici putat a Myunte urbe et Paro insula. Scalliger malit μύνας dici, quod oblonga murium corpora referrent. Cic. Verr. 4, 186 Eum isto Praetore Cilicum myoparoni, praedonibusque patuisse. De portu Syracusano. Ibid. 5, 97 Proh dii immortales piraticus myoparo, etc. Ibid. 3, 86 Illi statim myoparonem egregium de sua classe, ornatum, atque armatum dederunt. Myoparonum piratica rostra Val. Max. 2, 8, 5. Vid. Scheff. Milit. Nau. 2, 2. Conf. Demph. in Rosin. p. 1164.

MYOPESS, um. m. [μύπες] Dicuntur, inquit Budaeus, Qui iam inde ab initio ortus sui nisi admota oculis contueri nequeunt. Cuiusmodi multos videmus, qui res intuendas oculis prope contingunt, et limis etiam, semiclusisque oculis adspiciunt. Vid. LVSCIOSVS. Myops, opis. in singular. Vlpian. in l. Item Offilius. D. de aedil. edict.

MYOPHONON, i. n. [μυόφωνον] Herba est muribus exitialis: unde et nomen accepit, eadem fortassis, quae Myoctonon. Meminit Myophoni Plin. 11, 9.

MYOSOTA, ae. f. vel MYOSOTIS, f. MYOSOTON, i. n. [μύος ὤτα] Herba est, quam verbum ex verbo exprimentes, Muris auriculam vocant. Folia enim quum primum erumpunt, murinae auri habet non dissimilia. Alfine vero nomen accepit, quod algidis locis gaudeat, et opacis. Gallicis Muronis nomine notissima est, eaque solent auicularum escam fastidientium appetitum recreare. Refertur et alterum Myosoton a Dioscoride, quod et Myosiotis, diminutiua forma appellatur, plures ab vna radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, et concavos: folia autem angusta, nigrescentia, et in acutum desinentia, flosculos vero caeruleos, anagallidis colorem exprimentes. Posteriorem hanc speciem describit Plin. 27, 12. priorem vero 27, 4. Idem 27, 4 f. 8 Alfine, quam quidam myosoton vocant, nascitur in lucis, unde et Alfine dicta est. — Musculorum aures imitatur foliis. Et c. 12 f. 80 Myosota vel Myosotis leuis herba caulibus pluribus ab vna radice, aliquatenus rubentibus, concavis, ab imo folio angustis, oblongis, dorso acuto, nigris, per interualla assidue geminatis, tenuibus, cauliculis ex alis prodeuntibus, flore caeruleo. Radix digitali crassitudine multis capillamentis fimbriata. Vis ei septica et exulceratrix, ideo et aegilopas sanat.

## M Y R

MYRA, ae. f. Vrbs Lyciae. Plin. 5, 27.

MYRAPIVM, i. n. [μυράπιον] Pyri genus. Plin. 15, 15. Alii legunt Myrrhapium. Conf. Columel. 12, 10.

MYRICA, ae. vel MYRICE, es. f. [μυρίκη] Genus humilis virgulti, in Italia fere nascentis, quod quidam putarunt esse Tamaricem, quae vulgo Tamariscus dicitur et Dioscoridi, sed eius tantum folia habet. Genista, μυρίκη Vet. Gloss. Virg. Ecl. 4, 2 Non omnes arbuta iuuant, humilesque myricae. Plin. 13, 21 Myricen et Italia quam alii tamaricem vocant. Archaia autem bryam siluestrem; insigne in ea, quod fatiua tantum ferat gallae similem fructum. In Syria et in Aegypto copiosa haec est, cuius infelicia ligna appellamus, quae tamen infelicio- ra sunt Graeciae. Gignit enim arborem ostryn, quam et offryam vo-

cant, solitariam circa saxa aquosa, similem fraxino cortice et ramis, folio pyri, paullo tamen longioribus crassioribusque, ac rugosis incisuris, quae per tota discurrunt. Semine hordeo simili, et colore, materia est dura atque firma; qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortisque miseris. Fragiles myricae Ouid. de Arte Am. 3, 691. Tenuis Idem Met. 10, 97. Iam sunt myricis Balsama Prudent. Nat. Chr. v. 76.

MYRICE, es. f. Nympha, a qua genus duxit Imilce, uxor Hannibalis, ut scribit Sil. 3, 103.

MYRINA, ae. f. [Μυρίνα] Regina fuit Amazonum, quae triginta millia peditum, et duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Auctor Diodorus 4. ¶ 2 Vrbs in Aeolia, quae etiam Sebastopolim se vocat, ut testatur Plin. 5, 30. Item Oppidum insulae Lemni, eodem Plin. teste 4, 12.

MYRINVS, i. m. [Μύρινος] Mas muraenae est. Plin. 9, 23 f. 39 Aristoteles myrinum vocat marem qui generat. Vetus exemplar legis Myrum. Et ita dedit Harduinus.

MYRIOPHYLLON, i. n. [μυρίοφυλλον] Herba quae Millefolium alias dicitur. Vid. Plin. 24, 16.

MYRLEA, ae. f. Plin. 5, 32 Oppidum Bithyniae, quod Apamea dicitur; a Myrlo Colophoniorum duce, vel a Myrlea Amazone. Nicomedes autem Epiphanes, Prusii regis filius, de matris nomine Apames, Apameam vocari voluit.

MYRMECIAS, ae. m. Gemma nigra, quae habet eminentias similes verrucis Plin. 37, 10.

MYRMECIDES, ae. m. [Μυρμηκίδης] Nomen viri proprium, de quo Cic. Acad. 4, 120 Ut etiam inter deos Myrmecides aliquis minorum opusculorum fabricator fuisse videatur. Plin. 7, 21 Callicrates, ex ebore formicas, et alia tam parua fecit animalia, ut partes earum a caeteris cerni non possent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, a quo quadrigam ex eadem materia quam musca integeret alis fabricatam, et nauem quam apicula pinnis absconderet.

MYRMECION, i. n. Morbi cutis et verrucarum genus. Celso 5, 28, 14 Thymion nominatur, quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, supra latius, subdura, et in summo perasperum, etc. Et paullo post, Myrmecia autem vocantur, humiliora thymio durioraque, quae radices altius exigunt, maioremque dolorem mouent: infra lata, super autem tenuia, minus sanguinis mittunt: magnitudine vix vnquam lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoque aut in palmis, aut inferioribus partibus pedum. ¶ 2 Phalangii genus. Plin. 29, 4 Myrmecion formicae similis capite, alio nigra, guttis albis distinguentibus.

MYRMECITES, ae. m. [μυρμηκίτης] Gemma innatam repentis formicae effigiem habens. Plin. 37. II Sane Myrmex, myrmecis, f. Formica Latine dicitur.

MYRMECOLEON, ὄνις. m. [μυρμηκόλεων] Exiguum animalculum,

lum formicis aduersum, quod se sub puluere abscondit, et formicas frumenta gestantes interficit, et interfectas consumit. Est autem dictio ex formicae et leonis nominibus composita: quasi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium, ita hoc animalculum formicarum praedam agit: quum tamen volucris nihil aliud sit quam formica. Unde in lib. Iob. 4, 11 legitur, Myrmecoleon perii, eo quod non habeat praedam. Haec fere Gregorius in Iobum lib. 5 c. 16. et Isid. Orig. 12, 3. Sed fabulosa esse, et apud Iobum μυρμηκαλέοντα verum Leonem esse, contendit Bochartus 2, 6, 4.

MYRMICE, Adu. In modum formicae affertur ex Catull. 43, 8 10  
Incedere myrmice. Sed nihil est. Legendum cum Vossio, Mimice ac moleste ridentem.

MYRMIDONES, um. m. [Μυρμιδόνες] Populi sunt iidem, qui Hellenes. Seruius; Myrmidones sunt Achillis socii: dicti propter hanc causam. Aeacus quum in arbore fici formicas, id est μύρμηκας vidisset, optauit tot sibi socios euenire; et statim formicae in homines versae sunt. sed hoc fabula est. Nam Eratosthenes dicit, Myrmidones a rege Myrmidono dictos. Virg. Aen. 2, 7

Quis talia fando

Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyssi

Temperet a lacrimis?

Sedes superbae Myrmidonum Virg. Aen. 2, 252. i. Mycenae.

MYRMILLO, vid. MIRMILLO.

MYROBALANVM, i. n. et MYROBALANVS, i. m. [μυροβάλανος] Quasi unguentaria glans. Myrobalanus Scribon. 261. Cor- 25  
tex myrobalani, Idem 131. Sed unguentum est Cels. 4, 9 Fit ex unguento et palmulis quod μυροβάλανον vocant. Sed inter plantas, quasi sit δένδρον μυροβάλανον, Plin. 12, 21 s. 46 Myrobalanum Troglodytis et Thebaidi et Arabiae, quae Iudaeam ab Aegypto determinat, commune est, nascens unguento, vt ipso nomine apparet. Quo item indicatur 30  
et glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio. Fructus magnitudine auellanae nucis. Myrobalanum, unguentum, de quo lemma Martial. 14, 57 Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, -Hoc ex unguento constat et ex balano. Nempe cum quatuor priores Syllabae deinceps breues sint in hoc nomine, non 35  
suis ei locus esse in carmine epico.

MYROBRECHI, siue MYROBRECHARII, orum. m. [μυροβρεχο- 40  
χι] Quasi unguento stillantes. μύρον Graeci unguentum vocant. βεβρω, adspargo, madesfacio, et irriigo. Plaut. Aul. 3, 5, 37 Myrobrecharios pro unguentorum confectoribus accipit ad capillos irrorandos. ait enim, Aut 40  
manulearii, aut myrobrecharii. Conf. Inscript. ap. Ferrar. de Re Vest. 3, 21.

MYRON, aut MYRO, onis. m. [Μύρων] Vtrumque enim legitur, teste Plin. 34, 2 Statuarius Eleutheri filius, et Hegefiladis discipulus, Syracusanus, cuius vacca multorum Poetarum epigrammatis celebratur. 45  
Vide, si humanus es Ausoniana 58 ad 68. Ouid. ex Pont. 4, 1, 34 Vt similis verae vacca Myronis opus. Alter fuit Atheniensis, vt scribit Pausanias. In arte fingendi praestans fuit Myro Cicero de Orat. 3, 23. Fecit inter alia imaginem Herculis, vt vult idem Cic. Verr. 4, 5. Martial. 8, 51 Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis? 50

MYROPOLA, ae. m. [μυροπόλης] Vnguentorum venditor. Plaut. Trin. 2, 4, 7 Lanii, coqui, olitores, myropolae, aucupes. Add. Idem Caf. 2, 3, 10.

MYROPOLIVM, i. n. [Μυροπόλιον] Locus ubi unguenta venduntur. Plaut. Amph. 4, 1, 3 Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, 55  
myropolia, apud emporium. Conf. Epid. 2, 2, 15.

MYROTHECIVM, i. n. [μυροθήκιον] Vnguentorum repositorium. Cicero scribit Att. 2, 1 se myrothecium Isocratis totum consumfisse in commentario Consulatus sui scribendo. h. e. Pigmenta 60  
oratoria.

MYRRHA, f. MYRRHA, ae. f. [μύρρη] Arbuscula est, in Arabia praecipue nascens. Plin. 12, 15 et 16 Arbori altitudo ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro et intorto, etc. Ap. Scribon. saepius Amminea Scribon. 269. Staete 52. 125. 144. i. stillatitia. Troglodytis 90. 169. Troglodytes, Troglodytidis 94. Exiguum myrrhae 65  
122. Mica myrrhae 127. Propert. 3, 19, 16 Crimen et illa fuit patria succensa senecta, Arboris in frondes condita Myrrha nouae. Nempe fuit Myrrha filia Cinyrae, cuius amore correpta, e furtiuo cum illo concubitu grauida in arborem sui nominis mutatur, et post illam demum mutationem enititur filium Adonidem, Veneris illum amatum. Fabu- 70  
lam copiose describit Ouid. Met. 10, 298 sqq. Fulua Id. ibid. 15, 499. Maculosa, vid. MACVLA. Odoraria, vid. ODOR. Orontea Propert. 1, 2, 3. Vid. ORONTES. Pingues Ouid. de Medicamine faciei 88. Sabaea myrrha marcidus comam Senec. Herc. Oet. s. 2. Trita Scribon. 134. Madentes myrrha crines Virg. Aen. 12, 100. 75  
De Myrrha herba, vid. MYRRHIS.

MYRRHĀTVS, a, um. Adi. Sil. 13, 476 Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro Ora virum, et longum myrrhata reponit in aevum. Myrrhata, i. Myrrha condita, quae putrefactionem arceat. Conf. MYRRHATVS. 80

MYRRHĪNVS, f. MYRRHĪNVS, a, um. Adi. Quod myrrham f. murrham olet. Plaut. Poen. 5, 4, 6 Arabius myrrhinusque omnis odor complebat, de sacro Veneris.

MYRRHĪNA, vel MYRRHINA, ae. f. (intell. potio) est vinum myrrha conditum. Plin. 14, 13 s. 15 Lautissime apud priscos vina erant myrrhae odore condita, vt apparet in Plauti fabula, quae Persa inscribitur. Hodie non inuenias in hac fabula murrhinam: sed fuit forte 85  
1, 3, 7. — Sed Fabius Dossennus his versibus decernit, Mittebam vinum pulcrum, murrhinam. Et in Acharistione; Panem et polentam, vinum murrhinam. Scaeuolam quoque, et Laelium, et 90  
Atteium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit, (2, 4, 51) Quod si opus fiet, vt dulce promat indidem, ecquid habet? CHAR. Rogas? Murrhinam, passum, defrutum. Quibus apparet, non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatum: Salmasius ad Plauti l. c. murrhinam μύρρην οἶνον, 95  
adeoque myrinam vel murinam potius dicendum putat, a μύρον, unguentum. Sed contradicit illi Plinius, tum l. c. tum mox 14, 16 s. 19, 5 Aromatiten quoque inuenio factitatum tantum non unguentorum compositione, primo e myrrha, vt diximus (non respicit aliorum, quam ad locum modo positum) mox et nardo Celtico etc. Non. 18, 10 Mur- 100  
rhina potio confecta — Et 18, 12 laudat Varronem de Vita Populi Rom. Antiquae mulieres maiores natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum, quam murrhinam quidam Plautum appellare putant. Eadem e Varrone Gell. 10, 23. Festus, Murrhina genus potionis, quae Graece dicitur nectar. Hanc mulieres vocabant Mur- 105

riolam, quidam murratum vinum. Quidam id dici putant ex vuæ genere murrinae nomine. Gloss. Gr. Lat. Ἀρωματῆον Murina pro murrhina.

MYRRHĒVS, a, um. Aliud Adi. [μυρρινός] Myrrham olens. 5 Myrrhea Coma Tibull. 3, 4, 28. Scaliger. leg. myrtea. Crinem myrrheum cohibere nodo Hor. Carm. 3, 14, 22. h. e. Myrrhei coloris, siue inter flauum et nigrum: vel myrrhino vnguento delibutum. Lambinus. Al. Myrteum, al. Myrreum. Bentl. Murreum.

MYRRHAFIA, vid. MYRRAFIA.  
10 MYRRHIS, f. [μυρρίς] Oleris genus. Plin. 24, 16 f. 97 Myrrhis, quam alii smyrrhizam, alii myrrham vocant, simillima est cicutae caule folisque et flore, minor tantum et exilior, cibo non infuauis, etc. Add. 26, 11.

MYRRHITES, ae. m. [μυρρίτης] Gemma, quae myrrhae colorem habet, odoremque vnguenti, Plin. 37, 10.

MYRSILVS, i. m. [Μύρσιλος] Myrsi filius vltimus ex Heraclidarum genere, Lydiae rex, alio nomine Candaules appellatus, v. v.

MYRSINEVM, i. n. Herba eadem, quae Foeniculum siluestre Plin. 20, 23.

20 MYRSINITES, ae. m. [μυρσίνιτης] Teste Plin. 26, 8 Species est tithymali, et foliis myrti acutis, compungentibus, sed mollioribus. ¶ 2 Myrsinites gemma est, quae melleum colorem nigricantem habet, et myrti odorem Plin. 37, 10.

MYRTA, MYRTATVM, MYRTEVS, vid. MYRTA, etc.  
25 MYRTOPEŒALVM, i. n. [μυρτοπέταλον] Herba est, quam alio nomine Polygonaton appellant, a multitudine geniculorum. Vid. Plin. 27, 12 f. 91. vbi plura etiam nomina et virtutes.

MYRTOVS, a, um. Adi. Myrtoum mare, vndecunq; appellatum sit, inter Cretam et Atticam interiaccens. Aquae Myrtoae Ouid. E. 30 pist. 16, 208. Mare Myrtoum Hor. Carm. 1, 1, 14.

MYRTVS, i. et ūs. f. [μυρτίνη, μύρτος] Arbor bacca saporis praecipui producens, ex quibus vinum fit. Vid. Plin. 15, 29. Columel. 12, 38. Virg. Ecl. 7, 62. Plin. 15, 29 f. 36 In delubro Quirini

— sacrae fuere Myrti duae ante aedem ipsam per longum tempus, 35 altera patricia appellata, altera plebeia. Patricia multis annis praevaluit, exuberans ac laeta, quam diu Senatus quoque floruit, illa ingens: plebeia retorrida atque squalida. Quae postquam eualuit, flauescente patricia, Merfco bello languida auctoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit maiestas. Baccae myrti Scri-

40 bon. 193. Folium myrti Ouid. de Arte Am. 3, 54. Folia myrti Scribon. 193. Amantes litora Virg. Georg. 4, 124. Coniugula v. v. Fragilis Hor. Carm. 3, 23, 16. Gratissima Veneri. Est enim arbor Veneri dicata, teste Plin. 12, 1. Virg. Aen. 3, 23 Densis hastilibus horrida myrtus. Turnebus, Hoc, inquit, mihi e consuetudine Graecorum doctissimus Poeta finxisse videtur, qui tumulis et bustis, cum alia

45 virgulta, tum myrtum imponere solebant, quod eruditissimus vir Victorinus annotauit. Intonsa Stat. Silu. 4, 7, 10. Litoraea myrtus Ouid. Amor. 1, 1, 29. Paphiae, i. Quas amat Venus Id. de Arte Am. 3, 181. Virgil. Georg. 2, 64. Pulla Hor. Carm. 1, 25, 18. Siluestris, vid.

50 CHAMAEMYRSINE. Cingere tempora myrto Virg. Georg. 1, 28. Defendere a frigore myrtos, vid. DEFENDO. Impedire viridi nitidum caput Hor. Carm. 1, 4, 9. Myrtus etiam quartae declinat. esse ostendit Bentl. ad Hor. 2, 15, 6. vbi Myrtus Spundeus est. Myrtus coniugulus albus et niger Cato R. R. 8, 2. vbi arbor significari videtur.

55 Conf. MYRTVS.  
MYRTVM, i. n. Myrti fructus. Virg. Georg. 1, 306 Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta.

MYRTIDĀNVS, a, um. Adi. [μυρτιδανός] Quod ex myrto factum est. Myrtidanum vinum Plin. 15, 29. Conf. Mercurial. Varr. 60 Lect. 1, 12 p. 30.

MYRTACEVS, a, um. Adi. Celf. 7, 17 Quidam medium tumorem excidunt, ad similitudinem myrtacei folii.

MYRTĀTVS, a, um. Aliud Adi. [μυρτάτης] Idem. Myrtatum opsonium Plin. 15, 29. Et 12, 17 Ladana myrtata deprehenduntur, crepi- 65 tantque in igne. Conf. MYRTATVM.

MYRTEVS, a, um. item Adi. [μυρτινός] Idem. Oleum myrteum Scribon. 219. Plin. 23, 4 Similis et myrtei olei ratio, adstringit, indurat, etc. Vid. Scalig. ad Tibull. 3, 4, 28. Myrtea Corona, Campi Myrtei Fest. Conf. Plin. 29, 6. Colum. 8, 15. Pallad. Mart. tit. 13.

70 GAUSAPINA myrtea, dicitur a Petronio c. 21. de colore fructus myrtei maturi. Verba eius sunt, Vltimo cinaedus superuenit, myrtea subornatus gausapina. Myrteus etiam color in equis a Palladio numeratur 4, 13. Serta Tibull. 1, 3, 66. Virga Ouid. Amor. 1, 34. Conf. MYRTEVS.

75 MYRTEVM, i. n. Pro Oleo myrteo. Celf. 3, 19. et 6, 2.

MYRTĪNVS, a, um. Adi. [μυρτινός] Plin. 15, 29 Oleo myrtino illitum statim resoluitur. Add. Idem 23, 4. Pallad. Ian. tit. 17.

80 MYRTĒTVM, i. n. [μυρτινόν] Locus myrtis confitus. Plaut. Fragm. Nescio qui feruus e myrteto profiliuit. Collis Vestitus oleastro et myrtetis Sallust. Iug. c. 48. Martial. 3, 58 Non otiosis ordinata myrtetis. sc. Villa. Litora myrtetis laetissima Virg. Georg. 2, 112. Add. Hor. Epist. 1, 15, 5.

MYRTEŒTA, ae. f. Pro myrteto. Plaut. apud Priscian. 4 85 p. 102.

MYRTIŒLVS, a, um. Adi. Columel. 10, 238 Myrtiolo modo crine viret. Al. Myrteolo.

MYRTĪTES, ae. m. [μυρτιτης] Vinum eo modo dicitur quo Aromatites. Columel. 12, 38 Vinum myrtiten ad tormina sic facito. 90 Plin. 30, 7. Myrtite Pallad. Ian. t. 18. et Feb. 27. et 31. et Dec. 2.

MYRTVŒSVS, a, um. Adi. Plin. 12, 13 Fructice myrtuoso palmi altitudine.

MYRVS, i. m. Muraenae mas, qui generat Plin. 9, 23. Vid. MYRINVS.

95

## M Y S

MY S, yos. [Μύς] Nomen fuit Caclatoris, qui claruit argento caelando. Martial. 8, 51 Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis? 100 Conf. Plin. 33, 12.

MY S, yos. m. In mari Testudo, mus aquatilis, qui et mus marinus, et lusatia testudo dicitur: piscis genus ex ostrea. Plin. 32, 11 f. 53.

MYSCAE, MYSCI, MYISCAE, MYIAE, arum: MYES, MYACES, um: MYTALI, et MVSCVLI, orum. Idem omnes genus conchae vi-

105 densur Plin. 32, 9. et 11.



NABLA, ae. f. vel NABLIVM, vel NABLVM, i. n. *Psalterium*. Vulg. Interpr. 1 Paral. 15, 16. 1 Macc. 13, 51. Ouid. de Arte Am. 3, 327 Disce etiam duplici genalia nablia palma Vertere: conueniunt dulcibus illa modis. *Burm. legit naulia.*

NABLIO, ōnis. m. *ψάλλω* Gloss. Gr. Lat.

NABLIZO. *ψάλλω* Gloss. Gr. Lat.

NABVN *Aethiopicum nomen Camelopardalis ap. Plinium 8, 18. Vid. CAMELOPARDALIS.*

## N A C

NACGA f. NACTA, ae. m. *Fullo*. Non pudet ad morem distincti vivere naccae Perf. 3, 31. Apud nactam proximum coenabat Apul. Met. 9 p. 192, 16 Pric. *Vid. Casaub. ad Perf. l. c. Turneb. Adu. 23, 33. Scalig. Lect. Aus. 2, 13 p. 125. Fundus est Festus, Naccae appellantur vulgo Fullones, ut ait Curatius, quod nauici sint, id est nullius pretii. Idem sentit et Cincius. Quidam aiunt, quod omnia fere opera ex lana, naccae dicantur a Graecis.*

NACTVS, *vid. NANCISCOR.*

## N A E

NAE. [vni] *Aduerbiū affirmandi, scribitur etiam NE, ubi vid. n. 8. Valde vel Nimis aliquando significat, ut ait Donatus ad Ter. in Andr. prol. 17 Faciunt nae intelligendo, ut nihil intelligant. Idem Andr. 2, 1, 26 Sponsam hic tuam amat. P. nae iste haud mecum sentit. Vbi Donatus: Nae, Valde. ut et Cic. in Catil. 2, 6 c. 3 extr. Nae illi vehementer errant. Sensus hic est, Non id amat quod amo, nec id odio habet, quod odi, hoc est, Valde iste, inquit, non mecum sentit: id amat quod ego odi. Et paulo post, Nae, Valde: aut, ut quidam volunt, O quam. Lucilius in 10 Nae in arce bouem discerpsi magnifice, inquit. Sed ordinarie assuevit: ut Medius fidius, nae tu emisti locum praeclarum Cic. Att. 4, 4 extr. Id. Fam. 7, 31 Incredible quam turpiter mihi facere videar, qui his rebus interfim; nae tu videris multo ante prouidisse quid impenderet. Hor. Serm. 2, 3, 97 Clarus erit; fortis, iustus, sapiens, nae etiam rex. Cic. Philipp. 2, 3 Nae tu si id fecisses, melius famae, melius pudicitiae tuae consuluisse. Add. Cato ap. Nepot. Fragm. c. 4 n. 5. Idem Verr. 4, 81 Nae ista praeclara nobilitas desinat queri Populum Rom. hominibus nouis, etc.*

NAENIA, ae. vel NAENIAE, arum. f. *Quid. NENIA. [ἠνιάσιον ἄδῃ] Gloss. Lat. Gr.] est (inquit Festus) Carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo. Finem significari putant. Quidam volunt Naeniam ideo dici, quod voci (intelligo ipsas Syllabas NENI) similitior querimonia stentium sit. Quidam aiunt Naeniae ductum nomen ab extremi intestini vocabulo. Graeci enim ἄστρον extremum dicunt: siue quod chordarum vltima ἄστρο dicitur, extremam cantionis vocem naeniam appellarunt. Haec ex Festo. Sed operae pretium est, fragmenta ipsa huius loci, et Scaligeri adnotamenta considerare. Nonius 2, 594 Naenia ineptum et inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quae praefica diceretur, iis, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberetur. Varro de Vita Populi Rom. 4 Ibi a muliere, quae obtutum a voce esset, perquam laudari, deinde naeniam cantari solitam ad tibias et fides. Haec Nonius. Cic. de Legib. 2, 61 c. 24 Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam ad cantus ad tibicinem prosequantur. Cui nomen naeniae, quo vocabulo etiam Graeciae cantus lugubres nominant. Vid. Quinctil. 8, 2, 8. Conf. ad h. l. Almelou. et Gesner. ad 1, 10, 32. Dicere naeniam Plaut. Truc. 2, 1, 3. Canentibus naeniam principum liberis Suet. Aug. c. 100. Sepulchralis Sid. Epist. 7, 17. i. carmen tumulo inscriptum. 2 Naeniam quoque deam veteres coluere, cui sacellum extra portam Viminalem fuerat dedicatum, ut ait Festus. Conf. Arnob. 4 p. 131. 3 Plaut. Bacch. 4, 8, 46 Si tibi machaera est, nobis veruina est domi, qua quidem te faciam, si tu me irritaueris, confossioem foricina naenia. Quo loco Turneb. Soricina naenia non aliud quidquam videtur esse, quam Cantuncula quaedam celebris de confosso forice, qui dum rodit, suo iudicio plerumque confoditur. Proinde canebatur, Sorex suo iudicio confossus perit, aut aliud quiddam simile. Vid. Scalig. Coniect. p. 142 sq. et Lect. Auson. 2, 1. Nempe 4 Naenia dicitur omne dictum vulgatum, puerile, nugatorium. Hor. Epist. 1, 1, 63*

Roscia dic fodes melior lex, an puerorum est

Naenia, quae regnum recte facientibus offert,

Et maribus Curis et decantata Camillis.

Phaedrus 3, 1, 10 Legesne, quales, potius viles naenias? Si volueris longiorem nos aduersus cum scribere librum, mitte naenias, illius et ineptias Hieron. adu. Riparium, adu. Vigilantium, extr. Naeniae Numae Prudent. Pass. Laurentii v. 513. Naeniam pro Incantatione accipi dicit Porphyrio apud Hor. Epod. 17, 29 Caputque Marsa dissilire naenia. Mixtaque cum magicis naenia Marsa sonis Ouid. A. A. 2, 102.

Naenia etiam Nutricam cantio dicitur, qua pueris inducunt somnos. Arnob. 7 p. 237 Vt somno occupari possunt, lenes audiendae sunt naeniae.

5 Naenia fuit quoque dictum Extremum intestinum, quod ἄστρον, seu ieiunum, Graeci vocant. Arnob. 7 p. 229

Quid naenia? quid offae? Conf. Plaut. Bacch. 4, 8, 47. et ibi Taubm.

NAENIOR f. NENIOR, ari. Lamentari, vana loqui. Cathol.

NAENV f. NENV pro Non, antiquis fuisse in usu, probat Nonius 2, 580.

Lucil. 30 Sed tamen hoc dicas, quid est si naenu molestum est.

Varro, Si hodie naenu venis, cras quidem si veneris, etc. Sic a plerisque Naenu legitur sine m. Alii Nenum scribunt.

Vid. suo loco.

NAEVIA Silua dicta iuxta urbem, quod Naeuii cuiusdam fuerit.

Festus. Nempe est Gentis nomen, e qua v. g. Poeta comicus vetustissimus, cuius meminist Hor. Epist. 2, 1, 53 Naeuius in manibus non est, et mentibus haeret Paene recens, adeo sanctum est vetus omne poema.

Naeuius, epigramma sibi posuit plenum superbiae Campanae,

Immortales, mortales si foret fas flere,

Flerent diuae Camoenae Naeuium Poetam:

Itaque postquam Orci traditus est thesauro,

Obliti sunt Romae Latina lingua loquier.

Auctor Gellius 1, 24 Varro autem in lib. de Poetis, dicit eum stipendia fecisse primo bello Punico, idque bellum carmine scripsisse. Naeuia

olea est Colum. 5, 8, 3. et 12, 48, 1.

NAEVIANVS, a, um. Adi. [Ναυϊανός] Cic. de Clar. Orat.

60 Illius autem aetatis qui sermo fuerit, ex Naeuianis scriptis intelligi

105

potest. Cic. Att. 1, 13 Nosti caluum ex Naeuianis illum laudatorem meum. *In plerisque tamen libris scriptum est, ex Nanneianis, sed mendum subolet, rectumque videtur, ex Naeuianis.* Respicit enim Cicero ad versum Naeuii, cuius ita meminit in epistolis, Laetus sum laudatier me, inquit Hector, opinor apud Naeuium, abs te pater laudato viro. M., inquit, Crassus laudator ille meus, quem irridens caluum appellat, et laudatum virum, similemque Naeuiano laudatori, negotium transegit et confecit. Turnebus. Naeuiana pira Colum. 5, 10, 18 et 12, 10, 4.

NAEVVS, i. m. Corporis insigne, seu genuina macula. Cic. de Nat. Deor. 1, 80 c. 28 At est corpori macula naeuus: illi tamen hoc lumen videbatur. Nullus in egregio corpore naeuus erit Ouid. Trist. 5, 13, 14. Cognoscere aliquem naeuo Cic. in Brut. 313. Naeui etiam sunt Mendae, vel vitia, vel crimina. Vid. Iuret. in Symmach. p. 164. Conf. GNAEVVS.

15 NAEVVLVS, i. m. Dimin. Apul. de Mundo p. 59 Mjiores insulae, vt naeuuli quidam, per apertas ponti sunt sparsae regiones. Venustiores naeuuli Gell. 12, 1.

## N A I

20 NAIAS, adis. f. Pl.

NAIADES, um. f. [Naiades, Naiades] Nymphae sunt fontium, vel fluminum. Naias vna fuit Ouid. Met. 1, 691. Fontana numina, Naiades Ouid. Met. 14, 328. Naiades Aequeorae Ouid. Met. 14, 557.

25 Ouid. Fast. 1, 512 Et nemorum diuae Naiadumque chori. Stat. Silu. 1, 5, 6 Alios possunt mea carmina coetus: Naiadas vndarum dominas. Nonnulli legunt Naiidas: quod a Nominatio Nais descendit: illud vero a Nominatio Naias. Scilicet in optimis libris legitur Naiades, quoties per tres syllabas a Poetis effertur: vid. Burm. ad Grat. Cyneg. v. 17.

30 Drakenb. ad Sil. 5, 21. Hesperiae Ouid. Met. 2, 325. Puellae Virg. Ecl. 10, 10. Sorores Sil. 6, 288. Vdae Claud. de Rapt. Proserp. 3, 17. Naiades Virg. Ecl. 10, 10 dicuntur, quae alias Oreades.

NAICVS, a, um. Adi. Propert. 2, 32, 40 Supposita excipiens Naica dona manu. Al. Nai, cadauca.

35 NAIS, idis. f. [Nais] Nomen Nymphae aquaticae, a vno. Caerula Nais Stat. Silu. 3, 4, 42. Candida Virg. Ecl. 2, 46. Lubrica Stat. Silu. 1, 3, 62. Add. Calpurn. Ecl. 4, 69 et quae modo de Plur. Naiades diximus in NAIAS et NAIADES.

## N A M

NAM. [ναμ, νη] Coniunctio causalis, primum tantum in constructione locum sortitur. Plaut. Curcul. 3, 23 De coclitum profapia te esse arbitror: nam hi sunt vnoculi. Ter. Andr. 2, 6, 27 Quidnam

45 hoc rei est? quidnam hic vult veterator sibi? nam si hic mali est quidquam, hem illic est huic rei caput. ¶ 2 Observaciones: Nam vel enim adhibetur, ubi concedimus, quod alter dicit, sed illud nihil ad nos pertinere, indicamus: Omittitur nempe, Fateor, nec mirum, aut simile quiddam. Quinctil. 2, 11 extr. Magnas tamen sententias, et

50 res bonas elidunt? (Fateor, nec mirum) Nam et barbari et serui. Vid. iocus Populiae Marci F. apud Macrob. Sat. 2, 5 extr. Nam bestiae sunt Quinctil. 2, 20, 10. 6, 3, 63 et 77. Plin. Epist. 5, 20, 2. Ita passim Graeci. Nam, non tam causam aliquando reddit, quam ingressum seu initium rei significat, et potest illi interdum Nempe substitui, interdum

55 Porro, aut continuatiua alia particula, quales sunt etiam aduersatiuae Sed, Autem etc. Non ideo dixerim simpliciter, Nam idem esse quod Sed: verum ad continuandam nouo velut initio orationem non minus adhibetur, quam Sed etc. Ter. Andr. 1, 1, 24

60 Eo pacto et gnati vitam, et consilium meum Cognosces, et quid facere in hac re te velim. Nam is postquam excessit ex ephebis, Sofia, Liberius viuendi fuit potestas, etc. i. Nempe.

Aduersatiua Sed vel Autem aequae bene utaris in illo Cic. in Brut. 81 Fabius Pictor fuit et iuris, et literarum, et antiquitatis bene peritus.

65 Quintusque Fabius Labeo fuit ornatus iisdem fere laudibus. Nam Q. Metellus, is cuius quatuor filii Consulares fuerunt, in primis est habitus eloquens, etc. Sic Nam de statua quis queritur Cic. pro Deiot. Nam, obsecro, vnde haec gentium? Plaut. Cist. 4, 1, 16.

Nam, incipiendi vim habet. Verba sunt Donati in illud prologi

70 Adelph. 12

Eam nos acturi sumus nouam; pernoscite Furtumne factum existimetis, an locum Reprehensum, qui praeteritus negligentia est. Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles

75 Eum adiuuare, etc. Idem Donatus in illud Hecyrae 1, 2, 100 Reliquit cum matre hic vxorem; nam senex rus abdidit se. Nam, inquit, inceptiua particula. Pseudo-Cic. in Sallust. 9 Nam, quod ista inusitata rabie petulanter in vxorem et filiam meam, etc. Conf. Marcell. l. 6 §. 1 D. de auro et

80 arg. leg. Pro continuandi particula etiam vititur Scribonius v. g. 16. 60. 120. 163. Sic Nam quid, siue Nam quis; pro Sed quid, vel sed quis; id est quid autem, vel quis autem? Ter. Eun. 5, 2, 58 Quam tu rem actura obsecro es? T. nam quid ita? Virg. Georg. 4, 445 Nam quis te, iuuenum confidentissime nostras, etc. Cic. Fam. 7, 1

85 Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contemseris? Nam quid ago, aut quaenam spondet fortuna salutem? Virg. Aen. 12, 637. ¶ 3 Nam quis, quae, vel quod, pro Quidnam. Terent. Phorm. 5, 1, 5 C. Nam quae haec est anus exanimata, a fratre quae egressa est meo? Nam quae, ait Donatus, anastrophe: vt, Nam quis te, iuuenum confidentissime. Sed figura haec apta commotis est aliqua re noua. Anastrophe idem valet, quod inuersio: quum verbum, quod praecedere deberet, sequitur. Rursus Phorm. 1, 4, 23 A. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniam miser? Nam quod dixit, pro Quodnam. ¶ 4 Iungitur et aliis

90 particulis. Sallust. in Catil. 51, 18 Nam profecto aut metus, aut iniuria te subegit Syllane, Consullem designatum genus poenae nouum discernere. Quinctil. 10, 2 Nam quia quaedam sunt inimitabilia, quibus, etc. Permiscetur in MSS. saepe cum Iam, v. v.

95 NAMQVE vel NANQVE idem. Ter. Phorm. 5, 1, 5 Namque est haec anus a fratre egressa modo. Virg. Ecl. 1, 7 Namque erit ille mihi semper Deus. Add. v. 32. Cic. de Orat. 1, 101 Tum ille, Namque quod tu non poteris aut nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire aut nosse postulet? Si ante illud Namque ponas Recte sensu ironico, orationem expleueris. Continuatiuum est Cic. de Orat. 1,

100 61 c. 16 Namque illud quare, Scaeuola, negasti te fuisse laturum.

**NANCISCOR**, ēris, nactus sum, nancisci. [*τυγχάνω, καταλαμβάνω, περιποιούμαι*] Significat habere incipere, plerumque tamen cum respectu ad fortunam. Neque enim nancisci dicimur, quae studio nostro paramus, ut eruditionem, virtutem: sed in quibus fortunae locus est, ut exempla docebunt. Fit autem a Nancio, is, secundum Priscianum 10, 588. Vid. Fest. in Nancitor. Nancisci, inquit Donatus, proprie dicitur, qui paratus ad tenendum ante quam possit reperire quod teneat, statim quod occurrerit, apprehendit. Plaut. Rud. 3, 6, 33 Vt nactus es, abi bono animo. Conf. Caes. Bell. Ciu. 3, 8 et 23. Cic. Fam. 16, 6. Plaut. Capt. prol. 64 Proin si quis pugnam expetat, lites contrahat, 10 valentiorum nactus aduersarium si erit, ego faciam, ut pugnam inspectet non bonam. Id. Caes. Bell. Ciu. 3, 26 Illi — nacti Austrum, naues solunt. Belluas immanes nanciscimur venando Cic. de Nat. Deor. 2, 151. Boni aliquid fortuiti nancisci Id. Ibid. 3, 87 c. 36. Causam idoneam nancisci Nepos 2, 6, 2. Causam moriendi se nactum esse Cato gaudebat Cic. Tusc. 1, 74 c. 30. Id. pro Archia 5 Nactus est Consules, i. Romam venit iis Consulibus, iisque placuit. Hostes nuaalem nacti Diem Flor. 2, 6, 12. Facultatem Marcel. in l. Qui decem. §. Idem responsum est D. de solutionib. Fidem nacta Ouid. Fast. 1, 476. Firmitatem Cic. Fam. 11, 12. Hami nacti sunt Plaut. 20 Rud. 4, 3, 46. Hospitium Id. Men. 2, 3, 65. Impudentiam Id. Bacch. 1, 3, 51. Ter. Andr. 5, 6, 3 More hominum euenit, ut quod sim nactus Mali, prius rescisceres tu, quam ego, quod tibi euenit boni. Morbum Nep. 25, 21, 2. Noctem subnubilam nactus Sall. Fragm. c. 11. Conf. Gell. 10, 26. Caes. Bell. Ciu. 3, 54. Id. Ibid. 25 3, 9 Nacti Occasionem meridiani temporis. Cic. Fam. 4, 7 Pluribus verbis ad te scribam, quum plus Otii nactus ero. Id. de Fin. 1, 14 Quoniam nacti te, inquit, somus aliquando Otiosum, certe audiam quid sit, quod, etc. Ter. Adelp. 3, 3, 66 Pifces ex sententia nactus sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio est. Sallust. Catil. 38 30 pr. Homines adolefcentes summam Potestatem nacti. Potestatem per scelus Cic. de Nat. Deor. 3, 84 c. 35. Praedam in agro Ouid. Met. 3, 606. Pretium enim nanciscetur, nomenque Poetae Hor. de Arte Poet. 299. Cic. Verr. 1, 104 Sortem nactus est vrbae provinciae, magis ex sua et Chelidonis, quam ex Populi Romani voluntate. Id. 35 Ibid. 1, 58 Quo quidem tempore Iudices, iste Spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus est. Spem maiorem aliquid impetrandi Cic. Fam. 15, 8. Venerem Plaut. Bacch. 2, 2, 39. Vestitum Ter. Eun. 3, 5, 39. Tempestatem turbidam nactus Caes. Bell. Ciu. 2, 22. Tempora apta Ouid. Met. 9, 572. 40

**NACTVS**, a, um. *Actiue. Vid. supra. Passiue, Hygin. Fab. 8* Ea occasione nacta fugae se mandauit. Add. Idem Fab. 186. Et Fab. 28 Qui ab Apolline nacti sunt interfecti, quem locum emendatione non egere putamus.

**NANCTVS**, antique pro Nactus. Vid. Parei Lex. Crit. p. 709. Ita 45 etiam Gronou. Liu. 24, 34 et 35 et 36.

**NANVS**, i. m. [*νάνος*] teste Gellio 19, 13 Graecum vocabulum est, quo antiqui vocauerunt breui corpore hominem, paullulum supra terram extantem, quem Latine Pumilionem dicimus. Conf. Fest. Iuuen. Sat. 8, 32 Nanum cuiusdam Atlanta vocamus. Scil. per iocum. 50 Adde Gell. 16, 7. et Suet. Tiber. c. 61. Propert. 4, 9, 13 Nanus et ipse suos breuiter concretus in artus. Nanus cum sis, cede. Vid. Cbiliad. ¶ 2 Nani etiam Equulei vel muli humiliores dicebantur Gell. 19, 13. ¶ 3 Vas aquarium hoc nomine memorat Varro de L. L. 4, 25 p. 30, 24 ubi ita legi vult Scaliger, Quo postea accessit Nanus. (vulgo Μάγνιος) cum Graeco nomine, et cum Latino nomine Graeca figura Barbatos. Festus, Nanum Graeci vas aquarium dicunt humile et concuum, quod vulgo vocant fitulum barbatum. Vnde Nani pumiliones vocantur. Hinc emendandae Vet. Gl. Bardatus Νανος τὸ ἀκύνος. Leg. Barbatus. 60

**NANA**, ae. f. Lamprid. Alex. Seuer. c. 34 Nanos et nanas et moriones, populo donauit.

## N A P

**NAPE**, es. f. Nomen canis apud Ouid. Met. 3, 212 a νάπη saltus. 65 Napa, vid. apud Oetan. Hor. 1, 2.

**NAPAEAE**, arum. f. [*Ναπαίαι*] Nymphae sunt fontium, ut scribit Seruius. Nymphae, inquit montium, Oreades dicuntur; silvarum, Dryades: quae cum filius nascuntur, Hamadryades: fontium, Napaeae, vel Naiades: maris vero, Nereides. Faciles venerare Napaeas Virg. Georg. 4, 335.

**NAPHTHA**, vel **NAPHTHE**, ae. f. [*νάφθα*] Genus bituminis Plin. 2, 105 Similis est natura naphthae: ita appellatur circa Babyloniam, et in Austagenis Parthiae profluens, bituminis liquidi modo. 75 huic magna cognatio ignium, transfiliuntque protinus in eam vndecumque visam. Ita ferunt a Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta. Haec Plinii verba plurimum afferunt lucis Horatio sic scribenti Epod. 3, 13 Hoc delibutis vltia donis pellicem Serpente fugit alite. Est iocatur, alio, non naphtha 80 imbutam fuisse coronam. Appellare videntur Latini hoc genus bituminis liquidi, Oleum viuum. Gratius 434 Vulcano condicta domus, quam subter eunti Stagna sedent venis, oleoque madentia viuo. Turneb. Sed conf. Vlitius. Add. Plin. 2, 108. et 35, 15. Antmian. 23, 23. Ex recentibus Olear. Itinerar. Perf. 6, 9. 85

**NAPHTHAS**, ae. m. Genus olei cedrino simile Sallust. Fragm. Hist. 4 c. 29.

**NAPI** et **NAPY**. n. Indecl. Herba, Synapi Perficum Plin. 27, 15. Idem 19, 8. Diosc. 2, 184.

**NAPVRA**, ae. f. Funiculus ex stramento. Festus. Al. Nepura, 90 quasi non pura. Al. Naptura, ex ἀπλω νεκτο.

**NAPVS**, i. m. [*νάπος*] Genus rapi obtusioris et breuioris. Napi situatici semen Scribon. 177. Columel. 2, 10 Napus deuexam terram amat et siccam. Vid. Plin. 20, 4. et 19, 10. et 5.

**NAPINA**, ae. f. Locus, in quo seminantur napi. Columel. 11, 2 95 Namque et napinae, itemque rapinae siccaneis locis per hos dies fiunt.

## N A R

**NAR**, naris. m. [*Νάρος*] Fluuius, qui per urbem Narniam effluens, Tiberi immiscetur. Vid. Plin. 3, 5. Virg. Aen. 7, 517 Sulphurea Nar albus aqua. Cic. Att. 4, 14 vel inaeclinabiliter posuit, vel neutro genere: Lacus, inquit, Velinus a M. Curio emissus interciso monte in Nar defluit. Conf. Tacit. Ann. 1, 79, 3. et 3, 9, 2.

**NARBO** [*Νάρβον*] Martius, Galliae vrbs, decumanorum colo- 105

nia, XII M. *Pass.* a mari distans Plin. 3, 4. Aufonius in Urbium catalogo c. 13 Nec tu Martie Narbo filebere, etc. Cic. pro Font. 3 Est in eadem prouincia Narbo Martius, etc.

NARBONENSIS, e. Adi. [*Ναρβωνική*] Narbonensis prouincia, ut ait Plin. 3, 4 appellatur pars illa Galliarum, quae interno mari alluitur: Braccata ante dicta, a vestium habitu: quum reliqua, a nutriendi capilli studio Comata diceretur, quamquam sunt, qui toti id nomen Galliae tribuant. Amne Varo ab Italia et Alpis discernitur: a reliqua vero Gallia, montibus Cebenna et Iura: agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli prouinciarum postferenda. *Hactenus* Plinius. *Vid.* Melam 2, 5.

NARBONICVS, a, um. Adi. Narbonica vitis Plin. 14, 3. NARCE, es. f. [*νάρκη*] Centaurium maius Diosc. 3, 6. Narce Romani Torpedinem dicunt Diosc. 2, 15. Conf. Plinii locus inf. in

NARCISSVS, i. m. [*Νάρκισσος*] Fertur Filius fuisse Cephise amnis, et Liriopis nymphae, qui, quum pulchritudine praestaret, a multis nymphis amatus est. Et quum nimio desiderio potiundae nymphae contabuisse, mutatus est in florem sui nominis. Fabula est Ouid. Met. 3, 346. Et Stat. Theb. 7, 341.

¶ 2 Hinc forte pulchritudinis omine dictus nobilis ille Claudii libertus, de quo Sueton. Claud. c. 28. Iuuenal. 14, 328. Tac. Ann. 13, 1. ¶ 3 Narcissus flos est. Purpureum lilium vocari ait Plin. 21, 5 f. 12. Et c. 19 f. 75 Narcissi duo genera in vsu medici recipiunt: Vnum purpureo flore, et alterum herbaceum. hunc stomacho inutilem, et ideo vomitorium, aliosque solventem, nervis inimicum, caput grauantem, et a narce [*νάρκη*] narcissium dictum, non a fabuloso puero. Vtriusque radix mulsei saporis est etc. Virg. Ecl. 8, 53 Narcisso floreat alnus. Lacrima narcissi Virg. Georg. 4, 160. Purpureus Virg. Ecl. 5, 38. Sera comans narcissus Virg. Georg. 4, 123.

NARCISSINVS, a, um. Adi. [*ναρκισσινός*] Plin. 21, 19 f. 75 Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas durities.

NARCISSITES, ae. m. [*ναρκισσίτης*] Gemma appellata est, quae narcissi colorem habet, venis bederae distincta. Huius meminit Plin. 37, 11.

NARDVS, i. f. et NARDVM, i. n. [*νάρκος*] Herba odorata. Frutex est inquit Plin. 12, 12 graui et crassa radice, sed breui, ac nigra, fragilique, quamuis pingui, situm redolente vt cyperi, aspero sapore, folio paruo densoque, cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Nardum Agrium Plin. 12, 12.

40 Nardus Assyria Horat. Od. 2, 11, 6. Celtica nardus Plin. 21, 6. Scribon. 177. Indica 177. 120. Indicus 144. Syriacus 126. 170. Plin. 21, 6 Baccar quoque radice tantum odoratae est, a quibusdam nardum rusticum appellatum. Nardum Creticum Plin. 12, 12. Lenis nardi aristae Ouid. Met. 15, 398. Nardi folium Plin. 12, 12.

45 Columel. 2, 20. Folia Scribon. 176. Nardi spica Plin. 13, 2. Spica nardi, f. Nardi spica Scribon. 36. 60. 70. 106. 258. Spica nardi. Indicae 120. Spica Syriacae 113. 176. Syriacae spica 110. Syriaci spica 271. Nardum Gallicum Columel. 12, 20. Plin. 12, 12. Purum l. 21 D. de Auro et arg. leg. Nardum siluestre et rusticum, i.

50 Asarum Plin. 12, 12 et 13. Syriacum Plin. 12, 12. ¶ 2 Nardus, et Nardum, pro Vnguento nardino. Tibul. 2, 2, 7 Illius puro distillent tempora nardo. Puro, i. Non adulterato. *Vid.* Salmaf. Exerc. Plin. Sic 1, 7, 51 dixerat, Illius et nitido stillent vnguenta capillo, Et capite et collo mollia ferta gerat. Veteres enim epulabantur

55 vnguentsati. Hor. Carin. 2, 11, 16

Cur non sub alta vel platano, vel hac  
Pinu iacentes sic temere, et rosa  
Canos odorati capillos,  
Dum licet, Assyriaque nardo  
60 Potamus vnēi?

¶ *Quemadmodum Rosa dixit pro Rosacco, sic Nardo pro Nardino.* Nec coma vos fallat liquido nitidissima nardo Ouid. A. A. 3, 443. Al. liquido. Rursus Tibull. 3, 6, 63 Iam dudum Syrio madefactus tempora nardo, Debueram fertis implicuisse comas. *Vulgariter coactes habent* Tyrio, seu non recte, vt opinor: id

65 quod docet carmen Horatianum ante citatum. Idem Hor. Epod. 5, 59 eodem significatione dixit, Nardo perunctum. Et 13, 13 — Achaemenia Persundi nardo iuuat. Et Carm. 4, 12, 17 Nardi paruus onyx.

Nardi Syriaci semel et iterum meminit Celsus 6, 7.

NARDIFER, era, erum. Adi. Graetius in Cynege. 314 Nardifer Ganges. 70 NARDINVS, a, um. Adi. [*ναρκινός*] Quod nardum redolet, vel quod potius nardi saporem habet. Plin. 15, 15 Pira ab odore myrapia, laurea, nardina. Vnguentum nardinum, Ex nardo vel spica nardi factum Plin. 13, 1.

NARDOSTACHYON, i. n. Alias spica nardi Apic. 7, 6.

75 NARDOSTATIVS, i. m. Idem cum praecedente, ap. Theod. Priscian. de Diaeta c. 15.

NARICA, ae. f. Auctore Festo, Genus est piscis minuti. Plaut. Muriaticam video in vasis stagnis, naricam bonam et canutam, et taguma, quinas fartas conchas piscinarias. *Locus varie tentatus a crisi-*

80 cis. Scal. ad Varr. de L. L. p. 126 ad p. 74, 10 sic restituit,  
Muriatica autem video in vasis stagneis  
Bonam naritam, et camarum et tagenia,  
Echinos fartos, conchas piscinarias.

Naritam dicit esse *νητρών* Graecorum, ostreri genus. Ad ipsum Festum eadem, nisi quod Equinos retinet *ἀεχαιών* scriptum pro Echinos. Pro camarum canatam malit aliquis, quod ad canutam librorum propius accedit. Sed melius est, si cui orium est, ad Festi interpretes adire, quibus lectis, nihil certi esse cognosces.

NARIS, is. f. [*νῆρ*] Nares proprie Latiores nasi partes, in quibus sunt spiracula, a naritate, inquit Donatus ad Ter. Ad. 3, 3. quae nos odoratu doceant praesto et prope esse quod adhuc oculi non vident. Naritas quasi Gnaritas videtur dicta Donato, a Narus, s. Gnarus, vnde Ignarus. *Vid. mox Festus.* Naris, Nominat. singul. apud Ouid. Met. 12, 253 Acta retro naris, medioque infixata palato est. Et 315 Qua naris fronti committitur. Plin. 11, 2 Item omnium auriculae ac nares, quae modicum eminent, flexili mollitia, naturae prouidentia, ne frangerentur. Festus: Nares appellari putant, quod per ea nasi foramina odoris cuiusque gnari simus. *Melius Vestio, iudice dici a Graeco per inuersionem literarum, vt Latinis consuetum est* *νῆρ* nares, vt *νοσφῆ* for-

95 ma, et *τέρεν* tener, et multa huiusmodi. Laetant. de Opif. Dei c. 11 Nares idcirco sic nominantur, quia per eas vel odor, vel spiritus nare non desinit. Foramina narium Scribon. 47. Odor grauis 50. Pator narium 47. Tumor 52. Ulcera in naribus 48. Recte sursum sunt nares, quod odor omnis ad supera fertur Cic. de Nat.

100 Deor. 2, 141. Naribus derisus, contemptus, fastidium, significari so-

let

let Quinctil. 11, 3, 80. *vbi qui gestus narium dedecant oratorem, docetur.* Acutae de iudicio nimis acri et ob id iniquo Hor. Serm. 1, 3, 29 Iracundior est paullo; minus aptus acutis Naribus horum hominum. Adiunctis naribus spiritui os augetur Cic. de Nat. Deor. 2, 134. Aduncae spirantina Lucan. 2, 183. Balba de nare loquutus Perf. Sat. 1, 33. 5  
Cana Ouid. de Arte Am. 1, 520. Compressae Lucret. 6, 1191. Emunctae naris durus componere versus Horat. Serm. 1, 4, 8 de Lucilio. Porphyrio refert ad Versus, appellans Versus emunctae naris Elegantes et decentes. Acron refert ad Lucilium, interpretaturque Sapientem: quia e contrario, inquit, mungosum stultum appellamus. 10  
Emunctae igitur et purgatae naris dicitur, is qui nasum emunctum et non mucosum habet. Perro qui nares purgatas habet, acrius olfacit, et clarius loquitur. unde facilius potest alienorum vitiorum foetorem ac graueolentiam indagare, et liberius arguere. Adde quod mucosus non nisi emuncti solent irridere. Geminae Virg. Georg. 4, 300. Humentes Suet. Claud. c. 30. Obesae naris iuuenis, Qui nihil olfacit: hoc est stupidus Hor. Epod. 12, 3. Conf. Torrent. ad h. l. Obesae igni Sil. 7, 358. Patulis captavit auras bucula Virg. Georg. 1, 376. Pilosae Iuuen. Sat. 14, 194. Firmicus 8, 9 Nutrient etiam canes, qui ferarum cubilia, et latentes latebras praefagis naribus persequantur. 20  
Remissae a fronte Ouid. Met. 14, 95. Al. Resimae, quod Burn. etiam probat. De simiis sermo est. Resimae patulaeque, vid. PATVLVS. Sagaci nare sentire aliquid Lucan. 7, 829. Truncae inhonesto vulnere Virg. Aen. 6, 497. Tumidae Valer. Argon. 1, 221. Vtraeque nares Scribon. 47. ¶ 2 Verborum formulae: Cic. Tusc. 25  
3, 43 Expones quae spectet, florida et varia, fasciculum ad nares admovebis, incendes odores, et fertis redimiri iubebis et rosa. Corrugare Hor. Epist. 1, 5, 22. Quinctil. 11, 3, 80. Nare Detorta magitrum suum varie cauillantur Apul. Met. 8 p. 213. Diducere Quinct. 11, 3, 80. Erumpit sanguis e naribus Scribon. 46. Cic. de Diuin. 30  
1, 15 Mollipedesque boues spectantes lumina caeli, Naribus humiferum duxere ex aëre succum. Indulgere naribus, Irridere, subsannare: quod et Naso suspendere adunco dicitur Perf. 1, 40. Infundere in, vid. INFVNDO. Infundere per, vid. INFVNDO. Inquietare nares digito Quinctil. 11, 3, 80. Loqui de nare Perf. 1, 33. 6  
per. Offendit nares nidore lumen extinctum Lucret. 6, 793. Patent nares propter necessarias utilitates Cic. de Nat. Deor. 2, 145. Reducere auras naribus Lucret. 4, 990. Resupinare plana manu Quinct. 11, 3, 80. Spirantes tauri ignem Virg. Georg. 2, 146. Vti Hor. Epist. 1, 19, 45. Proverbialis est loquutio, significans Inflexis naribus 40  
irridere. Narium enim inflexio irridendum gestus est. μὴ κινεῖσθαι Graeci dicunt. Narium taedia et graueolentiam emendat succus hederac Plin. 24, 4. ¶ 3 Nares tribuuntur canalibus Vitruu. 7, 4  
i. Exitus, quibus humor egreditur in locum patentem. Vid. Bald. Lex. et Vopisc. Prob. c. 21. Salmas. 45  
NARINOSVS, a, um. Adi. Apertis naribus. Lactant. 5, 12 extr. Dii narinosi, quod odoribus turis colantur. Al. cariosi vel varicosi.  
NARITA, vid. NARICA.  
NARITAS, atis. f. Quasi Gnaritas, intelligentia, notitia, a Narus, i. Gnarus v. v. Auctoritatem Donati modo dedimus in NARIS. Conf. GNARITAS sub GNARVS.  
NARITIA, vid. NARYCIUM.  
NARNA, vel NARNIA, ac. f. [Ναρπία] Auctore Strab. lib. 5. Umbriae ciuitas, per quam Nar labitur, a quo et nomen accepit. Sil. 55  
8, 459 Hispellum, et duro monti per saxa recumbens, Narnia. Conf. Liu. 10, 9. et Plin. 3, 14. Vid. NAGNIA.  
NARNIENSIS, e. Adi. Ager Narniensis Plin. 31, 4. Populi Narnienses Idem 3, 14. Tribus Narniensis, vid. TRIBVS.  
NARONA, ae. [Νάρων] Fluuius Dalmatiae, Ptolemaeo 2, 17. 60  
Melae 2, 3 extr. Nar dicitur. Item, Vrbs eiusdem regionis apposta cognominis sui fluuiio, unde et nomen accepit, a Salona LXXII M. pass. distans. Plin. 3, 22. Cic. Fam. 15, 6.  
NARRO, are. [διηγομαι, ἀφηγομαι, ἐφηγομαι.] Dicere, referre, quid actum sit. Donatus, Narrare aliena, et quae nobis non 65  
sunt necessaria, dicimus. Ter. Eun. 5, 5, 28 Tu isti narrato omnem rem ordine vt factum fiet. Idem Andr. 3, 1, 8 Bonum ingenium narras adolescentis. Quid narras! Admirantis vox, non interrogantis, inquit Donatus ad Ter. Adelph. 4, 2, 19 Quid (malum) bone vir mihi narras! equidem perii. Habet notionem adiunctam contem- 70  
tus, vbi narrare aliquem dicimus, quae nos falsitatis arguimus. Ter. Andr. 2, 2, 30 Num videntur conuenire haec nuptiis? P. non opinor Daue. D. opinor, narras? non recte accipis, certa res est. Reprehendit usum verbi Opinor. Quas mulieres narras? Plaut. Truc. 2, 2, 29. ¶ 2 Construitur varie. Cic. Att. 3, 15 Alteram qua 75  
Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine macieque narrasse. Idem Fam. 3, 1 Iucunda mihi eius oratio fuit, quum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. Et de Orat. 2, 241 Est autem haec huius generis virtus, vt ita facta demonstrat, vt mores eius, de quo narres, vt sermo, vt vultus omnes exprimantur. 80  
Nauita de ventis, de tauris narrat arator Propert. 2, 1, 43. Bene, Male narras: i. iucundi vel molesti aliquid; vid. Parei Lex. Crit. p. 709. Cic. Att. 16, 13 Male narras de Nepotis filio. Bene narras et Male narras, eleganter dicimus: illud, quum iucundam rem audimus: hoc, quum molestam. Casum aliquem Ouid. Met. 11, 588. Fabellam surdo 85  
asello Hor. Epist. 2, 1, 199. Sic Mutato nomine de te Fabula narratur Horat. Sat. 1, 1, 69. Iucunde aliquid de aliquo, vid. IVCVNDVS. Memoriter, vid. MEMOR. Ordine, vid. ORDO. Peraeque, vid. PRAEQVVS. Pericula sua Propert. 2, 28, 46. Singula Ouid. Epist. 6, 39. Stomachum Plin. Epist. 9, 17, 2. Suspiciose 90  
aliquid Quinctil. 4, 2 sic vt suspicionem excites. Vulgo aliquid Hor. Epist. 1, 13, 16. Ter. Hec. 1, 2, 70 Narratque vt virgo a se integra etiam tum fiet. Narra mihi, reges Armenii patricos salutare non solent? Cic. Att. 2, 7. Narro tibi, plane relegatus mihi videor posteaquam in Formiano sum Cic. Att. 2, 11. Narro tibi, haec loca venusta sunt. i. Dico. Add. ibid. 13, 51 extr. et 15, 21 pr. et h. l. Malaspin. Narravit antiquitas, vid. ANTIQVVS. Narrat epistola Plaut. Pseud. 4, 2, 51. Rumor Martial. 3, 87. Plin. 11, 37 Solui enim pericula et metus narrant. Lux, breuitas, fides, confilium, et occulta calliditas narrandi Quinctil. 2, 5. Tempora nar- 100  
rando fallere Ouid. Trist. 3, 5, 12.  
NARRANS, antis. Partic. Pendet narrantis ab ore Virg. Aen. 4, 79. Ouid. Met. 11, 588 Omnia ad Halcyonem veros narrantia casus. Idem Epist. 1, 30.  
NARRATVS, a, um. Partic. [διηγησας] Fabula narrata est 105  
VOL. III.

Ouid. ex Pont. 3, 2, 97. Narrata vulgo Plin. 11, 52. Magicis narrati artibus Idem 11, 37. Conf. Hor. Sat. 2, 5, 1.

NARRĀTVS, ūs. m. [διήγημα] Ouid. Met. 6, 499 — veniet narratibus hora Tempeſtīua meis.

NARRATŪRVS, a, um. Part. [διηγησόμενος] Stat. Silu. 3, 3, 207 Verbaque dilectae fert narraturus Hetrufcae.

NARRATIO, ōnis. f. [διήγησις, ἀφήγησις] Est, Rerum gestarum, aut perinde vt gestarum expeditio. Cic. Attic. 6, 2 Is multis nominibus in Trophonana Charonis narratione Graecos in eo reprehendit, quod, etc. Aperta atque dilucida Quinctilianus 4, 2.

Narratio, est Rerum explicatio, et quaedam quasi sedes ac fundamentum constituendae fidei Cic. in Partit. 31. Aperta, brevis, et verisimilis Idem de Orat. 2, 80 c. 19.

Arida, et ieiuna Quinct. 2, 4. Conſtricta, an latius fuſa narratio: continua, an diuiſa: recta, an ordine permutato, cauſae docebunt Idem 2, 13.

Credibilis Idem 4, 2. Credibiles, non hiſtorico, ſed prope quotidiano ſermone dilucide explicatae narrationes Cic. in Orat. 124.

Obscura totam obcaecat orationem Idem ibidem 2, 329 c. 80. Preſſae narrationis gracilitas Quinctil. 4, 3. Sinuoſa Idem 2, 4. Amputandae, vid. AMPVTO.

Dicere narrationem Quinctilianus 2, 20. Exponere Cic. in Orat. 210.

NARRATIVNCŪLA, ae. f. Dimin. [διηγημάτων] Quinct. 1, 9 Narratiunculas a Poētis celebratas, notitiae cauſa, non eloquentiae tractandas puto.

NARRĀTOR, ōris. m. [διηγητής] Qui narrat. Cic. de Orat. 2, 219 c. 54 Caeteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt. Faceti narratores et imitatores Cic. de Orat. 2, 54.

NARRITO, are. Cathol. frequenter narrare.

NARRABILIS, e. Adi. [διηγητός] Ouid. ex Ponto 2, 2, 61 Lingua ſile, non eſt vltra narrabile quidquam.

NARTES, Populi in Vmbria regione Italiae, qui alias Interamnates dicuntur, teſte Plin. 3, 14.

NARTHEX, ēcis. m. [νάρθηξ] Graecis, Ferula Latinis. Plin. 13, 12 Ferula calidis naſcitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata ſcapis. Duo eius genera: nartheca Graeci vocant, aſurgentem in altitudinem, nartheciam vero ſemper humilem. A genibus exeuntia ſolia maxima, vt quaeque terrae proxima. Caetero natura eadem quae anetho, et fructui ſimilis.

NARTHECIA, ae. f. Ferulae minoris ſpecies, al. Ferulago. Plin. 13, 22.

NARTHECIVM, i. n. [νάρθήκιον] Pro Repoſitorio medicamentorum ponitur, etiamſi ex alia materia fuerint facta: quod id genus ligni accommodatum ſit ad ſeruanda medicamenta. Cic. de Finib. 2, 22 c. 7 Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio promat, etc.

Erasmus pyxidem intelligit, vnde pharmacopolae deprimunt medicamenta. De narthecio, id eſt ex parato, et ad manum. Cornarius in lib. 6. Galeni de Compos. phar. diſſentit hiſ verbis: Sorani ναρθηκα citat Aëtius 8, 44.

Arbitror autem receptum fuiſſe morem Graecis medicis, vt libros ſuos medicamentarios ναρθηκαε et ναρθηκια inſcriberent: atque ſic etiam illud Cic. de Finib. 2, 22 c. 7 ſic accipio, Iam doloris medicamenta, etc.

De narthecio, hoc eſt de libro medicamentario narthecio inſcripto. quanquam non ignorem, aliquos pyxidem medicamentariam per Narthecium accipere, haud ſcio qua ratione ductos. Nobis certe conſentit etiam Martialis Poeta in Apophor. 14, 78 qui eiusmodi Narthecia capſulis eboreis incluſa fuiſſe dicit: Artis ebur medicae, etc. Nec ignoro aliis aliter hunc locum accipi. Haec ille.

NARTHECVSA, ae. f. [Ναρθηκυσσα] Inſula eſt in mari Carpathio, cuius meminit Plin. 5, 31.

NARYCIVM, i. n. [Ναρύκιον] Oppidum Locrorum vetuſtiſſimum, vnde Ajax fuit: et Narycii populi, de quibus Virg. Aen. 3, 399 Hic et Narycii poſuerunt moenia Locri. Abundant autem pice optima, vt teſtatur Virg. Georg. 2, 458 Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum Naryciaeque picis locus. Nempe

NARYCIVS, a, um. Adi. Vid. Aufon. Epift. 4, 18. Colum. 10, 386. et Virg. ſupra.

N A S

NASAMONES, um. Pl. Populi ſunt in Lybia, iuxta Syrtes, ſpoliis naufragorum viuentes, vt ſcribit Herodotus 4. Lucan. 9, 443 Hoc tam ſegne ſolum, raras tamen exerit herbas, Quas Naſamon gens dira legit, etc. Plin. 5, 5 In ora Syrtis Naſamones, quos antea Meſamones, Graeci appellauere ab argumento loci, medios inter arenas ſitos. Aequoreus Naſamon Sil. 3, 320. Inops Lucan. 4, 679. Pauper Lucan. 9, 458. Semihomines Sil. 11, 180.

NASAMONIVS, a, um. Adi. [Ναſαμωνίως] Sil. 7, 609 Naſamonius Idmon. Nemus Naſamonium Senec. Herc. Oct. f. 13. Sidonius Carm. 9, 257 ad Numidas uſque tranſmouet, Et vinctum Naſamonium Iugurtham.

NASAMONIACVS, a, um. Aliud Adi. [Ναſαμωνιάωνος] Agri Naſamoniaci ditiffimus Ouid. Met. 5, 129. Rex Naſamoniacus Stat. Silu. 4, 6, 75. Triumphus Sil. 16, 631.

NASAMONITES, ae. m. Gemma ſanguinea, nigris venis adſperſa Plin. 37, 10.

NASATVS, vid. NASVS.

NASCĀLE, is. n. Peſſus, ad vterum mulierum medicatus. Conſt. Afer 5, 12 Naſcale Paulli ad calidam vuluam. Vid. Reineſ. ad Petron. Fragm. p. 109. Burm. p. 362. Morgagn. Epift. in Celf. p. 19 ad 5, 21 extr.

NASCOR, ēris, nātus ſum, naſci. [γεννώσασαι] Ex vtero matris prudire, vel quocunq; modo eſſe incipere, oriri. Non Naſci, homini longe optimum eſſe: proximum autem, quam primum mori Ciceō Tuſcul. 1 c. 48 pr. Qui Mortui naſcuntur, neque nati neque procreati videntur l. 38 D. de V. S. Naſci equinis pedibus Plin. 4, 13. Naſci in pedes Idem 10, 53. Naſci, et in lucem edi Cic. de Legib. 1, 16. Ter. Heaut. 5, 4, 7 Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque hoc natus es. Natus ex ea familia Ter. Adelph. 3, 1, 10. Ex fratre et ſore nati Nepos 14, 2, 2. Eodem patre nata Idem 5, 1, 2. Iiſdem parentibus Idem 20, 1, 4. Patre claro Hor. Serm. 1, 6, 58. Patre certo Cic. pro Roſc. Amer. 46. Illa matre Lit. 1, 3. Orpheus Matre muſa natus Cic. Nat. Deor. 3 c. 18. Iuſta vxore Idem Tuſc. 1, 85. Macrobi. Saturn. 7, 3 Commendat ſcōmma et conditio dicentis, ſi in eadem cauſa ſit: vt ſi alium de paupertate pauper irrideat, ſi obſcure natum natus obſcure. Summo genere Plaut. Ciſt. 1, 1, 26. [Cic. Verr. 5, 100 Natus genere nobili. Conf. Nep. 1, 1. Cic. Fam. 11, 22 Natus ſummo loco. Pulchra Origine Virg. Aen. 1, 290.

NASCOR, ēris, nātus ſum, naſci. [γεννώσασαι] Ex vtero matris prudire, vel quocunq; modo eſſe incipere, oriri. Non Naſci, homini longe optimum eſſe: proximum autem, quam primum mori Ciceō Tuſcul. 1 c. 48 pr. Qui Mortui naſcuntur, neque nati neque procreati videntur l. 38 D. de V. S. Naſci equinis pedibus Plin. 4, 13. Naſci in pedes Idem 10, 53. Naſci, et in lucem edi Cic. de Legib. 1, 16. Ter. Heaut. 5, 4, 7 Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque hoc natus es. Natus ex ea familia Ter. Adelph. 3, 1, 10. Ex fratre et ſore nati Nepos 14, 2, 2. Eodem patre nata Idem 5, 1, 2. Iiſdem parentibus Idem 20, 1, 4. Patre claro Hor. Serm. 1, 6, 58. Patre certo Cic. pro Roſc. Amer. 46. Illa matre Lit. 1, 3. Orpheus Matre muſa natus Cic. Nat. Deor. 3 c. 18. Iuſta vxore Idem Tuſc. 1, 85. Macrobi. Saturn. 7, 3 Commendat ſcōmma et conditio dicentis, ſi in eadem cauſa ſit: vt ſi alium de paupertate pauper irrideat, ſi obſcure natum natus obſcure. Summo genere Plaut. Ciſt. 1, 1, 26. [Cic. Verr. 5, 100 Natus genere nobili. Conf. Nep. 1, 1. Cic. Fam. 11, 22 Natus ſummo loco. Pulchra Origine Virg. Aen. 1, 290.

NASCOR, ēris, nātus ſum, naſci. [γεννώσασαι] Ex vtero matris prudire, vel quocunq; modo eſſe incipere, oriri. Non Naſci, homini longe optimum eſſe: proximum autem, quam primum mori Ciceō Tuſcul. 1 c. 48 pr. Qui Mortui naſcuntur, neque nati neque procreati videntur l. 38 D. de V. S. Naſci equinis pedibus Plin. 4, 13. Naſci in pedes Idem 10, 53. Naſci, et in lucem edi Cic. de Legib. 1, 16. Ter. Heaut. 5, 4, 7 Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque hoc natus es. Natus ex ea familia Ter. Adelph. 3, 1, 10. Ex fratre et ſore nati Nepos 14, 2, 2. Eodem patre nata Idem 5, 1, 2. Iiſdem parentibus Idem 20, 1, 4. Patre claro Hor. Serm. 1, 6, 58. Patre certo Cic. pro Roſc. Amer. 46. Illa matre Lit. 1, 3. Orpheus Matre muſa natus Cic. Nat. Deor. 3 c. 18. Iuſta vxore Idem Tuſc. 1, 85. Macrobi. Saturn. 7, 3 Commendat ſcōmma et conditio dicentis, ſi in eadem cauſa ſit: vt ſi alium de paupertate pauper irrideat, ſi obſcure natum natus obſcure. Summo genere Plaut. Ciſt. 1, 1, 26. [Cic. Verr. 5, 100 Natus genere nobili. Conf. Nep. 1, 1. Cic. Fam. 11, 22 Natus ſummo loco. Pulchra Origine Virg. Aen. 1, 290.

NASCOR, ēris, nātus ſum, naſci. [γεννώσασαι] Ex vtero matris prudire, vel quocunq; modo eſſe incipere, oriri. Non Naſci, homini longe optimum eſſe: proximum autem, quam primum mori Ciceō Tuſcul. 1 c. 48 pr. Qui Mortui naſcuntur, neque nati neque procreati videntur l. 38 D. de V. S. Naſci equinis pedibus Plin. 4, 13. Naſci in pedes Idem 10, 53. Naſci, et in lucem edi Cic. de Legib. 1, 16. Ter. Heaut. 5, 4, 7 Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque hoc natus es. Natus ex ea familia Ter. Adelph. 3, 1, 10. Ex fratre et ſore nati Nepos 14, 2, 2. Eodem patre nata Idem 5, 1, 2. Iiſdem parentibus Idem 20, 1, 4. Patre claro Hor. Serm. 1, 6, 58. Patre certo Cic. pro Roſc. Amer. 46. Illa matre Lit. 1, 3. Orpheus Matre muſa natus Cic. Nat. Deor. 3 c. 18. Iuſta vxore Idem Tuſc. 1, 85. Macrobi. Saturn. 7, 3 Commendat ſcōmma et conditio dicentis, ſi in eadem cauſa ſit: vt ſi alium de paupertate pauper irrideat, ſi obſcure natum natus obſcure. Summo genere Plaut. Ciſt. 1, 1, 26. [Cic. Verr. 5, 100 Natus genere nobili. Conf. Nep. 1, 1. Cic. Fam. 11, 22 Natus ſummo loco. Pulchra Origine Virg. Aen. 1, 290.

NASCOR, ēris, nātus ſum, naſci. [γεννώσασαι] Ex vtero matris prudire, vel quocunq; modo eſſe incipere, oriri. Non Naſci, homini longe optimum eſſe: proximum autem, quam primum mori Ciceō Tuſcul. 1 c. 48 pr. Qui Mortui naſcuntur, neque nati neque procreati videntur l. 38 D. de V. S. Naſci equinis pedibus Plin. 4, 13. Naſci in pedes Idem 10, 53. Naſci, et in lucem edi Cic. de Legib. 1, 16. Ter. Heaut. 5, 4, 7 Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque hoc natus es. Natus ex ea familia Ter. Adelph. 3, 1, 10. Ex fratre et ſore nati Nepos 14, 2, 2. Eodem patre nata Idem 5, 1, 2. Iiſdem parentibus Idem 20, 1, 4. Patre claro Hor. Serm. 1, 6, 58. Patre certo Cic. pro Roſc. Amer. 46. Illa matre Lit. 1, 3. Orpheus Matre muſa natus Cic. Nat. Deor. 3 c. 18. Iuſta vxore Idem Tuſc. 1, 85. Macrobi. Saturn. 7, 3 Commendat ſcōmma et conditio dicentis, ſi in eadem cauſa ſit: vt ſi alium de paupertate pauper irrideat, ſi obſcure natum natus obſcure. Summo genere Plaut. Ciſt. 1, 1, 26. [Cic. Verr. 5, 100 Natus genere nobili. Conf. Nep. 1, 1. Cic. Fam. 11, 22 Natus ſummo loco. Pulchra Origine Virg. Aen. 1, 290.

NASCOR, ēris, nātus ſum, naſci. [γεννώσασαι] Ex vtero matris prudire, vel quocunq; modo eſſe incipere, oriri. Non Naſci, homini longe optimum eſſe: proximum autem, quam primum mori Ciceō Tuſcul. 1 c. 48 pr. Qui Mortui naſcuntur, neque nati neque procreati videntur l. 38 D. de V. S. Naſci equinis pedibus Plin. 4, 13. Naſci in pedes Idem 10, 53. Naſci, et in lucem edi Cic. de Legib. 1, 16. Ter. Heaut. 5, 4, 7 Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque hoc natus es. Natus ex ea familia Ter. Adelph. 3, 1, 10. Ex fratre et ſore nati Nepos 14, 2, 2. Eodem patre nata Idem 5, 1, 2. Iiſdem parentibus Idem 20, 1, 4. Patre claro Hor. Serm. 1, 6, 58. Patre certo Cic. pro Roſc. Amer. 46. Illa matre Lit. 1, 3. Orpheus Matre muſa natus Cic. Nat. Deor. 3 c. 18. Iuſta vxore Idem Tuſc. 1, 85. Macrobi. Saturn. 7, 3 Commendat ſcōmma et conditio dicentis, ſi in eadem cauſa ſit: vt ſi alium de paupertate pauper irrideat, ſi obſcure natum natus obſcure. Summo genere Plaut. Ciſt. 1, 1, 26. [Cic. Verr. 5, 100 Natus genere nobili. Conf. Nep. 1, 1. Cic. Fam. 11, 22 Natus ſummo loco. Pulchra Origine Virg. Aen. 1, 290.

Dea Virg. Aen. 1, 586. Humana matre Plaut. Amph. Prol. 28. Natus male volente genio Plaut. Bacch. 4, 3, 4. Idem Capt. 2, 2, 27. Quo de genere natus est illic Philocrates? P. Polyplufio. De pellice Ouid. Met. 4, 422. Nata res ex tempore Cic. de Inuent. 1, 25. Inter agros et armenta Tibull. 2, 1, 67. Natus Athenis Plaut. Rud. 3, 4, 34. Natus ibidem Idem Poen. 5, 2, 78. Natus in Apulis Idem Mil. 3, 1, 53. Natus et Oriundus differunt. Liu. 24, 6 Hippocrates et Epicides, nati Carthagine, sed oriundi a Syracusis, exule auo. Natus animo leni Ter. Hec. 2, 2, 28. Natus cum virtutibus Plaut. Rud. 2, 2, 15. In dedecore natus Verres Cic. Verr. 3, 60. Sine crimine natus, i. Non ex adulterio, incestu, amore meretricio Ouid. Amor. 3, 4, 39. Per scelera Senec. Agamem. f. 13. ¶ 2 Participium Natus saepe indicat idem, quod natura aptus ad aliquid. Cic. pro Sext. 89 c. 42 Nam quid ageret vir ad dignitatem et gloriam natus? Idem de Finib. 5, 58 Ergo hoc quidem apparet, nos ad agendum esse natos. Sic ibid. 2, 39 Hi non viderunt, ut ad cursum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem: sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, ad intelligendum et agendum esse natum. Ter. Heaut. 3, 1, 12 At ego profecto ingenio egregie ad miseriam natus sum. Ad arma Ouid. Trist. 4, 10, 18. Ad bella Cic. pro Lege Manil. 42. Sil. 15, 20 463. Ad facinus praedamque Cic. Philipp. 11, 37. Ad facultatem quandam dicendi singularem Idem pro Corn. Balb. 3. Ad furta nata manus Ouid. Met. 13, 111. Ad hoc vnum natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet vni aliquis Cic. in Orat. 99. Ad honestatem natum genus hominum Id. in Partit. 91 c. 27. Ad iugum natae bouum ceruices Idem de Nat. Deor. 2, 159. Ad iustitiam nos esse natos intelligere, nil praestabilius Idem de Legib. 1, 18. Ad laudem et decus nati, suscepti, et instituti sumus Idem de Finib. 5, 63. Ad alterius libidines flagitiosas natus atque aptus Cic. Verr. 2, 134. Ad societatem et communitatem generis humani nati sumus Idem de Finib. 4, 4. Ad summa omnia natus Pompeius Cic. de Clar. Orat. 239 c. 68. Ad haec deorum beneficio tempora natus Caesar Idem Philipp. 12, 9. Idem Tusc. 1, 9 Quoniam autem mortui miserii sunt, in miseriam nascimur sempiternam. In otia Ouid. Met. 15, 711. In spem Liu. 26, 6. In vsum laetitiae scyphi Hor. Carm. 1, 27, 1. Abdomini natus, non laudi atque gloriae Cic. in Pison. 41 c. 17. Foro et multitudini nata eloquentia Id. de Clar. Orat. 282. Imperio huic Idem pro Cael. 59. Instaurandis, reparandisque bellis nata gens Liu. 24, 42. In Literis nati Graeci Cic. de Orat. 3, 131 c. 32. Id. pro Sext. . . Cum his qui se patriae, qui suis ciuibus, qui laudi, qui gloriae, non qui somno et conuiuio et delectationi natos arbitrentur. Ter. Adelph. 4, 2, 6 Nequeo satis decernere: nisi me credo huic esse natum rei, ferendis miseris. Sil. 3, 335 His paruus sonipes, nec Marti natus. Idem 6, 340 Tibi dextera et Vrbi nata tuae tristi damnatur sorte catenae. Illustrat ex Liuii praefatione hoc genus formularum Gron. Obs. 4, 17. ¶ 3 Mihi iterum natus videor, quod te reperi Plaut. Poen. 5, 2, 117. Iterum natus videor, si vera audias Plaut. Capt. 4, 2, 10 Nempe nascimur cum periculo et dolore matris ac nostro. Laetantur, qui circumstant, post partum felicem. Hor. Epist. 1, 17, 10 Nec vixit male, qui natus moriensque fecellit. Graece loquutus est, inquit Lambinus, Latino sermone: sic enim illi loquebantur, δε ελαθε γενόμενος τε και θανών; qui natus et mortuus latuit: id est quem neque natum, neque mortuum esse quisquam mortalium sciuit. Sic loquitur Cic. Fam. 9, 15 Quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Respexit autem illud Epicuri αὐτὸν βίωσας quod improbat et refellit Plutarchus. Huius autem loci sententia est: fortunatum eum iudico, qui ignotus, inhonoratus, inglorius cursum vitae confecit. Haec ille. Commune posset esse dictum, nec inepte usurpari in eos, qui nihil, quod laude dignum sit, in vita unquam gesserunt. ¶ 4 Formulae aliae: Cic. pro Cluent. 43 Pro eo, quod se non solum suis commodis, sed etiam suorum municipum, caeterorumque necessariorum natum esse arbitrabatur. Patriae, non sibi natus Cato Cic. pro Muraen. 75. Ita nati sumus, ut et blandiri et suppliciter insinuare iis, a quibus esset petendum, et aduersarios minaciter terrere possimus Id. de Orat. 1, 90. Nos numerus sumus, et fruges consumere nati Hor. Epist. 1, 2, 27. Annos quinque Plaut. Mil. 3, 1, 35. Cic. de Senect. 14 Mortuus est (quum ego quinque et sexaginta annos natus, legem Voconiam voce magna et bonis lateribus suassem) annos septuaginta natus: tot enim vixit Ennius. Annos ad quinquaginta natus Idem pro Cluent 100 c. 40. Annos natus vnde octoginta Hor. Serm. 2, 3, 118. Add. Cic. de Cl. Orat. c. 43. et 64. Nata herba ad spem foenifeciae Varr. de R.R. 1, 47. Copiosissime nasci, vid. COPIA. Lente, vid. LENTVS. Bene, male natus ager Varr. de R. R. 1, 6 pr. Aini nascuntur crassis paludibus Virg. Georg. 2, 111. Poma per annos continuos nascuntur Ouid. de Nuce 21. ¶ 5 Nasci, ut diximus, est existere, oriri. Adfertur ex Donato, Natum dicitur de rebus repentius. Cic. de Amicit. 35 Magna etiam dissidia, et plerumque iusta nasci. Plaut. Mil. 2, 3, 10 Nescis tu fortasse, apud nos facinus, quod natum est nouum. Etiam de arte factis dicitur, ut ap. Hor. Od. 1, 27, 1. Vid. Drakenb. ad Sil. 3, 335. Cic. pro Quint. 85 Ex quo vno haec omnia nata et profecta esse concedit. Nasci et Occidere, contraria Idem in Orat. 10. Exoriri et nasci, Extingui atque opprimi, contraria: Idem de Lege Agrar. 2, 89 Hic vero in oculis Senatus Populique Romani nihil posse existere, quod non ante extingui atque opprimi posset, quam plane exortum ac natum esset. Oritur a se, et sua sponte nascitur amor Idem de Finib. 2, 78 c. 24: Nascens Anni clementia Colum. 11, 3. Cic. Fam. 16, 22 Scribes ad me, ut mihi nascatur epistolae Argumentum. h. e. Ut inde sumam argumentum ad te scribendi. Collis nascebatur Caes. Bell. Gall. 2, 18. Consularis a vobis natus Cic. post Red. ad Quir. 5. Conf. Turneb. Advers. 22, 3. Discordiae multae nascebantur de plebiscitis Pompon. in l. 2 §. Deinde quum esset D. de orig. iur. Cic. de Finib. 1, 32 Sed ut perspiciatis, vnde omnis iste natus sit Error, voluptatem accusantium, doloremque laudantium, totam rem aperiam. Idem Tusc. 1 8 Ergo ita nascetur Exordium. Historia maxima nascitur de nihilo Propert. 2, 1, 16. Lapis nascitur in confinio Marcell. in l. pro regione D. de acquir. rerum domin. Locus ita natus est Liu. 9, 2. i. Ea natura loci. Cic. Verr. 5 Binos habebam: iubeo promi vtrosque, ne quid plus Mali nasceretur. Natus Nemo Plaut. Cist. 2, 1, 56. et 2, 2, 21. ubi abundat. Odia nascuntur ex cupiditatibus Cic. de Fin. 1, 44. Idem Fam. 16, 21 Enitar vt, in dies magis magisque haec nascens de me duplicetur Opinio. Nunc demum isthaec nata Oratio est Ter. Adelph. 5, 3, 19. Ordo maior rerum mihi nascitur Virg. Aen. 7, 44. Palaestra ad eam rem nata Lucil. ap. Porphy. in Hor. Carm. 1, 27. Pestis est nulla tam detestabilis, quae non homini ab

homine nascatur Cic. Off. 2, 16 c. 5. Res nata ex tempore Idem de Inuent. 1, 25. *vid. RES.* E *vel pro Re nata, vid. in RES.* Cic. de Finib. 2, 34 Ergo nata est Sententia veterum Academicorum, et Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent, secundum naturam viuere. Huc ades et genium Templis nascentibus infer Stat. Silu. 3, 1, 28. Voluptas Lucan. 2, 391. Cic. Acad. 4, 105 Mare illud, quod nunc Fauonio nascente purpureum videtur, idem huic nostro videbitur. Auster Virg. Georg. 3, 179. Cic. de Finib. 5, 13 Horum posterius meliores illi quidem mea sententia, quam reliquarum philosophi disciplinarum: sed ita degenerant, ut ipsi ex se nati esse videantur. *Conf. Tacit. Ann. 11, 21, 3.* Procreatus sum paruus a parentibus, a vobis natus sum Consularem Cic. post redit. ad Quir. 5 c. 2. *Conf. Turneb. Adu. 2, 2, 3.* Nasci, *pro Accidere.* Cic. Attic. 11, 25 Nihil vnquam simile natum puto: cui si in qua re consulere possum, cupio a te admone-ri. Idem, Tum tibi placuit, ut mitterem ad filium; inde natum est ut ad Publium. Nascendi incerta conditio Idem Catil. 3, 1. et Senec. Epist. 11. Nascendo. Ouid. Fast. 4, 647 Agnaque nascendo saepe necabat ouem.

**N A S C E N D V S**, a, um. Partic. Gell. 5, 3, 10 Ad homines nascendos.

**N A S C E N S**, entis. Partic. [*γεννησεν*] Nascentes morimur, finisque ab origine pendet Manil. 4, 16. *Metaph.* Athenis non nascentibus, sed iam adultis fuit Thucydides Cic. de Clar. Orat. 27 c. 7. Fraga nascentia humi Virg. Ecl. 3, 8. Cic. Fam. 1, 7 Iam olim nascenti prope nostrae Laudi, dignitati, virtutisque praefuisti. Luna Hor. Carm. 3, 23, 2. Idem Serm. 2, 4, 30. Poma Ouid. Met. 14, 763. Puer Virg. Ecl. 4, 8. Sol Seneca Hippol. 3. Templis nascentibus infer Genium Stat. Silu. 3, 1, 28. Tempora Ouid. Fast. 1, 167. Vuac Idem de Nuce 27.

**N A S C E N T I A**, ae. f. [*γεννησις*] *Natiuitas.* Vitruu. 9, 7 Non nascencia sed ex conceptione, Genethiologiae rationes explicatas reliquit. *Plur.* Plin. Valer. 2, 23 Accipi cum nascentis.

**N A S C I B I L I S**, e. Adi. Tertull. aduers. Marc. 3, 19 Mortalem negat, quem nascibilem constitetur.

**N A S C I T V R V S**, a, um. Part. Pallad. R. R. 7 Signum nascituri regis. Chrysol. Serm. 84 Bella nascitura compressit. *Vid. Goeten. Probl. Gram. 1, 43. Et Obseru. p. 440.*

**N A T V S**, a, um. *In quantum participium est, affatim exemplorum habet in NASCOR.* Natus et Notus a librariis saepe permutari deprehenduntur: *vid. Drakenb. ad Sil. 3, 335.*

**N A T V S**, i. m. [*γεννῆς, γεννησῆς*] *Pro Filio.* Praeponi solet litera G in Gnatus, Gnata. v. v. Virg. Aen. 1, 668 Nate patris summi, qui tela Tiphoea temnis. Nepos 15, 10, 1 Qui talem ex te natum relicurus sis. *Hic Participii notionem retinere potest. Itaque non viciat hoc exemplum obseruationem Vallae 3, 10. et Burmanni ad*

Quinctil. Pro. p. 7 Natum pro filio in prosa, numero singulari, vix dici: Sed non esse tamen perpetuam illam obseruationem, facile conceuimus. Natorum appellatio, inquit Modestinus, ad nepotes extenditur. Quinctil. 4, 2, 42 Vxorem duxi, natum sustuli, filium educaui. Et natum

natorum, et qui nascuntur ab illis Virg. Aen. 3, 98. Caritas quae est inter natos et parentes, dirimi nisi detestabili scelere non potest Cic. de Amicit. 27 c. 8. Parui nati Hor. Carm. 3, 5, 42. ¶ 2 Obs.

Gnatus Terentianum est v. g. Heaut. 1, 1, 78. *Conf. Andr. 3, 3, 8. Nati, de Pullis equarum.* Columel. 6, 27 Id praecipue genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit.

**N A T A**, ae. f. [*γεννησις*] *Filia.* Maxima natarum Priami Virg. Aen. 1, 658. Dulcis Hor. Serm. 2, 3, 199. Auellere natam complexu matris Catull. 60, 21. Natis pro Natabus, in Dat. et Abl. plur. exstat apud Ouid. Met. 13, 661. Euboea duabus, Et totidem natis Andros fraterna petita est.

**N A T I C I D I V M**, s. **G N A T I C I D I V M**, i. n. [*γεννησις*] Gloss. Gr. Lat.

**N A T V**. [*ἡλικία*] Non nisi in Ablatiuo reperitur, et cum Adiectiuis Magnus, Paruus, et Grandis iunctum. Nascendi tempus atque Aetatem adeo notat. Nepos 13, 3, 1 Hic cum esset magno natu. Idem 14, 7, 1 Maximo natu filius. *Conf. Liu. 2, 8. et 21, 34. Ter. Adolph. 5, 4, 27* Id mea minime refert, qui sum natu maximus. Cic. de Senect. 10 c. 4 Quamquam eum colere coepi, non admodum grandem natu, sed tamen iam aetate prouectum. *Vid. Maior, ad annos relatum, in MA-*

**G N V S**. Maiores natu Nep. 2, 2, 8. Minor natu Nepos 23, 3, 2. *Vid. MINOR, in PARVVS.* Minimus natu Nep. 2, 2, 8. Liu. 2, 28, 3, 35. et 31, 18. Maxima natu Virgil. Aen. 5, 644. Grauior natu animus Ter. Heaut. 4, 1, 32.

**N A T I O**, ōnis. f. [*γένος, ἔθνος*] Gloss. Lat. Gr. *γενεά* Id. Gr. Lat.] Est, auctore Festo, Genus hominum, qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt. Plin. 12, 25 Colos in quacunque natione praefertur ruffus. Seruituti natae Iudaeorum et Syrorum nationes Cic. de Prouinc. Consul. 10 c. 5. Natione Macedo Plin. 35, 10. Natio et Gens distinguuntur apud Tacitum, haec latiori sensu, illa angustiiori sumta; de Germania

2, 6 Nationis nomen, non gentis eualuiffe paulatim, etc. Idem c. 38, 1 Nunc de Sueuis dicendum est, quorum non vna, ut Cattorum Tencierorumque gens; maiorem enim Germaniaem partem obtinent, propriis nationibusque discreti. *Vid. Clauer. Ant. Geym. 2, 20. Sic*

*distinguuntur interdum Natio et Genus: Qui cognomen sibi ex Aeliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis eius esse quam generis videretur Cic. pro Sext. c. 32. Nimirum cognomine distinguuntur Nationes s. familiae vnus Generis s. Gentis. Iam Nationem pro populo dictam illustrabimus. Acerrimae nationes Cic. de Prouinc. Conf. 33.*

Bellifosa, *vid. BELLVM.* Cumulata, *vid. CVMVLO.* Erudita illa Graecorum Cicero de Orat. 2, 18 c. 4. Exterae nationes et gentes Idem pro Font. 25 c. 11. Inanes et barbarae Idem Quint. Frat. 1, 1, 22. Cognomine nationis magis suae, quam generis vti Idem pro Cluent. 72. Coniungere nationes, *vid. CONIUNGO.* Con-

quassare, *vid. CONQUASSO.* ¶ 2 Sed interdum abstracte ponitur pro condicione nascendi et genere. Cic. Fam. 15, 20 de quodam, qui se Sabinum diceret, Natio me hominis impulit, ut ei recte putarem (dari vel credi epistolam) nisi forte candidatorum licentia hic quoque v-

fusus, hoc subito cognomen arripuit. Varr. de L. L. 8, 52 Natione melior subitio pluris. Cic. de Inu. 1, 35 In natione hominum genus consideratur. ¶ 3 In pecoribus quoque, inquit Festus, Bonus prouentus, bona natio dicitur. Sic Prudent. Nat. Dom. 83. ut pecore. Adorat excors natio, Vis cuius in pastu sita est. *Vid. b. l. Buchner.*

Quin Plin. 22, 24 Mellis causas atque differentias nationesque et indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus. Id. 24, 6 Refinam e supradictis arboribus gigni docuimus, et genera eius et nationes

100

105



nationes in ratione vini, ac postea in arboribus.

¶ 4 Natio, pro Ordine et societate, et genere hominum. Cic. in Pison. 55 c. 23 Sed quid ego enumerato, qui tibi obuiam non venerint? qui dico venisse paene neminem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum. Idem pro Muraen. 69 c. 33 Quid si illa officiosissima, quae neminem patitur non honeste in urbem introire, tota natio candidatorum? Idem pro Sext. 97 c. 44 Nimirum hoc illud est, quod de me potissimum tu in accusatione quaesisti, quae esset nostra natio optimatum. Ardeionum natio Phaedr. 1, 6, 1. Natio scholasticorum Virg. Catalect. Gentiles nationes Tacit. Ann. 11, 1. Nationes pro Ethnicis apud Tertull. v. 9. Aduers. Haeret. c. 20 et 23. de Idolol. c. 22. et de Orat. c. 12. ¶ 5 Nomen deae. Cicero de Natur. Deor. 3, 47 c. 18 Quod si tales dii sunt, ut rebus humanis intersint, Natio quoque Dea putanda est, cui, quum fama circumimus, in agro Ardeati rem diuinam facere solemus: quae, quia partus matronarum tueatur, a nascentibus Natio nominata est.

NATALIS, is. m. [γενέθλιον] Intell. Dies, quo, quis natus est. Cic. Att. 7, 5 Sed de Formiano Tarracinam pridie Calend. Ianuarias; inde Pontinum sumam: inde Albanum Pompeii; ita ad urbem III Nonas natali meo. Virgil. Ecl. 3, 76 Meus est natalis Iola. Agere natalem suum Cic. de Fin. 101 c. 31. Celebrare natalem suum, vid.

CELEBRO, et CONCELEBRO. Colimus natalem, tacete lites Martialis. 10, 87. Hor. Epist. 2, 2, 210 Natales grate numeras? Parcite, natales timidi Numerare deorum: Caesaribus virtus contigit ante diem Ouid. A. Am. 1, 183. Urbis natalis, i. Dies, qua condita fuit urbs. Plin. 14, 4 Ea caeli temperies fulsit, quam coetura vocant, solis opere natali urbis DCXXXIII. i. Ab urbe condita. Natalis adoptionis, i. Dies, quo singulis annis memoria eius celebrabatur. Spartian. Hadrian. c. 4. Natalis imperii. ibid. et Eumen. Paneg. Constant. c. 7. Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, aeterni Natalis est Sen. Epist. 102. sic Martyrum natales dicti, quibus morte, plexi fuerunt. Vid. Petr. Chryolog. Serin. 129. Conf. Sagittar. Pecul. Diff. Natalis alicuius numinis, i. Templi dicatio. Sic Cicero Att. 4, 1 Natalem Salutis vocat, Quo die Saluti fuerat dicatum templum. Proinde quum a Martiale scribitur, Maiac Mercurium creastis idus, non significatur natum eo die Mercurium, sed eo die ei dicatum templum. Id ex Livio 2, 21. et Festo satis apparet, quum inquit, Maii idibus mercatorum dies festus erat, quod eo die Mercurii aedes esset dedicata.

NEC. *Disiunctiva coniunctio.* [vid. *Et*] Cic. de Amicit. 6 c. 2 *Nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. Festus, Nec coniunctionem Grammatici fere dicunt esse disiunctivam; ut, Nec legit, nec scribit: quum si diligentius inspiciatur, ut fecit Afinius Capito, intelligi possit eam positam esse ab antiquis, pro Non. et ut in XII est, Aster custos nec sit. Recte Festus. Sic Cic. de Legib. 3, 10 c. 4 Senatori qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. Ter. Heaut. 1, 2, 9 *Vt hanc lætitiæ nec opinanti primus ei obicerem domi. Et Andr. 1, 2, 9 Id voluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio, sperantes iam amoto metu, etc.* Cic. Fam. 13, 19 *Ei nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detulisse. Idem Tusc. 1, 94 Nonne modo pueros, modo adolescentes in cursu a tergo insequens, nec opinantes assequuta est senectus? Sic Fam. 15, 4 Præsentibus insidiis, nec opinantem liberaui, neque solum ei salutem fuit, sed etiam curavi, ut cum auctoritate regnaret. Et paullo post, Plerosque nec opinantes oppressimus. Idem pro Sull. 54 Nec opinante Fausto, quum is neque sciret, neque vellet, familia est comparata. Conf. Liu. 4, 43, 1. Et nec opinanti mors ad caput adstitit ante Lucret. 3, 972. Nec opinata res Volcos percudit Liu. 2, 22. Sic Nec opinato, adverbii vice positum, pro Inopinato. Cic. de Fin. 3, 8 *Quod quum accidisset, ut alter alterum nec opinato videremus, surrexit statim. Ita Phædr. 1, 10, 6 Ipsum accipiter nec opinum rapit, i. non putantem. Vid. OPI-NOR. Sic Nec recte Plaut. Bacch. 1, 3, 11. Cic. de Amic. c. 2 Nec recte iudicas de Catone. Sic quidam libri. Grut. Non recte. ¶ 2 *Frequenter tamen Et non significat.* Ter. Eun. 5, 4, 13 *Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius, nec magis compositum quidquam. Id. Adelph. 1, 2, 61 Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit, tamen. Conf. Graev. ad Cic. Fam. 10, 11 extr. Liu. 27, 28 Mors Marcelli quum alioqui miserabilis fuit, tum quod nec pro ætate (maior iam enim LX annis erat) neque pro veteris prudentia ducis tam improvide esset. Nec dispendii facit hilum quod valet, neque dispendii facit quidquam Varr. de L. L. 8, 37. Nec enim illa prima vera est, ut quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus Cic. de Amicit. 57. Liu. 26, 13 *Tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis, nec iniuria forsitan. Cic. pro Quint. 15 Quo mortuo nec ita multo post in Galliam proficiscitur. Id. de Amicit. 31 Ab his, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentimus: nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suspicere possunt. Lucret. 4, 228 Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi. Hoc imitatus, atque adeo mutuatus est Virg. Georg. 3, 110. et Aeneid. 5, 458. Nec sicut vulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem Cic. de Amicit. 6. Nec vero multitudo pedes novit, nec vllos numeros nunc tenet Id. in Orat. 173. Ibid. 118 Nec vero dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnes philosophiæ notos et tractatos locos. Cic. de Amicit. 60 Negabat vllam vocem inimiciorum amicitiae potuisse reperiri, quam eius, qui dixisset ita amare oportere, ut aliquando esset osurus: nec vero se adduci posse, ut hoc quemadmodum putaretur a Biante esse dictum, crederet. Idem de Amicit. 70 Nec vero in hoc, quod est animal, sed in iis etiam, quæ sunt inanimata, consuetudo valet. Nec, s. ne quidem. Quinctil. in Aegro redempto, *Perfolui gratia non potest, nec malo patri. Nec caput, nec pedes habet, Modus loquendi vulgaris, quum res intricata et impedita est ita, ut quo te veritas nescias.* Cic. Fam. 7, 32 *Propter tuas res ita contractas, ut quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes: equidem vellem uti pedes haberent, ut aliquando redires. Nec eo minus, pro Nihil fecius Suet. in Othon. c. 4. Nec minus Scribon. . . Nec quidquam aliud, pro Tantum Suet. Neron. c. 43. ¶ 3 *Varie componitur. Nec miror, Et gaudeo Cic. Fam. 10, 1 pr. Eadem negligentia nec illos a crimine et hos deterrebat a laude Plin. Paneg. 70, 6. Nec fas est affirmationi tuæ derogare, et æquum etc. Id. 91, 4. Nec maligna tellus — et Nilus nunquam largior fluxit ibid. 31, 6. Suet. Vesp. c. 5 Tanto militum gaudio ac favore, ut in gratulatione imperatorem eum consalutauerint, et subinde decedentem provincia detinuerint, suppliciter, necnon et minaciter efflagitantes, aut remaneret, aut secum omnes pariter abduceret. Necnon etiam poemata faciebat ex tempore Suet. de Clar. Gram. 23. Conf. Varr. R. R. 2, 1. Plin. 7, 53. 10, 43. et 13, 22 etc. qui sæpe coniungit, nec non et Ouid. Trist. 4, 10, 5. et Met. 7, 318. ubi pro Et punitur. Non nec quidquam, vid. NON Adverbium. Plin. 8, 36. de vrsis, Procedunt vere, sed mares præpingues: cuius rei causa non prompta est: quippe nec somno quidem saginatis præter XIII dies. Nec omni plebe aduersante Liu. 2, 41. Cic. Verr. 2, 128 *Excogitat inquam, quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adesse posset. Necne ponitur in posteriori membro interrogationis disiunctivæ. Cic. Fam. 2, 17 Parthi transferint, necne, præter te video dubitare neminem. Idem Catil. 2 c. 6. Off. 1 c. 3. Diuin. 1 c. 39. et Tusc. 2 c. 3. Conf. Ter. Heaut. 1, 1, 43. Cic. Partit. c. 26 Quod autem possit effici, nec ne possit, est videndum. Conf. AN n. 8. Nec suspicari, pro Ne suspicari quidem. Cic. Acad. 1, 7 Quod bonum quale sit, negat omnino Epicurus, sine voluptatibus sensum mouentibus nec suspicari. ¶ 4 *Nec interdum pro Ne prohibendi poni videtur. Vid. Gron. et Burm. ad Calpur. Flacc. Decl. 25 Nec Dii sinant. Conf. Petron. c. 103. 112. et 126. Nec, a Neque factum est per apocopen extremarum vocalium. Et quia in fine syllabæ Q scribi non poterat, transfuit in C, nam Q et C affines literæ sunt.*********

NECDVM, pro Non adhuc. Cic. Att. 6, 1 *Cassius ineptas literas misit: necdum Bibuli erant allatae. Necdum illis labra admouit Virg. Ecl. 3, 43. Add. ib. v. 47. Necdum etiam causæ irarum, sævique dolores Exciderant animo Virg. Aen. 1, 30. Suet. August. c. 10.*

NECATOR, NECATVS, vid. NECO.

NECEPHYLLON, *fi. n.* Laurus victoriae folium Apul. de Herb. c. 58. *debebat igitur Nicephyllum esse. Νίκη victoria.*

NECEPSO, *vel NECEPSVS, i. m.* Nomen auctoris superstitiosi, de quo superstitiosus ille, de quo Firmicus 8. . . Hunc locum diuinus ille Necepsus, vt remedia valetudinum inueniret, diligentissime quidem (vt diuinum tanti viri potuit ingenium) manifestis tractatibus explicauit. Plura de illo vide apud Petr. Crinit. de Hon. Disc. 19, 12. Auson. Epist. 19, 18 Quique magos docuit mysteria vana Necepsi.

NECESSE, *sive NECESSVM.* [ἀνάγκη, ἐκβάνας] Nomen est, inquit Donatus ad Eun. 5, 6, 27. Nam *Necessus, Necessis, et Necessitas, et Necessum* lectum est. Dicitur Neceffe, Quod vi aliqua cogente fieri opus est. A Cesso verbo, quia non sit in eo cessandum. *Melius dixisset, ita dici sine quo nec esse aliquid possit, etc.* Ter. Eun. 5, 6, 27 Nisi quia neceffe fuit hoc facere, id gaudeo. Cic. de Amicit. 47 Quae neceffe est, vt cum aliqua cura res sibi contrarias aspernatur. Ei neceffe est scire Scribon. 199. Mori neceffe est Scipioni Cic. de Fato 17 c. 9. Corpus mortale aliquo tempore interire neceffe est Id. de Inuent. 2, 170 c. 57. Ferre legem Consuli opus esse, sibi neceffe non esse Id. Fam. 1, 9. Emas non quod opus est, sed quod est neceffe Cato ap. Senec. Epist. 94. Cic. Verr. 3, 201 Hoc arator assequi per triennium certo fructu suo non potuit, vendiderit instrumentum neceffe est. Neceffe habere, *pro Opus habere.* Cic. de Opt. gen. Orat. 14 c. 5 In quibus non verbum pro verbo neceffe habuit reddere. Idem in Partit. 4 Non habebimus neceffe semper concludere. Sic Att. 10, 1 Eo minus habeo neceffe scribere, aut etiam cogitare, quid sim facturus. Habere neceffe aliquid dicere Quinctil. 7, 3 (2). Neceffum, *idem.* Plaut. Afin. 5, 2, 45 Nauteam bibere malim, si neceffum est, quam illam oscularier. Foras neceffum est quidquid habeo vendere Idem Stich. 1, 3, 66. Neceffum est paucis respondere Liu. 34, 5. Differre neceffum est Lucret. 2, 724.

NECESSITAS, *ātis. f.* [ἀνάγκη, χρεία, χρεός] *Vis ipsa, quae nos cogit, vt aliquid faciamus, s. quae efficit, vt nec esse aliter queat. Huc respicit Cic. Acad. 1, 29 Quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter possit atque ab ea constitutum sit, intra quasi fatalem et immutabilem continuationem ordinis sempiterni. Vltimum et maximum telum necessitas Liu. 4, 28. Necessitas magnum humanae infelicitatis Patrocinium est Sen. Contr. 4, 27. Necessitas est lex temporis etc. Sen. Exc. Controu. 4. Pulbre Horat. Carm. 1, 35, 17 ad Fortunam,*

Te semper anteit saeva Necessitas  
Clauos trabalis, et cuneos manu  
Gestans athena, nec feuerus  
Vncus abest, liquidumue plumbum.

Efficiendi necessitas Cic. in Topic. 60. Ad Naturae necessitatem datae corporis partes Cic. Off. 1 c. 35. *i. per quas purgantia alui, vesicae etc. egeruntur.* Tertull. ad Vx. 2, 3 Ipsa etiam matrimonii secreta maculosa: non vt penes sanctos officia sexus, cum honore ipsius necessitatis, tanquam sub oculis Dei modeste et moderate transiguntur. Vitae Cic. Off. 1, 158. Excusatio necessitatis in dicendo atque in scribendo non probatur Id. in Orat. 230. Dira Hor. Carm. 3, 24, 6. Fatalis necessitas, vt quidquid accidat, id externa veritate, causarumque continuatione fluxisse dicatur Cic. de Nat. Deor. 1, 55. Immutabilis Quinctil. 2, 13. Saeva Hor. Carm. 1, 35, 17. ¶ 2

Verborum formulae: Adducere in necessitatem, *vid. ADDUCO.* Adhibere, *vid. ADHIBEO.* Cic. Philipp. 10, 2 Sed mihi P. C. necessitatem attulit paullo plura dicendi sententia eius, qui rogatus est ante me. Astrictus necessitate Id. de Nat. Deor. 1, 18. Belligerandum fuit mihi cum fortuna fatali aliqua quasi necessitate Id. post Red. ad Quir. 19. Coactus necessitate feci Cic. pro Cluent. 19. Conf. Id. pro Quint. c. 16. Compulsus necessitate Scribon. Ep. . . Constringi necessitate, *vid. CONSTRINGO.* Debetur necessitati vita Cic. pro Sext. 47. Denuntiare vltimam necessitatem Tacit. Ann. 15, 61. *b. e. Mortem indicere.* Deprehendi subita Quinctil. 1, 12. Damus laudem virtutis necessitati Idem 1, 8. Cic. Off. 1, 127 Ipsique necessitati dant operam, vt quam occultissime pareant. Datur necessitati venia Id. Off. 2, 56. Flagitat tempus et necessitas Id. Philip. 5, 54. Habet mors necessitatem fati Id. Ibid. 12, 30. Ea quae habent aliquam necessitatem: *pro Quae necessaria sunt* Id. de Diuin. 2, 18. Cic. Att. 4, 5 Ego mehercule mihi necessitatem volui imponere huius nouae coniunctionis. Idem pro Sull. 35 Mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas quaedam imposita est ab illo. Iniungere, *vid. INIUNGO.* Obuenire Cic. Off. 2, 74. Id. de Orat. 202 In numeris necessitati parere cogimur. *Add. Id. Off. 1 c. 35 vbi significat secretionem alui, vrinae etc.* Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum Id. Fam. 4, 9. Cic. pro Rosc. Amer. 97 c. 34 *extr.* Quae necessitas eum tanta premebat, etc. Idem Off. 3, 17 Reliquis autem tribus virtutibus necessitates propositae sunt ad eas res parandas tuendasque, quibus actio vitae continetur. Repugnare necessitatibus Quinctil. 1, 3. Cic. in Orat. 230 O virum simplicem, qui nos nihil celat, sapientem, qui seruiendum necessitati putet! Vti Tacit. Ann. 16, 11. Necessitate, quidquid est domi, id sat est habendum Plaut. Rud. 2, 1, 3 *i. necessario.* ¶ 3

Necessitates, *pro Negotiis instantibus et necessariis.* Plin. Epist. 3, 4 Collegae optimi, meique amantissimi, de communis officii necessitatibus praelocuti, excusare me, et eximere tentarunt. Cic. pro Cluent. 68 Et sibi nihil non modo ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquisset. Tacit. Germ. 15, 3 Mos est conferre Principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum et necessitatibus subuenit. *Vid. Lips. ad b. l. De Necessariis expensis.* Tacit. Ann. 1, 11 Tributa aut vectigalia et necessitates ac largitiones. *Conf. Lips. n. 67. De Aduersitate.* Sen. Epist. 12 Malum est in necessitate viuere, sed in necessitate viuere necessitas nulla est. Suet. Caes. c. 48 Famem et caeteras necessitates tolerauerat. Idem Tiber. c. 47. *De Inopia* Tacit. Ann. 2, 27, 4. *De Quaestione per tormenta* Idem Ann. 15, 57, 2. Necessitates etiam sunt, *Quae muneris aut officii causa necessario obeundae sunt.* Cels. 1, 1 Nam et intermissus propter ciuiles aliquas necessitates ordo exercitationis corpus affligit. ¶ 4

Gell. 13, 3 Risu prorsus atque ludo res digna est, quum plerique grammaticorum asseuerant, *necessitudinem et necessitatem* mutare longe, longeque differre: ideo quod *necessitas* sit vis quaequam premens et cogens; *necessitudo* autem dicatur ius quoddam et vinculum religiosae coniunctionis — nihil rationis dici potest, qui *necessitudo* et *necessitas* separentur. Itaque in libris veterum vulgo reperias *necessitudinem* dici pro eo, quod *necessum* est. Sed *necessitas* sane pro iure officioque obseruantiae affinitatisque infrequens est — Reperi tamen in

Oratione



Oratione Caesaris — *Equidem mihi videor pro nostra necessitate non labore, non opera, non industria, defuisse. Haec et pluscula Gellius, de vtriusque vocabuli, ut ipse ait, indifferentia. Sic Violare necessitatem familiaritatemque Cic. pro Sulla 2 c. 1.*

NECESSITUDO, inis. f. [ἀνάγκη] *Idem quod Necessitas, et vis ipsa. A Necessitate tamen Grammatici distinguunt, dicuntque eius quoddam et vinculum religiosae coniunctionis, κατὰ Φιλίαν καὶ ἄλλον* Gloss. Lat. Gr. *Vid. quae modo dedimus ex Gell. 13, 3. C. Fronto de Diff. voc. Necessitudo vel sanguinis vel meritorum cum praeceptoribus, amicis. Necessitas immutabilis res est. Conf. Charif. 1 p. 76. Sed Necessitudinem pro Necessitate poni, ut ostendimus, docet etiam Cic. de Inuent. 2, 170 c. 57 Puto igitur hanc esse necessitudinem, cui nulla vi resisti potest. Conf. A. ad Her. 2 c. 16. Sallust. in Iugurth. 48 pr. Coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Idem Catil. 58 Necessitudo etiam timidos fortes facit. Patere. 2, 50, 2 Reddita ratione miserrimae necessitudinis. Tacit. Ann. 3, 64, 1 Valetudo necessitudinem Principi fecit reditus. Afferre necessitudinem pugnae Idem ibid. 12, 30. Sallust. in Catil. 21, 3 Petere Consulatum, C. Antonium, quem sibi Collegam fore speraret, hominem familiarem, et omnibus necessitudinibus circumuentum, etc. h. e. Extreme pauperem. 20 Vid. Cort. ad b. l. Dicere ad necessitudinem Sallust. in Iugurtha c. 19 extr. Facere necessitudinem alicui, pro Cogere Tacit. Ann. 3, 64. Implicitus necessitudinibus publicis Plin. Epist. 7, 16, 1. Imponere necessitudinem Sallust. in Catil. c. 39 extr. ¶ 2 Frequenter tamen Necessitudo, significat Familiaritatem et Coniunctionem quandam, aut etiam Affinitatem, a qua Necessarii dicuntur. Cic. Diu. Verr. 61 Sic enim a maioribus nostris accepimus, Praetorem Quaestori suo parentis loco esse oportere: nullam neque iustiorum, neque grauiorem causam necessitudinis posse reperiri, quam coniunctionem fortis, quam prouinciae, quam officii, etc. Cic. Fam. 13, 20 Cum Lyfone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinem sancte colendam puto: sed ea causa etiam cum aliis compluribus, familiaritas tanta nullo cum hospite. Contubernii necessitudo Cic. pro Planc. 27. Liberorum Id. Fam. 13, 11. Fraternalis Id. pro Quint. 16 c. 4. Idem Att. 16, 16 Ad paternas enim magnas, et veteres, et iustas necessitudines, magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. Religiosa Quintil. 1, 2. Simplex et absoluta Cic. de Inuent. 2, 171. Adductus summa necessitudine et summa coniunctione, eos commendabat Cic. Fam. 13, 28. Adiungere ad necessitudinem suam bonos viros Idem ibidem 13, 12. Aequare se in amicitiae coniunctionisque necessitudine, superiores cum inferioribus debent Idem de Amicit. 73. Accessionem afferre ad veteres necessitudines, vid. ACCEDO. Attingere aliquem summa necessitudine, vid. ATTINGO. Coniungere necessitudinem cum aliquo Cic. Verr. 6, (4) 145 c. 65. Necessitudine aut beneuolentia quos coniunxit natura aut voluntas, distrahuntur Auctor ad Herenn. 4, 52. Conseruare necessitudinem Cic. Quint. Fr. 1, 1. Idem pro Cluent. 117 Cum altero vero magnus usus et summa vtriusque officii constituta necessitudo est. Effecerunt summam necessitudinem magna eius officia in me et in meos Cic. pro Deiot. 39 f. extr. Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliqua re Idem in Orat. 196 c. 55. Idem pro Planc. 39 Dubitatis quin eas Tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, quoniam ille non ediderit, iudicari officiis ab hoc obseruatas, non largitione? Implicitus alicui et priuatis et publicis necessitudinibus Plin. Epist. 7, 16. Intercedit alicui necessitudo cum altero, vid. INTERCEDO. Iungere aliquos mutuis inter semetipsos necessitudinibus Suet. Aug. c. 48. Iungi cuiquam aliqua necessitudine Sueton. Aug. c. 62. Rursus c. 17 extr. Cic. pro Cluent. 199 Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturae nomen et iura mutauit: vxor generi, nouerca filii, filiae pellex. Obliuisci familiaritatis necessitudinisque Cic. pro Muraen. 7. Parrare necessitudines, vid. PARO. Cic. Fam. 13, 18 Vt Lysonem in fidem necessitudinemque tuam Recipias. Idem Diu. Verr. 61 Vt aut causa mihi suscipienda fuerit, aut officium necessitudinis Repudiandum. Sum, ut, Cic. Fam. 11, 22 Cum Appio Claudio C. F. summa mihi necessitudo est. Erant mihi cum illo amicitiae necessitudines Cic. pro Sext. 39. ¶ 3 Hinc Necessitudo, Cognatus, vel affinis, aut consanguineus. Suet. Aug. c. 16 (17) Remisit tamen hosti iudicato necessitudines, amicosque omnes. Idem Tiber. c. 50 Odium aduersus necessitudines in Druso primum fratre detexit, deinde meminit et vxoris et matris. Add. ib. c. 11. Tacit. Hist. 3, 59, 7 Vitellius respectu suarum necessitudinum nihil in Domitianum atrox parabat.*

NECESSO, are. Fortunat. l. 2 Mart. Nisi quod natura necessat, i. cogit.

NECESSARIUS, a, um. Adi. [ἀνάγκαιος] *Quod quacunq; de causa, ob quacunq; relationem nec esse aliter potest. Cic. Verr. 3, 60 Quominus miremini Siculos re necessaria coactos, auxilium a patronis, a Consulibus, ab Senatu, ab legibus, a iudiciis petiuisse. Cic. Fam. 2, 5 (6) Non dubitavi id a te per literas petere, quod mihi omnium esset maximum, maximeque necessarium. Maxime necessarius, vid. MAGIS. Cic. Philipp. 10, 19 An quum illum necessarium et fatalem paene Casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium? Conclusio necessaria Idem in Topic. 57. Consecutione ex necessaria simplex conclusio efficitur Idem de Inuent. 1, 45. Leges fatales ac necessariae Idem de Vniuers. 37. Oratio necessaria et Voluntaria, contraria. Idem pro Rosc. Com. 15 Illa superior fuit Oratio necessaria, haec crit voluntaria. Idem Fam. 14, 20 Item caetera, quae sunt ad victum necessaria. Inquirere omnia, quae ad vitam necessaria sunt Cic. Off. 1 c. 4. Idem de Natur. Deor. 2, 151 Nos e terrae cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. Et de Fato 44 Neque eam causam esse ad assentiendum necessariam concedet. Expetuntur diuitiae ad usus vitae necessarios Cic. Off. 1, 25. Facere necessaria Quintil. 1, 9. Necessarium dictu Plin. 11, 24. Compar. Tertull. c. 5 de Habit. Mulier. Necessariores operae. Idem de Anima c. 4. etc. ¶ 2 A necessitudine, de qua n. 2. Necessarii, [οἱ προσήκοντες τῷ γένει] Sunt, ut Gallus Aelius ait, Qui aut cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia conferuntur praeter caeteros. Haec Festus. Potest hic etiam illa etymologica ratio adhiberi Pater, frater, collega, amicus, patronus, sine filio, fratre, collega, amico, cliente; praeceptor sine discipulo nec esse nec cogitari possunt, etc. Conf. Gell. 13, 3. Cic. Fam. 13, 13 Nam et priuignus est M. Caesii mei maxime et familiaris et necessarius. Cic. pro Cluent. 57 Quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab vtroque alienissimum, fordidissimum, turpissimum, quam per bonum aliquem virum ageretur, et amicum, necessariumque communem. Familiaris ac necessarius 105*

- meus Cic. pro Sull. 2 c. 1. Necessarius et propinquus Idem pro Mu-  
raen. 73. A necessariis tuis necessario meo noli pati iniuriam fieri  
Idem ad Brut. 6. Idem Fam. 13, 29. *Adiective, Singul.* Cic. Fam.  
11, 28 Mortem hominis necessarii grauer ferre. Nepos 14, 6, 3  
5 Homo tam necessarius. ¶ 3 *Ad occultas et verecundas par-  
tes corporis nostri refertur.* Cic. Off. 1, 127 c. 35 Quarumque partium  
corporis vsus sunt necessarii, eas neque partes, neque earum vsus suis  
nominibus appellant. Artemidor. 1, 47 *ἀδοίων interdum appellari ait*  
*ἀναγκάτων.* Sic Firmic. 4, 12 Vitia facit circa naturalia et necessaria.  
10 Et 4, 18 At ex necessariis et muliebribus locis graue valetudinis discrimen  
indicit. Et 5, 3 In necessariis corporis locis assiduos labores.  
Ibid. Hi praeterea dolores et valetudines in extremis corporis partibus,  
aut in absconsis et necessariis locis habebunt. *Vid. Necessitas Natu-  
rae n. 1.*
- 15 NECESSARIE. Adu. [*ἀναγκαστικῶς*] Cic. de Inuent. 1, 44 c. 29 Ne-  
cessarie demonstrantur ea, quae aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari  
possunt. Papin. l. 51 de hered. petit. Tertull. de Ieiun. c. 11.  
NECESSARIO. Similiter Adu. [*ὡς ἀναγκαστικῶς*] Necessario, i.  
Coactim Scribon. 47. Cic. Tusc. 4, 7 c. 4 Nullisque vnus disci-  
20 plinae legibus adstricti, quibus in philosophia necessario pareamus.  
Idem Quint. Fr. 3, 1 Id facit Appius nonnunquam necessario, vt quum  
tabellarios constituerit mittere, etc. Et Fam. 5, 21 Vnum mediusfi-  
dus tecum diem libentius posuerim, quam hoc omne tempus cum  
plerisque eorum quibuscum viuo necessario. Ter. Andr. 4, 1. et Cic.  
25 Fam. 4, 9.
- NECMANCIPI. *Vid. Mancipi, indecl. in MANCEPS.*
- NECHON, i. n. Genus aromatis ideo admixtum, vt dulcia diu da-  
rent. Apic. 1, 14. Conf. Idem 7, 6 *ubi tamen Enechi flores emendat Hu-  
melb. Cnici.*
- 30 NECO, aui, atum, et necui, nectum, are. [*νεκῶν, φονεύω*] In-  
terimere, interficere. Diomedes, Neco, necui, veruntamen et necaui  
legimus: vt nectus, et necatus. Et hoc differre volunt: necui, quasi  
suffocauit: necaui, quasi ferro occidi. Vnde Necem, Caedem appel-  
lamus. Idem sentis et Priscianus 9 p. 861. *Verum haec Diomedis et*  
35 Prisciani differentia saepe infringitur. Valla, Ego sentio generalem signi-  
ficationem necatus, specialem vero nectus. *Nec unquam nectus dicitur*  
*sine certo genere mortis: vt, Enectus siti Tantalus. Ennius ap. Priscian.*  
l. c. Hos pestis necuit, pars occidit illa duello. Caes. Bell. Gall. 3, 16  
Itaque omni Senatu necato, reliquos sub corona vendidit. Liu. 1, 11  
40 de Tarpeia virgine proditrice, Obrutam armis necauere. Phaedr. 4, 18, 4  
Colubra necuit hominem. Necari a trucidari Cic. pro Lege Manil. 7.  
In amne necari Ouid. Fast. 2, 385. In eum, qui parentem necauif-  
set, nullum supplicium constituit Solon Cic. pro Rosc. Amer. 70 c. 25.  
Quem tuorum Propinquorum necaui? Curt. 4, 10, 29. Afflatu aliquem  
45 Ouid. Met. 3, 49. De serpente quodam. Ferro necari Hor. Serm.  
2, 7, 58. Morsu aliquem Ouid. Rem. Amor. 421. Longa Morte  
Virg. Aen. 8, 488. Odore tetro aliquem Lucret. 6, 787. Vincu-  
lis, verberibus, atque omni supplicio cruciatum aliquem necare Cic.  
pro Lege Manil. 71. Necantur herbarum radices Columel. 2. Le-  
50 gumina Plin. 22, 25. Indolem rectam necas Senec. Hippol. f. 4.  
Necatus sum, Praeterit. Pass. usurpat Varro de L. L. 9, 3. Sic et Neca-  
bor, Futurum.
- NECANS, antis. Partic. [*νεκῶν*] Ouid. Amor. 2, 14, 22 Vidif-  
sem nullos matre necante dies. Add. Plin. 22, 25.
- 55 NECANDVS, a, um. Partic. Cic. Att. 9, 11 Parentem patriam  
fame necandam putent.
- NECĀTVS, a, um. Aliud Partic. [*φονεύεις*] Alter eorum ne-  
catus Sallust. Iug. c. 14. In tormentis necatus Zeno Eleates Cic. de  
Natur. Deor. 3, 82. Quinct. 3, 6 Hinc est, adulter loris caesus, vel  
60 fame necatus. Oleo necati lepores marini Scribon. 80. Vti Iugur-  
tham maxime viuum, sin id parum procedat, necatum sibi traderent  
Sall. Iug. c. 46. Auctor ad Herenn. . . Si accusator dixerit ab reo ho-  
minem veneno necatum. Apes cum stirpe necatae Ouid. Fast. 1, 363.  
Conf. Patere. 2, 18, 2.
- 65 NECĀTOR, oris m. [Vet. Gloss. Necator, φονεύς, ἡκνοῦσθε] Ma-  
crob. Saturn. 1, 12 Marti dicatur, Deo plerumque hominum necatori.  
Lamprid. Commod. c. 18 Necator ciuium.
- NECATŪRVS, a, um. Partic. [*φονεύων*] Ouid. Trist. 1, 2, 36  
Ore necaturas accipiemus aquas.
- 70 NECTVS, a, um. Priscian. 9 p. 861 Proprie necatus ferro, ne-  
ctus; vero alia vi peremptus dicitur.
- NECOPINĀTVS, NECRECTE melius diuiduntur. *Vid. supra*  
*in NEC.*
- NECROMANTĪA, ae. f. [*νεκρομαντεία*] Diuinitio, quae fit per  
75 mortuos, vt apud Lucanum, quum mortuus suscitatus, euentum belli Pharsa-  
lici Sexto Pompeio praedixit. νεκρὸς enim mortuus dicitur: νεκρὸν cadauer.  
μαντεία, diuinitio. Cic. Tusc. 1, 37 c. 16 Inde Homeri tota νεκρῶν:  
inde ea, quam meus amicus Appius νεκρομαντεία faciebat: inde in vicinia  
nostra Auerni lacus, vnde animae excitantur, obscura umbra, etc. Alii  
80 legunt, Quae meus amicus, etc. vt, Necromantia dicatur numero plu-  
rali. Meminit Camerar. in Tusc. sed et Victorius Var. Lect. 5, 15. Plin.  
35, 12. de Nicia pictore Atheniensi: Opera eius, Nemea aduecta ex Asia  
Romam a Silano, quam in curia diximus positam: item Liber pater in  
aede Concordiae: Hyacinthus, quem Caesar Augustus delectatus eo se-  
cum deportauit Alexandria capta, et ob id Tiberius Caesar in templo  
85 eius dicauit hanc tabulam. Ephesi vero est Megabyzi sacerdotis Dia-  
nae sepulchrum, Athenis necromantia Homeri. (Alii legunt Necyo-  
mantia, sed eodem sensu.) Hanc vendere noluit Attalo regi talentis  
sexaginta, potiusque patriae suae donauit, abundans opibus. Eam  
90 Plinius tabulam intelligit, in qua Nicias ex Homeri descriptione pinxerat  
Vlysem ad inferos descendentem, umbrasque mortuorum alloquentem. *Vid.*  
NECYIA, add. Varr. ap. Augustin. de C. D. 7, 35. c. not. Coqueii p. 707.  
Lucan. 6, 710. Sen. Oed. v. 150. seqq.
- NECROMANTES, ae. et NECROMANTĪCVS, i. m. Isidor. 8, 9  
95 Necromantici sunt, quorum praecantationibus videntur resuscitati mor-  
tui diuinare, et ad interrogata respondere, etc.
- NECROTĪTVS, a, um. Adi. [*νεκροθύτης*] Quod mortuo immola-  
tum est. Tertull. de Spect. c. 13 Oculos et aures ab idolothytis et necro-  
thytis voluptatibus abstinere.
- 100 NECTANĒBIS, is. vel NECTANĒBVS, i. m. Aegypti rex,  
de quo Plutarch. et Nepos, Agesil. c. 8. Apud Plin. 36, 9: et Tertull.  
de Anima 57. legitur Nectabis. *Vid. Bos. ad Nepot. 12, 2, 1. et*  
17, 8, 6.
- NECTAR, aris. n. [*νεκτάρ*] Inquit Festus, significat Deorum po-  
105 tionem. Cic. Tusc. 1, 65 Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut  
iuuen.

iuuentute pocula ministrante lactari arbitror. *Vid. Macrob. de Somn. Scip. 1, 2.* Nectar, *sunt qui interpretentur Vinum in Lydiae Olympo concinnatum fauis permixtis et floribus odoratis. Succinit Alcman quoque. Sappho etiam ambrosiae craterem dicit. Sed nec Homerus esse deorum portionem nectar, nouisse creditur. Haec Caelius 7, 13.* Significat autem Nectar, *Immortalitatem; a ve quod priuationem significat, et νεκτω occido. Conf. G. Horn. Hist. Philof. 1, 4 qui ex Hebraeis fontibus vocem derivat, unde voluptatem denotat, quae ex contemplationibus oritur. Nos a floribus Poëtarum persequemur. Ouid. Met. 1, 111 Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant. De odore etiam Prudent. Nat. Dom. 68 Fragrasse nardo et nectare. Lucret. 2, 847 Et nardi florum nectar, qui naribus halant. Odoratum Ouid. Met. 4, 250. Baccheum Stat. Silu. 2, 2, 99. Nectar, de Melle, per translationem. Virgil. Aen. 1, 437 Stipant et dulci nectare cellas. Martial. 4, 32 Et latet, et lucet Phaëtonide condita gutta, Ut videatur apes nectare clausa suo. Hyblaeum Stat. Silu. 3, 2, 118. Liquidum Virg. Georg. 4, 164. Pro Melle. Nectar, pro Suauitate. Hor. Carm. 1, 13, 13*

Non, si me satis audias,  
Speres perpetuum, dulcia barbare  
Laedentem oscula, quae Venus  
Quinta parte sui nectaris imbuunt.

Quinta parte, etc. Eleganter, ait Porphyr. quia in quinque partes fructus amoris esse partitus dicitur, visu, alloquio, tactu, osculo, concubitu: unde et Terentianum illud (Eun. 4, 2, 12.) Tamen extrema linea amare haud nihil est. Haec ille. Sui nectaris, Gratiae, dulcedinis, voluptatis.

NECTAREVS, a, um. Adi. [νεκταριος] Martial. 13, 108 Attica nectareum turbatis mella falernum. Aquae nectareae Ouid. Met. 7, 707. Flores Claud. de Nupt. Hon. Fontes Idem ibid. 209.

NECTAREA, ae. f. *Herba, de qua Plin. 14, 16.*

NECTARIVS, a, um. Adi. Apul. Florid. 4 p. 363, 11 Ego et alias crateras Athenis bibi — Philosophiae inexplabilem, nectariam.

NECTARITES, ae. m. [νεκταριτης] Potio ex herba nectarea facta Plin. 14, 16.

NECTO, nexui, et nexi, nexum, ère. [ἔρω, πλέω] Ligare, iungere. Propert. 3, 6, 37 At tibi qui nostro nexisti retia lecto, quam lectionem tuetur Brauekb. contra eos, qui tendisti substituent. Priscian. 10, 903 Necto, nexui et nexi. Virgilius (5, 425) Et paribus palmas amborum innexuit armis. Sallust. in Hist. 1 Nexuit catenae modo.

Lucilius in V Hic solus vigilauit, opinor, Et eum id mi visum est facere, tum retia nexit. Haec Priscianus, qui addit locum modo laudatum Propertii. Nectere aliquid ex duabus rebus, pro Res duas in unum concinnare. Senec. Epist. 67. Brachia nectere Ouid. Fast. 6, 329 de saltantibus. Catenas alicui Hor. Carm. 1, 29, 5. Comam myrto Ouid. Am. 1, 2, 23. Coronam alicui Hor. Carm. 1, 26, 8. Flores Hor. Od. 1, 26, 7. Opus aranea nectit sub trabe Ouid. Amor. 1, 14, 8.

Vincula Virg. Ecl. 6, 23. Africus in glaciem frigore nectit Aquas Propert. 4, 3, 48. Cic. de Finib. 3, 74 Quid, non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si ullam literam moueris, labent omnia? Idem de Legib. 1, 52 Sed videtisne, quanta series rerum sententiarumque sit, atque ut ex alio alia nectuntur? Carmina dissona Stat. Silu. 2, 2, 114. Causas inanes Virgil. Aen. 9, 219. Dolum nectere alicui: Idem quod Circumuenire dolis Liu. 27, 28. Gaudia mutua inter se Lucret. 5, 852. Iurgia cum aliquo Ouid. Amor. 2, 2, 25. Laqueum alicui Horat. Epist. 1, 19, 31. Moras alicui Valer. Argon. 3, 374. Nefas et foedera necte Idem ibid. 3, 503. Virg. Ecl. 8, 77 Necte tribus nodis ternos Amarylli colores, Necte Amarylli modo, et Veneris dic vincula necto.

Ex antiqua veneficorum et cantionum consuetudine id scriptum est. Nam in his numerabant nodos, vincula, et necessitates. Synesius, ἔρω γένοι καὶ ἐπαυδὲς οἶδα, καὶ καταδύμενος, καὶ κατανάγκας, αἷς ἕκ εἰνός ἀντιοχὸν ἔδὲ πρὸς βραχὺ τῆν Γαλάτειαν. Ex Turneb. Aduers. 19, 22. Liu. 8, 28 Eo anno plebi Romanae velut aliud initium libertatis factum est, quod necti desierunt, i. aeris alieni causa vinciri et in seruitutem trahi a creditoribus. Hi singulari ratione Nexi.

NECTENS, entis. Partic. Cic. Acad. 4 c. 7 Caetera series sequitur maiora nectens.

NECTENDVS, a, um. Partic. Nectendae coronae Hor. Carm. 4, 11, 3.

NEXIO, ònis. f. Idem quod Nexus. Arnob. aduersus Gentes 5. Adde Martian. Capell. Carm. 1, 4 et 5.

NEXVM, i. n. Lucret. 2, 405 Inter se nexa. Cic. pro Caecin. 102 c. 35 Non sustulit horum nexa. Nimirum

NEXVS, a, um. Partic. [πικλεγμένος] Cic. Tusc. 3, 17 Omnes enim inter se nexae et iugatae sunt. De virtutibus. Aliae ex aliis aptae et necessitate nexae causae Cic. Tusc. 5, 70. Causa causae nexa rem ex se gignit Idem de Diuinit. 1, 125 c. 55. Coronae Hor. Od. 1, 38, 2. Manus nexae ex ordine Ouid. Met. 8, 747. Pedes per mutua nexi apud Virg. Aen. 7, 66. Martianus in l. Res quae D. de iure fisci, Res autem nexas pignori distrahere procuratores possunt. Sodalitii iuris Sacramento quodam nexi Iustin. 20, 4, 14. Nexi Idem 21, 4. et 2, 2. sunt Vinelli ob aes alienum, et in seruitutem creditoribus traditi. Epit. Liu. 6 Nexos exsoluere. Conf. Liu. 2, 23. et Sigon. ibid.

NEXVS, ùs. m. [πλοκή] Ligatio. Plin. 8, 11 Bellantesque cum iis perpetua discordia dracones, tantae magnitudinis, ut et ipsos circumflexu facili ambient, nexuque nodi praestringant. Arcto luctantia nexu pectora Ouid. Met. 6, 242. Vid. Burm. ad Quintil. 2, 12 pr. Denfi Stat. Theb. 5, 564. Duros nexos soluere Claud. de Rapt. Proserp. 2, 186. Firmis nexibus compagem superstruere Tacit. Ann. 4, 62, 2. Multiplex, vid. MVLTVS. Recuruo serpunt hederæ Ouid. Met. 3, 664. Vipereus Stat. Theb. 6, 8. Volubiles Ouid. Met. 3, 41. de serpente quodam. Nexus, Nodus. Plant. Mil. 4, 4, 44 Idem, et cum nexu in humero, laeuo expapillato brachio, praeciñctus.

¶ 2 Nexus, sive Nexum, est Genus obligationis civilis, qua corpus etiam ut pignus afficitur: ut ait Budaeus. Varr. de L. L. 6, 5 p. 82, 5 Nexum Manilius scribit omne, quod per libram et aes geritur, in quo sint mancipi. Mucius Scaeuola, Quae per aes et librari fiant, ut obligentur, praeterquam quae mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quaeritur. Nam idem quod obligatur per libram, neque stum sit, (Schulzing. ad Paulli Sent. 2, 17, 3 Ni quid stum sit) inde nexum dictum. Liber qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debebat, dum solueret, nexus vocatur, ut ab aere oberatus. Hoc C. Popilio rogante Sulla Dictatore, sublatum ne fieret, et omnes, qui bonam copiam iurarent, ne essent nexi dissoluti. Festus lib. 12 In nexu sunt haec, testamenti factio, nexi cautio, nexi liberatio. Nexum aes apudios

¶ 2 Nexus, sive Nexum, est Genus obligationis civilis, qua corpus etiam ut pignus afficitur: ut ait Budaeus. Varr. de L. L. 6, 5 p. 82, 5 Nexum Manilius scribit omne, quod per libram et aes geritur, in quo sint mancipi. Mucius Scaeuola, Quae per aes et librari fiant, ut obligentur, praeterquam quae mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quaeritur. Nam idem quod obligatur per libram, neque stum sit, (Schulzing. ad Paulli Sent. 2, 17, 3 Ni quid stum sit) inde nexum dictum. Liber qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debebat, dum solueret, nexus vocatur, ut ab aere oberatus. Hoc C. Popilio rogante Sulla Dictatore, sublatum ne fieret, et omnes, qui bonam copiam iurarent, ne essent nexi dissoluti. Festus lib. 12 In nexu sunt haec, testamenti factio, nexi cautio, nexi liberatio. Nexum aes apudios

- antiquos dicebatur pecunia, quae per nexum obligatur. Cic. pro Caecin. 102 c. 35 Deinde quod Sulla ipse iura tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum nexa atque hereditates. Idem in Parad. 5 Non ita dicunt eos esse seruos, vt mancipia, quae sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili. Traditio nexu, species abalienationis Cic. Top. c. 5. Et Fam. 7, 31 (30) Nisi haberem socium studiorum meorum Atticum nostrum, cuius quum proprium te esse scribis mancipio et nexu, meum autem vsu et fructu, contentus isto sum. Vid. Cic. de Orat. 3 c. 40. Liu. 2, 23. et Caes. 12, 20 et 21. Sigon. de Ant. Iure Ciu. Rom. 2, 11. Opime autem, quid nexum et mancipium differant, explicat Gronou. Ep. ad Salmas. in Syllog. Burm. T. 2 p. 549. quem locum exhibet etiam Heinecc. Ant. Rom. 2, 1, 20. Breuiter, Quae habeo iure Mancipii, eorum sum dominus; quae iure Nexi, in ea habeo obligationem. — Et ita quoque Nexus differt a Seruo: hic in dominio meo plane est; ille debet mihi operas seruales. Sic quod mihi pignori datum est, habeo iure Nexi, non Mancipii. Mancipia s. serui etiam nexu mei: at non contra quid quid nexum est etiam mancipio meum est. Legis nexus Tacit. Ann. 3, 28, 6. Liber a nexu pignoris Papinian. in lege Si paterfamil. D. Familiae erciscundae. Liberare venditorem a nexu venditi Vlpian. in l. Si non sortem. §. Adeo D. de condict. indeb. Nexorum et mancipiorum iura Cicero de Orat. 1, 173. Inire nexum, Lege nexum addici, inquit Budaeus: Vinciri, illigari, et retineri atque adstringi. Liu. 7, 19. 3 Observaciones: Nexus pro lucta Sil. 3, 33. Conf. Gesner. ad Quinctil. 2, 8, 13. In MSS. confundi solent Nexus et Nixus: vid. Drakenb. ad Sil. 3, 33. Cic. pro Muraen. 23 Quod si in his rebus repetendis, quae mancipi sunt, is periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligauit: profecto etiam rectius in iudicio Consul designati, is potissimum Consul, qui Consulem declarauit, auctor beneficii Pop. Romani, defensorque periculi esse debet.
- 30 NEXO, aui, are. et NEXO, ui, nexum, ere. [πλέκομαι] Secundum Priscianum, Frequentatiuum a Necto. Virg. Aen. 5, 279 Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem.
- NEXOR, ari. Deponens, antiquum. Lucret. 2, 98 Pars etiam breuibus spatiis nexantur ab icu, i. Copulantur, cobaerescunt per plagam, et istum. Quidam habent Vexantur, sed mendose.
- 35 NEXILIS, e. Adi. [πλεκτός] Quod nectitur: sicut Textile, quod texitur. Lucret. 5, 1349 Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen. Connubii nexilis infamia Prudent. Cathem. 3, 75. Coronis nexilibus redimita turba Senec. Agam. 362. Hederae nexiles Ouid. Met. 6, 128. Loricae squama nexiles Sil. 3, 140. Rete Varro ap. Non. 6, 20. Ouid. Amor. 1, 14, 25 Quam se praebuerant ferro patienter et igni, Vt fieret torto nexilis orbe sinus. al. Flexilis. Cincinnum dicit, qui est annulatus capillus. Thorax nexilis Stat. Theb. 4, 495.
- 45 NEXIBILIS, e. Adi. Ammian. 29, 13 (Valef. 2 fol. 559) Nexibili adseueratione, i. Mendaciis callide connexis.
- NEXVOSVS, a, um. Adi. Intricatus, multos nexus ac nodos habens. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 2, 7 Nexuosissimas quaestiones in minutias resoluere.
- 50 NECUBI. Aduerbiu loci. [μήπου] Ne alicubi, id est, Ne in aliquo loco. Iussi necubi mihi praesto sis; i. Ne in vlllo loco. Liu. 25, 33 extr. Necubi hosti aequo se committere loco. Varr. R. R. 1, 45 Si erunt imbres secuti, videndum necubi aqua consistat. Necubi, pro Nusquam. Liu. 22, 2 Hispanos et Afros, et omne quod veterani erat robur exercitus, admittis ipsorum impedimentis necubi consistere coactis, etc. Necubi suppressus pereat gener Lucan. 9, 1058. Necubi tibi ob causam istam videar blanditus Apul. Apol.
- NECVNDE. Aduerb. loci. [μήποθεν] i. Ne ex aliquo loco. Liu. 28, 1 extr. Necunde ab stationibus Punicis conspiceretur.
- 60 NECYIA, ae. f. Trisyll. [νεκία] Cic. Tusc. 1, 37 c. 16 Inde Homeri tota νεκία. i. Illa mortuorum fabula, quae in Odyss. 2. ita enim vocatur pars illa Odyssaeae, qua fingitur Vlysses ad inferos descendisse, umbrasque alloquutus fuisse. Vid. NECROMANTIA.
- NECYOMANTIA, ae. f. [νεκυομαντία] inferorum consultatio Vet. Gloss. ] Vaticinium ex mortuis. Vaticinatio, quae fit euocatis Manibus ex inferis. νεκός, mortuus; μαντήα, diuination, vaticinium. Vid. NECROMANTIA.
- NECYDALVS, i. m. [νεκύδαλος] Insecti genus, e quo progeneratur bombyx. Plin. 11, 22.

## N E D

- NEDVM. [μή οτι, μή οτιγε, μήτι δή] Coniunctio, significat aliquanto plus quam Non solum, idem fere, quod quid ni, vel multo magis. Duobus modis usurpatur. Vno quum utramque sententiam eodem complectimur, altero, cum duas sententias, duobus verbis efferimus. Vt, Cic. Fam. 7, 29 Erat enim multo domicilium huius vrbs (quum quidem haec vrbs) aptius humanitati, et suauitati tuae, quam tota Peloponnensis, nedum Patrae. Liu. 24, 40 Militi quoque, nedum regi vix decoro habitu. Ter. Heaut. 3, 1, 43 Satrapes si fiet amator, nunquam sufferre eius sumtus queat, nedum tu possis. Tacit. Ann. 13, 15 Pueri sobrios quoque conuictus, nedum temulentos ignorantis. Hor. de Arte Poet. 68 Mortalia facta peribunt, Nedum sermonum stet honos, et gratia viuax. Hic potest etiam explicari per tantum abest vt, etc. Cic. Att. 10, 16 extr. Tu quoniam quartana cares, et nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Graecia sisse, et literarum aliquid interea: eandem vim habet; ac si dixisset, Grauedinem remouisti, nedum (ne dicam) morbum. Transpositio cui similis illa Att. 9, 8 Nedum hominum humilium, vt nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex euentu, non ex voluntate a plerisque probari solent. Conf. Io. Iou. Pontan. in Actio.

## N E F

- 95 NEFANDVS, a, um. Adi. [ἀβήτος, ἀθέμιτος, ἕκθεστος] Quod propter turpitudinem aut inhumanitatem non est fanandum. Virg. Aen. 1, 543 At sperate Deos memores fandi atque nefandi. Amor nefandus Valer. Argon. 8, 385. Cic. ad Brut. 10 Contraque eius Arma nefanda, praesidia, quae oblata sunt, Caesaris consilio, et auctoritate firmavi. Bellum Virg. Aen. 12, 572. Concubitus Ouid. Met. 6, 540. Crimina Senec. Hippol. 6. Domus Ouid. Met. 6, 601. Enses Virg. Aen. 2, 155. Facta Ouid. Fast. 2, 850. Gens Virg. Aen. 3, 653. Institutum Cic. pro Domo 132. Manus Ouid. Met. 3, 731. Odia Virg. Aen. 5, 785. Per nefandum Scelus Cic. de Resp. Arusp. c. 20. Scelere nefando imbuta tellus Catul. Argon. 62, 397. Vir Virg. Aen.

Aen. 4, 497. *Superl.* Iustin. 16, 4, 11 Nefandissima quaeque tyrannicae crudelitatis exercuit.

NEFANS, antis. Adi. *Idem.* [*ἀνεμνος*] Lucil. Sat. 3 Tantalus, qui poenas ob facta nefantia pendit. Varro, Ego, inquit, eam suppetias, quae tunc mihi nec res, nec ratio est, dissoluat, atque omnia 5 nefantia. Antiquum et obsoletum est Nonius 8, 47.

NEFARIUS, a, um. Adi. [*ἀνεμνος*] *Sceleratus, a nomine Nefas.* Non. 1, 290 Nefarii proprietatem lib. 1. de vita Populi Rom. Varro patefecit, a farre quod adorem est, quo scelerati uti non debeant, non triticum, sed far, hoc quoque idem significat, quod qui indigni sunt 10 qui uiuant, nefarii vocantur. Alconius Paedian. in Verr. 1, 6 Nefandum est, non fandum. Nefarium, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari. ergo Nefarii, sacrilegi. Cic. Off. 2, 51 Ita habendum est religioni, nocentem aliquando et nefarium, impiumque defendere. Atreus nefarius Hor. de Arte Poët. 186. Facinus Caes. Bell. Gall. 15 7, 38. Cic. pro S. Rosc. Am. c. 13. Latrocinium Cic. Verr. 1, 152. Promulgatio Idem Fam. 1, 5. Scripta Catul. 42, 18. Scelere nefario obstringere Caes. Bell. Ciuil. 2, 32. Nefarium, *substantiue apud* Liu. 9, 34 Nisi eo nefario Rempub. obstrinxeris, quod ominari horret animus, etc. 20

NEFARIE. Adu. [*ἀνομιος*] Cic. Diuinat. Verr. 38 c. 12 Quum multa libidinose, multa crudeliter in ciues Rom. atque in socios, multa in deos, hominesque nefarie fecerit.

NEFAS, indecl. n. [*ἀνεμνος*]. *Impium facinus, et execrabile scelus, quod nec fas est, nec dici aut nominari debet.* Capitale nefas 25 Lucan. ad Pison. 43. Dirum Virg. Aen. 4, 563. Execrandum regiae caedis Senec. Troad. 1. Grande, et morte piandum Iuuen. Sat. 13, 54. Immane audere Virgil. Aen. 6, 624. Idem 4, 563. Lacrimabile Stat. Theb. 9, 882. Hor. Carm. 4, 5, 22 Mos, et lex maculosum edomuit nefas. *i. Turpe adulterium: vel forte Maculosum, 30 quia, qui ex adulterio concipiuntur, non solent referre maritus.* Vetitum nefas Hor. Carm. 1, 3, 26. Admittere vastum Senec. Herc. Oct. 7. Aggredi aliquod Ouid. Met. 7, 71. Auertere Sil. 3, 127. Committere aliquod Ouid. Met. 7, 427. Concipere mente Idem ibid. 10, 404. Contrahere, *vid.* CONTRAHO. Dissimulare Virgil. 35 Aen. 4, 305. Edere aliquot Stat. Theb. 8, 68. Excidit ore tantumne nefas patrio? Virg. Aen. 2, 658. Existimare nefas Scribon. Epist. . . . Facere Ouid. Met. 11, 70. Geminare ingens Senec. Octau. f. 6. Habetur nefas Plin. 3, 5. Passa corpore Ouid. Met. 10, 351. Prohibere Virg. Aen. 5, 197. Purgare Sil. 11, 199. Soluere Ouid. 40 Fast. 2, 44. Suadere alicui Idem Met. 1, 392. Sustinere Idem Amor. 3, 9, 44. ¶ 2 *Observationes: Nefas interdum adiectiue ponitur, ut Nefandum.* Cic. de Amicit. 39 Aequae autem nefas sit tale aliquid et facere rogatum, et rogasse. Idem Fam. 15, 21 Mihi nefas sit obliuisci. Idem de Senect. 12 c. 5 Quorsum igitur haec 45 tam multa de Maximo? Quia profecto videtis nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem. Dictu nefas prodigium Virg. Aen. 3, 365. *Interdum interseritur Interiectionis vicem obtinens.* Virg. Aen. 8, 687 Et vltima secum Baetra vehit, sequiturque (nefas!) Aegyptia coniux. *Iunguntur Fas et nefas.* Horat. Carm. 1, 18, 10 Cum fas atque nefas 50 exiguo sine libidinum Discernunt auidi. Liu. 6, 14 Id vero accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur. Nefas, *pro Homine nefario.* Virg. Aen. 2, 585 Extinxisse nefas tamen, et summis merentes Laudabor poenas. *Helenam intelligit.* Nefas, *pro Impossibile, cum respectu ad Fatum, quod est quidam complexus rerum, 55 quae fieri possunt.* Hor. Carm. 1, 24, 20 Durum, sed lenius sit patientia, Quidquid corrigere est nefas. *Quo modo etiam a Cicerone usurpatur in Timaeo 4* Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile: et quum iam inueneris, indicare in vulgus, nefas. *Sic enim reddidit, quod Plato dixit ἀδύνατον.* 60

NEFASTVS, a, um. Adi. Nefasti dies, *Quibus non licet ius fari.* Ouid. Fast. 1, 47 Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur. *Tria haec verba sollempnia intelligit Ouidius, Do, Dico, Addico, quae omnem iuris actionem et sententiam indicant. Vid.* Macrobian. Saturn. 1, 6. Varro de L. L. 5, 7 p. 45, 21 Hinc fasti dies, quibus certa verba legitima sine 65 piaculo praetoribus licet fari. Ab hoc nefasti, quibus diebus ea fari ius non est; et si fati sunt, piaculum faciunt. Nefasti dies, N littera notabantur, inquit Festus. *Vid.* FASTI. ¶ 2 Nefastos dies Suet. Tiber. c. 53. *pro Attris et inauspicatis dixit, quod perperam fieri censet Gell. 4, 9. Perperam ipse, nisi malus Auctor loquendi Horatius 70 2, 13, 1 Ille et nefasto te posuit die.* Nefastus, *pro Nefarius.* Nefastum habetur prolibare diis Plin. 14, 19. Cicero de Legib. 2, 21 Quaeque augur iniusta, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita, infectaque sunt. Quid intactum nefasti liquimus? Hor. Carm. 1, 35, 35. *b. e. Nefarii. Acron.* Acheron nefastus, *vid.* ACHERON. Fru- 75 tices Plin. 20, 11. Locis nefastis imposuere delubra Stat. Theb. 1, 274. Spiritum nefastum ferro exigere Senec. Oedip. 14. Terra Liu. 6, 28. *i. Infausta et ominosa, inquit Budaeus.*

NEFRENS, et NEFRENDIS, is. Dub. gen. Nefrendes, Arietes dixerunt antiqui, inquit Festus, quod dentibus frendere possint. Alii 80 dicunt Nefrendes, Infantes esse nondum frendentes, id est frangentes. Liuius, Quem ego nefrendem alui, lacteam inmulgens opem. Sunt qui Nefrendes, Testiculos dici putent, quos Lanuuii appellant Nebrundines, Graeci νεφρεσι, Praenestini Nefrones. *Haec Festus.* Varr. de R. R. 2, 4 Porci, amisso nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab 85 eo, quod nondum fabam frendere possint, id est frangere. Fulgent. de Prisco Serm. n. 5 Porcum castratum nefrendem vocari ait, quasi sine νεφροισι, *i. renibus.*

NEFRUNDINES, um. f. Testiculi olim dicti, *vid.* Fest. in Rienes. Et loco, quem modo dedimus in NEFRENS, ubi Nebrundines le- 90 gisur.

## N E G

NEGABVNDVS, NEGATIO, etc. *Vid.* NEGOTIO.

NEGLECTVS, *vid.* NEGLIGO.

NEGLIGO, lexi, lectum, ēre. [*ἐμελέω, ἀκηδία, περιβήτω*] *Contemnero, non curare, quasi ne legere quidem, nec videre dignari, inquit Sipontinus. Et sane Neglego siue Neglego post alios viros eruditos, v. g. Politianum edi curauit in Cicerone Dauisius, v. g. de Diuin. 2 c. 60 extr. 100 vid.* INTELLIGO. Cic. in Catil. 4, 23 Quae quum ita sint Patres Conscripti, pro imperio, pro exercitu, pro prouincia, quam neglexi, pro triumpho, caeterisque laudis insignibus, etc. Praetermitti ab aliquibus et negligi Cic. pro Cluent. 130. Idem pro Rosc. Amer. 4 Quorum ego neque benevolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem Adspernari, nec voluntatem negligere debeam. Caes. Bell. Gall. 5, 7 105

Nihil hunc se absente pro sano facturum esse arbitratus, qui praesentis imperium neglexisset. Iniurias Caes. Bell. Gall. 1, 36. Mandatum alicuius Cicero pro Rosc. Amer. 112. Minas alicuius negligere, et Horrere, *contraria* Idem pro Quint. 92. Negotium aliquod non negligere, est Diligenter illud curare. Terr. Phorm. 1, 2, 4 Amo te, et non neglexisse habeo gratiam. Ornamenta, *vid.* ORNO. Spem rerum amplissimarum Cic. Catil. 3 c. 9. Idem Fam. 14, 4. Periculum fortunarium et capitis sui prae mea salute neglexit.

NEGLIGENS, entis. Partic. [*ἀμελής, ἀλγυρός*] Qui nihil curat. Cic. Verr. 3, 162 Quoniam pater tam negligens et dissolutus est. *Ibidem* 4, 115 Negligentes ac dissoluti si cupiamus esse, quibus possumus? Negligens de alieno: *i.* De aliena pecunia recte collocanda parum sollicitus. Plin. Epist. 4, 13 Nam qui fortasse de alieno negligentes, certe de suo diligentes erunt. Improvidi et negligentes dulces Cic. Att. 7, 19. Medici negligentes Scribon. 84. Cic. de Amicit. 65 Et in illis quidem parandis curam adhibere; in amicis eligendis negligentes esse. Negligens amicorum et inimicorum Tacit. Hist. 3, 38. Negligens sui Senec. de Ira 1, 1. Socors et negligens ipsius natura tardavit Cic. de Clar. Orat. 239. Ter. Andr.

20 2, 3, 23 Sed si te aequo animo ferre accipiet, negligentem feceris. *i.* Efficiet, ut ille non curet posthac. Cic. Fam. 13, 1 Non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit. Nempte Exquisita significatione opponitur prodigo. Non potui in illo sumtu non necessario negligens esse Cic. Fam. 3, 8. *ubi vid.* Graeu. Conf. Suet. Galba c. 14. Compar. Catull. 12, 3 Tollis lintea negligentiorum. Sociorum atque amicorum negligentior Cic. Verr. 3 c. 62. Modo parciore, modo negligentior Suet. Galb. c. 14. Barba negligentior Senec. Ep. 5. Negligentior circa Deos ac religiones Suet. Tiber. c. 69. Superlat. Lat. Pacat. Paneg. Theod. 31 Negligentissimus vernula. Al. Neglectissimus.

30 NEGLIGENTIA, ae. f. [*ἀμελεια, ἀλγυρία*] Incuria et indiligentia quod dicitur. Ter. Andr. 1, 1, 44 Ex Andro commigravit huc viciniae, inopia et cognatorum negligentia coacta. Negligentia fortunae Senec. de Vita beata 5. *i.* Contentus rerum fortuitarum. Cic. Att. 8, 11 In eo inest quod perfunctorie, frigide et sine amoris significatione scriberentur. Negligentia, pigritia, inertia, etc. quos tutari debent, desertos esse patiuntur Cic. Off. 1, 29. Negligentia aliquid faciendi Quintil. 1, 3. Agrestis et inhumana, *vid.* INHUMANVS. Vlpian. in l. Nec supina D. de iur. et fact. ignor. Ut neque negligentia Crassa, aut nimia securitas satis expedita sit. Cic. in Orat. 77 Illa ipsa contracta et minuta non negligenter tractanda sunt, sed quaedam etiam negligentia est Diligens. Nam ut mulieres esse dicuntur nonnullae inornatae, quas id ipsum deceat: sic haec subtilis oratio etiam incomta delectat. Dissoluta negligentia prope

**NEORIS**. Iberiae oppidum insigne, iuxta Harmastium fluuium Plin. 6, 10.

**NEOSSOTRŌPHĒVM**, i. n. [*νεοσσοτροφήιον*] Varro R. R. 3, 11. Vid. **NESSOTROPHIVM**.

**NEŌTĒRĪCVS**, a, um. Adi. *Recentior; νεώτερος recentiorem dicunt Graeci.* Aur. Vict. de Orig. gent. Rom. pr. Vt quisquam neoterico- rum assueravit. Claud. Mamert. de Anima 1, 3 Neotericus scriptor.

**NEOTERICE**. Adu. Afcon. Pedian. in Cic. Diuin. 15 Hoc le- viter a Cicerone dictum et neoterice putant.

## N E P

**NEPA**, ae. f. [*σκορπίος*] *Scorpium significat.* Cic. de Fin. 5, 42 c. 15 Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, corni- bus uti videamus boues, nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad viuendum ducem. Festus, Nepa Afro- rum lingua, fidus quod Cancer appellatur, vel ut quidam volunt, Scorpius. *De cancro ani- mali Seren. Sammon. 199 Viuentis que nepae lumen gestetur amicum, i. oculus cancri, quod lippitudinis medicamentum commendant Plin. 32, 7 et Marcellus.* Plaut. Castn. 2, 8, 7 Recessim cedam ad parietem, imi- tator nepam, captandus est horum clanculum sermo mihi. *De fidere cancro Columel. 11, 2 Idibus Martii Nepa incipit occidere: significat tempestates.* Cic. de Nat. Deor. 2, 109 c. 42. *Et in Arato 438 Quare quum magnis sese Nepa lucibus effert. Conf. Manil. 2, 32. et 4, 356 c. not. Scalig. p. 299.* Colum. 10, 57.

**NEPARCVS**, a, um. i. non parcus. ab *Acidalio legitur ap. Plaut. Pseud. 1, 1, 77.*

**NEPENTHES**, is. n. [*νηπενθής*] *Herba est.* Plin. 25, 2. de Homero loquens, Herbas certe Aegyptias a regis vxore traditas suae He- lenae plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes, obliuionem tristitiae, veniamque afferens, et ab Helena vtique omnibus mortalibus propi- nandum. *Haestenus ille. Nempe phar- macum illud quod Helena Telemacho confecit, Odyssaeae 4 Homerus appellat νηπενθές, quasi ἄλκμων.* Nar- randi opportunitatem, quae hospitem moeroris oblitum, flexit ad gau- dium, interpretatur Macrob. 7, 1. *Quidam buglossam suspicantur, propterea quod vino iniecta hilaritatem inducit, teste Galeno.* Cui sub- scribit Plin. 25, 8 *Nomen habet a νη priuatoria particula, et πένθος luctus.* Idem Plin. 21, 21 *de helenio herba, Attribuitur et hilaritatem effectum ei- dem potae in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud praedi- catum ab Homero, quod tristitia omnis aboleatur. Vid. Macrob. l. c. 1. Budaeum in posterioribus annotationibus, Caesium 19, 3. et 26, 25. Fa- brie. Bibl. Gr. l. 2 c. 6 §. 13. Et peculiari libello Pet. de la Seine.*

**NEPESINI**, vid. **MOX NEPETA** n. 2.

**NEPĒTA**, *sue NEPITA*, ae. f. [*καλαμίθη*] *Herba, quae pu- legium agreste vulgo dici putatur.* Columel. 5, 7 *At si molesta pituita est, cunilae bibulae, vel nepetae siluestris furculi lana inuoluti naribus inferuntur.* Plin. 20, 14 *Item pulegio est nepetaeque societas. Vid. Macer. 1, 5. et Seren. 420 et 503.* ¶ 2 **Nepeta**, [*Νέπετα*] *Tuscorum vrbs Ptolemaeo 3, 1. Liu. 6, 9. Hinc*

**NEPESINI**, incolae Liu. 6, 10.

**NEPHELE**, es. f. [*Νεφέλη*] *Vxor Athamantis, et matris Phryxi et Helles. Vnde*

**NEPHELEIS**, idos. *Filia Nephelae, Helle.* Ouid. Met. 11, 296 *Helles Nephelaeidos. Conf. Auson. Eidyll. 3, 187. Νεφέλη est nu- bes, nebula, aer densus.*

**NEPHELAEVS**, a, um. Adi. [*Νεφέλαιος*] *ut, Pecus Nephe- laeum, Arias qui Phryxum et Hellen per mare vexit Valer. Argon. 1, 56.*

**NEPHELION**, i. n. [*νεφέλιον*] *Eadem herba, quae Personaria.* Apul. de Herb. c. 36.

**NEPHRĪTIS**, idis. f. *Renum morbus dicitur, saepe lapide magni- tudinis visendae, vel in renum altero, vel in vteris inorto impalioque, a quo prouenit colico haud absimilis dolor. Sic Cael. 4, 20. Viitur Isidor. 4, 7.*

**NEPITA**, vid. *supra NEPETA.*

**NEPOS**, ōtis. m. [*νιψός, ἔκγονος*] *Qui ex filio filiae natus est: quod natus sit post patri, quam filius, ut ait Festus. Etymologi alii deducunt a Graeco νεπός, νεπίδος, qua voce nepotes interdum significari docet Casaub. c. 28. Lest. Theocr. p. 127. Cic. Verr. 5, 137 Tu inter huiusmodi mulieres praetextatum tuum filium, nepotem meum, collo- cauisti. Ex filia nepos Idem de Clar. Orat. 263. Ex filio nepos Scaeuol. in l. Titia D. de inoffic. test. Ex fratre, ex sorore nepo- tes, passim ap. Ictos. Nepos et Auus, correlatiua. Cic. pro De- iot. 2 Qui nepos autem in discrimen capitis adduxerit. it. Nepos et Auunculus, ap. Pet. Blesens. Ep. 131. Paruus Virg. Aen. 2, 320. 85 Sororis nepotes Tacit. Ann. 3, 30, 3. et Quinctil. 4 pr. 2 proprie acci- piendi. Quae ad Quinctil. l. c. alios temere secutus dixi, ea retractavi in praefat. §. 8. Caeterum ¶ 2 Nepos pro fratris aut so- roris filio ponitur apud Ictos quidem ordinarie, quibus frequens est dicere Nepotes ex fratre vel sorore v. g. l. 10 §. 15 ff. de Gradibus. Sed etiam 90 Liu. 1, 5 Nepos Numitoris vocatur Remus, qui Amulii fratris Numito- ris filia natus esset. Ouid. ex Ponto 3, 3, 62 Cupidinem Veneris filium alloquens ait, Caesar ab Aenea qui tibi fratre nepos. Torquent se eruditi, ut ab ea nouitate liberent Ouidium, quem vno alteroque saeculo nemo secutus sit: cum Val. Max. 5, 9, 2 inter sororis filium et nepotes ad- huc distinxerit. De recentioribus vid. quos laudat Burm. ad Ouid. l. c. v. g. Ambros. Off. 1, 24 Lothum vocat nepotem Abrahami. Apud Petrum Blesensem Epist. 131 Nepos et auunculus sibi respondent. Est peculiaris Facciolati de hoc nomine epistola inter eas, quae cum orationibus editae sunt quinta. ¶ 3 Nepos, inquit Nonius 3, 147 Dici 100 et femina potest, Ennio auctore, quae nunc Neptis dicitur; Ilia dia nepos quas aerumnas tetulisti. Isidor. 9, 5 Postea ut Neptis dicamus, in iure est propter discretionem successionis admissum. ¶ 4*

**Nepotes**, *Posterii etiam vocantur.* Virg. Aen. 6, 682 *Forte recensabat numerum, carosque nepotes.* Virg. Ecl. 9, 50 *Inserere, Daphni,*

- piros, carpent tua poma nepotes. *De agnatis et cognatis apud Stat. Silu. 2, 1, 199 capit Barthius.* ¶ 5 Nepotes, [ἄσσοι] appellantur luxuriosae vitae homines, quod non aliter iis rei suae familiaris cura sit, quam iis, quibus pater et avus vivunt, Festus. *Conf. Casaub. ad Perf. Sat. 6. Comment. p. 508.* Horat. *Serm. 2, 3, 225* Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. Cic. *pro Quint. 40* Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundantia pecunia sic dissolutus fuisset, ut fuit Sext. Naeuius? Id. *pro Lege Agr. 1, 2* Videte nunc proximo capite, ut impurus heluo turbet Remp. ut a maioribus nostris relictas disperdat et dissipet: ut sit non minus in Pop. Rom. patrimonio nepos, quam in suo. *Ibid. 47* Ut in rebus suis, ita in Rep. luxuriosus nepos, qui, etc. *Disinctus nepos Hor. Epod. 1, 32.* Luxuriosi atque nepotes Lactant. 3, 22. *Add. Cic. Catil. 2 c. 4.* In rhetorum ac philosophorum scholis solitudo est; at quam celebres culinae sunt? quanta circa nepotum Focos iuuentis premit? Sen. *Ep. 95.* ¶ 6 Hinc Nepos aliquando Cognomen contumeliae fuit a prodigalitate, ut de Q. Metello collega P. Lentuli cos. scribit Valerius. unde lusi Cic. *Att. 6, 2* Sumtu iam Nepos evasit Scaptius. *Patrem tamen Metelli, eum, qui cum T. Didio consul fuit, Q. Metellum Nepotem vocant etiam Capitolini scriptores.* Nepotem autem eum dictum, quasi Q. Metelli Macedonici nepotem, significat in Cornelianam pr. Paediamus. *Ex Sigon. Conf. Valer. Max. 9, 1, 5. et 9, 14, 4.* Sed aliquin etiam fuit vulgare plurium cognomen, ut fuit celebris ille Scriptor Cornelius Nepos. Herennius Nepos Seuer. c. 13. Licinius Nepos Plin. *Epist. 6, 5.* Q. Metellus Nepos Cic. *Provi. Conf. 22. et Post. red. ad Quir. 6.* Pletorius Nepos Spartian. *Adrian. c. 4.* ¶ 7 Nepotes, in Vite. Columel. 4, 6 Idem tamen sarmentum, quod in materiam summittimus, ab imo vsque in tres pedes, et semissem pampinabinus, et omnes eius intra id spatium nepotes enatos decerpemus. *Ibid. c. 24* Iam vero ipsos palmites, quos vindemiae praeparamus, claviculis ac nepotibus liberandos magnopere censeo. *Conf. Colum. 4, 10 et 28. it. 3, 6.* Virg. *Georg. 2, 58.* ¶ 8 Tandem in peiore Columel. 6, 37 Einmodi admiffarius onager nepotibus magis, quam filiis vtilior. *De genere mularum.*
- 35 NEPTIS, is, f. [ἡνεπη] Nepos femina. Cic. *de Clar. Orat. 1, 2* Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus: et filias eius Mutias aubas, quarum sermo mihi fuit notus: et neptes Licinias. Plin. 7, 45. Nepos 25, 9, 4. Arbitrium neptis habebat avus Ouid. *Epist. 8, 32.*
- 40 NEPTICVLA, ae, f. Diuin. Symmach. *Epist. 6, 32* Nepticulae meae Gallae infirmitas.
- NEPOTVLVS, i, m. Dimin. [ἡνεπιον] Plaut. *Mil. 5, 20* Si te saluum hinc mittimus ire Venerium nepotulum. *Add. ibid. v. 28.*
- NEPOTINVS, a, um. Adi. [ἡνεπινης] Suet. *Calig. c. 37* Nepotinis sumtibus omnium prodigiorum ingenia superavit. *b. e. Luxuriosus et immodicus impensarum profusionibus. Sunt qui non legant Nepotinis sed Nepotatus, casu Genitio.*
- NEPOTOR, ari, Dep. [ἡνεπιω] Luxuriose et prodige vivere. Senec. *de Benefic. 1, 15* Veto liberalitatem nepotari. i. Beneficium non dandum est ei, qui nequiter profusus sit. Tertull. *Apol. c. 46* Aristippus in purpura sub magna grauitatis superficie nepotatur.
- 50 NEPOTALIS, e. Adi. ut, Luxus nepotalis, i. Immodica profusio victus et prodigientia. Nepos enim, Prodigus dicitur. Apul. *Met. 2 pr.* Ammian. 31, 13 In nepotali mensa ludicris crepantibus diu discumbens.
- 55 NEPOTATVS, us, m. [ἡνεπιωτης] Afranius, nescio vbi, Scurrilitate ac nepotatu nobilis. Plin. 14, 4 *extr.* Raro quippe adhuc fuerit, nec nisi in nepotatu, singulis testis millia numism. Plin. 9, 35 f. 56 Subeunt luxuriae eius nomina, et taedia, exquisita perditio nepotatu. *Gloss. Vet. Nepotatus ἡνεπιω.*
- 60 NEPTVNVS. [Ποσειδών, Ποσειδωνεύων] Saturni et Opis filius, Frater Iouis et Plutonis, maris deus: dictus est a nando, mutatis literis primis, ut ait Cic. *de Nat. Deor. 2, 66.* Vel ut Varroni placet de L. L. 4, 10 quod ut caelum nubes, ita mare terras obnubat, a nuptu, id est opertione. Arnob. 3 p. 118 Quod aqua nubat terram, appellatus est, inquit, cognominatusque Neptunus. Si ergo liquoris obtentio nominis huius appellatione signatur, nullius Deus est omnino Neptunus: atque ita tollitur et remouetur e medio Strygii frater Iouis, Olympiique germanus, tridenti armatus ferro, pistricum dominus atque maenarum, rex Salsorum. (*sic leg. pro falsorum*) gurgitum et tremebundi motator salii. *Conf. Voss. Inst. Orat. 4 p. 135.* A νηπιον deducit Scalliger: ut a verto, inquit, Vertumnus, ita a νηπιον Neptunus est. Isidor. 8, 11 Neptunus quasi nubitonans. *Alii Tusum volunt esse Neptunum, ut Vulcanum. Vid. Lex. Martin.* Pro Mari frequentissime ponitur. ut, Corpus acerbum Neptuni Lucret. 2, 471. i. Mare acerbum. Credere se Neptuno, vid. Credo. Virg. *Aen. 3, 74* Nereidum matri, et Neptuno Aegaeo. Aegaeus autem appellatur, inquit Turneb. 3, 10 quod magna veneratione Aegis, quod oppidum est Euboeae, coleretur. *Eius rei locuples testis est Homerus, quum scribit Iliad. v. 20 de Neptuno,*
- 80 Τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκνον  
Αἰγῆς, ἔνθα δὲ οἱ κλυτὰ δῶματα βένθεσι λίμνης,  
Χρῖστα, μαρμαίροντα, τετεύχεται ἄφθιτα αἰεὶ.
- Conf. Demster. in Rosin. p. 342. et 632. et Reines. Ep. p. 174. et 301.*
- 85 Catull. 32, 3 Quascunque in liquentibus stagnis Marique salso fert vterque Neptunus. *Quaesitum qui sit Vterque Neptunus: ac probabilis eorum esse videtur sententia, qui mare superum et inferum, quibus Italia cingitur, interpretantur. Verius tamen fortasse videri potest, quum significet Neptunus eam vim, quae humori praestit, ut vtrumque Neptunum intelligamus, et eum qui dulcibus, et eum qui salis aquis imperat. Sic enim Sirmio insulis et peninsulis omnibus maris, et fluminum, et lacuum anteponetur. Huic expositioni fauent Catulli verba, qui et liquentium stagnorum, et maris mentionem facit. Ex Turneb. Conf. Spanh. ad Aristoph. *Plus. 306.* Pro Pistibus usurpatur in illo Naeuii apud Festum, Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.*
- 95 NEPTVNIVS, a, um. Adi. possess. [Ποσειδωνεύων] ut, Neptunia regna. Arua Virg. *Aen. 8, 695.* b. e. Mare. Dux Hor. *Epod. 9, 7.* b. e. Marinus imperator. Sextum Pompeium intelligit Pompeii magni filium. Heros Ouid. *Met. 9, 1.* Intelligit Theseum, Neptuni filium Auēt. ad Heren. 4, 16 Qui perduellionibus venditatriam, non satis supplicii dederit, si praeceps in Neptunias depultus erit lacunas. Moenia Propert. 3, 9, 41. Pergama Ouid. *Fast. 1, 525.* a Neptuno et Apolline aedificata. Pistrix Cic. in Arato 40. Id. in Arato 128 Non aliae naues ut in alto ponderet proras Ante solent rostro Neptunia prata secantes, etc. Prolis Neptunia, Messa-

pus Virg. Aen. 9, 523. Troia Id. ibid. 2, 625. Cuius muri a Neptuno et Apolline constructi sunt.

NEPTVNIA, ae. f. *Herba.* Vid. Apul. de Herb. c. 57.

NEPTVNICOLA, ae. f. *Maritimi et nautici hominis epitheton.* Sil. 14, 444 Et Neptunicolae transierberat ora Telonis.

NEPTVNINE, es. Patronym. fem. [*Νηπειδωλύς*] Catull. 62, 28 Tene Tethys genuit pulcherrima Neptunine? Turnebus aliter, et sic legit, Tene Tethys tenuit pulcherrima, Neptunine? Neptuninumque putat hic vocari eum, qui ex elemento Neptuni, et neptibus uxorem petat, et Neptunum genere contingat. Itaque vocandi sensu de Peleo interpretandum; aut Neptunina legendum. Et haec germana lectio est.

NEPTVNĀLIS, e. Adi. ut, Neptunales ludi Tertull. de Spectac. c. 6. et absolute.

NEPTVNALIA, um. n. Pl. [*Νηπειδωλύα*] Neptuni sacra, quae et Salatia a Salo dicuntur Varr. L. L. 5, 3. Aufon. de Feriis 17, 19 15 Aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt.

NEPVRS, a, um. Non purus. Festus.

## N E Q

NEQVA. [*μητις*] Coniuncte scriptum inuenias: idque vel auferendi casu, ne qua via, ne per aliquem locum: vel nominandi, id est Ne aliqua. Virg. Aen. 9, 321 Tu nequa manus se attollere nobis A terga possit, custodi. Cic. Diuinat. Verr. 1, 32 c. 10 Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat. Ter. Adelph. 2, 4, 18 25 Videndum est, nequa ad patrem hoc permanet. Nescio quid sibi velit Charif. 1 p. 39 Commune trium generum in a vnum venit nequa. Idem istud et singulari numero monoptoton est, propter quod multum errant, qui dicunt, adiecta e litera nequae habere.

NEQVALIA, sunt Detrimenta, ait Festus.

NEQVAM. [*ἀχρεῖας* Gloss. Lat. Gr.] Nomen indecl. quod apud veteres significat Hominem nullius pretii, quod ne tanti quidem sit, quam quod habetur minimi: ut ait Festus. Varro Nequam ex Ne et Quidquam media syllaba extrita componi ostendit de L. L. 9, 5 p. 142 Quod vocabulum factum, ut ex Non et Volo, Nolo, sic ex Ne et Quidquam, item media extrita syllaba, coactum est Nequam. Itaque ut cum, quem putamus esse non hili, dicimus Nihili; sic in quo putamus esse nequidquam, dicimus Nequam. Gell. 7, 11 Veteres nequam dixerunt hominem nihili, neque rei neque frugis bonae, quod genus Graeci fere ἀσπρον, ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἀχρηστον, ἢ κακώτερον, ἢ μαζόν dicunt. Etiam Caper p. 2246 docet, nequam signare non malum, sed inutile. Hinc Quinctil. 8, 3, 48 Nec parfidam Nequam dices hominem, nec deditum forte meretrici nefarium. Conf. Burm. ad b. l.

Plaut. Most. 1, 2, 23 Atque vbi illo immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, etc. Et Caes. 2, 3, 39 Potius quam illi seruo nequam armigero, nihili atque improbo. Cic. Philipp. 2, 77 O hominem nequam: quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. Frugi et Nequam, contraria. Cic. de Orat. 2, 248 Iisdem verbis et laudare frugi seruum possumus, et si est nequam, iocari. Nequam et cessator Dauus Hor. Serm. 2, 7, 100. Nequam atque improbus homo Cic. pro Caes. 10 c. 4. Id. pro Fonteio 29 c. 13 de L. Pifone, Qui tanta virtute fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem inuenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur. Paterc. 2, 48 C. Curio eloquens, audax, homo ingeniosissime nequam, et facundus malo publico. Aliquanto post c. 68 pr. M. Caesius, vir eloquio animoque Curioni simillimus, sed in utroque perfectior, nec minus ingeniose nequam. Est etiam consuetum in scriptorem nullius auctoritatis. v. g. Cic. Att. 6, 2 Peloponnesias ciuitates omnes maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi tabulis credidi. Comparat. 60

Cic. Att. 9, 1 Nunquam vidi hominem nequiores. Superl. Idem Philip. 2, 7 Non cum vno gladiatore nequissimo de Repub. grauius querens. Hor. Carm. 3, 6, 46 Aetas parentum peior auis, tulit Nos nequiores. Perditus, multoque nequior homo Cic. Fam. 12, 2. Nequius aut turpius nihil est effeminato viro Id. Tusc. 3, 36 c. 17. 65 Homo omnium nequissimus Id. Fam. 11, 21 pr. Omnium bipedum nequissimus Plin. Epist. 1, 5. Nequam, gen. neutro: bonum quidem supprimitur, nequam extinguitur P. Syrus in Mimis. Sic Festus, Nequam aurum est auris quoduis vehementius ambit. hoc versu Lucilii significare ait Sennius Capito, nequam esse aurum, quod aures laedat, vel pondere inaurium, quum mollissima pars auris inciditur, Vel ex auro intelligi pecuniae cupiditatem; cuius respectu et nimia cupiditate homines ad peccandum adduci. Hostus nequam Varr. R. R. 1, 24, 2. Cat. 6, 2. i. parcus ac malignus prouentus. Liber nequam Ouid. Trist. 2, 314. Nequam vitis, Inutilis Columel. 3, 10, 22. 75 Nequam, pro Nequiter. Plaut. Poen. 1, 1, 50 Locum sibi velle liberum praerberier, vbi nequam faciat clam. Plural. Nequam Mancipia vendentes Sen. de Const. c. 13. Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquisset Cic. Verr. 1 c. 46. Conf. Quinctil. 6, 3, 55.

NEQVITER, nequius, nequissime. Adu. [*μοχθηρῶς*] Cic. Tusc. 3, 36 c. 17 A me quidem paullo ante appellata frugalitas, quae te turpiter et nequiter facere nihil patiat. Plin. 12, 25 Nequissime autem gummi, quoniam ipsum quoque inhaerescit. Cic. de Fin. 2, 25 Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, praeue, nequiter, turpiter coenabat. Liu. 41, 7 Vtrum bellum susceptum sit nequius, an inconsultius gestum, dici non potest. Apul. Apol. p. 292 Epistolae perperam lectae et nequius interpretatae. Ad luxuriam refert, Prudent. Cath. 2, 29 Qui mane sumtis nequiter non erubescit poculis.

NEQVITIA, ae. f. [*μοχθηρία, πομπή*] Lasciuia et libidinosa ignauia: et omne adeo genus vitii. Cic. Att. 1, 33 Nam plane ita putauerunt, quum religio, quum pudicitia, quum iudiciorum fides, quum Senatus auctoritas concidisset, fore ut aperte victrix nequitia ac libido poenas ab optimo quoque peteret sui doloris. Pro solertia astutiaeque Phaedr. 2, 7, 3 Vis et nequitia quidquid oppugnant, ruit. 95 Hanc suo aeuo rationem nominis obtinuisse ait Gell. 7, 11 pr. Poetam suae nequitiae se vocat Ouid. Amor. 2, 1, 2. Nequitia, inquit Donatus ad Adelph. 3, 3, 3 proprie Libidinosa inertia dicta est, quod nihil queat, nullique rei apta sit. De omni genere vitiorum Iuuen. Sat. 14, 216 Nondum implere medullas Maturae mala nequitiae. Officina nequitiae, et diuersorum flagitiorum omnium domus eius Cic. pro Rosc. Amer. 134 c. 46. Semina nequitiae languidiora Ouid. Amor. 3, 4, 10. Nequitia, ut ait Gellius inter alia (locus enim est classicus) 7, 11 est Luxus vitae prodigus atque effusus. Conf. b. l. Ph. Carol. p. 369. Ouid. Fast. 1, 414 Nequitia est, quae te non finit esse senem. 105

- Non ego nequitia socialia federa rumpam Quid. Heroid. 4, 17. Ter. Heaut. 3, 1, 72 Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris. Modus nequitiae Senec. Agamem. l. 3. Frugalitati contrarium vitium Nequitia dicitur. Cic. Tusc. 3, 18 c. 8 Frugalitas, vt opinor, a fruge, qua nihil melius e terra: nequitia ab eo, etsi hoc erit fortasse durius, sed tentemus, et iussisse putemur, si nihil sit, ab eo quod nequidquam est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. Nondum in tantum nequitia processerat Sen. Epist. 95. Intemperantia quadam, et libidine rerum Venerearum. Hor. Carm. 3, 15, 2 Tandem nequitiae fige modum tuae. Et Serm. 2, 3, 244 — par nobile fratrum Nequitia, et nugis prauorum et amore gemellum. Vet. Gloss. ἀνεχθής, ἀχρηστών. Nequitia, nugacitas. Add. Barth. ad Claud. p. 806. Cic. Verr. 5, 86 Cleonenes autem, qui alterum se Verrem cum luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret. Id. in Catil. 1, 4 Sed iam meipsum inertiae nequitiaeque condemno. Ibid. 29 Non est vehementius feruor ac fortitudinis inuidia, quam inertiae ac nequitiae pertimescenda. Hic Nequitia, Dissolutam incuriam significat. Malitia et nequitia Auctor ad Herem. 4, 11. Perdita, vid. PERDITVS. Perdita nequitia et summa egestate vir Cic. pro Cluent. 36. Singulari nequitia praeditus homo Id. de Fin. 5, 56. Inuoluta argumentis, vid. INVOLVO. Abducere aliquem ad, vid. ABDUCO. Adducere ad, vid. ADDUCO. Aceti enim nequitiae inest virtus, magnos ad vsus Plin. 14, 20. h. e. Acrimoniae, et substantiae, quae ex vino ita degenerauit. Nequitia, pro Malitia et fraude. Vlpian. in l. Quum autem. §. Capitalet D. de Aedil. edict. Capitalet fraudem admisisse accipimus dolo malo, et per nequitiam. Vet. Inscr. Hisp. OPVS PATERNUM NEQVITIA PVBLICANORVM ET MORTE VESPASIANI INTERRVPTVM, etc. CONFICI IVSSIT. ¶ 2 Nequitiam pro homine nequam, vt scelus pro scelesto, posuit Cic. Phil. 6, 11 c. 4 Quis est, qui hunc non casu existimet recte fecisse? Nequitia est! Scelus est. NEQVITIES, ēi. f. Idem. [πρωτη] Hor. Serm. 2, 2, 131 Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris, Postremum expellet certe viuacior haeres. i. Mollities, luxuries. Abducere aliquem ad nequitiam Ter. Adelph. 3, 3, 3. NEQVITO, āre. et NEQVITOR, āri. i. Nequam esse Priscian. 8 p. 799. NEQVANDO. Adu. [μήποτε] Ne vllō tempore. Cic. de Amicit. 61 c. 16 Illud potius praecipendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitis comparandis; vt nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Idem Att. 10, 14 (12) Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas. Sed rectius diuiditur. NEQVAVQVAM. Adu. vehementer negandi. [ἀδυνας] Nequaquam ista amicitia est Cic. de Fin. 2 c. 24. Cic. Verr. 4, 63 Ille ait, se velle illud etiam atque etiam considerare, nequaquam se esse fatiatum. Nequaquam tantum inter eos interesset Id. de Inuent. 1, 75. Add. ib. 2 c. 8. Nequaquam satis in re vna consumere curam Hor. Serm. 2, 4, 48. NEQVE. [μήτε, ἤδ, ἢτε] Disiunctiua Coniunctio. Ter. Eun. 2, 3, 2 Occidi: neque virgo est vsquam, neque ego, qui illam e conspectu amisi meo. Vid. Ascen. in Cic. Orat. pro Scauro vbi de Neque semel tantum posito non satis accurate disputat. Potius notemus formulas complures. Tertias cupiditates, quod essent plane inanes, neque necessitatem modo; sed ne naturam quidem attingerent, funditus eiiciendas putauit Cic. Tusc. 5 c. 33. i. et non modo non. Sibi que inuicem necessarias partes neque pugnare inter se tantummodo, sed etiam mutuis adiuuare auxiliis Apul. de Dogm. Plat. p. 250 ed. Colu. i. et non tantum non. Nullae enim lites, neque controuersiae sunt, quae, etc. Cic. de Orat. 1, 118. Neque, saepius repetitum. Cic. Off. 1, 4 c. 2 Nulla enim vitae pars neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus: neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. Id. de Orat. 1 c. 53 Cum esset ille vir exemplum innocentiae, cumque illo nemo neque integrior esset in ciuitate, neque sanctior. In utroque exemplo post negationem vniuersalem posita neque rñs vel vices subiisse videri potest. Varr. de L. L. 6 extr. Quae dicantur, cur etymologice neque sit, neque ea utilis sit. Cic. Fam. 5, 12 Neque autem ego sum ita demens vt, etc. Vlp. Dig. 2 tit. 6 l. 5 §. 4 Neque autem in heredem, neque post annum dabitur. Vid. A. Borrich. Vind. p. 144. Simpliciter pro Non: Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram et quasi ferream esse quandam volunt Cic. de Amicit. 48. Respondet illi Et: Ter. Eun. 1, 1, 32 Si sapias, neque praeterquam quas ipse amor molestias habet, addas: et illas quas habet, recte feras. Id. ibid. 5, 5, 23 Vide quid agas, ne neque illi profis et tu pereas. Cic. Att. 1, 17 Id neque amoris mediocris, et ingenii summi ac sapientiae iudico. Item Etiam. v. g. Liu. 27, 11 M. Sextilius Fregellanus respondit, etc. ad id sibi neque opes deesse, animum etiam superesse. Ter. Andr. 1, 2, 8 At nunc faciet: neque, vt opinor, sine tuo magno malo. Pleonasticum est illud Ter. Andr. 1, 2, 34 Ne temere facias: neque tu haud dicas tibi non praedictum, caue. Tuetur hanc lectionem Bentl. Cic. de Amicit. 19 Quare sibi habeant sapientiae nomen et inuidiosum et obscurum: concedantque vt hi boni viri fuerint. neque id quidem facient: negabunt id nisi sapienti posse concedi. In veteri codice legitur; Ne id quidem. Contra Neque pro ne quidem Colum. 3, 21, 7. Neque dum, pro Necdum, id est et nondum. Cic. Q. Frat. 3, 8 Sed eius rei maturitas neque dum venit, et tamen iam appropinquat. Neque vero me Lacedaemonii aut Athenienses magis mouerint, quam Pop. Romanus Quinctil. 2, 17. Suet. Claud. c. 10 Hinc ad alios commilitones fluctuantes, neque quidquam adhuc quam frementes perduxit. Id. Domit. c. 12 Sed quum obnoxium se barbaris per hoc animaduerteret, neque fecius eo in explicandis oneribus omnibus haereret. Cic. pro Rosc. Com. 10 c. 4 Ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum postulauimus consequamur. Varr. de R. R. 3, 3, 4 Neque non etiam quaedam assumenda in villam. Neque non praeterea Ibid. 2, 5, 9 Neque vero Non fuit apertum Nep. 9, 2, 3. Varr. de L. L. 6 pr. Neque si non norum radices arboris, non possem dicere pirum esse ex ramo, etc. Cic. Philipp. 2, 77 Ergo vt te catamitum neque opinato quum ostendisses, praeter spem mulier adspiceret. Neque ne, pro simplici negatione. Liu. 44, 36 Neque enim ne his enuntiationem aperuerat suam. NEQVEO, ūi, ūtum, ūre. [ἀδυνατώ] Non posse. Cic. de Amicit. 90 c. 24 Cuius autem aures clausae veritati sunt, vt ab amico verum audire nequeant, huius salus desperanda est. Liuius 22, 3 extr. Signum omni vi moliente signifero nequire conuelli. Dormire nequeo



quo Hor. Serm. 2, 1, 8. Plaut. Milit. 4, 8, 32 Heu nihî, nequeo  
quin fleam, quum abs te abeam. Add. Ter. Hec. 3, 3, 25. Cic.  
Somn. Scip. 13 c. 5 Sicut intueri solem aduersum nequitis. Nequiu  
Virg. Aen. 6, 507. Hor. Serm. 2, 5, 78

— putasne,

Perduci poterit, tam frugi, tamque pudica,  
Quam nequiere proci recto depellere cursu?

Nequibo, futurum antiquum. Lucret. 1, 381 — concedere porro  
Quo poterunt vndae, quum pisces ire nequibunt? ¶ 2 Ne-  
queunt Festus interpretatur non eunt. Nempe inuenit Nequ' eunt pro 10  
Neque eunt.

NEQUIENS, entis. Partic. Ammian. 15, 26 Hannibalem ad-  
sequi nequiens. Conf. Sallust. Fragm. 2 cum Sched. Daniel. ed. p. 51.  
Auson. Profess. 2, 29. et Apul. Florid. p. 343 Elm. Gu. Brit. 11, 725.  
Plural. Arnob. 1 p. 13 Caecitate ingenua nequiunt videre. 15

NEQUINONT. Antiquae pro Nequeunt. Festus.

NEQVITVM, et NEQVITVR. [ἐκ ἐδυνήθη] Pro Non posse,  
dixerunt veteres. Pacuuius, Sed quum contendi nequitum, vt clam  
intendenda est plaga. Plaut. in Satyrione, Retrahi nequitur quoquo  
progressa est semel. Conf. Rud. 4, 4, 24. Et Cato Originum lib. 120  
Id nequitum exangurari. Vid. Fest. Sallust. Iugurth. c. 31 Quidquid  
sine sanguine ciuium vlceisci nequitur, iure factum sit. Apul. Apol.  
p. 332 Sola virginitas, cum semel accepta est, reddi nequitur.

NEQVI, pro Ne quis, vel Ne aliquis. Varro R. R. 2, 4 Altitu-  
dinis modus sit, nequi porcellus a matre opprimatur. Sed melius di- 25  
viditur.

NEQVICQVAM, vel NEQVIDQVAM. Adu. [ἀλλως, μάτην]  
i. Frustra. Her. Heaut. 2, 3, 103 Age modo, hodie fero ac nequic-  
quam voles. Liu. 1, 30 Vtrinque iniuriae factae, ac res nequicquam 30  
erant repetitae. Cic. Off. 3, 62 c. 15 Ex quo Ennius, nequicquam  
sapere sapientem, qui ipse sibi prodesse non quiret. Talia nequic-  
quam questus Ouid. Met. 13, 870. Heu tantis nequicquam erepte  
periculis Virg. Aen. 3, 711. ¶ 2 Cum vehementia quadam ne-  
gat, vt Nequaquam: Cic. Tusc. 1, 75 c. 31 Secernere autem a cor-  
pore animum, nequicquam aliud est, quam emori discere. Sed quod 35  
laudatur Virg. Georg. 1, 193 Nequicquam pingues palea teret area cul-  
mos. Possit frustra et hic significare: pingues culmi sola palea frustra  
teruntur, quia non exteritur frumentum: certe frustra pingues sunt tales  
culmi, quantum ad paleam, non respondente granorum pondere. Hor.  
Epist. 1, 3, 132 An male facta Gratia nequicquam coit, et rescinditur. 40  
Porphy. Nequicquam, pro Non: vt, Virg. Aen. 2, 545

— telumque imbelles sine ictu

Coniecit, rauco quod protinus aere repulsum,

Et summo clipei nequicquam vimbone pependit.

Seruius, Nequicquam, Non. Sed hic etiam prior illa et sollemnior ratio 45  
potest intelligi. Pers. 2, 51 Nequicquam fundo suspiret nunus in  
imo. Nequidquam, scribi quidam malunt. Vid. Brouckh. ad Pro-  
pert. 2, 3, 5.

NEQVINVNT, pro Nequeunt, id est Non possunt: vt, Soli-  
nunt, Ferunt, pro Solent et ferunt, dicebant antiqui. Liu. in 50  
Odyssea, Partim erant, neque nunc nequunt Graeciam redire. Festus.  
NEQVIS, nequa, nequod vel nequid. [μάτην] Pro ne aliquis,  
coniunctum passim inuenias, quod melius diuiditur. Ter. Heaut. 2, 3,  
28 Hoc primum, vt nequid huius rerum ignores, amicus quae est dicta  
mater esse ei ante hac, non fuit. Nequid nimis, [μὴδὲν ἄγαν] Sen- 55  
tentia peruulgata, qua admonemur in rebus omnibus modum seruare:  
Ter. Andr. 1, 1, 34 Nam id arbitror apprime in vita esse utile, vt ne-  
quid nimis.

NEQVITER, NEQVITIA, etc. Vid. NEQVAM.

## N E R

NĒREVS, ei. m. [Νηρέως] Marinus deus, Oceani et Tethyos fili-  
us, qui ex sorore Doride Nereidas quinquaginta genuit, quas recenset Ho-  
merus Iliad. 2, 37. Antiquissimus Deorum ex eorum sententia, qui omnia 65  
ex aqua orta putabant. Pro mari passim ponunt Poëtae. Hinc Pers. 1,  
94 Et qui caeruleum dirimebat Nerea delphin. Profundus Stat.  
Theb. 5, 49. Spumeus Nereus facit tridenti Virg. Aen. 2, 419.  
Violentus Ouid. Met. 12, 24. Orbem totum circumsonat Id. ibid. 1, 187.

NERĒIS, idos. et pl. NEREIDES, um. f. [Νηρηίδες Latini 70  
interdum Nerēides, quasi essent Νηρηίδες] Patronym. A Nereo, fue-  
runt maris nymphae, humanam effigiem habentes. Ouid. Met. 11, 380  
Sed memor admissi Nereida colligit orbam. Id. ibid. 13, 749. Et  
818 in cantilena Polyphemi, Nerei te vereor: tua fulmine saeuior ira  
est. Nerei Vocatiuus est. Deae Nereides. Ouid. Amor. 2, 11, 36 75  
Nereidesque Deae, Nereidumque pater. Aequeoreae Catul. 62, 15.  
Cic. in Arat. 450 Hanc illi tribuunt poenam Nereides almae. Lasci-  
vae Claud. in praefat. 2. in Eutrop. 68. Ouantes Idem de Nupt.  
Hon. 283. Virides Ouid. Epist. 5, 57. Elegans est libellus M. Fr.  
Lochneri, Nerion, quo Nerei et Nereidum mythologia explicatur. 80

NERĒIVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 13, 162 Praescia venturi  
genetrix Nereia leti. i. Tethis. Nereia turba, i. Nymphae Sil. 7, 416.

NERĒNE, es. f. Patronym. [Νηρηινή] Virg. Ecl. 7, 37 Nerine  
Galatea thymo mihi dulcior Hyblae.

NĒRIA, NĒRIO, vel NĒRIĒNE, es. f. [Νηρηιά] Martis 85  
uxor. Gell. 13, 21 ex libris sacerdotum Populi Romani, cum nomina-  
set Nerienemque Martis, pergis: Ex quibus id, quod postremum po-  
sui, sic plerosque dicere audio, vt primam in eo syllabam producant,  
quo Graeci modo dicunt Νηρηίδας. sed qui probe locuti sunt, primam  
correptam dederunt, tertiam producerunt. Est enim rectus casus vo- 90  
cabuli eius, sicut in libris veterum scriptum est, Nerio. Quanquam  
M. Varro — non Nerio, sed Nerienes vocatiue dixit — Sed Nerio  
a Veteribus sic declinatur quasi Anio — Id autem siue Nerio siue  
Nerienes est, Sabinum verbum est, eoque significatur virtus et forti-  
tudo. Itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui 95  
erat egregia atque praestanti fortitudine, Nero appellatus est — Ne-  
rio igitur Martis vis et potentia et maiestas quaedam esse Martis demon-  
stratur. Plautus autem in Truculento (2, 6, 34) coniugem esse  
Nerienem Martis dicit, atque id sub persona militis in hoc versu Mars  
peregre adueniens salutat Nerienem uxorem suam. — Id perite magis 100  
quam comice dictum intelliget, qui leget Cn. Gellii annalem tertium,  
in quo scriptum est, Herfiliam — ita precatam esse, Neria Martis  
se obsecro pacem dare vti liceat — quod de tui coniugis consilio contigit,  
vti nos itidem integras raperent Martem significans, per quod apparet  
— eam quoque traditionem fuisse, vt Nerio a quibusdam vxor esse 105

Martis diceretur. — Ennius in primo annali in hoc versu *Nerienenem Mauoris et Herclum*, si, quod minime solet, numerum seruauit, primam syllabam intendit, tertiam corripuit. — In Commentario quodam Seruii Claudii scriptum inuenimus, *Neruo* dictam, quasi *Neirio*, hoc est, sine ira et cum placiditate; ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur — *Haec, et quaedam quae omisimus*, Gellius. *Forse restituendum hoc nomen etiam Martiano Capellae* 1 p. 16 pro *Neuerita, v. n.*

NERIS, idis. f. *Montis Argiui nomen.* Stat. Theb. 4, 47.

NERITA, ae. et NERITE, es. f. *Conchae marinae genus.* Plin. 9, 33 f. 52 *Nauigant ex his neritae, praebentesque concauam sui partem, et aurae opposites, per summa aequorum velificant. Vetus exemplar habet Venetiae: quod recepit etiam Harduinus.*

NERITOS, i. [*Νήριος*] *Insula est prope Zacynthum, Dulichium et Ithacam. Hanc a Laerte fuisse captam ait Strabo ex Homero. Est et Neritos, Mons in Ithaca, ut eodem loco docet Strabo.* Plin. 4, 12. *Hinc*

NERITIVS, a, um. Adj. [*Νηριτιος*] *Quo nomine Vlysses intelligit* Ouid. Trist. 1, 4, 57 *Pro duce Neritio docti mala nostra Poetae Scribite: Neritio nam mala plura tuli.* *Domus Neritiae* Ouid. Met. 13, 5. *Proles Neritia, Saguntini, qui Nerito deducti coloni fuerant* Sil. 2, 377. *Vid. Drakenb.* *Rates Neritiae* Ouid. Rem. Amor. 265.

NERIVM, i. n. [*νήριον*] *Frutex est foliis amygdalae, sed maioribus et pinguioribus: folia eius quadrupedibus sunt venenum. Rhododaphne alius dicitur* Plin. 24, 11. *Vid. Lochneri Nerion.*

NERO, onis. m. [*Νηρων*] *De Origine huius nominis* Gell. 13, 21 *Nerio, siue Nerienes, verbum Sabinum est, quo significatur virtus et fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac praestanti fortitudine, Nero appellatus est. Sabini autem id nomen a Graecis accepisse videntur, qui vincula et firmamenta membrorum *νεῦρα* dicunt: unde nos quoque Latine neruos appellamus. Vid. de hoc cognomine deinde etiam Praenomine gentis Claudiae* Suet. Tiber. c. 1. *et Spanh. Num. diff.* 10. *Hor. Carm. 4, 4, 37* *Quid debeas o Roma Neronibus* *Testis Metaurum flumen.* *Maiores Neronum* Hor. Carm. 4, 14, 14. ¶ 2 *Per Antonomastan* Iuuen. Sat. 4, 38 *Et caluo feriret Roma Neroni. i. Domitiano, qui similit ingenio et factis Neroni, sed caluus.* *Ausonius de 12 Caes.* *Et Titus Imperii felix breuitate, secutus Frater, quem caluum dixit sua Roma Neronem.*

NERONEVS, a, um. Adj. [*Νηρωνεύος*] *Stat. Silu. 1, 5, 62* *Neronea nec qui modo lotus in vnda, et.*

NERONIANVS, a, um. Aliud Adj. [*Νηρωνιανός*] *Martial. 7, 33* *Quid Nerone peius, Quid thermis melius Neronianis?* *De Neroniano lapide, vid. Voss. Etym. p. 341.* *Breuiter gemma est, ab artifice politore ita dicta.* *Vet. Poeta in Constantinianam M. uxoris et filii interfectorem: Saturni aurea saecula quis requirat? Sunt haec gemmae, sed Neroniana.* *De dicto Neroniano* Cic. de Orat. 2, 61.

NERVA, ae. m. *Fuit Cognomen Liciniorum et Cocceiorum, ductum a neruis, hoc est a robore, ut quidam scribunt.* *Cicero in Brut. 129* *C. Licinius Nerua non indifertus fuit.* *Nerua Cocceius, Romanorum Imperator XIII, Flauio Domitiano, cui successit, dissimilimus.* *Vid. Suet. et reliquos historicos.* *Conf. Martial. 8, 70. et 11, 6.*

NERVII, orum. m. Pl. [*Νηρηίοι*] *Galliae Belgicae populi maxime feri, ut ait Caesar, cuius vid. Bell. Gall. 2, 27.* *Singulariter,* *Lucan. 1, 428* — *nimumque rebellis Neruius.*

NERVLANI, orum. m. Pl. *Populi in Latio iuxta Romam, quorum meminit* Plin. 3, 5.

NERVLVM, i. n. *Oppidum in Lucanis, quod vi captum fuisse repentino aduentu Aemylii, testatur* Liu. 9, 20. *Inde Nerulonenses dicti sunt.* *Suet. Aug. c. 4 extr.* *Manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarii.*

NERVVS, i. m. [*νεῦρον, νεῦρα, νεῦρε*] *Hoc nomine intelligunt scriptores non tantum molles illas, pulticulae similes cerebri et medullae spinalis propagines, quae forte medicis propria significatio est; sed in primis eas partes, quae tendinum et ligamentorum nominibus in scholis Anatomicorum distinguuntur. Eadem ambiguitate Graecis dicuntur τὰ νεῦρα, unde dictio Latina deducta est, ut testatur* Gell. 13, 21. *Graeci, inquit vincula et firmamenta membrorum νεῦρα dicunt, unde nos quoque neruos appellamus. Adiuti aliquo conamine nerui, vid. ADIVVO.* *Validi* *Lucret. 5, 926.* *Adstringi ossa suis neruis debent* *Quinct. prooem. 1.* *Continentur neruis artus* *Cic. de Nat. Deor. 2, 139 c. 55.* *Neruis et ossibus dii non continentur* *Idem ibidem 2, 59 c. 23.* *Hor. Serm. 2, 7, 82* *Duceris ut neruis alienis mobile lignum.* *Verbum Graecum νεῦροσπαστήριον elegantissima circuitione expressit. Sensus autem est, ut fiduculis neurospasta mouentur, sic tua libidine, ut neruia aut fiducula traheris.* *Turnebus.* *Extentare neruos* *Lucret. 3, 489.* *Rupti vulnere* *Ouid. Met. 12, 567.* *Celsus in Praefat. 1* *Validi nerui, an infirmi.* *Contractio neruorum* *Scribon. 269. i. conuulsio.* *Dolor 267, 270 fqq.* *Ligatio 255.* *Remissio 101. i. paralysis.* *Tensio 267 fqq.* *Tensiones 101. i. Tetanus.* *Neruorum labores* *Vitruu. 8, 3.* *Neruorum valetudo* *Suet. Vesp. c. 7.* ¶ 2

*Metaphor.* *Nerui pro Robore et viribus aliquando ponuntur: in neruis enim robur peculiariter existit. Unde dicimus rem esse sine neruis, quae debilis est.* *Hor. Serm. 2, 1, 2* *Sine neruis altera quidquid Compositi pars esse putat.* *Quantum in cuiusque animo roboris est et neruorum, tanta est consolatio* *Cic. Fam. 6, 1.* *Eripiunt omnes Animo sine vulnere neruos* *Ouid. Rem. Am. v. 147.* *Nerui Reip. i. Vires et fortitudo Reip. nempe milites, classes, et vectigalia.* *Cic. pro Lege Manil. 17 c. 7* *Si vectigalia, neruos esse Reip. semper duximus: eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum caeterorum ordinum recte esse dicemus.* *Cic. Phil. 5, 5 c. 2* *Primum neruos belli pecuniam infinitam, quam nunc eget: deinde equitatum quantum velit.* *Cic. Verr. 3, 83* *Quae quum de Pop. Rom. victu, de vectigalium neruis, de sanguine detraxisset aerarii, Tertiae mimae condonauit.* *Nerui atque aculei oratorii ac forenses* *Cic. in Orat. 62. Add. Id. Brut. 38. et de Orat. 3, 138.* *Mentis et corporis nerui* *Quinct. 1, 2.* *Nerui atque artus sunt Sapientiae non temere credere* *Cic. de Pet. Consul. c. 10.* *Alludit ad versiculum Epicarmi* *Νῆφε γὰρ μέγιστον ἀνθρώπων ἀρετὰ ταῦτα τῶν φρονούντων.* *Neruis et sapientia tua opus est* *Cic. Fam. 3, 10.* *Idem Quint. Frat. 3, 9* *Cuius in hoc vno considerantiam et ego sustinebo ut poterō: et tu ut possis est tuorum neruorum.* *Idem Att. 15, 4* *Quoquo modo ego de illius neruis existimo. i. de Bruti virtute.* *Adhibere neruos, vid. ADHIBEO.* *Afferre neruos, vid. AFFERO.* *Contendere omnes neruos in re aliqua, vel Contendere omnibus neruis: pro Summa vi, summoque studio niti.* *Nam robur iuxta philosophos, in neruis situm.* *Cic. ad Quint. Frat. . . Sic contende omnibus neruis*

et facultatibus. Idem Aët. 1 in Verr. 35 c. 12 Magnum fortasse onus, et mihi periculosum, veruntamen dignum, in quo omnes nervos aetatis, industriaeque meae contenderem. Frangere nervos, et mentis, et corporis. Quinct. 1, 2. Incidemus legionum nostrarum nervos his consiliis, h. e. Vires et robur frangemus Cic. Philipp. 12, 8. Incidere nervos Populi Romani Idem pro Lege Agrar. 46 c. 18. Incidere nervos virtutis Idem Acad. 1, 35. Intendere nervos in re aliqua, pro Totis viribus conari, et omnem sollicitudinem adhibere, et operam. Ter. Eun. 2, 3, 20. ¶ 3 Nervii animalium ad vincendum adhibiti. Neruum etiam appellamus (inquit Festus) Vinculum ferreum, quo 10 pedes vel etiam ceruices impediuntur. Sed ostendit Scaliger ad h. l. ligneum esse neruum. Vet. Gloss. Neruus ξυλοπέδη. Atticis κἄλον s. lignum simpliciter neruus: ἐγκυλοσκαλῆς nexi, etc. Plaut. Fragm. 2, 15 Perfidoſe captus, eo edepol neruo ceruices probat. Idem Capt. 3, 5, 71 Nam noctu neruo vincētus custodibitur. Sic Afin. 3, 2, 5 15 Crucesque, compedesque, nervos, catenas, carceres. M. Cato apud Gell. 11 c. vlt. Fures priuatorum furtorum in neruo atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in auro atque purpura. Comica lasciuia Plaut. Poen. 5, 4, 99 Condamus alter alterum ergo in neruum brachialem, de amplexantibus amatorie. Corripere in neruum aliquem, 20 vid. CORRIPIO. Corripere in neruum Plaut. Rud. 3, 6, 34. Ter. Phorm. 4, 4, 15 Caeterum quum argentum repetent, nostra causa scilicet in neruum potius ibit. Vbi Donatus, In neruum ibit, Decipiet. a prouerbio tracto a sagittariis: quum vis conatusque tendentis arcum, non in volatum teli, sed in ruptionem nerui expetatur. Aliis dictum 25 placet, et melius sane, In neruum ibit, pro In vincula ibit. Antiquitus enim, qui soluendo non essent, vinculi tradebantur creditoribus, donec opera compensarent creditam summam. Neruus autem genus est vinculi, de quo paulo ante. Gell. 20, 1 Confessis igitur aeris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquirendae pecuniae causa, quam dissoluerent. 30 Post deinde, nisi dissoluerant, ad Praetorem vocabantur, et ab eo, quibus erant iudicati, addicebantur. Neruo quoque aut compedibus vinciebantur. Deinde subdit Gellius verba legis XII Tabul. Ergo In neruum potius ibit, i. Patietur se addici, et addictum vinciri. Erumpet fortitudo istae in neruum Ther. Phorm. 2, 2, 11. vbi vid. Donat. Corpus in neruum et supplicia dare Liu. 6, 36. Tertull. ad Mart. c. 2 Nihil crus sentit in neruo, quum animus in caelo. Conf. COLUMBAR. ¶ 4 Neruus, pro Armento, vel chorda arcus: vt, Stridens neruus Virg. Aen. 5, 502. Adducto neruo concita moles Ouid. Met. 8, 357. Intelligit Balistam. Equino neruo intentus 40 arcus Idem ex Pont. 1, 2, 21. Reciproca tendens neruo equino concita tela Actius apud Varr. de L. L. 6, 5 pr. Pulsante neruo sagittae erumpunt Virg. Georg. 4, 313. Aptare sagittas neruo Id. Aen. 10, 131. ¶ 5 Nerui inter apparatus bellicos. Veget. 4, 9 Neruorum copiam summo studio oportet colligi: quia — tormenta, nisi funibus nervinis intenta, nihil profunt. Add. Vitruu. 10, 15. ¶ 6 Nerui, Chordae citharae dicuntur. Cic. Tusc. 1, 4 Summam eruditionem Graeci sitam censebant in neruorum vocumque cantibus. Concordia neruorum Quinctil. 5, 10. De fidibus. Cithara intenta neruis Id. 2, 8 extr. Modulati Lucan. ad Pison. 163. Continere nervos 50 Quinct. 1, 12. Percutere Id. 1, 12. Probare Id. 1, 12. Sonant ita in fidibus nerui, vt a digitis sunt pulsi Cic. de Orat. 3, 214. Trahere neruo Quinct. 1, 12. ¶ 7 Neruus, pro Membro virili. Hor. Epod. 8, 17 Illiterati num minus nerui rigent? Vbi Porphyrio: Nervos pro membro virili dixit. Auctor Carminis obsceni, Nemo 55 meo melius neruum tendebat Vlyſſe Siue illi laterum, seu fuit artis opus. Tibull. ad Priap. . . Repente neruus excitat libidinem. In phallicis Carm. 63 Libidinoso tenta Pyramis neruo. Sic, Iuuen. Sat. 9, 34. et 10, 205.

NERVIA, ae. f. [νεῦρα] In feminino genere lectum est apud 60 doctos saepe, inquit Nonius 3, 149. Varro, Scientia doceat quemadmodum in psalterio est, tendamus neruias. Neruias pro Fidiculis, id est chordis citharae accepit Varro. Gell. 9, 7 Neruias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare. Et Petron. c. 46.

NERVIVM, i. n. Idem. De neruis virilibus. Varro, Et id di- 65 eunt suam Briseidem producere, quae eius neruia tractare solebat, apud Nonium 3, 149. Conf. Petron. c. 45.

NERVVLVS, i. m. Dimin. [νευελδιον] Cic. Att. 16, 18 (16) Quod certe facies, si tu neruulos tuos mihi saepe cognitos, suauitatemque qua nemo tibi par est, adhibueris. 70

NERVOSVS, a, um. Adi. [νευρωδης] Quod multas habet nervos. Plin. 11, 37 Ideo nulla est ei caro, sed neruosa exilitas. Cels. 4, 1 etc. ¶ 2 Neruosus orator, per translationem, hoc est, Magnam vim et efficaciam sermonis habens. Cic. de Clar. Orat. 121 c. 31 Quis Aristotele neruosior? 75

NERVŌSE, Adu. [νευρωδης] Magna vi. Cic. Fam. 10, 23 Vt vigilanter neruoseque nos, qui stamus in acie, subornes. Idem Off. 3, 106 c. 29 Itaque neruosius qui ista disserunt, solum audent malum dicere id, quod turpe sit; qui autem remissius etc. Id. Orat. 127 c. 36. Dicitur non Peripateticorum more, sed aliquanto neruosius. Stoicos 80 utroque loco designat.

NERVOSITAS, atis. f. [τὸ νευρωδης] Plin. 19, 1 Neruositas filo aequalior paene quam araneis, tinnitusque cum dente libeat experiri. De lino.

NERVĀLIS, e. Adi. Vt, Scribonius Largus Compos. 12 Herbam 85 quam Graeci πολύνευρον, nos nerualem appellamus.

NERVICVS, vel NEVRICVS, a, um. Adi. [νευρακλυς] Qui neruis laborat. Vitruu. 8, 3 Aquae neuricos aut podagricos efficiunt: sulphureosi fontes neruorum labores reficiunt. Sed hoc a Graeca dictione 90 νεῦρον de lucitur, quae idem significat quod Neruus.

NERVICEVS, a, um. Adi. Funes Vulgat. Iud. 16, 7.

NERVOLARIA, ac. f. Comoedia Plauti ap. Gell. 3, 5.

## N E S

NESAEAE, es. sine NESAEAE, ae. f. [Νησαίη] Nympha marina, Nerei et Dorridis filia, παρὰ τὸ νέω, hoc est a natando dicta: vel potius a Νησος insula. Appellat eam Hesiodus in Theog. Virgil. Georg. 4, 338. et Aen. 5, 826. 95

NESAPIVS, vel NESAPVS, a, um. Inſipiens. Petron. Fragm. 100 Tragur. p. 22 Ne me putatis nesapium esse, valde bene scio, etc. Q. Ter. Scaur. Orthogr. p. 2251 Ne pro Non positum est apud antiquos. Sic Nefrendes porci sunt, qui sine dentibus sunt, id est qui fabam frendere non possunt. Sic Nesapus, qui non sapit. Conf. Not. Scheffer. ad Fragm. p. 114. 105

**NESCIŌ**, ūi, ūtum, ūre. [*ἄν οἶδα, ἄγνοω*] *Ignorare.* Cic. de Nat. Deor. 1, 84 c. 30 Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius nescire quod nescires, quam ista effluentem naufragare, et ipsum sibi displicere? Ter. Eun. 4, 7, 29 Caue sis, nescis cui maledicas nunc viro:  
 5 Nemo in eo quod nesciat disertus esse potest Cicero de Orat. 1, 63. Nescio alios, *pro eo quod barbare dicitur, Nescio de aliis*, Ter. Heaut. 2, 4, 16. Casu nescio quo in ea tempora nostra aetas incidit, ut quum maxime florere nos oporteret, viuere etiam puderet Cic. Fam. 5, 15. Nepos 1, 7, 3. Nescias eius sit potestas posthac, an nunquam tibi  
 10 Ter. Heaut. 2, 3, 104. Nescio an, *omissa negatione, significat Fortasse.* Vid. Manut. ad Cic. Fam. 9, 9 et 14. Conf. Idem ibidem 9, 15 pr. et pro Flacco c. 26 extr. et Burm. ad Quinctil. 12, 11. Cort. ad Plin. 4, 11, 8. Nescio de illo Plaut. Merc. 2, 3, 48. Id. Most. 3, 1, 77 Foenus illic foenus, hic nescit quidem nisi foenus fabularier. Nescimus, quid ferus vesper ferat Gell. 13, 11. Nescimus qui fiet Plaut. Poen. 3, 3, 36. Nescio quid, *Aliquid quod ignoro.* Ter. Heaut. 2, 2, 7 Faciam, sed nescio quid profecto mihi animus praesagit mali. Lactus est nescio quid Idem Andr. 2, 2, 3. Nescio quid certe est Virg. Ecl. 8, 107. Cic. de Amicit. 19 Qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus. Add. Idem de Orat. 1 c. 46. et pro Deiot. c. 8. Plaut. Amph. 1, 1, 176. Cic. de Amicit. 86 c. 23 Serpit enim nescio quomodo per omnium vitam amicitia. Nescio quomodo ad aures  
 15 istius peruenit Idem Verr. 6, (4) 64 c. 28. Nepos 7, 11, 1. et 8, 1, 3. Cic. de Amicit. 4 Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum auctoritate, et eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis. Ter. Hec. 3, 1, 39 Nescio quod magnum malum profecto Parmeno me celas. Dum liceat fateri nescire quod nesciam Cic. de Orat. 1, 101. Mihi inter virtutes Grammatici habebitur, aliqua nescire Quinctil. 1, 8 extr. Plaut. Mil. 2, 6, 89 Posthac  
 20 etiam illud quod scies nesciueris. i. *Tacebis, nec palam facies.* Ter. Eun. 4, 4, 54 Tu pol si sapias, quod scis nescis, neque de Eunuchis, neque de vitio virginis. Donatus admonet esse prouerbiū, Sumtum a dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scirpi proponi solent: Facio, et non facio: Sum amicus, et non sum amicus: Audio et non audio. Hoc prouerbio certam in tacendo fidem significamus, dum quis quod scit, perinde continet ac dissimulat quasi nesciat. Nescio unde eam Ter. Eun. 2, 3, 13. Nescio te ego? *h. e. Putas te mihi non esse notissimum?* Plaut. Men. 5, 1, 44. Idem Curc. extr. Ego te vehementer perire cupio ne tu me nescias, i. *Ignores.* Nescis  
 25 nec in pace, nec in bello viuere Cic. . . i. *non potes.* Id. de Orat. 3, 60 Stoicos autem, quos minime improbo, dimitto: tamen, nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci nesciunt. *h. e. Non possunt, aut nolunt.* Qui loqui nesciat Cic. de Orat. 3 c. 10. Nescit vox missa reuerti Hor. A. P. v. 390. Lacrimare vultus nescit Senec. Herc. fur. 13. Ludere nescit Hor. de Arte Poët. 379. Stare loco nescit Virg. Georg. 3, 84. Cic. de Clar. Orat. 110 c. 37 Non tam praecclarum est scire Latine, quam turpe nescire. ¶ 2 Nescitur, [*ἄγνοῦται*]  
 30 Cic. Att. 7, 12 Inde vtrum consistere vsquam velit, an mare transire, nescitur. Idem Acad. 4, 32 Vt stellarum numerus par an impar sit, nesciatur.

**NESCITVS**, a, um. Part. *Quod nescitur.* Sidon. Epist. 8, 6 Litem inter Gallias ante nescitam edidit. Conf. Ennod. de vita Antonii, et Boëth. 5, 3.

**NESCIENS**, entis. Partic. Ter. Heaut. 3, 1, 59 ut, Nescientem fentiat te id sibi dare.

**NESCIENTER**. Adu. Augustin. de Doctr. Christ. 2, 40 Ipsis Aegyptiis nescienter commendantibus. *Vulgo quoque tribuitur Prudent. Apoth. Praef. 2 v. 4: sed contradicente N. Heins.*

**NESCIENTIA**, ae. f. Claud. Mamert. 1, 11 Agnosco te multorum nescientias attulisse.

**NESCIVS**, a, um. Adi. [*ἀνεπισήμων*] *Qui nescit.* Fati nescia Dido Virg. Aen. 1, 303. Idem ib. 10, 501 Nescia mens hominum fati fortisque futurae. Generis nescia plebs Columel. 10, 58. Mali impendentis nescius Plin. Epist. 8, 23. Rerum haud nescius Virg.

65 Aen. 12, 227. Veri Ouid. Met. 1, 614. Idem ibid. 1, 614 — viri quasi nescia quaerit. *h. e. Tanquam virum non cognouerit.* Al. Veri. Corda nescia mansuescere Virg. Georg. 4, 470. Nescius vinci Ouid. ex Pont. 2, 9, 45. Lumina succumbere nescia somno Idem Epist. 12, 49. Tolerandi Tacit. Ann. 3, 1. Non eram  
 70 nescius Brute, quum quae summis ingeniis, exquisitaque doctrina, etc. Cic. de Fin. 1, 1. Non sum nescius Crasse ista inter Graecos dici solere, etc. Idem de Orat. 1, 45 c. 11 pr. Et non sum nescius, vid. NON Aduerbiū. ¶ 2 Nescius, [*ἄγνώτης*] *Incognitus, qui ignoratur.* Plaut. Rud. 1, 5, 17 Loca nescia. Gell. 19, 1 Quum  
45 tum recedit, mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit Cic. de Nat. Deor. 2, 130. Nili quoque apud veteres capiuntur pro Fossis in ludis circumdatis, pro septis siue pro canalibus aquarum aliunde deductarum, quos Romani intra domos deducebant. Vid. in dictione EVRIPVS. Cic. Q. Frat. 3, 1 De arcano Caesaris opus est, vel mercuriale etiam elegantioris alicuius: imagines enim istae, et palaestra, et piscina et Nilus multorum Philotimorum est non Diphilorum, sed et ipsi ea adhibebimus, et mittemus et mandabimus. Conf. Idem de Legib. 2, 1.

50 NILIACVS, a, um. Adi. [Νηλαιός] Poëtis saepe idem est quod Aegyptius. Vrbs Niliaca Lucan. 10, 91. Acetum Niliacum Martial. 14, 122. Lens Idem 13, 9. Oulus Id. 13, 57. Prudent. aduers. Symmach. 2, 865. Pecten Martial. 14, 150. Pecus Stat. Theb. 3, 478. Tus Id. Silu. 4, 9, 12.

55 NILŌTĪCVS, a, um. Aliud Adi. [Νηλοτικός] Nilotici pisces. Aquā Nilotica Sen. Quaest. Nat. 3, 25. Tellus Nilotica Martial. 6, 80.

NILŌTIS, ἰdis. Patronym. f. pro Possessuo. [Νηλωτικός] unde, Acus Nilotis, vid. ACVS. Pisci tunica Nilotide Mauri Martial. 10, 6.

NILEVS, ei. m. Ouid. Met. 5, 187 At Nileus qui se genitum septemplum Nilo Ementitus erat.

65 NILICŌLA, ae. c. Prudent. aduers. Symmach. 2, 493 Isis Nilicolas, Rhodios Cythera reliquit.

NILIGĒNVS, a, um. Adi. [Νηλογενής] Ouid. de Arte Am. 1, 77 Neu fuge Niligenae Memphitica sacra iuuencae. *i. Isidis.* Al. Linigeræ Macrob. Saturn. 1, 16 Argutus Niligena et gentis acola numerorum potentis. *i. Aegyptius.*

70

## N I M

NIMBATVS, NIMBĪGER, NIMBOSVS. Vid. post NIMBVS.

75 NIMBVS, i. m. [αἰφνίδιος καὶ βραχὺς ὑπὸς] Repentina et praecipua aëris perturbatio, densa nubes, et ex ea pluuia. Apul. de Mundo p. 61, 19 Pluuia iugis est: Nimbus autem quanto repentinus est, tanto vehementior: et quanto improuifior eius praecipitatio est, tanto brevior casu restringitur. Cic. de Nat. Deor. 2, 14 Quae terreret animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, niuibus, etc. Martial. 1, 52 Continuis vexata madet vindemia nimbis. Liu. 1, 16 Subito coorta tempestat cum magno fragore, tam densa regem opperuit nimbo, vt conspectum eius concioni abstulerit. Sen. de Vit. beat. extr. Video, quae tempestat aut immincant vobis, paullo tardius rupturae nimbum

80 suum, aut iam vicinae, vos ac vestra rupturae. Nox nimborum Virg. Georg. 1, 328. Aetherei Id. Aen. 8, 608. Australes, *b. e. Ab Austro venientes* Ouid. ex Pont. 4, 4, 1. Hiemales Id. Met. 9, 105. Claud. de Rapt. Proserp. 2, 230 Confessus generum nimbis Hymenaeus hiulcis Intonat. Picens Stat. Theb. 1, 97. Praeceptus

85 Valer. Argon. 1, 83. Remoti Aquilone Ouid. Met. 1, 328. Terrifici Lucan. ad Pison. 135. Potens nimborum tempestatumque Deus Virg. Aen. 1, 84. Cinxerunt aethera Idem ibid. 5, 13. Crepitant nimbi culminibus multa grandine Id. ibid. 5, 459. Feruent omnia nimbis Id. Georg. 1, 455. Funduntur densi ab aethere Ouid. Met. 9, 1, 269. Inuoluere diem nimbi Virg. Aen. 3, 198. Tenebat nox lunam in nimbo Id. ibid. 3, 587. Nimbus, per translationem, pro Repentino et praecipiti casu. Cic. Att. 15, 10 (9) Quid autem iste in domo tua casus armorum? Sed hunc quidem nimbum cito transiisse laetor. Nimbus, pro Vento. Virg. Aen. 1, 55 Nimborum in patriam loca foeta furentibus Austris, Aeoliam venit. Sonuerunt nimbi toto aethere Id. ibid. 2, 113.

¶ 2 Metaphor. *vt Nubes, sic etiam Nimbus, pro Multitudine quae in modum nimbi subito spargitur.* Arenae nimbus Virg. Georg. 3, 110. Equitum nimbus Prudent. adu. Symmach. 2, 702. Florum Stat. Silu. 1, 2, 21. *it.*

100 Claudian. Lapidum Saxorumque Florus 3, 8, 4. Sagittarum Sext.

Sext. Ruf. c. 27. Saxorum manualium Ammian. Telorum Stat. Theb. 10, 530. et Sil. 12, 176. Conf. Cesp. Geuart. c. 13. ad Stat. Silu. 1. qui et c. 7 ad 5 Nimbium orationis pro Praecipiti orationis genere usurpatum docet. ¶ 3 In Deorum apparitionibus est Nimbium, Nubes, qua solent in terras descendere. Virg. Georg. 1, 328 Ipse pater media nimborum in nocte corusca Fulmina molitur dextra. Item Lumen illud, quod Deorum capita tingit, Graece *μηλοκος*, ut notat Seru. ad illud Virg. Aen. 2, 615 Iam summas arces Tritonia (respice) Pallas Infedit, nimbo effulgens. Hinc Isidor. 19, 31 Nam et lumen, quod circa angelorum capita pingitur, nimbus vocatur. Sic editio 1489 fol. Angulorum male posteriores. ¶ 4 Nimbium, *V. f. s. genus*; quo vina, unguenta, et alii liquores funduntur, ex multis puto foraminibus, ad sparsiones theatrales vel conuiuiorum, quae sparsiones nimbi, i. pluuiae densioris similitudinem habent. Indicat hanc similitudinem Martialis. 14, 117 A Ioue qui veniet miscenda ad pocula, largas Fundet nimbus aquas, hic tibi vina dabit. Idem 9, 39, 5 Lubrica Corycio quamuis sint pulpita nimbo. i. croco: de quo Idem de Spectac. 3, 8 Et Cilices nimbis hic maduere suis: Croco nobilis Cilicia. Hinc noua similitudine Nimbium vocabantur Numi theatrales, qui in spectaculis vulgo spargebantur. Vid. Martialis. 8, 78, 9 Nunc veniunt subitis lasciuia numismata nimbis, i. dense sparsa. Conf. Spanh. de Num. Diff. 9. ¶ 5 Nimbium item Fasciola in fronte feminarum. Arnob. 2 Imminuerent frontes nimbis, fuligine oculos. Vid. Herald. ad Arnob. et Taubm. ad Plaut. Poen. 1, 2, 135 praesertim quem ille laudat Ramires. ad Martialis. 4, 42. Breuiter, putat Nimbium fuisse fasciam, qua capilli a vertice in faciem demissi in fronte deligantur, ut deinde retro acti fasciam pariter ac partem frontis tegant. Hoc firmat Isidorus 19, 31 qui Nimbium explicat fasciolam transuersam ex auro assutam linteo, quod est in fronte feminarum. Conf. Cerda Aduers. c. 185 §. 6. Nimbium non nullis in locis legi voluit, ubi vulgo Limbus, Barth. ad Claud. p. 122 et Pareus 30 Lex. Crit. p. 788.

NIMBOSVS, a, um. Adi. [*νεώδης*] Pluuiosus, ventosus. Virg. Aen. 1, 539 — fluctu nimbosus Orion. Plin. 18, 11 Campus est subiacens montibus nimbofis. Astrum nimbosum Valer. Argon. 2, 357. Bruma Stat. Silu. 1, 3, 89. Cacumina montis Virg. Aen. 3, 274. Hoedi Ouid. Trist. 1, 10, 13. Turbo Idem Met. 11, 551. Ventus Id. ex Pont. 2, 3, 27.

NIMBATVS, a, um. Adi. A Nimbo, i. fascia frontis. Plaut. Poen. 1, 2, 135 Quam magis adspecto, tam magis est nimbata, et nugae merae. Sed Turnebus 20, 1 a nimbo, nequla, re vana et friuola quasi ventosam dictam putat.

NIMBIFER, era, erum. Adi. Nubes nimbiferae Auien. in Arat. Phoenom. 858. Ouid. ex Pont. 4, 8, 60 Ad Styga nimbifero vindicis igne datos. Vulgo Nubifero.

NIMIE, etc. Vid. NIMIS.

NIMIRVM. Adu. confirmandi. [*δήπου, δήπουθεν, ἀμύλη*] Sine dubio, pro certo, inquit Donatus. Ter. Eun. 2, 37 Nimirum hic homines frigent. Ibid. 4, 7, 14. Cic. Acad. 4, 113 Itaque in cognitione nimirum assentiar. i. Opinabor. Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors Hor. Epist. 1, 14, 11. Quum argumenta nostra exposuerimus, contrariaque dissoluerimus, absolute nimirum munus oratorium confecerimus Auctor ad Heren. 2, 2. Nimirum, ad responsionem aliquando adhibetur. Quintil. 12, 1 Vter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoque melior. Nimirum, pro Scilicet. Cic. pro Rose. Amer. 128 Opinor enim esse in lege, quam ad diem proscriptiones, venditionesque fiant, nimirum ad Calendas Iunias. Itaque nimirum hoc illud est, quod Caesar scribit in ea epistola, cuius exemplum ad te misi Id. Att. 9, 11. Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus Id. de Diuin. 1, 122. Idem pro Flac. 66 c. 28 pr. Hoc nimirum est illud, quod non longe a gradibus Aureliis haec causa dicitur. Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum Ter. Eun. 3, 3, 2. Ad quod Donatus: Nimirum, non est mirum: nam ni ne significat, et ne non. Vet. Gloss. Nimirum, *μη θαυμασθόν σφόδρα*.

NIMIS. Adu. [*ἄγαν, λαν*] Plus aut Magis quam satis est, ultra: plerumque Aduerbi rationem habet: interdum tamen etiam Nominis. Acer nimis Hor. Serm. 2, 1, 1. Nimis acer fortasse, veruntamen honestus amor gloriae Cic. pro Arch. 28 c. 11. Nimis antique Hor. Epist. 2, 1, 66. Nimis aspera Id. ibid. 2, 2, 122. Cic. de Orat. 1, 133 Neque sumus nimis audi: tua ista mediocri eloquentia contenti sumus. Nimis bene Plaut. Men. 5, 7, 30. Cic. de Amicit. 79 c. 21 Vt ne nimis cito diligere incipiamus, ne non indignos. Non nimis contusae res Scribon. 271. i. moderate. Nimis diu et longum loquor Plaut. Pseud. 2, 3, 21. Nimis doctus dolus Id. Milit. 2, 2, 93. Durus nimis Hor. Epist. 1, 7, 91. Nimis ferociter Plaut. Amph. 1, 1, 58. Cic. Fam. 9, 22 Testes verbum honestissimum in iudicio; alio loco non nimis. Imbecilla nimis Lucret. 1, 847. Nimis immerito meo Plaut. Casin. 5, 2, 59. Nimis improba posco Stat. Achill. 2, 268. Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur Cic. in Orat. 107. Nimis iracunde Plaut. Bacch. 4, 2, 12. Magnam nimis ne in nos habeat dominationem, non omnia fortunae committenda sunt Auctor ad Heren. 4, 28. Non multum nimis Longus somnus Cels. 1, 3, 2. Vid. MVLTVM. Plaut. Capt. 4, 4, 5 Nimisque hercle ego illum male formidabam. Nimis paene mane est Id. Perf. 1, 3, 33. Nimis multa videor de me, ipse praesertim, subaud. Dicere Cic. de Clar. Orat. 318. Id arbitror apprime in vita esse vtile, ut Ne quid nimis Ter. Andr. 1, 1, 34. Nihil est, qui piger est, nimisque id genus odi Plaut. Rud. 4, 2, 15. Non nimis me, sed alios admodum delectarunt literae illius Cic. Att. 7, 23. Non nimis deesse nobis ea, quae natura expetenda sunt, ex te quaerimus Idem de Orat. 1, 133. Nimis dixi Plin. Paneg. c. 45. Nimis haec a Graecis non exquiro Cic. Att. 7, 17. Nimis pulcher Plaut. Amphit. 1, 1, 63. Nimis quam cupio Id. Capt. 1, 2, 17. Manil. 1, 776 Tarquiniique nimis reges, i. abutentes regno. Sed a Scaligero, Tarquiniisque minus reges. Cic. Philip. 2, 47 Tametsi incidamus oportet inedia, ne nimis sero ad extrema veniamus. Tenerae nimis mentes Hor. Carm. 3, 24, 53. Cic. de Legib. 3, 1 Tu vero quum nec nimis valde vnamquam, nec nimis saepe laudaueris. Nimis velle tibi dari fundam Ter. Eun. 4, 7, 16.

NIMIVM. [*λαν, ἄγαν*] Nomen, quo tamen vicissim vtuntur pro Aduerbio, uti pro Nominis Nimis. Pro Aduerbio. Nemo nimium Beatus est, et nemo beato beatior Cic. de Fin. 5, 81. Nimium Bonae rei Plaut. Stich. 2, 2, 55. Id. Epid. 5, 1, 24 Nimium aduenisti cito. Nimium Constante iniquus Ouid. Trist. 3, 2, 27. Nimium Dilecte Deo Claudian. Conf. Honor. 3, 96. Vbi Nimium, ut alius

*locis, tantum significat Multum, vel Valde.* Cic. Acad. 4, 59 De quo iam nimium etiam Diu disputo. Nimium Diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant Id. in Catil. 1, 10 c. 5. Nimium iussa patris mihi Dura videntur Ouid. Met. 7, 14. Nimium Familiariter Plaut. Rud. 2, 4, 6. Nimium Feritatis Ouid. Met. 3, 304. Fertilis nimium tellus Virg. Georg. 2, 252. Fortunati nimium agricolae Id. ibid. 2, 458. Nimium Graphicus nugator Plaut. Trin. 4, 2, 9. Nimium Gulofus Martial. 10, 50. Nimium Indiligens Ter. Adolph. 4, 5, 50. Nimium Indoctus Plaut. Pseud. 1, 2, 71. Iratus nimium, nimiumque seuerus Tibul. 3, 6, 21. Nimium Lepidus Plaut. Mil. 4, 2, 8. Nimium Longum tempus illud mihi videtur Cic. Att. 12, 19. Nimium Lubenter Plaut. Aulul. 3, 6, 1. Nimium Miris modis Id. Trin. 4, 2, 86. Cic. pro Cluent. 128 Ne autem nimium Multi poenam capitis subirent, idcirco illa fortitio comparata est. Muta nimium in excogitandis argumentis dialectica, in iudicandis nimium loquax Id. de Orat. 2, 160. Nimium Magis offendit quam parum Id. in Orat. 73. Verbum nimium Nouum vitare Varr. L. L. 5, 7. Nimium Parce Ter. Andr. 2, 6, 19. Cic. de Orat. 2, 88 Quod erat ingenii verbis efferuescentibus, et Paulo nimium redundantibus, quod erat aetatis non sum adspersus. *de Sulpicio.* Nimium Pii Hor. Carm. 3, 3, 58. Gell. 15, 1 Declamauerat Antonius Iulianus Rhetor praeterquam semper alias, tum vero nimium Quam delectabiliter et feliciter. Adspersentur etiam sales, qui in dicendo nimium Quantum valent Cic. in Orat. c. 26 pr. Gell. 16, 6 Lingua tamen et facundia nimium Quantum praestabilis. *Conf. Gell. 16, 6.* Ter. Phorm. 4, 3, 38. Eumen. Grat. ad Constantin. c. 5. *De hac locutione vid. etiam Manut. ad Cic. de Fin. 4. et Parei Lex. Crit. p. 790.* Cic. de Fin. 2, 41 Quod vos interdum, vel potius nimium Saepè dicitis. Nimium Saeuiter Plaut. Trin. 4, 3, 53. Saeuus nimium Ouid. Met. 4, 546. Abisti istoc nimium Ter. Adolph. 2, 1, 15. Nimium ne Crede colori Virg. Ecl. 2, 17. Nimium Opsonauit Plaut. Merc. 2, 2, 4. Cic. Fam. 12, 29 Illud non nimium Probo quod scribis, quo illi animo aequiore ferrent. Nimium multum Scis Plaut. Merc. 2, 4, 11. Nimium Subuertere Ter. Adolph. 5, 3, 49. Id. Phorm. 4, 3, 52 Aediculae item sunt ob decem alias. D. hoi hui, nimium Est. Nihil tum nimium Videbatur Cic. ad Brut. 15. Nimium Volo Ter. Eun. 3, 5, 49. Inter nimium et parum est mediocritas Cic. Off. 1, 89.

**NIMIO.** [*πολλὸν ἄγαν*] *Ablatiuus, Comparatiuus solet iungi, et significat Valde.* Nimio minus, aequius. etc. Plaut. Rud. 1, 3, 1. Id. Poen. 1, 2, 90. Perf. 1, 3, 31. et Most. 1, 1, 69 etc. Bacch. 2, 3, 80. Nimio Magnus Plaut. Truc. 4, 1, 6. Nimio pol hominum, fortunae minus miserae memorantur Plaut. Rud. 1, 3, 1. Id. Truc. 2, 5, 3 Nimio minus saeuus iam sum Attaphium. Plus nimio delectare Hor. Epist. 1, 10, 30. Antonius ad Cic. Att. 10, 8 Sed quia te nimio plus diligo. Plaut. Bacch. 1, 2, 42 Video nimio iam inulto plus, quam volueram. Idem ibid. 1, 2, 43 Vixisse nimio satius est, quam viuere.

**NIMIE.** Adu. [*περισσῶς*] Plaut. Mil. 4, 6, 32 Tam nimie vt amarentur. Macrobi. Saturn. 6, 6 Non nimie, sed pulchre dictum. *Conf. Augustin. Confess. 2, 9 et de Genes. 3, 4. Et Pallad. Mart. tit. 10 de Ficu.*

**NIMIVS,** a, um. Adi. [*ὀλίγον*] *Quod modum, vilitatemue excedit.* Cic. de Senect. 52 Ne siluescat farmentis, et in omnes partes nimia fundatur. Aestus nimii Lucret. 5, 817. Aquae Ouid. Fast. 4, 794. Ardor Lucret. 6, 1161. Caedes Virg. Aen. 9, 354. Celeritates nimias suscipere in festinationibus, cauendum est Cic. Off. 1, 13. Diligentiam, tota Republica suscepta, nimiam, nullam putabam Idem pro Milon. 67 c. 24. Feruores Lucret. 5, 216. Imber Ouid. Met. 5, 484. Lasciua Id. Trist. 2, 313. Leuitas Id. Met. 2, 164. Sol Id. ibid. 5, 484. Vlpian. in l. Si cum dotem. §. Eo autem in fine. D. Solutio matrimonio, Filia leuis mulier, vel admodum iuuenis, vel nimia circa maritum non merentem. 2 *Diuersis modis construitur:* Cic. ad Brut. 15 Venio nunc longo sane interuallo ad quandam epistolam, qua mihi multa tribuens, vnum reprehendebas, quod in honoribus decernendis essem nimius, et tantquam prodigus. *Cum Genitiuo.* Liu. 6, 11 Manlius nimius animi quam alios principes sperneret, etc. Imperii nimius Idem 3, 26. Sermone nimius erat Tacit. Hist. 3, 75. *Cum Datiuo.* Tacit. Agric. 7, 4 Legatis quoque consularibus nimia et formidolosa erat. Idem Hist. 3, 52, 2. Patere. 2, 32, 1 Nimius reipublicae liberae vir. *Cum Ablatiuo.* Praeferoce initio, et rebus secundis nimii Tac. H. 4, 23, 4. Plin. 14, 2 Eae minus fertiles vino, acinis et fece nimiae. *De Nomentanis vitibus, quae et Rubellae dicuntur.* Flor. 3, 15, 3 Iamque nimius et potens altero tribunatu. Horat. Carm. 2, 12, 5 Nec saeuos Lapithas, et nimium mero Hyleum. *b. e.* Intolerabilem ebrietate, inquit Acron. Senec. 5. de Benef. Nimius animis. *Conf. de hac ratione Gronou. ad Sen. Agam. v. 84. Heins. ad Claud. de B. Get. v. 118.* 3 Nimium, absolute. Nimium quod est offendit vehementius, quam id, quod parum est Cic. in Orat. c. 53. Plin. Epist. 8 vlt. extr. Neque enim periculum est, ne sit nimium, quod esse maximum debet. Cic. Tusc. 4, 57 Nam quod aiunt, nimia refecari oportere, naturalia relinquere: quid tandem potest esse naturale, quod idem nimium esse possit? Vitiosum est omne, quod Nimium est Sen. de Tranqu. c. 9. Nimius et Modicus, *contraria.* Cic. de Fin. 5, 31 Hoc magis intelligendum est, haec ipsa nimia in quibusdam futura non fuisse, nisi quaedam essent modica natura.

**NIMIETAS,** atis. f. [*τὸ ἄγαν, τὸ περισσόν*] *Quod nimium est, abundantia nimia.* Columel. 6, 24 Naturalia congruunt desideria; quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhiaratae lasciuunt. Macrobi. Saturn. 7, 6 Vini nimietas. Ammian. 19, 4 Nimietas frigoris. Pallad. 7, 7 Sanguinis nimietatem prohibet. *Vid. plures auctores in Cur. secund. Cellar. p. 105. et Borrich. Cogit. p. 176. Plural.* Pallad. Iun. 13, 5 At maxime vtile solum est, quod inter omnes nimietates temperamentum tenebit.

**NIMIOPERE.** [*περισσῶς, ἄγαν*] Adu. pro Admodum nimis. Cic. in Parad. 5 c. 2 Quos aedificia magnifica nimio opere delectant. Id. in Verr. 4, 132 *vsus est hoc Aduerbio, teste Budaeo. Alii legunt, disiunctim, Nimio opere.*

## N I N

**NINGO,** vel **NINGVO,** ninxi, ere. [*νιν*] Ningit, nix decedit. Priscianus 10 p. 882 Ninguo quoque ninxi: vnde et nix: sicut a duxi, dux, a rexi, rex. *Conf. Seru. ad Aen. 4, 250. Virg. Georg. 3, 367 Interea toto non secius aere ningit. Priscianus legit* Ninguit. Interdum ningit Colum. 11, 2. Ningere floribus rosarum, K k k

tum, per translationem, pro tantam copiam rosarum effundere et adspere, ut ningere videantur. Lucret. 2, 627 Largifica stipe ditantes, ninguntque rosarum Floribus. Vid. Geuart. c. 13 ad Stat. Silu. 1, 3. Passu. Apul. Florid. 1. Istud spatium, quo pluitur et ningitur.

**NINGVIS**, is. f. Antiqui dixerunt, cuius loco nunc Nix, niuis dicimus. [νιφάρης, νιφάρις] Lucret. 6, 736 Albas decedere ningues. Apul. in 1 Hermagora, Aspera hiems erat, omnia ningue canebant. Vid. Charif. 1 p. 71. et Priscian. 6 p. 724. Seru. ad Virg. Aen. 4, 250.

**NINGVIDVS**, a, um. Adi. [νιφερῶδες, νιφερῆδες] i. Niufus. Aufon. Epist. 24, 69 Barcino me bimaribus: iuga ninguida Pyrenaei. 10 Oppida Iberorum ninguida Ibid. v. 124. Add. Id. Epist. 25, 51. Ninguidus Boreas Prudent. Apotheos. 665. Implet castra cibus ninguidus Idem Cathemer. 5, 97.

**NINGOR**, oris. m. Apul. de Mundo p. 61 Eam tempestatem nos ningorem vocamus. Dixerat de Niuibus.

**NINGVLVS**, Nullus. Ennius apud Fest. Ne ningulus mederi queat. Cognatum nomen Singulus.

**NINIVE**, es. f. [Νινύη, Νινός] Vrbs Assyriorum. Augustinus de Ciu. Dei 15 Niniues ciuitatis magnae, Ninus Beli filius conditor, nomen ex illius nomine deriuatum est, vt a Nino Niniue vocaretur. 20 Et Populi in ea habitantes, Niniuitae, dicuntur. Conf. Tertull. adu. Marc. 2, 11. et Prudent. Cath. 7, 131.

**NINNIVS**, siue **NINNVS**, i. m. Paruus equus, qui et Hinnus dicitur, ex Graeco νίννος, vt docet Scalig. ad Manil. 5 p. 390 edit. Boecler. Gloss. Vet. Popus, νίννος. Maecenas ad Hor. Tu tuum fodalem 25 Ninnio videas strigiosorem. Vid. Lindenbr. ad Catalecta p. 329.

**NINVS**, i. m. [Νινός] Filius Beli, primus Assyriorum rex. Nam Belus solam habuit Babylonem: Ninus vero totam Assyriam. Est et vrbs nomen. Lucan. 3, 215 Accedunt Syriae populi, desertus Orontes, Et felix (sic fama) Ninos. 30

## N I O

**NIÖBE**, es. f. [Νιόβη] Filia Tantali, et soror Pelopis, vxorque Amphionis. Haec, teste Diodoro Siculo lib. 5. filios VII, et totidem 35 filias peperit, summo decore praestantes: vnde tali prole superbiens admodum gloriabatur, se Latonae praeferens numero filiorum: itaque ira motam fabulae Latonam ierunt Apollini et Dianae, vt Niobes filios et filias arcu interficerent, mandusse: quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tempore et abundare filiis Nioben, et carere. Vnde prae nimio dolore attonita obmutuit, ac veluti lapidescens malis dirigit. A Statio 40 Silu. 5, 1, 33 Sipyleia mater dicta Niobe, quoniam facta saxea, turbine venti in Sipylum patriam rapta est, vbi fixa cacumine montis liquitur, et lacrimis etiam nunc marmora manant. Fabulam Niobes, vid. apud Ouid. Met. 6, 270. Conf. Aelian. Var. Hist. 12, 36. et Gell. 20, 7. Niobe 45 fingitur lapidea propter aeternum, credo, in luctu silentium Cic. Tusc. 3, 63.

**NIOBAEVS**, a, um. Adi. [Νιοβαῖος] Proles Niobaea Hor. Carm. 4, 6, 1.

## N I P

**NIPHAEVS**, i. m. Viri proprium ab equis interfecit apud Virg. Aen. 10, 570

— quin ecce Niphaei

Quadriuges in equos, aduersaque pectora tendit: 55

Atque illi longe gradientem, et dira frementem

Vt videre, metu versa, retroque ruentes,

Effunduntque ducem, rapiuntque ad litora currus.

**NIPHATES**, is. m. [Νιφάτης] Maioris Armeniae fluius est super Assyriam, quo nomine dictus est mons Armeniae, ex quo Tigris nascitur, vt refert Strabo. Virg. Georg. 3, 30 Addam vrbes Asiae dominatas, pulsumque Niphatem. Montem dixit pro populo: intelligit enim Armenios, apud quos mons est Niphates. Dictum est autem Niphates a niuibus, ἀπὸ τῆς νιφάδος, vel ἀπὸ τῆ νιφῶν. Rigidus Niphates Hor. Carm. 2, 9, 20. Conf. Lucan. 3, 245. 65

**NIPHE**, es. f. [Νίφη] Vna ex comitibus Dianae, a niueo candore appellata. Ouid. Met. 3, 171 Excipiunt laticem Nipheque Hispanisque Rhanisque.

**NIPTRA**, orum. n. Pl. [νίτρα] Dicuntur Lauacra: a νίτρο, quod significat lauo: quo nomine dicta est tragoedia Pacuuii, quam citat Cic. Tusc. 2, 48 c. 21. 70

## N I Q

**NIQVISCIVIT**. Centuria Romae a Seruio Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre qui non tulisset in sua, etc. 75 Festus. qui ita interpretatur, Nisi quis sciuit.

## N I R

**NIREVS**, disyll. ei. m. [Νιρέως] Charopi et Aglaiæ filius, Graecorum omnium, teste Homero, qui ad Troiam nauigauerunt, formosissimus. Ouid. ex Pont. 4, 13, 16 Tam mala Therfiten prohibebat forma latere, Quam pulchra Nireus conspiciendus erat. Propert. 3, 18, 27 Nireca non facies, non vis exemit Achillem. Vincere Nireca forma Hor. Epod. 16, 22. 85

**NIRAEVS**, vel **NIRĒVS**, a, um. Catull. 21, 10 Esurire Nireus puer et sitire discet. Vid. Bernard. Rustil. c. 8. Al. Meus me puer. Vid. Is. Voss.

## N I S

**NIS**, pro Nobis, vetus verbum, inquit Festus.

**NISA**, ae. f. Nomen Feminae, de qua Virg. Ecl. 8, 26 Mopso Nisa datur: quid non speremus amantes?

**NISAEAE**, vid. NESAEAE.

**NISAEA**, ae. f. [Νισαία] Parthyenes regio, cuius caput fuit Alexandria 95 andropolis, ab Alexandro conditore ita appellata. Vid. Plin. 6, 26. Haec regio praestantissimos albat equos, qui ab ea NISAEI appellabantur, teste Strab. 11. Conf. Ammian. 23, 21.

**NISI**. Coniunctio [εἰ μή, μή ἢ, μή ἔστι] significat Si non, vel Praeserquam. Ter. Heaut. 4, 1 pr. Nisi me animus fallit, hic profecto 100 est annulus, quem ego suspicor. Miseros illudi nolunt, nisi se forte iactant Cic. de Orat. 2, 237. Ter. Heaut. 1, 1, 90 Corrafi omnia, ancillas, seruos, nisi eos, qui operē rustico faciundo facile sumtum exercent suum. Hanc, nisi mors, mihi adiuret nemo Idem Andr. 4, 2, 14. Cic. de Amicit. 62 Iudicare difficile sane, nisi expertum. 105

- Profecto, nisi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali Ter. Heaut. 5, 3, 1. Nisi multis blanditiis a me gutta non ferri potest Plaut. Rud. 2, 4, 20. Nisi vnum hoc faciam Id. Aul. 2, 7, 3. Ter. Andr. 5, 4, 48 Causa optima est, nisi quid pater aliud ait. Cic. de Amicit. 32 Ortum quidem amicitiae videtis, nisi quid ad haec forte vultis. Nisi restituisent statuas, vehementer iis minatur Cic. Verr. 2, 162. Idem de Amicit. 11 Nisi enim immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? Id. ibid. 97 In qua nisi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas. Ter. Eun. 5, 6, 28 Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum, nisi quia necesse fuit hoc facere. Plaut. Amph. 2, 2, 54 Immo equidem te, nisi nunc, hodie nusquam vidi gentium. Quod contra subsidium sibi, nisi Quid Burrhus et Seneca expergiscerentur Tac. A. 14, 7 *vbi τὸ quid παλαῖσι.*
- 15 Adscensurus eram: nisi Quod, quum vincula prorae solueret, in speculis omnis Abydos erat Ouid. Her. 18, 11. *i. sed.* Manifesta res est: nisi quod occurro prius, ne hoc nunc senex resciscat Plaut. Most. 3, 1, 8 *vbi quod abundat.* Cic. de Amicit. 76 Nec ob aliam causam vllam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod
- 20 tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia. Ouid. Trist. 4, 10, 85 Si tamen extinctis aliquid, nisi nomina, restet. Cic. Acad. 4, 7 Neque nostrae disputationes quidquam aliud agunt, nisi vt in vtramque partem dicendo et audiendo eliciant. Nihil aliud nisi Philumenam volo Ter. Andr. 2, 1, 6. *i. Quam, vel*
- 25 *praeterquam.* Cic. de Amicit. 18 c. 5 Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Id. ibid. 72 Quod non fere contingit, nisi his, qui etiam contemnendos se arbitrantur. Numquid igitur oportet nisi tres sortes conici, vnam educi? nihil, conici iubet tres Id. Verr. 2, 127. Ter. Andr. 1, 5, 13 Repudiatus repeto. quamobrem, nisi si id est quod suspicor, aliquid monstri alunt. *Conf.* Plaut. Men. 1, 2, 22. *et Flor. 4, 7 extr.* Quinctil. 1, 9 Poetas metri necessitas excusat, nisi si quando nihil impediante in vtroque modulatione pedum alterum malunt. *Conf.* Columel. 4 *extr.* Nisi, *per parenthesin positum.* Cic. Att. 7, 10 Adhuc certe (nisi ego insanio) stulte omnia et incaute. Ter. Adelph. 1, 2, 73 Ecce autem de integro nisi quidquid id est, volo scire. *Conf.* Plaut. *et vid. paullo post in Nisi pro Sed.* Nisi quis nos deus respexerit Cic. Att. 1, 13 (16). Id. Tusc. 1, 75 Nam quid aliud agimus, quum a voluptate, id est a corpore, quum a re familiari, quae est ministra et famula corporis, quum a negotio omni sevocamus animum, quid inquam tum agimus, nisi
- 40 animum ad se ipsum vocamus? ¶ 2 Nisi vero, Nisi forte, Nisi tamen, *quoties in argumentationibus subiecta est, absurditatem quandam sequi significat, ex sententia, quae nostrae opposita est.* Cic. de Sen. 18 *dum senectutem quoque efficacem et rei publicae vtilem ostendit,*
- 45 Nisi forte ego vobis — cessare nunc videor, cum bella non gero. Cic. Acad. 4, 88 Nisi vero Ennium non putamus ita totum illud audivisse. Idem de Fato 37 c. 16 Nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi. Idem in Milon. Nisi forte dementem, etc. *Quasi dicat, Quod est absurdum putare: ideoque minime id putandum est.*
- 50 *Quan: declarationem Columella expressit 3, 10 Nam si sagittam, id est superiorem partem malleoli, vituperandam censebant, quum esset eadem pars surculi frugiferi: quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum, si est sterile, improbatum ab his ratio ipsa declarat? Nisi tamen (quod est absurdum) crediderunt, id translatum et abscissum a sua stirpe, destitutumque materno alimento frugiferum, quod in ipsa matre nequam fuisset. Quid tu, malum, curas, vtrum crudum an coctum edam? nisi tu mihi es tutor Plaut. Aul. 3, 2, 15. Add. Cic. de Nat. Deor. 2, 158 c. 63. Quinctil. 1, 10, 6 Nisi forte antidotum quidem atque alia, quae morbis aut vulneribus medentur,*
- 60 *ex multis atque interim contrariis quoque inter se effectibus componi videmus — et muta animalia mellis illum inimitabilem humanae rationi saporem vario florum ac succorum genere perficiunt: nos mirabimur, si oratio, qua nihil praestantius homini dedit providentia, pluribus artibus eget etc. Et mox 23 Nisi forte in carminibus tantum et in canticis exigitur structura quaedam et inoffensa copulatio vocum, in agendo superuacua est: aut non compositio et sonus in oratione quoque varie, pro rerum modo adhibetur, sicut in musice. Et 2, 3, 6 Nisi forte Iouem quidem Phidias optime fecit, illa autem, quae in ornamentum operis eius accedunt, alius melius elaborasset; aut orator loqui nesciet; aut leuiiores morbos curare non poterit medicus praestantissimus. Add. 3, 5, 3. 10, 5, 6 et 7. 11, 1, 12. ¶ 3*
- 75 *Iam alios usus τῆς Nisi persequemur. Affeuerandi formula est Ouid. Metam. 2, 514 Mentiar, — nisi videritis stellas etc. praedicat certo futurum. Sic Quinctil. in Corpore proiecto, Mentior, nisi quum peregrinatio mea nos diduceret, maluit esse cum matre. In parenthesi poni amat: Ideo Tageti montis, nisi Laconibus, difficillima iuga Sen. Suafor. 2. Liberatorum, nisi diuitiae, nihil erat Plaut. Men. 59 prol. Conf. Gronou. ad h. l. Breuiter, nisi hic pro Sed ponitur. Vid. n. 4. Varr. de L. L. 8 pr. Nisi si non est homo ex anima: quod est homo*
- 80 *ex corpore et anima. ¶ 4 Frequens est Nisi, pro Sed. Cic. Att. 11, 23 Tuas literas expectabam: nisi illud quidem mutari, si aliter est ac oportet, non video posse. Id. Fam. 13, 1 Nec cur ille tantopere contendat, video, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quam illi, laborare sine causa. Eodem lib.*
- 85 *73 De re nihil possum iudicare: nisi illud mihi certe persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse. Succedere is naturalis pater non potest, nisi fiduciarium, a quo manumissi sunt Caius Ict. 1 Instit. tit. 6 §. vlt. Add. Cato de R. R. et ad eum Popma 49 extr. (48, 3) Sallust. Jug. 24, 5 et 67, 3. Ter. Eun. 3, 4 extr. Quid illud mali est? nequeo fatis mirari, neque conicere, nisi quidquid est, procul hinc libet prius quid sit sciscitari. Add. Adel. 1, 2 extr. Ecce autem de integro: nisi quidquid est, volo scire. Clarkius ad Iliad. A, 340 in satibus post Nisi putat abrumpi orationem per Apostropasin. Quod in Comiciis quibusdam concesserim, trahi nolim ad reliquos. Nisi, pro*
- 95 *Non nisi possum volunt quidam. Columel. 7, 3, 15 Quo magis etiam propter hos casus, nisi validissima, quae non comprehendatur hieme, nouaque progenie repleatur numerus. Alii legunt nonnisi. Mihi placet ex MS. Lipsiensis legere, Nisi quae validissima non comprehendatur hieme. Sic Cic. de Legib. 1, 54 c. 20 Quippe quum antiqui omnes*
- 100 *quod secundum naturam esset, quo iuuaremur in vita, bonum esse decreuerint: hic, nisi quod honestum esset, putarit bonum. Diceret alius, nihil nisi quod, etc. Sed nihil putarit bonum cum aliis Dauius. Conf. Gronou. ad Liu. 34, 16. Wieling. in lecti. Iur. Ciu. 1, 8, et Morgagn. ad l. c. Columellae s. Epist. 1, 38. Plane autem hoc non*
- 105 *pertinet, quem hic adiecere locus Solin. c. 50 de Sagda gemma, Supermeantes*



meantes naues e profundo petit, et carinis ita tenaciter adcorporatur, vt nisi abrasa parte ligni, aegre separetur. *Pleonasmi tū nisi exempla.* Vid. ap. Heins. ad Ouid. Heroid. 4, III.

NISIBIS, is. f. [Νισίβις] Oppidum est Arbelitidis. Vid. Plin. 6, 13. Ammian. 25, 31. Philostorg. 8, v. et Spanb. Num. Diss. 9. 5

NISIBĒVS, a, um. Adi. Ammian. 25, 38.

NISVS, i. m. [Νίσος] Rex Megarensium, pater Scyllae: ubi fabulam totam damus. Nempe in auem sui nominis mutatus est Nisus, quem alii Haliaetum dicunt, alii Accipitrem minorem, Falconem alii. Nisum dictum volunt a nisu ad praedam. Virg. Georg. 1, 404 Apparet liquido sublimis in aëre Nisus: etc. Coma purpurea Nisi Tibul. 1, 4, 57. Alias notaciones vid. mox post NISEIS.

NISĒVS, a, um. Adi. [Νισίος] Ouid. Fast. 4, 500 Effugit ad Syrtes, et te Zanclea Charybdis. Et vos Nisei, naufraga, monstra, canes. Fabulam tangit Scyllae, quae ab inferiore sui parte in canes mutata fuit. Fuerunt autem Scyllae duae, vna Phocci, altera Nisi filia. Haec in auem, illa vero dimidia sui parte in canes mutata fuit. Sed Ouidius hoc loco fabulam confundit, quemadmodum et Virgilius in Ecl. 6, 74 Quid dicam aut Scyllam Nisi, etc. Vid. SCYLLA.

NISĒVS, a, um. Adi. Neifeia virgo, Scylla Ouid. Met. 8, 55. 20  
NISEIS, idos. f. Pro Scylla. Ouid. Rem. Amor. 737 Praeterita cautus Niseide nauita gaudet,

NISVS, i. m. Sidus caeleste. Al. Engonasis. Vid. Mart. Capell. 8 p. 282 et ibi Grot. Vid. infra NIXVS. Est reuera hic etiam participium verbi Nitor. Habet enim sidus habitum surgere nitentis. 25  
Nisus etiam, Furyali amicus, cursu velocissimus. Virg. Aen. 5, 319 Primus abit, longeque ante omnia corpora Nisus Emicat: et ventis, et fulminis ocyor alis. Id. ibid. 9, 176. etc.

NISVS, vid. NITOR, eris.

## N I T

NITAL, vel potius AMIDA vel AMITAL, Idolum Indicum inser magica coli solitum. Vid. Mart. Capell. 2 p. 42 cum Not. Grotii.

NITĒVLA, NITĒLLA. Vid. NITEO. 35

NITEO, ui, ēre. [νιτῶ] Splendidum a natura ob pinguedinem interfusam, vel quaecumque causam aliam, aut a cultu esse Plaut. Truc. 2, 4, 3 Feruide vt tota floret, vt oleum nitide nitet. Nitere vnguentis, fulgere purpura Cic. in Catil. 2, 5 c. 3. Barba nitet Tibul. 1, 4, 4. Barba nitet inducto gelu Ouid. Trist. 3, 10, 22. Caelum nitet diffuso lumine Lucret. 1, 9. Canis nitere dicitur, cum pinguis est Phaedr. 3, 8. Ora candida nitent Ouid. de Medicam. facie 51. Regina nitet ante alias Stat. Achil. 2, 149. Res vni magna nitet domino sene Hor. Serin. 2, 4, 112. vbi sunt magnae et splendidae diuitiae. Serpens nitet recenti squama Ouid. Met. 9, 267. 45

Tecta nitent aere Id. Fast. 6, 261. Cic. de Lege Agr. 1, 21. Non dico solum hoc in Republica vestigial esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat, etc. Sic Nitere oratio dicitur, quum exulta est et elaborata. Cic. de Fin. 4, 5 Illorum vides quam niteat oratio. Multa nitent in carmine 50

Hor. de Arte Poët. 351. Nitui: Tibul. Eleg. 1, 4, 64. Ex humero Pelopis non nituisset ebur. In MSS. codd. permisceri solent. Niteo et Vireo: vid. Burm. ad Quinctil. Declam. 12, 13 p. 254.

NITENS, entis. Partic. Ore floridulo nitens Catul. 59 (62) 193. Nitens crine, niger vnguento Martial. 12, 38. Astra nitentia Ouid. Fast. 5, 543. Capilli malobathro Hor. Carm. 2, 7, 7. Cultra Virg. Georg. 1, 153. Equi Id. Aen. 6, 654. Flos nitentior ostro Ouid. Met. 10, 211. Frondes auro Id. ibid. 4, 636. Galea Virg. Aen. 9, 457. Ingenium Stat. Silu. 1, 5, 63. Oculi Virg. Aen. 1, 228. Oratio non valde nitens, non plane horrida Cic. de Clar. Orat. 238 c. 67. Virg. Aen. 3, 20 — superoque nitentem Caelicolum regi maetabam in litore taurum. i. Opimum; nam quae saginata sunt nitere dicuntur. Turnebus. Viae nitentes Ouid. Met. 14, 661. Al. Tumentes. Vxor ore floridulo nitens Catull. 62, 193.

NITENTER. Adu. Vnde Nitentius ap. Mart. Capellam. 65

NITESCO, ēre. [ναδίωμαι] Idem. Cic. Tusc. 1, 69 c. 28. Caelum nitescere, arbores frondescere. Ex quodam Poëta. Al. nitescere. Plin. Epist. 2, 17, 3 Multi greges ouium, multa ibi equorum bouumque armenta; quae montibus hifeme depulsa, herbis et tempore verno nitescunt. Iuuentus oleo perfusa nitescit Virg. Aen. 5, 135. 70

Cic. in Arato 174 Exiguo qui stellarum candore nitescit. De Aquario. Ingenio, doctrina, praeeptione nitescit natura in arte memoriae Auctor ad Herenn. 3, 29 c. 16.

NITESCENS, entis. Partic. Nitescente luna noua Plin. 8 pr.

NITOR, oris. m. [τὸ δινῆς] Splendor in quacumque re, sic ta- 75 men, vt potius ex leuitate quadam ac positura esse videatur, quam ab igne. Plin. 37, 2 f. 8 Splendor his sine viribus, nitorque potius quam splendor. De murrbinis. Id tamen perpetuum non esse, vsus, praesertim in Nitidus, docet. Ter. Eun. 2, 2, 11 Qui color, nitor, vestitus: quae habitudo est corporis. Cic. de Senect. 59 Tum Lysandrum 80 intuentem eius purpuram, et nitorem corporis. Scilicet Cyri. Conf. Stat. Silu. 3, 3, 149. et 5, 2, 73. Splendor et nitor Cic. pro Cael. 77. Aurorae exoriens Lucret. 4, 439. Corporis, vid. supra. Eloquii Ouid. ex Ponto 2, 2, 51. Generis tui Id. ibid. 2, 9, 17. Marmorum Plin. 12, 1. Materiae Quinctil. 3, 8. Olei, vid. infra. 85

Orationis Cic. Att. 13, 19 extr. Oris igneus Claud. in Conf. Stil. 1, 45. Circumfusus Quinctil. 4, 1. Diurnus nitor, Nitor diei Ouid. Epist. 18, 78. Naturalis et non fucatus Cic. de Clar. Orat. 36 c. 9. Nimo nitore lustratus delphinus Id. in Arat. 92. Nullus tota nitor in cute Iuuen. Sat. 9, 13. Purus Lucret. 2, 776. Cic. de Legib. 90

1, 6 Fannii autem aetate coniunctus Antipater, paulo inflauit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra. Admiscere aliquid nitoris Quinct. 3, 1, 3. Inducere cuti nitorem, vid. INDVCO. Perstringere adpectus omnium gemmae nitore et auri splendore Auctor ad Herenn. 4, 64 c. 50. 95

Lucret. 2, 818

Praeterea, quoniam non certis certa figuris

Est natura coloris: et omnia principiorum

Formamenta queunt in quouis esse nitore:

Cur ea, quae constant ex illis, non pariter sunt

Omnigenis perfusa coloribus in genere omni?

Nitor, pro Pinguedine. Vitruu. 10, 1 Neque olei nitorem, neque vitium fructum habere potuissimus. Turnebus, Nitent, inquit, Latinis, quae bene habita et obesa sunt: nitoremque in oleo dixit Vitruuius, 105

*propter eius pinguitudinem. Caeterum Nitorem olei, pro ipso Oleo, per circuitionem posuit.*

**NITĪDVS**, a, um. Adj. [*λεπαρός*] *Splendidas, clarus, lucens.* Plaut. Stich. 1, 2, 8 *Facite fultis nitidae aedes meae sint quum redeam domum.* Pexo capillo nitidus Cic. in Catil. 2, 22. *Suo colore* Quinctil. 2, 5. Nitidus filiae nuptiis Plaut. Aulul. 3, 6, 4. *i. Nitido cultu indutus.* Aedes, *vid. supra.* Agna Hor. Serm. 2, 3, 214. *Aries nitidissimus auro* Ouid. Fast. 3, 867. *Aurum* Id. Met. 10, 675. *Boues nitidiores* Pallad. 1, 21. *Capilli* Hor. Epist. 1, 14, 32. *Caput Solis* Virg. Georg. 1, 467. *Colles nitidissimi viridissimique* Cic. Verr. 5 (3) 47 c. 18. *Ebur* Ouid. Met. 2, 3. *Femina* Plaut. Milit. 4, 2, 12. *Forma nitida in pictura, cui contrarium est* Horrida. Cic. in Orat. 36 *In picturis alios horrida, inculta, abdita et opaca: contra alios nitida, laeta, collustrata, delectat. Forma scilicet.*

**Fruges** Lucret. 2, 253. *Genus quoddam verborum nitidum et laetum* Cic. de Orat. 1, 81 c. 18. *Ignes* Ouid. Met. 8, 180. *Al. Subiti-Imago solis* Id. ibid. 14, 768. *Laurus* Plin. Epist. 5, 6. *Phoebus nitidissimus* Ouid. Met. 4, 348. *Pictura nitida* Cic. Orat. c. 11. *Ramulus* Columel. 5, 6. *Sensus* Claud. Conf. Mal. Theod. 193.

**Sol nitidus, b. c. Lucius et conspicuus** Cic. Att. 12, 6. *Vacca* Ouid. Met. 2, 694. Cic. in Partit. 17 *Vt sint alia (Verba) consonantiora, grauiora, leuiora, et quodammodo nitidiora, alia contra.* Quinctil. 8, 3 *pissim.* Conf. Burm. ad Quinct. 2, 5 p. 150. *Virgines* Hor. Carm. 2, 12, 19. *Vita nitidior* Plin. 13, 15. *Vndae* Ouid. Met. 3, 407. **Nitidus,**

*Qui corpore est solius, carne laevi et polita, non horrida, neque squalida.* Hor. Epist. 1, 4, 15 *Me pinguem, et nitidum bene curata cute visces, etc.* Conf. Nep. 18, 5, 6. *Boues nitidiores* Pallad. 1, 21. *Videas in nonnullorum domibus nitidos et crassos Canes* Ambros. Serm. 32. **Nitidus, pro Urbano.** *Urbani enim homines magna ex parte cultiores, comitiores, mundiores ac nitidiores rusticis solent esse. Rustici contra horridi, scabri, inculti, strigosi, et illoti. Hinc* Hor. Nitidum opposuit Rustico Epist. 1, 7, 83 *Ex nitido fit rusticus, etc.* *Lambinus.* Capitol. Maxim. Iun. c. 2 *Vestibus tam accuratus fuit, vt nulla mulier nitidior esset in mundo.*

**NITĪDE**, ius, illime. Adj. Plaut. Truc. 2, 4, 3 *Vt tota floret, vt olet, vt nitide nitet.* Idem Cist. 1, 1, 11 *Prandio nos lepide atque nitide accepisti.*

**NITĪDVSCVĻVS**, a, um. Adj. Plaut. Pseud. 1, 2, 84 *Nitidiusculum caput.*

**NITĪDVSCVĻE**. Dimin. Adj. [*διειδώς*] Plaut. Pseud. 3, 1, 8 *Qui amet me, vt curet tandem nitidiuscule.*

**NITĪDĪTAS**, ātis. f. *Idem quod Nitior.* Acc. Bacch. Formae, figurae nitiditate hospes regis. Nonius 2, 578.

**NITĪDO**, āre. [*καθάω*] *Nitidum facere.* Columel. 12, 3, 9 *Ferramenta deterfa nitidentur, atque rubigine liberentur.* Ennius Cresphonte, *O pie eam secum aduocant, eunt ad fontem, nitidant corpora.* Vid. Non. 2, 583. et Pallad. 2, 17.

**NITĪELLA**, vel **NITĪELA**, ae. f. *Idem fere quod Nitior, aut, quod nitorem conciliat.* Nitelas pulueris Solini c. 36 *interpretantur*

*micas pulueris auri, quae inter arenas reperuntur.* Apuk. Apol. *Misi vt petisti medicinas dentium, Nitelas oris ex Arabiae frugibus Tenuem, candificum, nobilem puhisculum.*

*Scobem auri vocat* Trebell. Pollio Gallien. c. 16. *Solinus* c. 35 *Nama praecipua viris gloria est in armorum nitela.* Vet. Gl. Nitella *καθαυ- τρον.* Sed

**NITĪELA**, ae. f. [*δαειδοβάτης* Vet. Gloss.] *Animal a nitendo dictum, primae syllabae motus indicat, cui conuenit Gracca, quam dedimus ex Vet. Glossario interpretatio. Est igitur animal niti, eniti, scandere arbores solitum, muris agreslis genus, rutilum, vel sciurus ipse, vel cognatum sciuro animal, quod in deliciis hominum delicatorum fuisse, indicat* Martial. 5, 38 *de Erotio puella, Quae crine vincit Baetici gregis vellus, Rhenique (accolarum, Germanorum rutilos capillorum) nodos, aureamque Nitelam.* *Sunt Seazontes: prima igitur Syllaba longa.*

**Seruius ad Georg. 1, 181** *Nitela mus agreslis robeus, cuius Cicero meminit in Sestiana. Est igitur idem animal, quod Nitedula, de quo statim. Haec ita visa sunt Salmasio ad Solin. p. 22. it. p. 343. Vossioque in Etymol. Falluntur, qui Nitelam hanc ad verbum Niteo referunt, et puluerem aureum, quo illuminentur capilli, quae Raderi sententia fuit.*

**NITĪDVLA**, ae. f. [*λαμπεδίων*] *Idem animal.* Cic. pro P. Sext. 72 c. 33 *Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Rempub. conaretur arrodere.* Hor. Epist. 1, 7, 29 *Forte per angustam tenuis nitedula rimam Repserat in cameram frumenti, etc.* *Sic expulsa impertuna vulpecula, quae hic niaum fecerat, hunc locum emendauit Bentleius, quem inspicere operae pretium est.* Conf. NITĪELA. ¶ 2 *Nitedula pro Cicindela, quae noctu lucet, nusquam est auctore Voss. Etym. p. 343.*

**NITĪLĪNVS**, a, um. Adj. Plin. 16, 37 *de Salice, Vimineam vocant, eandem purpuream; alteram nitelinam a colore. i. Rufam, rutilam, interprete Vossio.*

**NITĪFĀCIO**, ēre. Gell. 18, 11 *Ventus mare caeruleum crispans nitescit.* Al. Nitescere facit.

**NITĪFACTVS**, a, um. Partic. Iuuen. in Matth. c. 6 *Grato crinem nitescit oliuo.*

**NITĪOBRIGES**, um. Pl. [*Νιτιόβριγες*] *Populi Narbonensis Gallicae* Meminit Caes. Bell. Gall. 7, 7.

**NITĪOR**, ēris, nixus et nifus sum, niti. [*πυθόμου, ἐπίδομου*] *Conari vebementer, in primis in eundo, ascendendo, pariendo, cacando, etc. vbi firmum aliquid et fixum, intelligitur, quod conatum aaiuet.* Virgil. Georg. 3, 172 *Post valido nitens sub pondere fagus axis Increpat.* Suet. Vesp. c. 20 *Statura fuit quadrata vultu veluti nitentis. Vnde quidam urbanorum non infacete: si quidem petenti, vt in se aliquid diceret, Dicam, inquit, cum ventrem exonerare desieris. De conatu*

*furgendi, Idem c. 24 Dum confurgit ac nititur inter manus sublevantium extinctus est. De conatu progrediendi, Cic. de Nat. Deor. 2, 124 c. 48 Cum primum niti possunt. Idem ibid. 2, 115 Omnes partes eius vndique medium locum capeffentes nituntur aequaliter. In aduersum* Ouid. Met. 2, 72. *In culmen niti et ascendere* Plin. Epist. 5, 6. *Ad sidera vi propria niti* Virg. Georg. 2, 428. *Alis niti, Volare.* Idem Aen. 4, 252. *Aues motis nituntur in aera pennis* Ouid. ex Ponto 2, 7, 27. *Genu nitens* Virg. Aen. 12, 303. *Gradu niti, Ambul. re.* Pacuuius Periboea, *Ardua per loca agresli ac trepidante gradu nititur.* Virg. Aen. 2, 443 *Nituntur gradibus: i. Ascen-*

*dunt.* *Hasta niti, i. Incumbere* Virg. Aen. 6, 760. *Humi niti,*

Kkk 2 Ince-

**Incedere per humum** Virg. Aen. 2, 380. Seruius. ¶ 2 *Ad animum etiam, totum certe hominem refertur, ut sit Niti, Conari, dare operam, laborare.* Ter. Adolph. 3, 4, 51 Quapropter nitar, faciam, experiar. Frustra niti, neque aliud sese fatigando quam odium quaerere, extremae dementiae est Sall. Jug. 3. Plin. Epist. 3, 9, 8 Cum vterque pari iugo non pro se, sed pro causa niteretur. Cic. de Senect. 2 c. 23 Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maxime ad immortalis gloriam niteretur. Plin. Epist. 3, 18, 2 Qua potissimum via possent ad eandem gloriam niti. Cic. Att. 12, 15 (14) Ad omniaque nitor, i. Omnia tento. sed verbum nitor energiam habet: nitiur enim cum labore et difficultate. *in aliis Codd. deest ad.* Labore praestante niti noctes atque dies Lucret. 3, 62. Ad summa Quinct. 1 prooem. Cic. Tusc. 1, 50 Sed plurimi contra nituntur. Contra honorem alicuius Idem sub Att. 9, 11. Idem Fam. 1, 5 Nos quum maxime consilio, studio, labore, gratia, de causa regia niteremur: subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quae nostra studia impediret, i. *Laboraremus, et daremus operam, ut causa regia bene haberet.* Niti de aequitate Cic. in Partit. 127. Miltiades maxime nitebatur, ut Nep. 1, 4, 4. Plin. 2, 65 Ergo totas, omnique ex parte aquas vergere in centrum ideoque non decidere, quoniam in interiora nitantur, i. *Ferantur.* Nitimur in vetitum semper Ouid. Amor. 3, 4, 17. Niti pro aliquo Liu. 35, 10. Tac. Ann. 1, 43, 1. Nocte dieque niti pro aliquo Ouid. ex Pont. 3, 1, 40. ¶ 3 *Interdum speciatim est Niti, Fulciri.* Cic. Off. 1, 122 c. 34 Est igitur adolescentis, maiores natu vereri, ex hisque deligere optimos et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur. i. *Fulciatur et gubernetur, instituatque.* Radicibus suis nituntur arbores Cic. pro Cael. 14. Id. pro Planc. 67 Virtutis cursus ad gloriam hoc facilius fortasse, quod huc a me ortus, et per me nixus ascendi. Nititur in coniectura diuinatione Cic. de Diuin. 2, 55 c. 26 pr. *Hinc Niti, Fiduciam collocare.* Cic. Verr. 2, 155 Quo confugies? ubi nitere? Idem pro Cluent. 1 Altera mihi niti, et magnopere confidere videbatur inuidia iam inueterata iudicii Iuniani. *Cum Infinito* Nep. Pelop. 2 Ut quemque ex proximo locum fors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur. *Sed ordinarie hic etiam cum Ablatiuis iungitur.* Aequo nitantur Quinct. 3, 6. Auctoritate atque consilio alicuius, et eius exercitu Cic. Fam. 12, 10. Consilio alicuius aut praesidio Idem in Pison. 19. Idem Fam. 1, 5 Nos cum maxime Consilio, Studio, Labore, Gratia de causa regia niteremur. Fiducia virtutis nobis nitendum est ad spem beate viuendi Cic. Tusc. 5, 2 c. 1. Gratia et auctoritate et potentia cuiusquam Idem Verr. Act. 1, 15. Humeris hic nititur Ouid. Fast. 1, 565. Insidiis Caef. Bell. Gall. 1, 16. Iudicio suorum fundamenta defensionis suae nituntur Cic. pro Cael. 5. Laude alicuius Idem pro Flacc. 62. Nobilitate nixi, innocentia freti, potentia ac multitudine amicorum fulti, perfacile existimaremus aduersariorum vim ac factionem a nobis repelli posse Cicero anteq. iret in exil. 11 c. 4. Opinione maiorum niti Idem in Sallust. 5. Prudentia rerum magis quam dicendi arte Idem de Orat. 1, 214. Idem Att. 3, 9 Nunc si ita sunt quae speras, sustinebimus nos, et spe, qua iubet, nitetur. Idem Quint. Frat. 1, 1, 36 Quum ratio, salusque omnium nostrum, qui ad Remp. accedimus, non veritate solum, sed etiam fama niteretur, sermones ad te aliorum semper, non mea iudicia perscripsi. Viribus suis nitens Respublica Bru. ad Cic. Ep. 4 *extr.* Virtute decet, non sanguine niti Claud. Conf. Hon. 4, 219. Cic. in Somn. Scip. 3 c. 2 Tu eris vnus in quo nitatur ciuitatis salus. Idem pro Milon. 19 Ei viro mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus ciuitatis, i. *Cn. Pompeio.* In aliquo ambitio nostra nititur Cic. Fam. 1, 5. In nobis tantum ipsis nitamur Gell. 2, 29. Diuinatione in coniectura nititur Cic. de Diuin. 2 c. 26 pr. *Gerund.* Nepos 25, 15, 2 In nitendo quod semel annuisset tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere.

**NITENS**, entis. Partic. [*πρωόμενος*] Extremam nitens plumato corpore Coruus rostro tundit Cic. de Nat. Deor. 2, 114. Nullo pro Galba nitente Tac. Hist. 1, 55, 4. *Vid. supra passim.*

**NISVS**, a, um. Partic. Cic. pro Cluent. 6 c. 57 Vestra aequitate nisi confidimus, et sic saepe est in optimis libris pro vulgatiore Nixus. *Vid. Parei Lex. Crit. p. 795.*

**NISVS**, ūs. m. [*πίση, πρησμός*] **Conatus.** Cic. Tusc. 2, 48 c. 21 Pedetentim, inquit, ite, et sedato nisu: ne succussu arripiat maior dolor. Plin. 11, 37 Angustissima canibus: qua de causa vehementi nisu, nec sine cruciatu leuant eam. Insoliti nisu Hor. Carm. 4, 4, 8. Pedum nisu Lucret. 5, 912. Leui nisu sustollere aliquid Id. 4, 904. Hastam praepropero nisu iacit Sil. 15, 757. Dea rapido pulcherrima nisu Virg. Aen. 11, 852. *Plur.* Ammian. 19, 1 Nisibus magnis instabat. Augustin. de Ciu. Dei 22, 13 Misericordia Dei meis nisibus opem ferente. *De partu etiam dicitur, ut Eniti.* *Vid. NIXVS: est enim idem plane nomen, et plerumque variant libri.* *In MSS. confundi solere Nisus, et Visus, annotat Drakenh. ad Sil. 5, 284.*

**NIXVS**, a, um. Partic. [*ἐπιούμενος*] **Innixus.** Cic. Verr. 5, 85 Stetit soleatus Praetor Pop. Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus in litore. Ad antra nixus Propert. 3, 2, 14. Nixus in hoc vno nouitatis nomine irani Lucret. 5, 907. Caput manibus nixa Cynthia Propert. 1, 3, 8. Genibus nixae matronae Liu. 26, 9. Plaut. Rud. 3, 3, 33. Hastili nixus Scaeuola Cic. pro Rabir. 21. Pede posito nixus Virg. Aen. 10, 736. Stat. Theb. 2, 560 Saxum — Rupibus auellit, dein toto sanguine nixus sustinet, immannem quaerens librare ruinam. Nixus in cubitum, Nepos in vita Attici, *extr.* *Metaphor.* Cic. pro Cluent. 156 Si obtinuerit causam Cluentius (sicuti vestra aequitate nixi confidimus) omnes existimabunt, id quod erit, obtinuisse propter innocentiam. *al. Nisi.* *Vid. supra.* Honestio nixa virtus Cic. de Finib. 1, 61. Mendacio nixa est Idem de Orat. 2, 30. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 5 Auxilium vniuersorum eo plurimum prodest, quo firmioribus Opibus est nixum. ¶ 2 *De Niso vel Nixo scire, separatim agimus.*

**NIXII** Dii, *vid. paullo post suo loco.*

**NIXVS**, ūs. m. *vel NISVS.* [*τίκος, τικερδς*] **Partus.** Virg. Georg. 4, 199 Haud foetus nixibus edunt. Gell. 12, 1 Quam diutinum puerperium, et quam laboriosi nixus fuissent. Matris nixibus editus Ouid. Fast. 5, 171. Nixibus ex aluo matris natura profudit, *de infante* Lucret. 5, 226. *Et Singul.* Ouid. Epist. 4, 176 O Vtinam — In medio nixu viscera rupta forent. Nixus pares Idem Met. 9, 294. *vid. NIXII Dii, infra.* Nixus, *Conatus etiam dicitur.* Quinct. 2, 12, 2 Luctator, qui totius corporis nixu in id, quod semel inuasit, incumbit. Nec suo nixu studiis insistent pueri, sed in sublime etiam currit, et ad summum peruenit non nixu, 105

sed impetu Quint. 8, 4, 9. Formandos se tantummodo praestant. Idem 1, 12, 1. Magno nixu aggredi aliquem Virg. Aen. 3, 37. Cic. de Natur. Deor. 2, 117 In aëre autem Astra voluntur, quae se et nixu suo conglobata continent, et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant. Nisum de animo, Nixum de corpore dicendum, nonnulli volunt: sed hoc discrimen saepe negligitur. Vid. Drakenb. ad Sil. 2, 123. De permutatione vocum Nixus et Nexus in MSS. vid. NEXVS.

NIXVRIO, ii, ire. [παρασῶ] Niti velle, seu cupere, aut conari facere. Nigridius, Nixurit qui niti vult, et in conatu saepius aliqua re repellitur. apud Non. 2, 58.

NIXOR, ātus sum, āri. Idem quod Nitor. Lucret. 4, 509 Fundamenta, quibus nixatur vita, salusque. vid. Nictor, āri, ex Lucret. 6, 836.

NIXANS, antis. Part. Lucret. 3, 1014 Hoc est aduerso nixantem trudere monte Saxum.

NITIBVNDVS, a, um. Adi. [πρωόμενος] Gell. 1, 11 Sed enim Achaos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum tibiatarumque concentu, verum conspiratu tacito nitibundos.

NIXE. Adu. in Gloss. Isidor. explicatur per Munite.

NITOR, ōris. Vid. NITEO.

NITRITES Nomos. [Νιτριαιτιδες νομος Straboni] Praefectura est in ea parte Aegypti, quae est supra Memphim, nomen habetis a duabus nitriariis, quae plurimum ferunt nitri. Vid. Plin. 4, 9. et Strab. lib. 16.

NITRVM, i. n. [νιτρον] Salis genus, quod hodie vulgo Sal petrae vocant, quamquam ab eo diuersum esse, Plinianae observationes docent 31, 10 f. 46 Non est differenda nitri natura, non multum a sale distans, et eo diligentius dicenda, quia palam est, et medicos, qui de eo scripsere, ignorasse naturam, nec quemquam Theophrasto diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos canescentibus siccitate conuallibus, quod vocant halmyrhaga. Minus etiam in Thracia iuxta Philippos, fordidum terra, quod appellant agrium. Nam quercu cremata nunquam multum factitatum est, et iam pridem in totum omissum. Aquae vero nitrosae pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi.

Optimum copiosumque in Litis Macedoniae, quod vocant Chalastricum, candidum, purumque proximum sali. Lacus est nitrosus — ibi nitrum innat — si fuere imbres falsius nitrum faciunt — Et hoc quidem nascitur. In Aegypto autem conficitur — paene eodem modo quo sal, nisi quod salinis mare infundunt, Nilum autem nitriariis. Hae cedente Nilo madent succo nitri, — statimque ut densari est coeptum rapitur, ne resoluatur, in nitriariis — Multis interiectis, Nitri probatio, ut sit tenuissimum, et quam maxime spongiosum fistulosumque. Adulteratur in Aegypto calce, etc. Sunt enim nimis multa, sed lectu digna. Alexandrinum Veget. Mulom. 2, 28, 2. Decoctum

nitrum Scribon. 243. Radens tubera Ouid. de Medicam. faciei 85. Rubentis nitri spuma Idem ibid. 73. Rubrum nitrum Scribon. 216. Similis nitri 191.

NITROSVS, a, um. Adi. [νιτροδης] Quod nitrum habet, vel nitri suporem. Plin. 31, 10 Aquae vero nitrosae pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi. Et paullo post, Lacus est nitrosus, exiliente e medio dulci fonticulo. Fontes nitrosi Plin. 12, 14. Nitrosus locus Idem 20, 19. Add. Vitruu. 8, 12.

NITRARIA, ae. f. [νιτρορυχθον] Locus, ubi nitrum fit, vel invenitur. Plin. 31, 10 Sunt ibi nitriariae, in quibus et rufum exit a colore terrae. Sic ibidem frequenter.

NITRATVS, a, um. Adi. [νιτρον] Cui nitrum admistum est. Martial. 13, 17 Ne tibi pallentes moueant fastidia caules, Nitrata viridis brassica fiat aqua. Quod propterea dixit Poeta, quia constat, olea nitro fieri viridiora, ut tradit Plin. 31, 10. i. virorem suum naturalem seruant, uti ruborem carnes. Conf. Columel. 11, 3, 23. Pallad. Febr. 24, 6.

NITRION, i. n. Herba, Daphnoides. Apul. de Herb. c. 58.

## N I V

NIVALIS, NIVARIVS, NIVATVS, NIVEVS, NIVOSVS, vid. NIX.

NIVARIA, Insula vna ex Fortunatis, a perpetua niue cognominata Plin. 6, 32.

NIVEO, ēre. Verbum vetus aiunt, cuius Participio vsus sit Petronius c. 115 Niuentibus oculis maris fidem inspicere. Sed al. Vuentibus, quod probat Burm. Niuerere, si verum sit, simplex fuerit, unde Conniueo.

## N I X

NIX, niuis. f. [χιων, νιψας, νιφερως] quasi Ninx, a ningo, pluvia tenuis in floccos glaciata. Charisius 1 p. 71 Nix contra rationem niuis facit, licet veteres ninguis declinauerunt, e quibus est Lucilius. Plin. 17, 2 Alioqui vota arborum communia sunt frugumque, niues diutinas sedere. Causa, non solum quia animam terrae euanescentem exhalatione, includunt et comprimunt, retroque agunt in vires frugum atque radices: verum quod et liquorem sensim praebent, purum praeterea leuissimumque, quando nix, aquarum caelestium spuma est. Virgil. Ecl. 10, 23 Perque niues alium, perque horrida castra sequuta est.

Color niuis Ouid. Met. 2, 852. Niue candidiores equi Id. ibid. 8, 373. Candida niue Thrace Horat. Carm. 3, 25, 11. Pruina et nix Cic. in Catil. 2, 23 c. 10. Alta nix iacet Virg. Georg. 1, 310. Altae niues Curt. 7, 3, 11. Cana Hor. Serm. 2, 5, 41. Concreti acri pruina Lucret. 3, 20. Conspicuae Taygeti Senec. Thyeste 2.

Cumulata vento nix Curt. 5, 4, 18. Discussa Valer. Argon. 5, 174. Curt. 7, 3, 10. Duratae Horat. Carm. 3, 24, 39. Gelidae Ouid. Fast. 1, 680. Glebulae niuis deuoratae Scribon. 199. Glomeratae turbine Sil. 3, 523. Hyberna niue turgidi fluminis Horat. Carm. 4, 12, 4. Horrifera Valer. Argon. 5, 306. Iactata Ouid. Trist. 1, 10, 11. Madens sole Idem Ep. 13, 52. Purae Idem ibid. 16, 249. Rotatae Ouid. Met. 9, 221. Solutae Idem Amor. 3, 6, 93. Verna Idem Trist. 3, 2, 20. Concreuit niue pruinaque aqua admisto calore Cic. de Nat. Deor. 2, 26. Conteret ille niues congestas Ouid. Amor. 1, 9, 12. Diffugere niues Hor. Carm. 4, 7, 1. Eluctor niues Tac. Hist. 3, 59. Fundunt tela vndique ritu niuis Virg. Aen. 11, 611. Glaciat Iuppiter positas niues Horat. Carm. 3, 10, 7. Indurat boreas niues Ouid. Met. 6, 692. Madescunt perfusae niues imbre Senec. Hippol. 4. Mollit Auster niuem Ouid. ex Pont. 2, 3, 89. Obrutus niuibus Liu. 5, 2. vid. OBRVO. Pruinas ac niues Perferre

Cicero in Catil. 2 c. 10. Tegit humeros infusa nix Virg. Aen. 4, 250. Cic.

Cic. Quint. Frat. 2, 2 Risi niuem atram, teque hilari animo esse, et prompto ad iocandum valde me iuuat. Nigram niuem Anaxagoras dixit esse Cic. Acad. 4, 72. Ipsam niuem vetustate rubescere, ait Plin. 11, 35. *Conf. Bawholin. de niuis usu, p. 24. De niue refrigerando potui adbibita, vid. Burm. ad Petron. c. 31. et mox NIVARIUS, NIVATVS. Capitis niues, Capilli cani Hor. Carm. 3, 12, 12. Conf. Quinct. 8, 6, 17. et Voss. Inst. Or. 4, 6, 7.*

NIVĀLIS, e. Adj. [νιφός] Niue plenus, niui similis, etc. Aemonia niualis Hor. Carm. 1, 37, 19. Aurae niuales Id. Ep. 1, 11, 18. Caelum niuale, pro Pluuioso: quod saepe niues, et frigidam aeris temperiem inducit, Columel. 3, 1 in fine Legitur et Glaciale. Candor niualis Virg. Aen. 3, 538. Compede vincētus niuali Hebrus Hor. Ep. 1, 3, 3 Conglaciatus. Dies niualis, In qua nix plurima e caelo delabitur Liu. 21, 54. Sen. Nat. Quaest. 4, 4. Gelu Senec. Medea 1, 9. Glacies Claud. de Rapt. Proserp. 1, 70. Loca niualia, Vbi nix abundat, Plin. 26, 8 Nascitur in petrosis, apricis, et iisdem niualibus. Osculum niuale, per translationem, pro Frigido, Martial. 7, 95. Tumulus niualis Cic. de Diuin. 1, 18. Ex quodam Poeta. Vasa niualia (alii legunt Naualia) Vlp. in l. Quum aurum. §. argento facto D. de aur. et arg. leg. Venti Virg. Georg. 3, 318. Vndae niuales, Quae ex niuibus defluunt Martial. 14, 118.

NIVARIUS, a, um. Adj. [χιονικός] Martial. 14, 103. de Colo niuario, Setinos moneo, nostra niue frange trientes: Pauperiore mero tingere lina potes. h. e. Cola vinum Setinum, quo nullum est praestantius, per nostram niuem. Vinum autem vilius potes colare per saccos linteos. Baysius, Colum niuarium, vas quo aqua ex niuibus colari solebat. Nos hodie colo vitimur ad lac colandum, et est vas ligneum, quod fundum linteum habet ei annexum. Haectenus Baysius, vid. SACCVS. Lagena Mart. 14, 116 lemm. Plin. 24, 1 Qua de causa et in saccos niuarios additur polenta. Vetus codex habet Vinarios. Baysius, Vtebantur Romani et sacco niuario, quo liquidius merum putarent, et erat lineus. Martial. 14, 104. vid. SACCVS. Colum niuarium Pompon. in l. In argento D. de auro, argento, mundo, ornamen. etc.

NIVATVS, a, um. Adj. [χιονωτός] Quod est niue refrigeratum. Suet. Neron. c. 27 Refotus saepius calidis piscinis, ac tempore aestiuo niuatis. Petron. c. 31 Aqua niuata. Sen. Nat. Quaest. 4, 13 Niuaetae potiones. NIVEO, ēre. et NIVESCO, ēre. Tertull. de Pall. c. 3 Lauacro niuescunt. Niuit pro Ningit ex Pacuio apud Non. 10, 23. NIVEVS, a, um. Adj. [χιονόχρεος] Quod est ex Niue, vel Niui st. 40 milis. vt, Massa niuea. Aggeribus niueis informis iacet terra Virg. Georg. 3, 354. Liquor niueus Cic. de Diuin. 1, 13. Ex quodam Poeta. Lux Tibul. 3, 3, 25. Niueus, pro Candido aliquando ponitur. Adonis niueus, vid. ADONIS. Bos Ouid. Fast. 4, 826. Candor Auctor ad Herenn. 4, 45. Color Horat. Carm. 2, 43, 3. Columbae Ouid. Met. 13, 674. Dens Id. Epist. 18, 18. Ebur Id. Met. 10, 247. Equi Idem Amor. 2, 1, 24. Iuuenus Virg. Ecl. 6, 46. Lacerti Idem Aen. 8, 387. Lapilli Hor. Serm. 1, 2, 80. Latus Virg. Ecl. 6, 54. Ligustrum Ouid. Met. 13, 789. Os Idem Ep. 20, 120. Pecus Virg. Ecl. 2, 20. Poma Ouid. Met. 4, 89. Toga Martial. 50, 4, 34. Vestis Ouid. Met. 10, 432. Vittā Virg. Georg. 3, 487. Vniis niueis reducem complectitur Claud. in Eutrop. 2, 187.

NIVĪFER, ēra, ērum Niuiserae valles Saluan. 6, 196.

NIVŌSVS, a, um. Adj. [χιονώδης] Quod niuibus abundat. Columel. 2, 9 Ea locis praegelidis ac niuosis, vbi aestas est humida, et sine vaporibus recte committitur. Liu. 21, 58 Et mox aqua levata vento, quum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum niuosae grandinis deiecit, vt omnibus omisissis procumberent homines. Hiemis niuosa Liu. 5, 13. Plagae Claud. de Bell. Get. 134. Scythia Ouid. Epist. 12, 29. Sidus Stat. Silu. 1, 3, 95.

NIXII Dii, erant Nixium in puerperio adiutores. Festus, Nixii dii appellantur, tria signa in Capitolio ante cellam Minervae genibus nixa, velut praesidentes parientium nixibus. Ex quo loco, ope veterum librorum, restituit Turnebus apud Ouid. Met. 9, 294 Tendensque ad caelum brachia, magno Lucinam, nixusque pares clamore vocabam. pro quo editum est, Lucinam ad partus nexos. Nixus enim pares partui inuocasse videtur, vel Nixios deos implorans, vel ab eis nixus ad puerperium precibus petens. Haec ille. Conf. Dempster. in Rosin. p. 336.

NIXVRO, NIXVS, vid. NITOR, niteris. NIXVS, i. m. [Ἐγγύρασις] Sidus caeleste. Cic. in Arato 400 70 — ille vagans vulgato nomine Nixus. Ibid. 460

Hic ille exoritur conuerso corpore Nixus, Aluum, crura, humeros, simul et praecordia lustrans, Et dextrae radios laeto cum lumine iactans. Add. Auien. in Arat. v. 1207 et 1222. Al. Nifus, vid. supra.

## N O

NO, nauis, nāre. [ναλιζω, νήχομαι] Proprius est piscium motus: deinde ad alia corpora viuā et inanimata refertur, quae aqua sustinentur. Hinc Nauis quoque dicta. Nare contra aquam Plin. 9, 17. Aues etiam aquatiles nare dicuntur. Cic. de Finib. 5, 44 Nare anaticulas, euolare merulas. Carinae nant fretō Ouid. Met. 8, 104. Linter nat liquida aqua Tibul. 1, 5, 76. Sine cortice Hor. Serm. 1, 4, 120. Lupus nat inter oues Ouid. Met. 1, 304. Oculi nant Lucret. 3, 479. i. Connuent. Catull. 67, 46 Per medium classis barbara nauit Athon. Ars nandi Ouid. Trist. 2, 486. Tu viribus vtēre nando Idem Met. 9, 110.

NANS, nantis. Partic. [ναλιζων] Cic. Tusc. 5, 38 Nanque alias bestias nantes aquarum incolas esse voluit. Apparent rari nantes in gurgite vasto Virg. Aen. 1, 122. Protendere manum nanti Lucan. ad Pison. 241. Nantium greges Apul. de Mundo p. 70. it. Colum. 8, 14, 1 de anseribus. Idem 6, 7, 1 Ventris quoque et intestinorum dolor (in hubus) sedatur visu nantium, et maxime anatis, quam si conspexerit cui intestinum dolet, celeriter tormento liberatur, etc. Volucres nantes Columel. 2, 15, 1. Conf. Virg. Georg. 1, 369.

NATIŌ, ōnis. f. Nandi actio, Natatio. Sibi igitur habeant — sibi nationes et cursus Cic. de Sen. 58 c. 16. Sunt tamen qui legant Natationes.

NATO, āre. Frequent. [νήχομαι, νέω] Martial. 4, 30 Sacris piscibus hae natantur vndae. Passuum hic est. Aquae natantur multo pisce Ouid. de Arte Am. 1, 48. Aquas natare Martial. 14, 96. Arma naufraga natant Lucan. 4, 87. Campi natare dicuntur, Qui sunt aqua superfusi Lucret. 6, 266. Vid. Drakenb. ad Sil. 4, 162. Vid. mox Limina et Pauimenta. Carina natat Virg. Aen. 4, 398. Ipsa

suas melius Charta natabit aquas Martial. 14, 196. Damae natarunt  
 aequore Hor. Carm. 1, 2, 11. Limina natant aspersa fanic Virg.  
 Aen. 3, 625. Pauimenta natabant vino, madebant parietes Cic. Phi-  
 lipp. 2, 105 c. 41. Non Strymonis impia tanto Stagna cruore natant  
 5 Stat. Theb. 9, 437. Tenebrae ante oculos Ouid. Met. 12, 136.  
 Vnda natarur piscibus Idem Trist. 5, 2, 25. Conf. Martial. 4, 30.  
 ¶ 2 Natate, per translationem, Vltra ire vel serpere. Columel. de Ar-  
 boribus c. 6 Alioquin etiam nouella vinea, quae ex refectione enata  
 fuerit, vim inutilem habebit, summa parte natanibus radicibus. In-  
 10 primis ad volatum ouium transfertur: vid. Drakenb. ad Sil. 12, 98. Pes  
 laxo natet altus in Cothurno Sidon. Epist. 8, 11. Ouid. de Arte Am.  
 1, 516 Nec vagus in laxo pes tibi pelle natet. Natate, Trepidare.  
 Ouid. Fast. 6, 673 Nox erat, et vinis oculique animique natabant.  
 Qualis inaequatum si quando onus vrget vtrinque, instabilis natat al-  
 15 terno depressior orbe Tibull. ad Messal. v. 44 de Libra. Crura apta  
 natando Ouid. Met. 15, 376. Natate, Inconstantem esse. Cic. de  
 Nat. Deor. 3, 62 c. 24 Quoniam Neptunum a nando appellatum putas,  
 nullum erit nomen, quod non vna litera possis explicare vnde ductum  
 sit; in quo quidem magis tu mihi natate visus es, quam ipse Neptu-  
 20 nus. Sic etiam exponit Acron Hor. Serm. 2, 7, 7  
 Pars hominum vitiiis gaudet constanter, et vrget  
 Propositum: pars multa natat, modo recta capeffens,  
 Interdum vitiiis obnoxia.

Natatum, Supinum. Baias venire ploratum potius quam natatum Cic.  
 25 Fam. 9, 2.  
 NATANS, antis. Partic. [νηχόμενος] Pecudes natantes Lucret.  
 2, 342. Monstra Hor. Carm. 1, 3, 18 beluae maris. Naufragus  
 Cic. de Inu. 2 c. 51. Campi Virgil. Georg. 3, 198. Grandiores enim  
 segetes vento agitatae, ita iactantur, vt aliquam natantis speciem praebeant.  
 30 Campi natantes, translate pro Mari Lucret. 6, 1140 Aëra perimensus  
 multum, camposque natantes. Add. 5, 489. Crura Nemesian. Cy-  
 neg. v. 170. i. vacillantia. Virg. Aen. 5, 856  
 Ecce deus ramum lethaeo rore madentem,  
 Vique soporatum Stygia, super vtraque quassat  
 35 Tempora: cunctantique natantia lumina soluit. h. e. Erran-  
 tia somni vicinitate. Seruius. Idem Georg. 4, 496 Fata vocant, con-  
 ditque natantia Lumina somnus. Oculi natantes sub atra nocte O-  
 vid. Met. 5, 71.

NATATYRVS, a, um. Part. [νηχόμενος] Ouid. Epist. 18, 212.  
 40 NATATVS, us. m. [νήχιος] Claud. de Rapt. Proserp. 3, 333 Pul-  
 chroque fecat Galatea natatu. Idem Conf. Honor. 4, 347. Segnis  
 natatus Claud. de Torpedine 3. Anguillas, piscesque fluuiales mitti  
 in his piscique conueniet, vt horum natatu aqua flans agiliter cur-  
 rentis imitetur Pallad. 1, 17. Plural. Stat. Silu. 1, 5, 25 Quas  
 45 praeceps Anien atque exceptura natatus Virgo iuuat. Prudent. Ca-  
 them. 5, 143 Languidulis fora natatibus. Add. Rutil. 1, 247.

NATATIO, ōnis. f. Cels. 3, 24 Si aestas est, frigidis natatio-  
 nibus vtendum. Idem 4, 7, 4. et Cic. de Senect. 58 c. 16 vbi alii leg.  
 nationes.

50 NATATOR, ōris. m. [καλυμβητής] Qui natat. Ouid. de Rem.  
 Amor. 122 Pugnatis in aduersas ire natator aquas.

NATATILIS, e. Adi. [νηκτικός] Quod natat, vel natate potest.  
 Tertull. adu. Hermog. c. 33. Prudent. in Rom. 352 Feras, volucres, re-  
 ptiles, natatiles.

55 NATATILE, is. n. [νηκτικόν] Locus, vbi natant pisces, aut  
 anates, et similia. Varr. de R. R. 3, 5 Et natatilia sunt excauata anatum  
 stabula. Vetus exemplar habet Naualia.

NATATORIA, ae. f. Piscina. Sidon. Epist. 2, 2 Per exteriora  
 natatoriae latera. Ambros. de iis, qui myst. init. c. 4. Interpr. Vulg.  
 60 Ioh. 9, 7 et II. coll. c. 5, 4 et 7.

NATATVRA, ae. f. Gloss. Cyrill. καλυμβήτρα.

NATABILIS, e. Adi. Quod natate potest. Corip. 4, 43 Ce-  
 drus olens, solidum nunquamque natabile robur, propter grauitatem.

NATABVLA, orum. n. [τὰ νηχία] dicuntur Natationes, hoc est piscinae  
 55 natatoriae. Apul. Florid. 3 pr. Persiaca aquae gratissima prorsus et  
 fanis natabula, et agris medicabula. Natabula, τὰ νηχία Onomast.  
 Vet.

N O A

0 NOA, ae. f. Syenitarum oppidum est ad Nilum fluuium, teste Plin.  
 6, 29.

N O B

NŌBĪLIS, e. Adi. [ἐνγενής, διαγενής, δικάσιμος, γνώριμος, ἐνγύνηος]  
 75 Quasi Noscibilis, a Nosco: pro Noto accipitur. Virg. Aen. 7, 564 Est  
 locus Italiae medio sub montibus altis Nobilis. Plaut. Pseud. 4, 7, 10  
 Cum iis mihi nec locus, nec sermo conuenit, iis nunquam nobilis fui.  
 i. Cognitus. Nam (figurae) secretae, et extra vulgarem vsu posita  
 ideoque magis nobiles, vt nouitate aurem excitant, ita copia faciant  
 0 Quinctil. 9, 3, 5. Rem sibi non nobilem, pro Ignoram dixisse Apu-  
 leium notat I. Meller. Palmer. Spicileg. p. 30. Differentia tamen est inter  
 Nobilem et Notum, vt patet ex Varrone de R. R. 3, 1, 8 Haec (pa-  
 risio agrestis) nota et nobilis — Altera (villatica) quod humilis vi-  
 detur — neque explicata ab vllo. Add. Senec. de Benef. 3, 18.

85 ¶ 2 Nobilis, Dignus, et excellens in quacunq; re, siue bona, siue mala.  
 De bona, vt quum ad generis nobilitatem refertur. Sallust. in Catil. 5 pr.  
 Nobili genere natus. Cic. Verr. 5, 179 Nobili loco natus. Nobi-  
 lis superare pugnis, Phrasis est mere Graeca. Dicunt enim, δανός λέγων,  
 90 ἰκανός παιών. Horat. Carm. 1, 12, 27 Hunc equis, illum superare pu-  
 gnis, Nobilem, etc. De Castore et Polluce. Frequens est Horatius hoc  
 loquendi genere, de quo vide Lambinum. Cic. pro Flacc. 52 Caeteri  
 homines apud nos noti, inter suos nobiles? Idem pro Cael. 31 Res  
 est omnis in hac causa nobis Iudices cum Clodia muliere non solum no-  
 bili, sed etiam nota. Nobilior animo quam gente Patere. 2, 112, 2.

95 Quod optimum est nobilissimum Ibid. 128, 2. Adolescens Ter.  
 Eun. 1, 2, 124. Animus nobilis Seneca Hippol. 4. Acies nobi-  
 lior, vid. ACIES. Bellum Hor. de Arte Poët. 137. Canace nobi-  
 bilis est fratris amore sui Ouid. Trist. 2, 384. Plin. 5, 25 Palmyra  
 vrbs nobilis situ. Corinthus aere nobilis Ouid. Met. 6, 416. Diem  
 0 hunc faciam nobilem Senec. Herc. Oet. 11. Emplastrum nobile ad  
 extrahendum Cels. 5, 18. Equi Ouid. Amor. 3, 2, 1. Facinus  
 nobile, et multis locis saepe commemoratum Cic. Verr. 2, 182. Fa-  
 ctum Sil. 3, 356. Ferae Claud. Conf. Stil. 2, 239. Flumen Ouid.  
 Amor. 3, 6, 89. Fontes Hor. Carm. 3, 13, 13. Forma Senec.  
 5 Hippol. 6. Fundi tres nobilissimi Cic. pro Rosc. Amer. 98. Ge-  
 nere

nere natus Sallust. Catil. c. 5. Homines nobiles, quibus opponuntur Noui, sunt ii, quorum maiores in magistratibus et honoribus Populi Rom. versati sunt, quorumque adeo imagines ipsi habere licet, et in atris suis proponere, atque ducere in funeribus. Vid. IMAGO. Liu. 22, 34 Id fedus inter omnes nobiles ictum: nec finem ante belli habituros, quam consulem vere plebeium, id est, hominem nouum fecissent: nam plebeios nobiles iam eisdem initiatos esse sacris, et contemnere plebem, ex quo contemni a patribus desierint, coepisse. Liu. 9, 26 Postulabantur ergo nobiles homines: appellantisque Tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur. Inde nobilitas, nec ii modo, in quos crimen intendebatur, sed vniuersi simul negare nobilium id crimen esse, quibus, si nulla obstetur fraude, pateat via ad honorem, sed hominum nouorum, etc. Homo nobilissimus Pericles Cic. Verr. 1, 285. Idem Fam. 1, 7 In te homine omnium nobilissimo similia inuidorum vitia perspexi. Illius aetatis nobilissimus et clarissimus philosophus Cic. de Orat. 2, 155. Inimicitiae nobilissimae Liu. 39, 4. *i. Notissimae. vid. h. l. Gronou.* Lethum Catonis Hor. Carm. 1, 12, 36. Municipium illustre et nobile Cic. Verr. 5, 39. Nomen nobile bello Liu. 31, 18. Numen Ouid. ad Liuiam 410. Al. Lumen. Opus Ouid. Trist. 1, 9, 30. Cic. de Clar. Orat. 122 Sunt et aliae, et pro Seruio Fuluio de incestu nobilis oratio. Par fratrum Hor. Serin. 2, 3, 243. Pectus Ouid. ex Pont. 3, 3, 99. Puer et nobilis, et decens Hor. Carm. 4, 1, 13. Pugna nobilis Liu. 23, 41. Claud. de equo Honorii Nobilis auratos iam Purpura vestiat, armos. Rhetor magnus et nobilis Isocrates Cic. de Inuent. 2, 7 c. 2. Scriptorum nobilium auditor Hor. Epist. 1, 20, 39. Taurus ille nobilis, quem Phalaris habuisse dicitur Cic. Verr. 6, (4) 73 c. 33. Thucydides honoratus et nobilis Idem in Orat. 32. Virgo in omne aeuum Hor. Carm. 3, 11, 36. Insignes genere nequaquam sunt tam, quam vitii nobiles Quint. Cic. de Petir. Conf. 10. Nobilis et clarus origine Ouid. Epist. 10, 147. Ortu Sil. 1, 77. Sanguine matris Ouid. Fast. 1, 472. Iuuenem nobilium cliens Hor. Carm. 4, 12, 15. Nobilis ad, hoc est utilis per excellentiam quod dicitur. Plin. 1, 37 Vitulis quidem marinis ad multa quoque nobile fel. Praeclari et nobiles in philosophia Cicero de Orat. 1, 46. Ex doctrina nobilis et clarus Demetrius Idem pro Rabir. Post. 23. Nobilis, in malam partem. Plaut. Rud. 3, 2, 5 Qui se scelere fieri nolunt nobiles. *b. e. Insignes, et digitis monstrandos.* Cic. Verr. 4, (2) 82 c. 34 pr. Accipite nunc aliud eius facinus nobile, et multis locis saepe commemoratum. Nobile scortum Liu. 39, 9. Nobilis, substantiue de eo, qui nobili, seu claro genere ortus est. Liu. 22, 58 Mithus cum his Carthalo, nobilis Carthaginensis. Plin. Epist. 5, 17 Mireque cupio, ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum, nisi imagines habeant. De nobilibus inter Romanos, vid. Manut. ad Cic. Fam. 1, 7. Nobilior cognomen Fuluii gentis. Nobilissimi Caesares dicti Imperatorum filii. Vid. Spanh. de Num. diff. 12. et Lindenbrog. ad Ammian. p. 5. Zosim. 2, 39. Antiquis temporibus etiam Gnobilis scribebatur: vid. Fests. in Nobilis.

**NOBILITAS**, ātis. f. [*εὐγένεια, γένεα, τὸ εὐγενές*] Generis, vel alterius rei excellentia et dignitas. Iuuen. Sat. 8, 20 Nobilitas sola est atque vnica virtus. Cic. pro Sext. 21 Alter multos plane in omnes partes fefellit; erat enim hominum opinioni nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus, etc. Altae nobilitatis iudicium sunt mores Ouid. ex Pont. 3, 2, 104. Clara, vid. CLARVS. Ingenitae honos Lucan. ad Pison. 92. Conf. Tacit. Ann. 1, 29. Maxima ingeminata Ouid. ex Pont. 4, 16, 44. Liu. 1, 34 In nouo populo, vbi omnis Repentina atque ex virtute nobilitas sit. Nobilitas in animo Ouid. Met. 7, 44. Fautor nobilitatis Roscius Cic. pro Rosc. Amer. 16. Facies non impar nobilitate Ouid. Fast. 4, 306. Census maior nobilitate Idem Met. 9, 671. Potens Idem ibid. 13, 22. Genere ac nobilitate, suae ciuitatis facile primus Cicero pro Rosc. Amer. 15 c. 6. Contendere nobilitate Lucret. 2, 11. Exuperas genus morum nobilitate Ouid. Trist. 4, 4, 2. Geminas genus animi nobilitate Idem ex Pont. 1, 2, 2. Praestantes nobilitate familiae Cic. de Diuin. 1, 91 c. 41. Respondisse nobilitati, pulchrum erit Quinct. 3, 7. Superare aliquem nobilitate Ouid. ex Pont. 3, 2, 56. Nobilitas, pro fama et nominis celebritate. Cic. pro Arch. 26 In eo ipso in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se ac nominari volunt. Domus non minor nobilitate vilius Ouid. Trist. 2, 112. Eloquio inest nobilitas Idem ex Pont. 2, 5, 56. Florebat nobilitate discipulorum Isocrates Cic. de Orat. 3, 139. Plin. 14, 15 Postea ergo alia omnia in nobilitatem venerunt. *de vinis.* Columbarum nobilitas Plin. 10, 37. Nobilitas, pro Nobilibus. Liu. 26, 12 pr. Deseruerat senatum nobilitas. Tac. Ann. 12, 20, 1 Claudius quanquam nobilitatibus externis mitis, dubitauit tamen accipere captiuum, etc. *i. Externis, qui nobili genere orti sunt.* Vid. Tiraquell. de Nobilitate. Titulus honoris. Apologos ad Nobilitatem tuam misi Aufon. Ep. 16 ad Probum Praef. Praet.

**NOBILITER**, Adu. [*δυναμίως*] Insigniter et decore. Plin. 34, 8 Possidonium qui et argentum caelauit nobiliter. Vitruu. Praef. 7 Aedem Iouis Olympii cuius Romanus Cossatius nobiliter architectatus. Val. Max. 3, 7 extr. Nobiliter Spartianus increpitus a quodam, quod in aciem claudus descenderet, pugnare, non fugere propositum sibi esse respondit. Compar. Sidon. Epist. 9, 9 Nobilium philosophari. Conf. Aufon. Eid. 10, 357. Superl. Epit. Liu. 54 Viriatus ab exercitu suo comploratus ac nobilissime tumultus. Conf. Quinct. 12.

**NOBILITATE**, āre. [*λαμπρότης*] Nobilem facere. Laudatur, non bona, puto, fide, Apul. Quem non excellentia generis, sed mores, virtutesque nobilitarunt. Cic. Tusc. 1, 34 c. 15 Quid Poetae, nonne post mortem nobilitari volunt? Apul. Apol. p. 440 Floridi, Home-rici versus, quibus ille Cretam insulam nobilitat. Flagitiis aliquem Ter. Eun. 5, 7, 20. Vestigiis rerum gestarum nobilitati loci Cic. in Partit. 36 c. 10.

**NOBILITATVS**, a, um. Partic. [*λαμπρότης*] Cic. Off. 2, 26 c. 7 Testis est Phalaris, cuius est praeter caeteros nobilitata crudelitas. Adulterio nobilitatus Plin. 29, 1. Labores clari et nobilitati Cic. Tusc. 2, 62. Lacinia templo nobilitata deae Ouid. Met. 15, 701. Marmore nobilitatus Praxiteles Plin. 7, 38. Obsidio nobilitata periculo regis Curt. 4, 6, 30. Spatia Academiae nobilitata Cic. de Finib. 5, 1. Virtus Lacedaemoniorum spectata et nobilitata Idem pro Flacc. 62. Nobilitati Lamprid. Heliog. c. 4 speciali significatione vocantur consulares, quibus opponuntur Innobilitati.

*inferre.* Cic. Off. 3, 23 c. 5 Eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa nocere alteri. Plaut. Mil. 5, 18 Iura, te nociturum esse homini nunc hac de re nemini. *Quidam MSS.* hominem — neminem. Liu. 9, 10 *extr.* Quandoquidem hinc homines iniussu  
 5 Pop. Rom. Quiritium fedus ictum iri sponponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt. Cic. Att. 12, 46 De quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris loquutus. Credulitas nunc mihi nostra nocet Ouid. Amor. 3, 12, 44. Culpā duobus nocuit sua Idem Met. 15, 115. Indulgentia nocet nobis Idem Amor. 2, 19, 35. Virtus temeraria  
 10 nocuit Ancaeo Idem Met. 8, 407. Vis morbi nocuit tibi Idem Amor. 1, 14, 41. Umbræ nocent frugibus Virg. Ecl. 10, 76. Voluptas nocet emta dolore Hor. Epist. 1, 2, 55. Vis magna nocendi Ouid. Met. 5, 257. Noxis, *Præteritum antiquum, pro Nocueris.* *Videntur enim veteres Latini in imminutione Præteritorum tenues in duplices mutare soliti esse, ut capsis, pro ceperis: præcepssis, pro præceperis.* Lucilius: Inguen ne existat, papulæ, tama, ne boa noxit. *Eo autem in versu, quod oscitanter non fuit prætereundum, videtur Lucilius inguen pro inguinis tumore posuisse, qui βουβων et a Graecis dicitur.* Turneb. 15, 15. *Passue.* Apul. Met. 1 p. 106,  
 20 24 Quæ cum subinde ac multi nocerentur, i. laederentur. Sed NOCĒTVR, impersonale; [βλάπτου] Cic. Verr. 2, 96 Confirmat his, curaturum se esse, ne quid ei per filium suum noceretur. Vlp. in l. 1 post princip. D. de his, qui deiec. vel effud. Si nocitum ei esse dicitur Caesar Bell. Gall. 5, 38 Ipsi vero nihil nocitum iri. Ut  
 25 in agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur Idem 5, 19. *Conf. Borrich. Cogit. p. 177.*  
 NOCENS, entis. Part. *es saepe Adiectivum.* [δηλήμων, κακοποιός] Cic. Off. 2, 51 Ita habendum est religioni, nocentem aliquando et nefarium impiumque defendere. Allium nocentius cicutis Horat. E.  
 30 pod. 3, 3. Anima nostra nocens est Ouid. Met. 4, 110. i. ego peccaui. Arma Stat. Silu. 1, 5, 8. Aurum nocentius ferro Ouid. Met. 1, 141. Eloquium Idem Amor. 1, 8, 20. Ferrum Idem Met. 1, 141. Herbae Hor. Serm. 1, 8, 22. Homo nocentissimus Cic. Verr. 2 c. 16. Lingua Propert. 2, 28, 14. Mores nocentissimi Quinct. 2, 15 *sub fin.*  
 35 Tela Ouid. Fast. 4, 925. Cic. Verr. Act. 1, 41 Se avarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ Victoriæ non posse. Virus Ouid. Met. 2, 800. Vita turpis et nocens; cui opponitur Honestissime et laudatissime acta vita Pseudo-Cicero anteq. iret in exil. 6. Cic. Philipp. 5, 36 Nec ante turpes iudices quaesiti, quam honestis iudicibus nocentium salus desperata est. Nocenti reo Idem Verr.  
 40 Act. 1, 52 c. 17. Nulli nocentiores habentur, quam qui sunt ex omnibus innocentes Lactant. 5, 9. Iisdem quibus antea cautibus innocentissimus quisque tunc nocentissimus affigebatur Plin. Paneg. c. 35.  
 NOCITVRVS, a, um. Part. [δηλήμων] Declinare quæ nocitura videantur Cic. Off. 1 t. 4. Lucan. 3, 621 Insiluit solo nociturus pondere puppim. Fraus nocitura natis Hor. Carm. 1, 28, 30. Munera Ouid. Met. 11, 104. Pocula Propert. 2, 1, 52.  
 NOCENTER. Adu. [βλαβόντως] Columel. 8, 2 Robusta crura, nec longa, sed infestis velut sudibus nocenter armata. *De Gallis, i. Quibus noceant.*  
 50 NOCENTIA, æ. f. Tertull. Apol. c. 40 Nocentiae iudex et exactor. Idem aduers. Marc. 2, 13.  
 NOCĪTVS, a, um. Part. Vet. Interp. Iren. 5, 7 Neque nociti sunt aliquid, neque odor ignis inuentus est in eis.  
 55 NOCIBILIS, e. Adi. Gloss. Gr. Lat. βλαβίος, detrimentabilis, nocibilis.  
 NOCĪVVS, a, um. Adi. *Nocens, Noxius.* Plin. 20, 2 Item millepedae, sepa Graeci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipue nociuam. Nocium periculum Phaedr. 1, 30, 3.  
 60 NOCVVS, a, um. Adi. [βλαβός, τριβλαβός] *Quod nocet.* Cic. de Legib. 3, 6 c. 3 Magistratus nec obedientem, et nocuum ciuem multa, vinculis, verberibusque coercendo. *Correctiora exemplaria legunt Nocium.* Eugen. Toletan. Carm. 20 Frugi nocuas, frondique locustas.  
 NOCVMEN, inis; et NOCVMENTVM, i. n. *Affertur ex*  
 65 *Quintiliano prouerbium, quæ nocumenta, documenta: verum in illo quidem nihil dum eius inueniri potuit.*  
 NOCTESCO, NOCTV, etc. *Vid. NOX.*  
 NOCTVA, æ. f. [γλαυξ, νυκτιμένη] *Auis, a tempore noctis dicta, quo canit et volat.* Cerebellum noctuae Scribon. 43. Plin. 10, 17 Noctuarum contra aues solers dimicatio, maiore circumdatae multitudine, resupinae pedibus repugnant, collectæque in arcum, rostro et vnguib.  
 70 totae teguntur. Noctuas Athenas. *Subaudiendum Portas aut Mittis. Conueniet prouerbium in stultos negotiatores, qui merces eo comportant, ubi per se magis abundant. Venustius fiet, si metaphora ad res animi transferatur, ut si quis doceat doctiorem, carmina mittat Poëtae, consilium det homini consultissimo.* Cic. Fam. 6, 3 Sed rursus γλαυξ ἄς Ἀθήνας, qui haec ad te. Idem Quint. Fr. 2, 16 (15) *extr.* Ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adiuuabo, et tibi versus, quos rogas, hoc est Athenas noctuam mittam. *Daemon apud Aristophanis interpretem existimat, non ob id solum dici noctuas Athenas, quod Athenis noctuarum sit copia, sed quod in numis etiam tum aureis, tum argenteis Atheniensium noctua insculpi soleat, una cum facie Mineruae.* Ex Erasmo. Add. Cicero Fam. 9, 3. Seros exercet noctua cantus Virg. Georg. 1, 402.  
 80 NOCTVINVS, a, um. Adi. *Noctuum referens.* Plaut. Curc. 1, 3, 35 Tune cum noctuinis oculis? *Etiam* Poen. 1, 2, 107 Noctuina ora, *pro Nocturna legi malebat Boxbornius, i. vultus noctuae instar turpis.*  
 NOCTVABVNDVS, *vid. NOX.*

N O D

NODARE, NODATIO, etc. *Vid. infra in NODVS.*

NODIA, æ. f. Plin. 24, 19 Herba coriariorum officinis nota: ea mularis dicitur, aliisque nominibus. Nomias curat, efficacissimamque  
 95 aduersus scorpiones esse potam in vino aut posca reperio.

NŌDVS, i. m. [κόμβος, δεσμός] *Ligatura ex plexu, quæ non facile soluitur.* Cic. de Vniuers. 11 Omnia autem duo ad cohaerendum tertium aliquid anquirunt, et quasi nodum vinculumque desiderant. Virg. Ecl. 8, 77 Necte tribus nodis ternos Amarylli colores. Connectere nodum Cic. de Natur. Deor. 2, 111 c. 45. *ex Poëta.* Diu  
 100 vellere nodos manibus Virg. Aen. 2, 220. Rupit nodos et vincula Idem ibidem 5, 510. Soluere Hor. Carm. 3, 21, 22. Curt. 3, 1, 18 *De nodo Gordio in curru, quem gladio, cum explicare non posset Alexander, discidit.* Vincire connexis nodis fena vellera leonum Ouid. Met.  
 105 12, 430. Amictus nodo dependet ex humeris Virg. Aen. 6, 301. Col.



Colligere sinum nodo Virg. Aen. 1, 324. Nexans serpens se nodis Id. ibid. 5, 279. Nexa brachia vipereis nodis Ouid. Met. 4, 490. Aheni nodi, *Catena* Virg. Aen. 1, 305. Articulorum nodi Plin. 11, 37. Corporum nodi, *Articuli* Id. 11, 37. Crura sine nodis Caes. Bell. Gall. 6, 26. Vitales animae nodi Lucret. 2, 949. Nodus 5 Gratiarum, *quod inter se semper coniunctae et implexae sunt*: Hor. Carm. 3, 21, 22 Segnesque nodum soluere Gratiae. Sic apud Virg. Aen. 8, 260 Corripit in nodum. *i. Manibus complexus constrictum tenet. Tarnebus.* Nodus Herculeus, *pro Vinculo artificio, atque indissolubili legitur apud eruditos.* Seneca Ep. 87 Vnus tibi nodus, sed Herculeus restat. *Nodum enim, quem ostendit Hercules, religiosum ac sacrum apud Priscos fuisse satis liquet ex his Plinii verbis 28, 6 Vulnere (inquit) nodo Hercules praeligare, mirum quantum ocior medicina est. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo vim quantum vitalem habere dicuntur.* Festus Pompeius ostendit antiquitus fuisse morem, ut noua nupta laneo cingulo praecingeretur, vincita nodo Herculis: quem vir omni gratia soluebat in lecto, ut et ipse felix esset in liberis suscipiendis. Erasmus. Conf. Macrobi. Saturn. 2, 19. *Burm. ad Ouid. Her. 9, 86.* ¶ 2 Nodus, *pro quacunque Difficultate.* Caes. ad Cic. Fam. 8, 11 Incideramus enim in difficilem nodum. *Item pro connexionem et coniunctionem:* Cic. in Orat. 22 His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus. Coniungere nodos in ambitu Id. ibid. 22. *De difficultate iterum* Cic. Att. 5, 21 Dum hic nodus expediatur. Incidere in nodum difficilem Caes. ad Cic. Fam. 8, 11. Cic. ad Brut. 18 Maximus autem (nisi me forte fallit) in Rep. nodus est, inopia rei pecuniariae. *i. Maxima difficultas.* Nodus et mora publicae securitatis Antonius Flor. 4, 2, 1. Sic vocat virum fortem Pugnae nodumque moramque Virg. Aen. 10, 428. Add. Prudent. Hamart. v. 21. ¶ 3 Nodus in arbore, *Craffior ille callus, circa quem veluti colligati simul rami esse apparent.* Columel. de Arbor. c. 3 Eius imam partem, quam in terram demissurus es, acutissima falce iuxta nodum sic, ne gemmam laedas, rotunda plaga amputato. Vitruv. 2, 9 *de abiete, Ex ea autem antequam est excisa, quae pars est proxima terrae, per radices excipiens ex proximitate humorem, enodis et liquida efficitur: quae vero est superior, vehementia caloris eductis in aëra per nodos ramis, praecisa alte circiter pedes viginti, et percolata propter nodationis duritiam dicitur esse fusterna.* In nodum inflectere radices, *vid. INFLECTO.* Arundinei Claud. de Torpedine v. 21. Cels. 7, 4 Tantummodo id linum bis die saluo nodo ducendum est, sic ut subeat fistulam pars quae superior est. Nodum in scirpo quaeris: *In anxium dicebatur, nimisque diligentem, aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret, ubi nihil esset addubitandum. Hoc adagium refertur apud Ter. Andr. 5, 4, 39 At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me male habet. P. dignus es cum tua religione, odio: nodum in scirpo quaeris. Festus ex Ennio citat, Quaeris et in scirpo (soliti quod dicere) nodum. nominatim prouerbii titulo referens.* Claud. Eidyll. 3, 21 Transit arundineos arcano frigore nodos. ¶ 4 *Metaphor.* Ignis relaxat nodos Lucret. 6, 878 *de Glacie constricta gelu.* Nodos in exercitu dicitur Densa peditum multitudo, quod non facile possit resolui Seru. in Virg. Aen. 10, 428. Ouid. Epist. 4, 136 Illa coit firma generis iunctura catena, Imposuit nodos cui Venus ipsa suos. *ii. 20, 39 DI faciant possim plures imponere nodos etc.* Lucret. 4, 1142 Validos Veneris perumpere nodos, *i. amare desinere.* Cic. de Amic. 51 Amabilissimum nodum amicitiae tollere. Nodus anni est ille locus in caelo, ubi ecliptica aequatorem secat. Lucret. 5, 687 Domicum ad id signum caeli peruenit, ubi anni Nodus nocturnas exaequat lucibus umbras. Caelestis nodus, *in sidere Piscium* Cic. in Arato 17 Atque vna tandem in stella communiter haerent, Quam veteres soliti Caelestem dicere nodum. ¶ 5 *Permiscetur in MSS. hoc vocabulum cum illo Donum, v. v.* NODVLVS, i. m. Dimin. [*νοδύλιον*] Plin. 21, 5 Dein nudantibus se nodulis, in faece nigri vini vel Graeci, mense Martio macerantur. Anicitiae nodulo teneri Fenestella ap. Fulgent. expof. ferm. ant. 61. NODOSVS, a, um. Adj. [*νοδῶδες, πολύποδος*] Quod multos nodos habet. Columel. 4, 24 Nam praestat ex vulnere sobolem repullescentem vellere, quam nodosam et scabram plagam relinquere. Plin. 11, 37 In umbilico venarum nodoso coitu. Chiragra nodosa Hor. Epist. 1, 1, 31. Globus Stat. Silu. 1, 6, 59. Hor. Serm. 2, 3, 70 Adde Cicutae Nodosi tabulas centum. Nodosi, *i. Scrupulosi, diligentis in accipiendis cautionibus.* Acron. Lina Ouid. Met. 3, 153. Ossa Lucan. 8, 672. Podagra Ouid. ex Pont. 1, 3, 23. Poples Id. Met. 6, 256. Al. Neruosus. Rami nodosi Senec. Epist. 12. Robora Ouid. Met. 6, 691. Stipes Id. Epist. 10, 101. Verba fortis, *i. Aenigma* Sen. Oed. 101. Nodosae et anxiae quaestiones, *quibus opponuntur Faciles* Macrobi. Saturn. 7, 1. Nodosissima quaestio Augustin. Enchir. c. 20. Nodosissimos libros enodare Idem Confess. 4 extr. NODOSE. Adu. *Idem ac Intricate. vnde Compar.* Tertull. de Resurr. c. 46 Et quid ego nodosius? NODOSITAS, atis. f. Augustin. Confess. 2 extr. Tortuosissima et implicatissima nodositas. NODO, are. [*δομαίω*] Nodos facere, Ligare in nodos. Virg. Aen. 4, 138 Crines nodantur in aurum. *i. fibula aurea comprehenduntur.* Nodare vites per ramos, *i. alligare.* Cato de R. R. c. 32, 2. NODATVS, a, um. Partic. Laqueo collum nodatus amator Ouid. Rem. Amor. 17. Plin. 13, 22 Ferula geniculatis nodata scapis. Add. Lactant. de Opif. Dei c. 7. NODATIO, onis. f. [*δομαίω*] Pro Nodositate. Vid. NODVS in arbore. NODINVS, i. m. [*Νοδίνος*] Deus quem diuus August. de Ciuitate Dei 4, 8 ex Varrone scribit cultum fuisse a veteribus Romanis, putantibus Proserpinam frumentis praepositam germinantibus et proserpentibus: geniculis vero nodisque culmorum, deum Nodinum: involueris autem illis folliculorum, deam Volutinam: quum folliculi patefcent, quo exeat spica, deam Patelenam: quum segetes nouis arstis exaequantur, Hostilinam deam, quia hostilire ac hostimentum veteribus exaequationem significabat: Floram quoque adiicit, et Lactucinam, ac Maturam, quae florentibus lactescentibusque ac maturefcentibus praesint frumentis. Al. Nodotus. Conf. Arnob. 4 c. not. Elm. p. 131.

NOEGA, ae. f. Oppidum est Hispaniae Tarraconensis, in tractu Asturum, in peninsulae Pefici Plin. 4, 20.

NOËGAEVM, i. n. [νοηγαιον] Quidam amiculi genus praetextum purpurae quidam candidum ac perlucidum, quasi a naueo, quod putamen quorundam pomorum est, tenuissimum, non sine candore: ut Liuius, ait in Odyssaea, Simul ac lacrimas de ore noëgaco deterfit, id est candido. Festus.

NOËMA, atis. n. [νοημα] Genus sententiarum: de quo sic Quinct. 8, 5 Est et quod appellatur a nouis νοημα, qua voce omnis intellectus accipi potest. Sed hoc nomine donarunt ea, quae non dicunt, verum intelligi volunt: ut in eum, quem saepius a ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem dormienti recidisset, Eras dignus ut haberes integram manum. Sic enim auditur, Ut depugnares.

NOENON, veteres pro Non dixere. Apud Nonium Nenum legitur. Vid. NENVM.

NOËRVS, a, um. Adi. [νοηρος] Intellectualis. Tertull. aduers. Valent. c. 20 Caelos noëros deputant, cosque angelos faciunt.

N O L

NOLA, ae. f. [Νολα] Vrbs Campaniae: quae prius Sidicinum dicebatur, ut scribit Plin. 3, 5. In triclinio Coa, in cubiculo Nola Quinct. 8, 6, 53 Aenigma est in Clodium dictum, quo quid proprie obiciatur, difficile distu est. vid. CHOA. Illud forte minus ineptum. Coam, i. vestibibus Cois nudam potius quam tectam in triclinio: in cubiculo autem totam Nolam esse, i. omne impudicitiae genus admittere, quo male audiebant Campani, et in iis in primis Nolani. Certe de foedissima Venere sic Ausonius Epigr. 70 Et quam Nolanis capitalis luxus inulsi, quam mox notat per deglubit, fellat. De Nola vrbe. Vid. Suet. August. c. 99. Patere. 1, 7, 2. et 2, 123, 2. Meminit et Sil. 8, 537. et 12, 162. etc.

Campo Nola sedet, crebris circumdata in orbem Turribus, et celso facilem tutatur adire Planitiem vallo.

NOLANVS, a, um. Adi. Nolana plebs Liu. 24, 13. Nolana ad moenia Sil. 12, 293. Primam corripit Prudent. Peristeph. 4, 208.

NOLA, ae. f. Tintinnabulum, sic dicta a ciuitate Nola ubi eas inuenisse putatur Paullinus Episcopus circa A. C. 400. Frustra aduocatur Quinct. 8, 6, 53 de quo modo dictum. Nec Auienus s. Auiamus sanus est Fab. 7, 8 Iusserat in rabido gutture ferre nolani. Repugnat in primis modus Syllabae in Nola longus. Cannegieterus notam restituit: recte.

NOLO. [δουλω, ἢ θέλω] Non volo, ex quo contractum est, exceptis personis Non vis, Non vult, Non vultis. Ad prohibendum adhibetur: v. g. Contendere noli Hor. Epist. 1, 18, 28. Ducere nolito Idem de Arte Poët. 347. Alias simpliciter est Non volo. Ter. Eun. 4, 7, 43 Noui ingenium mulierum: nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt

ultro. Cic. in Orat. 154 c. 45 Libenter etiam copulando verba iungebant: ut fodes, pro si audes, etc. nolle, pro non velle. Sed Idem Fam. 1, 1 Cul qui nolunt, iidem tibi non sunt amici, i. qui non fauent.

Nolo offensum: i. Vereor, ne offendam. Liu. 25, 3. Ter. Adelph. 2, 1, 8 Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle factam esse: huius non faciam. Tertullae nollem abortum, i. Doleo Cic. Att. 14, 20. Cum gratum mihi esse potuit, nolui Ter. Heaut. 2, 3, 21.

Noli te macerare Id. Andr. 4, 2, 2. Nolite finire, i. Ne finatis. Id. Hec. prol. 46. Nollem, pro Vellem non. Cic. Verr. 4, 43 c. 20 Imprudens huc incidi Iudices: emit enim: non abstulit: nollem dixisse. Nollem factum esse, satisfactionis formula et deprecationis.

Ter. Adelph. 2, 1, 8. etc. Plaut. Amph. 3, 2, 9. Conf. Turneb. Aduers. 28, 25. Non nolle, pro Velle. Cic. Verr. 2, 182 c. 74 Ut quum tabulas nouo magistro traderem, exempla literarum ipsi habere non nollent.

NOLENS, entis. Partic. [δων] ut, Lucan. 1, 274 Quamuis nolente Senatu Traximus imperium.

NOLENTER. Adu. Tertull. Apol. c. 14 Medicinam nolentes exercebat, i. inuitus.

NOLENTIA, ae. f. Tertull. aduers. Marc. 1, 25 Indignatio, bilis, nolentia, offensa.

NOLVNTAS, atis. f. Ennius apud Calpurn. Pison. cuius locuplet e MS. produxit Merula p. 503. Ennii sui, Vim tua voluntas facit imperiosa vetando, Quem Consul meruit, quem res bene gesta triumphum. Laudat idem Glossaria quaedam MSS. et hinc emendat Augustin. de Ciui. Dei 14, 6. Itaque cum dissentimus ab eo, quod accidere nolumus, talis voluntas metus est; cum autem dissentimus ab eo, quod nolentibus accidit, talis voluntas tristitia. Sed non persuasit Vossio de Vitiis Sermou. 3, 29 p. 520.

N O M

NOMADES, um. m. Pl. [Νομάδες] Populi in Scythia Europae, quorum vita omnis in pascendis gregibus habetur. Sunt etiam populi in Aethiopia, ut Plin. 6, 28. scribit. Conf. Idem 5, 3 Hieronymus, Nomades et Troglodytae et Scythae et Hunnorum noua feritas, semicrudis vescuntur carnibus. Dicti Nomades a verbo Graeco νέμα, quod est pasco. Horum descriptio fuerit Virg. Georg. 3, 343

Omnia secum Armentarius Afer agit; tectumque, iarenique, Armaque, etc. Silius de iisdem 3, 290 Nulla domus, plaustris habitant; migrare per arua Mos, atque errantes circumuectare penates. Genus Nomadum Virg. Aen. 8, 724. Singulari vsus est Silius 5, 194 Garamasque Nomasque. Idem 6, 705. Vid. infra suo loco.

NOMAE, arum. f. Pl. [νομαί] Ulcera, quae carnem depascendo serpunt. Plin. 23, 4 Tosti autem et cum melle triti, nomas repurgant. Eae etiam nomata et carcinomata dicuntur.

NOMANANDRIA, ae. f. [νομανανδρία] Ignauia in praefectura. Cic. Att. 5, 11 extr. Al. νομανδρία. Locus varie tractatus, merito suspectus Ernesto meo.

NOMAS, adis. f. [Νομάς] Numidia. Martialis 8, 55 Cui diadema daret marmore picta Nomas. i. Numidia marmor, quod Numidicum vocant, abundans. Nomas, Veneficae nomen videtur apud Propert. 4, 7, 45 Aut Nomas arcenas tollat versuta saluas. Afram intelligit, e Pnyllorum gente. 2 Nempe Nomas etiam Gentile nomen est, plur. Nomades, v. v.

NOMEN, inis. n. [νομα] Quasi Nouimen, inquit Festus: quia notitiam faciat. nam per id, quidquid nominamus, agnoscitur. Non. 4, 325 Nomen, est proprium vocabulum singulorum. Varro L. L. 9, 2 ita distinguit inter Nomen et Vocabulum: illud ut proprium sit, hoc appellatiuum, siue commune; quod tamen discrimen non semper obseruatur.

L 11 2

*seruatar.* Virg. Aen. 7, 337 Cui nomina mille, Mille nocendi artes. Nomine tenus Tac. An. 15, 6, 4 Vsurpatas nomine tenus vrbium expugnationes dictitans, *i. falso iactatas. Nomenqrem excludit.* Ter. Phorm. 2, 3, 45 Neque ego illum noram: nec mihi cognatus fuit quisquam istoc nomine. Nomina sunt tanquam rerum notae Cic. de Fin. 5, 74. Vir nominis sui, *i. Nomen referens moribus. ut,* Imperator vere nominis sui, vere Pertinax, vere Seuerus Spartian. Seuer. 14. Conf. Treb. Poll. Claud. 5. Nomen, *apud Grammaticos, Pars orationis.* Quinctil. 1, 4 Declinare nomina et verba in primis pueri sciant. Numerale nomen, *vid. NUMERVS.* Fin. 10  
 gendis nominibus feliciores Graeci Quinctil. 1, 5. Neutralia Quinctil. 1, 5. Nomen quum dicimus, cognomen quoque et agnomen intelligatur oportet Cic. de Inuent. 2, 28. Plin. 15, 30 Id quoque quod Daphnoides vocatur genus, in nominum ambitu est. Alii enim Pelasgum, alii eupetalon, alii stephanon Alexandri vocant. Sanguinis 15  
 nomina, *ut Pater, frater, soror, etc.* Ouid. Met. 9, 465 Iam dominum appellat, iam nomina sanguinis odit. Causa nominis est in dubio, *i. Incertum est, cur ita vocetur.* Ouid. Fast. 3, 839. Editio nominis Scribon. Ep. fin. Expers nominis Lucret. 3, 243. Heres nominis auiti Ouid. Met. 6, 239. Cic. pro Domo 35 Quas ad- 20  
 optiones, sicut alias innumerabiles, hereditates nominis, pecuniae, sacrorum securatae sunt. Hor. Serm. 1, 4, 44 *qui nominandi sint Poetae,* Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os Magna sonaturum, des nominis huius honorem Ouid. Trist. 2, 181. Notitia nominum Scribon. 199. Origo Ouid. Fast. 5, 445. De ratione nominum 25  
*apud Romanos, vid. Sigonii liber, it. On. Panuinii. I. Perizon. Animadu. Hist. c. 2. Spanhem. de Numism. diff. 10. De nominibus quibus ICti vrsuntur scilicet, vid. Alciat. Parerg. l. 1 c. 26. Bynkersb. Obs. l. 1 c. 22. post Cuiac. Obseru. 2, 11. De nominibus in contumeliam detortis, vid. Fabric. Bibl. Graec. 3, 29, 8 qui eorum catalogum dedit. De 30* nominibus bene vel male ominatis, *vid. Voss. Inst. Orat. 1, §. 17. Caussin. de Eloqu. 4, 39. Burm. ad Quinctil. 3, 8. Spanh. de Num. Diff. 10. Scalig. Exerc. 206. vel Lips. ad Tacit. Hist. 4 p. 526. Fést. in Lucrinus c. not. Scalig.* ¶ 2 *Iam Epitheta ponemus:* Amicum nomen Valer. Argon. 3, 171. Cic. pro Font. 26 M. Fabium 35  
 subscriptorem eius rogabimus, ut Allobrogum animis mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen Amplissimum est. Beatum Claud. de Nupt. Hon. 9. Bonum, *i. auspiciatum, vid. BONVS.* Sed pro debitore deinde n. 7. Certum, *vid. CERTVS.* Dominantia nomina Hor. de Arte Poët. 234. Sunt autem Dominantia nomina 40  
*uopia, i. Propria, quibus res quantumuis licet sint obscenae, proprio appellantur et significantur.* Fictum Ouid. in Ibin 93. Gentile Stat. Theb. 6, 342. Humilius nomen, et Superbum, *contraria* Senec. Hippol. 5, 5. Inane Lucret. 5, 907. Inauditum et inusitatum, *vid. INAVDIO.* Infame, *vid. INFAMIS.* Ingentia Valer. 45  
 Argon. 8, 462. Inimica Virg. Aen. 11, 84. Insolentissimum Quinctil. 1 prooem. Inuidiosum voluptatis, *vid. INVIDEO.* Inuisum Iuuen. Sat. 13, 248. Lacrimale Claud. in Conf. Stil. 1, 2, 261. Leue, *vid. LEVIS.* Obscurum Lucan. 8, 20. Praedulce Val. Argon. 4, 161. Proprium et verum nomen nostri mali Cic. pro Li- 50  
 gar. 17. Surdum nomen, *Non celebre.* Sil. 8, 238. Vacua Tacit. Hist. 1, 30. Vagi nominis est Ambrosia, et circa alias herbas fluctuati Plin. 27, 4. Vetus nomen *antiqua familia* Catull. 60, 213 Non decet tam vetus sine liberis nomen esse. Viduum sua fama nomen, *vid. VIDVVS.* ¶ 3 *Verborum formae:* Abolere nomina 55  
 rerum, *vid. ABOLEO.* Abuti recte nomine aliquo Quinctil. 5, 10. Abuti nomine alieno ad suum quaestum, *vid. ABVTOR.* Accipere nomen Liu. 39, 39 *candidati, rationem illius habere.* Accipere nomen dicti Quinctil. 6, 3. Addere nomen alicui Ouid. Met. 9, 357. Addere vera rebus Id. ibid. 5, 524. Adeptus nomen, *vid. 60* ADIPISCOR. Adepta maternum est terra Lucret. 2, 996. Adest pudor nominibus, *i. Obscena sunt nomina* Ouid. Trist. 2, 434. Adimere nomina, *vid. ADIMO.* Adoptare, *vid. ADOPTO.* Adsciscere aliquem in nomen Tacit. Ann. 3, 30. Adsciscere sibi, *vid. ADSCISCO.* Affari nomine, *vid. AFFOR.* Afficere nomine, *vid. AFFICIO.* Amantes nomen Pompeii Lucan. 9, 92. Amoliri nomen, *vid. AMOLIOR.* Appellare nomine, *vel Nominatim, vid. APPELLO.* Arrogare sibi nomen Quinctil. 1 prooem. Asciscere sibi nomen, *vid. ASCISCO.* Asequi nomen, *vid. ASSE- 65* QVOR. Assumere in nomen, *vid. ASSVMO.* Cic. de Legib. 2, 70  
 13 Multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis, quae non magis legis nomen Attingunt, quam si latores aliqua concessu suo sanxerunt. Augere, *vid. AVGEO.* Capere, *vid. CAPIO.* Carere proprio nomine Quinctil. 3, 10. Ciere nomina singulorum Tac. An. 1, 21. Citare per nomina, *vid. CITO.* Clamare aliquem 75  
 nomine Virg. Aen. 4, 674. Commutare, *vid. COMMVTO.* Compositum nomen terrori, *b. e. Ad terrorem incutiendum.* Florus 3, 10 Ille corpore, armis, spirituque terribilis, et nomine quasi terrori composito Vercingentorix. Certis agentium nominibus Continentur controuersiae Quinctil. 3, 8. Alii legunt, Certius. Conue- 80  
 nit nomen, *vid. CONVENIO.* Custodire loci, *vid. CVSTODIO.* Dare nomen Liu. 2, 24. *i. subscribere, accedere ad societatem.* *vid. DARE* nomen in coniurationem. Deductum ab aliquo Ouid. Fast. 6, 903. Deslecti nominibus Quinctil. 3, 8. Delatum nomen ab Lucret. 3, 133. Virg. Aen. 1, 292 Iulius a magno demissum no- 85  
 men Iulo. *b. e. Deductum.* Virg. Aen. 6, 441 Lugentes campi: sic illos nomine dicunt. Dicere nomen verum Scribon. 99. Dicere nomina collyriorum 38. Dicta gens de nomine ducis Virg. Aen. 3, 210. Dissimulare alicuius Ouid. Trist. 4, 3, 54. Distinguere sonos citharae nominibus et spatiis Quinctil. 1, 10. Dare nomen ali- 90  
 cui Virg. Aen. 1, 252. Quinctil. 2, 1 Et rhetorice, cui nomen vis eloquendi Dedit, officia sua non detrectet. Dare nomina Liu. 4, 26. Dare nomen familiae alicui Cic. pro Domo 116. Donare aliquem nomine aliquo Quinctil. 5, 10. Edere nomen suum Ouid. Met. 9, 532. Excipere nomen alicuius laeto clamore Lucan. 5, 47. Exo- 95  
 sus femineum omne nomen Sen. Hippol. 2. Facere nomina Quinctil. 5, 10. Feruntur libri sub nomine eius Idem 1 prooem. Fingere nomen de nomine Virg. Aen. 3, 18. Fluxisse nomen ex Graeco creditur Quinctil. 3, 4. Ouid. Met. 1, 169 Est via sublimis caelo manifesta sereno, Lactea nomen habet. *b. e. Est via, quae voca- 100* tur lactea. Habentia moenia nomen positoris Ouid. Met. 9, 448. Habet ex re nomen Id. Amor. 1, 8, 3. Iuuen. Sat. 5, 127 Et ponere foris, si quid tentaueris vnquam Hiscere, tanquam habeas tria nomina. *b. e. Tanquam et tu sis nobilis. Nam nobiles Romani ostendebantur praenominis, nomine, et cognomine, ut Marcus Tullius Cicero, Caius 105*

- Julius Caesar. *Vnde Aufon. in Ternario Eidyli. II v. 80 Tres equitum turmae, tria nomina nobiliorum. Politian. Miscellaneorum c. 31 aliter exponit: sed (ut multi putant) argutius quam verius.* Ignorat suum, *vid. IGNORO.* Imponere alicui Quinctil. 1, 6. et 2, 1. etc.
- 5 Imponere nouis rebus Cic. de Fin. 3, 3 c. 1. Alexander Megalopolitanius — filiis duobus Philippum atque Alexandrum, et filiae Apamiam nomina imposuerat Liu. 35, 47. 5. Impositum ab re Lucret. 6, 741. Inuictissimum nomen Practoris incidatur, *vid. INVICTVS.* Incisum grandibus literis nomen in basi, *vid. INCIDO.* Inclamare
- 10 Quinctil. 4, 2. Inclamare nomine, *vid. INCLAMO.* Indere alicui, *vid. INDO.* Inducere fictae religionis, *vid. INDVCO.* Indulgere nomen oratoris malis moribus Quinctil. 2, 17. Induere sibi nomen, *vid. INDVO.* Ingerere Tacit. Ann. 1, 72. Inscribere libros nomine alicuius Quinctil. 3, 5. Inscribere nomina Idem 1, 6.
- 15 Inscripti flores nomina regum Virg. Ecl. 4, 106. Inferere nomina Ouid. Met. 13, 33. Intercidit nomen longis annis Idem Fast. 2, 443. Interponere Cic. Verr. 3, 131. Interpretari quippiam nomine aliquo, *vid. INTERPRETOR.* Inuenire noua, *vid. INVENIO.* Inueterauit nomen alicuius cuiusdam, *vid. INVETERO.* Inurere
- 20 vitulis notas aut nomina Virg. Georg. 3, 158. Loqui nomen, *vid. LOQVOR.* Manet gratum mihi nomen Ouid. Met. 4, 357. Meruerunt nomen patronorum Quinctil. 6, 4. Mutare priscum Ouid. Met. 14, 850. Mutuari nomen aliquod, *vid. MVTVM.* Nominare nomen Plaut. Afn. 4, 1, 35. Noscere nomina Ouid. Met. 2,
- 25 192. Notus mihi nomine tantum Hor. Serm. 1, 9, 2. Notare nominibus nouis, *vid. NOTA.* Obuersatur dulce nomen ad aures Lucret. 4, 1055. Occupare nomen beati Hor. Carm. 4, 9, 47. Pandere nomen alicuius Sil. 13, 724. Parco nominibus uiuentium Quinctil. 3, 1. Claud. in Conf. Probi et Olybr. 204 O duplici foecundam Consule matrem, Felicemque vterum, qui Nomina Parturit
- 30 annis, *i. consules, a quibus annus nomen accipit.* Ponere nomen alicui Virg. Aen. 7, 63. Ponenda sunt noua nomina nouis rebus Cic. de Nat. Deor. 1, 44. Pronuntiare nomina aliquorum magna voce Id. Fam. 5, 12. Profiteri nomen Ter. Eun. prol. 3. — apud
- 35 aliquem Liu. 2, 24. Reddere aliquem nomine, *i. Habere idem nomen quod ipse* Virg. Aen. 6, 768. Reddere nomen alicui, *vid. REDDO.* Referre nomen alicui Virg. Aen. 5, 564. Referre in numeros, *vid. NUMERVS.* Referre nomina Scribon. 122. Respondere ad nomen Liu. 7, 4. Resumere Tacit. Hist. 3, 4. Reuocare sacramentum in nomen Tiberi Tac. An. 1, 8. Sedet nomen in ore Stat. Theb. 12, 115. Signata nomina saxo Ouid. Met. 8, 539. Cic. pro
- 40 Domo 72 Vtrum igitur peccato meo exulis nomen subeo, an re iudicata? Sum. Nomen est mihi Auxilio Plaut. Cistel. 1, 3, 6. Nomen est mihi Tullio Cic. Philipp. 4, 2. *vid. Drakenb. ad Sil. 11, 58.*
- 45 Sumere aliud Ouid. Fast. 6, 544. Tenere nomen ab aliquo Virg. Aen. 5, 121. Tenet aeternum per saecula nomen Idem ibid. 6, 235. Trahere nomen Scribon. 166. 170. 181. Trahere ab aliquo Ouid. Met. 4, 291. Traxit nomen a Marte legio Martia Cic. Philip. 4, 5 c. 2. Tribuere nomen Scribon. 99. Viget nomen Pythagoreorum, *vid.*
- 50 VIGEO. Vti nomine Cic. pro Rabir. Post. 28. Vocare aliquem nomine Virg. Aen. 11, 731. ¶ 4. Nomen, *Fama in utramque partem.* Virg. Aen. 2, 89 Et nos aliquod nomenque decusque Gessimus. Cic. de Inuent. 2, 4 Ex his qui nomine, et memoria digni sunt, nec nihil optime, nec omnia praeclarissime quisquam dicere
- 55 nobis videbatur. Medici plenum nomen consequi Scribon. Ep. fin. Nomen decusque medicinae conseruare Scribon. Ep. m. Nomen, Decus, dignitas, *inquit Nonius.* Virg. Aen. 2, 558 Auulsumque humeris caput, et sine nomine corpus. *Nempe capite et vultu noscuntur et distinguuntur homines. Qui caput non amplius habet, ille neque nomen.*
- 60 Nomen, pro Generositate. Virg. Georg. 2, 240 Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat. Seruius. Ingenii nomen aliquod Quinctil. 6, 2 extr. Celebratum Cic. in Brut. 22. Celebre laudibus, *vid. CELEBRIS.* Clarum Ouid. Met. 11, 285. Clari nominis vir Patere. 2, 34, 4. Debilitatum Cic. pro Flac. 62. Exitiabile Sil. 15, 384. Fortissima Idem 17, 492. Fractum Cic. pro
- 65 Flacc. 62. Generosa Ouid. Epist. 6, 113. Grauissimum et sanctissimum pietatis Cic. Fam. 1, 9. Ignobile Sil. 13, 32. Immortale Id. 13, 722. Indelebile nomen erit nostrum Ouid. Met. 15, 876. Ingentis nominis rex, *vid. INGENS.* Inuictum Liu. 7. Cic. pro
- 70 Lege Manil. 54. Laudabile Iuuen. Sat. 11, 22. Magnum et memorabile Ouid. Met. 10, 608. Magna nomina, *pro Magni nominis homines* Plin. Paneg. c. 84 extr. Multi nominis mulier Hor. Carm. 3, 9, 7. Nobile Sil. 17, 453. Praeclarum Lucret. 6, 2. Regale
- 75 Claud. in Conf. Stil. 2, 1, 80. Cic. de Fin. 1, 4 Quis tam inimicus paene nomini Romano est, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuui spernat? Tanti nominis fama territus Vell. 2, 94, 4. Venerabile Ouid. de Arte Am. 3, 407. Victurum Id. Amor. 3, 1, 65. ¶ 5
- 80 Verba: Acquiescere in nomine alicuius Cic. de Fin. 3, 6. Adimere puellae virginum nomen Ouid. Met. 8, 591. Admiratus sum nunquam vestra nomina Cic. Fam. 3, 7. *in quibus inest nobilitas,* Lentulitas, Appietas. Attollere nomen alicuius ad sidera Lucan. 7, 11. Auferre nomen, *vid. AVFERO.* Casurum nullo tempore Ouid. Amor. 1, 15, 20. Canitur toto nomen in orbe meum Id. Epist. 15, 28. Captare nomen, *vid. CAPTO.* Committere nomen alicuius aeternae famae Lucan. ad Pison. 237. Condere memorandum Sil. 4, 37.
- 85 Consequi Cic. ad Q. Frat. Emere aeternum sanguine Ouid. Amor. 2, 10, 32. Euadunt digni nomine pauci in dicendo Cic. de Clar. Orat. 299. Excindere clarum Sil. 7, 643. Ferre nomen alicuius ad sidera Virg. Eclog. 9, 29. Florere nomen Cic. Diuinat. Verr. 69.
- 90 Fugiendum impudentiae nomen Idem de Orat. 1, 120. Habuerunt magnum nomen in oratoribus Id. in Orat. 22. Iactare inutile nomen Hor. Carm. 1, 14, 13. Interponere speciosa culpa Ouid. Met. 7, 69. Incessere nomen alicuius Quinctil. 5, 10. Increbrescit nomen late Virg. Aen. 8, 14. Inuenire nomen diuinum, *vid. INVENIO.* Inuenit nomen diuinitate loquendi Theophrastus Cic. in
- 95 Orat. 62. Officere nomini alicuius, *vid. OFFICIO,* ere. Perdere nomen aliquod Lucan. 2, 56. Peruenire ad aliquod ingenii Quinctil. 6, 2. Praeferre Tacit. Ann. 13, 4. Quaesierat studio memorabile nomen Ouid. Met. 6, 12. Radere fastis alicuius Tacit.
- 100 Ann. 3, 17. Sparserat fama nomen Thesei per vrbes Argolicas Ouid. Met. 8, 267. Stringere nomen alicuius, Traducere aliquem et mordere Id. Trist. 2, 350. Superbit nomine alicui et soceri Ouid. Met. 11, 219. Plin. Epist. 3, 3 Quibus imaginibus oneretur, quae nomina et quanta sustineat. Catull. 66, 151 Ne vestrum scabra Tangat rubigine
- 105 nomen Haec atque illa dies, atque alia, atque alia. *i. Ne vlla aetas deleat*

*deleat nomen et famam vestram.* Cic. Att. 1, 13 Quum ille ad con-  
 ciones confugisset, in hisque meo nomine ad inuidiam vteretur, dii  
 immortales, quas ego pugnans, et quantas strages edidi? ¶ 6  
 Nomen, pro *Causa ponitur vera falsa, cum in causis allegandis nomine*  
*hominis vel rei frequenter uti soleamus.* Cic. de Amicit. 79 Ab ami- 5  
 citia Q. Pompeii meo nomine se remouerat, ut scitis, Scipio. Idem  
 in Vatin. 9 Non tam tuo, quam Reip. nomine. Portorii nomine  
 aliquid exigere Cic. pro Font. 9. Amicitiae nomine aliquid petere  
 Cassius ad Cic. Fam. 12, 12. Classis nomine imperare pecuniam ciui-  
 tatibus Id. pro Flacc. 27. Coniurationis nomine damnari Id. Verr. 10  
 5, 11. Dotis nomine omnia vxoris viri fiunt Idem in Topic. 23.  
 Negligentiae nomine suspectus alicui Id. Fam. 2, 1. Praemii nomine  
 aliquid impetrare Quinctil. 7, 2. Dissoluere alicui alterius nomine  
 Cic. pro Rosc. Com. 41. Gratulari alicui alterius nomine Id. Philip.  
 1, 30. Suo nomine, *Sua causa:* Cic. pro Cluent. 66 Res suo no- 15  
 mine in iudicium nunquam est vocata. Indicare suo nomine bellum  
 aliquibus Id. in Catil. 2, 14. Id. Verr. 2, 22 Lege Hieronica iudicia  
 plurimarum controuersiarum sublata vno nomine omnia. Nominibus  
 honestis dixit Sallustius Catil. c. 38 *pro Sub bono praetextu.* Cic.  
 pro Font. 8 Si hoc crimen optimis nominibus denegare possumus. 20  
*Vetus exemplar legit Hominibus.* Aliquo nomine praetexere culpam  
 Virg. Aen. 4, 172. Eo nomine Patere. 2, 104, 2. Falso nomine  
 poscere aliquid Iuuen. Sat. 1, 98. Hoc vno nomine, *Hac vna tan-*  
*sum de causa.* Cic. Verr. 3, 23 Scitote quosdam homines, hunc  
 quem sciunt improbilissimum hominem, hoc vno nomine absolui velle, 25  
 ut ab Senatu, etc. Hoc vno nomine deceptus Hor. Serm. 1, 2, 65.  
 Meo nomine te huic inimicum esse nolo Cic. Att. 10, 2. Quo no-  
 mine mirari conuenit Patere. 1, 3, 2. Quo nomine non est miran-  
 dum Id. 1, 5, 4. ¶ 7 Nomina, *Capita sunt breuiarii, id est*  
*rationis argentariae.* Nomina Cicero appellare solet *Causas, et Nego-* 30  
*tia, et Personas, quibus in conficiendis rationibus expensae pecuniae ferun-*  
*tur. Vulgo nunc articuli dicuntur: deinde, ut sit, metonymia con-*  
*suetas, ipsi quoque debitores, in quantum sunt debitores, nomina appellan-*  
*tur.* Cic. Verr. 1, 92 Neque in tuas tabulas vllum nomen referres,  
 quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? quid proderat 35  
 tibi te expensum illis non tulisse? *Ibid.* 1, 99 His nominibus solis  
 Cn. Dolabellae festertium ad tricies litem esse aestimatum. *i. (ut ait*  
*Asconius)* His titulis et capitibus criminum: *articulos* nunc vulgo di-  
 cinus. Et in eundem saepe dicit, *Recita nomina, id est res, perso-*  
*nas, causas, in quas ille, aut quibus expensum tulit.* *Sic de Nat.* 40  
*Deor.* 3, 73  
 Aut tu illum fructu fallas, aut per literas  
 Auertas aliquod nomen, aut per seruolum  
 Percutias pauidum. *Ex quodam Poeta.* Idem  
 Att. 12, 50 Sustinenda tamen (si tibi videbitur) solutio est nominis 45  
 Cereliani, dum et de Metione et de Faberio sciamus. Vlpian. D.  
 de Doli mali exceptione, l. Apud Celsum, Quod si is, cui pecunia de-  
 bebatur, cum debitore decedit, et nomen eius vendidit Seio, cui de-  
 bitor mandauerat, ut nomen emeret. Parum idonea nomina debito-  
 rum Africanus in l. Tutor. §. Deinde. D. ad S. C. Velleianum. 50  
 Cic. Att. 16, 6 Nomina mea per deos expedi, exsolue. *Cinna de*  
*Gatone, apud Sueton.* Plin. de Claris grammat. c. 11  
 Mirati sumus vnicum magistrum,  
 Summum grammaticum, optimum Poetam,  
 Omnes soluere posse quaestiones, 55  
 Vnum difficile expedire nomen.  
 Cic. Att. 13, 29 Reliquum est, si Faberius nobis nomen illud explicat,  
 nihil quaerere quanti. Cic. Verr. 2, 186 c. 76 Inspiciebamus — ta-  
 bulas societatis, quae significabant, multis nominibus eos homines  
 versuram a Carpinatio fecisse, qui Verri dedissent. *Quod Verri debe-* 60  
*bant soluebant pecunia a Carpinatio mutuo sumta.* Parua nomina in co-  
 dicem non referre Cic. pro Quint. 4. *Hinc Nomina, pro Debitori-*  
*bus ponuntur.* Cic. Fam. 5, 6 Ego autem meis rebus gestis hoc affe-  
 cutus sum, ut bonum nomen existimer: *quem sibi debere velint homi-*  
*nes.* Colum. 1, 7, 2 Vel optima nomina non appellando fieri mala, 65  
 fenerator Alsius dixisse verissime fertur, Paullus Ict. l. 26 §. 2 D.  
 mandat. Bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delega-  
 tum: *eo ipso significat, se sperare sibi solutum iri; nec potest postea*  
*redire ad delegantem.* *Debitum ipsum intelligit* Cic. pro Planc. 68 Ve-  
 rum fac me multis debere, et in iis Plancio. Vtrum igitur me con- 70  
 turbare oportet, an caeteris, quum cuiusque dies venerit, hoc nomen  
 quod vrget, nunc quum petitur, dissoluere? *Sic Appellare de no-*  
*mine, i. Nomen exigere* Cic. Att. 5, 19. *Sed* Cic. Att. 5 vlt. extr. *de*  
*Scaprio loquens,* Mihi autem impudens magis, quam stultus videbatur.  
 Nam aut bono nomine centesimis contentus erat, aut non bono qua- 75  
 ternas centesimas sperabat. *Nempe ab eo, a quo Sors speratur usuris me-*  
*diocribus contentus erat; metum perdendi Sortem Solari volebat magnitu-*  
*dine usurarum, quas interim perciperet.* Cedit nominum dies Cic.  
 Att. 8. Id. ibid. 16, 3 Ad Balbum scripsi apertius, ut si quid tale  
 accidisset, ut non concurrerent nomina, subueniret. *i. Ad tempus non* 80  
*responderent, seu soluerent ii, qui debent.* Debere certis nominibus  
 grandem pecuniam Cic. pro Quint. 38. Esse in nominibus Id. Verr.  
 5, 17. Exigere nomina, *pro Ad dissolutionem cogere.* Cic. Verr. 3 (1)  
 28 c. 10 Quum per eos ipsos dies, per quos causam Dio diceret,  
 reperiretur pecunias summisse mutuas, nomina sua exegisse, praedia 85  
 vendidisse. Expendere numos certis nominibus Hor. Epist. 2, 1,  
 105. Expedita et explicata nomina. *Vid. Grot. Florum Sparson. ad*  
*Ius Iustin. p. 234.* Expungere nomina Plaut. Cist. 1, 3, 41. Facere  
 nomina Sen. Benef. 1, 1. Cic. Fam. 7, 23 pr. *in literas referre publi-*  
*cas, i. in tabulas trap:zitae publicam auctoritatem habentes.* Facit no- 90  
 mina, negotium conficit Caninius Cic. Offic. 3, 56. Habere in no-  
 minibus Id. Att. 8, 10. Idonea nomina L. 19 Dig. ad SC. Vellei.  
 §. 4. Liuius, Tarda nomina et impedita inertia debitorum. *Sic*  
*et Expedita, et Explicata.* Optima nomina non appellando fiunt  
 mala Columel. 1, 7. Adire ad arbitrium de nomine alicuius Cic. pro 95  
 Rosc. Com. 12. Id. in Sallust. 19 Vnde tantum hic exhaustit, quan-  
 tum potuit aut fide nominum traici, (*i. certis hominibus numerari, qui*  
*curarent, quod sibi in prouincia datum esset, Romae solui:*) aut in naues  
 contrudi. Locare nomen sponso improbo (*si vera est lectio*) Phaedr.  
 1, 17, 1 *dicitur fideiussor, qui nomen suum patitur in creditoris tabulis* 100  
*scribi pro alio.* Soluere nomina Cic. Att. 6, 2. Tollere nomina  
 de tabula Id. pro Sext. 20. Transcribere nomina in alios Liu. 35,  
 7 pr. Transferre nomen, *i. Versuram facere* Cic. Fam. 5, 13.  
 ¶ 8 *Habet locum nomen etiam in iudiciis, accusationibus praesertim.*  
 Ut Abolere nomen v. v. Commutare alicui nomen suum ad transla- 105

tionem criminis Cic. Verr. 4, 91 c. 42. *i. pati in se conferri, quod alter fecerit.* Cic. Verr. 2, 94 Si liceret nomen absentis deferre, se velle, verbo, accusare. *Et pro Cael. 26 Sui quidem non modo nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatem in accusando.* Cic. Verr. 2, 94 Palam de sella ac Tribunali pronuntiat, si quis absentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, sese eius nomen recepturum, *cum ipso crimine videlicet, s. accusatione.* *Et paullo post, Hic tum repente Pacilius quidem homo egens et leuis accedit: ait, si liceret, nomen absentis deferre se velle: iste vero et licere, et fieri solere, et se recepturum.* *Vid. Brisson. de form. p. 467.* ¶ 9

Nomen, *pro Homine vel Re ipsa saepius ponitur.* Tibull. 3, 4, 61 Ne fidum femina nomen. Cato in Diris 90 Vt felix nomen agelli. *Vid. Scalig.* Val. Flacc. 5, 118 Noua dux accedere gaudet Nomina. Idem 4, 224 *Iasonem et Herculem app. Uat* Maxima nomina. Liu. 1, 15 10 Nomen Caeninum. *Sic Tacit. Hist. 4, 18, 2 Romanum nomen.* Ouid. Met. 1, 201 Sanguine Caesareo Romanum extinguere nomen. Patere. 1, 6, 3 Graium nomen. *Conf. Idem 2, 53, 2: 2, 114, 5. et 2, 69, 3. Vid. Gronou. ad Liu. 1, 3. Drakenb. ad Sil. 14, 70.* ¶ 10

Nomen, *item Rei vel Personae saepe opponitur.* Vt Liu. 7, 29 Campani magis nomen ad praesidium sociorum, quam vires cum attulissent. Idem 3, 65. et 5, 18 pr. et Ouid. de Arte Am. 1, 440 Nomen amicitia est, nomen inane fides. *Conf. Tacit. Hist. 4, 75, 2. et Graeu. ad Cic. Att. 5, 15. Hinc ap. Cic. Parad. 4 emendas Gesner. cum ferro pulsus magistratibus senatus nomen in rep. erat.* ¶ 11 *In li-*

bris commiscantur Nomen et Numen. *Drakenb. ad Sil. 1, 669. et 16, 655.* NOMINO, are. [*ὀνομάζω*] *Nominatim compellare.* Plaut. Most. 3, 2, 97. *Nominare, pro Mentionem facere de aliquo.* Ter. Heaut. 2, 3, 62 Quid ait, vbi me nominas? Cic. pro Lege Manil. 37 Ego autem neminem nomino: quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit confiteri. *Poteram nominare* Scribon. 102. Piscem nominare Id. 186. *Suo certo ac proprio vocabulo rem aliquam nominare* Cic. pro Caecin. 51 c. 18. *Nominare nomen alicuius* Ter. Phorm. 5, 1, 12. *Vbi me nominas* Id. Heaut. 2, 3, 62. Cic. Verr. 4, 55 *Nominato quem voles de etc.* *Nominor exul* Ouid. Trist. 5, 11, 9. *Praedicari de se et nominari volunt omnes* Cic. pro Arch. 26. Id. pro Cael. 43 *Multi a me summi atque ornatissimi viri praedicarentur: quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo aeris alieni, sumtus, libidines nominarentur.* ¶ 2 *Nominare, Nomen imponere.* Cic. de Amicit. 26 *Amor enim (ex quo amicitia est nominata) princeps est ad benevolentiam coniungendam.* Idem de Senect. 77 *Ego vestros patres, P. Scipio, tuque Cai Laeli, viros clarissimos, mihi que amicissimos viuere arbitror, et ea quidem vita, quae est sola vita nominanda.* Id. Offic. 3, 66 *Vt caeteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus.* ¶ 3 *Formulae:* Cic. Act. 1 in Verr. 18 c. 7 *Fit obviam ei multitudini casu Caius Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliae causa nominatum volo: etenim ea dicam, etc.* *i. Quod nomen eius effero, id non ei contumaliosum erit.* Idem pro Quint. 28 *Quem ut ipsius dignitas poscit honoris gratia nomino.* *Add.*

Id. pro S. Rosc. c. 2. *Quas, vt aequum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomino* Cic. pro Rosc. Am. c. 6. *Nefas habent Mercurium nominare Aegyptii* Id. de Nat. Deor. 2, 59. *Idem est, quod suffragio suo designare* Cic. ad Brut. 7 *Is Panfae locum petere constituit, eam nominationem a te petimus: neque coniunctiori dare beneficium, quam nos tibi sumus: neque dignierem nominare potes quam Bibulum.* Plin. Paneg. c. 71 *Cum candidatis, vt quemque nominaueras, osculo occurreres.* Idem Epist. 2, 1 *Illo die, quo sacerdotes solent nominare, quos dignissimos sacerdotio iudicant, me semper nominabat.* Idem Epist. 4, 8. et Suet. Claud. c. 22 *Nominare, etiam est Nomen alicuius ad Magistratum deferre criminis causa.* Liu. 31, 17 *Si quisquam ad se deduxisset, nomenue absentis detulisset, qui nominatus profugisset, diem certum definituros, ad quem, nisi citatus respondisset, absens damnaretur.* *Si quis eorum, qui tum extra terram Italianam esset, nominaretur, ei laxiorem diem daturus.* *Sic*

65 *vti etiam* Suet. Caes. c. 17 et 20. Plin. Epist. 9, 13, 17. et 10, 97, 6. *In nominando, vid. IN Praep.*

NOMINATVS, a, um. Partic. [*ὀνομασμένος*] Cic. Off. 3, 116 c. 33 *Atqui ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerii philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt.* Id. Verr. Act. 1, 18 c. 7. 70 *Nominatus, ior, issimus.* [*ὀνομαστός*] *Pro Celebris.* Cic. Verr. 6 (4) 27 c. 19 *Quid, illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es? Nominatiora pericula* Tertull. de An. c. 13. Plin. 12, 9 *Vicina est Bactriana, in qua bdellium nominatissimum.* Augustin. de Ciui. Dei 16, 2 *Quid nominatius Christo.*

75 *Nominatissimi Graeciae auctores* Priscian. de Vers. Com. p. 1327. *edit. Putsch.*

NOMINATVS, us, m. *Idem quod nomen.* Varr. de L. L. 9, 1 p. 132, 1 *Quod ad nominatum similitudines animaduertendas arbitratus sum satis esse, etc.* *Et ante p. 129, 25 Quod magna sit copia similitum nominatum.* *Al. Nominum.* *It. p. 130, 2 Inter se dissimiles habent analogias nominatus. Vt similis sit nominatus, habere debet, vt sit eodem genere, specie eadem.*

NOMINATIVM. Adu. [*ὀνομακλήδην, ὀνομασι*] *Nomine expresso, per singulorum nomina.* Liu. 2, 28 *Demisso Senatu, Consules in Tribunal ascendunt, citant nominatim iuniores.* Cic. Verr. 5, 94 *Tum appellantur a multitudine mulieres nominatim.* Caes. Bell. Gall. 2, 25. *Decernere aliquid nominatim* Cic. Att. 7, 15. *Dicare nominatim alicui opus aliquod* Plin. in totius operis praef. *Excipere aliquem nominatim* Cic. Att. 11, 7. *Excludi nominatim honore aliquo* Idem de Lege Agrar. 2, 60. *Idem pro Rosc. Amer. 47 c. 16 Quasi vero mihi difficile sit, quamuis multos nominatim Proferre (ne longius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, etc.* *De te nominatim Rogo* Id. Fam. 13, 28. *Id. Verr. 4, 142 Mos est Syracusis, vt, si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo Rogatur.* *Perscribere nominatim peccata alicuius.* Cic. Verr. 2, 171 *Furta quoque istius permulta nominatim ad socios Perscripserat. Persequitur nominatim omnes voluptates Epicurus* Id. de Nat. Deor. 1, 112. *Praecipit consulentibus nominatim* Nepos 1, 1, 3. *Cic. Off. 3, 65 Quidquid enim est in praedio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, praestari oportere.* *Nominatim et Generatim, contraria.* Cic. Att. 11, 6 pr. *Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum Barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim, sed generatim proscripcio esset informata, i. non indicatis nominibus proscripcorum, sed v. g. quicumque cum Mario fecissent.*

100 *NOMINATIO, onis, f.* [*ὀνομασία, ὀνομαστοποιία*] *Ad electiones*

*es designationes ac suffragia pertinet.* Plin. Epist. 4, 8 Mihi vero etiam illud gratulatione dignum videtur, quod successit Iulio Frontino principi viro, qui me nominationis die, per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat, tanquam in locum suum cooptaret. Nominationis die, *i. Principio anni, auctore Tacito, quo sacerdotes solent nominare, quos dignissimos suo sacerdotio iudicent.* Cic. Philip. 13, 12 c. 5 In quo ego cum, ut quod a patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. Nominatio consulum Tacit. Ann. 6, 45, 4. Facere nominationem Liu. 26, 23 extr. ¶ 2 Nominatio, *Figura rhetorum, de qua Auctor ad Herenn. 4, 43 Nominatio est prima, inquit, quae nos admonet, ut cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa.*

**NOMINATOR**, ōris. m. Vlp. Dig. 27 tit. 8 De nominatoribus magistratum.

**NOMINABILIS**, e. Adi. Ammian. 28, 4.

**NOMINALIS**, e. Adi. *Quod ad nomina pertinet.* Varr. de L. L. 7, 2 Ut enim ab Aemilio homines orti Aemilii, ac gentiles; sic ab Aemilii nomine declinatae voces in gentilitate nominati.

**NOMINALITER**, Adu. Arnobius aduersus gentes 2 p. 80 Quae quum esse consenserimus victi, et vniuersa his scetere nominaliter annuerimus humana, consequetur ut, etc.

**NOMINALIA**, um. n. pl. *Tempus sollemne quo puero imponebatur nomen.* Vet. Gloss. Nominalia, *ὀνομαροδία.* Tertull. de Idol. c. 16 Circa officia priuatarum et communium sollemnitatum, ut togae purae, ut sponsalium, ut nuptialium, ut nominalium. Vid. Scalig. ad Fest. in Lustricus dies. et Aufon. Lect. 2, 21. vel Casaub. in Perf. 2, 2 p. 148.

**NOMINATIVVS**, a, um. Adi. ut, Nominatiuus casus [*ὀνομαστικὸς*] a Grammaticis dicitur, quod nominat rem: et Rectus, quod a nullo cadit. Vid. Petron. Fragm. apud Burm. p. 688. Quinctil. 7, 9, 13. Quiniam sic Varro de L. L. 9, 1 p. 130, 20 Casus nominandi vel Nominatiuus. Nominatiuus, pro Nomine. Varro de L. L. 7, 29, 35 Primum si in his esset analogia, dicunt debuisse omnes Nominatiuos, et Articulos habere totidem Casus: nunc alios habere vnum solum, ut literas singulas omnes: alios tres, ut praedium, praedii, praedio, etc.

**NOMINATIO**, āre. Frequentat. Lucret. 3, 353

Quod superest, si quis corpus sentire renutat,  
Atque animam credit permissam corpore toto,  
Suscipere hunc motum, quem sensum nominatamus.

Idem 6, 423.

**NOMINITANDVS**, a, um. Gerund. Cortex nominatanda est Lucret. 4, 48.

**NOMINITATVS**, a, um. Part. Ferret. Mus. Lapid. p. 158 Viua Philematium sum Aurelia nominatata.

**NOMENCLO**, āre. Verbum, ut videtur, antiquum, idem quod Nomino: ex Nomenculo contractum.

**NOMENCLATOR**, ōris. m. [*ὀνοματοκλήτωρ* Gloss. Gr. Lat.] Vel ut quibusdam placet, **NOMENCVLATOR**, ab obsoleto Nomenclulare, vel, ut alii, a Nomine calando, id est vocando, quasi nominis calator, qui memoriter vnumquemque vocare didicit. Cic. Att. 4, 1 Ad urbem ita veni, ut nemo vilius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. Q. Cic. de Pet. Conf. c. 8 Ne nomenclator solum, sed amicus etiam bonus esse videre, *i. ne nomine solum noris etc.* Cic. pro Muraen. 77 c. 36 κατ' ἀνδρωπων disputans contra Seruium, Quid? quod habes nomenclatorem. In eo quidem fallis et decipis. Nam, si nomine appellari abs te ciues tuos honestum est, turpe est eos esse seruo tuo notiores, quam tibi etc. Nempe horum opera vtebantur potissimum candidati, ut sibi in prensando suffragatores nomina ciuium suggererent. Hi et Factores quoque dicebantur, quia saluatorum nomina, ut ait Festus, velut infarcirent in aurem candidati. Etiam in mensa adhibiti nomenclatores, qui conuiuas ciborum nomina et conditionem docerent. Vid. Plin. 32, 6. et Petron. c. 47. Conf. Popm. de Op. seru. Quinctil. 6, 3, 96 Ut Afer ingrato litigatori conspectum eius vitanti, in foro per nomenclatorem missum ad eum, Amas me, inquit, quod te non vidi. Quidam libri Nomenclatorem. Sic Martial. 10, 30 Nomenclator mugilem citat notum. Conf. Suet. Claud. c. 34. August. c. 19. et Calig. c. 14. Petron. c. 47.

**NOMENCLATIO**, ōnis. f. [*ὀνοματοκλήσις*] Columel. 3, 2 extr. de vineis, Ideoque in hac ipsa Italia, ne dicam in tam diffuso terrarum orbe, vicinae etiam nationes nominibus rerum discrepant, variantque vocabula. quare prudentis magistri est eiusmodi nomenclationis aucupio, quo potiri nequeant, studiosos non demorari. Qu. Cic. de Petit. Conf. 32 c. 11 Ea desiderat nomenclationem, blanditiam, assiduitatem, benignitatem, rumorem, speim in Republica. De populari ratione agit s. quae apud plebem obseruanda sint.

**NOMENCLATVRA**, ae. f. Idem. [*ὀνοματοκλήσις*] Plin. 3 praef. Quaedam in his nomenclatura nuncupentur. Idem 2, 7 Caelestis nomenclatura, quae Iupiter, Mercurius caeteri inter se vtantur.

**NOMENTVM**, i. n. [*Ναμνιον*]. Oppidum in Latio non procul ab vrbe Roma. Martial. 13, 15 Si vicina tibi Nomento rura coluntur. Conf. Ouid. Fast. 4, 903.

**NOMENTANVS**, a, um. Adi. Nomentanus agellus Martial. 7, 92. Nepos Nomentanus Hor. Serm. 2, 1, 22. Via Liu. 3, 52. Vindemia Martial. 13, 119.

**NOMISMA**, vid. Numisma, post **NVMVS**.

**NOMIVS** post **NOMOS**.

**NOMOS**, seu **NOMVS**, i. m. [*νομός*] Regio, praefectura. Vox Aegyptiis propria secundum Plin. 5, 9. Summa pars Aegypti, contermina Aethiopiae Thebais vocatur. Diuiditur in praefecturas oppidorum, quas Nomos vocant, duodecim. Conf. Idem 36, 13. Plin. Epist. 10, 23 Tu ex quo nomen sit notum mihi facere debes.

¶ 2 **NOMOS** [*νόμος*] lex, regula, speciatim in carmine, ac cantilena modi ad quos canitur. Verum Suet. Neron. c. 20 Ne concusso quidem repente motu terrae theatro, ante cantare destitit, quam inchoatum absolueret νόμον. Nomos est ipse hymnus ad citharae modos cantatus, quod docet in primis Spanhem. ad Callim. Hym. in Delum 304. Hinc

**NOMIVS** Apollo, vel ἀπὸ τῆς νομῆς, *i. a pascuis, vel ἀπὸ τῶν νόμων, a lege chordarum.* Haec Seruius ad Virg. Georg. 3, 2.

**NOMOPHYLAX**, acis. m. [*νομοφύλαξ*] Legum custos et seruator. ἀπὸ τῆς νόμου, a lege: et φύλαξ, custos. Columel. 12, 3 extr. Non satis visum est, bonas habere leges, nisi custodes earum diligentissimos ciues creassent, quos Graeci νομοφύλακας appellant. Cic. de Legib. 3, 46 c. 20 Graeci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur: nec hi solum literas (nam id quidem etiam apud maiores nostros erat) sed

etiam facta hominum obseruabant, ad legesque reuocabant. *Possumus comparare illos cum his, quos Fiscales hodie dicunt.*

## NON

- 5 NON. Adu. negandi. [*ἄ, ἔκ, ἔκων, ἀνέρον, ἡ*] *Omnibus modis iungitur.* Cic. Acad. 4, 8 Illi non dubitant, quin ea vera sint, quae defendunt. *Coniunctio* Virg. Georg. 2, 43 Non mihi si centum linguae sint, oraque centum. *Quintil.* 9, 4 Non igitur durum sit, neque abruptum, quo animi velut respirent. *Instituto.* Ter.
- 10 Phorm. 1, 2, 4 Amo te, et non neglexisse habeo gratiam. *Sed Imperatio etiam, quod vulgo negant Grammatici.* Quid. Art. 3, 129 Vos quoque non caris aures onerate lapillis, — Nec prodite graues insuto vestibus auro. Quid. ex Ponto 1, 2, 105 Non petito vt bene sit, sed vti male tutius, vtque Exilium saeuo distet ab hoste meum.
- 15 *Geminatum, elegantem vim habet.* Ter. Phorm. 2, 1, 73 Non, non sic futurum est: non potest. Idem Adolph. 1, 2, 21 Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum scortari, neque potare, non est, neque fores effringere. Non, *pro Nonne, interrogatio negatiua, cui subselligitur affirmatio.* Ter. Phorm. 1, 2, 69 Non si redisset pater, ei veniam daret? *Conf.* Idem Hec. 3, 2, 7 Non visam vxorem Pamphili? *Indicat, indignum esse si non visat.* Non, *per admirationem dictum, certe repetitum:* Ter. Heaut. 3, 3, 51 Atqui non opus est. s. non opus est! c. non hercle vero. Non, *respondentis negatio.* Cic. Verr. 2, 106 Cognitorem adscribit Sthenio: quem? cognatum aliquem aut propinquum? non. Thermitanum aliquem honestum hominem ac nobilem? ne id quidem. at Siculum, in quo aliquis splendor, dignitasque esset? minime. Ter. Heaut. 5, 1, 21 Opus esse argentum vt dares. M. non. C. quid? non? M. non inquam. C. neque ipse gnatus? M. nihil prorsus Chreme. Idem Adolph. 1, 2, 21. *Conf.* Catull. 14, 16. et *Manus. ad* Cic. Att. 1, 9. Ter. Andr. 4, 2, 12 Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deserturum: non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omneis homines. ¶ 2. *Varie componitur et iungitur.* Caius in l. Si quis alicui. §. vlt. D. Mandati vel contra, Si mandatu meo Titio credideris, et mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quam si actiones tuas, quas aduersus Titium habes, mihi praestiteris. Caius in l. 2 D. Quibus mod. pig. etc. Non aliter hoc facere conceditur, nisi prius ei debitum offerat. Liu. 35, 32 Tamen non ab re esse Quintio visum est, sociorum aliquos, etc. Non adeo inhumano ingenio sum Chaerea, neque tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam Ter. Eun. 5, 2, 41. *ubi* Donatus, Non adeo inhumano ingenio sum: *b. e.* Immitis non sum. Cic. de Senect. 8 Quod equidem non amisi adhuc, et videtis annos meos. Idem de Amicit. 49 Quid enim tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt aedificio, vt vestitu, cultuque corporis: animo autem virtute praedito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare possit, non Admodum delectari? Plin. 10, 67 Salamandrae tantus rigor, vt ignem tactum extinguat, non Alio modo quam glacies. Cic. Att. 10, 4 De die nihil sane potest scribi certi, praeter hoc, non Ante lunam nouam. Non
- 50 Ausim, pro Non audebo, inquit Donatus Ter. Eun. 5, 2, 45. Non Audio, Non libenter admitto, et consentio, *interprete* Donato *ad illud* Ter. Phorm. 3, 2, 1 Dorio audi obsecro. D. non audio. Hominis Non Beatissimi speciem praebere Nep. 17, 8, 2. *i. tenuioris.* Non Bonus Plaut. Capt. prol. 65. Non clam me est Ter. Hec. 4, 1, 54.
- 55 Non Continuo, sime in gregem sicariorum contuli, sum sicarius Cic. pro Rosc. Amer. 49. *b. e. Non ideo.* Non Dicitum est, *b. e. tanquam non dixeris* Plaut. Poen. 4, 2, 91. Cic. de Amicit. 48 Quid enim interest, motu animi sublato, non Dico inter pecudem et hominem, sed inter hominem et saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem? *b. e. Non solum, vel Nolim dicere tantum inter pecudem, etc.*
- 60 Non Disertissimus Apul. Apol. *i. maxime infans.* Non Diu apud hunc seruius Plaut. Perf. 4, 4, 65. Non Dubie Plin. Epist. 5, 14. Cic. Fam. 15, 4 Et provinciam ornatam, et spem non Dubiam triumphu neglexi. Non Erat obscurum, quid homo improbus cogitaret
- 65 Cic. Verr. 2 c. 37. Non Est consilium sic facere Ter. Hec. 3, 4, 44. Non hoc de nihilo Est, quod Laches nunc me conuentum esse expetit Id. ibid. 5, 1, 1. Non ita Est: sed vnus cuiusque, etc. Cic. Verr. 1, 16. Non Est ita Iudices, non Est profecto Idem pro Flacc. 52. Non Est quod metuas preces iniquas Martial. 5, 6. Non Est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus Cic. Verr. 3, 10. Hor. Epist. 1, 12, 3 Non Est, vt copia maior Ab Ioue donari possit tibi, etc. *i. Nulla ratione fieri potest, vt copia maior, etc. et ita loquuntur Graeci, ἄν ἔστω ἄνω. quod loquendi genus crebro usurpat* Lucretius, vt 2, 496 Quare non est, vt credere possis Esse infinitis distantia femina
- 75 formis: *et aliis locis.* Cic. de Amicit. 51 Non Igitur vtilitatem amicitia, sed vtilitas amicitiam consequuta est. Sic Non Ergo erunt homines deliciis disfluentes audiendi, etc. *Quintil.* 9, 2 Periculum tantum, non Etiam offensa vitatur. Plin. 2, 3 An sit immensus, non Facile dixerim. Non Fere quisquam nostrae industriae fauet Cic. Verr. 5, 171. Idem pro Sext. 51 Denique ex bellica victoria, non Fere quemquam est inuidia ciuium consequuta. Idem de Amicit. 74 Quod non Fere contingit, nisi iis, qui etiam contemnendos se arbitrantur. Obrui oportet non Frigidissimo loco Colum. 11, 3. *i. temperato.* Iuriscons. Quum decem tu dari stipulatus sis, non Ideo posse
- 85 te decem dari oportere intendere, quia, etc. *vt ante habuimus* non continuo. Non Imperitissimus consiliarius Cic. Fam. 1, 9 pr. Id. de Senect. 74 Mortem omnibus horis impendentem timeris, quis poterit animo consistere? De qua non Ita longa disputatione opus esse videtur. Sic Non Ita multis ante annis Cic. pro Rosc. Amer. 64 c. 23.
- 90 Non Ita antiqua simulacra Id. Verr. 4, 110. Non Ita multum tecum fuit Id. ibid. 2, 49. Non Ita multo est, per etc. Liu. 35, 11. *Conf.* Cic. Off. 2 c. 6. Id. Fam. 7, 5 Sed more Romano quomodo homines non Inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem. Non Inertissimus homo Id. Diuin. in
- 95 Caec. 67. Non Iniuria Ter. Andr. 1, 1, 33. Non Iucundissimus Ser. Sulpicius ad Cic. Fam. 4, 12. Plaut. Perf. 2, 3, 5 Quod ego non Magis somniabam, neque opinabar, neque censebam. Paul. in l. Fistulam. in princip. D. de Seruit. vrb. praed. Sed non posse prohiberi vicinum, etc. non Magis quam si velit in triclinio suo, vel in cubiculo aquam effundere. Sic In dicendo irasci, dolere, misereri, timere, confidere, contemnere, non sunt figurae, non Magis quam suadere, minari, rogare, excusare *Quintil.* 9, 1, 23. Ter. Eun. 2, 2, 43 Sed quid videtur hoc tibi mancipium? P. non Malum hercle. Cic. Verr. 3, 166 Homo non Malus. Non Male valeo Plaut. Most. 105 2, 2, 24. Non Metuo, ne quid doleat, quod ferias Plaut. Bacch. 5, 5, 54. Liu.



Liu. 1, 32 Non Minus tribus puberibus praesentibus diceret. Non minime commoueri Cic. Verr. 4, 125. *i. Satis vehementer.* Non minimum corrumpunt vites Varr. de R.R. 1, 2. ¶ 3 *Frequens admodum est* Non modo. Quinct. 12, 10, 3 Primi, quorum quidem opera non vetustatis modo gratia visenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur, Polygnotus atque Aglaophon. *i. Non solum ob vetustatem: sed etiam ob causas alias. vid. Manut. ad Cic. Fam. 1, 9.* Idem de Amic. 44 Eaque adhibeatur ad monendum, non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit Idem Catil. 1, 8. Idem Diu. in Caec. 14 Hi sciunt, hoc non modo a me petatum esse, sed ita saepe, et ita vehementer esse petatum, vt etc. Cic. de Amic. 11 Qui duabus verbis euerfis inimicissimis huic imperio, non modo praesentia, verum etiam futura bella deleuit. *Ante Apodofin negatiuam* Non modo *penitur pro* Non modo non. Cic. Att. 13, 9 Sed vnum eiusmodi, quod nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. *Contra in Apodofin affirmante:* Cic. Fam. 9, 14 Contigit tibi, quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modo non inuidiosa, sed etiam popularis esset. Dies non modo non leuat luctum, sed etiam auget Cic. Fam. 3, 15. *Etiam ante negatiuam apodofin interdum plene loquuntur.* Cic. Att. 10, 4 Horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore consistari videremur. *Frequentius tamen hic omittitur negatio posterior.* Sic Regnum non modo Romano homini, sed ne Persae quidem cuiquam tolerabile Cic. Att. 10, 7. Non modo primum impetum, sed ne conspectum quidem signorum atque armorum tulerunt Liu. 30, 11. *Add. Idem 28, 29. Vid. P. Manut. ad Cic. Fam. 1, 9. et ad Att. 2, 11. S. Bosius ad Cic. Att. 5, 13. Budaeus Annot. prior. in Pand. p. 541. Muret. V. L. 10, 7. Turfelin. de Partic. c. 108. qui plura dant exempla. Huc vero non retulerim Cic. Catil. 1, 8. ubi recte Grut. et Gron. Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo non audiam, sed etiam non videam. Et de Sen. c. 16 Ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam inuitat atque allecat senectus. Sic, inquam, apud ipsum Ciceronem legitur: et Non. 2, 68. et 4, 232. nisi quod Mercurus non ante retardat ex MSS. omittit. Tusissimum certe scribentibus, quidquid sit. de paucis quibusdam locis dubiis, non migrare canonem: non omittere non possi non modo, etc. nisi ubi apodofis negatiua ne quidem, vel similis sequatur.* Sic Cic. de Amic. 43 Talis improborum consensus, non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est. *Hinc Non supplendum videtur in illo* Varr. de L. L. 8, 2 Nunc iam primum dicam pro vniuersa analogia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in vsu quodammodo sequenda. *Sed Cic. Philipp. 2, 107 Quos clientes nemo habere velit: non modo esse illorum cliens, intelligi nemo velit. Potest hic etiam explicari Non modo, per Nedum.* Sic Cic. de Legib. 3, 12 Nihil habui sane non modo multum (non habui) quod putarem nouandum in legibus. Non multo post Plaut. Truc. 2, 6, 42. ¶ 4 Non nemo, aliquis, Cic. pro Lege Manil. 62 Quum esset non nemo in Senatu, qui diceret non oportere. Non nequicquam isti vnum Demetrium filium te habere, me subditum, et pellice genitum appellant Liu. 40, 9. Non nimis Plaut. Epid. 3, 3, 23. Plin. Paneg. 78 extr. Neque enim potest non Nimum esse priuatis, quod principi satis est. Qui non Nisi apud Germanias assequi nomen imperatorium posset Tac. Ann. 2, 26, 7. Cic. de Amic. 67 Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Non viuam vesperi, nisi illanc a me scelestam abigam Plaut. Merc. 4, 5. suppos. 2, 21. Cic. Fam. 2, 15 Quod tamen fortasse non Nollem, si possem ad otium. Idem pro P. Sul. 23 Non possunt Omnes esse patricii: si verum quaeris, ne curant quidem. Idem de Amic. 17 Magnum opus est, egetque exercitatione non Parua. Non Parum facetus scurra Idem pro Quint. 11. Non Paullum nescio quid in rem suam conuertit Idem pro Rosc. Amer. 5. Non Pauca suis adiutoribus large effuseque donabat Idem ibidem 22. Non Plus quam vt virtutes, quia nonnullas curas et molestias afferunt, repudientur Cic. de Amic. 48. Non Possum satis narrare, quos ludos praebueris intus Ter. Eun. 5, 7, 9. Non Pridem, inquit Festus, aequae et recte et frequenter dicitur ac iam pridem, Quam pridem. Plin. 14, 1 Generibus non Pridem illustrata. Non Probus, pro Improbis. Cic. de Senect. 36 Nec tamen omnium adolescentum, sed non Proborum. Idem pro Rosc. Amer. 68 Nisi tanta temeritas, vt non Procul abhorreat ab insania. Hor. Serm. 1, 3, 6

Caesar qui cogere posset

Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non

Quidquam proficeret, etc.

Non quiuis [ *ὅχι δὲ τοῦτον* ] *Formula augendi et excipiendi.* Hor. Epist. 1, 17, 36 Non cuius homini contingit adire Corinthum, locum deliciis affluentem, et luxuriae aptum: sed ubi pecunia multa opus sit. Conf. Gell. 1, 8. Hor. Sat. 2, 1, 13 Neque enim Quiuis horrentia pilis Agmina, nec fracta pereuntes cuspide Gallos, Aut labentis equo describat vulnera Parthi. Idem Epist. 2, 2, 14 Non temere a me Quiuis ferret idem. Et A. P. 263 Non quiuis videt immodulata poemata iudex. Non quo, pro Non quia: vel Non quod, retractationis vel reprehensionis cuiusdam sui gratia. Cic. Att. 5, 15 Vt ab vrbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem: non Quo habere magnopere quid scriberem, sed vt loquerer tecum absens. Id. Verr. 3, 39 Magnaeque pecuniae coactae sunt: non Quo iugerum numerum vere profiteri esset difficile, etc. Plin. 12, 19 Id accideritne ob iniquitatem praepotentium, an forte, non Satis constat. Non scire, pro Nescire. Caes. Bell. Gall. 1, 44. Etsi non sum Nescius, et quae temporum ratio, et quae tua potestas sit Cic. Fam. 13, 8. Non Secus hanc causam defendissem, ac si lege Habitus teneretur Idem pro Cluent. 143. Idem Verr. 5, 10 Non dicam ne illud quidem Si maxime in culpa fuerit Apollonius. Idem de Amicit. 64 Quia non Sine magna causa sit neglecta amicitia. Sic Varronem non Sine industria versari in studiis Cic. ad Brut. . . Non sine diis: Prouerbii speciem habet, quo admonerent Graeci sine deo id fieri, quod absque deorum fauore fit: sicut e contrario cum deo dicebant, i. fauente numine. Graece sic effertur a Pindaro, ἢ ἰσὺν ἄριστος, quod reddidit Hor. Carm. 3, 4, 20 Non sine diis animosus infans, etc. ¶ 5 Non solum et Non tantum eodem modo ponuntur ac Non modo. Cic. . . Est enim munus eius non ingenii solum, sed laterum etiam et virium. Idem de Senect. 12 Omnia memoria tenebat, non domestica Solum, sed etiam externa bella. Idem Fam. 1, 9 Habui non temporum Solum rationem eorum, sed etiam naturae. Idem de Senect. 9 Non Solum quia nunquam deferunt, nec in extremo quidem tempore aetatis (quanquam id quidem maximum est) verum etiam, quia conscientia be-

- ne actae vitae, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est. Non solum non, Verum etiam Scribon. 107. Haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed Vix iam in libris inveniuntur Cic. pro Cacl. c. 17. *i. non solum non. Nempe Vix quod sequitur, negationem continet.* Non solum, secundo loco positum inter imparia, aliquando inter paria. Cic. pro Cluent. . . Plura ne dicam, tuae me etiam lacrimae impediunt, vestraeque Iudices, non Solum meae. Idem Off. 1, 17 Ad quod est adhibenda actio quaedam, non Solum mentis agitatio. Non solum, sine redditivo, Sed etiam. Cic. Fam. 12, 29
- 10 Vultus me hercule tuos mihi expressit omnes, non Solum animum ac verba pertulit. Non solum, post Quoque. Liu. 28, 43 Vt meam quoque, non Solum et Reip. et exercitus, vicem videretur valde sollicitus. Non Sprenendus v. v. ¶ 6 Non Tam utilitas parta per amicum, quam amici amor ipse delectat Cic. de Amic. 51. Quinct. 1, 1 Et Quinti
- 15 Hortensii filiae oratio apud Triumviros habita legitur, non Tantum in sexus honorem: *intell. sed etiam ob ipsius orationis praestantiam.* Non Tantum aliter Cic. de Amic. 48 Angor iste, qui pro amico saepe capiendus est, non Tantum valet, vt tollat e vita amicitiam, non plus quam vt virtutes, quia nonnullas curas et molestias afferunt, repudientur.
- 20 Non tantum, *i. non ita multum. Sed pro Non modo:* Cic. de Senect. 25 Nec vero dubitet agricola, quamuis senex, quaerenti cui serat, respondere, diis immortalibus qui me non accipere modo haec a maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere. Non Temere est, et properans venit Ter. Eun. 2, 2, 60. Non temere, *pro Vix unquam, sine Fere nunquam.* Suet. Octau. c. 73 Veste non Temere alia quam domestica vsus est Idem Calig. c. 36. Non vitra quam, *pro Tantum.* Suet. Octau. c. 67 Cosinium seruum grauissime de se opinantem non Vitra quam compedibus coercuit. Non vero, *rarissime legitur.* Cic. de Senect. 27 c. 9 At hi quidem iam mortui sunt: non Vero tam isti, quam tu
- 30 ipse nugator. *Sed nimirum illud vero asseuerantis est in respondendo.* Vlp. Dig. 1. 1 tit. 6 §. 3 Non Vero in totum xenii abstinerebit Proconsul. *Vid. Borrich. Vind. L. L. p. 142.* Vnus vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur Flor. 2, 18, 17. Cic. de Inuent. 1, 28 Nam saepe satis est quid factum sit, dicere, non Vt enarres quemad-
- 35 modum sit factum. ¶ 7 Non, *geminatum.* Non, non hoc tibi false sic abibit Catull. 14, 16. Non, non sic futurum est, non potest Ter. Phorm. 1, 5, 73. *Add. Idem Adelph. 1, 2, 21. et Heaut. 5, 1, 21. Plura exempla dabit Manut. ad Cic. Att. 1, 9. Similiter alia voce interposita: vt, iam ista quae fecit, non dominationem, non; sed dominum*
- 40 Antonium timentis sint Brut. ad Att. Ep. 17 epistolarum Cic. et Brut. ¶ 8 Non, *saepe praepositum Adiectiuis, itemque Substantiuis, valet pro compositis cum particula in, vt, non-dignus, non-honestus, etc. b. e. indignus, inhoneustus, etc. Exempla occurrunt ap. Cic. Quinct. aliosque. Conf. Parei Lex. Crit. p. 797. it. non-corpus Cic. Acad. 1 c. 11. non-dominus l. 8*
- 45 Culcinus D. de vi et vi arm. *Conf. Ind. Quinct. in edit. Gesneri, Par. l. c. p. 800. it. verbis, non-agendi fastidium Quinct. 12, 9, 7. vid. Ind. Quinctil.* ¶ 9 *Totam periodum hac particula claudi varius est apud Latinos, occurrunt tamen exempla.* Senec. Epist. 103 Fama utique vocem desiderat, claritas non. Cic. Att. 8, 3 Eam si nunc sequor, quonam? cum illo non. Idem ibid. 14, 12 Octauium sui Caesarem salutabant, Philippus non.

NONA, ae. f. *Vna ex Parcis.* Latini Nonam, Decimam, et Mortam, Parcas dixere, de quibus Gell. 3, 16. *vid. MORTA.*

NONACRIS, is. f. [*Nvaxpoc*] *Locus in Arcadia.* Vitruu. 8, 3 Est in Arcadia Nonacris nominata, quae habet in montibus stillantes e saxo frigidissimos humores. Haec autem aqua *κυρδ: ἰδωρ* appellatur, quam neque argenteum, neque aeneum, neque ferreum vas potest sustinere, sed diffilit ac dissipatur. Conseruare autem eam et continere, nisi vngula mulina, nil potest. *Addit, eo veneno necatum Alexandrum*

60 *M. qua de re vid. Curt. 10, 10, 16. et quos ibi laudat Freinsb.*

NONACRIVS, a, um. Adi. [*Nvaxpoc*] Ouid. Fast. 5, 97 Et matri et vati paret Nonacrius heros. *Arcada Euandrum sic vocat.*

NONACRINVS, a, um. Aliud Adi. [*Nvaxpoc*] *Arcadicus.* Ouid. Met. 2, 409 Dum redit, idque frequens, in virgine Nonacrina Haesit de Callisto. Atalanta Idem de Arte Am. 2, 185. Nemus Idem Fast. 2, 275. Hamadryades, *b. e. Arcadicae* Ouid. Met. 1, 690.

NONAE, arum. f. Pl. [*νῶναι*] *Dicuntur in Martio, Maio, Iunio, et Octobri, Sex illi dies, qui primum sequuntur: in reliquis vero mensibus, quatuor tantum illi dies primum sequentes.* Varro de L. L. 5, 4 p. 49, 25 Primi dies mensium nominati Kalendae, ab eo, quod heis diebus Kalentur eius mensis Nonae a pontificibus, quintanae an septimanae sint futurae, in Capitolio in Curia Kalabra sic dictae, *Quinque Kalo Iuno Nouella! Septem Kalo Iuno Nouella!* Nonae, appellatae, aut quod

75 ante diem Idus nonum semper, aut quod vt nouus annus Kalendae Ianuariariae ab nouo sole appellatae, nouus mensis, noua Luna Nonae. Eodem die enim ab agris in urbem ad regem continebat populus. Harum rerum vestigia apparent in sacris Nonalibus in arce: quod tunc ferias primas menstruas, quae futurae sint eo mense rex praedicat populo. Macrobi. Saturn. 1, 13 Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, vndetricenis censebantur diebus: et quintanas Nonas habebant. Martius vero, Maius, Quintilis, et October, dies tricenos singulos possidebant. Nonae in his septimanae erant. *Haec ille. Quintanas intellige, quod quinta dies*

85 *ab initio mensis, sine a Calendis inclusivae (vt nunc loquuntur) ad diem Nonarum in breuioribus mensis: in longioribus vero septimanas, quod haec dies sit a Calendis septima simili modo. Et hoc non obscure colligitur ex his verbis eiusdem auctoris, quae habentur in eiusdem libri c. 15 Hinc aliis quintus a Calendis dies, aliis septimus Nonas facit. Nonarum quintanarum et septimanarum meminit et Censorinus de Die natali c. 17. Nonae Caprotinae. Vid. b. v. Nonae Decembres Hor. Carm. 3, 18, 10. Cic. pro Flacc. 102 O Nonae illae Decembres, quae me Consule fuistis, quem ego diem vere natalem huius urbis, aut certe salutarem appellare possum.* Nonae Idus antecedunt, sicut et hi Calendas: itaque in e-

95 *numeratione trium illarum mensis partium, cauebant diligenter Romani, ne ante Nonas et Idus, Calendas nominarent. Proinde Nonas Idus Cal. dicebant, ne si secus nominarent, male ominosam esset. Cicero tamen in Verr. 3, 149 Calendis Nonis Idibus dixit: in quo annotat Asconius, Religioso omine nominat multitudo Nonas, Idus, Calendas. Cicero*

100 *Calendis et Idibus, Nonas addit, quamuis hoc pronuntiatione soluat, ac temporum diuisione hoc dici videre possimus. Ex Turneb. 15, 14.*

NONAGESIMVS, NONAGINTA, NONARIVS. etc. *Vid. NOVEN.*

NONCOLAE f. NONEOLAE, arum. f. Plur. Papillae, quae ex faucibus caprarum dependent Fest. *Eaedem appellantur Varr. R. R. 2, 3 sub*

roftro mammillae penfiles, *vel* mammulae : Colimel. 7, 6 Verruculae: Plin. 8, 50 Laciniae.

**NONDVM.** Adu. [*ἔτι, ἄδελφον, μήπω, μηδέπω*] *i.* Non ad huc. Cic. Fam. 11, 27 Nondum satis constitui. Nondum dico, quam haec signa nulla sint Idem de Diuin. 2, 16. Nondum manifesta sibi est Ouid. Met. 9, 463. Nondum omnium dierum sol occidit Liu. 39, 26. Nondum plane est expeditus Cic. Att. 4, 16. Ter. Andr. 1, 2, 30 Quid hoc, intellexit, an nondum etiam ne hoc quidem? Id. Heaut. 3, 3, 36. *Sequentes* Quum: nondum centum et decem anni sunt, Quum pro Cic. Off. 2 c. 21. *Add.* Idem pro Rosc. Amer. c. 34. *it.* Fam. 10 2, 6. Liu. 27, 42.

**NONGENTI,** *vid.* NOVEM.

**NONIVS,** *i.* m. *Gentis nomen,* *v. g.* Nonius Senator Romanus Plin. 37, 6. *De alio* Catull. 53, 2. Nonius Marcellus, *Grammaticus,* *eius exstat libellus,* *de Proprietate sermonum inter Auctores Latinae Linguae.*

**NONNE.** Adu. interrogandi, [*ὐ γὰρ, μήν, μή*] *ex* Non et Ne *compositum.* Ter. Andr. 1, 5, 3 *etc.* Nonne oportuit praescisse me ante? nonne prius communicatum oportuit? Cic. Verr. 5, 149 c. 58 Nonne publice vindicarem? Id. Tusc. 5, 35 Quum esset ex eo quaesitum, Archelaum Perdicae filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret, *etc.* *Ne tantum esse encliticam interrogandi notam indicat positum* Non pro Nonne. Cicero Catil. 1, 27 c. 11 Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mastrari imperabis. Idem Verr. 5, 149 c. 58. *Conf.* Caes. Bell. Ciuil. 2, 32. Cic. 25 Tusc. 5 c. 27. *et in* Pis. c. 31. Nonne, *in fine positum.* Cic. pro Caccin. 37 Verum ita est uti dicis, te deiectum debeo intelligere, etiam si victus non fueris; nonne? Nonne, *indignantis et stomachantis* Lucret. 2, 17 Nonne videre (*homines par erat*) Nil aliud sibi naturam latrare? *Comparat* Turnebus illud Virg. Aen. 1, 41 Mene incepto defistere victam?

**NONNIHIL.** *Aliquid, vel aliquantum. Interdum una voce scribunt.* Ter. Adolph. 1, 2, 62 Nonnihil molesta haec sunt mihi. Cic. pro Quint. 1 Nonnihil commoueor. Nepos 23, 13, 2 Nonnihil temporis tribuit literis. Cic. de Fin. 4, 62 c. 23 Non quia bonum sit valere, sed quia sit nonnihil aestimandum. *Non nulli diuidunt salia melius.*

**NONNULLVS,** a, um. *Aliquis. Ipsum quoque iunctim scriptum passim inuenias, licet proprie duae voces sint.* Cic. Acad. 4, 70 Etenim de caeteris sunt inter nos nonnulla communia. Nonnullus liquidum sumit multum sinapi Sammon. v. 127. Nonnullum de alterius ingenio iudicium facere Cic. Diuin. Verr. 44. Nonnullus honos Martialis. 4, 31. Nonnullus in literis Nominis Plin. Ep. 7, 20. Nonnullam nobis in hac re facit Iniuriam Ter. Adolph. 1, 2, 68. Nonnulla in re forsitan consilium tuum emendare possum Cic. pro Muraen. 45 60. Nonnullum semen Virg. Georg. 1, 22. Nonnulli ita interpretantur Nepos 25, 3, 2. *Conf.* Idem 17, 8, 1.

**NONNUNQUAM.** Adu. *i.* *Aliquando, eiusdem rationis est.* Ter. Eun. 2, 3, 76 Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Nonnunquam bonos exitus habent boni. Cic. de Nat. Deor. 3 c. 37 *pr.* Idem Fam. 5, 8 Sed quaedam pestes hominum laude aliena dolentium, et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi. *Conf.* Nepos 20, 1, 6. In agmine nonnunquam, equo, saepius pedibus anteibat Suet. Caes. c. 57. In hac ciuitate oppugnatio solet nonnunquam defendi, nonnunquam vituperari Cic. 55 in Vat. c. 2. *Add.* Caes. Bell. Gall. 1, 8. Cels. 5, 28, 2 *et* 14.

**NONNVS,** *Vox Ecclesiastica pro Monacho. Vid. Voss. de Vit. Serm. 1, 6, et 2, 13. et Orig. Idolol. 1, 24.*

**NONNA,** ae. f. *Monacha.* Hieron. Epist. 22, 6.

**NONNULA,** ae. f. *Retia ad capiendas aues. Vid. Gloss. Isidor. 60*

**NONNVSQVAM,** *In aliquibus locis, ut Nonnunquam iunctis interdum verbis scribitur.* Plin. 14, 19 Nonnusquam vini faece, acetouae condiant.

**NONVS,** *vid.* NOVEM.

## N O R

**NORBA,** *Colonia Romana in Latio.* Plin. 3, 5. Liu. 2, 34 *et* 7, 42. *Hinc*

**NORBANVS,** a, um. *Adi. ut, Norbanus ager* Liu. 8, 19. *Est etiam cognomen. Vid. Spanh. de Num. diff. 10.*

**NORICVM,** *i.* n. [*Νορικόον*] *Regio Germaniae meridionalis versus orientem. Hinc*

**NORICVS,** a, um. *Adi.* [*Νορικός*] Hor. Carm. 1, 16, 9 Quas neque Noricus deterreret ensis. Castella Virg. Georg. 3, 474. Ignis Quid. Met. 14, 713. Rura Claudian. Bell. Get. 365.

**NORMA,** ae. f. [*γνώμων*] *Fabrorum instrumentum, ex duabus regulis constans, ita coniunctis, ut angulum rectum efficiant: Vitruu. 7, 3. de sectorio opere loquens, Longitudines ad regulam et lineam, altitudines ad perpendicularum, anguli ad normam respondentes exigantur.* ¶ 2 80 *Hinc Norma est quaecunque regula, ad quam aliquid exigitur, aut conformatur.* Fallax norma Lucret. 4, 516. Iuris praescriptum, norma, et formula iudicii Cic. de Orat. 2, 178 c. 42. Legis norma Idem de Legib. 2, 61. Loquendi norma Hor. de Arte Poet. 72. Naturae norma, regula, praescriptio Idem Acad. 4, 140. Oratoris norma, *per translationem, pro Lege et praescriptione suae formula.* Plin. Ep. 9, 26 Demosthenes ipse ille norma oratoris et regula, num se cohibet et comprimit, quum dicit illa notissima, *etc.* Veterum norma Hor. Carm. 2, 15, 12. Naturali norma legem bonam a mala diuidere possumus Cic. de Legib. 1, 44. Acerrima aliquorum norma quaedam dirigere Idem de Orat. 3, 188. Idem pro Muraen. 3 c. 2 *pr.* Primum M. Catoni vitam, ad certam rationis normam dirigenti, et diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Cic. de Amicit. 18 Nunquam ego dicam C. Fabricium, M. Curium, T. Coruncanum, quos sapientes maiores nostri iudicabant, ad istorum normam fuisse sapientes.

**NORMALIS,** e. *Adi.* [*γνώμων*] *Quod ad normam factum est.* Normalis angulus Quinct. 11, 3, 141. *Rectus, qualem norma efficit.* Aggen. de Limit. agror. p. 53 Rigores normales. *Vid. Rigalt. Manil. 2, 289* Quorum designat normalis virgula sedes. *i. καθήκον, perpendicularum, vid. Scalig. p. 125.*

**NORMALITER.** Adu. *Ad normam, accurate.* Frontin. de Limit. Quae normaliter ex rigore aguntur. Ammian. 20, 4 Cum luna e regione normaliter steterit, lumine pleno fulgebit, *i. ad diametrum ipsam.*

NORMO, Ære. Diomed. Grammat.

NORMĀTVS, a, um. Adi. [γνωμοτροπος] Columel. 3, 13 Antiquam illam ciconiam infiximus, vt tanquam suppositae basi ad perpendiculum normata insisteret.

NORMATIO, ònis. f. Fragm. agrar. de limit. p. 217.

NORMATVRA, ae. f. Innocent. de Casis liter. p. 221 edit Goef.

NORTIA, ae. f. Tuscis fortuna: quam Hetruscam deam vocat Liu. 7, 3. Conf. Iuuenal. Sat. 10, 74 ubi Nurtia scribitur.

## N O S

NOS, nostrum vel nostri, [ἡμῶν, ἡμῶν] Plurale est cum singulariter dicatur Ego, mei. Nos, i. Nos Romani s. Latini, Scribon. Ep. fin. Comp. 12. 83. 129. 258. Cic. Att. 10, 4 Ego enim ad eum scribam, vt tu ipse voles, de ea re nos inter nos loquutos. Ter. Adolph. 2, 4, 7 Quasi non norimus nos inter nos. Nobiscum assuefcite mensis Virg. Aen. 8, 174. Cur Nobiscum dixerint, non Cum nobis, vid. M E C V M.

Deus Nobis haec otia fecit Virg. Ecl. 1, 6. Nil nostri miserere Id. ibid. 2, 7. Enalagè vetus est apud Tibul. 3, 6, 55 Perfida nec merito, nobis inimica merenti. pro Merentibus. Vid. Brouckh. et Cyrdæ ad Virg. Aen. 9, 525. et Voss. de Constr. c. 55. Nosmet, pro Nos ipsi. Plaut. . . . Si non moneas, nosmet meminimus. Ter. Phorm. 1, 3, 20 Nostri nosmet poenitet. Quum rem fidemque, nosque Nosmet per-

dimus Plaut. Truc. 1, 1, 38. Cic. de Fin. 4, 25 Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. Idem Acad. 4, 115 Discedamus a nobismetipsis, de sapiente loquamur. Cariorem esse patriam nobis quam Nosmetipsos Cic. Fin. 3 c. 19. Idem Att. 14, 15 Nosmetipsi inter nos coniunctiores simus, quam adhuc fuimus.

NOSTER, tra, trum. [ἡμέτερος] Gen. Nostri, ae, i. Pronomen Possessuum. Noster, πῶς ἀντιδιαστολήν, qui non est noster. Ter. Phorm. 1, 2, 67 Noster quid ageret, nescire, et illam ducere cupiebat, et metuebat absentem patrem. Aetas Plaut. Bacch. 2, 3, 121. Cibus Idem Poen. 3, 6, 15. Praceptor noster Scribon. 94, 175. Noster

ille, vid. ILLE. Noster est Ter. Adolph. 5, 8, 29. i. Ex nostra familia. Conf. Plaut. Mil. 2, 5, 20. et Cist. 4, 2, 48. Noster, pro Nostri ordinis. Hor. Serm. 2, 6, 48 Noster ludos spectauerat, vna Luserat in campo. Turnebus hunc enarrans locum, Imitatur, inquit sermonem hominum sibi inuidensium, et mirantium tam prosperam secundamque fortunam suam. Horatius, inquit, nostri ordinis et loci erat, et in vltima cauea nobiscum spectabat ludos inter pauperum cuneos, in campo Martio nobiscum sese exercebat, qui fortunae filius nunc videtur, tantis auctus successibus est. Nam Senatores ludos spectabant ex orchestra: e quatuordecim ordinibus equites: et plebeiorum lautiores et ditiores commodius sedebant, pauperiorum deterior vt conditio, sic et in cauea locus. In campo quoque generosi cum generosis se exercebant, pauperes cum pauperibus. Ego iuuenem Horatium olim sui fuisse ordinis dicebant, qui fortunae indulgentia ad amicitiam Maecenatis, opesque peruenerit, et fortunae beneficio prouectus sit ad tantam felicitatem. Noster, pro Nostras. Ter. Eun. 2, 3, 21

Haud similis virgo est virginum nostrarum. Vbi Donatus, Nostrarum, ciuium scilicet, id est terrae ac patriae nostrae: vt, Virg. Georg. 2, 89 Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. Conf. Sallust. Iug. c. 38. Quisquis es, Noster eris Virg. Aen. 2, 149. Vox imperatorum ad transfugas, vt docet Seru. b. 1. Noster, blandientis est aliquando. Ter. Hec. 5, 2, 4 Noster socer video venit, puero nutricem adduxit. Et magis hoc consuetudine dictum est, quam integritate, inquit Donatus. Noster, i. Nobis fauens. Dii enim nostri dicuntur esse, qui nobis fauent, vt apud Virg. Aen. 11, 20 Sin nostrum annuiterit nobis victoria Martem. Et 12, 539 — nec dii texere Cupentum Aenea veniente sui. Turnebus.

Nostra, pro Mea, moraliter dictum, auctore Donato. Ter. Eun. 2, 3, 69 Estne vt fertur forma? P. sane. CH. at nihil ad nostram hanc. Nostra omnis lis est: i. Vicinus. Plaut. Caf. 2, 8, 73. Nostri an alieni simus Idem Mil. 2, 5, 21. Nostrarum, pro Nostrum. Ter. Eun. 4, 4, 11 Hunc oculis suis nostrarum nunquam quisquam vidit. Vbi Donatus, ἡγεμισυδς est figura, pro nostrum, vel nostrarum, id est, quae familiae nostrae sunt. Sed Cic. de Prouinc. Conf. 40 Primum illud tempus familiaritatis ac consuetudinis, quae mihi cum illo, quae fratri meo, quae C. Varroni consobri no-

stræ ab omnium nostrum adolescentia fuit, praetermitto. Nostri et Externi, contraria. Plin. 12, 25. i. Latini et Graeci. De balsamo. Sic Nostra nobis notiora Dial. de Oratorib. c. 28, 3. In MSS, permutantur Noster et Vester, obseruante Drakenb. ad Sil. 11, 117.

NOSTRA PTE culpa facimus, vt malos expediat esse Ter. Phorm. 5, 2, 1.

NOSTRAS, ætis. Adi. [ἡμεδαπῶς] a Noster deducitur: et significat, E nostra gente vel patria. Plin. 15, 29 Tarentinam folio minuto, nostratem patulo, exoticam densissimo. Nostratia verba Cic. Fam. 2, 11. Nostrates philosophi Idem Tusc. 5, 90 c. 32. b. e. Nostræ sectæ. Cic. Fam. 9, 15 Mirifice capior facetiis maxime nostratibus, praesertim quum eas videam primum oblitus Latio, tum quum in urbem nostram est infusa peregrinitas. Nostrates gallinae Columel. 8, 3. Vlmus procerior quam nostras Idem 5, 6.

NOSTRĀTIM. Adu. i. Nostræ more. Sisenna apud Charif. p. 196.

NOSCENTIA, NOSCIBILIS, etc. Vid. paullo infra.

NOSCO, noui, notum, Ære. [γινωσκω] Praesenti tempore significat percipere, comprehendere, discere, atque initium adeo sciendi: quare non mirum est, Praeteritum Noui habere vim quoque Praesentis scio. Nempe qui nouit, i. percepit, didicit, ille iam scit. Cic. Tusc. 1, 52 c. 22 Est illud quidem vel maximum, animo ipso animum videre: et nimirum hanc habet vim praeceptum Apollinis, quo monet, vt se quisque noscat. Non enim, credo, id praecipit, vt membra nostra, aut staturam figuramque noscamus; neque nos corpora sumus, neque ego tibi dicens hoc, corpori tuo dico. Cum igitur, nosce te, dicit, hoc dicit, nosce animum tuum. De hoc Iuuenal. 11, 26 E caelo descendit Γνώσις αὐαυρήν. Cic. Fam. 12, 4 Scriberem plura, si rem, causamque nossem, i. dixissem, atque adeo scirem. Nosci, percipi, comprehendendi, iungit Cic. Acad. 4, 83. Nosco a Graeco fit: nam Graeci γινώσκων dicunt Cognoscere; γινωσκόν, Cognitum. Hinc Latini veteres non Nosco, sed Gnosco dicebant; et Gnotum, non Notum. Noui animum tuum Ter. Heaut. 3, 3, 9. b. e. Ego probe teneo cuius sis animi. Noui tuum animum de nostris factis Plaut. Stich. 1, 1, 4. Cic. in Pison. 81 c. 32 extr. Habet hoc virtus (quam tu ne de facie quidem nosti) vt viros fortes, etc. Noui et scio Ter. Andr. 5, 4, 32. Bene te noui Ouid. ex Pont. 2, 3, 49. Vnde tam bene me nosti? Hor. Serm. 2, 3, 18. Omnes philosophiae partes,

55

60

65

70

75

80

85

90

95

100

105

partes, atque omnia membra tum facillime noscuntur, quum totae quaestiones scribendo explicantur Cic. de Natur. Deor. 1, 9. Familiariter aliquid nosse Quintil. 5, 7. Optime vnumquemque nosse Cic. Veri. 1, 17. Artem Romanam nouerat Ouid. Fast. 3, 103. Caetera nostri Cic. Fam. 7, 28. *formula reticentiae.* Excusationem noscere, 5  
*i. Admittere* Idem ibid. 4, 4 et 11. Att. 7. Vid. Graeu. ad haec loca, Gronou. de Pec. Vet. 4, 3. Faciem hominis noui, *Noui formam, Noui hominem* Ter. Hec. 3, 4, 25. Faciem nouerat ducis Ouid. Met. 8, 23. Herbas salutiferas nosse Stat. Achill. 1, 117. Ingenium Ter. Andr. 1, 1, 26. Leges et iura alicuius ciuitatis Cic. in Pison. 30. Locum noui Ter. Adelph. 4, 2, 34. Ludum Plaut. Amph. 4, 2, sup-  
 pos. 2, 32. Egomet Me noui Plaut. Pseud. 4, 2, 16. Cic. de Natur. Deor. 1, 37 Deus ille quem Mente noscimus, atque in animi notione, tanquam in vestigio volumus reponere, nusquam profusus appareat. Nosmetipsos noscere, difficillimum est Cic. de Legib. 1, 58. 15  
 Omnia noui tecum Ter. Phorm. 5, 9, 43. Omnem rem noui Idem Andr. 4, 5, 50. Saporem nosse Plin. 13, 4. Scientiam ponderis nosse Scribon. 199. Se quisque noscat Cic. Tusc. 1, 52. In foro vix decimus quisque est, qui ipse sese nouerit Plaut. Pseud. 4, 2, 17. Venerem nosse Plin. 10, 63. *i. Coire.* Viam noui Ter. Heaut. 20  
 2, 3, 7. Vox noscitur Stat. Silu. 5, 1, 172. Vultum alicuius Lucret. 3, 468. Noscor: Ouid. Trist. 1, 4, 29 — nec noscitur vlli, Agminibus comitum qui modo cinctus erat. Vox sola mariti noscitur Stat. Silu. 5, 1, 171. Plaut. Amph. prol. 104 Nam ego vos nouisse credo iam, vt sit pater meus. *A librariis permisceri solent, Noui et Moui: Drakenb. ad Sil. 14, 141.* 25  
**NOSCENS**, entis. Part. Catull. 69, 140 Iuno Noscens omniuoli plurimia furta Iouis.  
**NOSCENTIA**, ae. f. *Vt scientia, intelligentia.* Symmach. Epist. 6, 11 Fortasse quaeratis, quid etiam nunc referri in noscentiam meam postulem Idem ibid. 4, 9. 30  
**NOTVS**, a, um. Part. [*γνωστός*] Plin. 16, 18 Alpina et haec arbor, nec vulgo nota. Notus pulchre Plin. 21, 6. Vt cuiquam qui ipse notus sibi sit, hoc est, qui suam naturam, sensumque perspexit, vt ait Cic. de Fin. 2, 16. Notus mihi nomine tantum Horat. Serm. 1, 9, 3. Notus omnibus improbitate et vitiis Cic. pro Cluent. 46 c. 16. Fama super aethera notus Virg. Aen. 1, 383. Hinc vsque ad sidera Idem Ecl. 5, 43. ¶ 2 Notus, *Qui nouit.* Plaut. Pseud. 4, 2, 31 Ita herus meus est imperiosus. B. noui: notis praedicas. Phaedr. 1, 12 Virtutis expers verbis iactans gloriam Ignotos fallit, notis est derisui. Vid. Interpp. itemque Drakenb. ad Sil. 2, 98. 40  
 ¶ 3 Notus, Adi. [*γνωστός, γνωστός*] Vnde notior, illius. Cicero Acad. 4, 13 Tuam ad hos notiores, etc. referre in eundem numerum solent. Idem Acad. 4, 102 Cui erant, quae paullo ante dixi, notissima. Notus et Obscurus, *contraria.* Cic. pro Muraen. 16 Tua vero nobilitas Serui Sulpiti, tamen si summa est, tamen hominibus literatis et historicis est notior, populo vero et suffragatoribus obscurior. Facere aliquem notiozem circa vitia Quintil. 3, 7. Factus est notior Ouid. ex Pont. 3, 1, 51. Qui ea multo, quam nos, Habeas notiora Cic. in Orat. c. 31 *extr.* Notissimi inter se, quia semper pares ordines duxerunt Liu. 8, 8. Pylade quam Agamemnone notior Orestes Val. Max. 4, 7 *pr.* Canibus nostris non Delia notior Virg. Ecl. 3, 67. Notissimum euasit exemplum Idem 8, 3, 2. *Quia ex notitia familiaritatem et caritas adeo oritur; hinc videtur notus interdum pro caro s. amico poni, vt Virg. Aen. 6, 499 Et notis compellat vocibus vltro.* 55  
*Sic Idem in Ciri 159 Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus.* Catull. Carm. 80, 4 Nec tria notorum Bafia reppererit. *Conf. Scalig. ad l. vtrumque.* Causa nota meae ruinae Ouid. Trist. 4, 10, 99. Diuortia viarum Virg. Aen. 9, 379. Fabula Ouid. de Arte Am. 2, 562. Facta Idem Met. 14, 696. Fides Idem Fast. 3, 386. Frutices aucupibus Idem de Arte Am. 1, 43. Homo Hor. Serm. 1, 2, 31. Insula notissima fama Virg. Aen. 2, 21. Iter notum arripit Stat. Theb. 1, 101. Latro notus et insignis Cic. Philipp. 11, 10. Litora Virg. Aen. 1, 673. Locus prodigio Ouid. Met. 6, 321. Locus notissimus Caes. Bell. Gall. 4, 24. Noti et trati loci Cic. in Orat. 118. Mulier nota et nobilis Id. pro Cael. 31. Negotium alicuius vulgatum et notum Idem Quint. Frat. 2, 12. Pietatis notae alumnus Ouid. Met. 14, 443. Res notae, testatae, et manifestae Cic. Verr. Act. 1, 48. Res nota et apud omnes peruulgata Idem ibid. 4, (2) 85 c. 34. Vir dulci notus amore Sil. 8, 147. 70  
 Cic. ad Brut. 14 Nondum erat tibi id notum. Patent haec, et nota sunt omnibus Idem pro Milon. 77. Nota loquor Tibull. 2, 3, 63. Notum facere, *pro Significare* Suet. Aug. c. 65. Ignotis nota facere simulacra corporis Cic. Fam. 5, 12. *In MSS. confunduntur Notus, Nota, et Natus, Vota: v. v.* 75  
**NOTIO**, ōnis. f. [*νόσις, ἔνοια*] Conformatio quaedam et impressa intelligentia *definitur* Cic. Top. c. 5. *Graecis dicitur ἔνοια et νόσις,* Idem ibid. c. 7. Boëthius in Comment. Topic. Notio intellectus est quidam et simplex mentis conceptio, quae ad res plures pertineat a se inuicem differentes. Plin. 17, 28 Cuius rei ratio nem notionemque eodem volumine tradidit. Cic. de Nat. Deor. 1, 26 Aperta simplexque mens, nulla re adiuncta, quae sentire possit, fugere intelligentiae nostrae vim et notionem videtur. Forma, species, et notio boni viri Cic. Off. 3, 81. Naturalis atque insita in animis nostris Idem de Fin. 1, 31. Informata notio deorum in animis nostris Idem de Nat. Deor. 2, 13. Insitae et quasi consignatae in animis notiones Idem Tusc. 1, 57. Communes notiones definitiones declarant Idem ibid. 4, 52. Complicatam animi notionem euoluere Idem Off. 3, 76. Idem Acad. 4, 33 Quae ista regula est veri et falsi, si notionem veri et falsi, propterea quod ea non possunt internosci, nullam habemus? Dei notionem nullum animal est quod habeat praeter hominem Cic. de Legib. 1, 24. Impressit notionem in animis natura Idem de Natur. Deor. 1, 43. Notio sic quaeritur, sitne id aequum, quod ei, qui plus potest, vtile est Idem in Topic. 83. ¶ 2 Notio, *pro Cognitione iudicis.* Iudicium Censorium, ac notionem, et illum morem seuerissimum magistratum Clodius de ciuitate sustulit Cic. de Prouinc. Conf. 46. Tac. Ann. 3, 59, 1 Tiberius dilata notione de iure Flamini. Liu. 27, 35 Metiis ad Censores, non ad Senatam, notionem de eo pertinere dicentibus. Vlpian. in l. 1 §. Quidquid D. De offic. praefect. urb. Sed si vltra ipsum lapidem egressum est, praefecti urbi notio non est. Notiones censoriae Gell. 17, 18. *Conf. Gron. ad Liu. 27, 25. Parei Lex. Crit.* 802.  
**NOTITIA**, ae. f. [*γνωσις*] *Cognitio, intelligentia.* Ter. Heaut. 1, 1, 1 Quanquam haec inter nos nupex notitia admodum est. Haec 105  
 VOL. III.

*eadem verba habet* Cic. de Fin. 2, 14. *Et de Senect. 12* Qui sermo, quae praecepta, quanta notitia antiquitatis? Propter notitiam innotuit Nep. 10, 9, 4. Valetudo conseruatur notitia sui Corporis Cic. Off. 2 c. 24. *Mulieris noua notitia* Cic. pro Cael. 75. *Peccati notitia est initium salutis* Sen. Epist. 28. *Veri et falsi notitiam creare* Lucret. 4, 478. *Dare notitiam alicui, Facere aliquem notum* Ouid. ex Pont. 3, 1, 50. *Dare alicui vestigia notitiae* Lucret. 2, 123. *Eripere notitiam* Ouid. ex Pont. 2, 10, 5. *Facere notitiam* Idem Met. 4, 59. *Habere notitiam alicuius rei* Quint. 6, 4. *Dei notitiam nullum animal est quod Habeat praeter hominem* Cic. de Legg. 1 c. 8. *Habere notitiam feminae* Caes. Bell. Gall. 6, 21. *Inficiare notitiam alicuius* Ouid. ex Pont. 4, 6, 42. *Ingenuit notitias paruas rerum maximarum natura* Cic. de Fin. 5, 59. *Instruere iudicem notitia rerum* Quint. 4, 2. *Praebere notitiam* Lucret. 5, 125. *Subtrahere notitiae* Cels. 6, 6. *Venire in notitiam alicui, Fieri notum* Ouid. de Nuce 29. *Spartian. Adrian. c. 24* Quod cum in Antonii vsque notitiam venisset. *Venisse pluribus in notitiam* Scribon. 38. ¶ 2 *Pro notione* Cic. Orat. 116 *Inuolutae rei notitia definitione aperienda est.*

20 **NOTITIES**, ēi. f. *Idem.* [γνώσεις] Vitruu. 6 prooemio, *Ideo notitiei parum est assequuta.* *Notities hominum diuis vnde infita primum, etc.* Lucret. 5, 182.

**NOTESCO**, ēre. [διαγνώσκειν] *Notum fieri.* Propert. 13, 2, 37 *Nec minus haec nostri notescet fama sepulchri.* *Magis atque magis notescere* Catull. 66, 48. *Bonis consiliis notescere volebat* Tac. Ann. 4, 7. *Ingenia notescunt* Idem ib. 16, 20. *Libertis quoque ac ianitoribus eius notescere, pro magnifico habebatur* Idem ib. 6, 8. *Litora notescunt exilio* Lucan. 5, 784. *Malis facinoribus notescere* Tac. Ann. 12, 8, 3. Idem 1, 73, 3.

30 **NOTIFICO**, āre. [διαγνώσκω] *Notum facere.* Ouid. ex Pont. 1, 2, 12 *Atque modum culpae notificare velis. Nisi sit spurium hoc distichon, ut videtur.* *Laudatur* Gell. 9, 3. *Sed Gron. vocificans. Sed Non. Marcell. 2, 585. ex Pomponio Tragico, Nunc te obsecro, stirpem ut euoluas meorumque notifices mihi.*

35 **NOSCITO**, āre. [διαγνώσκω] *Frequent. et Desiderat. a* *Noscer e* Plaut. Trin. 4, 2, 21 *Contemplet, circumspicit sese, atque aedes noscitat, i. signis quibusdam notat, ut certius cognoscat.* *Sic* Epid. 4, 1, 10 *Noscito ego hanc. Nam videor, nescio vbi me vidisse prius. Est ne ea an non est, quam aninus retur meus?* *Et* Mil. 2, 6, 41 *At placide noscita, i. inspice, explora.* Cistell. 4, 2, 14 *Nunc vestigia hic si qua sunt, noscitabo* Plin. Epist. 9, 23, 5 *Quod illum anus Attica ita noscitauit, ἔργε ἐπὶ Δημοσθένε; vbi vid. Gesnerus.* Idem 6, 20, 14 *Alii parentes — vocibus requirebant, vocibus noscitabant. i. attendebant, an vox, quam perciperent, esset patris. vid. locus.* *Ducum nomina noscitare, i. scire velle, et paulatim discere.* Plin. Paneg. c. 17. *Liu. 3, 28* *Circumspicere omnibus fori partibus Senatorem raroque vsquam noscitare.* Idem 6, 25 pr. ¶ 2 *Pro cognoscere vel agnoscere ponitur.*

45 *Plaut. Men. 5, 9, 5* *Meam cum formam noscito.* *Noscitor* Catull. 59 (62) 223 *Et facile insciis Noscitur ab omnibus.* *Praefecti noscitabantur* Curt. 3, 11, 10. *Vt vix facies noscicaretur* Idem 8, 13, 24.

**NOSCITANS**, antis. Part. *Liu. 22, 6* *Facie quoque noscicans, i. agnoscens.*

55 **NOSCITABUNDVS**, a, um. *Adi. Gell. 5, 14 de leone, Deinde sensim atque placide, tanquam noscitabundus ad hominem accedit. h. e. Tanquam noscicans, agnoscere cupiens certe, de quo dubitaret.*

**NOSCIBILIS**, e. *Adi. Augustin. de Trin. 9, 5* *Mens noscens vel nota, vel noscibilis.* Idem cap. vii. *Tertull. ad Scap. 2.*

60 **NOTOR**, ōris. m. *Qui ignoti notitiam dat.* Sen. Epist. 39 *Qui notorem dat ignotus est.* Idem in ludo, *Si quis a me notorem perisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti.* *Petron. c. 92* *Nisi notorem dedissem.*

**NOTORIVS**, a, um. *Adi. [εὐγνώστος] Quod omnes norunt.* *Crimen notorium apud Ictos. Etiam substantiue Notoria, Testificatio- num genus est.* *Paullus in l. Ab accusatione. D. Ad Senatusconf. Turpilianum, Nuntiatores qui per notoria indicia produunt, notoriis suis assistere iubentur. Et C. de Accusationibus, l. Ea lege, Verum falsis necne notoriis insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. Sensus hoc in loco est, Nuntiatores qui reos deferunt, per notoria, licet citra calumniae metum accusent, debere tamen assistere suis iudiciis, atque tueri notoria quae attulerunt, interim dum quaestio de crimine habetur.* *Budaeus in dicta lege Ab accusatione in posterioribus Annotationibus. Ad. Gothofr. et in primis Cuiac. Obsf. 1, 33 et 3, 3.*

75 **NOTORIA**, ae. f. *Subst. Epistola dicitur, quae aliquid notum facit et indicat: Trebellius in Claudio c. 17* *Nihil mihi grauius accidit, quam quod notoria tua intimasti.* *Alii Notoriam accipiunt pro Epistola notarii manu scripta, sed falluntur. Ex Turnebo. Apul. Met. 7 p. 189 Elm.* *Ille, qui commodum falsam de me notoriam pertulerat. Augustin. Epist. 160* *Qui non accusantibus nostris, sed illorum notoria, ad quos tuendae pacis vigilantia pertinebat, (Irenarcharum) praesentari videntur examini.* *Turnebus 15, 20 iam laudauit Gl. Isidor. Elogium, textum malorum gestorum, quod notoriam dicunt.* *Arca. et Honor. l. 31 C. Theod. de Episcopis Eccles. Notoriis (al. notariis) apparitorum deferatur in notitiam potestatum. Vid. Gothofr. ad b. l. Sic Symmach. 10, 4* *Quo circa impatienter fero, apparitorum notoriis Senatui nuntari. Al. notariis. Vet. Gl. μήνυσις notoria, indicium. Al. Gl. Notoria ἀναφυσά. Vid. Salmf. in Trebell. Poll. Claud. 17. Wcw. de Polym. 6, 11.*

90 **NOSOCOMION**, i. n. [νοσοκομῖον] *Valetudinarium: villa et diuersorium, ad quod diuertunt aegrotantes pauperes.* *Hieron. Epist. 30 c. 2* *Censum quem habere poterat, distribuit, dilapidauit, ac vendidit, et in pecuniam congregatum, vsibus pauperum praeparauit. Et primo omnium nosocomion, id est languentium villam instituit, in quo aegrotantes colligeret de plateis, et consumta languoribus atque inedia miserorum membra refoueret.*

95 **NOSODOCHIVM**, i. n. [νοσοδοχεῖον] *Idem quod Nosocomium.*

**NOSTER**, etc. *vid. NOS.*

00 **NOTA**, ae. f. [σημα, σημεῖον, σύμβολον] *Signum, quo quid noscitur: a* *Nosco, Notus, licet priore breui: a qua correptione deriuata huius verbi non abhorre, indicant* *Agnitus, Cognitus cum coniugatis. Festus: Nota nunc significat Signum, vt in pecoribus, tabulis, libris, 05 literae singulae aut binae: nunc Ignominiam.* *Plin. 11, 39* *Mammis homo*

homo solus e maribus habet : caetera animalia mammaram notas tantum. Cic. in Partit. 26 Nam vt illa (literatura) constat ex notis literarum. Rerum notae nomina Cic. de Fin. 5, 74. Liu. 34, 61 extr. Edit nomina eorum, quibus conuentis opus esset; instruit etiam secretis notis, per quas haud dubie agnoscerent sua mandata esse. *i. Dat signa*, 5 quibus fidem faceret Ariston, se ab Annibale esse missum. Furtiuae notae Ouid. Amor. 1, 4, 18. Occultae Idem Epist. 16, 84. Notae amoris, *i. Signa* Cic. Att. 1, 10. Notae salutis et mortis Celsus 2, 6 ad fin. Nota, pro Signo et argumento Ouid. Met. 1, 761. Seruitutis quaedam nota inerat in illo foedere Cic. Verr. 5, 50. Notas et vestigia scelorum suorum multis in locis relinquere Idem ibid. 4 (2) 115 c. 47. Insignitae notae veritatis apparent in animis immortalibus Idem de Diuin. 1, 64. Argumentorum quasi notae loci dicuntur Id. in Orat. 46. Signa et notas ostendere locorum Idem ib. 2, 174. Arcanas pars habet ista notas Ouid. de Arte Am. 3, 804. *Caeruleae*, vid. CAERULEVS. Caerula nota insignis Senec. Hippol. l. 10. Familiaris, qua quis se familiarem putet Sen. de Benef. 1, 14. Genitiua nota Suet. Aug. c. 80. Generis naturalis Iustin. 15, 4, 9. Grandibus notis maculosus Virg. Georg. 3, 427. Lasciuus notis liuida colla Ouid. Amor. 1, 8, 98. *i. morsibus*. Purpureae Ouid. Met. 6, 577. Abolere notas Claud. de Bell. Gildon. 430. Apponere notam ad malum versum Cic. in Pison. 73 c. 30. Compunctus Threiciis notis, *i. stigmatibus*. Vid. COMPUNGO. Ducere notam Hor. Carm. 4, 2, 9. De vituli macula. Excessere nondum caedis notae de pectore Ouid. Met. 6, 670. Fecit notam sine vulnere Idem ib. 11, 9. Figere notas dente Tibull. 1, 8, 38. Impressit memorem notam dente labris Hor. Carm. 1, 13, 12. Imponere notam pecori Colum. 7, 9, 12. Inurere Virg. Georg. 3, 158. Monendi sumus hac nota Quint. 1, 7, 3. de Apice literis imposito longis. Praebere notam malitiae Plin. 11, 52 extr. ¶ 2 Cum notis inscriptis, impressis, appensis, vini lagenas, merciumque aliarum inuolucra et vasa distinguere, pretiaque adeo sic indicarent; hinc Notae vox ad genera et classes quarumvis rerum significandas adhibetur. Sen. Qu. Nat. 2 extr. Ex hac nota corporum aer est, *i. classe*. Saepissime ita Columella, v. g. 12, 19, 2 Quaecunque vini nota, *i. quodcunque genus vini*. Vini nota parum firma 12, 37. Optima 12, 19. Diuersae notae stirpes 3, 21, 5. Secundae notae vitis 3, 2, 19. Tertiae vel quartae 3, 20, 3. Tres aut quatuor notas conditurae totidem musti amphoris experietur 12, 21, 6. Notae viridis oleum 12, 50, 2. Secundae notae mel 9, 15, 3. Primae notae acerrimum acetum 12, 17, 1. Cuiuscunque notae casuum 12, 57, 3. Alterius notae pisces 8, 17, 2 etc. Cic. in Orat. 75 Sequitur vt cuiusque generis nota quaeratur et formula. Notam et formulam vocat, quod superius Graeco vocabulo χαρακτήρα dixerat, hoc est figuram et modum dicendi. Genus humile, sublime, medium. Sic Plin. Epist. 9, 26, 9 Ex eadem nota. Curius ad Cic. Fam. 7, 29 Quare Cicero mi perseuera constanter nos conseruare, et Sulpicii successori nos de meliore nota commenda. Natum autem est genus istud loquendi De meliore nota, ab eo, quod veteres solebant vini cados, testas, amphoras, in cellis condere notatas, id est insignibus quibusdam literis, aut aliis notis distinctas, ad tempus, aut praestantiam vini significandam. Hinc illud apud Hor. Carm. 2, 3, 8 Interiore nota Falerni. Et Serm. 1, 10, 24 — Chio nota si commista Falerni est. Conf. Petron. c. 34. Catull. 69, 28. Transfert lepide ad oscula Ouid. Am. 2, 5, 54. Casaubonus prouerbiale illud De meliore nota, ad eas notas refert, quibus in commendatitiis literis Romani proceres utebantur, distinguere soliti serias commendationes a perfunctoriis nota priuata apposita. Vid. Aen. Tactic. c. 31. Scaliger ad numos respici putat, in quibus, quidquid inscriptum impressumque est, dicitur Nota. Sic numi malae notae, νομισμα νόμισμα, etc. Sane Nota Numi Suet. Ner. c. 25. Add. Id. Aug. c. 75 et 94. et Pallad. de Infit. Praef. extr. Hae Notae fere literis constant. Sic Publicis notis incisa marmora Hor. Carm. 4, 8, 13. Priscarum literarum notae in robore insculptae Cic. de Diuin. 2, 85. Mandare notas et nomina foliis, Scribere in foliis Virg. Aen. 3, 444. Saepem ita Ouidius, vbi de epistolis, v. g. Heroid. 4, 5 His arcana notis terra pelagoque feruntur: Inspicit acceptas hostis ab hoste notas. De Arte Am. 3, 470 Accipiat missas apta ministra notas. Musicae Quint. 1, 12. ¶ 3 Notae sunt, quibus compendio scribitur. Exstant bodieque tachygraphicae Notae, Tironi et Senecae tributae, de quibus vid. Fabric. B. Lat. T. 2 c. 9 p. 363 seqq. et Supplem. ad b. l. Ab his Notis dicuntur Notarii, de quibus mox. Hieron. ad Auitum de libris *νεπι λέξων* pr. Adhibitis notariis opus omne descripsit. — Et quia difficile, grandes libros de rebus mysticis disputantes notarum possunt seruire compendia, praesertim qui furtim celeriterque dicuntur; ita in illis confusa sunt omnia, vt et ordine in plerisque et sensu careant. Suet. Caes. c. 56 Extant et ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus, in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scriptis, id est, sic structo literarum ordine, vt nullum verbum effici posset: quae si quis inuestigare et persequi vellet, quartam elementorum literam, id est, D pro A, et perinde reliquas commutet. Gellius de notis Caesaris scribit 17, 9 pr. Conf. praecipue Suet. Aug. c. 88. Notis scribere, est Compendioso scribendi genere in excipiendo vti. Modestinus, Eos qui notis scribunt acta praesidium Reip. causa non abesse certum est. Suet. in Tito c. 3. Ciceroni hoc inuentum tribuit Plut. in Caton. min. p. 770, B. In harum notarum genere sunt etiam Notae, quibus Critici distinguebant auctorum loca. Mittam ipsos tibi libros; ac ne multum operae impendas, dum passim profutura sectaris, Imponam notas, vt ad ea ipsa protinus, quae probo et miror, accedas Sen. Ep. 6. De his vid. Scalig. ad Varr. de R. R. 1, 59, 2. Casaub. ad Laert. 3, 65. et Menag. ibid. Wower. de Polymath. c. 13. Eschenbach. diff. de σημειωσει. ¶ 4 Notae Ictorum sunt conceptae verborum formulae. Cic. pro Muraen. 25 c. 11 Itaque irati, quod sunt veriti, ne dierum ratione peruulgata et cognita, sine sua Opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, vt omnibus in rebus ipsi interessent. Formularum significationem ea, quae sequuntur, nimis aperte postulant, vt non audiendus sit Graenius, qui Notas tachygraphicas intelligit. Sic Cic. Orat. 46 c. 14. de Aristotele, Idemque locos, sic enim appellat, quasi argumentorum notas, tradidit, vnde omnis in vtramque partem traheretur oratio. ¶ 5 Nota, Infamia, et ignominia aliquando dicitur, siue probrum. Tractum videtur a stigmasi, notis, quibus frontes facinorosorum compungerentur. Sic vti- tur Plin. Paneg. 35, 3. Lucil. 30 Quem scis scire tuas omnes maculasque, notasque. Suet. . . Variis affectus notis. Cic. Off. 3, 74 O turpem notam temporum! Turpitudinis notis omnibus insignis homo Idem pro Rabir. c. 9. Euadere notam Vlpian. in l. 1 §. be- stias. D. de postulan. Eximere notae, Remittere infamiam Gell. 4 c. vltimo. Alleuare notam Tac. Hist. 1, 52, 2. Senec. Herc. fur. 9105

- Hanc ferat virtus notam? Habere notam Propert. 1, 18, 8. Inu-  
 rere Cic. Philipp. 1, 32. Idem Catil. 1, 13 c. 6. *Vbi respicitur ad ve-*  
*terum morem, qui seruorum frontibus notas inuere solebant. Vid. Plin.*  
 Pan. 35, 3. Notare insigni quadam nota et ignominia literas alicuius.  
 5 Cic. de Prouinc. Conf. 25. Laborare nota Vlpian. in l. 2 in princ.  
 D. de his, qui notant. infam. Cic. in Pis. 41 Vos autem sempiternas  
 fedissimas turpitudinis notas subieritis. Notae, *Reprehensiones* sunt  
 Cic. Fam. 13, 6. Plin. Epist. 137. Censoria Quinct. 5, 11. Cen-  
 soriae seueritatis Cic. pro Cluent. 129 c. 46. Conf. Suet. Claud. c. 16.  
 10 et Gell. 4, 12 et 20. Inurere notam censoriam Plin. Ep. 9, 13, 16.  
 Add. Pan. 91, 2. Plin. Epist. 2, 6 Eadem omnibus pono: ad coe-  
 nam enim, non ad notam inuito, cunctisque rebus ex aequo, quos  
 mensa et toro aequaui. *i. Non ut per diuersas vini species conuictoribus*  
*appositas amici cognoscantur, quoto sunt loco apud me, et sic tenuiores igno-*  
 15 *minia quadam afficiantur.* ¶ 6 *In bonam partem* Nota accipi-  
 tur Cic. ad Brut. 15 p. 137 Decreui, ut in Fastis ad eum diem Bruti no-  
 men adscriberetur — quod ego cum dabam Bruto, notam esse in  
 Fastis gratissimae victoriae sempiternam volebam. Ouid. Fast. 1, 596  
 de Scipione Ille Numantina duxit ab vrbe notam, *i. nomen.* ¶ 7  
 20 Nota pro etymologia Martian. Cap. 5 p. 157 A nota vel etymologia, ut  
 Graeci dicunt, fumitur argumentum sic: Si consul est, qui consulit  
 reip. quid aliud Tullius fecit, cum affectit supplicio coniuratos? Quo  
 in loco originem vocabuli tantum oportet attendere.  
 NOTŪLA, ae. f. Mart. Capella 1 p. 17 Multicoloribus notulis  
 25 variata pictura.  
 NOTABILIS, e. Adi. [εὐγνωστός] Quod nosci et discerni potest. Co-  
 lumel. 3, 21, 7 Folium vitis notabile. Quae in habitu aut vitae ge-  
 nere notabilia Sen. Ep. 5 *i. conspicua, ut in alterutram partem obser-*  
*uentur.* Candore notabilis ipso Ouid. Met. 1, 169. Turpitudine  
 30 notabilis Vlpian. in l. 1 §. Secundo loco D. de postulan. Notabilis  
 feditas vultus erat Hipponacti: *b. e. Insignis et aperta* Plin. 36, 5.  
 Urbium dirutarum fundamenta vix notabilia, *i. Ruinae ipsae vix appa-*  
*rent* Senec. de Ira 1, 2. Notabilis, *Reprehendendus.* Quinctil. 9,  
 4 p. 853 *Burm.* Illic minus sunt notabiles, quia genus sermonis pro-  
 35 prium est. In peius notabile Quinctil. 1, 6. Notabilis, *pro In-*  
*signis: in bonam partem acceptum.* Conspicuus cunctisque notabilis  
 Iuuenal. 6, 374. Suet. Calig. c. 14 Accessit ad immensum ciuium amo-  
 rem notabilis etiam externorum fauor. Cic. Fam. 3, 12 Si vero exi-  
 tu notabili concluduntur, expletur animus iucundissima lectionis volu-  
 40 ptate. Constantia notabilis Tacit. Hist. 3, 54, 4. Inroitus cele-  
 britate et frequentia occurrentium Idem in vita Agric. 40, 3. Idem  
 Hist. 1, 44 Ob aliquam notabilem illa die operam. Plin. Epist. 6, 33  
 Notabilis prorsus res et mira. Notabilem se facere Id. ibid. 9, 13.  
 Compar. Auct. Dialog. de Orat. c. 8, 5 Quo sordidius et abiecius nati  
 45 sunt, quoque notabilior paupertas. Notabilis, *in malam partem:*  
*ut, Caedes notabilior* Tacit. Hist. 3, 25. Notabile iurgium inde  
 fuit Id. ibid. 2, 53. Notabilis tempestas Id. ibid. 1, 38.  
 NOTABILITER, Adu. [εὐγνωστός] Plin. Epist. 5, 17 Expa-  
 luit notabiliter, quamuis palleat semper, *i. Ita, ut perciperetur.* No-  
 50 tabiliter Obructare alicui Apul. Apol. p. 312. Conf. Ammian. 30, 2  
 pr. et Suet. Aug. c. 87. Turbans notabiliter Tacit. Hist. 1, 55, 4.  
 NOTARIUS, i. m. [ταχυγράφος, σημειογράφος] Qui per notas  
*scribit τῶν υπογραφήων τῶν γενομένων, ἕς δὲ νοταρίας ῥωμαῖοι καλεῖσι*  
 Suid. voce Ἀυξέντιος. Conf. Voss. Etymol. Plin. Epist. 9, 36 Nota-  
 55 rium voco: et die admissio, quae formaueram, dicto. Martial. 10,  
 62 Notarius velox. Idem 5, 53. et Quinctil. 7, 2, 24. Paullus  
 Ictus l. 6 de bonor. possess. et l. 40 de testam. mil. L. Titius notario  
 suo testamentum notis scribendum *dictauit, et antequam* literis descri-  
 beretur vita defunctus est. Notarios secretorum habebant olim Impe-  
 60 ratores, *ut ap. Vopisc. in vita Aureliani c. 36 scribitur: et alios prae-*  
*terea notarios, ut e Marcellino didicimus. Sed et Tribunis ac duci-*  
*bis notarii dabantur, ut ap. Trebell. in Claudii vita c. 14 Notarium*  
*quem refundat vnum. Ex Turnebo. De celeritate notariorum,*  
 Martial. 14, 208. Conf. Brodae Miscell. 4, 9. Scalig. Auson. Lect. 2,  
 65 13. et Lips. Cent. 1. Epist. ad Belgas 27. ¶ 2 De Notariis  
 veteris ecclesiae exstant 3 Dissert. praefide I. A. Schmisio Helmstadii  
 habitae.  
 NOTACŪLVM, i. n. Min. Fel. Oct. c. 31 Nos non notaculo  
 corporis, sed innocentiae ac modestiae signo facile dignoscimur, *i. nota.*  
 70 NOTARIA, ae. f. Pro arte tachygraphiae Fulgent.  
 NOTO, are. [σημαίνω] A Nota deducitur, et generatim idem est,  
 quod signare, vel ut alii discernere possunt, vel ut ipse, qui notauit.  
 Itaque saepe nihil aliud est, quam obseruare. Liu. 27, 48 Scuta vetera ho-  
 stium notauit, quae ante non viderat, — vbi et excipi aliqui possent,  
 75 et notari oculis, si qui forte adustioris coloris, ut ex recenti via essent.  
 Animo notare Ouid. Met. 15, 814. Manu aliquid Id. ex Pont. 3, 4,  
 18. Oculis notat et designat ad caedem vnumquemque nostrum Cic.  
 in Catil. 1, 2 c. 1. Cursus rerum obseruando notatus est Idem  
 de Diuin. 1 c. 56. Dicta alicuius mente Ouid. Fast. 5,  
 80 10. Dicta alicuius memori pectore Idem ibidem 3, 177.  
 Facinus alicuius memoria et nomine loci Cic. pro Domo 102. Fron-  
 tem calamistri vestigiis Id. Post red. in Senat. 15. Fugam Aescylti  
 non mihi notauit, dum haec diligentius audio Petron. c. 6. sic idem  
 saepius: vid. *Burm. ad l. c. Petron. c. 111.* Genas vngue Ouid.  
 85 Amor. 1, 6, 4. Herbas notare Scribon. 163. *i. obseruare.* Iusta  
 tua notauit memori animo Ouid. Met. 9, 777. Locum Virg. Ecl. 3,  
 68. Quae tum patrumque equitumque notauit Lumina Stat. Silu. 1,  
 4, 36. Orationem notare et illuminare tanquam stellis Cic. de Orat.  
 3, 168. Possessiones aliquorum Id. Philipp. 5, 20. Rem, non ho-  
 90 minem Id. pro Milon. 14. Res notare propriis appellationibus,  
 Nomina rebus dare Sen. de Benefic. 2, 34. Res notare nominibus  
 nouis, *i. Nomina indere* Cic. de Fin. 3, 4 c. 2. Sententias iurato-  
 rum hominum discoloribus signis Id. Verr. Act. 1, 40. Sidera anim-  
 aduertunt et notant Chaldaei Id. de Diuin. 2, 91. Tabellam cera  
 95 vel sanguine Id. Verr. 2, 79. Vultus procul visentibus notabantur  
 Tacit. Hist. 3, 65. Ad memoriam aliquid, vid. AD. Breuiter  
 aliquid Quinctil. 2, 2. Notarunt ea ad iuitandum, vitandumque  
 Idem 3, 2. Notarunt hoc annales, *pro obseruatum, scriptum est in*  
 annalibus Plin. 8, 51. Notatum annalibus Id. 8, 36. Cic. pro  
 100 Font. 31 Primum generis antiquitas quam Tusculo ex clarissimo muni-  
 cipio profectam, in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam  
 videmus. Plin. 2, 8 Id luminibus accensis liquore olei notanus ac-  
 cidere. Cic. Att. 7, 8 Diem tuum ego quoque ex epistola quadam  
 105 aduerteram posse, pro re nata, etc. Diuturnus vsus multas res no-  
 tauit,



tauit, vt artem diuinationis efficeret Cic. de Nat. Deor. 2, 166. Id. de Diuin. 1, 34 Carent autem arte ii, qui non ratione aut coniectura obseruatis ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto liberoque motu futura praesentiuunt. Tempora conseruare et notare Id. in Orat. 120. Id. ibid. 2, 236 Haec ridentur vel sola, vel maxime, quae notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter. Notat et significat quasi fastorum dies sol Cic. Tusc. 1, 68. ¶ 2 *Reprehendendi et ignominia quadam efficiendi notionem, non minus quam nomen Nota, habet* Cic. de Senect. 42 Sed notandam nimiam putauit libidinem. Improbiter Atheniensis Hyperboli veteres Atticorum comodiae notauerunt Id. de Clar. Orat. 224. Facile est verbum aliquod ardens, vt ita dicam, notare, idque restinctis iam animorum incendiis, irridere Id. in Orat. 27. Notari ignominia, *Accusari.* Cic. Fam. 6, 6 Deinde vt in eam ciuitatem boni viri, et boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot scelerum condemnati reuerterunt. *Conf.* Cic. Phil. 7 c. 9. Notari infamia D. de iis, qui notantur infamia. Notare, *Reprehendere, aut reprehendendo scribere.* Vlp. in l. Iulian, etiam. D. de iudiciis, Quae sententia vera non est, et a multis notata est. Cic. Fam. 5, 12 Perfidiam, insidias, prodicionem *de historico ea referente cum iudicio.* Notari, *Infamari.* Vlpian. in l. 1 §. Bestias. D. de postulando, Ergo qui locauerit, solus notatur, siue depugnauerit, siue non. Cic. pro Cluent. 130 Homines quos caeteris vitiis atque omni dedecore infames videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt. Idem in Brut. 216 Motus Curionis erat is, quem et Caius Iulius in perpetuum notauit, quum ex eo in vtramque partem toto corpore vacillante quaesuit, quis loqueretur e lintre. *i. Sic notauit, vt ea nota fuerit perpetua.* Maledicto communi notari Cic. pro Corn. Balb. 56. Notari et vituperari sine vitiorum cognitione satis insigniter improbus non potest Id. de Orat. 2, 49. Stultus et improbus hic amor est, dignus que notari Hor. Serm. 1, 3, 2. ¶ 3 Notare est per notas illas *tachygraphicas scribere, de quibus vid. NOTA n. 3.* Quinct. 1 pr. 7 Alterum sermonem quantum notando consequi poterant, interceptum, boni iuuenes — temerario editionis honore vulgauerant. Sueton. Galba c. 5 Liuae mortuae testamento paene ditatus est. HS. namque quingentis quum praecipuum inter legatarios habuisset, quia notata (*notis designata*) non perscripta (*totidem literis*) esset summa, herede Tiberio legatum ad quingenta (*quod in notis a quingentis non satis distinguebatur*) reuocante, ne haec quidem accepit.

NOTANS, antis. Partic. Nepos 25, 18, 3 Iuliam familiam ordine enumerauit, notans qui a quo ortus, etc. Petron. c. 103 Frontes notans inscriptione solerti.

NOTANDVS, a, um. Partic. [*σημνωτός*] Facta notanda ab euentu Ouid. Epist. 2, 86. Mores notandi sunt cuiusque aetatis Hor. de Arte Poet. 156.

NOTĀTVS, a, um. Partic. [*σημνωτής*] Cic. Verr. 5, 173 Nolo eos Iudices, quos ego probarim atque delegerim, sic in hac vrbe notatos isto absoluto ambulare. Id. pro Font. 2 Partim modo a nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis notati, modo ab Senatu agris vrbibusque multati sunt. De Gallis. Indoluit se notatum Ouid. Met. 9, 261. Charta notata meis digitis, *b. e. Scripta* Ouid. Epist. 1, 62. Scelere et furore notatus homo Cic. pro Domo 68. Falce notata tua legor Oenone Ouid. Epist. 5, 22 *nomine corticibus insculpto.* Praescriptum fronte notatum Martial. 3, 21. Vera atque insigni turpitudine non falsa inuidia iudicia notata, atque dedecore et infamia operta Cic. pro Cluent. 61. Distincta ac notata castris via Id. de Prouinc. Consul. 4. Notatum in sermone, quid quoque modo caderet Quinctil. 1, 6. Descripta, notata, praecepta sunt ista a nobis Cic. de Fin. 4, 61. Verbis Latinis melius quam Graecis haec notata sunt Idem Tusc. 3, 9. Compar. Auct. ad Herenn. 3, 37 c. 22. Superl. Notatissimus omnium scelerum libidinumque maculis Cic. pro Domo 23 c. 9.

NOTATIO, ōnis. f. [*σημνωσις*] Nota et animaduersio dicitur. Cic. de Diuin. 2, 45 Caeli enim distributio, quam ante dixi, et certarum rerum notatio, docet, vnde fulmen venerit, quo concesserit. Notatione et laude digna, *i. Animaduersione, consideratione* Cic. de Clar. Orat. 65 c. 17. Notatio naturae et animaduersio peperit artem Id. in Orat. 183. Temporum notatio Id. de Clar. Orat. 74 c. 19. Id. de Diuin. 2, 87 Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die, minime esse credendum. Id. pro Sext. 55 Vt Censoria notatio, et grauissimum iudicium sanctissimi magistratus de Rep. tolleretur. Idem Off. 3, III c. 31 Inducant notationes, animaduersionesque Censurarum, *i. Notae et punitiones.* Quaedam exemplaria legunt hic Notiones, sed male. ¶ 2 *Peculiaris significatio est, quam damus ex Quinctil. 1, 6, 28 De verbis propriis et translatis: Etymologia, quae verborum originem inquirat, a Cicerone dicta est Notatio. Vid. ETYMOLOGIA.* Idem Cic. Topic. 35 c. 8 Notatio est, quum ex vi nominis argumentum elicatur, quam Graeci *ετυμολογίαν* vocant, id est verbum ex verbo, veriloquium. Nos autem nouitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc Notationem appellamus, quia sunt verba rerum notae. Itaque hoc idem Aristoteles *νόμος* appellat, quod Latine est Nota.

NOTESCO, vid. NOSCO.

NOTHVS. Aliquando Subst. aliquando Adi. [*νόθος*, spurius Gloss. Gr. Lat.] Matrimonio legitimo non susceptus, et generatim non legitimus. Quinctil. 3, 6 Nothum, qui non sit legitimus, Graeci vocant. Latini rei nomen, vt Cato quadam quoque oratione testatur, non habemus, ideoque vtimur peregrino. Virg. Aen. 7, 283 Supposita de matre nothos furata creauit. Idem 9, 691. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius sit Quinctil. 3, 6. Mulier notha, *i. Non vera mulier* Catul. 62, 27. Idem 35, 15 Tu potens Triuia et notho es Dicta lumine Luna. Lucret. 5, 575 Lunaque siue notho fertur loca lumine lustrans, Siue suam proprie iactat de corpore lucem. Pulli nothi Columel. 8, 2, 13. *de gallinis*, e diuersi generis parentibus nati. Nothos appellant Arabicos elephantes Indicis minoribus, teste Plin. 8, 1.

NOTIA, ae. f. [*νοτία*] Gemma est cum imbris eadens, vnde et Ombria alio nomine dicitur: eosdem effectus habens quos Brontia Plin. 37, 10.

NOTIFICO, NOTIO, NOTITIA, vid. NOSCO.

NOTION, i. n. Cucumis siluaticus. Apul. de Herb. c. 113.

NOTO, are. Vid. NOTA.

NOTVS, i. m. [*νότος*] Ventus Meridionalis, Auster dictus: *νοτις enim Graece, Latine humor dicitur, quem afferre solet Graeciae et Italiae ex meridiano mari auster.* Albus Notus Hor. Carm. 1, 7, 15. *i. P.* 105

*rus, non nubilus, ut fere solet.* Nubifer Valer. Argon. 2, 506. Ouid. Epist. 3, 58. Praeceptus Id. ibid. 10, 30. Tepidus Claud. Conf. Prob. et Olyb. 271. Procellosi Ouid. Epist. 2, 12. Violentus Virg. Aen. 6, 356. Euolat alis madidis Ouid. Met. 1, 264. Fugit citius Noto Virg. Aen. 5, 242. Remugiens vdo Noto sinus Ionius Hor. Epod. 10, 20. Tendunt vela Noti Virg. Aen. 3, 268. *ubi pro quouis vento ponitur.* Possis etiam Aen. 1, 575. *sic interpretari: nisi tamen ab Euronoto certe potuere naues Aeneae a Syrtibus ad propiora Carthagini litora deferri.* Vexata ingenti Noto vnda Senec. Herc. fur. 12.

10 NOTIVS, a, um. Adi. *Australis.* Polus Notius Hygin. 1, 3 et 5, 4, 11. etc. Manil. 1, 427 Tum Notius piscis, venti de nomine dictus. Notium mare, Tuscum, Tyrrhenum, Inferum Plin. 3, 5.

NOTIALIS, e. Adi. *Idem quod Notius.* Auien. Phaenom. 551 *Iacet in Notialia nubila pronus.*

N O V

NOVACŪLA, ae. f. [*ξυρὸς*] *Culter rasorius: a Nouo, nouas, quod nouare, id est nouum facere videatur. Certe iuniores videntur, quibus barba rasa est. Vid. Scalig. in Aetnam Seueri 57.* Cic. de Divin. 1, 32 c. 17 Ita cotem in comitium allatam, inspectante et rege et populo, nouacula esse discissam. Conf. Liu. 1, 36. Phaedr. 5, 8 Curfu volucris pendens, in nouacula, Caluus, etc. Nouacula, pro quouis Cultro. Columel. 12, 54 Raporum, inquit, quam rotundissima fumito, eaque, si sint lutosa, detergito, et summam cutem nouacula decerpito.

NOVĀLIS, is. f. vel NOVALE, is. n. [*νὸς, νεός, νέμω*] est, *ut ait Festus, Ager nouae relictus sementi. Disertius ita finias, est ager aratione renouandus, vel renouatus, siue post anni unius quietem, s. post immemorabile tempus. Et habet ipse Festus plura.* Paullus l. 30 de V. S. Noualis est terra proficissa, quae anno cessauit, quam Graeci *νέαν* vocant. Plin. 18, 19 Quod Vere semel aratum est, a temporio argumento veruactum vocatur. Hoc in nouali, atque requieto necessarium est. Nouale est, quod alternis annis feritur. Varro de L. L. 4, 4 Qui intermittitur, a nouando noualis ager dicitur. Est igitur contrarius restibili, qui quotannis restituitur. Virg. Georg. 1, 71 Alternis idem terras cessare nouales. Seruius vult Noualem esse arum tunc primum ad sementem proficissam. Virg. Ecl. 1, 71 Impius haec tam culta noualia miles habebit? *Intelligit, puto, agrum ex silua inculta sua opera factum. Est enim, hoc quoque genus Noualis, terra tunc primum ad culturam proficissa: quo modo Plin. vsus est 17, 5 de odorata terra loquens: Talis est fere, inquit, in noualibus caesa vetere filua: quae consensu laudatur. Conf. Taubm. ad Virg. p. 12. Burr. ad Quinctil. Decl. 3, 4 p. 62.* Columel. 2, 10 de lupino, Septembri

45 noualibus ingeras. *i. Duris, et non aratis, aratro non subactis.* Duras sulcis mollire nouales Claud. Conf. Mall. Theod. 177. Columel. 6 praef. Quasi sit agricolae contrarium pastoris propositum: quum ille subacto et puro solo gaudeat, hic nouali graminoso. Idem 7, 3, Sequeris autem noualia non solum herbida, sed quae plerumque vidua sunt spinis.

NOVANVS, i. m. Fluuus est in agro Pitinate, trans Apenninum, qui aestiuus solstitiis supra modum augetur, et circa brumam sicatur. Vid. Plin. 2, 103.

NOVARIA, ae. f. Oppidum est Italiae, in tractu Transpadano, cuius meminit Plin. 3, 17.

NOVARE, NOVATIO, *vid. post NOVVS.*

NOVE, NOVELLETVM, NOVELLO, NOVELLVS, *vid. NOVVS.*

NOVELLIVS, i. m. Torquatus Mediolanensis quidam fuit temporibus Tiberii Caesaris, qui gestis honoribus a Praetura ad Proconsulatum vsque peruenit, et Tricongius cognominatus est, quod tres congios vini vno impetu epotauerit, *ut ait Plin. 14, 22.*

NOVEM. [*ἐννέα*] *Nomen numerale indecl. In nouem et dies et libros distributus sermo Cic. Q. Frat. 3, 5. Dies nouem epulata gens Virg. Aen. 5, 762.*

NOVENI, ae, a. Adi. [*ἐννατος*] *Idem, distributiuè. Plin. 3, 5 Nouenorum ita conceptu dierum. Liu. 27, 37 Decretuere item Pontifices, ut virgines ter nouenae per urbem euntes carmen canerent. Anni noueni Ouid. Met. 8, 171. Terga nouena bouum Id. ibid. 12, 97.*

NOVENARIVS, a, um. Adi. [*ἐννεαμηνος*] Nouenarius numerus Varro R. R. 2, 1 sub fin. Plin. 17, 11 Sulco qui nouenarius dicitur. De numero nouenario, *vid. Aufon. praef. Eidyll. 11. et Censorin. de Die natali c. 14. Nouenaria regula Varr. de L. L. 8, 49 p. 119, 3 quod ab vno (ad) nouem cum peruenimus rursus redimus ad vnum: et hinc vnum (quid si nonaginta?) et nongenta ab vna sunt natura nouenaria. Regulae nouenariae mentio etiam apud Martian. Capellam 2 p. 25.*

NOVENDIĀLIS, e. Adi. [*ἐννεαήμερος*] Nouendiale sacrum, *quod mortuo fieri solebat nono die, postquam erat sepultus. Lilius 1, 31 Nouendiale sacrum publice susceptum est. Add. Id. 27, 37 et 29, 14. Cic. Q. Frat. 3, 5 Nouendialibus his feriis. Celebrare luctum nouem dies, quod apud Latinos Nouendial (leg. nouendiale) appellant Augustin. l. 1 Qu. super Genes. c. penult. Add. Alcuin. de Diu. Offic. c. 50 Opp. p. 1133. Hor. Epod. 17, 48 Nouendiales dissipare cineres. Amare dixit, quod quo die religiose solebant celi mortui sacris et ludis, venefica impie et scelerate eorum cineres solita esset dissipare, et eorum busta violare, qui iustis perfectis consecrati videbantur. Turnebus.*

NOVIES. Adu. [*ἐννεαίς*] Varro de R. R. 1, 2 Hoc ter nouies cantare iubet. Nouies datum Scribon. 17. Styx nouies interfusa Virg. Georg. 4, 480. et Aen. 6, 439.

NONVS, a, um. Adi. ordinis. [*ἐννατος*] Plin. 13, 12 Et a semente nonnisi nonis mensibus in aream redeunt. Aetas nona agitur, peioraque saecula ferri Temporibus Iuuen. Sat. 13, 28. Annum nonum superans Hor. Carm. 4, 11, 1.

NONAGINTA. [*ἐννεήκοντα*] *Indecl. decies nouem. Plin. 7, 48 Ex nobili domo nonaginta nouem. Annos nonaginta natus Maffius Cic. de Senect. 34 c. 10. Nonaginta dies Aufon. Eidyll. 14, 1 et 16.*

NONAGĒSIMVS, a, um. Ordinalè. [*ἐννεήκωτος*] Cic. de Senect. 13 c. 5 Qualem Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaeus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea.

NONAGECŪPLVS. *Nonages tantum: ad analogiam dixeris. Es NONAGECŪPLEX. Quod nonaginta modis factum est, vel Quod in nonaginta partes diuidi potest.*

NONAGENARIVS, a, um. [*ἐννεήκωντατος*] *Qui nonaginta annos*

*annos natus est.* Nonagenarius motus Plin. 2, 15 *Martis stellae tribuitur, a nonaginta partibus caeli s. gradibus, quibus a Sole distat.*

NONAGENI, ae, a. Distributivum. Nonageni gradus Plin. 36, 13.

NONAGIES. Adu. [ἐννεαηκοντάκις] Plin. 2, 108 Nonagies octies centena et decem et octo. Cic. Verr. 3, 163 c. 70 In alteras decumias ferme ad nonagies, sic per triennium ad hanc frumenti emtionem Sici- 5  
liensem prope centies et tricies erogatum est.

NONGENTI, vel NONINGENTI, ae, a. [ἐννεακόσιος] i. *Nouies centum.* Cic. pro Flacc. 91 c. 37 Falcidius emerat H. S. non- 10  
gentis millibus. Quatuor millia et nongenti pedes Columel. 5, 2.

Al. Noningenti.

NONANVS, a, um. Adi. vt, Miles nonanus, i. Ex legione nona Tacit. Ann. 1, 23, 6. et 1, 30, 5.

NONARIVS, a, um. Adi. [ἐννατάριος] A Nonus, unde Non- 15  
ariae meretrices, Quae quod hora nona cellas aperirent, et prostare in-  
ciperent, dictae sunt. Perf. i. extr. Si Cynico barbam petulans nona-  
ria vellat. Sic Budaeus et Casaubonus.

NONVNCIVM, i. n. Nouem uncis constans. Fest.

NONVSSIS. Nouem asses. Varr. de L. L. 4, 36 Ab tribus assi- 20  
bus tressis, et sic proportione vsque ad nonussis.

NOVEMBER, bris. m. [ἀνοβερῖων] Nomen undecimi mensis. Sic dictus, quod a Martio, unde annum inchoarunt antiquitus Latini, no-  
nus esset. Auson. Ecl. 7, 11 Sidera praecipitas pelago intempeste No-  
uember. it. Septembri, Octobri autumnus totoque Nouembri ib. 25  
Nouembris recto casu dicitur a Catone apud Priscian. 6 p. 696 Menſe  
Octobri fecimus, Nouembris reliquus erat.

NOVENDECIM. Adu. Vulgo in Epit. Liu. 119. sed obseruat Gronou. in MSS. deprehendi decem et nouem. Conf. Cellar. Antib. p. 124. et Cur. Post. p. 361.

NOVENNIS, e. Adi. Nouem annorum. Filius, qui tunc erat nouen- 30  
nis Lactant. de Mort. perfec. c. 20.

NOVENSILES Dii, a nouenario numero, vel a nouitate sic dicti. Varro L. L. 4, 10 p. 20, 28 nihil aliud, quam, Feronia, Minerva, Nouenfiles a Sabinis. Locus classicus est Arnob. adu. gent. 3 p. 122 qui ex ipso dissensu, quem fuisse exponit, argumentum vanitatis arcessit. 35  
Nomen etiam habet Mart. Cap. 1 p. 16. Seru. ad Aen. 8, 187 Deos No-  
vensiles dicunt, quibus merita virtutis dederunt numinis dignitatem. Add. Gyrald. Syntagm. 1. Hist. Deor. et C. Calcagn. Epist. 1, 29. Conf. item M. Victorin. Art. Gram. 1 c. de Orthogr. extr.

NOVERCA, ae. f. [μυρκα] dicitur (auctore Festo) Quam 40  
quis sublatis liberis nouam vxorem ducit, accersendae familiae gratia. Virg. Ecl. 3, 33 Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca. Cic. in Orat. 108 Ab hac indole iam illa matura, vxor generi, nouerca filii, filiae pellex. Ad infamiam nouercarum pertinet illud Claudian. B. Gild. 174 Adhuc ignota nouercis Gramina, i. venena. Accusantur 45  
itaque frequentium in priuignos veneficiorum. Virg. Georg. 2, 128  
Pocula si quando saeuae infecere nouercae. Et 3, 282 Hippomanes, quod saepe malae legere nouercae. Ouid. Met. 1, 147 Horrida ter-  
ribiles miscent aconita nouercae. Haec declamatorum materia v. g. Quinct. 327 et 381. Dira Ouid. Epist. 12, 188. Funesta Senec. 50  
Hippol. 12. Iniusta Virg. Ecl. 3, 33. Mala Id. Georg. 3, 282. Saeua Id. ibid. 2, 128. Scelerata Ouid. Met. 15, 789. Terribilis Id. ibid. 1, 147. Plin. 7 in praef. Vt non sit satis aestimare parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. De natura. Inducere nouercam filii, vid. INDVCO. Superducere nouercam liberis 55  
Capitolin. in Marco extr. Nouerca umbra: h. e. Contraria et ini-  
mica. Plin. 17, 12 Quibusque satis umbra aut nutrix, aut nouerca est. Nouercae quoque dicebantur loca aspera, iniqua, lapidum conge-  
rie rudia: Vid. Ian. Guil. Lauremb. Antiqu. p. 65. in voce Canabula.

NOVERCALIS, e. Adi. [μυρκαλός] Animo nouercali in 60  
aliquem esse Trebell. Poll. in Herode Tyr. Maximus in l. 4 D. de inoffic. testam. Quod plerique parentes faciunt, maligne circa san-  
guinem suum inferentes iudicium, nouercalibus delinimentis instiga-  
tionibusue corrupti. Irae Auien. Phaenom. Arat. v. 380. Manus nouercales Senec. Herc. fur. 13. Oculis intueri aliquem Sen. Contr. 65  
Excerpt. 4 Declam. 6. Odia Tacit. Ann. 1, 6, 4. et 12, 1. Stimu-  
li Claud. in praef. 2 de Raptu Proserp. 29.

NOVERCOR, ari. Saevitiam nouercae exercere. [μυρκαρίζειν Gloss. Lat. Gr.] Sidon. Apoll. Epist. 6, 16 Quorum imbecillitati quodammodo nouercaretur. Sic dicitur, Nouercante Fortuna; quod 70  
tamen improbat Voss. 4, 14.

NOVI, vid. NOSCO.

NOVIODVNVM, i. n. [Νοιόδυνον, Ptolem.] Trium oppidorum in Gallia nomen. Est enim Nouiodunum in Suellionibus, de quo Caes-  
ar Bell. Gall. 2, 12. Alterum in Biturigibus. Caes. Bell. Gall. 7, 22 75  
Ille oppidum Biturigum positum in via Nouiodunum oppugnare insti-  
tuerat. Erat autem hoc Nouiodunum in eo itinere, quo ab Aurelia  
itur in Bituriges. Tertium in Heduis. Caes. Bell. Gall. 7, 55 No-  
viodunum erat oppidum Heduorum, ad ripas Ligeris opportuno loco positum. huc Caesar, etc. 80

NOVIOMAGVM, vel NOVOMAGVM, i. n. Insignis vrbs Geldriae ad Vabalim. Auson. Mosell. 11 Nouomagum, diui castra in-  
clayta Constantini. Niuomagum scribitur in Tulliana.

NOVISSIMVS, NOVITAS, NOVITER, vid. NOVVS.

NOVO, are. Vid. NOVVS.

NOVVS, a, um. Adi. [νέος, καινός, νεώτερος] Recens, veteri op-  
ponitur. Cic. Epist. 5, 7 Tuos veteres hostes novos amicos, i. qui olim hostes professi nuper amicitiam simulare coeperunt. Ter. Adolph. 4, 7, 4 Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adolescentis. M. ecce autem! D. noua, capitalia. Ouid. Met. 1, 1 In noua fert ani- 90  
mus mutatas dicere formas Corpora. Noua et inopinata haec tibi sunt Cic. Verr. 2, 24. Accidit nouum, vid. ACCIDO. Affere-  
batur nihil noui iamdiu ad nos Cic. Fam. 2, 13. Apportare noui aliquid, vid. APPORTO. Auditur nihil noui Cic. Att. 8, 14. Dicam nihil reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam nouum Cic. de Orat. 1, 137. Ede quid portes noui Senec. Oedip. 11. Nihil erat noui in eius epistola Cic. Att. 13, 29. Tacit. in vita Agric. c. 16 Delictis hostium nouus, eoque poenitentiae mitior. ¶ 2. Iam Substantiua quaedam ponamus, quibus Nouus adiicitur. Aedes nouae Plaut. Most. 1, 2, 8. Aestas 100  
Virg. Aen. 1, 434. Aetas, i. adolescentia. Ouid. Am. 2, 4, 45 Me noua sollicitat, me tangit serior aetas. Amator nouus Plaut. Truc. 4, 2, 12. Anguis nouus positus exuuiis Virg. Georg. 3, 437. Annus nouus, non vno modo dici videtur. Est enim saepenumero initi-  
um anni, ut nouum ver, noua aetas, veris et aestatis initium. Ouid. 105

Fast. 1, 149 Dic age frigoribus quare nouus incipit annus? Nouus etiam annus interdum Pars illa anni est, quae nouas fruges, nouosque fructus parit. Tibull. 1, 1, 13 Et quodcumque mihi pomum nouus educat annus Libatum agricolae ponitur ante deum. Sic Aestatem

5 noui anni dixisse videtur Gellius, quod aestas nouas fruges afferat. Eius verba sunt 18 pr. Ambulabamus autem in litore, quum iam aduesperasset, aestate anni noui. Sed places coniectura Gronouii, aestate anni noua, i. ineunte. Erat et Annus nouus, Primus annus imperii alicuius imperatoris. Seneca Apocoloc. pr. Quid actum sit in caelo

10 ante diem tertium Idus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Auiola COSS. anno nouo, initio saeculi felicissimi, volo memoriae tradere. Ars noua Nepos 1, 5, 3. Artes nouas versat Virg. Aen. 1, 661. Bella noua mouere Id. ibid. 6, 820. Carmina noua, Magna et miranda Id. Ecl. 3, 86. Seruius. Conf. Barb. ad Claud. p. 1101 seq.

15 Compositiones nouae et non aliquibus notae Scribon. 38. Coniux Seneca Octau. 6. Consilia noua versat pectore Virg. Aen. 1, 661. Consilium nouum Nepos 18, 8, 4. Crimina Virg. Aen. 2, 98. Dii: vid. Burm. ad Ouid. Heroid. 16, 332. Factum Id. Met. 8, 96. Forma viri Virg. Aen. 3, 591. Fronde noua viret viscum Id. ibid.

20 6, 206. Fruges Id. Georg. 1, 22. Furor nouus, Inopinatus Idem Aen. 5, 670. Homines noui dicuntur, Quorum nulli maiores clari fuere, sed ipsi per se ipsos clari esse incipiunt, et magistratus in ciuitate assequi, speciatim Aeditatem curulem, cui adiunctum erat ius imaginum. Cic. Verr. 5, 181 Videmus quanta sit in inuidia, quantoque in odio

25 apud quosdam homines nobiles; nouorum hominum virtus et industria. Vid. Idem Fam. 5, 18. Et Manut. ad Cic. Fam. 1, 7. Conf. Sigon. Ant. Iur. Ciu. Rom. 2, 20. Boecler ad Vell. 2, 128, 1. Rosin. Ant. Rom. 2, 89 p. 99. Sigon. ad Liu. 7, 1 pr. Hospes Virg. Aen. 4, 10. Infula Liu. 39 c. vlt. Lex recens et noua Cic. pro Flacc. 13. Lo-

30 cos nouos explorare Virg. Aen. 1, 311. Luna Cic. Att. 10, 4. Maritus Ter. Adelph. 5, 8, 16. Mens noua, i. Insolita Hor. Carm. 3, 25, 3. Ter. Phorm. 5, 8 (7) 79 Neque huius sis veritus feminae primariae, nouo modo ei quin faceres contumelias. Monstra Sen. Octau. 5, 2. Mos Cic. de Lege Agrar. 2, 26. Mores noui, In-

35 culti et indomiti Plin. 11, 37. Nuptia noua Ter. Adelph. 4, 7, 33. Olla noua Scribon. 60. Orbis nouus; ut Americam nouum orbem appellare solemus, ita Augusti imperio Germania armis penetrata, nouus orbis vocabatur. Ouid. ad Liu. 313 Fluminaque et montes, et nomina magna locorum, Et si quid miri vidit in orbe nouo. Sic et

40 Britannia alter orbis censebatur. Pauor Virg. Aen. 2, 228. Pestis noua adest Ouid. Met. 9, 200. Prodigium Virg. Aen. 3, 365. Proles Hor. Carm. Saecul. 19. Cic. Fam. 7, 19 Nihil te ad me postea scripsisse demiror, praesertim tam nouis rebus. Res noua et admirabilis Id. de Lege Agrar. 2, 90. Res inusitata et noua Id. Att. 3, 24.

45 Res nouae et insignes diutius in animo manent Auctor ad Heren. 4, 36. Res nouas moliri Paterc. 2, 125, 1 et 2, 129, 1. Rerum nouarum auctores Vell. 2, 19, 1. hoc est Seditionis, et mutationis in re publica. Rebus nouis gaudere Lucret. 5, 171. Rebus studere Cic. in Catil. 1, 3 c. 1. Ritus Hor. Carm. 3, 1, 45. Sole nouo terras irrorat Eous

50 Virg. Georg. 1, 288. Spes nouas donare Hor. Carm. 4, 12, 19. Spongiae nouae Scribon. 43. Tabernae: quod nomen omitti solet, ut Cic. de Orat. 2 c. 66 sub nouis. Tumultus Hor. Serm. 2, 2, 126. Vase fictili nouo 156. Verba Hor. Carm. 4, 2, 10. Varro de L.

55 L. 5, 3 p. 48, 24 de Meditrinalibus, Hoc die solitum Vinum nouum et vetus libari — cum dicant, Nouum vetus vinum bibo; nouo veteri morbo medeor. Ponitur *κοννδέρως* Nouum vetus vinum, ut ruta caesa, facta tecta et similia. Vrber nouam condere Virg. Aen. 1, 526. Vua noua passa 74. Superb. Nouissimus; vid. mox post

NOVITER. ¶ 3 Alibraris permutantur inuicem Nouus et

60 Malus: vid. Drakenb. ad Sil. 10, 422. NOVE. Adu. [ *ναυῶς* ] Auctor ad Herenn. 1, 15 c. 9 Ne quid ambigue, ne quid noue dicamus. Apul. Dogm. Plat. 3 pr. Noua, visitata, noue proferre.

NOVITER. Adu. Idem. Laudatur Plin. Paneg. c. 34 pr. Vidi-

65 mus delatorum iudicium, quasi grassatorum, quasi latronum: non solitudinem illi nouiter, sed templum, sed forum infederant. Sed legendum, et legitur hodie, Non solitudinem illi, non iter, sed, etc. Sunt etiam qui citent illud Liuii 30, 4 Aut bellum nouiter geri. Sed castigatiora exempla habent Nauiter. Fulgent. Mythol. 3, 1 Amor

70 nouiter venit. Gruter. Inscript. n. 7 p. 171 BASILICAE NOVI- TER REPARATAE.

NOVISSIMVS, a, um. Adi. [ *ἰοχάρως, ὑστῶς* ] Vltimus, po-

75 sitemus: quod quae recenter sunt, vltimum locum habeant. Cic. pro Rosc. Com. 30 c. 11 Itaque perbreui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit Comedos. i. Non tanti fiebat, quanti indoctissimi histriones. Non recte itaque hanc vocem Cice-

80 roni abiudicat Gell. 10, 21 quem refellit post alios Pareus Lex. Crit. et Schottus Nodot. Cic. 3, 17. Vfus etiam Callius ad Cic. Fam. 12, 13 Vt haec nouissima nostra facta non subita — fuisse iudices. Epistola ad Octau. contra Gellium certe laudari non debet, in qua est, Vt nouis-

85 sima conferam primis. Brutus ad Cic. Fam. 11, 1 Ad nouissima auxilia descendemus. Et ibid. Post nouissimum Hirtii sermonem placitum est mihi postulare etc. Plin. Epist. 2, 1, 9 Nouissima valetudo. Caeterum hoc pertinet Varro de L. L. 5, 7 p. 55, 37 A quo

90 (nomine nouus) etiam extremum Nouissimum quoque dici coeptum vulgo, quod mea memoria, ut Aelius Gallus, sic senes aliquot, nimium nouum verbum quod esset, vitabant. — a nouo declinatum Nouius et Nouissimum, quod extremum. Non refugit Caes. Bell. Gall. 1, 15 Nouissimum Agmen dicere. M. Catonem et Sallustium vfos fatetur

95 ipse Gellius l. c. In nouissimis esse, vid. IN Praep. In culpam nouissimus Tacit. Ann. 1, 28. Exempla nouissima Id. ibid. 12, 20. Fauis nouissimi, remotissimi ab introitu aluei Plin. 11, 10. Hora Ouid. Met. 4, 156. Lucifer caeli statione nouissimus exit Id. ibid. 2, 115. Luna nouissima Plin. 2, 13. Lux Ouid. Met. 1, 772. Mandata

95 Virg. Aen. 11, 825. Nox vitae Ouid. in Ibin 531. Hinc accidit, ut, quae alterius artis prima erant Opera, facta sint alterius nouissima Quinctil. 2, 1, 3. Pars nouissima terrarum Ouid. Trist. 3, 13, 27. Spes Tacit. Hist. 3, 84. Tempore nouissimo Nepos 18, 1, 6. Verba nouissima dixit Virg. Aen. 4, 650. Ouid. Met. 2, 363. et 3, 361.

100 NOVISSIMVM. Adu. i. Vltimo loco Scribon. 270. coll. 263.

NOVISSIME. Adu. [ *ἰοχάρως, ἐπὶ τέλει* ] Postremo. Planc. ad Cic. Fam. 10, 17 Quo ego interprete nouissime ad Lepidum sum vsum. Idem ibid. 24 Deinde quod ad omnes casus coniunctiores Reip. esse volebam: nouissime ut ab omni omnium sollicitatione auersos eos, tales vobis

105 praestare possem, quales adhuc fuerunt. Quinctil. 2, 10 Quae vt

ex omnibus nouissime est inuenta, ita est multo vtilissima. Senec. de Ira 3, 5 Dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus, quemadmodum ab illa liberemus, nouissime quemadmodum irascentem retineamus placemusque. Pallad. Nou. 22, 5 Nouissime post postremum. Add. Plin. Ep. 2, 11, 5. 2, 14, 11 etc.

NOVISSIMALIS, e. Adi. M. Victorin. Gram. Versus nouissimalis.

NOVITAS, ātis. f. [καιότης] Qualitas rei nouae. Pluraliter Cic. de Amicit. 70 Nouitates autem si spem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illae quidem repudiandae, vetustas tamen suo loco conseruanda est: i. res nouae. Auida nouitatis hominum natura Plin. 12, 1. Cupidus nouitatis Quinct. 3, 3. Gratia Idem 4, 5. Anni nouitas Ouid. Fast. 1, 160. Cibi Lucret. 5, 928. Familiae Patere. 2, 127, 1. Nominum Cic. de Finib. 3, 3. Regni Virg. Aen. 1, 567. Dulcis Ouid. Met. 4, 284. Florida mundi Lucret. 5, 816. b. e. Lactum ver. Laudabilis Quinctil. 2, 13. Mira Ouid. Met. 15, 408. Turbida Claud. in Conf. Stil. 1, 1, 148. Attulerit quem tibi rei nouitas errorem, naturae ratione depellito Cic. de Diuin. 2, 60. Augere solet fama nouitates Ammian. 22, 2. Commouetur nouitate natura Auctor ad Heren. 3, 36. Delectamur nouitate et copia Cic. de Nat. Deor. 2, 131. Excitat ad exquirendas causas nouitas magis quam magnitudo rerum Id. de Nat. Deor. 2, 96. Excitari nouitatibus Plin. Epist. 1, 4. Aures hominum nouitate Laetantur Id. ibid. 8, 18. Morandus spectator grata nouitate Hor. de Arte Poët. 223. Mouentur monstri nouitate Ouid. Met. 12, 175. Nouitas rei etfi non concutit, Mouet Sen. Ep. 11. Pauens rerum nouitate Ouid. Met. 2, 27. Refugere nouitatem Plin. Epist. 9, 210. Relinquere gaudia plena nouitatis Ouid. Epist. 17, 203. Percussus rei nouitate Cic. de Diuin. 1, 119 c. 42. Subleuare nominis nouitatem dicendi gloria Qu. Cic. de Petit. Consul. 2. Interdum etiam simpliciter Nouitas, pro Generis ignobilitate ponitur. Sallust. Iugurth. 85, 14 in oratione Marii ad Quirites, Nouitatem meam contemnunt, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. Cic. Fam. 1, 7 Nouitati esse inuisum meae. Generis nouitas Cic. pro Muraen. 17. Vell. 2, 96 Nobilitare nouitatem suam multis rebus.

NOVICIVS, a, um. Adi. [νεκρός, νεαρώτερος] Nouus. Plaut. Most. 3, 2, 92 Nouicium mihi quaestum institui, non malum. Ter. Eun. 3, 5, 34 Abducit secum ancillas: paucae quae circum illam essent, manent nouiciae puellae. Proprium fere mancipiis hoc nomen est. Martianus in l. Interdum. D. de publican. Sunt autem veterana, quae anno continuo in vrbe seruierunt: nouicia autem mancipia intelliguntur, quae anno nondum seruierunt. Cic. in Pison. 1 Syrum nescio quem de grege nouiciorum factum esse Consulem. Nempe substantiue, certe elliptice saepe ponitur, quod mox separatim ostendetur. Opus nouicium Plin. in praef. 1. i. Nouum, quale scilicet opus nullum adhuc editum est. Nouicium Vinum resinatum nulli conducit Idem 23, 1. Id. ibid. 17, 21 Inuento nouicio finditur malleolus. Id. ibid. 23, 1 Vinum icinuos bibere nouicio inuento inutilissimum est. Iuuenal. 3, 265 Iam sedet in ripa, tetrumque nouicius horret Porthmea.

NOVICII, orum. m. pl. Rudēs serui, et non veterani. [νεώνηται] Plaut. Capt. 3, 5, 60 Recens captum hominem, nuperum et nouicium. Quinctil. 1, 12 At nouiciis nostris per quot annos fermo Latinus repugnat? Quod commune est et aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur; vt urbem, Romam accipimus, et venales, Nouicios Id. 8, 2, 8. Nouicii venales Pompon. in l. Si negotia. D. de negot. gestis.

NOVICIOLVS, a, um. Adi. Nouiciola paratura Tertull. Apol. 47. Idem de Poenit. 6 Sunt nouicioli, qui incipiunt diuinis sermonibus aures rigare.

NOVIVS, Poëta Comicus saepe laudatus Nonio Marcello et aliis Grammaticis, a quo dicti

NOVIANI fullones, de quibus in FVLLO.

NOVO, āre. [νέω, καινοποιέω, καινοποιώ] Nonum sive recens facere, mutare. Cic. Fam. 15, 4 Qui nouari aliquid volebant. Martial. 14, 7 Debebis quoties scripta nouare voles. Aliquid nouare aliquatenus Quinctil. 3, 9, 5. Agrum nouare, vel plane incultum, vel post quietem aliquam proscindere; Cic. de Orat. 2, 131 c. 30 Subacto mihi ingenio opus est, vt agro non semel arato, sed nouato et iterato, quo meliores fetus possit et grandiores edere. Cultus nouare Stat. Theb. 1, 111. Fata Ouid. Met. 2, 648. Fidem fortuna mutata nouauit Virg. Aen. 5, 604. Scilicet In piscem sese Cytherea nouauit Manil. 4, 58c. i. recens mutauit. Iura Valer. Argon. 2, 309. Membra festā nouat requies Ouid. Epist. 4, 90. al. Leuat. Nomen faciemque nouauit illi Id. Met. 4, 539. Opus nouauit Id. de Arte Am. 3, 346. Pugnam nouare, i. instaurare esse dicitur Liu. 4. Curt. 7, 6, 14 Haud dubius quin earum opera redigi possent in potestatem coërcendo qui nouauerant res. Idem 4, 1, 30 Nouandis quam gerendis rebus aptior. Transstra nouant ipsi Virg. Aen. 5, 752. Verba nouamus et facimus ipsi Cic. de Orat. 3, 147. Nouare, pro Immutare. Id. de Legib. 3, 12 c. 5 Nihil habui sane, non modo multum, quod putarem nouandum in legibus. ¶ 2 Passiuo usus est Plin. Epist. 10, 9 Deosque immortales precor, vt omnes cogitationes tuas tam laetus sequatur euentus, vt virtutibus tantis gloria imperii et nouetur, et augeatur. Lucret. 2, 74 Sic rerum summa nouatur Semper, etc. Ne quid eo spatio noctis nouaretur Sallust. Catil. 55.

NOVANS, antis. Partic. [νεών] Liu. 1, 52 Turnum nouantem res poena affecissent. Tecta nouans Virg. Aen. 4, 260.

NOVANDVS, a, um. Aliud Partic. Res nouandae Virg. Aen. 4, 290. Nouandis quam gerendis rebus aptior Curt. 4, 1, 30. Corporis nouandi potestas Ouid. Met. 8, 879. Iura nouanda meae naturae Id. de Arte Am. 2, 42. Vid. in NOVO.

NOVĀTVS, a, um. similiter Partic. [νεωθής] Vulnus nouatum Ouid. Rem. Amor. 729. Vox et facies nouata est Ouid. Met. 2, 674.

NOVĀTOR, ōris. m. et NOVĀTRIX, icis. f. [νεωτής] Gell. 1, 15 Sallustium nouatorem verborum dixit. Gloss. Gr. Lat. καινοποιός, Nouator. Ouid. Met. 15, 252 Rerumque nouatrix, Ex aliis alias reddit Natura figuras.

NOVATIO, ōnis. f. [καινοποιία Gloss. Lat. Gr.] Instauratio, cum de nouo aliquid fit aut agitur. Scaeuola in l. Chirographis. D. de administ. tut. Chirographis debitorum incendio exustis, quum ex inventario tutores conuenire eos possent ad soluendam pecuniam, aut ad nouationem faciendam cogere, etc. conf. Tertull. aduers. Marc. 4, 1.

NOVĀTVS, ūs. m. Idem quod Nouatio. Virg. f. potius Aufon. in Rosis, 14, 39. Tot species, tantosque ortus, variosque nouatus Vna dies aperit, conficit vna dies. Nouatus, i. Nouationes et mutationes.

- NOVĀMEN, inis. n. Tertull. aduers. Marc. 1, 20.  
 NOVELLVS, a, um. Adi. [*νεωγενής*] *Dimin. a Nouus.* Virg. Ecl. 3, 11 Atque mala vites incidere falce nouellas. Cic. de Finib. 5, 39 c. 14 Arboremque et nouellam et vetulam et vigere et fenescere. Nouella  
 5 *Aetas caprini generis*, quam vetus vtilior Varr. R. R. 2, 23. *Agna nouella.* Ouid. de Arte Am. 1, 118. *Animae nouellae* Prudent. Epiph. 112. *Frena* Ouid. ex Ponto, 4, 12, 24. *Imperium Vopisc.* in Tacit. pr. *Mentes* Lucret. 1, 262. *Prata* Ouid. de Arte Am. 2, 698. *Turba* Tibull. 2, 2, 22. *conf. ad h. l. Brouckhus.* ¶ 2  
 10 *Nouellae intell.* Constitutiones, *νεωγενή, apud ICtos.*  
 NOVELLE, Adu. Plaut. Poen. suppos. 8.  
 NOVELLICVS, a, um. Id. ibid.  
 NOVELLITAS, ātis. f. Tertull. aduers. Prax. c. 2 Tam ipsa posteritas omnium haereticorum, quam ipsa nouellitas Praxeae hesterni.  
 15 Idem de Anima c. 28.  
 NOVELLO, āre. [*νεωθύω*] *Nouum agrum colere, seu nouas vites pangere, ubi ante non erant.* Suet. Domit. c. 7 Edixit, ne quis in Italia nouellaret. V. Terrent. et Brodaeii Miscel. 10, 15.  
 NOVELLASTER, tra, trum. Adi. Marc. Empir. 8 Vinum optimum, sed nouellastrum.  
 NOVELLETVM, i. n. [*νεωφύσιον* Gloss. Lat. Gr. *νεωφύσιον*,] *sumitur pro Vineae ex nouellis vitibus constita.* Paullus in l. Veluti. D. de impens. in rebus dotalibus factis, Veluti si nouelletum in fundo factum sit.  
 25 NOVVM COMVM, i. n. *Oppidum situm ad radices Alpium, ad lacum Larium.* Strab. 4. Suet. Iul. c. 28. n. 3. Caes. Bell. Ciuil. 2. V. Sigon. de Ant. Iur. Ital. 3, 2. *Huius incolae Nouocomenses, quod vide ordine suo.* V. COMVM.

N O X

- NOX, noctis. f. [*νόξ, νύξ*] *ditta a Graeco νόξ.* Cic. de Nat. Deor. 2, 50 Ipsa enim umbra terrae soli efficiens, noctem efficit. Nox  
 35 *inquit* Varro, vt Catullus ait, quod omnia, nisi interueniat sol, pruina obriguerint. quod nocet, nox. nisi quod Graece νόξ, nox. *Haec ille* de L. L. 5, 2. *Auis noctis* Ouid. Met. 2, 564. *Caligo caeca noctis* Lucret. 4, 458. *Caput sidereum noctis* Ouid. Met. 15, 31. *Confinia lucis et noctis* Id. ibid. 7, 706. *Dux noctis Hesperugo* Seneca Medea, 11. *Frigora* Ouid. Amor. 1, 9, 15. *Furtum* Tacit. in vita  
 40 *Agric.* 34. *Genitrix nox fomni* Sil. 15, 612. *Hoc noctis* Liu. 40, 9. *i. Hac parte noctis.* *Hora amicio noctis* Ouid. Epist. 19, 33. *Imago noctis duplicata* Id. Met. 11, 550. *Incerta noctis* Tacit. Hist. 1, 26. *Intempesta nox* Varr. de L. L. 5, 2. *Nutrix maxima curarum* nox Ouid. Met. 8, 81. *Obscurum noctis* Tacit. Hist. 2, 14. *Signa*  
 45 *orientia* Virg. Aen. 7, 138. *Silentia seuera* Lucret. 4, 462. *Tempus tacitum* Tibull. 1, 8, 18. *Umbrae spissae* Virg. Aen. 2, 621. ¶ 2 *Epitheta:* *Abacta nox, vid. ABACTVS.* *Acerba* Valer. Argon. 2, 291. *Adulta* Tacit. Hist. 3, 23. *Aequata, vid. AEQVO.* *Alma, i. Quae nutrit: vives enim nostras alit somnus nocturnus,* Seneca  
 50 *Agamem.* 2, 4. *Angusta* Ouid. Amor. 3, 7, 25. *Arcana* Id. Epist. 9, 40. *Beata* Claud. Conf. Hon. 3, 154. *Benigna* Stat. Theb. 10, 210. *Caeca* Virg. Georg. 3, 260. *Caliginosa* Hor. Carm. 3, 29, 30. *Cic. de Diuin.* 1, 57 c. 27. *Qui vt coenati quiescerent, concubia nocte visum esse in somniis ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare, vt*  
 55 *subueniret, quod sibi a caupone interitus pararetur.* *Contracta, vid. CONTRAHO.* *Densissima* Ouid. Met. 15, 31. *Deserta* Senec. Hippol. 3, 8. *Exigua* Virg. Georg. 2, 202. *Fidissima arcanis* Ouid. Met. 7, 192. *Flammifera* Lucan. 5, 402. *b. e. In qua flammiae feruntur.* *Fecunda operum, et accommoda fraudi* Stat. Theb.  
 60 10, 186. *Frigidae* Hor. Carm. 2, 7, 6. *Gelida* Virg. Georg. 1, 287. *Grata* Hor. Carm. faecul. 24. *Horrenda* Ouid. Fast. 6, 140. *Humida* Virg. Aen. 2, 8. *Hibernae* Id. ibid. 6, 355. *Illustris fide-ribus* Tacit. Ann. 1, 50. *Infausta* Sil. 17, 112. *Iniquae tempora*  
 65 504 *Soluerat armorum fessas nox languida curas, i. Languorem inducens.* *Lasciuae gaudia* Ouid. Amor. 2, 10, 27. *Latebrosae noctis obscura tempora* Lucan. 6, 120. *i. Latebras admittentis, vel ad latendum idoneae.* *Laxata* Sil. 13, 550. *b. e. Dissolutae tenebrae infusa luce.* *Longae noctes hiberno tempore* Lucret. 5, 698. *Lucubrata,*  
 70 *vid. LVCVBRO.* *Media, vid. MEDIVS.* *Multa* Virg. Georg. 4, 180. *Multa de nocte* Cic. Att. 7, 4. *Nigra* Lucret. 4, 541. *Nouissima* Stat. Theb. 5, 478. *Obducta, i. Tenebrosa vel simpliciter, nocte orta* Nepos 23, 5, 2. *Obscura* Virg. Aen. 2, 420. *Opaca* Id. ibid. 8, 658. *Operta* Stat. Theb. 10, 18. *Perpetua, vid. PERPETVVS.* *Praecepta* Ouid. Met. 9, 485. *Proterua* Stat. Theb. 9, 612. *Prouecta nox erat* Tacit. Ann. 13, 20, 1. *Pruinosa* Ouid. Amor. 2, 19, 22. *Pura* Virg. Ecl. 9, 44. *Quietae* Stat. Theb. 5, 451. *Reuerenda specie tenebrarum* Ouid. in Ibin 73. *Sera* Virg. Eclog. 8, 88. *Serena* Cic. in Arat. 104. *Siderea* Valer. Argon. 5,  
 80 691. *Silens* Virg. Aen. 4, 527. *Sopora* Id. ibid. 6, 390. *Soporifera* Stat. Theb. 10, 320. *Sublustris* Hor. Carm. 3, 27, 31. *Tacitae noctis imago* Ouid. Met. 9, 473. *Tacitae umbrae noctis* Id. in Ibin 157. *Tardae* Virg. Georg. 2, 482. *Intelligit Noctes aesti-vas, eo quod tarde veniant.* *Tartarea* Valer. Argon. 3, 212. *Te-*  
 85 *merata sanguine* Ouid. Epist. 14, 17. *Terrifica* Valer. Argon. 5, 398. *Vaga* Catul. 59, 118. *Viduas iacere noctes* Id. 6, 6. *Vigilatae noctes* Ouid. de Arte Am. 1, 735. ¶ 3 *Verba:* *Absumere noctem* Stat. Silu. 4, 6, 13. *Aequare nocti ludum, est Ludere totam noctem* Virg. Aen. 9, 338. *Agere noctem inter gaudia, vid. AGO.*  
 90 *Agerē supremam* Virg. Aen. 6, 513. *Acta est per lacrimas nox mihi, quanta fuit* Ouid. Epist. 12, 58. *Appetit nox, vid. APPETO.* *Assumere noctem, vid. ASSVMO.* *Auferre noctes alicui* Ouid. de Rem. Amor. 538. *Cingitur astris aurea* Valer. Argon. 5, 566. *Circumdatus ingenti* Virg. Georg. 4, 497. *Circumuolat umbra nox atra*  
 95 *caua* Id. Aen. 2, 360. *Coenata nox, vid. sub COENA.* *Coepa nocte egressus augurali* Tacit. Ann. 2, 13. *Committere se nocti* Ouid. Met. 13, 342. *Coniicere se in noctem* Caes. de Bell. Ciuil. 3, 28 pr. *Consumitur nox tota exinanienda naui, vid. CONSVMO.* *Consumpta* Virg. Aen. 2, 795. *Conterere noctem conuiuuis et stupris, vid. CONTERO.* *Coorta nox tetra nimborum* Lucret. 4, 173. *Diffundit signa caelo nox* Hor. Serm. 1, 5, 9. *Dare noctes alicui; de meretricibus dicitur* Id. Epod. 15, 13. *Ducunt astra noctem* Virg. Georg. 3, 317. *Ducere noctem ludo* Id. ibid. 3, 379. *Ducere in-*  
 100 *fomnem noctem ludo* Id. Aen. 9, 167. *Eripiunt flammiae noctem* Sil. 11, 281. *Exhausta nocte nouam aciem dies aperuit* Tacit. Hist.

4, 29. Expectatis luce noctem, nocte lucem Auctor ad Heren. 4, 49.  
 Extendere noctem aestiuam sermone benigno Hor. Epist. 1, 5, 11.  
 Fallere spatiosam Ouid. Epist. 1, 9. Habebunt versus mei aliquan-  
 tum noctis, *b. e. Obscuritatis* Ouid. in Ibin 63. Ferens noctem  
 hiememque imber Virg. Aen. 3, 195. Incubat atra nox Ponto Id. 5  
 ibid. 1, 93. Inducit umbras terris Hor. Serm. 1, 5, 9. Inglomerat  
 noctem Auster Stat. Theb. 1, 351. Intercedere noctem Cic. in Catil.  
 1, 4. Interponere, *vid. INTERPONO.* Interuenit nox praelio,  
*vid. INTERVENIO.* It nox in diem Apul. Miles. 1. Iungere no-  
 ctem operi Sil. 3, 638. Locare noctes, *meretricum est* Ouid. Amor. 10  
 1, 10, 50. Negare noctem, *dicuntur meretrices, quum nolunt admittere*  
*amatores noctu* Id. ibid. 1, 8, 73. Obeunt noctes, *vid. OBEO.* Ob-  
 orta nox est Sen. Herc. fur. 9. Obtenta densantur nocte tenebrae  
 Virg. Georg. 1, 248. Operit terras nox humentibus umbris Id. Aen.  
 4, 351. Cic. de Senect. 49 c. 14 Quoties illum lux noctu aliquid descri-  
 bere ingressum, quoties nox oppressit, quam mane coepisset? Orare  
 noctem mulieris Terent. Heaut. 2, 3, 125. *i. facultatem apud eam per-*  
*noctandi et concumbendi.* Peragere noctes insomnes, *vid. PERAGO.*  
 Peregi noctem vacuus somno Ouid. Amor. 1, 2, 3. Perducere vigiles  
 in clypeo Claud. Conf. Hon. 3, 48. Peruigilare noctem Cic. pro 20  
 Rosc. Amer. 98 c. 35. Peruigilata nox mero Ouid. Fast. 6, 326. Po-  
 scere noctem, *amatorum est* Id. Amor. 1, 8, 67. Praecipitat nox  
 caelo Virg. Aen. 2, 9. Premit oculos nox Senec. Herc. Oet. 7.  
 Quiescere tota Ouid. Amor. 2, 9, 39. Rapit oculos nox Stat. Theb.  
 9, 40. Requiescere nocte Virg. Eclog. 1, 80. Rogare noctem; 25  
*de amatoribus dicitur* Ouid. Amor. 2, 2, 5. *vid. orare noctem.* Ruit  
 Oceano nox Virg. Aen. 2, 250. Silet intempesta Id. Georg. 1, 247.  
 Sortiri noctem, *qua aliquid agendum sit* Quint. 4, 2, 72. *Sed nocte*  
*editur.* Subibat necdum orbem medium nox horis acta Virg. Aen.  
 3, 512. *i. Nondum erat media nox.* Tendunt emensae noctes in lu- 30  
 cem Ouid. Met. 15, 186. *al. Emersae.* Tenet terras Virg. Aen. 4,  
 461. Tenebat lunam intempesta nox in nimbo Idem ibid. 3, 587.  
 Trahere noctem vario sermone Id. ibid. 1, 752. Venit nox oculis  
 Ouid. de Arte Am. 2, 88. Vigilabat noctes ad ipsum mane Hor.  
 Serm. 1, 3, 17. Vigilata conuiuio nox Tacit. Ann. 13, 20. Atte- 35  
 nuent iuuenum Vigilatae corpora noctes Ouid. A. A. 1, 735. Vin-  
 cunt finalia noctem flammis Virg. Aen. 1, 731. ¶ 4 *Obserua:*  
 Noctes et dies, *i. semper:* Plaut. Merc. prol. 46 Obiurgare pater ob  
 haec me noctes et dies. Noctes et dies *semper* Plaut. Stich. 1, 1, 6.  
 Noctes atque dies patet atri ianua Ditis Virg. Aen. 6, 127. Noctes 40  
 atque dies niti praestante labore Lucret. 2, 12. Noctesque diesque  
 assiduo fatis superque est Plaut. Amph. 1, 1, 14. Noctes diesque  
 Plaut. Poen. 1, 2, 18. Noctes diesque exeduntur animi eorum, qui  
 contra conscientiam opibus hominum septi esse et muniti sibi videntur  
 Cic. de Diuin. 1, 5. Noctes et dies in hoc vno opere vrgeatur Id. 45  
 de Or. 1, 260 c. 61. Noctesque et dies stertit Ter. Eun. 5, 9, 49.  
 Nocte et interdium Caes. Bell. Ciuil. 1, 81. Nocte ac die Plin. 7, c. 49.  
 Nocte Scribon. 52. Nocte et die 248. Vna nocte et die 257. Nocte  
 latent mendae Ouid. A. A. 1, 249. Nocte dieque niti Idem ex  
 Pont. 3, 1, 40. Hor. Epist. 1, 2, 32 Vt iugulent homines, surgunt 50  
 de nocte latrones. In nocte Scribon. 77. 159. 161 *etc.* In noctem 88  
 sqq. 93. 95 *etc.* In noctes singulas, *vid. IN Praep.* Sub noctem  
 cura recursat Virg. Aen. 1, 666. Multa iam nocte Tacit. Hist. 3, 77.  
 Multa de nocte profectus est ad Caesarem Balbus Cic. Att. 7, 4. Multo  
 iam noctis, serum auxilium venit Tacit. Ann. 3, 79. Ad multam 55  
 noctem, *vid. AD Praep.* A media nocte, *vid. A Praep.* Media  
 nocte in campum venit Milo Cic. Att. 4, 3. Tibul. 1, 5, 16 Vota  
 nouem Veneri nocte silente dedi. *Frequens est haec locutio apud Poë-*  
*tas. Aliud est autem (ut id obiter dicamus) Silente nocte, aliud Luna*  
*silente. Nam Silentium Lanae, Interlunium intelligitur, id est tempus id,* 60  
*quo Luna non lucet.* Virg. Aen. 2, 255 — tacitae per amica silen-  
 tia Lunae. *vid. Plin. 28, 7.* Noctu, *pro Nocte.* Sallust. Iugurth.  
 38 et 70 Diu, noctuque laborare, festinare, tentare. Cic. Att. 8, 6  
 Sed ecce nuntii scribente me haec ipsa noctu in Caleno. *Videtur Abila-*  
*tius casus priscae obsoletique nominis. Vnde* Hac noctu, qua noctu, con- 65  
 cubia noctu, *ex Ennio profert* Macrob. Saturn. 1, 4. *conf. Gallaeum ad*  
*Quintil. 1, 4 extr.* Noctu Ambulabat in publico Themistocles  
 Cic. Tusc. 4 c. 19. Noctu an interdium Auctor ad Heren. 2, 7. Elici  
 noctu Cic. Fam. 14, 7. Stertere noctu Hor. Epist. 2, 2, 27. Nox,  
*pro Noctu, ut est in XII Tab.* Si nox furtum factum sit, si im aliquis 70  
 occisit, iure caesus esto. Vbi im Accusatum dixerunt ab is: et occisit,  
 pro occidit Macrob. Saturn. 1, 4. ¶ 5 *Nox, pro Somno:*  
*vid. Dan. Heins. et Drakenb. ad Sil. 3, 216.* Exturbare noctem Stat.  
 Theb. 10, 213. Abrumpere, *vid. ABRVMPO.* Accipere ocu-  
 lis et pectore, *Dormire* Virg. Aen. 4, 529. ¶ 6 *Nox, 75*  
*pro Morte, et interitu.* Cic. de Clar. Orat. 330 Equidem est  
 doleo me in vitam paullo serius; tanquam in viam ingressum, prius-  
 quam confectum iter sit, in hanc Reip. noctem incidisse. Hor.  
 Carm. 1, 4, 16 Iam te premet nox, fabulaeque manes. Ibidem  
 28, 15 Omnes vna manet nox Et calcanda semel via laeti. In 80  
 aeternam clauduntur lumina noctem Virg. Aen. 10, 746. Dor-  
 mienda est nox vna perpetua Catul. 5, 6. Non obuersatam fuisse  
 memoriam noctis illius, quae paene vltima atque aeterna Populo Rom.  
 fuerit Liu. 6, 17. quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti  
 anteponantur, cui similis futura est omnis perpetuitas consequentis 85  
 temporis Cic. Tusc. 1 c. 41. *conf. Drakenb. ad Sil. 10, 173 et 13, 708.*  
 Profunda nox Erebi Virg. Aen. 4, 26 *huc respicit.* ¶ 7  
 Animi nox, *Ignorantia et caecitas* Ouid. Met. 6, 652. Tantaque nox  
 animi est. *de Tereo.* Proh superi, quantum mortalia pectora  
 caecae noctis habent Id. ibid. 6, 472. *Sed ad corporis caecitatem perti-*  
*net.* Perpetua sub nocte trahere senectam Id. ibid. 7, 2. Nox  
 oculis pauido venit Oborta metu Id. A. A. 2, 88. *de obscuritate et ver-*  
*tigine breui.* Sic Offundere noctem rebus, *vid. OFFVNDO.* Ob-  
 icere noctem peccatis, et nubem fraudibus. *i. ea occultare* Hor. Epist.  
 1, 17, 62. ¶ 8 *Nox inter Deos culta, cuius gallus sacrificatus.* 95  
 Ouid. Fast. 1, 445 Nocte, Deae Nocti, cristatus caeditur ales.  
 ¶ 9 *Nox de nocturna Venere.* Nox datur Plaut. Trin. 2, 1, 21. Ma-  
 gno quidem pretio noctium computarat Apul. Apol. promittere no-  
 ctem Ouid. A. A. 2, 523. et Rem. Am. v. 400. Miserum quendam  
 offendi ibi militem eius noctem orantem Ter. Heaut. 2, 3, 124. Ro- 100  
 gare est Ouid. Am. 2, 2, 5. *Simili Metonymia* Noctes Atticae, *in-*  
*scribuntur commentarii Gellii.* ¶ 10 *In MSS. confunduntur*  
 Nox et Mors, *Drakenb. ad Sil. 10, 173 et 13, 129.*  
 NOCTVRNVS, *antiquis dictus est Noctis deus.* Plaut. Amph.  
 1, 1, 116 Credo Nocturnum obdormiuisse ebrium. *al. Nocturnius.* 10

*Vid. Dalechamp. ad Plin. 2, 20. Est et Nocturnus, Vesper, qui noctem ducit, Luciferoque opponitur, et appellatur a Catullo Noctifer, quod noctem afferat. Stat. Theb. 6, 240*

Roscida iam nouies caelo dimiserat astra  
Lucifer, et totidem Lunae praeuenerat ignes  
Mutato Nocturnus equo.

*Ecce hic aperte lucifero nocturnum, id est noctiferum opponit, cui et equos tribuit, ut et nocti alii Poetae, cuius currum stellarum choro sequente comitari fingunt eleganter. Turneb. Aduers. 24, 27.*

**NOCTURNVS**, a, um. Adi. [*νύχτιος, νυκτερός, νυκτερίδος*] *Quod est noctis. Claud. de sext. Conf. Hon. in praef. 1. Omnia quae sensu voluntur vota diurno, Tempore nocturno reddit amica quies.*

Cic. Verr. 5, 141 Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum. Acta nocturna Ouid. de Arte Am. 2, 625.

Paulus in l. Si prius in princip. D. de aqu. plu. arcend. Si prius nocturnae aquae seruitus mihi concessa fuerit, deinde postea alia cessione diurnae quoque ductus aquae concessus mihi fuerit, et post constitutum tempus nocturna duntaxat aqua usus fuerim, amitto seruitum aquae diurnae. Aura Hor. Serm. 2, 4, 52. Coetus Tacit. Hist. 4, 36. Dolus Ouid. Epist. 1, 42. Epulae Lucret. 2, 26. Fur Virg. Georg. 3, 407. conf. Calpurn. ecl. 3, 75. Horae Cic. pro Rosc. Amer. 19 c. 7. Labores diurni nocturnique Id. de Senect. 82 c. 23. Lemures Hor. Epist. 2, 2, 209. Lumina Virg. Aen. 7, 13.

Manes Id. ibid. 4, 490. Mero nocturno certare Hor. Epist. 1, 20, 11. Metus Cic. Tusc. 1, 48. Milites Id. Verr. 4, 95. Oppugnatio castrorum Tacit. Ann. 2, 47. Plaut. Poen. 1, 2, 107 Quae habent nocturna ora noctu sacrificatum ire occupant. Per Nocturna ora, Deformes significare videtur, velut mali ominis, similesque nocturnis auibus, quae et ipsae tantum noctu visuntur. Quaestus Cic. Verr. 3, 78. Quies Senec. Hippol. 2 v. 100. Rixae Propert. 1, 16, 5. Sacra nocturna lege perpetua sustulit Diagondas Thebanus Cic. de Legib. 2, 37. Somnia Hor. Carm. 4, 1, 37. Spatium diurnum nocturnumue Cic. de Inuent. 1, 39. Visus Tacit. Hist. 4, 83.

Vinbrae Ouid. Amor. 1, 8, 13. **2** *Obseru. Nocturnos, pro Furibus dictos, quod et noctu grassantur fures, et atrociores fures nocturni habentur. Petron. c. 57 loquens de aduocatis, qui vestes auertere conabantur, Aduocati tamen, inquit, iam paene nocturni, qui volebant pallium lucrifacere, flagitabant, ut apud se vtraque deponerentur.*

*Hoc autem eo est lepidius et urbanus, quod iam aduersperauerat, ut ambiguitatis sensus duplici gratia augetur, et aduocatorum nocturnorum, et nocturnorum furum. Ex Turneb. conf. Burm. in Petron. Nocturnus, pro Noctu, Graeco more. Virg. Georg. 3, 538 Nec gregibus nocturnus obambulat. i. Noctu. Hor. Serm. 1, 3, 117 Nec qui nocturnus diuitem sacra legerit, etc.*

**NOCTURNALIS**, e. Adi. Alcim. Auit. Epist. 33 In contenebrati recessus nocturnali habitatione. Sidon. Epist. 7, 16 Per quos nocturnalem cucullum transmissi.

**NOCTIVS**, a, um. Adi. *Nocturnus. Lucret. 6, 1218 — Nec noctia saecula ferarum Exhibant siluis. Vid. Barth. Aduers. 1, 9.*

**NOCTESCO**, ere. *In modum noctis tenebrosus esse vel fieri. Furius Antias apud Gell. 18, 11 Omnia noctescunt tenebris caliginis atrae. conf. Non. 2, 591.*

**NOCTICOLA**, ae. m. Prudent. Hamart. 634 *Nocticola Indus. scil. Qui ob diurnum calorem noctem amat.*

**NOCTICOLOR**, oris. Adi. Aser. Aufon. Technopaeg. de Diis 11 *Nocticolor Styx.*

**NOCTICVBVS**, a, um. Adi. *pro Adultero, apud Cassiodor.*

**NOCTIFER**, era, um. Adi. [*νυκτοφόρος*] *dicitur Vesper vel Hesperus, stella vespertina, quae eadem mane dicitur Lucifer. Catul. Epithal. l. 63, 7 Nimirum Oeteos ostendit Noctifer ignes. Quo in loco nonnulli peperam legunt Eoos, pro Orientalibus. Dixerat enim Poeta, Vesper adest iuuenes, consurgite, Vesper Olympo Expectata diu lux tandem lumina tollit, etc. Deinde rem eandem aliis verbis describens ait, Nimirum Oeteos ostendit Noctifer ignes, h. e. Stellas, quae aduentante nocte surgere videbantur ex Oeta monte. Id quod innuit Virg. Ecl. 8, 30 Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Oetam. Al. ap. Catull. leg. aethereos. Calpurn. Ecl. 5 extr. Frigidus aestiuas impellit Noctifer horas.*

**NOCTILVCA**, ae. f. [*νυκτοφανής*] *dicitur Luna ex eo, quod eo cognomine in Palatio colebatur, et noctu in eius templo lampades lucebant. Vnde Varr. 5, 8 scribit. Noctiluca lucere ab luce, quod propter lucem amissam is cultus institutus. Scripsit quoque eodem cognomine Hor. Carm. 4, 6, 38 Rite crescentem face noctilucam. Erat etiam, ut coniectio, apud Varronem in Marcipore Noctiluca, Fax vel lucerna. Scribit enim, Noctilucam tollo, ad focum ferò, inflo, anima reuiuifcit. Turneb. Scalig. in Coniectan. est quoque nomen stellae Veneris, quum Hesperus dicitur: vid. Dalechamp. ad Plin. 2, 8 p. 68. conf. Varr. de L. L. 4, 10.*

**NOCTILVCERNA**, ae. f. *pro Cicindela, apud Apuleium.*

**NOCTILVGVVS**, a, um. Adi. *Epitheton bubonis apud Lucil. Vid. Fest. Scaligeri. Lauremberg. in Antiquar. leg. noctilucas.*

**NOCTIVAGVS**, a, um. Adi. [*νυκτιώγος*] *Currus noctiuagus Phoebes Virg. Aen. 10, 216. Deus, Sopor Stat. Theb. 10, 152. Faces noctiuagae caeli Lucret. 5, 1190. Iter Valer. Argon. 2, 44. Labor Claud. de Rapt. Proserp. 3, 331. Strepitus noctiuagus Faunorum Lucret. 4, 586. Vmbrae Stat. Theb. 5, 420.*

**NOCTVABVNDVS**, a, um. Adi. *Cic. Att. 12, 1 Quum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius. i. Qui de multa nocte ambulasset. Vir doctus Anton. Pereyra Sanchez suspicatur, legendum noctu Abundus etc. Nec enim talia nomina nisi a verbis deriuantur: nec est verbum Noctuare. Heumanus, noctu abeunte, cui fauet, quod ante lucem se scripsisse dicit.*

**NOCTICVLVS**, **NOCTOCVLVS**, **NOCTVCVLVS**, **NOCTVLVCVS**, i. *Interdium et noctu. Nomen fictum compositumque e duobus Aduerbiis Noctu, et Lucu; ut e Per et Diu, Perdius. Tribuitur Varr. L. L. 4, 19 extr. p. 26, 8 Nisi quod ut tuba et cornua signum quum dant, canere dicuntur: quod hic item et noctilucus (al. noctu lucu, Scal. nocticulus, Sciopp. noctuculus) in custodia et vendendo signum voce dat, canis dictus. Res obscura. Si quid statuendum sit, commodissimum videtur Noctu lucu, nocte atque interdium.*

**NOCTIPVGA**, orum. n. Pl. *Lucilius vocauit Obscena, quod noctu pungant, atque excitent Venerem. Sic certe Salmas. pro Noctiluca vulgato. Vid. Dacerii annotatio ad Festum.*



**NOCTISVRGIVM**, i. n. *Vox ficta Latine pro Nyctegrefia a Feflo in Egretus.*

**NOCTIVIVS**, a, um. *Adi. Noctu videns. Mart. Capell. 6. pr. Noctiuida ales, noctua.*

**NOCTVVIGILVS**, a, um. *Adi. Plaut. Curc. 1, 3, 40 Noctu-vigilam Venerem dixit, quia peruigilia Venus amat.*

**NOXA**, ae. f. [*βλάση, πονη*] a nocendo, est vel actio nocens s. laesio, in specie peccatum, quo vel alii, vel ipsi peccanti nocetur: vel poena delicti: quam utramque notionem etiam Festus docuit, apud quem Accius Menalippa, Te esse huic noxae obnoxium. Item quum lex iubet noxae dedere, pro peccato dedi iubet. *Hactenus Fest. Quod autem Noxam et Noxiam quidam distinguunt (v. g. Fronto p. 2196 Noxa poena est, noxia culpa) illud nihil esse, diligenter ad exempla attendenti apparebit.* Sallust. in ipso statim initio orationis L. Philip. Maxime vellem P. C. Remp. quietam esse, aut in periculis a promptissimo quoque defendi: denique prava incepta consultiorebus noxae esse. *Vlpian. de Aedilicio edicto, l. Quis sit. §. Quod aiunt, Noxas accipere debemus priuatas, hoc est ea, quaecumque committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudiciis noxalibus. Noxae appellatione omne delictum continetur, ait Caius de verb. significat. l. Plebis 230 §. 3. Quidam Noxiae legunt. Et sic Vlpian. l. c. Si quadrupes pauper. §. 1 Noxia est ipsum delictum. Liu. 3, 42 Alia omnis penes milites noxa erat. Cic. pro Rosc. Amer. 62 Quod in minimis noxis et in his leuioribus peccatis, quae magis crebra, et iam prope quotidiana sunt, id maxime et primum quaeritur, etc. Deditio noxae; frequens loquutio in titulo de Noxal. action. D. Admittere noxam*

*Quinct. 5, 13. Leg. 41 §. 3 de Furtis. Auertere Liu. 1, 58. Vlpian. D. de noxalibus l. 2 Si feruus sciente domino furtum fecit; vel aliam noxam commisit: ferui nomine actio est noxalis, nec dominus suo nomine tenetur. Vlpian. D. de noxalibus action. l. Si quis, Si quis a multis Conueniatur ex noxa eiusdem ferui, vel ab vno, ex pluribus tamen delictis, non necesse habet, etc. Detrahere inuidiam noxae, Ouid. Epist. 7, 106. Eleuare noxam alicuius Tacit. Ann. 5. Esse noxae cui Liu. 10, 19. al. noxiae. Esse in noxa Ter. Phorm. 2, 1, 36. Eximere noxae, est Gratiam criminis facere, Liu. 8, 35. Caius, D. de noxalibus action. l. Qui ex pluribus noxis diuersis temporibus Ex-*

*peritur, ex vna noxa ferui dominium nactus, nullam amplius actionem habet aduersus eum, qui dominus fuerat: quum actio noxalis caput sequatur. Liberare aliquem noxa Quinct. 5, 12. Sine vlla sua noxa Suet. Caes. c. 81. Sen. Epist. 9. Cels. 7, 26. Sine vllius noxa theatrum collapsum est Tacit. Ann. 15, 34, 1. Noxa, Poena peccati. Vnde Vlpian. in l. Locum. D. de usufructu, Debebit plane denegari usufructus persecutio, si ei, qui noxae accepit, litis aestimatio non offeratur a fructuario. Decernere noxam, vid. D. E-*

*CERNO. Dedere noxae et Ob noxam, permittere puniendum, qui nocuit ei, cui nocuit. Liu. 26, 29 Obrui Aetnae ignibus, aut mergi freto, satius illi insulae esse, quam velut Dedi noxae inimico Consuli. Dedere noxae, est Animal tradere viuum, Vlpian. l. 1 §. 14 Si quadrupes pauper. Et ibid. §. 15 Vlpian. Si post litem contestatam ab alio sit animal occisum: quia domino legis Aquiliae actio competit, ratio in iudicio habebitur, quod noxae Dedendae facultatem dominus amiserit. Hic videtur accipi pro Animal, quod nocuit, seu damnum dedit. Nisi legendum noxae dedendi. Paulo ante §. 11 Quamobrem eum sibi aut noxam sarcire, aut noxam dedere oportere. Sic legit Haloander. Pandectae tamen Florentinae habent In noxam dedere, quod verius. Paullus, D. de noxalibus action. l. 19 Si in re communi §. 2*

*Si seruus tuus nomen exercuerit, eiusque vicarius et idem nauta in eadem naue damnum dederit: perinde in te actio danda est, ac si is exercitor liber, et hic vicarius seruus eius esset, vt de peculio serui tui ad noxam Dedere vicarium damneris. Solutus noxis seruus In l. Cum in venditione, De euictionibus. Et Pomponius eodem titulo, l. Si emtori qui stipulatus sit, furtis, noxisque solutum esse, haeres exstiterit is, qui etc. Iulianus l. 22 ff. de V. S. Haec stipulatio, noxis solum praestari, non existimatur ad eas noxas pertinere, quae publicam executionem, et coercitionem capitalem habent. Columel. 1, 6*

*Ea res a noxa curculionum, et similibus animalium commodissime videtur conditas fruges Defendere. Noxa admitta, apud Vlpian. in l. Si quis quum in hostium potestate. D. de Furtis. i. Culpa iam euenit: vel Damnum iam acceptum. Capere noxam, vid. CAPIO. Concipere noxam, pro Morbum incurere, apud Columellam: vt et Noxam capere, vid. CONCIPIO. Contrahere noxam Columel. 6, 29.*

*Nocere noxam, vid. NOCEO. Noxa stomachi Celsus 4, 19. Pellere tristes noxas a foribus Ouid. Fast. 6, 130. Repulsa noxa meis stabulis Id. Fast. 4, 748. Soluere orbem noxa Grat. Cyneg. v. 15. Solutus noxis modo explicauimus. Vacare omni noxa Cels. 5, 27. Noxam pro Iurgio non dici contra Scalig. aliosque defendit Burm. ad Petron. c. 69 extr.*

**NOXALIS**, e. *Adi. [πλημτικὸς, νοξάλιος] Caius in l. 1. D. de Noxal. act. Noxales actiones appellantur, quae non ex contractu, sed ex noxa atque maleficio seruorum, aduersus nos instituuntur. Quarum actionum vis et potestas haec est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditioe ipsius corporis, quod deliquit, euitare litis aestimationem. Causa noxalis Paull. l. 4 D. de noxal. action. Iudicium noxale Vlpian. D. de noxal. action. l. 2 et l. vlt. Malum noxale Tertull. Genes. 2.*

**NOXIA**, ae. f. [*πλάσμα, νοξία*] Culpa dicitur, auctore Festo. Sed non differre a Noxa modo diximus. Neque audiendus est Non. 5, 67 Noxa et Noxia hanc habent diuersitatem, quod est noxa peccatum leue — Noxia, nocentia. Refellitur enim vel suis exemplis. Seruauit tamen ibi locum Ciceronis ex Hortensio, Et caeteras quidem res, in quibus peccata non maxime afferunt noxias, etc. Conf. I. Nic. Loëns. Epiphyl. 5, 11. Ter. Phorm. 1, 4, 47 Meministin' olim vt fuerit vestra oratio, in re incipiunda ad defendendam noxiam? vid. ibi Donat. Cic. de Legib. 3, 11 c. 4 Quod quis earum rerum migrasset, noxiae poena par esto. Admittere noxiam, vid. ADMITTO. Careo noxia, pro In culpa non sum Plaut. Bacch. 4, 9, 81. Commerere noxiam, vid. COMMERO. Vlpian. l. 1 pr. ff. Si quadrupes pauper. Quae lex voluit, aut dari quod nocuit, id est, id animal quod noxiam commisit: aut aestimationem noxiae offerre. Noxia enim est ipsum delictum. Esse noxiae, vt Fraudis esse: pro Vitio et culpae dari. Liu. 34, 19 Si domum abire vellent, publica fide accepta, nihil eam rem noxiae futuram, quod se hostibus iunxissent. In noxia esse, Culpam in se admittere, Ter. Phorm. 2, 1, 36. In noxia tenere inimicos Plaut. Cas. 2, 8, 71. Noxiae esse, Damno esse. Celsus in l. Quintus Mutius. D. Mandati Caeterum in posteriore casu non

oportet esse noxiae fideiussori, si ipse pepercit pudori suo. Noxiis vacuum esse Plaut. Merc. 5, 4, 23. Remittere noxiam Plaut. Most. 5, 2, 47. Ter. Eun. 5, 2, 3 Vnam hanc noxiam mitte: si aliam unquam ullam admisero, occidito. Vlpian. l. 1 §. 11 Si quadrupes  
 5 Quamobrem eum ibi aut noxiam sarcire, aut noxam dedere oportere. NOXIĀLIS, e. Adj. Prudent. Cathem. 9, 18 Lex noxialis. Idem hymno Mamerti v. 5 Quando pomi noxialis morte morfu corrui.  
 NOXIETAS, ātis. f. Noxia, delictum Tertull. Apol. c. 2.  
 NOXIVS, a, um. Adj. [πρωτότης, βλαβερός] Noceus, et criminis compertus. Sallust. Iug. c. 31 extr. Quae nisi quaesita erunt, et nisi vindicatum in noxios, quid erit reliquum? Liu. 5, 11 Qui noxii ambo, alter in alterum causam conferant. Plaut. Merc. 4, 3, 26 Ita instas, vrges quasi pro noxio i. quasi noxius essem, adulter essem. Col. 3, 3, 8 De lapide noxius est feruus nequam, noxas vel noxias saepe admittens. Nepos 10, 10, 1 Nonnulli pro noxiis conciduntur. Noxii proprie dicebantur, Sententia iudicis ad gladium, bestias, vel metallum damnati. Vid. Gronou. Obseru. 1, 8. Suspendunt eum (Christum) inter duos Noxios medium, qui ob latrocinia damnati erant Lactant. 4, 18. Cic. de Legib. 3, 6 Magistratus nec obedientem et noxium  
 20 ciuem multa, vinculis, verberibusue coercendo. Corda Ouid. Met. 10, 351. Corpora Virg. Aen. 6, 731. Crimina Id. Aen. 7, 326. Facere noxia sua lumina Ouid. Trist. 2, 103. Membra Tibul. 1, 3, 74. Spicula Ouid. in Ibin 544. Tela Ouid. Trist. 5, 10, 22. Venena Claud. in Ruffin. 1, 67. Via Senec. Theb. f. 1. Noxius, cum Genitiuo. Tacit. Hist. 5, 11, 2 Vt noxium coniurationis ad disquisitionem trahebat. Compar. Sen. de Clement. 1, 13 Omnibus reis noxior ac sollicitior. Superl. Idem 1, 26 Noxissimum animal.  
 NOXIŌSVS, a, um. Adj. Senec. de Clement. 1, 26 Si noxiosissimo cuique animali in nos daretur potestas: si leones vsique regnarent, quae alia vita foret? al. noxiosissimo. Animi perditii noxiosique Sen. Epist. 70 extr. Corpus noxiosissimum Petron. c. 130.  
 NOXITVDO, ūnis. f. pro Noxia apud veteres dicebatur. Accius, Oculi noxitude obliteretur Pelopidarum, ac per nos sanctescat genus Nonius 2, 576.

## N V B

NVBAE, arum. m. Pl. [Νύβαι Stephano] Populi sunt Libyae, ad sinistram Nili flexum habitantes, in multa diuisa regna, teste Strabone 17. Vid. Drakenb. ad Sil. 3, 269. et 7, 664.  
 40 NVBES, is. f. [νεφέλαι, νέφος] Vapor humidus in sublime elatus e terra per aestum, cuius densitas solis lumen intercipit, et quasi nubit, i. velat, obtegat. Aër sine nubibus Ouid. de Arte Am. 3, 173. Cic. de Diuin. 2, 44 Si nubium Conflictu ardor expressus se emisit, id esse fulmen. Corio nubium crassiore spissatur aër Plin. 2, 5. Pulueris nubes Curtius 4, 15 extr. Aetherea Ouid. Met. 15, 804. Alta Virg. Georg. 1, 364. Aquosa Ouid. Met. 4, 621. Ardens, vid. ARDEO. Arduae Hor. Carm. 3, 29, 10. Aridior Lucret. 6, 149. Atra Id. 6, 179. Bibulae Ouid. Met. 14, 368. Caligans Cic. in Arat. 205. Deformis Senec. Thyest. 8. Fugaces Claud. de Bell. Get. 48. Fulva Ouid. Met. 3, 273. Liquidae Virg. Aen. 5, 525. Moeffissima Claud. de Rapt. Proserp. 1, 81. Nigra Virg. Aen. 5, 516. Piceae Ouid. Met. 11, 549. Roseae Valer. Argon. 4, 77. Sordida Senec. Hippol. 6. Vacuae Senec. Herc. fur. 10. Vimbrosae Valer. Arg. 4, 729. Volantes Lucret. 5, 254. ¶ 2 Verba et Participia  
 55 Abruptae Virg. Aen. 3, 199. Adopertus fluidis nubibus aether. Lucan. ad Pison. 135. Affert iris alimenta nubibus Ouid. Met. 1, 271. Amicti caua nube Virg. Aen. 1, 516. de Aenea et Achate. Attrahit nubes sol Lucan. 7, 5. Cogitur aër in nubem Virg. Aen. 5, 20. Cogitur in nubem aër concretus Cic. de Nat. Deor. 2, 101. Coguntur  
 60 in caelo nubes, imbres, venti Cic. Tusc. 1, 43. Contrusae nubes ad altos montes coguntur, premunturque Lucret. 6, 734. Collectae ex alto nubes, foedam glomerant tempestatem atris imbribus Virg. Georg. 1, 324. Concresecunt nubes in alto Lucret. 4, 137. Conditus in nubem sol Virg. Georg. 1, 442. Conscissis nubibus orbem  
 65 protulit luna Stat. Theb. 12, 309. Crescens exigua nubes sordido globo Senec. Agam. 6. Discutit trepidas Tithonia nubes Stat. Theb. 12, 3. Discussa nube tonant venti Ouid. Met. 15, 70. Effusus aestiuus nubibus imber Virg. Georg. 4, 312. Elisa nube micat dirum fulmen Senec. Agam. 6. Eripiunt subito nubes caelumque diemque  
 70 Virg. Aen. 1, 88. Euanescent grauidae Ouid. Trist. 1, 2, 107. Eui- cit oppositas nubes imago solis Id. Met. 14, 768. Excussis elisis nubibus ignis Id. Met. 8, 339. Facere tenebras nubibus Lucr. 2, 1099. Fugat Iupiter collectas nubes Virg. Aen. 1, 143. Glomeratur subita nubes nigro puluere Id. Aen. 9, 33. Inardescit solis radiis nubes, vid.  
 75 INARDESCO. Induerunt se in nubem anhelitus Cic. de Diuin. 2, 44. Infectae nubes ab ictu aduersi solis Ouid. Met. 3, 184. In- torfit se nubibus procella venti Lucret. 6, 124. Inuadit ventus nu- bem Id. 6, 174. Madescit tellus assiduis nubibus Ouid. Met. 1, 66. Obiicere nubem oculis Id. Met. 12, 32. Pellit opacam nubem ven- tus Cic. in Arat. 201. Percindit ventus nubem Lucret. 6, 179. Pressus nubibus sol latet Ouid. Trist. 1, 9, 12. Pulsa nube solet cla- rior ire dies Ouid. Trist. 2, 142. Quatit nubes Iuppiter Senec. Herc. fur. 6. Scindit se circumfusa nubes, et in aethera purgat apertum  
 80 Virg. Aen. 1, 587. de nube, qua circumdatus erat Aeneas cum Achate. Spiffescit Lucret. 6, 175. Summotis nubibus cadunt imbres Virg. Ecl. 6, 38. Textit densis sua nubibus ora Lucifer Ouid. Met. 11, 572. Trahitur obscura nubes vento Virg. Georg. 4, 60. Tremunt glau- ca nube lumina Valer. Argon. 2, 499. ¶ 3 Nubes, translate pro Tristitia, et seueritate immoderata, quae contracto ac sublato superci- lio significatur, quod Graeci τὸ τῶν ὀφρύων νέφος, id est superciliorum nubem, appellant Hor. Epist. 1, 18, 94 Deme supercilio nubem, ple- rumque modestus Occupat obscuri speciem, etc. Ouid. Trist. 5, 5, 22 Pars vitae tristi caetera nube vacet. vid. Dan. Heins. et Drakenb. ad Sil. 8, 613. Caecae nubes, tenebrae, procellae Reip. Cic. pro Do- mo 24. Opaca nube mortis grauis vultus Stat. Silu. 4, 6, 73. Ti- mor est nubes mentis Claud. Bell. Get. 41. Pelle soporiferi senium nubemque veterni Auson. Ep. 14, 2. Nubes meri Val. Flacc. 3, 66. Percussus nube soporis Id. 8, 81. ¶ 4 Nubes per transla- tionem, pro Multitudine et densitate. Nubes de Apum examine Virg. Georg. 4, 60. it. de densa caligine ex puluere Id. Aen. 9, 33. Liu. 35, 49 Rex contra peditum, equitumque nubes iactat, et confertur maria suis classibus. Tacit. Hist. 3, 2, 8 Nunc XVI alarum coniu- cta signa, pulsu sonituque et nube ipsa operit et superfundent obli- tos praeciorum equites nequosque. Armorum nubes Stat. Theb. 1054, 839. Belli nubes Virg. Aen. 10, 809. Bellorum puluerea nu- bes

bes. Stat. Silu. 5, 1, 132. Locustarum Hieron. adu. Iouinian. 2, 6. Confurgit immensa campo Lucan. 2, 481. Facere nubem Virg. Aen. 12, 254. Prorumpit atram ad aethera nubem Virg. Aen. 3, 572. *de Aetna*. Obiicere nubem fraudibus, *i. obscurare tegereque fraudes, rogatur* Lauer- na, Hor. Epist. 1, 17, 62. ¶ 5 Nubis, in *Nominatio apud* Plaut. 5 Merc. 5, 2, 38 Nonne ex aduerso vides? nubis atra, imberque instat. Nubs, *pro Nubes*. Anson. Eidyll. 12, 72 Periurum Lapitham Iunonia ludificat nubs.

NVBECVLA, ac. f. [νεφέλιον] *Parua nubes*. Plin. 18, 35 Nubecula, quamuis parua, ventum procellosum dabit. Apul. de Mun- do p. 61 Nebula constat, aut ex ortu nubeculae, aut ex eius reliquiis. ¶ 2 Nubecula, *per translationem, de Inepta et importuna seueritate*. Cic. in Pison. 20 c. 9 Neque tam fuit timidus, vt qui in maximis tur- binibus ac fluctibus Reip. nauem gubernassem, saluamque in portu collocassem, frontis tuae nubeculam, tum Collegae tui contaminatum spiritum pertimescerem. ¶ 3 Nubecula *ponitur inter Mor- bos et vitia oculorum*. Plin. 27, 12 f. 85 Purgat cicatrices et nubeculas.

NVBECVLŌSVS, a, um. Adi. Sarisb. Epist. 184 Ratio haec nubeculosior est.

NVBIFER, era, erum. Adi. [νεφελοφόρος] *Eurus nubifer* 20 Sil. 10, 323. Noti Ouid. Epist. 3, 58. Apenninus Id. Met. 2, 226.

NVBIFVGVS, a, um. Adi. *Qui nubes fugat, vel etiam Qui fugit nubes*. Columel. 10, 288 Nec tam nubifugo Borea Latonia Phoe- be Purpureo radiat vultu.

NVBIGENA, ae. m. [νεφελογενής] Columel. 10, 156 Mox- 25 vbi nubigenae Phryxi, nec portitor Helles, etc. *Nepheles filius Phry- xus*. Nubigenae, *dicuntur Centauri, quod ex nube sint nati*. Ouid. Met. 13, 211 Certe mihi saepe referre Nubigenas domitos a se pater ipse solebat. Stat. Theb. 5, 263 Nubigenae caluere inero. *de centauris*. Bimembres Virg. Aen. 8, 293. Clypei Stat. Silu. 5, 2, 131 *i. ancilia*. 30 Feri Ouid. Met. 12, 541. Amnes nubigenae Stat. Theb. 1, 365.

NVBIGEROS clypeos Stat. Silu. 5, 2, 131. *Sed legendum, nubi- genas: Sermo enim est de ancilibus e caelo delapsis*.

NVBIGŌSVS, a, um. Adi. *Nubilus, Caliginosus*. Nubigofus aër Claud. Manert. de Stat. Animae 1, 7. 35

NVBIVAGVS, a, um. Adi. Meatus Sil. 12, 102 *de Daedalo*.

NVBILVS, a, um. Adi. [νεφελώδης] *Nubilus tectum, caligi- nosum*. Plin. 16, 26 Pirus et amygdala etiam si non pluat, sed fiat austrinum caelum atque nubilum, florem emittunt. Auster Ouid. Met. 11, 663. Color, *Obscurus* Plin. 9, 35. Dies Id. 2, 35. 40

Frons Martial. 1, 11. Massa Id. 8, 51. Irâ Mars Stat. Theb. 3, 230. Parca nascenti mihi fuit nubila, *i. Obscura et irata* Ouid. Trist. 5, 3, 14. Tempora si fuerint nubila, solus eris Idem Trist. 1, 8, 6.

NVBILVM, i. n. [νέφος] *Ipsam nubem significat*. Plin. 2, 62 45 Rhodi et Syracusis nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora sol cernatur. Nubilum inducere *dicuntur aliqui venti, pro Tempus nubilum facere*. Plin. Epist. 2, 17 Ibi omnes silent venti, exceptis qui nubilum inducunt et serenum, antequam vsus loci eripiunt. Cae- li nubila Virg. Georg. 4, 166. Nubilum diei Plin. 2, 35. Nubi- 50

lo, *pro In tempore nubiloso*. Plin. 7, 60 Etiam tum tamen núbilo incertae fuere horae vsque ad proximum lustrum. Ambusta nubila fumant Ouid. Met. 2, 209. Oportet, *si Poëtam excusare velimus cogita- re vapores sulfureos, nitrosos etc.* Arida Virg. Georg. 3, 199. Assi- mulata montibus Lucret. 6, 189. Densa Virg. Aen. 6, 592. Ra- 55

mola atque aspera Lucret. 6, 132. Agit ventus nubila Virg. Georg. 1, 422. Cessit fallax simulacrum in nubila Sil. 17, 548. Clare- scunt saucia diuiduis nubila sulcis, *Fulguris Descriptio* Claud. Conf. Prob. et Olyb. 102. Depellere caelo Tibull. 1, 2, 51. Deterget Notus nubila caelo Hor. Carm. 1, 7, 15. Dissipat, *dispergit* Virg. Georg. 3, 198. Disiecit nubila Iuppiter Ouid. Met. 1, 328. Diuidit nubila igni corusco Diespiter Hor. Carm. 1, 34, 6. Findere nubila disco Stat. Silu. 3, 1, 155. Fugiebant fu- sca repurgato nubila caelo Ouid. Met. 5, 286. Pellere et Inducere nubila, *contraria* Id. Met. 7, 202. Lacerant venti caua nubila Stat. 65

Theb. 5, 366. Pellit tristitia nubila Boreas Ouid. Met. 7, 201. Pend- ent nubila Virg. Georg. 1, 214. *i. Nondum delabuntur, aut desfluunt*. Pendentia Ouid. Met. 1, 268. Persflant venti nubila Lucret. 6, 135. Portant venti nubila per caelum Id. 4, 445. Surgunt humida Ouid. Met. 8, 3. Verrunt venti nubila, ac subito vexantia turbine raptant 70

Lucret. 1, 280. ¶ 2 *Metaphor.* Producere nubila menti Stat. Silu. 5, 3, 13. Serenat sol nubila humani animi Plin. 2, 6.

NVBILARIVM, i. n. [σιτοβολών] *Locus, quo propter nubes conferuntur frumenta semitrita*. Columel. 1, 6, 24 Huic arcae nubilari- um (*quidam Nubilar*) applicari debet, maximeque in Italia propter 75

inconstantiam caeli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incefferit, *conf.* Varr. R. R. 1, 13, 5.

NVBILAR, aris. n. *Idem*. Columel. 2, 21, 3 Quod si falcebus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in acruum vel nubilari congeritur. *Sic MS. Lips. et primae edit. Al.* Vel in nubilarium. *Vid.* 80

Gronou. in Senec. p. 234.

NVBILŌ, are. [γνοφέω] *Nubilum seu obscurum facere. Et apud* Varr. R. R. 1, 13, 5 Nubilare si coeperit, *int.* aër. Paullin. Nolan. Carm. 10, 38 Lucem figmenta vatum nubillant.

NVBILANS, antis. Partic. Nubilans fulgor carbunculi, *b. e.* 85 *Veluti nubes quasdam oculis obiectens* Plin. 37, 7.

NVBILOR, ari. Dep. [γνοφύμαι] *Idem quod nubilare*. Cato de R. R. c. 88, 2 Vbi nubilabitur, et noctu sub tecto ponito.

NVBILŌSVS, a, um. Adi. Apul. Met. 11, p. 260 Caelum, nubi- losa caligine disiecta, nudo sudoque luminis proprii splendore candebat. 90

NVBILIS, *vid. sub* NVBO.

NVBO, nupsi et nuptus sum, nuptum, ere. [γαμέομαι, νυμφεύο- μαι, μνηστεύομαι] *Operire, velare: vt Nubes, quae caelum operit*. A nu- bibus verbum nubentium tractum arbitror: denique operiuntur vt nubes, quum acceperint nupturae velamina Ambros. Exhort. ad virg. 95

Rom. T. 1 f. 108. Onomast. Nubo, καλύπτω. Auctor vetus in Pernig. Ven. 22 Ipsa iussit mane vt vdae virgines nubant rosae. Arnob. 3

p. 118 Quod aqua nubat terram, appellatus est, inquit, Neptunus. *Vid. Lips. Elect.* 1, 5. Hieron. ad illud Matth. 22 In resurrectione neque nubent, neque nubentur, Latina, *inquit*, consuetudo Graecorum

idiomati non respondet, *Nubere enim proprie dicuntur mulieres; et viri vxores ducere*. Ouid. Met. 9, 761 *Ipsis puella pro viro habita, cui puella desponsata iam erat, Pronuba quid Iuno, quid ad haec, Hyme- naee, venitis sacra? quibus qui ducat abest, vbi nubimus ambae. Huc*

*pertinet illud, Nubas ducasue licebit, nunquam mater eris, nunquam* 105

- pater Claud. in Eutrop. 1, 223 *utpote Eunuchum*. Cic. pro Cluent. 11 Quae breui tempore post patris mortem A. Aurio Melino confobrino suo nupsit. Si qua voles apte nubere, nube pari Ouid. Epist. 9, 32. *conf.* Ter. Andr. 2, 1, 2. et Hec. 4, 1, 13. Gell. 1, 23 Vna apud duos
- 5 nupta esset. *Ibid. tamen mox sequitur*, Vna potius ut duobus nupta fieret, quam ut vni duae. Adolescentibus primariis nuptam fuisse Ser. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Cic. Fam. 15, 2 (3) Ique mihi nuntiasent regis Parthorum filium, quocum esset nupta regis Armeniorum soror. Plaut. Amph. prol. 98 Amphitruo natus Argis ex Argo patre,
- 10 qui cum Alcmena est nupta Electri filia *conf.* Gell. 7, 1. Ter. Hec. 4, 1, 19 et Phorm. 5, 3, 34. *Alberic. Gentil. de Nupt. 2, 3.* Virgo nubit cum bona alite Catul. in Epithal. Iuliae f. 59, 20. Nupta est male Plaut. Casin. 2, 2, 7. Cic. pro Cael. 34 c. 14 Quum ex amplissimo
- 15 genere in familiam charissimam nupsisset, cur tibi Caclius tam coniunctus fuit, cognatus, affinis, viri tui familiaris? In familiae lectum, atque in priuignorum funus nupsit mulier Cic. pro Cluent. 188.
- ¶ 2 Nubere, *inquit Nonius*, veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ut nunc Itali dicunt. Pomponius Pannuceatis, Sed meus frater maior, postquam vidit me vi deiectum domo, nupsit post-
- 20 sterius dotatae vetulae, varicosae, Afrae. *Haftenus Nonius 2, 577.* *Possset Poeta sic indicare voluisse virum in potestatem mulieris dotatae transfisse; quod sic visum Scaligero ad Catal. p. 226.* *Sicut Martial. 8, 10 Vxori nubere nolo meae. Nam obscenum plane est, et ad mollitiem marium pertinet, 1, 25* Nupsit heri: et Iuuen. Sat. 2, 134 Quid quaeris? nubit
- 25 amicus. *Interim tamen non de nihilo est illa Nonii observatio.* Plautus Trin. argum. extr. Nubunt liberi i. filius et filia. Tertullianus ad vxor. 1, 7 Regem saeculi Pontificem maximum rursus nubere nefas est. Et 2, 11 Nam nec in terris filii sine consensu patrum rite et iure nubent. Hildebertus Cenom. Epist. 36 An nescis, quia hi, qui nec nubunt nec nubuntur, sunt similes angelis Dei? Fulgentius Epist. 3 Sanctis nuptiis ubi nubunt, qui se continere non possunt. *Contra ea*
- 30 Imp. Antoninus I. 3 Cod. Solutio matrim. Hostiliae *rescribit*, Si ignorans statum Erotis ut libertum duxisti, et dotem dedisti, isque postea seruus est iudicatus, dotem ex peculio recipies. *Haec debentur Barthio Adu. 6, 14 et ad Claudian. in Eutrop. 1, 223.* *Illud non exemit, vel archaicam esse hanc rationem, ut nubere, legisimo quidem matrimonio, dicantur viri; vel recentioris aevi.* Add. Tertull. de Monog. 7 Sinè dubio, dum ille prohibetur denuo nubere; et illa prohibetur, non habens nubere nisi fratri. *Conf. Alb. Gentilis de nuptiis 2, 3 p. 126.*
- 40 ¶ 3 Nubere, *pro Concumbere, coire.* Plaut. Cist. 1, 1, 45 Haec quidem quotidie viro nubit, nupsitque hodie, nubet mox noctu, nunquam ego hanc viduam cubare suui. *Add. Casin. 2, 8, 47. Pseud. 1, 3, 79. P. Victor. V. L. 21, 3. Conf. Sen. Excerpt. Controu. 6, 8. Plane ad pathicam turpitudinem pertinet Martial. 1, 25, 4* Qui loquitur Curios
- 45 assertoresque Camillos, Nolito fronti credere, nupsit heri. ¶ 4 Nubere dicuntur etiam Arbores vitibus, et vites arboribus, *pro Consendere et coniungi.* Plin. 14, 1 In Campano agro populis nubunt. *De vitibus.* Id. 18, 28 Vertit populi albae etiam vitibus nuptae. ¶ 5
- 50 *Obseruent Grammatici*, Nubentur, *ap. Scriptores Sacros, ut Vulg. Marc. 12, 25.* Nubitur, [*μνησύεται*] *impers. pass.* Plaut. Perf. 3, 1, 58 Hic cum mala fama facile nubitur: dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur. Nubendi [*τῆ γαμῆδα*] tempus Ouid. Epist. 20, 110. Nubendo non prosperae tantum, sed omnis fortunae inicitur societas Iustin. 23, 2, 8. Nuptum, [*πρὸς γάμον*] collocare, *vid. COLLOCO.*
- 55 **DARE NUP TUM VIRO** Plaut. Cas. 2, 3, 36. Nepos 4, 2, 3. et 10, 1, 1.
- N. V. B. E. N. S.**, entis. Partic. [*γαμῆμενος*] Ferre dona nubenti Sen. Med. 842. Filiae nubenti lectum genialem strauit mater Cic. pro Cluent. 14 c. 5.
- N. V. P. T. V. S.**, a, um. *Aliud Partic. [*γαγαμῆμενος*]* Marito certo
- 60 nupta Ouid. Epist. 5, 107. Filia Cic. pro Sext. 6. Mulier vni nupta, proposita omnibus Cic. Verr. 7 (5) 34 c. 13. Puella nupta alicui Catul. 18, 14. Viro saeuo nupta puella Hor. Carm. 3, 10, 2. Virgines nuptae Id. Carm. 2, 8, 23. Nupta verba dicebant veteres, Quae non licebat virgini dicere: ut Plautus in Dyscolo, Virgo sum, non didici verba nupta dicere. Festus.
- 65 **N. V. P. T. V. S.**, i. m. [*μνησός, νυμφίος*] *Qui nupsit.* Varro Rer. diuinar. 14 apud Non. 7, 98 Viri nupti sacrificabantur in cubiculo viduae. *Sed locus valde dubius.* Certior Plaut. Cas. 5, 1, 5 Lubet, Chalinum, quid agat scire, nouom nuptum cum nouo marito.
- 70 **N. V. P. T. A.**, ae. f. [*νύμφη*] *Quae nupsit.* Festus, Nuptam a Graeco dictam; illi enim nuptam *νύμφην* appellant. Noua nupta Plaut. Cas. 4, 2, 5. Pudica Ouid. Fast. 2, 794. Singulis Indis plures solent esse nuptae Cic. Tusc. 5, 78.
- N. V. P. T. V. L. A.**, ae. f. Varro ap. Non. 4, 330.
- 75 **N. V. P. T. V. S.**, us. m. [*μνηστῆρα*] Aur. Vict. Viris illust. c. 59 Eo die Numantini forte sollempni nuptu filias locabant. Stat. Silu. 5, 1, 45 Illa quidem nuptumque prior taedasque marito Passa alio. Caes. Bell. Gall. 1, 18 Et sorores suas nuptui in alias ciuitates collocasse, al. nuptum: *vid. Ciacc. ad h. l.* Columel. 4, 3 extr. Minorem deinde
- 80 filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri. *De prima et propria notione velandi.* Varro de L. L. 4, 10 p. 20, 13 Neptunus *dictus*, quod mare terras obnubit, ut nubes caelum: a nuptu, id est operatione, ut antiqui, a quo Nuptiae Nuptusque dictus.
- N. V. P. T. V. R. V. S.**, a, um. Partic. [*γαμῆσόμενος*] Proles nuptura et
- 85 nupta Ouid. Epist. 15, 119.
- N. V. B. I. L. I. S.**, e. Adi. [*γαμῆρος*] *Apta, ut viro in matrimonio iungatur.* Virg. Aen. 7, 53 Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Filia nubilis Cic. pro Cluent. 11, c. 5. Virgo nubilis Ouid. Trist. 2, 501.
- 90 **N. V. P. T. O.**, are. Frequent. *vel Desideratiuum potius.* Tertull. aut Cyprianus, *aut quisquis est*, Sodom. 45 Quo nullae nuptant animae, i. appetunt nuptias.
- N. V. P. T. V. R. I. O.**, ire. [*γαμῆσῶ*] *Cupere nubere.* Apul. Apol. p. 319 Ea si claro nupsisset homini rusticano, indecrepito seni, sponte eam
- 95 diceres sine vlla magia iam olim nupturisse.
- N. V. P. T. I. A. E.**, arum. f. *tantum pl. [*γάμας*]* *Coniunctio maris et feminae.* Festus, Nuptias dictas esse ait Santra, ab eo, quod nympha dixerunt Graeci antiqui *γάμον*. vnde nouam nuptam, *νεαν νύμφην*. Cornificius, quod noua petantur coniugia. Curiaius, quod noua ratio fiat. (*Satis nugarum. Tandem respicit:*) Aelius et Cincius, quia flammeo caput nubentis obuoluatur, quod antiqui obnubere vocarunt. Ob quam causam legem quoque parentam (*V. sin. coni. funestam*) iubere caput eius obnubere, qui parentem necauisset, quod est obuoluere. *Haftenus Festus.* Cic. pro Cluent. 12 Nuptiae plenae dignitatis, plenae concordiae. Idem de Nat. Deor. 3, 45 Nisi forte maritimae nuptiae

nuptiae terrenis anteponantur. In nuptiis antiquitus aqua et ignis in limine adhibebantur, *inquit Varro de L. L. 4, 10 quod coniungit hic: et mas ignis, quod ibi semen; aqua femina, quod fetus ab eius humore, et eorum iunctione sumit Venus. Haec non satis emendata. Ritum ipsum etiam tradit Fest. in voce Facem.* Nuptiae, a nuptu, id est opertione Varr. de L. L. 4, 10 p. 20, 13. Conciliator nuptiarum Nep. 25, 12, 1. Multarum nuptiarum mulier vetula Cic. Att. 13, 29. Officium nuptiarum celebrare Suet. Claud. c. 26 *extr.* Sollemnia nuptiarum Tacit. Ann. 11, 26. Clandestinae nuptiae Plaut. Caf. 5, 3, 6 *i. Scortatio.* Collatae nuptiae, *vid. CONFERO.* Expers nuptiarum puella Hor. Carm. 3, 11, 11. Incertae nuptiae, *vid. INCERTVS.* Incestae Tacit. Ann. 11, 25. Indotatae Valer. Max. 4, 4. *de Cn. Scipione.* Infirmas, *vid. INFIRMVS.* Innuptae, *vid. INNUBO.* Vlpian. in l. Imperator Hadrianus. D. de stat. homin. Quae ex iustis nuptiis concepit. Legitinae, *vid. LEX.* Plebeis nuptiis copulatae feminae Vlpian. in l. Feminae D. de Senat. Adipisci nuptias. Adornare, Alligatus nuptiis, Apparare, Celebrare, *vid. hb. vv.* Coenare apud aliquem in nuptiis eius Cic. Q. Frat. 2, 43. Conciliare nuptias Nepos 25, 5, 2. Conficere nuptias, Conicere in nuptias, Constitutae in hunc diem nuptiae, Conueniunt haec nuptiis, Cupere nuptias, *vid. hb. vv.* Deditus Rex nouis quotidie nuptiis Iustin. 31, 6. *Vbi Nuptiae pro Concubitu illicito ponitur, ut infra in Petron. et alibi saepe. Vid. P. Victor. Var. Lect. 21, 3. Taubm. ad Plaut. Cist. p. 436. Dan. Pareus in Musaeum p. 137.* Exornare nuptias Plaut. Aul. 4, 10, 54. Facere nuptias Petron. 25 et 112. *vid. Burm. p. 181.* Imperare nuptias alicui, *vid. IMPERO.* Indicere nuptias, *vid. INDICO, is.* Inquinare nuptias, *Adulterari* Hor. Carm. 3, 6, 17. Iungi inter se nuptiis Val. Max. 9, 1, 9. Moliri Tacit. Ann. 12, 3. Mouentur nuptiae, Mutare, Ornare, *v. ff. ll.* NVPTIALIS, e. Adi. [*γαμικός, γαμήλιος*] Quod pertinet ad nuptias. Coena nuptialis Plaut. Curc. 5, 2, 62. Carmina Catul. 59, 12. Dies Seneca Medea 984. Dona Cic. pro Cluent. 28 c. 9. Id. ibid. 15 c. 6 O audaciam singularem! non timuisse, si minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipsam noctem, facesque illas nuptiales. Face nuptiali digna puella Hor. Carm. 3, 11, 33. Festum nuptiale amici exercere Symmach. Epist. 7, 19. Sacra Quinctil. 1, 7. Tibiae Auctor ad Herenn. 4, 45. Vox Thalassio Liu. 1, 9. NVPTALICIVS, a, um. Adi. *Idem.* Munus nuptaliticium Vlpian. l. 194 D. de V. S. NVPTIALITER, Adu. Nuptialiter laetus Mart. Capell. 6. NVPTIATOR, oris. m. *Qui facit nuptias.* Hieron. Epist. 11 Secundus nuptiator.

## N V C

NVCAMENTVM, i. n. [*κύνταρος*] a Nuce inclinari videtur, *45 vel quod sit ceu rudimentum quoddam naturae, pineam nucem facere condiscens, vel quod apertissime in nucibus propendere videatur, inquit Ruelius.* Plin. 16, 10 E ramis generum horum pannicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, praeterquam larici. Haec abietis masculae primori parte nucleos habent, non item feminae. 50 Piceae vero totis panniculis minoribus gracilioribusque minimos ac nigros. Propter quod Graeci phthiophoron eam appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida. *Sunt igitur illi squamosi.* NVCCERIA, ae. f. [*Νυκκέρια*] Vrbs est Campaniae, nouem millibus 55 passuum a mari distans, cuius meminit Silius 8, 533. et 12, 424. NVCETVM, NVCEVS, NVCLEVS, NVCVLA, etc. *vid. NVX.*

## N V D

NVDARE, NVDIPEDALIA, *vid. NVDVS.* 60 NVDITANVM, i. n. Hispaniae Baeticae oppidum est, apud Plin. 3, 1. NVDIVSTERTIVS, NVDIVSQVARTVS, etc. [*πρὸς τρεῖς*] composita sunt, *inquit Festus, ex Nunc et Die Tertio et Quarto, id est, Nunc est dies tertius, Nunc est dies quartus; semperque de praeterito dicuntur.* Plaut. Curc. 1, 1, 17. Caruitne febris te heri, vel nudistertius? Cic. Att. 14, 11 Nudiustertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea, quae proxime velim me hercule, etc. Plaut. Most. 4, 2, 40 Nam heri et nudistertius, quartus, quintus, 70 sextus, vsque postquam hinc peregre eius pater abiit. Nudiusquintus here natus quidem ille est Plaut. Truc. 2, 6, 28. Nudiussextus cui talentum mutuum dedi, *i. Nunc sex dies sunt, quod etc.* Plaut. Trin. 3, 2, 10. Cic. Philipp. 5, 2 c. 1 Recordabimini qui dies nudistertiusdecimus fuerit, quantus consensus vestrum, quanta virtus, 75 quanta constantia. *Ibid. 3 c. 2 Legatos vero ad eum mittere, de quo grauissimum iudicium nudistertiusdecimus fecistis, etc.* NVDQ, are. *vid. NVDVS.* NVDVS, a, um. Adi. [*γυμνός, ψιδός*] Quod est sine tegmine, veste, aut alia re, quae illam quocumque modo, tegere solet. Plaut. Amph. 1, 1, 80 148 Quod homines quatuor in soporem collocastis nudos. Nudum (inquit Seruius) dicitur, quod nunquam tectum est, ut facies. Tamen opponitur nonnunquam togato: *vid. Burm. ad Petron. c. 92 p. 443.* Aestas nuda, *Sic enim pingitur propter aestum,* Ouid. Met. 2, 28. Arvum Catul. 60, 49. Caespes Senec. Hippol. l. 4. Campi sine 85 fronde et arbore Ouid. Trist. 3, 11, 75. Corpus Ouid. Fast. 4, 148. Ensis nudus, *i. Strictus, Seruius:* Virg. Aen. 12, 306. Ferro nudo concurrere Ouid. Epist. 13, 81. Forma Ouid. Met. 4, 346. Humus Ouid. Met. 4, 261. Lacerti *Idem de Arte Am. 2, 81.* Lapis Virg. Ecl. 1, 48. Litora Stat. Silu. 3, 1, 4. Ossa Claud. in Eutrop. 1, 121. Pe- 90 ctora Ouid. Met. 4, 589. Radicibus nudis arbores Plin. 12, 9. Ramus nudus stetit fugiente pomo Senec. Thyest. 1. Silex Virg. Ecl. 1, 15. Solum Claud. in Eutrop. 2, 298. Vertice nudo fulua caefaries Virg. Aen. 11, 642. Nuda genu, pro Nudum genu habens: Virg. Aen. 1, 324 Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes. *Ibid. 8, 425* 95 — et nudus membra Pyracmon. Seruius. Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos Ouid. Met. 7, 183. Nudus inopsque Hor. Serm. 2, 5, 6. Senecta nuda, Inops Ouid. Epist. 9, 154. Verba nuda, pro Apertis, Plin. Epist. 4, 14, 4. *i. lasciuia.* ¶ 2 Varias parit metaphoras alias, cum ad omnem ornatus, aut necessarii adiuncti absentiam referatur. *Vt Cic. Verr. 2, 84. Tangebatur tamen animi dolore necessario, quod domum eius exornatam, atque instructam, fere iam iste reddiderat nudam atque inanem.* Cic. Verr. 4, 3 Nam ipsa Messana, quae situ, moenibus portuque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sane vacua atque nuda est. Cic. ad Quir. post red. 105

16 c. 6 Me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum &c. A magistratibus nuda Resp. per translationem, pro Deslituta. Cic. pro Domo 58 c. 22 Tam inops autem ego ab amicis? aut tam nuda Resp. a magistratibus? Agris paternis nudus Hor. Serin. 2, 3, 184. Ducibus suis nuda moenia Ouid. Fast. 2, 710. Numis nudus Hor. Serin. 2, 3, 184. Cic. Att. 7, 13 Huic tradita vrbs est, nuda ea praesidio, referta copiis. Nudo vestimenta detrahere, pro eo quod est, Ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem quod auferri queat, inquit Erasmus Plaut. Afin. 1, 1, 79. Cic. pro Caecin. 93 Hunc vero, qui ab iure, officio, bonis moribus, ad ferrum, ad arma, ad caedem confugerit, nudum, in causa desilitutumque videtis. Nuda ista si ponas, iudicari qualia sint, non facile possunt Cic. in Parad. 3. i. sola, sine declaratione. Nudus pro solo: vid. Heins. & Drak. ad Sil. 1, 219. Sic Artes nuda Quinctil. 1 prooem. Asperitas nuda quaestionum Quinctil. 4, 1. Certamen nudum operum, i. Controversia, in qua certatur non de dignitate, nec de generis splendore, nec potentia aut diuitiis, sed tantum de operibus, id est, qui plus opera sua confecerit. Ouid. Met. 13, 159 Ergo operum quoniam nudum certamen habetur &c. Ensi nec fidens nudo sine fraudibus Sil. 1, 219. i. qui veneno non tinctus sit. Fides nuda 20 Valer. Argon. 5, 498. Fictis et compositis ad fallendum verbis et gestibus opponitur. Fuga nuda deserere Italiam Paterc. 2, 61, 4. Infinitatio Quinctil. 5, 13. Ira nuda, i. Sola Ouid. Trist. 3, 11, 17. Idem Trist. 2, 408 Vixque meus capiet nomina nuda liber, h. e. Sola nomina, absque alia narratione. Odia Stat. Theb. 9, 20. Simplicitas Ouid. Amor. 1, 3, 14. Traditio Quinctil. 3, 1. Veritas Hor. Carm. 1, 24, 7. Vires nudas mouent in praelia, Pugnans sine armis Stat. Theb. 6, 18. Nudus, insepultus, siue mortuus. Virg. Aen. 5, 871 Nudus & ignota Palinure iacebis arena. Idem Eccl. 1, 61 Et freta destituit nudos in litore pisces. Seruius. ¶ 3 A libris 30 brariis permutari Nudus & Mundus, obseruat Drakenb. ad Sil. 4, 608. NVDVLS, a, um. Adi. Hadriani Carm. suprem. apud Spartian. c. 25 Pallidula, rigida, nudula. NVDE. Adu. Simpliciter Lactant. 3, 1 Quae tradita sunt breuiter & nude. NVDTAS, atis. f. [γυμνότης Gloss. Lat. Graec.] sumitur pro Inopia Quinctil. 10, 2 Tenuitas ac nuditas placuit, etc. NVDO, are. [γυμνώω, φιλόω] Nudum facere, detegere. Cic. Verr. 5, 100 Quum repente hominem proripi, atque in foro medio nudari ac deligari, et virgas expediri iubet. Ab aliquo nudari Ouid. Trist. 40 1, 6, 7. Aciem nudare, vid. ACIES. Armis nudare iacentem Ouid. Met. 12, 439. Arbor nudatur foliis Plin. 16, 22. Artus tepidos nudauerat Sil. 15, 700. Corpus nudare Cic. Tusc. 4, 70 c. 33. ex quodam Poeta. Gladios nudare, pro Distringere Liu. 28, 33. Nepos 14, 11, 4. Litora nudare, et portus relinquere Caes. Bell. Ciuil. 3, 15. Litorum breuia nudantur Tacit. Ann. 6, 33. Montem nudare siluis Sil. 8, 503. Terga fugae nudant Virg. Aen. 5, 586. Liu. 26, 45 Et adeo nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenuis aqua esset, alibi genua vix superaret. de Septentrione vento. Viscera nudare Virg. Aen. 1, 215. Cic. Verr. Act. 1, 14 c. 5 Quae victores ciuitatibus Siculis aut 50 dederunt, aut reddiderunt, spoliavit, nudauitque omnia. Castra nudata Caes. Bell. Gall. 3, 23. Murus nudatus defensoribus Id. Ibid. 2, 6. Magistratus perditos praesidio sceleratorum ciuium, nudare Cic. pro Domo 2 c. 1. Pericula alicuius, non modo ciuium praesidio, sed etiam quorundam deprecatione nudare Cic. post red. in 55 Senat. 30. Scelus aliquod nudare, Indicare, patefacere Liu. 35, 32. pr. Cic. de Orat. 2, 350 Libenter te cognitum iam artificem, aliquandoque euolutum illis integumentis dissimulationis tuae nudatumque perspicio. Cic. Verr. Act. 1, 11 Quaestura primus gradus honoris, quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonem spoliatum. a Quaestore suo pecunia publica, nudatum et proditum Consullem? Animos nudare Liu. 34, 60 24. extr. Facta alicuius nudare, i. Detegere et prodere Ouid. Amor. 2, 5, 5. Defectionem Aetoli iam et id magis indies nudabant, i. Prae se ferebant, non tegebant Liu. 35, 32. conf. Gronou. ad Liu. 44, 38. et Burm. ad Phaedr. 3 prol. Nec colles opere nudantur, si quis 65 perite fodiat Plin. 17, 4. i. ita coli possunt, vt a ventorum iniuria tuti sint.

NVDANS, antis. Partic. Ouid. Met. 10, 391 Inania nudans vbera. Catull. 65, 81 Nudantes reiecta veste papillas.

NVDATVS, a, um. Partic. [γυμνωθῆς] Sic Nudatus Liu. 3 dicitur, cui vestis inter rixandum dilacerata erat. Caput nudatum Virg. 70 Aen. 12, 312. Cacumina siluae nudata Ouid. Met. 1, 346. Cornicula nudata furtiuis coloribus Hor. Epist. 1, 3, 20. Corpus Catull. 62, 17. Crura Virg. Georg. 2, 7. Culmen nudatum tecto Liu. 27, 4. Sueton. Caes. c. 41 Nudati opere censorio, Quibus nota censoria adempti equi, 75 et alia ornamenta. Tuetur hanc lectionem Casaubonus, contra Vrsinum, qui notatos suspicabatur. Fraus Claud. de Bell. Gildon. 427. Messes Ouid. Fast. 3, 557. Montes Valer. Argon. 3, 232. Murus nudatus defensoribus Caes. Bell. Gall. 2, 6. Pede nudato currere Tibull. 1, 3, 92. Respublica interitu Consulium nudata Cic. Fam. 10, 17. 80 Vis ingenii alicuius iuris ciuilis scientia nudata Cic. de Orat. 1, 172. Surae nudatae tollens tegmina Catul. Argon. f. 62, 129.

NVDATIO, onis. f. Plin. 18, 6.

NVDIPEDALIA, ium. n. pl. [γυμνοπόδιον] Sacra erant Hierosolymis, vt scribit Hieronymus contra Iouinianum. De his meminit 85 Egesippus l. 2 belli Iudaici. Festum etiam apud Graecos, Romanos, Barbaros, in quo nudis pedibus oportebat omnes incidere. Tertull. Apol. 40. Aquilicia Ioui immolatis, Nudipedalia populo denuntiatis. Idem de Ieiun. 16. Conf. Drakenb. ad Sil. 3, 28. Dissert. Sagittar. 3, 4. Hier. in Galat. 4.

NVDIPES, edis. Tertull. de Pall. 5 Non expedit in algore et ardore rigere nudipedem.

## N V G

95 NVGAE, arum. f. pl. tantum. [λίθος, ἄθλος, φλαγία, λέχη] sunt proprie caniones in laudem mortuorum. Haec sunt non nugae: non enim mortualia Plaut. Afin. 4, 1, 63. vid. Scaliger. Coniect. in Varr. p. 143. Deinde Sermones leuium verum ac nullius ponderis, et plerumque scurriles, ioculatoriique. Vnde Catullus et Martialis Poemata sua vocant Nugas, 100 vt de inanibus rebus, vel verbis loquentia. Plaut. Amph. 2, 1, 57 Quas (malum) nugae? Nugae, a Non et Ago componi videtur, quod nihil agant Donat. ad Ter. Adel. 3, 3, 4. Nugae! Plaut. Capt. 5, 2, 16. et Curc. 1, 3, 36 etc. In nugis Poetam non audio. Cic. in Parad. 3. Archetypae nugae, vid. ARCHETYPVS. Bullatae Perf. 5, 19. i. ina-

105 nes. Plaut. Merc. 2, 4, 1 Pantheum diripuisse aiunt Bacchas, nugae.

maximas fuisse credo, praeterea quo pacto ego diuorsus distrahor. Apul. p. 296, 36 Nugas marinas et quisquilias litorales dicit conchas. Merae Cic. Att. 6, 3. Agere nugas, vid. A G O. Plaut. Afin. 1, 1, 78. et Men. prol. v. 52. Arnatus nugis Hor. Epist. 1, 18, 16. Aufer nugas Plaut. Truc. 4, 4, 7. Blattire nugas Plaut. Amph. 2, 1, 79. it. Curc. 3, 82. Conciliare, vid. CONCILIO. Concredere alicui suas Hor. Serm. 2, 6, 43. Delectari Cic. de Diuin. 2, 30. Garrere Plaut. Curc. 5, 2, 6. Meditari aliquid Hor. Serm. 1, 9, 1. i. scortum quaerens: vid. Torrent. ad Hor. Epod. 4, 7. Offendere amicum in Hor. de Arte Poët. 451. Postulare nugas Plaut. Trin. 2, 4, 40. Praedigare Idem Curc. 5, 3, 1. Relinquere Cic. Att. 6, 3.

¶ 2 Nugae, pro Homine leui, nugatore, nebulone. Nugarum in comitatu Clodii nihil Cic. pro Mil. c. 21 pr. i. scorta, exolesti, lupae etc. Cic. Att. 6, 3 Videaturne aut pietatis esse meae, fratrem: aut diligentiae, nugarum aliquid relinquere? Relinquere, videlicet in pronincia, quum ipse decederet. Aliquid nugarum, leuem hominem Messinium. Paulo post, Quid est igitur quod laborem? amicos habet, meras nugas M. Scaptium. b. e. Leues homines, et quos amicorum numero Brutus habere non debeat. Id. ad Qu. Fr. 1, 2 Ego — Niciam Smyrnaeum, ego nugas maximas omni mea comitate sum complexus. Nugas appellari voluit Plautus Omnia, 20 quibus matronae vtuntur Non. 2, 587. vid. mox NVGIVENDVS.

NVGVLAE, arum. f. pl. Dimin. Mart. Capell. 1 p. 1 Nugulas ineptas aggarrire.

NVGAS. Adi. indecl. Charisius 1 Nugas licet indeclinabile sit, tamen commune trium generum est, hic et haec et hoc Nugas. Putant fuisse apud Plaut. Trin. 3, 3, 90. et Taubm. p. 1358. Alii pro Nugax poni volunt.

NVGAX, acis. Adi. [φλυαρώδης] Qui nugatur. Vnde et Nugator alias dicitur. Vet. Gloss. Nugax, ἀκαῖος, σαρκῶς, ἀχεῖρος, φλύαρος. Ne sis nugax Petron. Fragm. c. 52. Add. Cacl. ad Cic. Fam. 8, 15, 30

NVGACITAS, atis. f. [Gloss. ἀχεροσύνη, ἀχεροσύνη,] Nequitia, nugacitas. Augustin. Epist. 67 extr. Omnis ab eo deleta est nugacitas.

NVGIGERVIVS, a, um. Adi. Qui vana nuntias Plaut. Aul. 3, 5, 51. Lambin. malit nugiuendulus.

NVGIGER, era, erum. Alind Adi. [ληροφῶρας] Nugigera manus, b. e. Vana, et quae seipsam fefellit. Cic. Att. 4, 5 Dices, vellem iam pridem; scio te voluisse, et me; ast nugigeram manum fuisse. Ex vetusto codice legitur, Ast num germanum fuisset? vid. Graeu. 378. Corradin. de Alio in Lex. Crit. h. v. legit, Ast nunc geram manum. Fuisset, iam tempus est. Atque, gerere manum tractum a naufragis, qui manibus conantur ad litus accedere; et idem esse quod laborare, omnia facere.

NVGILQVVS, a, um. Adi. Nugiloqui detractores Sarisb. Epist. 200.

NVGIPARVS, a, um. Adi. Qui Parit nugas Gloss. Isidor.

NVGIVENDVS, vel NVGIVENDVIVS, i. m. [ληροφῶλης] ab antiquis dicebatur, Qui aliquid mulieribus venderet, inquit Nonius 2, 587 Nam omnia quibus mulieres vtuntur, pro rebus vanis atque inanibus habentur. Plaut. Aul. 3, 5, 51 Nugiuendis res soluta est omnibus.

NVGOR, ari. Dep. [ληρω, ὑθλω, φλυαρέω, φλυαφάω, ἐρηχελέω, ἀδολοχέω, βωμολοχέω] Vana et nugas agere. Cic. de Diuin. 2, 30 c. 13 pr. Democritus tamen non inscite nugatur. Cum aliquo nugari Hor. Serm. 2, 1, 73.

NVGATOR, oris. m. [φλύαρος, ἀδολόχης] Plaut. Curc. 4, 1, 1 Edepol nugatorem lepidum lepide hunc nactus est Phedromus. Cic. de Senect. 27 Non vero tam isti, quam tu ipse nugator. Idem pro Flacc. 38 c. 16 Nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem, tanquam in aliquem testem inuehar. Vet. Gloss. Nugator, ἀχεῖρος. Item Scortator. Vid. Lucil. apud Non. 1, 153. Perf. 5, 127. et Prudent. Cathem. 2, 28.

NVGATORIVS, a, um. Adi. Idem quod Nugalis. [φλυαρώδης] Cic. de Nat. Deor. 1, 209 Tota res, Vellei, nugatoria est. Idem pro Caecin. 64 c. 23 Omnino ad probandum vtramque rem videam infirmam, nugatoriamque esse. Brut. et Cass. ad Cic. Fam. 11, 2 Leue est ac nugatorium. Mala nugatoriaque accusatio Cic. pro Rosc. Amer. 42. Artes nugatoriae Plaut. Trin. 4, 22.

NVGATORIE. Adu. Auctor ad Herenn. 4 c. 36 Non contra tenuiter et nugatorie responsum?

NVGATRIX, icis. f. Prudent. Psych. v. 434 Nugatricem aciem.

NVGALIS, e. Adi. [φλυαρώδης Onomast. Vet.] Quod est nugis plenum, seu Quod est nugarum. Gell. 1, 2 Sed theorematibus tantum nugalibus dilatrantes, obiurgatione iusta incessit. Idem 3, 16 Alii alia quaedam nugalialia. Idem 4, 1 Scholicalia nugalialia.

NVGALITAS, atis. f. Gloss. vet. Nugalitas, σαρκότης.

NVGARIVS, a, um. Adi. Varr. de L.L. 6, 3 Diobolares, a binis obolis: scaeniculae ab scaeno nugario vnguento, quod sit inter nugas, a quibus nugiuendi dicuntur.

NVGAMENTVM, i. n. [ὑθλωμα] Idem quod Nugae. Apul. 80 Met. 1 extr. p. 113, 31 A quo istorum nugamenta haec comparasti? de pisciculis, quos etiam quisquilias per contemptum modo appellarat.

NVGO, onis. m. pro Nugatore. Apul. Met. 5 extr. p. 172, 2 Sed vtique praesumis, nugo et corruptor, te solum generosum. Venus ad Cupidinem.

NVGIDICVS, a, um. Adi. Nugidici ventilatores Sarisb. Met. 2, 7.

NVGIDOLOLOQVIDES, Plaut. Perf. 4, 6, 21. Al. Nugipolyloquides, et Nugipililoquides.

## N V L

NVLLATĒNVS, NVLLIBI, etc. vid. post NVLLVS.

NVLLVS, a, um. [μηδὲς, ὅδε] Gen. nullius, et aliquando in carmine nullius, e Non et Vllus compositum. Cic. de Amicit. 30 Sic munitus est, vt nullo egeat. Idem Acad. 4, 104 Assentiri nulli rei. Pers 95 te nullius egentem Hor. Epist. 1, 18, 22. Nullius addictus iurare in verba magistri Id. Ibid. 1, 1, 14. Nullus, i. Nullius momenti et vilitatis, siue Irritum et inane. Cic. de Amicit. 98 c. 26 Nulla haec igitur amicitia, quum alter verum audire non vult, alter ad mentium paratus est. Nullus, cum Genesiuo. Cic. de Nat. Deor. 1, 98

Elephanto beluarum nulla prudentior. Nullus, pro Non. Ter. Andr. 2, 2, 33 Liberatus sum Daue hodie tua opera. D. at nullus quidem. Idem Eun. 2, 1, 10 Memini, tametsi nullus moneas. Idem Hec. 1, 2, 4 Nullus dixeris. Virg. Georg. 1, 125 Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. Sic Nulla viam Fortuna regit, nihil auctor

105

Apollo subuenit Virg. Aen. 12, 405. Cic. Att. 11, 24 Philotimus non modo nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuntium certiore facit me, quid egerit. Eidem 15, 22 Ego autem scripsi Sextum aduentare: non quo iam adesset, sed quia certe id ageret, ab armisque nullus discederet. Cic. Off. 1 c. 2 Quis est, qui nullis officii praeceptis tradendis philosophum se audeat dicere? *i. si non tradat praecepta.* Nullus admodum, *vid. ADMODVM.* Nulli duo concinunt Plin. 3, 1. *extr.* Nullus imperator fuit ex illo tempore, vir ille summus Cic. Fam. 7, 3. *med. de Pompeio.* ¶ 2 *Substantiua, quibus iungitur,* Anicitia est haec nulla, modo vidimus. Argumentum id quidem nullum est Cic. Tusc. 2, 13. Ars nulla aut pertenuis Cic. de Orat. 1, 107. Consilii nulli, *pro Nullius* Ter. Andr. 3, 5, 2. Die nullo non Senec. Epist. 12. Cic. de Finib. 5, 36 Vt et omnes partes habeat incolumes, et de virtutibus nulla desit. De inimicis nulli supersunt Cic. pro Marcell. 21. Liu. 5, 34 Alpes inde oppositae erant, quas inexsuperabiles visas haud equidem miror, nulla dum via (quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas, *i. nondum vlla via.* Cic. de Legib. 2, 14 Igitur Tutias et Apuleias Leges nullas putas? Quintio tenues opes, nullae Facultates, exiguae amicorum copiae sunt Cic. pro Quint. 1. Fides nulla regni sociis Lucan. 1, 92. Plaut. Mil. 4, 8, 59 Caue istuc feceris, dicent te mendacem, nec verum esse, fide nulla esse te, *i. perfidum.* Fine nullo crescunt vites Plin. 14, 1. Ter. Eun. 3, 1, 19 Regem elegantem narras. T. immo sic homo est perpaucorum Hominum. G. immo nullorum arbitror, si tecum viuat. *i. Praeter cum nemo est, qui talem ferre secum velit.* Cic. Epist. 7, 3 Ex eo tempore vir ille summus nullus Imperator fuit. *de Pompeio.* Lites nullae, neque controversae sunt Cic. de Orat. 1, 118. Literis nullis vir, *i. Illiteratus.* Plin. Epist. 6, 29 Video etiam multos paruo ingenio, Literis nullis, vt bene agerent, agendo consecutos. Cic. Att. 2, 20 *pr.* Anicato vt te velle intellexeram, nullo Loco desui. Eidem 14, 15 Bruto certe meo nullo Loco deero. Nulla sine deo Mens bona Sen. Ep. 73 *sub f.* Nullo Modo Scribon. 101. 139. 205. Ter. Eun. 5, 2, 2 Quasi dedita opera domi erant, vt nullo modo introire possent. Negotio nullo, *Sine difficultate.* Cic. Att. 10, 16 Cato Siciliam tenere nullo Negotio potuit. Idem pro Rosc. Amer. 80 Quare tu hoc propter multitudinem sicariorum, nullo Negotio facere potuisti. Cic. de Finib. 2, 69 Nullum suum officium ducerent, Nisi vt voluptati ministrarent. Numero nullo homo, *i. Nullius pretii, non dignus, qui in numerum aut rationem veniat.* Cic. Philip. 3, 16. *Add. Id. de Orat. 3 c. 56* Oratio nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur Cic. de Orat. 1, 50. Ordine passim nullo habitant Numidae Liu. 30, 3. Plaut. Pseud. 1, 1, 92 Profecto nullo Pacto possunt viuere. Partem in nullam, *pro Nullo pacto.* Cic. Fam. 13, 1 Ac te illud primum rogabo, ne quid inuitus mea causa facias: sed id, quod mea intelliges, tua nullam in Partem multum interesse, ita mihi des, si tibi, vt id libenter facias, ante persuaseris. Q. Cic. de Pet. Conf. 7 In petitione autem nisi id agas — nullus Pefitor esse videare. Cic. Acad. 4, 14 Deque eo nulla Ratione neque pelli, neque moueri potes. Re nulla vna magis commendatur orator, quam splendore verborum Cic. de Clar. Orat. 216. Id. de Orat. 1, 38 Quod nisi fecisset, Rempub. quam nunc vix tenemus, iamdiu nullam haberemus. Senem ecce me nullum Plaut. Casin. 2, 4, 26 Eius Testamentum erat nullum. Cic. Verr. c. 45. ¶ 3 *Obseru. Pleonasticum est illud* Gell. 1, 2 Aseuerabat, nulli esse vili magis ea omnia explorata, comperta, meditata, que quam sibi. *Sic MSS. et editt. vett. Recentiores vlli male omitunt: Gronovius in vni mutandum censet. Sed vllus est Diminutium ex vnus.* Nullus vllus vt Nemo homo Plin. 14, 1. *His tam parvis, atque tam nullis, quae ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio! i. quae ob paruitatem vix obseruantur.* Nullus est hoc meticulosus aequae Plaut. Amph. 1, 1, 137. *h. e. Nullus est hoc meticulosus.* Nullus sum, *pro Perii.* Ter. Hec. 4, 1, 6 Sed ostium concrepuit: credo ipsam ad me exire, nulla sum. et Eun. 5, 7, 22 Nullus sum. Vbi Donatus, Plus est nullum esse, quam Perisse. nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui vero nullus est, ita est, ac si natus non sit. Idem Andr. 3, 4, 20 et Plaut. Cas. 3, 5, 1 Anima est amica amanti: si abest, nullus est Plaut. Bacch. 2, 2, 16. Liu. 6, 18 Vbi visum inimicis est nullus repente fui. Nullius non facinoris societas, *pro Cuiusvis facinoris.* Suet. Octau. c. 32. Martial. 8, 21 Quum facias versus nulla non luce ducentos. *vid. supra.* Nullius, *pro Neutrius.* Cic. Fam. 10, 31 Quum vero non liceret mihi nullius partis esse, quia vtroque magnos inimicos habebam, ea castra fugi, in quibus plane tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum. *Absolute.* Hor. de Arte Poet. 324 Nullius avari, *i. Nullius rei.* Conf. Burm. ad Quint. 2, 4 p. 139. etc.

NVLLATĒ NVS. *Adu. saepe Cassiodor. ὑδαμῶς, it. nulla ratione* Gloss. Cyrill. Mart. Capell. 2 Immortalitatis sedem nullatenus obtinebis. Conf. Zenon. Cod. 8. t. 10. l. 12 §. 3. et Fulgent. de Epiph.

NVLLĪ BI. *Adu. Vitruu. 7, 1 Nullibi exstantes.* Onomast. Gr.

Lat. ὑδαμῶς, nullibi. NVLLIFĪ CO, *are.* Vet. Interp. Iren. 4, 47. Tertull. aduers. Phys. c. 15. Hieron. Epist. 135. ad Sun. et Fretel. ἕξ ὑδαμῶς non putatis transferendum, Despexisti; sed secundum disertissimum istius temporis interpretem, Nullificasti.

NVLLIFICATIO, *ōnis. f.* Tertull. aduers. Marc. 4, 14 Quae ignominia, quae nullificatio.

NVLLIFICĀ MEN, *inis. n.* Tertull. aduers. Marc. 3, 7 et 17 Ignominia hominis et nullificamen populi.

NVLLĪ TAS, *ātis. f.* Nullitas sententiae apud ICTos, Canon. 1.

Co. fin. de re iud. in 6.

## N V M

NVM. [*ἄδν, ἀρα, πᾶ ἔν, ἀε' ἔν*] *Adu. interrogandi, cui subintelligitur negatio.* Soli Indicatio iungitur. Ter. Andr. 5, 3, 7 O ingentem confidentiam: num cogitat quid dicat? num facti piget? vide, num eius color, pudoris signum vsquam indicat? *Quasi dicat, Non cogitat.* Hor. Serm. 2, 5, 58 Nun furis? an prudens ludis me, obscura canendo? Virg. Aen. 4, 730 Num lacrimas victus dedit,

aut miseratus amantem est? Nun quod eloquentiae vestigium apparet? Cic. de Orat. 1, 37. Num quo alio modo? Idem de Inuent. 2, 44 An

imperatorum scientia nihil est? Cic. de Diuin. 1, 24. ¶ 2

*Sed etiam putant pro Nonne vel anne ponit* Cic. pro Lig. 29 c. 10

Itaque num tibi videor, Caesar, in causa Ligarii occupatus esse? num

de eius facto dicere? *Verum si bene consideres, etiam hic intelligitur responsio*



*sponso negatiua.* Nec multo certius illud Plin. Pan. 56, 2 Num omnia eiusmodi, ut is optime etc. ubi aperte nonne requiritur. Sed habent etiam nonne boni libri. Certior ratio particulae An, ubi vid. Apud eundem Plin. Pan. 49, 4 ab Aldo inde editum est Num remissionibus tuis eadem frequentia — num tibi semper in medio cibus — num ex conuictu nostro etc. Sed recentiores paulatim, vni aut alteri num, Arntzenius Denique omnibus, non substituit.

NVMNAM. [μῶν] Ter. Andr. 3, 4, 12 Hem numnam perimus?  
NVMQVANDO, NVMQVIS, vid. NVNQVANDO, NVNQVIS.

NVMA, ac. m. Pompilius, [Νυμάς Πομπήλιος] vir Sabinus, et a Romulo secundus rex, iustitia et pietate insignis: De eo Cicero de Orat. 2, 154 Numam Pompilius illum regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras, quo etiam maior vir habendus est, quum illam sapientiam constituendae ciuitatis duobus prope saeculis ante cognouit, quam eam Graeci natam senserunt. Conf. Idem Tusc. 4, 1. et Liu. 1, 32 pr. et 40, 29. Coniux Numae Egeria Ouid. Fast. 3, 262. Antiqui regia parua Numae Ib. Trist. 3, 1, 30. Munificus Numa Ouid. Fast. 3, 385. Stat. Silu. 1, 4, 41 Non labente Numa timuit sic curia. Per ἀντωνομασίαν Hominem sanctum notat et innocentem. Martial. 11, 6 Ardua res haec est, opibus non tradere mores, Et cum tot Croesos viceris, esse Numam. Dixerat, Tanta tibi est recti reuerentia, Caesar, (Neruum alloquitur) et aequi, Quanta Numae fuerat: Sed Numa pauper erat.

NVMANA, ac. f. [Νυμᾶνα] Oppidum Piceni in Italia Mela 2, 4, 25 Scopulosae rura Numanae Sil. 8, 433.

NVMANTIA, ac. f. [Νουμαντία] Vrbs Hispaniae in Celtiberia, quae a Romanis obsessa per annos XIII, quum haberet tantum quatuor hominum millia, non solum sustinuit, sed etiam vicit quadraginta millia Romanorum: tandem tamen a Scipione posteriore post longam et arctissimam obsidionem deleta. Quum enim fame laborarent, nec eis daretur iusti certaminis copia, omnia sua et seipos igni immiserunt. Vid. Florum 2, 17. Euerterunt Numantiam Romani Cic. Philip. 4, 13. Hor. Carm. 2, 12, 1 Nolis longa ferae bella Numantiae — Aptari citharae modis.

NVMANTINVS, a, um. Adi. [Νουμαντινός] Bellum Numantinum Cic. Fam. 5, 12. Ouid. Fast. 1, 596 Iste Numantina traxit ab vrbe notam, i. nomen. Aui Numantini Propert. 4, 12, 30. Pira Plin. 15, 15.

NVMARIVS, NVMATIO, NVMATVS, vid. NVMVS.  
NVMATIVS habens quidam pro MVNACIVS gentis nomine.

NVMELLA, ac. f. [νύμφων] est, ut ait Nonius 2, 568 Machinae genus ligneum, quod ad discrucuandos noxios parabatur, quo collum et pedes immittebant antiqui. Nomen habere videtur inde, quod qui ex vinculo constricti erant, nuere demissoque capite esse cogebantur. Numellam enim, quasi Nuellam, abundante litera M, intelligo a Nuo, ut Luellam a Luo. Turneb. Plaut. Afin. 3, 2, 5 Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, borias, tortoresque acerrimos. Numella auctore Festo, Genus est vinculi, quo quadrupedes alligantur. Varro de R. R. 2, 9, 13 Consuefaciunt quoque, ut possint alligari primum leuibus numellis, quas si abrodere conantur, ne id consuecant facere, verberibus eos detertere solent. De canibus. Legitur in emendato codice Vinclis, quod a Victorio inde receptum est. Columel. 7, 8, 6 Nonnulli antequam pecus iam mulgendum numellis inducant, (induant conicit Brouckhusius) virides pineas nuces in mulctram demittunt. Vid. Voss. Esym. 347.

NVMELLI eodem intellectu, ut ex optimis libris dedit Gesnerus. Colum. 6, 19, 3 Vbi possunt etiam numelli fabricari, ut inserto capite descendentibus per foramina regulis cervix teneatur.

NVMEN, inis. n. [δαίμωνιον, θεῶν, θεότης] dicitur, auctore Festo, quasi Nutus dei, ac potestas. Nempe a Nuto est Numen, ut a Fluo Flumen. Lucret. 2, 632 de Curetibus, Terrificas capitum quatientes numine cristas: ut Homerus θεῶν δὲ λάφος καθύπερθεν ἔνευεν. Id. 4, 130 In quemcunque locum diuerso numine tendunt. Et 3, 144 Paret, ut ad numen mentis nomenque mouetur. Hinc proprie. Liu. 7, 37 Annuite, Quirites, nutum numenque vestrum inuictum Campanis: ut tamen ipsum epitheton inuictum simul ad illam sollempnem diuinae naturae ac potentiae significationem respiciat. Sic Catull. Argon. f. 63, 204 Annuit inuictis caelestem numine rector. Numen, inquit Varro de L. L. 6, 5 Dicunt esse Imperium, dictum ab nutu. Actius, Multis nomen vestrum, numenque ciendo. Perquam velim scire, esse phantasmata et habere propriam figuram numenque aliquod putes Plin. ep. 7, 27. Numen est quoddam et vis deorum Cic. de Nat. Deor. 2, 95 c. 37. Numen, Potestas dei, maiestas. Virg. Aen. 2, 777 Non haec sine numine Diuum Eueniunt, i. sine fati necessitate, ut ait Seruius. Id. Ecl. 4, 47 Concordes stabili fatorum numine Parcae. Hor. Od. 4, 4, 70 Quas et benigno numine Iupiter Defendit. Virg. Aen. 1, 670 Ad te confugio, et supplex tua numina posco. Seruius, Possibilitatem interpretatur, et addit, Notandum est, vnum Deum habere plura Numina. Nempe Numina sunt nutus inuicti et potentes. Plura huius generis ponuntur n. 3. Pluralis exemplum etiam est. Sil. 80 1, 93 Ennaeae numina diuae, i. Proserpinae. ¶ 2 Pro ipso Deo, aut Dis Numen et Numina frequentissime ponuntur. Cultores numinis Ouid. Met. 1, 327. Amicum mihi numen Virg. Aen. 2, 233. Conscia veri Id. Ibid. 2, 141. Conuersa Virg. Aen. 5, 466. Cic. Acad. 4, 141 Quis potest, quum existimet curari se a Deo, non et dies et noctes diuinum numen horrere? Redditum se diuino numine Reipublicae Cicero testatur pro Domo 143 c. 56. Prud. Ham. 340 Non tamen idcirco duo numina, nec duo rerum Artifices. Exorabile Iuven. Sat. 12, 102. Impiacabile Senec. Oedip. f. 4. Inevitabile Stat. Theb. 9, 549. Virg. Georg. 4, 6 In tenui labor, at tenuis non gloria: si quem Numina Laeva sinunt, auditque vocatus Apollo. Numina Laeva, deos dicit in laedendo magis, quam in iuuando potentes, quos idcirco deprecari agricolas monet. Ex Gell. 5, 12. Magna deum Virg. Aen. 2, 623. i. DI magni. Maligna Iuven. Sat. 10, 111. Velut praesenti numine Scribon. Ep. in. prowerbii loco. Praesens et propitium alicui Quint. 4. prooem. Puro numine Iuppiter glaciati niues Hor. Carm. 3, 10, 8. ¶ 3 Verborum formulae, quarum in quibusdam non tam Deus aut DI, velut personae, sed potestus ac maiestas deorum intelligitur. Adorare Virg. Aen. 1, 52. Adferibi numinibus, vid. ADSCRIBO. Colendum Stat. Theb. 9, 587. Contrahere sibi iram numinis Ouid. Met. 2, 660. Defendunt numine suo atque auxilio nos dii immortales Cic. in Catil. 1, 29. Euenire secundis numinibus Tacit. Ann. 15, 34. Exercent te irae numinis Virg. Georg. 4, 453. Exorabile Caesaris Stat. Silu. 5, 1, 164. Feror diuum numine in arma Virg. Aen. 2, 336. Idem 11, 232. Hor.

rere diuinum Cic. de Fin. 1, 141. Laesum Virg. Aen. 1, 12. Me-  
 tuens numinis ingenium Ouid. Fast. 6, 260. Occurrere numinibus,  
 vid. OCCURRO. Orare Virg. Aen. 2, 233. Parent numini diui-  
 no omnes naturae Cic. de Diuin. 1, 20. Placabile Ouid. Trist. 2,  
 5 142. Placare numen per sacrum aliquod Ouid. Met. 13, 461. Pla-  
 care diuinum precibus Cic. pro Domo 140. Precari caeleste Ouid.  
 Met. 1, 367. Precari magna Virg. Aen. 3, 634. Precamur sancta  
 Idem Ibid. 3, 543. Spernere diuim Ouid. Met. 8, 740. Torquet  
 caelum et terras qui numine Virg. Aen. 4, 269. Vendere numen in-  
 10 terdictumque deorum immortalium alicui Cic. in Pison. 48. ¶ 4  
 In his, quae sequuntur, etiam nunc Dii, nunc eorum vis et potestas intelli-  
 gitur: Numen venerabile Stat. Silu. 4, 6, 60. Non violabile Virg.  
 Aen. 2, 154. Id. Ibid. 4, 382 Spero equidem mediis (si quid pia nu-  
 mina possunt) Supplicia hausurum scopulis. Idem Georg. 4, 7. et  
 15 Lucan. 3, 449. Ouid. Met. 9, 316. Aquarum numen Neptunus Id.  
 Ibid. 4, 530. Belligerum Stat. Achil. 1, 504. Fontana numina Na-  
 iades Ouid. Met. 14, 327. Montana numina Panes Idem Epist. 4, 171.  
 Rustica numina Fauni Id. Met. 1, 192. Siluestria Idem Fast. 2, 279.  
 Dolores numina Quinctil. 6 prooem. Numina diuim, Oracula Virg.  
 20 Aen. 2, 123. Conceptum numen pectore Lucan. 5, 97. Manifesto  
 numine, i. Manifesto deorum iudicio, et quasi nutu, quo significant Virg.  
 Aen. 11, 231. Dii mouent numen, i. vim suam declarant, aliquid  
 magnum portendunt Liu. 1, 55 pr. ¶ 5 Numen, pro Ha-  
 bitu atque ornatu interpretatur Nonius 2, 579. Virg. Aen. 2, 396 Va-  
 25 dimus immisti Danais, haud numine nostro. Melius Seruius, Nu-  
 mine nostro, Aut diis contrariis, aut quia in scutis Graecorum, Ne-  
 ptunus: in Troianorum, fuerat Minerua depicta. Solum illud prius  
 cum Cerda verum puto. Numen non nostrum est alienum, non stans  
 a nostris partibus: laeta enim illa initia, de quibus Poeta, male mox ces-  
 30 sere. ¶ 6 Romani et Imperatores suos Numinis appellatione  
 honorabant. Iam Liu. 8, 34 Dictaturis edictum pro numine sem-  
 per obseruatum. Mutata Rep. Formula sollemnis, DEVOTVS NVMI-  
 NI MAIESTATIQUE EIVS. Diuus genitor Numinis tui Sym. 10,  
 34 et Ep. 30 De iudicio numinis vestri. Add. Id. 10, 21. Vid. Voff.  
 35 de Idol. 3, 17. et Boecler. de Auspic. Reg. 3, 5. ¶ 7 In obli-  
 quis confundi a librariis solent Numen et Munus.

NVMERIA, ae. f. Dea numerorum, f. quae numerare pueros  
 doceat, ut vult Augustin. de Ciu. Dei 4, 11. It. Dea, cui in partu pre-  
 cabantur, secundum Varr. ap. Non. 4, 319. cuius locum, damus in Aduer-  
 40 bio NVMERO.

NVMERATVS, NVMERO, NVMEROSVS, etc. vid. paullo  
 infra.

NVMERIVS, i. m. [Νυμῆριος] a Numero Aduerbio praenomen  
 ductum est, v. v. Festus, qui Fabiae genti assignat. Non Fabiae tan-  
 45 tum gentis, sed etiam aliarum esse docet Spanh. de Num. diff. 10.

NVMERVS, i. m. [ἀριθμός] Vnitatum collectio, mensura quae-  
 dam et finitio multitudinis. De Figuris numerorum, quas antiquis-  
 simi habent codices, est libellus Prisciani apud Putschium p. 1346 sqq.  
 cuius summam breuiter hic ponemus, hoc tantum obseruato, curuas illas  
 50 lineas, quibus quingenti et deinceps formantur, a Prisciano vocari Apo-  
 strophos: tum hos numeros alternis quincuplam habere rationem, et du-  
 plam etc. vid. Manut. ad Cic. Att. 1, 6 et Alciat. Parerg. Iur. 10,  
 25. it. Hueticana c. 47. Sed hi sunt numeri ex Prisciani disciplina:

55	Antiquae notae:	Significatio.	
	I	1	vnus
	V	5	quinque
	X	10	decem
	L	50	quingenta
60	C	100	centum
	IC	500	quingenta
	ICIC	1000	mille
	ICICIC	5000	quinque millia
	CCICIC	10000	decem millia
65	ICICICIC	50000	quingenta millia
	CCICICICIC	100000	centum millia
	ICICICICIC	500000	quingenta millia
	CCCCICICIC	1000000	decies centena millia.

70 Non erat, inquit Plinius 33, 10 pr. s. 47 Apud veteres numerus ultra  
 centum millia. itaque et hodie multiplicantur haec, vt, decies cente-  
 na millia, aut saepius, dicatur. Exempla numerorum plurima vno  
 loco suppeditabit Colum. 5, 1 sqq. Verum nos nunc non numeros, sed nomen  
 Numerus declaramus. Ergo qua hasce Prisciani traditiones non sine  
 75 risu confutat atque prostermit. ¶ 2 Numerus aliquando re-  
 fertur ad ea, quae mensurantur: vnde Magnum numerum frumenti, olei,  
 vini etc. magnam vim et copiam intelligimus. v. g. Cic. pro Planc.  
 64 Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram. Caes.  
 B. C. 2, 18 pr. Frumenti magnum numerum coegit. Hirtius de B.

80 Afr. 67 Magno inuento hordei, olei, vini, fici numero, pauco tri-  
 tici. Cic. Philipp. 2, 66 Maximus vini numerus fuit, permagnum  
 optimi pondus argenti. Magnus numerus frumenti Hirt. B. Afr. 8  
 et 9 it. 65. Cic. Verr. 2 c. 72. Numero ac summa sua, pecunia  
 quanta sit ostendit Cic. pro Cluent. 87. ¶ 3 Numerus, So-  
 85 cietas, grex, certum genus etc. Vnde dicimus aliquem ex eorum nu-  
 mero, qui est eorum particeps. Sallust. Catil. c. 32 pr. Dum haec Ro-  
 mae geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium regem  
 mittit, vid. n. 5 Colere, Ducere etc. Integer numerus militum  
 Cic. Fam. 3, 3. i. omnes milites. ¶ 4 Numerus, pro Honore vel

90 existimatione, cum quae negliguntur, ne numerentur quidem. Cic. Phi-  
 lipp. 2, 3 Itaque quem locum apud ipsum Caesarem post eius ex Africa  
 reditum obtinuisti, quo numero fuisti? Qua existimatione, quo gra-  
 du dignitatis? Nullo numero homo, vid. NVLLVS, it. n. 3 Habe-  
 re et Haberi in numero: it. Sum in numero. Et contra Numerus  
 95 pro Turba sine nomine, et dignitate, quae modo faciat, vt numerus augeat-  
 tur, praetera nihil. Vnde Hor. Epist. 1, 2, 27 Nos numerus sumus  
 et fruges consumere nati. ¶ 5 Iam epitheta et verborum  
 formulas ponemus. Breuiores numeri Quinctil. 1, 10. Centena-  
 rius, Duplaris et Triplaris, Immanis, Impar, vid. suis locis.

100 Infinitus Quinctil. 5, 10. Innumeralis Lucret. 2, 1085. Sin-  
 gularis, dualis, ac pluralis Quinct. 1, 5. Quadratus, i. qui in se  
 ipse ductus multiplicatur: vid. Boeth. de Mus. 2, 6. Gell. 1, 20. vt,  
 bis duo, ter tria, etc. Quinct. 5, 7 Et si deficietur numero pars di-  
 uersa, paucitatem: si Abundabit, conspirationem: si humiles produ-  
 105 cit, vilitatem: si potentes, gratiam oportebit incessere. Accipi in  
 numero,

numero, *vid.* ACCIPIO. Paterculus 2, 30 *extr.* Gladiatorum numerus in tantum Adoleuit, vt qua vltimo dimicauere acie, quadraginta millia hominum se Romano exercitui opposuerint. Cic. Q. Frat. 1, 1, 12 Quo ex genere si quem forte tui cognosti amantiorum (fieri enim potuit) quam temporis, hunc vero ad tuum numerum libenter Adscribito. Adscribere in numerum, *vid.* ADSCRIBO. Aequati numero, *vid.* AEQVO, are. Augere numerum Lucret. 1, 437. Colere ac venerari in numero deorum immortalium Cic. contra Rull. 2, 95 c. 35. Collocare in deorum numero, *vid.* COLLOCO. Componere numero in turmas Virg. Aen. 11, 599. Seruius, Numero, 10 i. Rationabiliter. Vnde et Saepe numero dicimus. i. e. Frequenter et rationabiliter. *Sed nihil ista subtilitate opus. Numerus suus aequalis unicuique turmae assignatus.* Comprehendere numero Virg. Georg. 2, 104. Conficere numerum Cic. pro Cluent. Id. de Orat. 2, 56 Thucydides ita creber est rerum frequentia, vt verborum prope numerum sententiarum numero consequatur, i. tot paene sententias habeat, quot verba. Continere Id. de Finib. 3, 24. Conuenit numerus, *vid.* CONVENIO. Hic tantum boreae Curamus frigora, quantum aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas Virg. Ecl. 7, 51. Defici aliquem numero Quinctil. 5, 7. Digerere folia in numerum, 20 i. ordinem Virg. Aen. 3, 446. Sic Distribuire in numeros, h. e. In ordines, vel ita per numeros disponere, vt postea in ordines reduci possint Plin. Epist. 10, 29. Duci in numero et loco hostium Cic. Verr. 5, 124. Efficere numerum Id. Fam. 8, 8. Eicere e numero Idem Philipp. 13, 1. Liu. 3, 5 Difficile ad fidem est, in tam antiqua re, 25 quot pugnauerint ceciderintue, exacto affirmare numero; audet tamen Antias Valerius concipere summas. Romanos cecidisse in Hernico agro V mil. ac CCC. ex praedatoribus Aequorum, ab A. Postumio Consule duo millia et CCC caesos. Paulo post: Interfecta inde quatuor millia, et Exsequendo subtiliter numerum, CC ait et XXX. 30 Eximere aliquem numero beatorum Hor. Carm. 2, 2, 18. Eximere numero, est Eximium, et egregium, et singularem aliquem constituere Quinctil. 1, 4. Explere, *vid.* EXPLEO. Gliscere numero Tacit. Ann. 4, 5. Plaut. Pseud. 4, 2, 5 Habui numerum sedulo, hoc est sextum a porta, proximum angiportum, i. Attendebam, quotus esset. 35 Habere rationem numerumque Cic. Verr. 5, 70. Id. Fam. 13, 22. Ipsum suo nomine diligas, Habeasque in numero tuorum. *Add. ibid.* ep. 6. Id. Verr. 2, 134 Sed ne miremini, qua ratione is tantum apud istum libertus potuerit, exponam vobis breuiter quid hominis sit: vt et istius nequitiam, qui illum secum Habuerit, eo praesertim numero 40 ac loco, et calamitatem provinciae cognoscatis. Haberi, vel esse numero vel in numero aliquo: cui Despici opponitur. Eodem numero Haberi Scribon. Ep. m. i. pari loco s. pretio. Varro de R. R. 1, 17 Quod ita quum sit, minus se putant despici, atque aliquo numero Haberi a domino. Brutus ad Atticum, Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quam eum patris Habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit? Metiri numerum Stat. Theb. 6, 263. Mutare Quinctil. 1 c. 6. Notare numeris Scribon. Ep. fin. Cic. de Clar. Orat. 175 Dicebat etiam L. Scipio non imperite, Cneusque Pompeius F. aliquem numerum Obtinebat. *Subaudi inter oratores,* 50 *vid.* OBTINEO. Cic. de Nat. Deor. 1, 106 Sic enim dicebas, speciem dei percipi cogitatione, non sensu, nec esse in ea vllam soliditatem, neque eandem ad numerum Permanere. Peruenire in Cic. in Brut. Putari in Id. in Pison. 35. Recipere aliquem in numerum exercitus Vell. 2, 73, 3. Redigi ad duorum Ouid. Met. 6, 199. 55 Referre aliquem in Cic. de Diuin. 2, 4 c. 1. Replere Lucret. 2, 535. Reponere in Cic. Verr. 3, 210. Seiungere ex Id. ibid. 4, 2. Subducere Catul. in Epithal. Iuliae, l. 59, 208. Sum: Ad numerum Esse, *vid.* AD. Cic. Fam. 13, 24 In primisque libertus eius, L. Cosfinius Anchialus, homo et patrono, et patroni necessariis, quo in numero ego sum, probatissimus. In aliquo numero Esse Id. in Orat. c. 61. i. existimatione. Aliquo numero Esse Id. Fam. 1, 10. Hoc Erit in magno numero nostrorum malorum, i. Augebit numerum nostrorum malorum Id. Att. 3, 1. Esse in numero ciuium Id. pro Domo 82. Cic. de Orat. 3, 213 c. 56 Actio, inquam, in dicendo vna 65 dominatur: sine hac sumus orator Esse in numero nullo potest. i. In nullo pretio. Liu. 7, 30 Conditorum, parentum, deorum immortalium numero nobis Eritis. *conf.* Cic. Diu. in Q. Caecil. c. 19. Numero, i. Loco: paullo enim ante dixerat eadem de re: Sic enim a maioribus nostris accepimus, Praetorem, Quaestori suo, parentis loco Esse 70 oportere. Venerari in numero deorum aliquos Cic. pro Lege Agrar. 2, 95. Venire in numerum oratorum Id. de Orat. 1, 115. Ad centena numero, *vid.* AD Praepositionem. Numero quinque Scribon. 70. — XX 177. — XXX 148. Rari quippe boni, numero sunt vix totidem, quot Thebarum portae vel diuitis ostia Nili Iuuenal. 13, 26. 75 Numerorum arenarius, *vid.* s. l. n. 3. ¶ 6 Vt Ratio ad computandi disciplinam proprie pertinet, deinde vero ad omne genus causarum, consiliorum, finium refertur, sic Numeri videntur dicti pro rationibus et causis persuadendi. Compulit me ad hoc consilium non solum consensus senatus, (quamquam hic maxime) verum etiam alii quidam 80 minores, sed tamen numeri Plin. ep. 3, 4, 5. ¶ 7 Numerus, pro Ratione harmonica ponitur, quam Graeco vocabulo Rhythmus appellamus, quod omnis harmonia et omnis concentus numeris eorumque proportionibus, vel constet, vel signari certe exprimique possit. Itaque numeros appellant, quidquid ordine, mensura, proportione quadam mo- 85 veri ac progredi volunt intelligi: quidquid in artibus ordine quodam et alternatione, et dinumeratis quasi temporibus peragitur, vt in oratione, versu, cantu, saltatione, armorum motu, fabrorum pulsibus illud omne Numerus est. Virg. Ecl. 9, 45 — Numeros memini si verba tenerem. Hinc, Oratio, quae numeris caret, soluta dicitur: quae vero nu- 90 meris constat, numerosa. Cic. Acad. 1, 9 c. 3 pr. Atque ipse varium et elegans omni fere numero poema fecisti. Id. in Orat. 77 Primum igitur eum tanquam e vinculis numerorum eximamus: sunt enim quidam, vt scis, oratori numeri, de quibus mox agemus, obseruandi ratione quadam, sed alio in genere orationis, in hoc omnino relin- 95 quendi. Numeros tanquam vincula appellat, vel quod oratorem quodammodo alligant ad eos obseruandos: vel (quod magis placet) quia membra et periodos orationis vincunt, et egregie coniungunt. Numerus et modus oratorius Cic. de Orat. 1, 151. Flebiles numeri Ouid. Fast. 2, 109. Impares numeri, Elegiaci Id. Amor. 3, 1, 37. Leuioribus 100 numeris apta materia Id. ibid. 1, 1, 19. Adiungere numeros, *vid.* ADIUNGO. Adiunxit primus numeros verbis solutis Isocrates Cic. in Orat. 174. Alligari numero Quinctil. 4, 5. Adstringere orationem numeris Cic. de Orat. 3 c. 44. Adstringitur histrio moderatione certa quadam numerorum Id. ibid. 1, 254. Canere in 105

- canti numeros, *vid.* C A N O. Claudere sententias numeris Cic. in Orat. 229. Commeteri numero, *vid.* C O M M E T I O R. Contentae numeris fides Cic. de Fin. 4, 75. Deest numeris suis iuuenta Ouid. Am. 3, 7, 18. Edere arma graui numero Id. ibid. 1, 1, 1.
- 5 Explere numeros et conficere versus, eius est, qui fidibus vitur Cic. Acad. 4, 22. Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos Ouid. Trist. 4, 10, 25. Molli numero fluunt carmina Perf. 1, 64. Numeris et modis Inest quaedam tacita vis Quinctil. 9, 4, 13. Virg. Georg. 4, 174 Illi inter sese magna vi brachia tollunt In numerum. Ar-
- 10 mati In numerum pulsarent aeribus aera Lucret. 2, 636. Id. 2, 631 Ludunt, in numerumque exsultant sanguine laeti. Extra numerum si se moueat histrio, exhibetur et exploditur Cic. in Parad. 3. Nectere verba numeris, *Carmina componere* Ouid. ex Pont. 4, 2, 30. Obloquitur numeris septem discrimina vocum Virg. Aen. 6, 646. Redigere in quadrum numerum sententias Cic. in Orat. 208. Seruari oportere modum et numerum in oratione soluta Id. de Clar. Orat. 32. Soluti numeri lege Hor. Carm. 4, 2, 10. ¶ 8 *Hinc ad omnem perfectionem, officiumque omne refertur:* Omnibus numeris absolutus Plin. Epist. 9, 38 *extr.* Per numeros venient ista gradusque
- 20 suos Ouid. A. A. 1, 482. Id. Met. 7, 126  
Vtque hominis speciem materna sumit in alio,  
Perque suos intus numeros componitur infans,  
Nec nisi maturus communes exit in auras Sic, etc.
- Omnibus numeris Pudoris *πολλὴν πρόνοιαν ἔχεν, εὐχημόνως πεισὶν* Plin. ep. 4, 11, 9. Obire omnes numeros comitatis Id. in Paneg. 71, 6. Perfectum expletumque omnibus suis numeris et partibus Cic. de Nat. Deor. 2, 37 c. 13 *extr.* Id. de Diuin. 1, 23 Itane vero quidquam potest casu esse factum, quod omnes habeat in se numeros veritatis? Continere omnes numeros virtutis Id. de Fin. 3, 24. Non verba
- 30 sequi fidibus modulanda Latinis, sed verae numerosque modosque ediscere Vitae Horat. epist. 2, 2, 143. *Et* Epist. 1, 18, 59 Nil extra numerum fecisse modumque Curas. Ouid. ex Ponto 2, 8, 3 Vtque suum munus numerum quem debet haberet. Idem Her. 4, 88 Veneri numeros eripuisse suos. *Et* Am. 3, 7, 18 *in querela frustra tentatae Veneris:* Quae mihi ventura est, siquidem ventura, senectus? Cum desit numeris ipsa iuuenta suis. *Et de eadem re v. 25* Exigere a nobis angusta nocte Corinnam, Me memini numeros sustinuisse novem. *Potest hic speciatim ad palaestricos numeros et motus respexisse Poeta. Nimirum* ¶ 9 Numeri de arte mouendi corporis
- 40 et membrorum in palaestra, gladiatoria, saltatoria, militari pulchre adhibentur. Vt palaestrici doctores illos, quos numeros vocant, non idcirco discentibus tradunt, vt his omnibus ii, qui didicerint, in ipso luctandi certamine vtantur, — sed vt subsit copia illa, ex qua vnum aut alterum, cuius se occasio dederit, efficiant Quinctil. 12, 2, 12.
- 45 Quemadmodum magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum vsus sub aduersario rarus est; sed qui in vno et altero se diligenter exercuit, et eorum occasionem diligenter expectat Sen. de benef. 7, 1. *conf. b. l. Lips.* Numeri, absolute, Versus. Ausonius Eidyll. 4, 47 Tu flexu et acumine vocis Innumeros numeros doctis accentibus effer. *i. Comicos, lege solutos. Vid.* INNVMERVS n. 2. ¶ 10 Numeros Pythagoras et Plato vocabant ipsa
- 50 rerum principia, e quibus certa lege et motu omnia orientur et constarent. Macrobius in Somn. Scip. 1, 13 Constat Numerorum certam constitutamque rationem animas sociare corporibus. Hi numeri dum supersunt, perseverat corpus animari. Quam deficiunt, arcana illa vis soluitur, qua societas ipsa constabat. Et hoc est quod fatum et fatalia vitae tempora vocant. Hinc est illud doctissimi vatis. (Virgilii Aen. 6, 545.) Explebo numerum, reddarque tenebris. Haec est igitur naturalis vere mors, cum finem corporis solus numerorum suorum defectus ap-
- 60 portat etc. *Huc pertinent illi numeri musici, quos ad negotium vitae et generationis transferebant. Vid. Macrobius passim. Sic Numerum parem, imparem hunc rebus perfectis illum imperfectis assignabant etc.* ¶ 11 Numeri in re militari frequentes. Cum enim suis unicuique numerus assignatus esset atque inscriptus, hinc ipsae cohortes et ordines vocantur Numeri. Distribueret militem in numeris s. per numeros Plin. ep. 10, 38 et 39. *conf. b. l. Buchn. et Longol. Lips. ad Tac. Hist. 1 n. 25.* Et tunc quidem confecta res est, Reuocatis ad officium numeris Suet. Vesp. c. 6. Sparsi per prouinciam numeri Tac. Agric. 18, 3. *Transfertur etiam ad naues: si suum numerum naues haberent Cic.*
- 70 Verr. 5 c. 51. Flecte ratem, numerum non habet illa suum Ouid. Her. 10, 36. *Nempe milites et nautae numero praescripto. Vlpian. in l. vnica. D. de bonorum possessione ex testamento militis, Si quis militum ex alio numero translatus sit in alium: quamuis et hinc sit exemptus, et illo nondum peruenerit: tamen poterit iure militari testari: est enim miles, quamuis in numeris non sit. Paullus in l. Quod dicitur. D. de militari testamento, Postquam desit in numeris esse. Manere in numeris Vlpian in l. 4 D. de militari testamento. Vlpian. in l. ex eo tempore. D. de militari testamento, Ex eo tempore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est: ante*
- 80 non. Proinde qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti vel tiroes sunt, et publicis expensis iter faciunt, nondum milites sunt. Debent enim in numeros referri. Plin. Epist. 3, 8, 4 Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est: ideoque liberum est nobis Siluanum in locum tuum subdere. In numeros, *i. In ordinem, Tribunorum scilicet. Dicimus milites nondum relatos in numerum, quum delecti quidem sunt, nondum tamen in suos ordines peruenerunt. Vid. Torrent. ad Suet. Vesp. c. 6.* ¶ 12 Numeri, Tesserae. In tesserae enim antiquorum vt nostris, scripti erant tantum numeri: unde iactare numeros, pro iacere tesseras dixit Ouidius de Arte Am. 2, 203 Seu ludet numerosque manu iactabit eburnos, Tu male iactato, tu male iacta dato. Id. Art. 3, 355 Et modo tres iactet numeros, *i. talos.*
- 90 NVMERO. Adu. Si Nonium audiuimus 4, 319 significat Cito. Et apparet, licet locus vehementer corruptus sit, etiam Festum, qualem nunc habemus, per cito vel nimium cito interpretatum. *Interim et etymologia* ¶ 13 *suadet, et vsus, in quantum de eo certe constare potest. bodie, numero esse idem ac cum numero id est apposite, opportune, sumta ratione a muscis, palaestra, et illis artibus, ubi ad numerum congruere certi motus debent. Plaut. Maen. 2, 2, 13 Menaechme, numero huc aduenis ad prandium, i. opportune. Idem Mil. 5, 7 Haud etiam numero hoc dicis, nondum maturum et opportunum est dicere te Perii; sed mox eris. Sic Ca-*
- 100 fin. 3, 5, 21 Quid vis ancilla? P. nimium saeuus. S. numero dicis? Opportune: nam verum est, saeuio. Idem Amph. 1, 1, 25 Numero mihi in mentem fuit, Opportune. Et Merc. 4, 4, 37 Nuauero purgitas, ironice, eodem intellectu. Sed Epid. 2, 2 *extr.* non numero legitur apud Gronou. Sed I, numera, nihil ego te moror. Talia sunt etiam

*etiam alia apud Nonium, v. g. illud Turpili, Nunquam nimis numero quemquam vidi facere, quam facto est opus. Interim ¶ 2 Numero etiam cito significare vel Varroni credendum est apud Non. l. c. Ut qui contra celeriter erant nati, fere Numerios praenominabant, quod qui cito facturum quid se ostendere volebat, dicebat, numero id fore; quod etiam in partu precabantur Numeriae, quam deam solent indigetare etiam Pontifices. Huc etiam retuleris illud Varronis ibid. Quid (f. quum) puer rogasset, et petasatus capite annuisset, ac discedens numero ait venire adolescentem: et Afranii, Numero inepti peritumistis cassam terriculam aduersarii. De Festo iam diximus.*

**NUMEROSVS**, a, um. Adj. *Quod magno constat numero. Plin. Epist. 10, 50 Hoc opus numerosas poscit manus, h. e. Multas. Idem in Paneg. 28 pr. Alio me vocat numerosa gloria tua. Ambitu numerosiore litorum circumflectitur Ionia Plin. 5, 29. Brachia numerosa ducere Ouid. Amor. 2, 4, 29. h. e. Ad certam legem et mensuram. Causa numerosissima Plin. Epist. 2, 9. Cicatrix numerosa Claud. de Bell. Get. 482. Ciuitas numerosissima Tacit. Agric. 17, 2. Cohors Plin. 7, 44. Martial. 4, 1 Ad diem natalem Domitiani, Longa, precor, Pylioque veni numerosior aevo. Gestus Ouid. ex Pont. 4, 33. al. Gressus. Gymnasium longe numerosius laxiusque, quam fuerat, restituere coeperunt Plin. Ep. 10, 48. Credo, membra plura, columnas, statuas, quod haberet. Sic Hortus Colum. 10, 6. i. in multas areas diuisus. Loci Quint. 6, 3. Laus Lucan. ad Pison. 66. Malum Senec. Herc. fur. 4, 8. Opus, vid. OPVS. Partus Plin. 11, 40. Pectus musculorum toris numerosum Col. 6, 25, 2. i. frequentes musculos ac toros habens: ut mox f. 3 Feminibus torosis ac numerosis. Phalanx Valer. Argon. 1, 436. Quaestus numerosior Claud. in Eutrop. 1, 219. Subsellia numerosa implentur Plin. Epist. 2, 14. Suffragia numerosissima Idem 7, 29. Varietas Id. 9, 17. Idem numerosissima II, 57 f. 55. Vrbes Claud. de Bell. Gildon. 259. ¶ 2 Horatius numerosus Ouid. Trist. 4, 10, 49. i. concinnus carmine. Numerosa oratio Ciceroni dicitur in Orat. 220 c. 65 Quae est similis numerorum, non plane e numeris constans, add. ib. c. 62. Idem de Orat. 3, 183 Etsi numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, et quod metiri possumus interuallis aequalibus.*

**NUMEROSE**. Adu. Cic. de Orat. 3, 175 Et tamen eam coniunctionem sicuti versus numerose cadere et quadrare et perfici volumus, ut sentiatyr numerus oratorius. Sed ad muscos numeros pertinet, quod dixit Idem de Nat. Deor. 2, 22 Quid si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? Numerose et apte cadens comprehensio Idem in Orat. 281 c. 62. Add. ib. c. 64. Id. de Clar. Orat. 54 c. 8 Ipsa natura circumscriptione quadam verborum comprehendit concluditque sententiam: quae quum aptis constricta verbis est, cadit etiam plerumque numerose. Circumscripse et numerose dicitur Id. in Orat. c. 66. Apte et numerose dicere Id. in Orat. 281. Numerose et volubiliter orationem fundere Id. in Orat. 210. Compar. Distinctius numerosusque omnia dicere Gell. 7, 3. Superl. Sententias numerosissime versare Quintil. 10, 5. Familias numerosissime comparare Apul. de Deo Socr. extr.

**NUMEROSITAS**, atis. f. Macrobi. Saturn. 5, 10 Ad significationem numerositatis innumeratae. i. Ad significandum numerum immensum. Idem 1, 22. Sidon. Epist. 7, 2. Oros. 4, 5. et Tertull. de Monog. c. 4. Augustin. de Doctr. Christ. 2, 14. Varro numerositate scriptorum verendus Sidon. Carm. 23, 151.

**NUMERALIS**, e. Adj. [*ἀριθμητικός*] Quod ad numerum pertinet: unde, Numeralis scientia, Quae tractat de numeris; Graece Arithmetice dicitur. Numeralia nomina, apud Grammaticos, Quibus utimur in numerando. Onomast. vet. Numeralis, ἀριθμητικός.

**NUMERABILIS**, e. Adj. [*ἀριθμητός*] Quod numerari potest. Populus numerabilis, i. Paruus, modicus, paucus Hor. de Arte Poët. 206. Ita loquuntur Graeci. Theocrit. id. 15 quod inscribitur χάριτες, φίλων μέρον ἀγγελλόντας τέκνοις, ἢ ἀλόχοισιν, ἀριθμητὰς ἀπὸ πολλῶν. Monuit Lambin. conf. Casaub. Lect. Theocr. c. 17. et Taubm. in Plaut. Afin. 2, 4, 91.

**NUMERO**, are. [*ἀριθμέω*] Per numeros recensere vel colligere et metiri. Virg. Ecl. 5, 34 Bisque die numerant ambo pecus. Per digitos numerare Ouid. Fast. 3, 123. Argumenta si ex reis numeres, innumera sunt: si ex rebus, modica Cic. de Orat. 2, 137. Imbres hibernos citius numeraueris. i. guttas cadentes hieme Stat. Silu. 3, 3, 97. Tempora si numeres, bene quae numeramus amantes Ouid. Epist. 2, 7. Numerare, Recensere ordine. Virg. Georg. 4, 347 Aque Chao densos diuinum numerabat amores. Sic Cic. Philipp. 2, 3 Multi praeter ea improbi, quos quidem a se primum numerare possunt, i. in enumerandis a se incipere. ¶ 2 Numerare pecuniam, pro Praesentem pecuniam dare. Cic. Att. 16, 12 (16) Atticus, qui ciuitatem

conseruatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. Stipendium numerare militibus Cic. in Pison. 88 c. 36. A Quaestore numerare, vid. A vel AB. Numerare alicui, subintelligitur, Pecuniam Plaut. Afin. Perioch. 4. Cic. pro Quint. 18 Sed Romae quotidie, simulatque sibi hic annuisset, numeraturum se dicebat. ¶ 3 Nu-

merare, pro Habere, et censere. Cic. pro Rosc. Amer. 37 In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita raro existit, ut si quando auditum sit, portentis ac prodigiis simile numeretur. Idem Verr. 2, 169 Prope collega Timarchidi numerabatur, i. Habebatur et censebatur. Ut haud immerito omnes conditores numerentur Liu. 2, 1. Idem ibid. Libertatis autem originem inde numeres. Cic. de Finib. 2, 90 c. 28 Idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem. Aliquem accusatorem suum numerare, non competitorum Idem pro Muraen. 49. Sapientem se et esse, et numerari velle Id. Fam. 1, 9. conf. ib. 12, 2. Me vterque numerat Suum

Id. ibid. 7, 1. Proximum optimis numerari Id. de Clar. Orat. 220. In actis alicuius quippiam numerare Id. Philipp. 1, 19. Id. de Fin. 1, 31 Cur nec voluptas in bonis sit numeranda, nec in malis dolor, etc. Idem Fam. 2, 5 Ne id quod petit, exigere magis, quam rogare, et in mercedis potius quam in beneficii loco numerare videatur. In primis beati in Italia Crotoniatae quondam numerabantur Cic. de Inuent. 2, 1. Sapiens ille Bias, qui numeratur in Septem Id. Parad. 1. In multis numerari Id. de Clar. Orat. 331. Mors in beneficii partem, si cruciatus absit, numeretur Id. Philipp. 11, 3. In vulgo patronorum numerari Id. de Clar. Orat. 331. Id. pro Rosc. Amer. 16 Honestissimus inter suos numerabatur. Inter amicos numerari Ouid. ex Pont. 4, 9, 35. ¶ 4 Librarii permiscunt Numerare et Memorare, v. v.

**NUMERANDVS**, a, um. Partic. [*ἀριθμητέος*] Sil. 15, 750 Ante omnes bello numerandus Annilcar.

**NUMERĀTVS**, a, um. *Aliud Partic.* [ἀριθμημένος] Cic. pro Caecin. II, c. 4. Quum vteretur dote vxoris numerata, quo mulieri esset res cautior Plaut. Trin. 4, 3, 74. et Poen. 3, 2, 16. Milite numerato repetebat castra Sil. 7, 730. Numerato, *vice Aduorbii postum* (ἀριθμητικοῦ) Cic. Att. 12, 25 Mihi et res, et conditio placet, sed ita, vt numerato malim, quam aestimatione, i. *Malim numerari mihi, quam diutius exspectare.* Hor. Epist. 2, 2, 166 Quid refert viuas numerato, i. *empto, soluto* nuper an olim. In numerato habere ingenium, i. *Promptum et ad manum, hoc est praesentissimum, et ad expedienda ex tempore dicenda solertissimum* Quincil. 6, 3 extr. Erasmus, In numerato habere, *si ad animi rem transferatur, prouerbii rationem habuerit. Sumtum est ab iis, qui res suas ad certissimum calculum redegerunt, hoc est ad pecuniam numeratam.* In numerato relinquere H. S. DC. In numerata pecunia, *vel pecuniae numeratae* Plin. 33, 10 l. 47. add. Id. 33 c. 4 l. 17.

**NUMERATIO**, ōnis. f. [ἀριθμησις] Columel. II, 1, 24 Sed vbi aeris numeratio exigitur, res pro numis ostenditur. *conf.* Idem I, 8, 13. Sen. Epist. 18 Ab isto fiet numeratio.

**NUMERĀTOR**, ōris. m. Augustin. Confess. 5, 4 extr. Numerator siderum.

**NUMERARIVS**, i. m. *Aritbmeticus.* [Gloss. Gr. Lat. ἀριθμητής, numerarius. Et ψηφιστής, computator, numerarius.] August. in Pf. 146 Excedit omnes numerarios, intelligentia eius numerari non potest. Numerarii *iidem cum tabulariis praesidum et praefectorum* Rom. quibus publicae ciuitatum rationes mandatae erant: *vid.* Cod. Theod. et ad eum Gothofr. parat. 8, 1 de numerariis, actuariis etc. Numerarii item vocati sunt, *Qui publicum numum aerariis inferunt* Isidor. 9, 4. *Sed hunc errorem, itemque alium M. Donati ad Ammian. l. 19 notat et refutat Gothofr. ad C. Theod. l. c. l. 4. conf. Sidon. Epist. 1, II. et Zimmerm. Analect. Mensr. Mens. 1, 36.*

**NUMESTRANI**, orum. m. Pl. Populi Italiae, in tractu Lucanorum, Vrsentinis, et Volsentanis proximi, quorum meminit Plin. 3, II.

**NUMICIVS**, i. m. *Ad quem scripsit* Hor. Epist. 1, 6. De Numicio Therimo, *vid.* Tacit. Ann. 16, 20, 2.

**NUMICIVS**, i. m. [Νομικός] Annis est, non longe a Lauinio, qui et Numicus dicitur. Corniger Numicius Ouid. Fast. 3, 647.

**NUMICVS**, i. m. [Νομικός] Ingens fluuus fuit in Latio: in quo repperit cadaver Aeneae et consecratum. *Vid.* Liu. 1, 2 Post paullatim defructens, in fontem redactus est: qui et ipse siccatus est sacris interceptis. Vestae enim non nisi de hoc fluuio libari licebat. Haec Seruius in illud Virg. Aen. 7, 150 — haec fontis stagna Numici. Dicitur et Numicius. Fontis vada sacra Numici Idem ibid. 7, 242. Sunt qui putent Apocopen esse pro Numicii, sed refelluntur hoc carmine Siliii Italici 8, 180 Haud procul hinc paruo descendens fonte Numicus Labitur. Litus sacrum Numici Virg. Aen. 7, 797. Placidi sum nympha Numici Ouid. Fast. 3, 647. *conf.* Met. 14, 328 et 599. item Brouckh. ad Tibul. 2, 5, 45.

**NUMIDIA**, ae. f. [Νομάδων χώρα] Regio late patens in Africa, dicta est a dictione Nomades, quos Romani Numidas appellant. Hinc Plin. 5, 3 Numidae vero Nomades, a permutandis pabulis: mapalia sua, id est domus plaustris circumferentes.

**NUMIDA**, ae. m. [Νομάς] Qui Numidiam incolit. Virg. Aen. 4, 535 Numidumque petam connubia supplex. Numidarum nomen Latinis non eos tantum populos, qui certam Africae partem Numidiam vocatam tenuerunt, significat, verum etiam alios populos, qui pecuarii erant. Sic enim Vitruuius 8, 3 p. 160 Laet. Arabes vocat his verbis, Item Ioppae in Syria, Arabiaque Numidarum, lacus sunt immmani magnitudine. Turneb. *conf.* Lips. in Tacit. Hist. 2. et Suet. Neron. c. 30. Infreni Numidae Virg. Aen. 4, 41. Rebelles Numidae Ouid. Met. 15, 754.

**NUMIDICVS**, a, um. Adj. [Νομίδιος] vt, Lapis Numidicus, qui inter generosa marmora adnumeratur. A Papinio Libycus silex appellatur. Et Pavimenta Punica a veteribus dicebantur. Quae ex marmore Numidico strata erant. Aues Lemma Martial. 13, 73. Equi Liu. 39, 6. Gallina Columel. 8, 2, 2. Africana est, quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi similis, nisi quod rutilam galeam et cristam capite gerit, quae vtraque sunt in Meleagride caerulea. Marmor Isidor. 16, 5. Scuta Sallust. Iugurth. c. 94. Numidicus, *Proprium honoris nomen, Q. Caecilio Metello datum ob res in Numidia contra Iugurtham praeclare gestas. Vid. Cic. Verr. 6, 4 c. 147 et Att. 1, 16. item Aurel. Vict. de Vir. Illust. 62.*

**NUMIDIĀNVS**, a, um. Possess. vt, Numidiana pira Plin. 15, 15.

**NUMISIVS**, i. m. *Nomen Romanum.* De Numisio Lupo et Rufo, *vid.* Tacitum. De Numisio Tirone Cic. Philipp. 2, 8. et 12, 14.

**NUMISIANA** vitis, et Numisianae vuae, leguntur apud Columel. 3, 2. *Item 12, 43 Quibus in locis quidam legendum putant Nursianas: incertum tamen est, et quid per Numisianas, et quid per Nursianas vites significet Columella.*

**NUMISMA**, *vid.* NUMVS.

**NUMĪTOR**, ōris. m. [Νομήτωρ] Filius Procae Albanorum regis, et Amulii frater: Rbeam Siluiam filiam habuit, quam Amulius pulso Numitore fratre, Vestalem virginem fecit, ne tandem sobolem haberet, quae patrum vlesceretur. *Vid.* Liu. 1 pr. Virg. Aen. 6, 768 Et Capys, et Numitor, et qui te nomine reddet Siluius Aeneas. Ouid. Fast. 4, 53 Quem sequitur diri Numitor germanus Amulii. Pullus Numitor, Fregellanus proditor, cuius meminit Cic. de Fin. 5, 62. Obliquos huius nominis corripiendos apparet, quia Plutarchus Νομήτορος et Νομήτορος scribit etc.

**NUMITORIVS**, i. m. *Nomen Romanum.* *Vid.* Cic. Verr. 5, 63. de Inuent. 2, 105. et Philipp. 3, 17.

**NUMVS**, vel **NUMMVS**, i. m. [νόμισμα, ἀγύριον] ea, quae vulgo hodie vocatur Moneta. Numus autem, vt νόμισμα, ἀπὸ τῆς νόμις dicitur, i. a lege: quia, quum permutatione vti homines solerent, lege, numi vsus introductus est, non natura, Aristot. Eth. 5, 8. Alii a Numero deducunt, alii a Numa rege, qui primus, teste Swida, ex aere et ferro factam monetam donasse Romanis dicitur. Harum quaevis origo cum simplici M scribi eportere suadet. Vulgarem vsum scriptionis per M duplicatam tuetur Manus. et Dausqu. in Orsbogr. Sed varians tamen libri editi. Plaut. Pseud. 1, 3, 65 Nimis sum miser, numum nusquam reperire argenti queo. Ibid. 5, 2, 24 Hinc nunquam eris numo diuitior. Cic. de Finib. 2, 55 c. 17 Vnde si secutus esset eorum ferentiam, qui honesta et recta emolumentis omnibus et commodis anteponebant, ne numum quidem vnum attigisset. ¶ 2 Episteta: Cic.

Cic. Off. 3, 91 Quærit etiam, si sapiens Adulterinos numos accepit imprudens pro bonis, quum id resciverit, soluturusne sit eos, si cui debeat, pro bonis. Asper numus, dicebatur olim Bene percussus, et recens, non vetus, neque tritus, atque ipso usu laevis, fugientibus notis, nec forma expressa: quo sensu illud Perf. 3, 69 accipi censeo, 5  
 Quid asper Vtile numus habet? Qui enim pecuniae amantes erant, in numis fastidiosi erant, delectumque habebant, et numos perfectissimae et expressissimae formae scruebant: ac ne alios quidem recipere volebant, quod et in exactione tributorum plerumque, ut reor, observabatur. Suet. Neron. c. 44 Exegitque ingenti fastidio, et acerbitate numum 10  
 Asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrusam. Sed et creditores cauere solebant sibi eo genere numorum solutum iri, quod e Senec. Epist. 19 colligere licet. Turnebus. Conf. Torrent. ad Suet. Gronov. et Lips. ad Sen. ll. cc. Aurei Cic. Philipp. 12, 20. Bonus, vid. BONVS. Varr. de L. L. 4, 36 Numi Denarii decuma libella, 15  
 quod libram pondo as valebat, et erat ex argento parua. Rediui-  
 vus numus pullulat arca exhausta Iuuen. Sat. 6, 363. ¶ 3  
 Salarium in Sexcentis millibus numum Accipere Eumen. pro restaur. scholis c. 11. Addicere numo vid. mox n. 4. Cic. Att. 6, 1 Ma-  
 gnum odium Pompeii suscepistis: putat enim suos numos vos Com- 20  
 edisse. Idem pro Font. 1 Nemo Gallorum sine ciue Romano quidquam negotii gerit: numus in Gallia nullus sine ciuium Roma-  
 norum tabulis Commouetur, i. transfertur, vel soluendo debitum, vel mutuo dando etc. Quod ipse Cicero per simplex verbum Mouere, pro  
 Flac. 44 dixit: Dicunt se Flacco, et iis, qui simul essent, drachma- 25  
 rum XV millia dedisse. Cum ciuitate mihi res est acerrima, et con-  
 ficientissima literarum, in qua numus moueri nullus potest sine quin-  
 que Praetoribus, tribus Quaestoribus, quatuor Mensariis, qui apud illos a populo creantur. Conductis coëmens opsonia numis Hor.  
 Serm. 1, 2, 9 b. e. Foenore sumtis, sine ad usuram acceptis, pro quibus 30  
 tanquam pro rebus conductis merces penditur. Conducere numo  
 vno, vid. DICIS causa. Contemplari numos in arca Hor. Serm.  
 1, 1, 67. Conuenit ad numum, Corrogare numos, Cudere numos, vid. ff. ll. Effundere saccos numorum Hor. Serm. 2,  
 3, 149. Exigere aliquid in numo Trebell. Poll. in Claud. c. 14. 35  
 i. pretium rei exigere, non rem. Expendere numos cautos nomini-  
 bus certis Hor. Epist. 2, 1, 105. Expendere, ad usuram dare: nu-  
 mos cautos, caute sine per chirographum & cautionem datos: certis no-  
 minibus, debitoribus a quibus certa expectari possit solutio. Extrica-  
 re numos vnde vnde, b. e. Corrogare et Colligere Hor. Serm. 1, 3, 88. 40  
 Habere in numis Cic. Att. 8, 9. Auld. Verr. 3 c. 86. Iactatur nu-  
 mus, vid. IACTO. Mouere numum, vid. modo Commouere  
 numum. Olfacere numos, vid. OLFACIO. Parti gladio  
 vel pyxide numi Iuuen. Sat. 13, 25. b. e. Acquisiti aut caede hominis,  
 aut veneno in pyxide clauso. Peruenire ad numos Cic. Fam. 13, 14. 45  
 Recondere numos et aurum Hor. Serm. 2, 3, 109. Refulserit  
 numi si spes dolosi Perf. prol. 12. Scribere numos, est Obligare  
 se de numis soluendis Plaut. Afn. 2, 3, 34. Spargere numos popu-  
 lo de Rostriis Cic. Philipp. 3, 16. Subducere ad numum, vid. 50  
 SVBDVCO. Sum: Cic. Verr. 4, 11 Non modo in aere alieno  
 nullo, sed in suis numis multis esse, semperque fuisse. Tracta-  
 re bibliothecam multorum numorum Idem Fam. 14, 78. ¶ 4  
 Numus, Nomen speciale est aliquando, idem quod Sestertius. Cic.  
 Verr. 3, 140 Cogit enim Scandilium quinque illa millia numum da-  
 re, ac numerare Apronio. Et paullo post, Cogit Scandilium Apronio 55  
 ob singularem improbitatem atque audaciam praedicationemque nefa-  
 riae societatis sestertia quinque millia mercedis nomine ac praemii da-  
 re. Quinque sestertia: quinque millia sestertium: et quinque mil-  
 lia numum pro eodem dixit. Budaeus. Bis dena sestertia numum  
 Hor. Epist. 2, 2, 33. quod alias est viginti millia sestertium. Plene dicitur 60  
 Numus sestertius, Vitruu. 1, 4 Ab Senatu Populoque Rom. petiit,  
 vt liceret transferre oppidum: constituitque moenia: et areas diui-  
 dit, numoque sestertio singulis municipibus mancipio dedit. i. Sester-  
 tiis singulis areas aedificaturis ciuibus vendidit: quae res instar donatio-  
 nis, imaginem venditionis habet: quomodo et Numo addicere. Cic. 65  
 pro Rabir. Post. 45 Tua bona Postume numo sestertio a me addicun-  
 tur? Vid. Burm. ad Quintil. 11, 3 p. 1038. Verum Plaut. Truc. 2, 7,  
 10 De mina, deminui modo quinque numos, mihi detraxi partem  
 herculanam, i. decimam, quae Herculi vouebatur. Ergo erunt, hic  
 numi tales, quarum in mina sint quingenti. 70  
 NVMORVMEXPALPONIDES, ac. m. Plaut. Perf. 4, 6, 22.  
 i. qui blandiendo palpanoque numis alios emungit.  
 NVMVLVS, i. m. Dimin. [νομισμάτιον] Cic. Att. 1, 16 Si iudi-  
 cium est, triginta homines Populi Rom. leuissimos ac nequissimos nu-  
 mulis acceptis ius ac fas omne delere. Ibid. 1, 19 Tu si tuis blanditiis 75  
 tamen a Sicyoniis numulorum aliquid expresseris, velim me facias  
 certiozem Idem 8, 13.  
 NVM M OSVS, a, um. Adi. [χεματώδης] Qui numis abundat.  
 Nigidius apud Gellium 4, 9 Hoc, inquit, inclinamentum semper hu-  
 iuscemodi verborum, vt vinosus, mulierosus, religiosus, nummo- 80  
 sus, signat copiam quandam immodicam rei super qua dicitur.  
 NVM M ATVS, a, um. Aliud Adi. [πολυχηματός] Cic. de Le-  
 ge Agrar. 2, 56 c. 22 Volitat enim ante oculos istorum Iubae regis fi-  
 lius adolescens, non minus bene nummatus, quam bene capillatus  
 Idem Fam. 7, 16. Hor. Epist. 1, 6, 38. Marsupium bene nummatum, 85  
 In quo multi sunt numi Plaut. Amphit. 4, 4, 39. Compar. Apul. Met.  
 1 pr. Nummator reuertor.  
 NVM M ATIO, onis. f. [πολυχηματία] Numorum abundantia  
 et affluentia. Cic. Philipp. 2, 115 c. 45 Pone ante oculos laetitiam  
 Senatus, Populique Romani: confer eum cum nummatione tua, tuo- 90  
 rumque: tum intelliges quantum inter laudem et lucrum interfit. Sed  
 lectio non satis certa. Al. Nundinatione.  
 NVM M ARIVS, a, um. Adi. [χεματικός] Quod ad numos per-  
 tinet: vt, Res nummaria et alia, quae mox dabimus. Sed Cic. pro Cluent.  
 100 Exagitabantur omnes eius fraudes, atque fallaciae: tota vita in  
 eiusmodi ratione versata aperiebatur: egestas domestica, quaestus fo-  
 rensis in medium proferebatur: nummarius interpres pacis et concor-  
 diae non probabatur, i. Mercenarius: et qui ob id pecunias accepis-  
 set, etc. Difficultas nummaria Cic. Verr. 2, 69. Iudices num-  
 marii, Sordidi et numis corrupti. Cic. Att. 1, 16 Infectandis, exa- 100  
 gitandisque nummariis iudicibus, omnem omnibus studiosis ac fauto-  
 ribus illius victoriae παράβολαν eripui. Add. pro Cluent. 75 c. 27. Iu-  
 dicium nummarium, Quod fit acceptis pecuniis. Cic. Verr. 3, 131 c. 57  
 Ecquod iudicium Romae tam dissolutum, tam perditum, tam numma-  
 rium fore putasti, quo ex iudicio te vlla salus seruare posset? Lex 105

Cic. Verr. 1 e. 42. *Lis nummaria, vid. LIS.* Quaestio nummaria Callistratus in l. vltima D. Ne de statu defunctorum, etc. Cic. Att. 10, 13 Illa de Ratione nummaria non sunt eiusmodi. Id. Off. 3, 80 c. 20 Vt Res nummaria de communi sententia constitueretur. Id. Verr. 4, 11 Num tanta difficultas eum Rei nummariae tenuerit, tanta egestas, tanta vis oppresserit, vt sacrarium suum spoliaret, vt deos patrios venderet? Cic. Attic. 4, 7 Quare in hoc Thecam nummariam ne retexeris: in aliis eris cautior.

**NUMISMA**, ätis. n. *Idem quod Numus. Graece ὑμισμα.* Hor. Epist. 2, 1, 234 Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Martial. 1, 12 Quum data sint equiti bis quina numismata, quare? *conf. 9, 32. et 12, 63.* Numisma pro *Charactere seu forma numi posuit* Prudent. Hymn. B. Laurent. 2, 95 En Caesar agnoscit suum Numisma numis inditum. *i. Insignem numis impressam. Vid. Salmaf. ad Lamprid.*

**NUMMULARIUS**, s. **NUMVLARIUS**, i. m. [*νεμυλαριος*] *Mensarius alias dicitur, Qui numos ad mensam tenet, vel qui ex officio mensae numorum inseruit. Vid. Mensarius, in MENSA.* Vlpian. in l. Si hominem. D. Depositi, Quoties foro cedunt numularii, solet primo loco ratio haberi depositariorum: hoc est, eorum, qui depositas pecunias habuerint, quas non fenore apud numularios, vel cum numulariis, vel per se ipsos exercebant. Suet. Galb. c. 9 Numulario non ex fide versanti pecunias, manus amputauit mensaeque eius affixit. Martial. 12, 57 Hinc otiosus fordidam quatit mensam

**NUMVLARIUS**, a, um. Adi. Scaeuola in l. vlt. D. de infortitoria actione, Lucius Titius mensae numulariae, quam exercebat, habuit libertum praepositum.

**NUMVLARIOLVS**, i. m. Dimin. Sen. de morte Claudii; Proximus interrogatur sententiam Diespiter Vicae Potae filius, et ipse designatus Cos. numulariolus.

**NUMMIPETA**, ae. m. Sarisb. Carm. Nummipetae cum libricolis nequeunt simul esse.

**NUMQVANDO**, **NUMQVIS**, *vid. NVNQ.*

**N V N**

**NVNC**. Aduerb. *temporis praesentis* [*νῦν, νῦν, τὰ νῦν*] Ter. Eun. 5, 5, 15 Quid ais? P. nunc minatur porro sese id quod moechis solet. Erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen iusta:

nunc nulla est Cic. Phil. 7 c. 5. Nunc age Virg. Georg. 4, 149.

Nunc agefis Lucret. 1, 266. Nunc, superflue aliquando additur, *an- fere* Donato. Ter. Adelph. 2, 3, 3 O frater frater, quid ego nunc te laudo? satis certe scio, etc. Nunc, pro Sero, *interprete* Donato.

Ter. Eun. 1, 1, 25 Nunc ego et illam scelestam esse, et me miserum sentio. *Intelligis nimirum, hoc olim debuisse fieri.* Virg. Eccl. 8, 43 Nunc scio, quid sit amor. Idem Aen. 4, 376 Nunc augur

Apollo, Nunc Lyciae sortes. ¶ 2 Nunc, *aliquando nullum tempus denotat, et pro Sed accipitur, certe vim aduersatiuam habet.*

Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29 Quae quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo et vino, confusa et perturbata cernimus. Cic. de Inu. 1, 8 Quod si magnam in his Herma-

goras habuisset facultatem — videretur fretus sua scientia falsum quiddam constituisse de oratoris officio, et non quid ars, sed quid ipse posset exposuisse: nunc vero ea vis est in homine, vt ei multo

rhetoricam citius quis ademerit, quam philosophiam concesserit. Id. Tusc. 3 c. 1 Sunt ingenii nostris semina innata virtutum, quae si adulescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem simul atque editi in lucem et suscepti sumus; in omni continuo prauitate versamur. Id. Att. 11, 2 Hoc si mihi commune cum caeteris esset, minor mea culpa videretur — Nunc nihil est, quod conso-

letur. *Oppositionem etiam notat* Plaut. Truc. 4, 3, 60 Haud mansisti vt ego darem: tute sumisti tibi; nunc habeas vt nactus. Sic Cic. Verr. 5, 126 Paucorum cupiditati — tamen sufficere aliquo modo poterant: Nunc vero iam adempta est non modo resistendi, verum

etiam suppeditandi facultas. Quinct. 1, 1, 5 Nam bona facile mutantur in peius: nunc quando in bonum verteris vitia? ¶ 3

*Observationes aliae:* Nunc, pro *Nunc primum, et nunquam antehac.* Plaut. Trin. 2, 2, 81 Mentire edepol gnate, atque id nunc facis, haud consuetudine. Ter. Adelph. 2, 2, 25 Nunc demum venis? cur passus? vbi eras? Ibid. 5, 3, 19 Nam vetus verbum hoc quidem est,

communis esse amicorum inter se omnia. D. facete, nunc demum ista nata oratio est Idem Heaut. 2, 3, 3. et 12. Cic. pro Quint. 42 Pecuniam petit: nunc denique? Ter. Adelph. 3, 2, 1 Nunc illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant, atque huic malo fa-

lutem quaerant, auxilii nihil afferant. Vbi Donatus, Significat autem, Nunc tale negotium est, Nunc tale periculum est. Nunc — homines, qui nunc sunt. Plaut. Persa 3, 1, 57 Non tu nunc — hominum mores vides. Nunccine, pro *Vtrum nunc.* Ter. Andr. 4, 1, 60

D. Quaero. P. hem, nunccine demum? *i. Num nunc denique quaeris?* Ter. Adelph. 2, 1, 21 Geminabit nisi caues. s. hei misero mihi. AE. non innueram: verum in istam partem potius peccato tamen. I nunc iam. Vbi Donatus, Nunc iam, duae partes sunt. Et bene iam, quia sero et post plagas. Et iam, etiam tarditatis incusatio est. Cic. Verr. 3, 5 Patior non moleste Iudices, eam vitam,

quae mihi sua sponte antea iucunda fuerit, nunc iam mea lege et conditione necessariam quoque futuram. Nunc ipsum, pro *Nunc, Hoc ipso momento et puncto temporis: Hoc ipso tempore.* Cic. Att. 12, 40

Nunc ipsum ea lego, ea scribo, vt ii, etc. Ter. in prol. Eun. 9 Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit. Vbi Donatus, Nuper, ex

illis verbis est, quae veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant, nam nisi adderet Nunc; hoc Nuper, Olim, pridem et iam significasset. Ter. Andr. 5, 4, 33 Tum illam hic relinquere est veritus; post illa nunc primum audio, quid illo sit factum. Nunc

primum, *i. Primo.* Ter. Andr. 3, 2, 3 Nunc primum fac ista vt la-

vet; post deinde quod iussi ei dare bibere, et quantum imperavi, date. *conf. Valla 1, 1 (2)* Plaut. Rud. 1, 2, 80 Nunc nunc periculum est, eiecit alteram. Nunc nunc insurgite remis Virg. Aen. 5, 189.

Nunc nunc adeste Hor. Epod. 5, 53. Nunc huc, nunc illuc Lucret. 2, 130. Nunc hos, nunc illos aditus Virg. Aen. 5, 441. Nunc

erat, *subaud. tempus: vid. Burm. ad Petron. c. 127 p. 605* Nunc erat a torua submittere cornua fronte. *Alia ratio est* Cic. Att. 2, 24

Nunc reus erat apud Crassum diuitem Vectius de vi. Eidem 16, 4 Brutus erat in Nefide, etiam nunc. *Nempe Nunc indicat praesens tempus, quo scribebat Cicero, Erat, dicit respectu Attici, qui lecturus erat,*

*cum iam pars praeteriisset. Abundat oratio.*

**NVN**

**NVN**

**NVN**

**NVN**

**NVN**

**NVN**



**NVNCVBI.** Adu. [*νή ἐν νῆ*] *Compositum ex Num vbi, pro alicubi.* Ter. Eun. 1, 2, 83 Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier? *Vbi* Donatus, *Num vbi*, Numquid alicubi. Aut si *Nuncubi*, legitimus, erit Aduerbium temporis: vt *sic vbi*, quo in loco, qua in re. *Bentl.* Num tibi. *Sed etiam* Varr. R. R. 3, 2, 4 Nuncubi hic vides vitrum aut aurum? Num minium aut Armenium? Num quod etc. *Nempe c est epentheticum, vt in Sicubi.* Varr. R. R. 2, 5, 2 Vt si quis quid ignorat, discat; si quis scit nuncubi labar, obseruet, *i. num alicubi, num qua in re labar s. errem.*

**NVNCVSQVE.** *Adu.* Ita saepe Amnianus, viz. 14, 3, 22, 8, 27, 7, et 10 31, 7 Indicant nuncusque albentes ossibus campi.

**NVNCIUS,** vid. NVNTIVS.

**NVNCOREVS,** i. m. Sesostridis filius, qui obeliscum illum, qui postea Romae situs fuit in Vaticano, curauit excidendum Plin. 36, 11.

**NVNCVPO,** āre. [*προσαγορεύω, ὀνομάζω*] *Nominare, quasi tu dicas, nomine capere, aut nomen capere, vt aucupare est auem capere.* Liu. 1, 2 Quem Iulium eundem Iulia gens auctorem sui nominis nuncupat. Varro de L. L. 5, 7 Nuncupare, Nominare, valere apparet in legibus, vbi nuncupatae pecuniae sunt scriptae. Item in choro, in quo est, Aenea quis est qui meum nomen nuncupat? Cic. de Nat. Deor. 2, 60, c. 28 Itaque tum illud, quod erat a Deo natum, nomine ipsius Dei nuncupabant: vt quum fruges Cererem appellamus. Quid. Fast. 1, 246 Arx mea collis erat, quem vulgus nomine nostro Nuncupat, haec aetas Ianiculumque vocat. *Verba sunt Iani.* Principem nuncupantes Tac. A. 2, 48, 2. Cic. de Orat. 3, 151 Neque illud fugerim dicere, vt Caelius, qua tempestate Poenus in Italiam venit: nec prolem, aut sobolem, aut effari, aut nuncupari. Vocabulis deorum res vtilis et salutare nuncupatas dicit Perseus Cic. de Nat. Deor. 1, 38. Nominis dei aliquid nuncupare Id. Ibid. 2, 71. ¶ 230 Nuncupare, Pronuntiare, id est expresse et nominatim praedicere, profarique ex bona fide in rebus contrahendis. Cic. Off. 3, 65 Nam quum ex duodecim tabulis satis esset ea praestari, quae essent lingua nuncupata: quae qui infitatus esset, dupli poenam subiret: a Iurisconsultis etiam reticentiae poena est constituta. Quidquid enim est in praedio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, praestari oportere. Adoptio nuncupatur Tacit. Hist. 1, 17, 2. Heredem nuncupare Iustin. 12, 15, 9 et 12. Nuncupata voluntas dicitur a Iustiniano, vel Triboniano in titulo De testamentis, in fine. *Budaeus.* Liu. 8, 9 Sicut verbis nuncupauit, ita pro rep. Quiritium — legiones auxiliaque hostium mecum Diis manibus Tellurique deuoueo. Nuncupauit laturos eo spolia posteros Id. 1, 10. Nuncupare, Recensere, enarrare. Plin. 7, 26 Verum ad decus imperii Rom. non solum ad vnius viri pertinet victoriam, Pompei Magni titulos omnes, triumphosque hoc in loco nuncupari. 45

Vota nuncupare, est Alicui diuorum nominatim polliceri et destinare. Caius in l. Si calumniatur. D. de Verborum et rerum significatione, Post Calendas Ianuarias die tertio pro salute principis vota nuncupantur. Cic. Verr. 5, 34 Alterum, quod quum paludatus exisset, vota pro imperio suo, communique Pop. Rom. nuncupasset, noctu stupri causa lectica in urbem introferri solitus est ad mulierem, nuptam vni, propositam omnibus, contra fas, contra auspicia, contra omnes diuinas atque humanas religiones. Festus Pompeius, (Nuncupata pecunia est, vt ait Cincius in lib. 2 de officio Iurisconsulti, Nominata, certa, nominibus propriis pronuntiata.) Vota nuncupata dicuntur, quae Consules, Praetores, quum in prouinciam proficiscuntur, faciunt, ea in tabulas praesentibus multis referuntur. At Santra lib. 2 de Verborum antiquitate satis multis, Nuncupata colligit, non de recto nominata, significare, sed promissa, et quasi testificata, circumscripta, recepta, etiam in votis nuncupandis esse conuenientius. 60

*Hactenus Festus.* Liu. 35, 48 Auspicantem, immolantemque, et vota nuncupantem, sacrificuli vatis modo in acie vidisse. *Add.* Liu. 45, 39. Cic. Philipp. 3, 11 c. 4 Neglectisque sacrificiis sollemnibus, ante lucem ea vota, quae nunquam solueret, nuncupauit. ¶ 3 In testamentis etiam sedem habet hoc verbum, quoties non scripto, sed voce iudicia sua vltima morituri exprimunt ac declarant. Plin. 14, 22 de ebrietate loquens. Alii Testamenta sua nuncupant, alii mortifera loquuntur: rediturasque per iugulum voces non continent. Iustin. 12, 15, 12 de Perdicca loquens, Nam etsi non voce nuncupatus Heres, iudicio tamen electus videbatur. Iulianus in l. Si ita. De Bon. posses. secundum tab. Quidam testamentum in tabulis sibi fecit: filio autem impuberi per nuncupationem substituit. Et paullo post, Nam quemadmodum scripto herede filio separatim ab heredibus patris: ita nuncupato potest videri separatim a scriptis patris heredibus bonorum possessio dari. Nuncupatum heredem a scripto distinguit: vt sit is modus, cuius meminit Iustinianus Institutionibus, De testamentis. §. finali. *Budaeus.* Nuncupare igitur est voluntatem suam circa heredis institutionem, legatorum dationem, caeterasque testamenti partes coram septem testibus lingua et voce exprimere, nominareque non scriptis aut tabulis. *Vid.* Iustinianum 2 tit. De testamentis ordinandis. §. vlt. et Lex. Pisice. Nuncupasset pro Nuncupauerit, antiquae. Festus.

**NVNCVPATIM.** Adu. *Nominatim.* Claud. Mamert. de Statu animae 2, 9. Eruentur mihi atque extrahentur etiam nuncupatim ex abditis tenebellarum, qui hactenus delituere.

**NVNCVPATIO,** ōnis. f. [*προσαγογία*] Plin. 9, 35 f. 58 Ipsam confestim paratam nuncupationem tabulis probare. *Sed melius Hard. ex MSS.* mancipationem. *Locum damus in* AVCVPATIO. Tacit. Ann. 16, 22, 1 Nuncupationes votorum. Suet. Neron. c. 46 Votorum nuncupatione, magna iam ordinum frequentia, vix repertae Capitolii clauis.

**NVNCVPATOR,** ōris. m. Apul. Florid. 2 extr. Pythagoras primus philosophiae nuncupator et conditor.

**NVNDINA,** ae. f. [*Νόνδιννα*] Romanorum dea, a nono die nascentium dicta, qui Lustricus dicitur. Est autem Lustricus dies, quo infantes lustrantur, et nomen accipiunt. Sed is maribus nonus, octauus est feminis Macrobianus. Saturn. 1, 16.

**NVNDINAE,** arum. f. [*πενήγυριε, παντοπώλιον* Gloss. Vet. Nundina ἀγορὰ τῶν ὠλών] a Nono die dictae sunt, quasi Nouendinae. Vtrum vero periodus nouem dierum fuerit an octo? non ita facile consistuas. Ratio loquendi anceps est. De hebdomadibus nostris, Ecclesia Latina, tum Hispani, Itali, Germani octo dies dicunt: de binis hebdomadibus Galli dies quindecim. Atque adeo sibi non constat vsus loquendi, vt v. g. Germani, cum duas hebdomades, id est, vt alias loquuntur, bis octo dies indicare volunt, tum quatuordecim dies appellent. Ita de nundinis Rutilius apud Maerob. Sat. 1, 16 scribit, Romanos in-

85

90

95

100

105

110

115

120

stituisse nundinas, ut *de*lo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die, intermissio rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent: et ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die proposita a singulis atque vniuersis facile noscebantur. Vnde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur. Ea re etiam candidatis vsus fuit in concilium nundinis venire, et in colle consistere; vnde coram possent ab vniuersis videri. *Diserte hic periodus nouem dierum assignatur nundinis. At Varro R. R. 2 pro. 1. Nostri maiores — annum ita diuiserunt, ut nonis modo diebus vrbanas res vsurparent, reliquis septem, ut rura colerent. Sed septem ex margine esse suspicatur Vrsinus, cum Columella prooemio sui operis 18 ubi Varronem sequitur, simpliciter Nundinarum etiam conuentus, inquit, manifestum est propterea vsurpatos, ut nonis tantummodo diebus vrbanae res agerentur, reliquis administrarentur rusticae. Taceo quod VIII facile in VII mutari apud Varronem potuit. Sed mihi idoneus auctor est Dion. Halicarnassens, qui non modo L. 2 p. 38, 40 Wech. de Romulo ait, ἐν τῶν ἡμερῶν ταῖς ἀγοαῖς: sed disertissime L. 7 p. 463, 24 in historia Marci Coriolani τὰς μεταξὺ τῶν ἀγοῶν ἑπτὰ ἡμέρας commemorat. Dubitationem eximunt Kalendaria antiqua apud Grut. p. 133 sq. in quibus Nundinarum periodi octo primis elementis ab A ad H notantur, ut in Ecclesia Latina septem literis ostendua: quarum ope ibi Nundinarum dies, hic dominicae totius anni aperte indicantur. Non minor est de nundinis controuersia antiquorum, quae apud Macrobius l. c. componitur. An nundinae essent feriae? Propositis diuersorum sententiis, Causam, inquit, huius varietatis apud Granius Licinianus diligens lector inueniet. Ait enim nundinas Iouis ferias esse: si quidem Flaminica omnibus nundinis in regia Ioui arietem soleat immolare: sed lege Hortensia effectum, ut fastae essent: uti rustici, qui nundinandi causa in urbem veniebant, lites componerent. Nefasto enim die Praetori dari non licebat. Ergo, qui ferias sentiunt, aestimatu aetatis, quae legem secuta est, vera depromunt. Harum originem quidam Romulo assignant etc. Affinis huic est quaestio, utrum Comititia habere nundinis licitum fuerit. Negat Plinius 18, 3 Nundinis urbem reuiscabant, et ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs rustica auocaretur. Lectio, comitia nisi nundinis haberi non licebat, videtur esse a Criticis, qui vellent Plinium in concordiam reuocare cum Dionysio Halicarn. L. 7 p. 463, 24 ubi inter ca, quae nundinis ferent, diserte refert, καὶ τὰς δικὰς παρ' ἀλλήλων ἐλάμβανον, τὰτε κοινὰ, ὅταν ἦσαν κύριοι κατὰ τὰς νόμους, καὶ ὅσα ἢ βελὴ ἐπιτελεσμεν αὐτοῖς, ψῆφον ἐναλαβόντες ἐπεύχον, quae est nimis aperta comitiolorum, suffragiorumque in illis ferendorum descriptio. Nemo Dionysius loqui videtur de suis temporibus, post legem Hortensiam. Plinius de antiquioribus, ubi rustici veri nominis Romanorum praecipui, ubi iidem homines, in emendis vendendisque frugibus occupati, negotia quoque veip. tractabant, quod eodem tempore, eodem in loco, foro, fieri non poterat. Post mutata omnia. Antiqua igitur tempora respicit Iulius Caesar apud Macrob. l. c. cum negat, nundinis concionem aduocari posse, id est, cum populo agi: ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non posse. Apud Cic. Att. 1, 14 Fufius in concionem produxit Pompeium. Res agebatur in circo Flaminio, et erat in eo ipso loco illo die nundinarum παύσεις. ¶ 2 Nundinae mercatus, quisque dictus videtur, non habita ratione statim diei, aut interualli. Plin. Epist. 5, 4, 1 Sollers vir Praetorius a Senatu petiit, ut sibi instituire in agris suis nundinas permetteretur. Claudius Imp. apud Sueton. c. 12 a COSS. ius nundinarum in priuata praedia petiit. Cf. l. 1 D. de Nundinis, Nundinis a Principe impetratis, non utendo, qui meruit, decennii tempore usum amittit. ¶ 3 Metaphorice Cic. de L. Agrar. 2, 88 Receptaculum aratorum, nundinae rusticorum, cella atque horreum Campani agri Capua. Et contemtim Phil. 2, 192 Domesticis nundinis Antonii vectigalia non solum, sed etiam imperium Populi Rom. diminutum est. Item Phil. 2, 35 c. 16 Domus — agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium flagitiosissimae nundinae. Sic l. 5 C. de iis quae administ. Omnis se turpibus nundinis administrator absteinat. ¶ 4 Sing. In nundinam et auctionem mitti, si emtor inueniatur Sidon. Epist. 7, 5.*

NVNDINVM, i. n. Lamprid. Alex. Seu. c. 28 Primum nundinum. De hoc agimus in NVNDINVM: de Trino nundino, vid. TRINVDINVM.

NVNDINALIS, e. Adj. [παντοπωλικός] Quod pertinet ad nundinas. Plaut. Aul. 2, 4, 45 Coquus ille nundinalis est, in nonum diem solet ire coctum. i. Vulgaris et vilis, qui non nisi nundinis conducitur, quum plebs ex agris conuenit.

NVNDINOR, ari. it. NVNDINO, are. [πανηγυρίζω] Nundinas celebrare proprie significat, ut Macrobius 1, 16 Rustici nundinandi causa in urbem veniebant. Hinc Metaph. Cic. de Diuin. 2 c. 31 Vbi ad focum angues nundinari solent. i. conuenire magno numero. Lectio varie tentata a viris doctis, sed quam tuetur consensus librorum et lepos sententiae. ¶ 2 Emisionem, venditionem quaestumque adeo earum rerum notat, quae natura sua non debebant esse in commercio. V. g. Constabat, in cognitionibus patris nundinari praemiarique solitum Suet. Tit. c. 7. Iulius Firmicus 6, 31 ad finem. Quaestus et libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit, et ad coitum fratrem inuitabit, et filium. Apul. Met. 10 p. 255 Elm.

85 Toti nunc iudices sententias suas pretio nundinantur. Qui ab isto Ius ad utilitatem suam nundinarentur Cic. Verr. 1, 119 c. 46. Id. Ib. 2, 122 c. 49 Ab isto, inquit, et praeco qui voluit istum ordinem pretio mercatus est: et pueri annorum senum, septenariumque denum Senatorium nomen nundinati sunt. Cic. Philipp. 3, 10 Vna in domo omnes quorum intererat, totum imperium Populi Romani nundinabantur. Gloss. Cyrill. Nundino, καπηλεύω. Capitol. in Gord. c. 24 Velut in auctione positus nundinatus est. i. Venditus.

NVNDINATIO, onis. f. [πανηγυρσις] Ipse nundinandi actus. Sed fere in malam partem. Cic. de Lege Agrar. 1, 9 c. 3 Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunatum fore putatis? Idem Verr. 3, 120 Nundinatio hominum. Tamen in bonam, certe mediam partem l. 32 C. Th. de erog. mil. ann.

NVNDINATICIVS, a, um. Adj. Venalis. Tertull. de Veland. 100 Virg. c. 3 Nundinaticia capita, venum exposita ad inspectionem.

NVNDINATOR, oris. m. [ἀγοραστής, καπηλευτής Gloss. Lat. Gr.] Qui nundinas frequentat. Festus, Nundinis rustici conueniebant mercandi et vendendi causa: tumque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores. Salutis publicae nundinator Quinctil. Declam. 12, 3.

**NVNDINARIUS**, a, um. Adi. [*πεννυγικος*] *Quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis destinatum est.* Plin. 12, 17 His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. Idem 8, 51 Forum nundinarium. Epulae nundinariae: *Laudant* Vlpian. in l. 69 *Quum societas.* D. pro socio, *Vt vnus reliquis nundinarias epulas praestaret. Sed editum a Gothofredo epulas, id est nundinas.* Epulas nundinarias, *quam lectionem in quibusdam libris dicit esse Cuiac.* Obs. 4, 17 *forte corrector excogitauit.* Neque tamen satis clara lex erit vel sic. *Salmasius ad Vopisci Aurel. c. 45. p. 538 Hack. legi vult, Nundinas id est empulas.* *Εμπολας, de qua voce ibi plura.* Nundinas, empulas autem praestare interpretatur pecuniam ad emendum suppeditare et conferre, sociis operam suam praestantibus.

**NVNDINIUM** (ut plerique libri habent) vel, ut nunc editur, **NVNDINVM**, vox de consulatibus tempore Imperatorum senescentis imperii usurpari solita. Ael. Lamprid. in Alex. Seuero c. 28 *Consulatura ter iniit tantum ordinarium, ac primo nundino sibi alios semper suffecit.* Et c. 43 *Consules quoscunque vel ordinarios vel suffectos creauit, ex Senatus sententia nominauit, sumtum eorum contrahens, et nundina vetera ex ordine instituit.* *Quae hic adiiciuntur, vel dies vel tempora, tanquam glossam ineptam eiciunt viri docti.* Fl. Vopiscus Tacito c. 9 *In eadem oratione fratri suo Floriano consulatum petiit, et non impetrauit, idcirco quod iam Senatus omnia nundina suffectorum consulum clauserat.* Dicitur autem multum laetatus Senatus libertate etc. *Nundinia interpretatur Salmasius ad h. l. p. 609.*

*Hack. Consulum suffectorum Collegia. Bimestres fere sub Imperatoribus Consulatus dabantur, ita ut XII vnus anni Consules essent. Migratum hoc varie, ita ut sub Commodio, teste Lampridio c. 6 viginti quinque consules essent in vnum annum.* *Alexander Seuerus et Tacitus qualemunque ordinem reuocari voluerunt: hic nihil sibi permittit pro fratre suo, cum collegia illa iam ordinata esse a Senatu audiret.* *Appellationis ratio forte inde, quod nundinarum et trinundini frequens usus et memoria in Consulibus liberae reipublicae: ut ibi trinundinum intervallum ante comitia, quo petendus erat consulatus, ut nundinis se demonstrabant et quasi probandos exhibebant populo: ita hic nundinium et spatium bimestre consulatus, vel Collegium, adeo duorum in duos menses consulum.* Haec *Sententia Salmasii l. c.*

**NVNQVAM**. [*ἄποτε, ὑδέποτε, μήποτε, μηδέποτε*] Adu. quod Priscian. l. 17 p. 1058 *extr. vocat abnegatiuum omnium temporum: Non villo, vel nullo tempore.* Cic. Verr. 2, 54 *Nunquam vos Praetorem tam palaestricum vidistis.* *Iam ponemus, quibus particulis iungatur.* Nunquam alias exules Lacedaemoniorum Achaei secum adduxerant Liu. 38, 33. *Lacedaemonii Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necauerunt* Cic. Off. 2 c. 23. *Nunquam ante hunc diem Plautus Stich. 1, 3, 110.* Cic. Acad. 1, 3 c. 1 *Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit a te requirere.* Nunquam post hunc diem Plaut. Men. 3, 2, 12. *Nunquam post illa* Id. Curc. 4, 2, 43. *Nunquam, in fine sententiae.* Cic. de Inuent. 1, 1 c. 1 *Eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam.* Id. Acad. 4, 69 *Nunquam a Philone discessit, nisi posteaquam ipse coepit qui se audirent habere.* *Nunquam mihi duarum rerum credas, i. Nihil diuini et humani, quod est iusiurandum, de quo supra in NIHIL.* Plautus Truc. 2, 2, 51 *Nunquam edepol mihi quisquam homo mortalis posthac duarum rerum credit.* *Quidam Duarum vertunt in Suarum: sed antiquitatis ignari, sensum omnem adulterant, ac male de Poeta merentur, Turnebus: cuius sententia etiam melior illorum opinione, qui duas res intelligunt EST et NON.* Nunquam hodie, i. e. Nullo tempore huius diei, interprete Donato. Ter. Adel. 4, 2, 32 *Scio vbi sit, verum hodie nunquam monstrabo.* Virg. Aen. 2, 670 — *nunquam omnes hodie moriemur inulti.* Nunquam hodie effugies Id. Ecl. 3, 49. Nunquam hoc vno die Plaut. Truc. 5, 15. *Quae Caesar nunquam neque fecit neque fecisset* Cic. Fam. 14, 13. *Nunquam, i. Non* Plaut. Amph. 2, 2, 67. Ter. Hec. 3, 5, 15 *Ille reuiuifcet iam nunquam.* *Vbi Donatus, Plus est Nunquam, quam Non.* Idem Phorm. 1, 2, 71 *Illene indotatam virginem, atque ignobilem daret illi? nunquam faceret.* *Vbi Donatus, Nota Nunquam, pro Non in maiorem negationis significationem semper poni.* Nunquam non coronam lauream gestauit, etc. i. Semper Suet. Tiber. c. 69. Idem de Gramm. c. 12. et Sen. Epist. 11. *Quid est ineptius, quam de dicendo dicere? quum id ipsum dicere nunquam sit non ineptum* Cic. de Orat. 1 c. 24. Epistolas requiris meas: ego autem nunquam, quum mihi denuntiatum esset a tuis ire aliquem, non dedi Idem Fam. 12, 18. Idem de Amicit. 11 *Qui Consulatum petiit nunquam, factus est Consul bis.* Nunquam quidquam, *παράπαν, pro Nunquam, id est non.* Donat. ad Ter. Adelph. 4, 1, 10 *Quid dicam? s. nihilne in mente est? Nunquam quidquam.* Plaut. Capt. 1, 1, 8 *Quos nunquam quisquam vocat, neque inuocat.* Ter. Eun. 5, 9, 61 *Nunquam etiam sui vsquam, quin me omnes amarent plurimum.* *Vbi Donatus, Nunquam vsquam, τῶν ἀρχαίων, pro Non vsquam, id est nusquam.* Non nunquam, *vid. supra.* Perii, nunquamne etiam me illam vidisse? Ter. Eun. 2, 3, 68.

**NVNQVANDO**, s. **NVMQVANDO**. Adu. [*μὴ ἔν ποτὲ*] *compositum ex Num et Quando, siue Aliquando, quod tamen diuisim scribere praestiterit.* Cic. de Amicit. 69 *Existit autem hoc loco quaestio subdificilis, Numquando amici noui digni amicitia, veteribus sint anteposendi, ut equis vetulis teneris anteposere solemus.* Idem Vatin. 17 *Numquando tibi moram attulerit, quo minus consilium ad vocares, legemque ferres, quod eo die scires de caelo esse seruatum? Vetus exemplar legit Num quando, distinctim. Sic et Phil. 5 c. 11.*

**NVNQVIS**, vel **NVMQVIS**, [*μὴ ἔστι*] nunquae, nunquod vel nunquid. Num aliquis, *per interrogationem dicitur, et ipsum melius disiuncte.* Num quis? Ter. Eun. 3, 5 (4) 1 *Numquis hic est? nemo est; numquis hic me sequitur? nemo homo est.* Numquem euocari hinc vis foras Ter. Eun. 2, 2, 52. *Numquis fundus in Nolano venalis sit?* Cic. Att. 13, 8. *Numquid horum probat noster Antiochus?* Idem Acad. 4, 70. *Numquid Gnato dubitas, quin ego perpetuo perierim?* Ter. Eun. 5, 9, 13. *Numquid nos vis?* Ter. Phorm. 2, 3 (4) 18. *Numquid vis? Sic solent interrogare discedentes: quemadmodum si dicant, Nihilne me iubet facere in tuam gratiam?* Idem Eun. 5, 6, 24 *Numquid est aliud mali, damniue quod non dixeris, reliquom? P. tantum est.* Conf. Plaut. Aul. 2, 1, 53. et Most. 2, 1, 57. Conf. Parei Lex. p. 813. *Numquid est quod opera mea vobis opus sit? G. nihil* Ter. Phorm. 3, 3, 32. *Numquid ergo in his rebus est, quod prouisione aut permotione mentis magis quam natura ipsa sentiamus?* Cic. de Diuin. 2, 9. *Num quae* 10-105

5  
10  
15  
20  
25  
30  
35  
40  
45  
50  
55  
60  
65  
70  
75  
80

gatio lata? num quae noua quaestio decreta est? Cic. pro Milon. c. 7. *Sic separatim optima editiones.* Numquid non, pro Annon. Sen. Epist. 90 (91) Numquid non pelles ferarum et aliorum animalium a frigore satis abunde defendere queunt. Vlpian. in l. Si quis. D. 5 Si quis. omif. caus. test. Numquid locus non sit edicto? Cic. Att. 5, 2 Quum me spectans e sua villa, numquid vellem rogasset. Ter. Eun. 2, 3, 49 Dum haec dicit, abiit hora: rogo numquid velit. recte inquit, abeo. Vbi Donatus, Rogo numquid velit: hoc est significo me abire; nam abituri, ne id dure facerent, Numquid vis, dicebant his quibuscum constitissent. Quid est ergo, Rogo numquid velit? hoc est, dico quod abeuntes solent. Numquid redeat, incertum Plaut. Merc. 4, 7, 19. Numquid est aliud? Immo vero, inquit Cic. pro Rosc. Amer. 52 c. 18. Et pro Quint. 44 Pecuniam petit: negamus deberi. Iudicium fiat statim; non recusamus. Numquid praeterea? 15 Numquidnam, (inquit Donatus) Comicum est, et Terentianum: quum exemptis Num et Nam, sufficere ad interrogationem potuisset Quid. Ter. Andr. 1, 4, 8 Opperiari vt sciam numquidnam haec turba tristitiae afferat. Cic. de Orat. 2, 13 c. 3 Quid vos tandem Crassus? Numquidnam inquit noui? Numquidnam inquam noui? 20 Id. Fam. 11, 27.

NVNCTIVS, *sive NVNCTIVS*, i. m. [*ἄγγελος, ἀγγελίας, ἀγγέλιος*] tum is, qui aliquid visum vel auditum refert, et sermone suo exponit, (ne tabellarium putes) tum ipse sermo, quo quid actum sit refertur. Varr. de L. L. 5, 7 p. 55, 34 Nuntius — a Graeco verbo 25 *νῆος* videri potest declinatum. Nempe qui nuntiat aliquid, nouum quid se ferre putat. Festus, Nuntius et res ipsa et persona dicitur. Plaut. Merc. 4, 1, 1 Quoniam a viro ad me rus aduenit nuntius. Virg. Aen. 2, 547 Et nuntius ibis Pelidae genitori. Mercurius nuntius Iouis et deorum Hor. Carm. 1, 10, 5. Mendax Claud. de Bell. 30 Get. 367. Optatissimus, vid. OPTO. Saeuus atque sanguinarius, vid. Sanguinarius, in SANGVIS. Tristis armorum Lucan. 8, 52. Velox Claud. Conf. Prob. et Olyb. 174. Verus Virg. Aen. 3, 310. Cladis Ouid. Met. 11, 349. Arcesitus Praetoris nuntio Cic. Verr. 4, 115. Remittere nuntium est *reputiare*. Id. Att. 1, 10 Deinde 35 ex Senatusconsulto Consules rogationem promulgasse: vxori Caesarem nuntium remisisse. Ob adulterium Clodii scilicet. conf. Cic. Top. c. 4. Apul. Met. 9 p. 230, 19. Hinc Cic. Fam. 15, 16 Iam biennium aut triennium est, quum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis: *metaphora iucunda*. ¶ 2 Nuntius, Quod nuntiat, sermo aliquid nuntiantis. Plin. Epist. 5, 100 Nuntiat mihi Caium Fannium decessisse: qui nuntius graui me dolore confudit. Bonus nuntius, vid. BONVS. Horribilis affertur Catull. 82, 10. Cic. Fam. 15, 2 Nuntii et literae de bello a Parthis in prouinciam Syriam illato quotidie fere afferuntur. Id. Fam. 2, 18 (19) Quum 45 optatissimum nuntium accepissem, te mihi Quaestorem obtigisse. Afferre exoptatum nuntium Id. pro Rosc. Amer. 19 c. 7. Apportare nuntium, vid. APPORTO. Audire, vid. AVDIO. Cognoscere ex nuntiis, vid. COGNOSCO. Cic. pro Corn. Balb. 64 Nolite per deos immortales, Iudices, hunc illi acerbum nuntium velle 50 deferri, vt suum praefectum, etc. Dimittere nuntios Caes. Bell. Gall. 4, 19. Excitare aliquem literis, nuntiis, cohortationibus ad patriae praesidium Cic. Philipp. 14, 20. Exspectare nuntios Id. Att. 16, 4. Facere certiore per nuntium quid actum sit Id. ibid. 11, 22 (24) Fecit talem collegio suo nuntium, i. haec nuntiauit Apul. Met. 55 7 pr. Impellere aliquem improbissimis literis, fallacibusque interpretibus ac nuntiis in spem aliquam Cic. ad Brut. 10. Incutere nuntium alicui, vid. INCUTIO. Mittere nuntios ad regem, vid. MITTO. Monet secretis nuntiis Rhadamistum. Ann. 12, 46. Nuntiare nuntium exoptabilem Plaut. Stich. 2, 2, 67. conf. Epid. 1, 1, 19. 60 et Ter. Heaut. 3, 1, 18. Percepit talem nuntium, qualem non audiet alium Apul. Met. 8 p. 237, 15. Floridi. Cic. pro Ligar. 7 A quo hoc ipso C. Panfa mihi nuntium perferente, concessos fasces tenui, quoad tenendos putavi. Perferri omnium nuntiis, vid. PERFERO. Cic. Att. 3, 13 De Quinto fratre nuntii nobis tristes nec varii venerant. 65 Idem de Orat. 1, 175 De cuius morte quum domum falsus ab exercitu nuntius venisset, et pater eius, etc. Venerunt optatissimi nuntii et literae Id. Philipp. 14, 16. Vulnerat aures grauior nuntius Virg. Aen. 8, 582. Cic. pro Lege Manil. 7 Is qui vno die, tota Asia, tot ciuitatibus, vno nuntio, atque vna literarum significatione ciues Romanos necandos, trucidandosque denotauit. Noctis nuntius Hesperus Senec. Hippol. 6. Interpretes et nuntii rerum sensus Cic. de 70 Nat. Deor. 2, 140.

NVNCTIVM, i. etiam n. genere, pro Re quae nuntiat, poni ait Seru. ad Aen. 11, 896 Vt etiam supra diximus, inquit, Nuntius est, qui 75 nuntiat; nuntium quod nuntiat. Respicit ad Aen. 6, 456 Sane qui nuntiat, genere tantum dicitur masculino; quod autem nuntiat, licet neutro dicatur apud Catullum, tamen inuenitur etiam masculino. Nempe Catull. de Att. l. 62, 75 Roseis vt hinc palam labellis sonitus adiit; Geminas deorum ad aures noua nuntia referens: vbi nuntium 80 neutro genere contra Scaligerum probat Is. Vossius p. 173. Idem etiam recte huc referri contendit Lucret. 4, 708 Refrigescit enim cunctando plaga (impetus rei odoratae) per auras: Nec calida ad sensum decurrunt nuntia rerum, i. particulae, quae indicant praesentiam rei odoratae. Fit sic sane libri, credo, omnes. Decurrit est a Criticis, qui nuntia 85 cum plaga coniungunt. Clarum denique ait Vossius Varronis locum de L. L. 5, 9 p. 61, 37 Vbi noctu in templum censura auspicatur, atque de caelo nuntium erit: praeconi sic imperato: et ait eum temere mutari. Certe ita edidit, non nuntiatum, Scaliger, neque quidquam varietatis notauit. Sed Plaut. Mercat. 5, 2, 66 Opta ergo ob istuc nuntium, 90 quid vis tibi, quod in MSS. Palatinis esse ait Pareus, istunc dedit Gronou. vt Liu. 4, 41 extr. tristem nuntium dedit, Gelenii et aliorum auctoritatem secutus, pro quidam triste nuntium habent. Ad Plautum igitur Liuiumque non prouocauerim: de caeteris dicam cum Nonio 3, 148 Nuntius generis masculini: neutro apud aliquos non receptae auctoritatis 95 lectum est, sed doctos. Sedul. 2, 75 Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis. Tibulli exempla pertinent ad Adiectiuum. Apuleii est Adnuntia.

NVNCTIVS, a, um. Adi. Ouid. Epist. 16, 10 Vror: habes animi nuntia verba mei. Tibull. 3, 4, 5 Venturae nuntia fortis Ext. 100 Cic. de Legib. 1, 2 Nuntia sulua Iouis miranda visa figura. de aquila ex quodam Poeta. Tibull. 2, 1, 26 Viden' vt felicibus extis Significet placidos nuntia fibra deos. Fama nuntia rerum laetarum Ouid. ex Pont. 4, 4, 15. Veri nuntia fama Virg. Aen. 4, 188. Historia nuntia vetustatis Cic. de Orat. 2, 36 c. 9. Iris nuntia Iunonia 105 Ouid. Met. 1, 270. Sic 11, 585 Iri meae, dixit Iuno, fidissima nuntia vocis.

vocis. *Litera nuntia* Ouid. Epist. 6, 9. *Plaga nuntia rerum* Lucret. 4, 708. *In his tamen, ut et plurimis prioribus exemplis, adiectivè sumi videtur.*

**NVNTIO**, Ære. [*ἀγγέλλω, μνῆσι, πρῶσι, ἐπιγγελλίζω*] *Significare rem novam.* Ter. Heaut. 1, 2, 10 *Voluptatem magnam nuntias.* 5  
Idem Hec. 3, 5, 19 *At istos invidios dii perdant, qui hæc libenter nuntiant.* Cic. Att. 4, 9 (10) *Misit ad me statim qui salutem nuntiaret.* Plin. Epist. 1, 2 *Cucurri, perveneram in proximum, quum mihi ab eadem Hispulla Iulius Atticus nuntiat, nihil iam ne me quidem impetraturum.* *Nuntiare ad aliquem aliquid* Plaut. Most. 1, 3, 76. Cic. 10  
Fam. 11, 12 *Ita Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis perterritis metu, fracto animo, fugisse Antonium.* *Nuntiatum est nobis, Caesarem ad VIII Cal. Capuae, etc.* Mutius Cic. Att. 9, 15. *Nuntiatum est mihi vim parari* Sallust. Catil. c. 35. *Nuntiatum est Silius Italicus vitam inedia finisse* Plin. Epist. 3, 7. *Præ-* 15  
*lium nuntiare* Caes. Bell. Gall. 5, 22. Martial. 8, 6 *Horas quinque puer nondum tibi nuntiat, et tum iam conuiuia mihi Ceciliane venis.* *Nuntiare monstra, b. e. Res magnas et mirabiles.* Cic. Att. 4, 7 *Epistola tua me sollicitum de Quint. nostro puero optimo valde leuauit. Venerat horis duabus ante Chrysippus, mera monstra nuntiarat.* Ne 20  
*sensus quidem vera nuntiant* Id. Acad. 4, 79. *Nuntiatum illico mittere* Sallust. Iugurth. 108.

**NVNTIANS**, antis. Partic. *Legati nuntiantes* Iustin. 18, 6, 2. et 23, 3, 5.

**NVNTIĀTVS**, a, um. Partic. *Res domi nuntiata* Iustin. 43, 5, 9. 25  
*Pugna nuntiata* Caes. Bell. Gall. 2, 28 et 29.

**NVNTIATIO**, ōnis. f. [*ἀγγαλία*] *Auguris speciatim opus est, cum visa aut animaduersa a se indicat.* Cic. Philipp. 2, 81 c. 32 *In quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. quid enim? istuc, quod te sacerdotii iure facere posse dixisti, si Augur non esses, et Consul esses, minus facere potuisses? Vide etiam ne facilius; nos enim nuntiationem solum habemus: Consules et reliqui magistratus etiam inspectionem.* *conf.* Vlpian. Dig. 3 t. 14 l. 7. et Tertull. de Carne Christi c. 4. *de Nuntiatione noui operis, vid.* OPVS.

**NVNTIĀTOR**, ōris. m. Vlpian. in l. Praetor ait, et l. Stipulatio. D. de noui operis nuntiat. *conf.* Arnob. 1 extr. et Tertull. *ibid.* c. 7. Callistr. Ictus Dig. 49 t. 14 l. 1 §. 5.

**NVNTIATRIX**, icis. f. Cassiodor. Epist. 2, 14 *Nuntiatrice deuentis anni ciconia.*

## N V O

**NVO**, mi, nūtum, Ære. [*νύω*] *In compositis tantum superest, et significat capitis, et superciliarum motu significare quid velis aut nolis.*

**NŪTVS**, ūs. m. [*νῦμα*] *Signum, quod fit capite, vel superciliis.* Cic. Fam. 11, 22 *Nutus tuus potest hominem summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum praeterea et grauissimum, incolumem in ciuitate retinere.* *Loquaces nutus* Tibull. 1, 2, 21. *Aberrare nutu, Annuere nutum, Appellare nutu et significatione, Consequi aliquid nutu, vid.* bb. vv. *Demonstrare aliquid nutu* Quinētil. 1, 5. *Dare signa nutu* Ouid. Fast. 1, 418. *Loqui nutu* 50  
*signisque* Id. Met. 4, 63. ¶ 2 *Nutus, Voluntas, quæ huiusmodi signo declaratur, siue affirmando, siue negando.* Plin. Epist. 1, 7

*Nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere voto tuo possum.* Cic. pro Quint. 94 *Si fas est respirare P. Quintium contra nutum, ditionemque Næuii.* *Ad alicuius arbitrium nutumque totum se fingere et accommodare* Id. in Orat. 24. *Conuertere se totum ad voluntatem nutumque alicuius viri* Id. Fam. 3, 10 sub fin. *Degere ætatem sub nutu alterius* Lucret. 4, 116. *Docemur auctoritate nutuque legum coercere cupiditates* Cic. de Orat. 1, 194 c. 43. *Expeditus ad nutum alicuius* Id. de Arusp. Resp. 60. *Gubernari nutu atque* 60  
*arbitrio alicuius* Id. Verr. 5, 34. *Obseruare nutus, vid.* OBSERVO.

*Pendere pecunias ad nutum alicuius* Cic. pro Lege Agrar. 2, 97. *Nutu atque verbo non accurata quadam orationis copia libertinos in vrbanas tribus transtulit Tiberius Sempronius* Id. de Orat. 1, 38. *Ad voluntatem deorum denotandam frequenter adhibetur, exemplo Homeri et Vir-* 65  
*gili Aen. 9, 106 Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum.* *Ita hæc omnia deorum immortalium nutu atque potestate Administrari* Cic. Catil. 3 c. 9. *Nutu Iunonis Eunt res* Virg. Aen. 7, 592. *Nutu Iouis O. M. Factum* Cic. Catil. 3 c. 9. ¶ 3 *Nutus, (ῥοπή)*

*Vergentia, et procliuas.* Cic. Tusc. 1, 40 c. 17 *Eam porro naturam esse quatuor omnia gignentium corporum, vt quasi partita habeant inter se et diuisa momenta, vt terrena et humida suo pte nutu et suo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferantur: reliquæ, etc.* Idem de Finib. 1, 19 *Siue aliae declinabunt, aliae suo nutu recte ferentur.* *Conglobata in sese nutibus suis terra* Id. de Nat. Deor. 2, 98 c. 36 pr. *Hinc Nutus, pro Nutatione, motu, ruina.* Valer. Flacc. Argon. 6, 382 *Quin grauior, nutuque cadens exterruit Idam.*

**NVTO**, Ære. *Frequentat.* [*νυσάζω*] *Sæpe signum capitis fucere.* Plaut. Afin. 4, 1, 39 *Neque illa vlli homini nutet, niçtet, annuat.* ¶ 2 *Nutare, pro Moueri aliquando accipitur, et quasi Ruinam minari.* 80  
*Vnde Nutare aedificia dicimus, quum male solidata, ruinam minantur.* Liu. 4, 37 *Altera ex parte nutant circumspèctantibus galeae, et incerti trepidant, applicantque se turbæ.* *Arbores nutant* Plin. 13, 4. *Ornus concussio vertice* Virg. Aen. 2, 629. *add.* Id. 9, 682. *Rami nutant pondere* Ouid. de Arte Am. 2, 263. *Turres* Lucan. 6, 136. 85  
*Victoria nutat, Sese in vnâ vel alteram partem inclinat* Plin. de Viris illustr. c. 16. *Vrbs tanto discrimine nutabat* Tacit. Hist. 4, 52, 6. Liu. 21, 44 *Si fortuna nutabit, in praelio potius, quam in fuga mortem oppetere.* *Vetus codex habet* Dubitabit. *Animi nutant* Stat. Theb. 4, 197. *Timor nutat utroque* Id. ibid. 8, 614. *Nutare in re aliqua, pro Dubitare.* Cic. de Nat. Deor. 1, 121 *Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit, nutare videtur in natura deorum.* Id. de Finib. 2, 8 *Nunc autem dico ipsum Epicurum nescire, et in eo nutare.* ¶ 3 *Librarii permutant inter se* Mutare et Nutare. 95

**NVTANS**, antis. Partic. [*νυσάζων*] *Acies nutans* Tacit. Hist. 3, 40. *add.* Id. ib. 3, 18, 4. et 4, 49, 3. *Curis nutantem Colchida vidit* Valer. Argon. 7, 153. *Domus nutantes pendent* Lucan. 1, 494. *Calathos nutanti Lacte coactos* Calpurn. ecl. 2, 77. *Nempe lac coagulatum et densatum trepidat quasi et huc illuc nutat.* Galliae Tac. Hist. 100  
1, 2, 2. *Machinamentum suspensum et nutans* Tacit. Hist. 4, 30. *Platanus nutans* Catull. 65, 390. *Ruina mundi nutans* Lucan. 4, 393. *Vela carinae nutantia* Id. 8, 48.

**NVTATŪRVS**, a, um. *Aliud* Partic. [*νυσάζων*] *Apex nutaturus supra agmina* Stat. Silu. 4, 4, 68. 105

**NVTATIO**, ōnis. f. [*νεύσις*] Plin. 11, 37 A cerebro profiscitur somnus: hinc capitis nutatio. *Metaph. periculum ruinae, ut*  
Reipublicae nutatio Plin. Paneg. c. 5.

**NVTĀMEN**, īnis. n. Sil. 2, 399 Albentes niueae tremulo nutamine pennae.

**NVTABVNDVS**, a, um. Adi. Solin. c. 27 Capite nutabundo. Saluian. de Gubern. Dei 6 Ad gressum nutabundi.

**NVTABĪLIS**, e. Adi. Apul. de Deo Socr. p. 44, 19 Vsque ad regni nutabilem suggestum et pendulum tribunal euectus est.

## N V P

**NVPER**. Adu. [*ἄρτι, ἀρτίως, ἔναυχος, νῦν*] Non longo ante tempore. Neque vero ad horas refertur, sed vel ad paucos dies, vel ad paucos menses. Nuper me in litore vidi Virg. Ecl. 2, 25. Terent.

Eun. 1, 2, 50 Mater mea illic mortua est nuper. Cic. de Amicit. 24 Qui clamores tota cauea nuper in hospitis et amici mei M. Pacuui fuerunt.

Nuper indulgens in patrem, idem seuerus in filium Id. Off. 3, 112. Ter. Heaut. 1, 1, 1 Quamquam haec inter nos nuper notitia

admodum est. Haec verba usurpat Cic. de Finib. 2, 14. al. Nupera. Plaut. Truc. 2, 4, 43 Nunc huc remisit nuper ad me epistolam, sese experturum quanti sese penderem. conf. Ter. Eun. prol. 9. Vid.

**NVNC**. Cic. Tusc. 2 pr. Ex ea disputatione, quae mihi nuper habita est in Tusculano, magna videbatur mortis effecta contentio.

Possis putare, ad proximum diem respici. Sed sunt haec verba exordii, quod ex sua persona aliquo tempore post habitam disputationem scripsit. conf. 1, 8 c. 4. Cum de Longiori tempore dicitur, intelligitur illud comparatione tamen superiorum saeculorum breue esse. Cic. de Diuin.

1, 86 Neque ante philosophiam patefactam quae nuper inuenta est, hac de re communis vita dubitabit. Vid. Pompon. Enchir. cum notis

Ruperti p. 247. Nuperrime, Superl. Cic. de Inuent. 1, 24 c. 17 Primum te dicturum polliceri, aut ab aduersarii dicto exordiri, et ab eo potissimum, quod ille nuperrime dixerit, aut, etc.

**NVPERVS**, a, um. Adi. Recens, nouum. Plaut. Capt. 3, 5, 60 Recens captum hominem, et nuperum, et nouitium te perdocere, etc.

**NVPSIA**, ae. f. [*Νύψια*] Oppidum est ad Nilum fluiuium, in tractu Syenitarum, cuius meminit Plin. 6, 29.

**NVPSIS**, is. f. Oppidum est Arabiae, Nomadibus proximum, de quo Plin. 6, 100.

**NVPTA**, **NVPTIAE**, **NVPTVS**, etc. Vid. **NVBO**.

## N V R

**NVRSIA**, ae. f. [*Nugata*] Sabinorum ciuitas, auctore Ptolemaeo

3, 1. Nursia item, Piceni ciuitas, a Virgilio Frigida dicta, aut vera: aut certe venenosa, et nocens. Gracchi namque vbique in concionibus suis Nursinos sceleratos appellauerunt: et scimus amare Virgilium

historiarum rem per transitum tangere. Verba Seruii ad ill. d. Virg. Aen. 7, 716 — quos frigida misit Nursia, et Hortinae classes,

populique Latini. Habitata pruinis Nursia Sil. 8, 418.

**NVRSĪNVS**, a, um. Adi. Martialis 13, 20 Nursinas poteris parcius esse pilas.

**NVRVS**, ūs. f. [*νύξ*] Filii vxor. Cic. Philipp. 2, 58 Reiecta mater amicam impuri filii tanquam nurum sequebatur. Digna nurus

socero Ouid. Epist. 3, 73. Ter. Hec. 2, 1, 4 Vno omnes animo socrus oderunt nurus.

¶ 2 Nurus generatim pro mulieribus, nuptis praesertim et inuenibus. V. g. Ouid. Met. 2, 366 Excipit, et nuribus mittit gestanda Latinis. Martial. 4, 31 Atque inter Latias gloria prima nurus.

## N V S

**NVS**, Gr. νῦς, Sapiencia. Vid. Vet. Interp. Iren. 1, 1. Mart. Capell. 2 Per vos vigil decensque nus mentis ima complet.

¶ 2 Pactolis omnibus et Tagis praesertim fluiuius, de quo Plin. 31, 2 f. 12 In

Cilicia apud oppidum Castum riuus fluit, Nus, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri, M. Varro dicit.

**NVSCITIO**, ōnis. Vid. **LVSCITIO**, et statim **NVSCICIOSVS**.

**NVSCICIOSVS**, a, um. Adi. Festus, Nusciciosum Ateius Philologus ait appellari solitum, qui propter oculorum vitium parum videret.

At P. Opilius Aurelius, nuscionones esse caecitudines nocturnas. Aelius Silius, qui plus videret vesperi, quam meridie, nec cognosceret, nisi quod vsque ad oculos admouisset.

**NVSPĪAM**. Adu. Gell. 5, 4 Librarius in quoduis pignus vocabat, ni in vna nuspiam litera delictum esset. al. Si vspiam. Etiam

Gron. putat, aut ni nusquam, aut si vspiam legendum. Vid. Borrich. Cogit. p. 182 Sciopp. Animaduers. in Voss.

**NVSQVAM**. Adu. [*νῆθεν, μηδαμῶ*] Quod Priscian. l. 17 p. 1058 extr. vocat omnium locorum abnegatiuum: q. d. ne vsquam, i. Nullo

in loco. Ter. Eun. 4, 3, 18 Ille autem bonus vir nusquam apparet. Cic. Acad. 4, 103 c. 32 Quae nusquam alibi esset. Id. de Legib. 1, 42

Lex est recta ratio imperandi, atque prohibendi, quam qui ignorat, is est iniustus, siue est illa scripta vspiam, siue nusquam. Nusquam abero Virg. Aen. 2, 620. Nusquam cunctabundus Tacit.

Ann. 1, 7. Ter. Ad. 4, 2 pr. Fratrem nusquam inuenio gentium: q. d. in nullo loco, ubi sunt gentes. Cic. de Senect. 79 Nolite arbitrari o mihi carissimi filii, me, quum a vobis discessero, nusquam,

aut nullum fore. Nusquam tuta fides Virg. Aen. 4, 373. Nusquam vidi Scribon. 163. ¶ 2 Nullum in locum significat.

Ter. Eun. 2, 2, 50 Detineo te, fortasse tu profecturus alio fueras. P. nusquam. Cic. Fam. 10, 32 Et prouinciam in otio, et exercitum in

mea potestate tenui: finibus meae prouinciae nusquam excessi. Nusquam ventum aut abitum sine causa putetur Auctor ad Herenn. 2, 3

c. 2. Nusquam pedem, scil. promoturus sum Ter. Adolph. 2, 2, 19.

## N V T

**NVTO**, āre. Vid. sub **NVO**, āre.

**NVTRIO**, ūi vel ii, itum, ire. [*τρέφω, σιτῶ, σιτίζω, τρέφω, τρέφω*]

Idem fere quod alere, et matrum ac mammis paruis praebentium fere proprium, deinde varie transfertur. Plin. 11, 40 Balaenae, vitu-

lique mammis nutriunt fetus. Vento nutritur ignis Ouid. Rem. Amor. 807. Nutrire vinum, quod et Curare dicimus. Columel.

12, 30 Quanto maior aestus erit, eo saepius conuenit vinum nutriri, refrigerarique, et ventilari. Eleganter, inquit Turnebus, vinum medicamento

*camenſo curatum nutriri dicit.* Ego putem proprie Nutriri vinum, cum ſupplentur vaſa, et quae deſeſſere reſtituuntur. Pax nutrit Cere- rem Ouid. Faſt. 1, 704. Amorem longum male nutrit Id. de Arte Am. 579. Cic. in Salluſt. 1 Multi priuatorum audacias nutriuerunt, ego nihil timui niſi leges. Conf. Petron. c. 21. Fauorem Sil. 7, 497. 5  
al. Furorem. Ignes ſuos Ouid. Met. 6, 493. Morbos Celfus 6, 6. Idem 2, 23 Mediis autem diebus Vires eius erunt nutriendae. Celf. 5, 26 Repurgatumque Vlcus ſic vt caetera nutriendum eſt. Nutrire in filio damnus naturae Liu. 7, 4 extr. vid. h. l. Gronou. ¶ 2  
Nutritor, pro Nutri vel Nutrito. Futurum Imperatiui paſſiui, pro Praeſente actiui poſuit Virg. Georg. 2, 425 Hoc pinguem, et placitam paci nutritor oliuam. Seruius.

NUTRIENS, entis. Partic. Vulg. Interp. Matth. 24, 19 Vac praegnantibus et nutrientibus.

NUTRITVS, a, um. Partic. [τεθρεμμένος] Ferino lacte nutri- tus Ouid. Trift. 3, 11, 3. Nutritae ſanguine ſuuges Petron. c. 120.

NUTRITVS, ſ. m. [θρεψύς] Nutrimentum. Plin. 22, 24 Multi ſenectam longam mulſi tantum nutritu tolerauerunt. Nutritus pius et maternus laudatur ex Senec. Conſol. ad Helu. Sed ibi c. 17. Lips. et Gronou. ſa. Illius pio maternoque nutricio per longum tem- pus aeger conualui. Neque quidquam varietatis adnotatum.

NUTRICO, ſre. Idem quod Nutrire. Plaut. Merc. 3, 1, 11 Nec pecua ruri paſcere, nec pueros nutricare. Varro de R. R. 2, 4, 14 Sus binis menſibus nutricat. Id. 2, 2, 17 Nutricantur agni. Idem 2, 8, 4 Quum peperit equa mulum aut mulam, nutricantes educamus. 25 Idem 2, 1, 19 Nutricare porcos. Petron. Fragment. p. 50 Tu vipe- ram ſub ala nutricas. Conf. Arnob. 1 p. 32. Apul. in Trimeg. p. 98 Praegnantem et nutricantes coniunguntur Tertull. ad Vx. 1, 5.

NUTRICOR, ſri. Depon. Idem. Cic. de Nat. Deor. 2, 86 c. 34 Omnium autem rerum, quae natura adminiſtrantur, ſeminator, et ſa- tor, et parens (vt ita dicam) atque educator, et altor eſt mundus, omniaque ſicut membra ſua et partes ſuas nutricatur et continet. Apul. Apol. . . Eum paupertas nutricata eſt. Puſſue, Varr. R. R. 1, 23 Ea ſole nutricantur.

NUTRICATIO, ſonis, f. Nutritio. Varro de R. R. 1, 44 Dice- tur, inquit Agrius, de tertio gradu, de nutricationibus atque alimo- niis eorum. Gell. 12, 1 Munus nutricationis de puerpera. Apul. Dogm. Plat. 2 p. 27 Puerorum nutricationes.

NUTRICATVS, ſ. m. Idem. Plaut. Mil. 3, 1, 54 O lepidum ſenicem, ne ſi quas memorat virtutes habet, Atque equidem plane eductum in nutricatu Venerio. Varr. de R. R. 47. et 3, 9. Conf. Macro. Saturn. 5, 11.

NUTRICATOR, ſris, m. Plinio tribuitur, ſed negant boni Indices.

NUTRITIVS, vel NUTRICIVS, a, um. Adi. [θρεπτικός] Qui nutrit. Columel. 3, 13 Ne incrementa durtia ſua reuerberet, ſed tenero velut nutricio ſinu recipiat, et caeleſtes admittat imbres. Alimenta nutricia Firmic. 3, 16. Nutriciae curae Arnob. 2 p. 58. ¶ 2 Subſtantive. Caef. Bell. Civil. 3, 107 Nutricius eius pueri eu- nuchus. Varro R. R. 2, 1 Quis Fauſtulum neſcit paſtorem fuiſſe nutri- cium, qui Romulum et Remum educavit. Gloſſ. Gr. Lat. θρεψύς, 50 nutricius. Sic

NUTRICIVM, i. n. Nutriendi et educandi ſtudium, videtur dici per ellipſin huius nominis ſtudium. Senec. Conſol. ad Helu. c. 17 Illius pio maternoque nutricio per longum tempus aeger conualui. Plur. Nutricia ducere ab aliquo Arnob. 5. Omnia infantum nutricia Manil. 3, 133. i. ſtudia et curas educandi. Nutricia, θρεψύα, nutricis merces, apud Vlpian. l. 1 ſin. D. de variis et extraordinariis cognitioni- bus. Nutricia, orum, intell. praemia.

NUTRITOR, ſris, m. [θρεψύς] Qui nutrit. Suet. de Clar. Gramm. c. 7 M. Antonius Gniphos, ingenuus in Gallia natus, ſed ex- poſitus a nutritore ſuo manumiſſus. Dracont. in Hexaem. 565 Et generata vigent ſub nutritore Tonante. Puellae nutritor Claud. in Eutrop. 1, 104. Equorum nutritor Pholoës Stat. Theb. 10, 228.

NUTRITORIVS, a, um. Quod nutriendi vim habet. Theod. Prifcian. de Diaet. c. 3 Lac omne nutritorium eſt. Nutritoriae cunae Auguſt. Confeſſ. 12, 27.

NUTRIBILIS, e. Adi. Idem. Caef. Aurel. Tard. 4, 3 Cibi nutri- biles.

NUTRIX, ſcis, f. [θρεπτήρια, τῆν, τῆν, θρεψύς] Quae nutrit, vel lacte ſuo, vel aliter. Ter. Eun. 5, 2, 53 Nutricem accerſitum iit, quae illam aluit paruulam. Nutrices et paedagogi iure vetuſtati plurimum beneuolentiae poſtulant. Cic. de Amicit. 76 c. 20. Cum lacte nutricis, errorem aliquem fugere Cic. Tuſc. 3, 2 c. 1. Inſe- runt manſa omnia in os pueris infantibus nutrices Cic. de Orat. 2, 162. Conf. Virg. Aen. 4, 632. et 634. Quinctil. 1, 1. et 1, 10. Almae nutri- cis blanda ac infracta loquela Lucret. 5, 231. Regia nutrix natorum Priami Virg. Aen. 5, 645. Nutrices etiam Comites adultarum virgi- num v. g. Liu. 3, 44. Etiam matres ſunt Nutrices, in quantum nem- pe nutriunt. certe in animalibus, vt Colum. 6, 24, 4 de viciis: et 8, 5, 24 de gallinis. ¶ 2 Metaphor. Cic. in Orat. 37 Lauda-

tionum, ſcriptionum, et hitoriarum, etc. reliquarumque rerum formam, quae abſunt ab forenſi contentione, etc. non complectar hoc tem- pore. non quo negligenda ſit: eſt enim illa quaſi nutrix eius oratoris, quem informare volumus, etc. Leonum nutrix tellus Iubae Hor. Carm. 1, 22, 16. Diſcordia nutrix belli Claud. in Ruff. 1, 30. Cu- rarum nutrix nox Ouid. Met. 8, 81. Nutrices arbores glandiferae dicuntur Plin. 16. prooem. quae alimenta primis hominibus praebuiſſe di- cantur. Nutrix, pro Seminario (inquit Budaeus) in qua tenella atque ſemina depaunguntur, deponunturque. Plin. 17, 10 Omnia ea non ſta- tim moris eſt in ſua locari, ſed prius nutrici dari, atque in ſeminariis adoleſcere; iterumque migrare. Catull. Argon. f. 62, 18

Illaque atque alia viderunt luce marinas  
Mortales oculi nudato corpore nymphas,  
Nutricum tenus extantes e gurgite cano. i. Mammarum.  
Sic etiam Voſſius, qui eodem modo θρεψύς et τῆν vocari a Graecis mammas obſeruat: et varietatem leſſionis ignorantiae librorum deberi contendit. Plaut. Trin. 2, 4, 111 Cum Dominus de agro loti ſtando ſo- rori dixiſſet, ſeruus, Noſtramne, inquit, vis nutricem, here, quae nos educat, abalienare a nobis? Idem Curc. 2, 3, 79 Talos arripio, inuo- co almam meam nutricem Herculem. Nutrices et conſeruatrices perpetui ignis caſtae virgines Arnob. 4, 151. de Veſtalibus.

NUTRICVLA, ae, f. Dimin. [θρεπτήριον] Iuuen. Sat. 7, 149 Gallia, vel potius nutricula caufidicorum, etc. Hor. Epift. 1, 4, 8 Quid voueat dulci nutricula maius alumno. etc. Add. Suet. Auguſt. c. 94. Fabulae nutricularum Quinct. 1, 9. Cic. in Vatin. 4 Ve-

nisti iratus omnibus, quod ego simul ac te adspexi, prius quam loqui coepisti, quum ante Gellius, nutricula seditionum omnium, testimonium diceret, sensi atque prouidi. *Musicae nutricula* Apul. Mil. 6 p. 178. Cic. Philipp. 11, 12 c. 5 His quasi praeter dotem, quamin  
5 ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum largitus est Antonius, ut haberent reliquorum nutriculas praediorum: quibus utinam contenti essent: ferremus: etsi tolerabile non esset. *Casam nutricula* vocauit Quinctil. Decl. 13. *Vbi quis nutritus fuit.*

**NUTRIMENTVM**, i. n. [*ἄρτιμα, τροφή*] *Alimentum.* Cic. in Orat. 42 c. 13 Sed quod educata huius nutrimentis eloquentia est, ipsa se postea colorat et roborat. Suet. Calig. c. 9 Quantum per hanc  
10 nutrimentorum consuetudinem fauore et gratia valuerit, i. *Quod in castris educatus sit, ut ait Budaeus.* Nutrimenta ignis Valer. Max. 3, 2. Virg. Aen. 1, 176 Suscepitque ignem foliis, atque arida circum  
15 Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. Nutrimentum, *pro Eo, qui alitur.* Valer. 9, 3 Digna nutrimenta, quae in exitum patriae suae, ut euenit, conuerterentur. *Loquitur de filiis Annibalis.* Nutrimenta, orum, *pro Ipsa nutritione posuit.* Suet. August. c. 6 Nutrimentorum, *inquit,* eius ostenditur adhuc locus in  
20 auito suburbano iuxta Velitras permodicus.

**NUTRIMEN**, ūnis. n. [*ἄρτιμον*] Ouid. Met. 15, 354 Naturaeque suum nutrimentum deicit edaci. *Add. Iuuen. in Matth. c. 25.*

**NUTRIMENTALIS**, e. Adi. Const. Afer de N. H. Nutritionalia membra.

25 **NUTVS**, *vid. NVO.*

## N V X

**NVX**, nūcis. f. [*καρύνη, καρύνα, κάρυον*] *Generale nomen est fructibus arborum, qui duro operimento sequuntur, ut sunt Amygdalae, Auellanae,*  
30 *et huiusmodi, vid. Seru. in Virg. Ecl. 2. Genitiuum plur. doceat Plin. 13, 5 f. 10 In nucum genere pistacia nota. Id. 15, 22 Caeteris quidquid est, solidum est, ut in auellanis, et ipso nucum genere, quas antea abellinas patrio nomine vocabant. Nux, a Nocendo dicitur, ut quibusdam placet, qui huc trahunt* Ouid. de Nuce 61 Quoniam fata  
35 laedere dicor, Imus in extremo margine fundus habet. *Ad modum s. magnitudinem indicandum, instar mensurae naturalis adhibetur, v. g. Nucis abellanae (s. auellanae) magnitudine datur. Scribon. 169. - - deuoratur 135. Nucis abellanae tuberculo sumitur 167. i. quanta est nucis auellanae magnitudo. Nucis iuglandis magnitudine*  
40 *conciſa radix 156. - - magnitudinem dare 148. Datur quantum nucis iuglandis 143. Macrob. Sat. 2, 14 De nucum generibus agit. Cat. 8, 2 Noces caluas, Auellanas, Praenestinas, Graecas memorat. Cortex viridis nucis Tibul. 1, 8, 44. Fetus nucis Virg. Georg. 2, 69. Abellanea nux media Scribon. 120. Auellana nux,*  
45 *seu Praenestina, quae eadem est, ex arbore est, quae Corylus dicitur. Hanc autem nucem Graeci Ponticam vocant Macrob. Saturn. 3, 18. Calua nux, Nux est auellana, vel Pontica. Hoc ex veteri quodam lexico eruisse se dicit Turnebus, in quo sic scribitur, Caluae, Ποντική περσική μέλα. Hor. Serm. 2, 5, 36 Eripiet quiuis oculos citius mihi, quam te*  
50 *Contentum cassā nuce pauperet. Castaneae noces Virg. Ecl. 2, 52. Columel. de Arborib. c. 22 Nucem Graecam serito Arcturi signo. Quidam dicunt esse amygdalam, argumento Plin. 15, 22 quum de amygdala loquitur, Haec arbor (inquit) an fuerit in Italia Catonis aetate, dubitatur, quoniam Graecas nominat. Macrob. Saturn. 3, 18 Nux*  
55 *Graeca haec est, quae et amygdala dicitur. Sed et Thasia eadem nux vocatur. Iuglandes noces, quae et Regiae dictae sunt Plin. 15, 22. Minimae Iuuen. Sat. 5, 143. Pineae noces, Quas pinus arbor gerit Martial. 13, 25. Persica nux Idem. 13, 46. Sapinae noces*  
60 *Col. 12, 5, 2. Tarentina s. Graeca nux ut fiat Id. 5, 10, 14. Conficere nucem, vid. CONFICIO. Deiecerit eurus Annosam si forte nucem Iuuen. Sat. 11, 119. Dare noces Catul. 59, 131. Frangat nucem qui e nuce nucleum esse vult. Qui commodum appetit, ne fugiat laborem: Qui quaerit voluptatem, prius experiatur sudorem, sine quo non paratur vera voluptas. Hanc sententiam Plautus figura sane quam proverbiali extulit, in Curc. 1, 1, 55. Frangere nucem Cic. de Orat. 2, 266. Legere noces Idem Ibid. 2, 265. Ludere nucibus cum pueris minutis Suet. Aug. c. 73. Relinquere noces, est Omisſis studiis ac nugis puerilibus ad grauiora, magisque seria conuerti. Pers. 1, 10 Et nucibus facimus quaecumque relictis, Quum sapimus patruos. Translata*  
70 *metaphora, vel a vetusta nuptiarum caerimonia, in quibus sponsus uxorem ducens noces spargebat, utpote iam pueritiae renuntians, vel certe a puerorum lusibus, qui nucibus peraguntur, ductum proverbium videri potest. Martial. 5, 135. Spargere noces Virg. Ecl. 8, 29. vid. Seru. in loc. Plin. 15, 22. Noces amarae, apud Celsum 6, 7. et alibi fre-*  
75 *quenter, nihil aliud sunt, quam quas vulgo Amygdalas amaras vocant. Scribon. 3. Conf. Rhod. in Lex. Scribon. qui plurima aliorum loca allegat. Ocellata nux, vid. Lex. Pitisc. Persicum quod vulgo vocatur, Mollusta nux dicitur, scilicet quod caeteris nucibus mollior sit Macrob. Saturn. 3, 18. Persicon huic potum e nuce traditur interiore. Sammon.*  
80 *404 pro offe s. ligno pomorum. Scalig. leg. Persidis huic pomum. Conf. Budaeus ad Theophr. 3, 5 p. 125. Saturnaliciae noces: est Andr. Senftleb. libellus hoc titulo.*

**NVCŪLA**, ae. f. Dimin. *Minuta nux. Vnde et Praenestinae nuculae appellatae sunt. vid. Fest. Conf. Plin. 15, 22.*

85 **NVCELLA**, ae. f. *Vt, Nucella cocta Apic. it. pro glande: vid. Barth. Ainerf. 32, 18.*

**NVCIPERSICVM**, i. n. *vid. tit. Martial. 13, 46.*

**NVCIPRŪNVVM**, i. n. *Prunum insitum nucis. Plin. 15, 13 Peculiaris impudentia est nucibus insitorum, quae faciem parentis, succumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque nucipruna.*

**NVCEVS**, a, um. Adi. [*καρυίδι*] *Quod est ex nuce. Plin. 16, 19 Vlmeam, pineam, nucem, hanc atque aliam materiam omnem quum effodies, Luna decreſcente eximito post meridiem. Onomast. Vet. καρυκός, nucus.*

95 **NVCĒTVM**, i. n. *Locus confitus nucum arborum frequentia. Stat. Silu. 1, 6, 12 Quidquid nobile Ponticis nucetis, Fecundis cadit aut iugis Idumes. Noces Ponticas intelligit, quae et Praenestinae, et Auellanae dicuntur.*

**NVCIFRANGIBŪLVVM**, i. n. *Ioco appellat Plaut. Dentem, in Bacch. 4, 2, 16 Mihi cautio est, ne nucifrangibula excussit ex malis meis.*

**NVCĪNVS**, a, um. Adi. *Vt, Mensae nucinae Vet. Scholiast. Iuuen. Sat. 11, 119. e ligno nucis.*

**NVCALIS**, e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 37, *Palmulae nucales, quas 105 caryotas appellant.*



**NVCAMENTVM**, i. n. *Aliquid nuci simile.* Plin. 16, 10 Nucamenta (abietis) squamatim compacta.

**NVCLEVS**, i. m. *Quasi nuculeus, ut in MSS. Plauti legi narrat Grut. [πυρήν] Quod tenerum in nuce includitur.* Plin. 12, 9 Pomum intus simile contortis nucleis. Idem 9, 35 Concidere nucleum dentibus, *vid. CONCIDO.* Plaut. Capt. 3, 4, 122 Nucleum amissi, reliquit pignori putamina. *Verba sunt Hegionis, ubi rescuisset sibi impositum esse, et herum amissum pro seruo, seruum pro domino resentum, is enim, ex quo fructus expellabatur, aufererat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi.* Erasmus. Amygdalorum nuclei Scribon. 10 148. — Persicorum 148. — Pini 189. — Pinei 142. 143. Nuclei oliuarum Vlpian. in l. Carbonum. D. de Verborum significat. Nucleus, *Allii spica. Multis enim spicis seu nucleis compactum est allii caput.* Plin. 19, 6 l. 34 Allium tenuissimis et quae separantur, in vniuersum velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, et his separatim vestitis. Nucleus pinguitudinis Plin. 17, 6. Nucleus ferri, *Chalybs* Idem 34, 14. Nucleus acini, *quod Vinaceum appellat Columella,* Plin. 23, 1.

**NVCLEATVS**, a, um. Adi. Scribonius Largus Compos. 233 Vva passa, nucleata, contusa ac mista. *Sed bene conicit Rhodius 20 enucleata.*

## N Y C

**NYCTALOPS**, opis. Adi. [νυκτάλωψ] *Qui videt interdium, occidente autem sole cernit exiliter, noctu nihil. Hic etiam Luscius dicitur a Latinis.* Plin. 8, 50 Caprinum iecur si vescantur, restituit vespertinam aciem his, quos nyctalopas vocant. *Idem dicit 28, 11 vid.* LVSCIOSVS, *ex Non. 2, 512.*

**NYCTALŌPIA**, ae. f. *Vitium ipsum est, ut Myopia. Dioscorides tamen Nyctalopa pro Vitio identidem accipit. Budaeus. Conf. 30* Ildor. 4, 8.

**NYCTALOPA**, ae. f. *Herba.* Plin. 21, 11 Eandem vocari che-nomymon, quoniam anseres a primo conspectu eius expauescant: ab aliis nyctalopa, quoniam e longinquo noctibus fulgeat. *de nyctegreo. Potest casus rectus esse Nyctalops.* 35

**NYCTEGRESIA**, Ea Homeri rhapsodia vocatur, qua maximo metu percussis omnibus et consternatis ob offensionem pugnae, foctu in castris ab Agamemnone excitantur e stratis duces, et ad consilium vocantur, *vid. Egretus apud Fest.* 35

**NYCTEGRETVS**, i. m. *vel NYCTEGRETŌN*, i. n. [νυκτέγρετος] 40 *Herba, de qua sic Plin. 21, 11 Nyctegretum inter pauca miratus est Democritus, coloris ignei, foliis spinae, nec a terra se attollentem, praecipuam in Gedrosia narrat. Erui post aequinoctium vernum radicatus, siccarique ad Lunam XXX diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges uti hac herba ad vota suscipienda. Haec ille.* 43

**NYCTELIA**, orum. n. pl. [τὰ Νυκτέλια] *Bacchi sacra nocturna apud Seru. ad Aen. 4, 303. Nocturnus Cithaeron, noctu celebratus: vnde ipsa sacra nyctelia dicebantur, quae Populus Rom. exclusit causa turpitudinis, vid. Taubm. ad Culic. Virg. p. 70. Hinc*

**NYCTELIVS**, a, um. Adi. [Νυκτέλιος] *vocatus fuit Bacchus, quod 50 sacra eius noctu fiebant: vñ enim nox est, τελέω perficio. Nyctelius pater, Bacchus Ouid. de Arte Am. 1. 567. Latex Nyctelius, Vinum Senec. Oedip. 492.*

**NYCTĒRIS**, idis. f. [νυκτέρις] *Vespertilio tam minutos habens pedes, ut eis carere videatur Plin. 11, 47.* 55

**NYCTEVS**, duarum syllabarum, Nycteos, *vel Latine Nyctei.* m. [Νυκτέως] *Rex quidam fuit, pater Antiopes. Propert. 3, 15, 12 Nycteos Antiopen, etc.*

**NYCTĒIS**, idis. f. Patronym. [Νυκτέης] *Propertius 1, 4, 5 Tu licet Antiopae formam Nycteidis, etc. Add. Ouid. Met. 6, 111.* 60

**NYCTICŌRAX**, acis. m. [νυκτικώραξ] *Coruus nocturnus. D. Hieronymus in fine epist. ad Suniam et Fretellam, Nycticoracem dicit esse, quam vocamus Noctuam. Conf. Paul. Nolan. Epist. 40, 6. Psalm. 103, 7.*

**NYCTIMĒNE**, es. f. [Νυκτιμήνη] *Filia Nyctei, quo etiam nomine dicta est aut quaedam, in quam conuersa, Nyctimene fertur. Quae quoniam cum patre concubuerat, facinus recognoscens in silvas aufugit, et in noctuam conuersa, lucem odit, nocte tantum volitans. A Graecis appellatur γλαυξ, vid. Ouid. Met. 2, 591 et 594.* 65

**NYCTOSTRĀTĒGVS**, i. m. [νυκτοστράτηγος] *Praefectus vigili- 70 lum, qui armati noctu urbem perlustrant. Arcad. l. ult. §. 12 ff. de mun. et honor. vid. Panciroll. de Magistr. Municip. c. 24. Nicostrategi vitiosa lectio frustra exercuerat interpretes.*

## N Y M

**NYMPHA**, ae. f. [νύμφη] *Latine Sponsa dicitur. Pro Vxore ponitur ab Ouid. Epist. 1, 27 Grata ferunt nymphae pro saluis dona maritis. Sponsae nymphae dictas ἐπὶ τῷ νῦν πρώτως φαίνονται: quia nunc visendas se praebent, cum antea prodierint obiectae, vid. Salmuth. in Panciroll. Deperd. P. 1 tit. 10.* 80

¶ 2 *Nymphas antiqui aquarum deas esse putauerunt, quasi lympharum numina: quippe veteres Graeci nympham dicebant, quam nos mutatione vnius literae lympham, hoc est aquam. Aliquando Nymphae dicuntur Musae, quod aqua currendo mu-*

*ficos sonos efficiat.* Hinc saepe numero a Poëtis inuocantur, vid. Seru. ad illud Virg. Ecl. 7, 21 Nymphae, noster amor, Libethrides. Cic. de Nat. Deor. 3, 43 Suntne etiam Nymphae deae? Et pro Milon. 74 Aedem Nympharum incendit. Conf. Seru. ad Virg. Ecl. 7, 21 et 10, 9.

5 Nymphae aliae in nemoribus habitant: et hae a Graecis Ἀαηίδες, id est nemorales appellantur: aliae in aquis, quae Naiades et Hydiades communi et generali nomine dicuntur. Sed harum aliae sunt Κενυίδες Graece, Latine Fontanae nominantur: aliae Ἐπιμοραινίδες, licet has Fluuiatiles appellare: sunt et aliquae Ἐπιμυλίδες, quibus pecora sunt curae: nonnullae etiam Ὀρεσιώδες, quae montes incolunt. Ex Lambino. Porro Nympharum aliae Commotiae dicuntur: aliae Corycides, Dodonides, Dorides, Dryades, Hamadryades, Hyades, Ismenides, Lelegeides, Lemoniades, Limnades, Limnaeae et Limnacidēs, Naiades, Napacae, Neeides siue Nerinae, Nyseides, Oceanitides, Oreades, Phaëtoniades, querquetulanae, terrestres, vraniae; de quibus omnibus ff. 11. Vid. Seru. ad Virg. Ecl. 10, 9 et 62. Genitor Nympharum, Oceanus Catul. 85, 6. Nymphabus Inscriptio ap. Gronou. ad Melam 2 p. 117. Templum siluestria Nympharum Lucret. 5, 947. Agrestes Virg. Aen. 3, 34. Auernales Ouid. Met. 5, 540. Faciles Virg. Ecl. 3, 9. Simples

20 Hor. Carm. 2, 8, 14. Tenerae Ouid. Met. 11, 153. ¶ 2 Nymphae, dicuntur Apes, quam primum formam coeperint habere Plin. 11, 16. ¶ 3 In MSS. commutantur inuicem Nymphae et Lymphae. v. v.

NYMPHAEVM, i. n. [νυμφαίων] quasi tu Nympharum templum dicas, aedificia culta, aquarum in primis lapsibus et salientibus, imaginibusque nympharum. Graeca res, sero usurpata, ut videtur Romae.

25 Nymphaei Corinthii antiquissimi meminit Plin. 35, 12 f. 43. Nisi tamen hoc referre velis aedem Nympharum, quam Clodius, incendit, quo nomine aliquoties a Cicerone accusatur v. g. pro Milon. 73 c. 27. ubi asseruatas in eo tabulas censuales discimus. Et de Arusp. Resp.

30 57 c. 27 Earum templum inflammavit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis subuenitur. Sed Nymphaea voluptatis loca fuisse videntur, patentia populo refrigerationis causa. Iulius Capitol. Gord. c. 32 Opera Gordiani Romae nulla extant, praeter quaedam nymphaea et balneas. Conf. Salmas. ¶ 2 Portus etiam a Caesare memcratus Bell.

35 Ciuil. 3, 26.

NYMPHAEA, ac. f. [νυμφαία] Herba Heraclia, quae Venerem extinguit: a Nympha, hoc est aqua dicta, quod aquis gaudeat Plin. 26, 10. Et 25, 7.

NYMPHALIS, e. Adi. Fontanus. Decoquere aliquid in aqua nymphali

40 Ocl. Horat. 4.

NYMPHARENA, ac. f. Gemma, vrbis et gentis Persicae nomen habet, similis hippopotami dentibus Plin. 37, 10.

NYMPHON, ònis. m. Vir quidam Colophonius, de quo Cic. Q. Frat. 1, 2, 2. Ego nugas maximas omni mea comitate complexus sum, Nymphontem etiam Colophonium.

45

## N Y S

NYSA, ac. f. [Νύσα] Vrbs Arabiae, apud quam (ut Diodorus 3, 64 ait) Bacchus educatus, a Nymphis fuit. Vnde et Nyfaeus dictus est, ac cognominatus Dionysus, a Ioue scilicet et Nyfa nomen accipiens. Conf. Mel. 3, 7. et Curt. 8, 10, 12. ¶ 2 Nyfa etiam non tam

50 Mons, quam Ciuitas in India est, a Libero patre ipsa quoque (ut refert Strabo 15.) condita, carminibus Poëtarum celebratissima, vid. Herodot. 2. et Iustini. 12, 7, 6. Vertex celsus Nyfae Virg. Aen. 6, 806. ¶ 3

55 Nyfae nomen habuisse dicitur alter e verticibus Parnassi, vid. Interpr. ad Iumen. Sat. 7, 64. et Sil. 7, 198. Hinc Parnassus Lucan. 5, 73 est, Mons Phoebus Bromioque sacer.

NYSEIS, idos. f. Patronym. Vt, Nyseides nymphae Ouid. Met. 3, 314 quae Bacchum educarunt.

60 NYSEIVS, a, um. Adi. [Νυσήϊος] ut, Iuga Nyseia apud Lucan. 8, 801.

NYSEVS, dyssyll. [Νυσσός] dictus est Bacchus Ouid. Met. 4, 13.

NYSIACVS, a, um. Adi. Bacchicus, ut, Nyfiaci flores Mart. Capell. 2.

NYSIAS, adis. f. Patronym. [Νυσιας] ut, Nymphae Nyfiades,

65 apud Ouid. Fast. 3, 769. postum pro gentili.

NYSIGENA, ac. m. [Νυσίγενής] Qui in Nyfa natus est. Catul. Argon. f. 62, 252 At parte ex alia florens volitabat Iacchus, cum thyafo Satyrorum, et Nyfigenis Silenis.

NYSION, i. n. [νύσιον] Hedera, Baccho sacra Apul. de Herb. c. 98.

70 NYSIVS, a, um. Adi. Bacchi et ipsum cognomen. Arnob. 5 Nyfius et Semeleius pater. Plin. 16, 34 Hedera coronis Poëtae vtuntur, quidam Nyfiam, alii Bacchicam vocant.

NYSAEI, orum. m. Pl. [Νυσαιῖοι] Habitatores Nyfae vrbis: de quibus meminit Cic. Fam. 13, 65 Deinde Nyfaeos, quos Nero in

75 primis habet necessarios, diligentissime tuetur ac defendit, habeas tibi commendatissimos.

NYSAEVS, vel NYSEVS, a, um. Adi. [Νυσαιεύς] ut Chori Nyfaei Propert. 3, 17, 22 Palmes Nyfaeus, Vitigineus Sil. 7, 198.

80 NYSA, ac. m. Proprium hominis. Cic. de Nat. Deor. 3, 58 Dionysios multos habemus, primum Ioue et Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nyfam dicitur interemisse.

NYSIRVS, vel potius NISYRVS, i f. [Νίσυρος] Insula est inter Cycladas numerata, celsa, saxosa, et molendinariis abundans lapidibus Strabo lib. 10.

**O** LITERA rotundo ore proferenda, *f. ut Mart. Capell. 3, p. 58 ait, rotundi oris spiritu comparatur: etiam rotundata figura exprimitur apud plerosque populos. Apud Graecos duplicem sortitur figuram et quantitatem, O breue, et ex ea geminata O magnum: o, ω. Eandem in Alphabeto sedem inque numerando potestatem habet quam V Aiin Hebraeorum. Vtraque enim septuagenarium designat. Vnde sunt, qui haud inscite autumarunt, et illud elementum Hebraicum eadem olim potestate fuisse insignitum. Quid quod Aiin et Fontem et Oculum propria significatione exprimit, et ad rotunditatem formae nonnihil alludere videtur?* ¶ 2 De mu- 10  
*satione huius Vocalis agit Priscianus 1 p. 553. quem longum foret exscribere, consulere tamen vtilissimum. Cum V maximam habet necessitudinem, unde pleraque, quae apud Graecos Nominatiuum in o; terminant, O in V conuertunt apud Latinos; ut a κύρος, Cyrus, etc. Quincil. 1, 4 Quid O, atque V permutatae inuicem? vt Hecoba, et noxix: Chulcides, 15 et Pulyxena scriberentur. Quod hic Quincilianus dicit, multis monumentis veterum probat Pierius in suis castigationibus in Virgilium: in quibus se scriptum vidisse testatur Donu pro Dono, Annus pro Annos, Cupressu pro Cupressio. Sic Frundes pro Frondes apud antiquiores Latinos, Angustoque fretu Lucret. 1, 720 pro Fretu. Vicissim vetustissimis Italiae populis quibus V non erat in usu, Publicom pro Publicum, 20 Hercolem pro Herculem; maximeque digamma antecedente, vt Seruos, Volgus, Dauos. O pro Au, vt Plodo, Plostrum, Codex. Conf. Burm. ad Calpurn. Ecl. 2, 48. O et I, vt Olli pro Illi. ¶ 3 In notis significat O. Obtulit, Officium, Olla, Omnis, Oportet, Opti- 25 mus, Optio, Ordo, Ostendit. OB. Obiit. OB C. S. Ob Ciues Seruatos. OB. M. E. Ob Merita Eius. OB M. P. E. C. Ob Merita Pietatis Et Concordiae. OB R. B. G. Ob Res Bene Gestas. O. C. Omnis Ciuitas. Ope Confilio, Ordo Clarissimus. O. C. S. Ob Ciues Seruatos. OC. Occasus, Occisus. O. D. M. Opera, Donum, Munus. 30 O. D. S. M. Optime De Se merito. O. E. B. Q. C. Ossa Eius Bene Quiescant Condita. O. E. R. Ob Eam Rem. O. F. Opus Fecit. O. F. N. D. Omni Fide Numini Dedicat. O. H. F. Omnibus Honoribus Funcius; Ossuarium Hoc Fecit. O. H. S. S. Ossa Hic Sita Sunt. O. L. Ollam Legit, vel Locauit. Operas Locauit. OL. 35 D. D. Ollam Dono Dedit. O. L. O. C. Opere Locato, Opere Conducto. O. M. Optime Merito, Optimo Maximo. O. M. D. S. Optime Merito De Se. O. M. S. Optimo Maximo Sacrum. O. M. T. Optimo Maximo Tonanti. O. O. Ordo Optimus. O. P. Optimus Princeps, Pater, Patronus. O. P. F. Optimo Patri, Principi, 40 Patrono, Fecit. OP. Opiter, Oportet, Oppidum, Optimo, Opus, OP. ET S. P. Optimo Et Sancto Patrono. OPIC. Opiconsiua. OPIF. Opifera. OR. M. Ordo Militaris, Ornamentis Militaribus. OSS. Ossarium, Ossuarium. O. V. Optimo Viro, Optimae Vxori. O. V. D. Optimo Viro Dedit. O. V. F. Optimo Viro Fecit. Omnia 45 Viuens Fecit.*

O, [o] vocandi Interiectio, Nominatiuo interdum, nonnunquam etiam Accusatiuo gaudens. Virg. Aen. 1, 528 O regina nouam cui condere etc. Cic. Fam. 10, 26 O mi Furni quam tu, etc. Aliquando admirandi, Ter. Eun. 2, 3, 5 O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo 50 mulieres. Iuuen. Sat. 10, 157 O qualis facies, et quali digna tabella! Exclamantis. O bone Deus Scribon. 84. quae formula quidem Rhodio suspecta est, quamputat a Christiano homine profectam. Ter. Adelph. 5, 3, 4 O caelum! o terra; o maria Neptuni! Ter. Heaut. 2, 3, 3 O Iupiter! tantam inesse animo inscitiam? Idem Phorm. 2, 2, 13 O au- 55 daciam! etiam me vltro accusatum aduenit? O curas hominum! o quantum est in rebus inane Perf. 1 pr. Auli autem filius, o DI immortales, quam ignauus Cic. Att. 1, 18. O immoderata mulier Id. pro Cael. 53. O consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis et audacibus, quum poena absuit, et licentia consecuta est 60 Cic. Verr. 5, 3, 76. Apul. Apol. 327, 33 O infelix vterum tuum, Pudentilla! o sterilitas liberis potior! o infausti decem menses! o ingrati quatuordecim anni viduitatis! Cum affectu assuerantis. Ter. Andr. 1, 5, 48 O Myfis, Myfis, etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis de Glycerio. Dolorem testantis, O miseras ho- 65 minum mentes, o pectora caeca Lucret. 2, 14. O misera vitae ratio Pseudo- Cic. anteq. iret in exil. 30. O quam indigna perpeteris Nep. 19, 4, 3. O spectaculum vni Crasso iucundum, caeteris non item Cic. Att. 2, 21. Id. Att. 1, 16 O DI boni! rem perditam! Ir- 70 videntis. Cic. de Amicit. 46 O praeclaram sapientiam: solem enim e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt. O praeclarum custodem ouium, vt aiunt, lupum Cic. Philipp. 3, 27 c. II. Exultantis. Ter. Andr. 1, 1, 78 O factum bene, besti me. O terram beatam, quae illum exceperit Cic. pro Milon. 106. O si, desiderantis particula. Virg. Aen. 11, 415 Quamquam o si solitae quid- 75 quam virtutis adesset. Ibid. 8, 560 O mihi praeteritos referat si Iupiter annos. Quid. Epist. 1, 5 O vtinam tunc, quum Lacedaemona classe petebat, Obrutus insanis esset adulter aquis. O, interiectio repente percussis. Ter. Andr. 4, 6, 7 O Myfis salue. C. saluos sis Crito. Ibid. 1, 5, 32 Quis hic loquitur? Myfis salue. M. O salue Pam- 80 phile. O quid agis Hor. Carm. 1, 14, 2. O, pro Vtinam. Virg. Ecl. 2, 28 O tantum libeat mecum tibi sordida rura. Atque humiles habitare casas. i. Vtinam libeat. ¶ 2 Obserua, O, interdum tacetur, quum Accusatiuo iungitur. Ter. Eun. 3, 1, 28 Hominem perditum miserumque, et illum sacrilegum. Docet Donatus, maioris stuporis esse hoc modo pronunciatum Cic. ad Atticum . . . Me miserum, cur non ades? O, sequente Vocali aliquando producitur, aliquando corripitur. Tibull. 2, 4, 7 O ego non possum tantos sentire dolores. Conf. Ouid. Epist. 1, 5. Virg. Ecl. 2, 65 Te Corydon, O Alexi, trahit sua quemque voluptas. 90

O A

O ARION, ōnis. m. i. Orion. Vid. Rutil. 1, 637. Catull. 67 extr. Proximus Hydrochoi fulgeat Oarion.

OASIS, is. f. [*Ὀασίς*] *Oppidum in desertis Libyae, septem dierum itinere a Thebis distans, quod Herodoti aetate a Samiis tenebatur, ut ipse refert 3. Locus duro exsilio aptus, vid. Zosim. 5, 9, 7. et Leg. vlt. §. 2. Cod. de poenis.*

OASENVS, a, um. *Adi. Oasena deportatio Leg. vn. Cod. Theod. de Nili aggeribus.*

OAXIS, is. m. [*Ὀαξίς*] *Fluvius Cretae insulae, dictus ab Oaxe filio Apollinis. Virg. Ecl. 2, 66 Pars Scythiam et rapidum Cretae venimus Oaxem.*

## O B

OB. [*ὀβ, ἰν,*] *Praepos. Accusatiuo iungitur, et significat Propter. Ter. Andr. 3, 5, 4 Ergo pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam auferet. Donatus, i. Pretium stultitiae. Ob adulterium caesus Virg. Aen. 6, 612. Ob auaritiam laborat Hor. Serm. 1, 4, 26.*

Ob delictum poenas dii expetunt Cic. pro Marcel. 18 c. 6. Idem Fam. 5, 1 Existimaram pro mutuo inter nos animo, et pro reconciliata gratia, nec absentem ludibrio laesum iri me, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri. Ob emolumentum aliquod suum si qui cupidius aliquid dicere videntur, iis credi non conuenit Cic. pro Font. 17. Ob hoc Scribon. Epist. p. 2. i. propterea. Et ob haec quidem Cels. i Praef. Ob industriam Plaut. Caf. 2, 3, 58. Ob minas decem oppositus pignori Ter. Phorm. 4, 3, 57. Ob nullam noxiam Plaut. Poen. 1, 1, 15. Ter. Phorm. 3, 2, 41 Non pudet vanitatis? D. minime, dum ob rem. i. *Modo in rem meam sit.*

Ego libertatem experiar: verum id frustra an ob Rem faciam, in vestra manu situm est Sallust. Iug. c. 31. Ob absoluendum, Ob tacendum, et similia: *Vt absoluat.* Cic. Verr. 2, 78 Quanto illud flagitiosus, improbius, indignius, eum, a quo pecuniam ob absoluendum acceperis, condemnare, etc. *Add. Gell. 11, 10 Festus, Cui testimonium defuerit ob portum ob vagulationem ito, vid. VAGVLATIO sub*

VAGIO. Ob, pro Ante. Plaut. Mil. 2, 4, 51 Nunc demum experior ob oculos caliginem prius mihi obtigisse. Ob oculos mihi saepe mors versata est Cic. pro Rabir. Post. 38. Mihi ob oculos exilium versatur Idem pro Sext. 47 c. 21. Ob os offusus ignis Id. de Vniu.

41. Ob, pro Ad, apud antiquos, *inquit Fest. Ennius, Ob Romam noctu legiones ducere. Cic. Fam. 9, 26 Cuius ob os Graii ora obvertebant sua.*

¶ 2 Ob, in compositione, pro Circum, auctore Festo; vt Obsidere urbem. Saepo pro Ad ponitur: sic Occensi pro Accensi; Obmoueto pro Admoueto, Enn. Occurrere pro Accurrere, Lucret. Obtulerat pro Attulerat, Catul. Obligatus pro Alligatus, Hor. Obstetrix quoque dicitur ab Obstare, quo pro Adstare siue adistere veteres Latini utebantur, vid. Fest. Sic ostendere est quasi ostendere, vel obtendere, oscillare, obscellare, vel occillare? *vt nempe pro Ab etiam est Abs: Sic forte veteres obs pro ob in quibusdam compositionibus. Aliquando tamen Contrarii quid et noxii significat, vt in Obsto, Obscenus, Obsum. Interdum augmenta; vt occallesco, obcalesco: interdum depressionem, vt occumbo, occido etc.*

45

40

45

45

45

OBACERBO, are. est, vt ait Festus, Exacerbare.

OBACERO, are. *Compositum ex Ob et Acus, acris; est auctore Festo, Obloqui, atque alterius sermonem moleste impedire. Quod sumtum videtur a paleis, quas Graeci ἀχυρον vocant. Sed mirum, nisi hoc recentioris Grammatici commentum est. Forse fuit verbum Obacerbare, vel obacorare, ὀξύειν.*

OB AEMVLOR, ari. *Obaemulati sunt me in non-deo, et ego obaemulabor eos Tertull. Adu. Marc. 4, 31 i. irritare παραζηλῶν.*

OB AERĀTVS, a, um. *Adi. [ὀπότερος] dicitur, Qui aere alieno iam obligatus est, quasi aere alieno obstrictus, et debitor operarum. Liu. 26, 40 Quatuor millia hominum erant misti ex omni collusionione, exules, obaerati. Caes. B. G. 1, 4 Omnes obaeratos, quorum magnum numerum habebat, conduxit. Conf. Varr. de R. R. 1, 17. Compar. Tacit. Ann. 6, 17, 4 Quanto quis obaeratio aegrius distrahebant.*

OBAGITO, are. *Obstant, obstrigillant, obagitant Enn. ap. Non. 2, 605. Obigitat pro anteagitat Fest.*

OBAMBŪLO, are. [*περινοσῶ, περινοσῶ, περινοσῶ*] est (vt ait Festus) *Aduersum alios ambulare, et quasi ambulanti sese opponere: Est etiam sursum deorsum ire, Circumire. Plaut. Merc. 4, 4, 20 Sane hoc non in mentem venit, dudum vt urbem obambulo. Solus obambulat ipse Ouid. Trist. 2, 459. Gemebundus obambulat Aetnam Idem Met. 14, 188. Obambulantes ante vallum portasque Liu. 25, 39. Obambulare muris Idem 36, 34. Obambulare, pro Insidiari. Virg. Georg. 3, 538 Non Lupus insidias explorat ouilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat. i. Insidiatur. Seruius. Obambulare, pro Vna iunctimque ambulare. Suet. Tiber. c. 25 extr. Et secretum petenti, nonnisi adhibito Druso filio, dedit, dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit.*

OBAMBVLATIO, onis. f. [*περινοσῆσις*] *Auctor ad Herenn. 3 c. 19 Commodius est in derelicta, quam in celebri regione locos comparare: propterea quod frequentia et obambulatio hominum conturbat, et infirmitat imaginum notas.*

OBAMBVLĀTOR, oris. m. *Mart. Capell.*

OBAMBVLATRIX, icis. f. *Gell.*

OBARDEO, ere: vel OBARDESCO, ere. *Torua clypei metuendus obarsit Luce Dryas Stat. Theb. 9, 856.*

OBARESCO, ere. *Lactant. de Opif. Dei c. 10 Acies enim, quam sicari et obarescere non oportet, nisi humore assiduo tersa pure niteat, obsolescit. De oculorum acie loquitur, alii leg. arefcere.*

OBĀRO, are. [*περινοσῶ*] *Circum arare, vel Arando excolere. Liu. 23, 19 Et quum hostes obarassent, quidquid herbidi terreni extra murum erat, raporum semen iniecerunt, vt, etc.*

OBARĀTOR, oris. m. *Seru. Georg. 1, 21 ex Fabio Pictore, Flaminem Cerealem inuocasse Deum obaratozem.*

**OBARMO**, Ære. [*καθολισμός*] *Idem quod Armare, forte contra hostem armare significat.* Hor. Carm. 4, 4, 27

Quibus

Mos vnde deductus per omne  
Tempus Amazonia securi  
Dextras obarmet, quaerere distuli.

Apul. Met. 8 p. 208.

**OBARMATVS**, a, um. Part. Apul. Met. p. 125 Oculi ad vigilias obarmati.

**OBATER**, tra, trum. Adi. [*ὄπαιμας*] *Quodammodo atrum, et veluti subatrum.* Plin. 18, 35 Nascens Luna, si cornu superiore obatro surget.

**OBATRESCO**, Ære. *Obatrum esse.* Firmicus 1 praefat. Paliscus lacus semper crassitudine lurida sordidus, liuentibus spumis obatrescit.

**OBARDIO**, Ære. *Ita veteres, pro Obedio.* Apul. Met. 3 p. 136 Secreta quibus obaudiunt Manes. Tertull. adu. Marc. 2, 2 extr. Adam non obaudiit. Idem 5, 18.

**OBARDIENS**, entis. Part. Quid obaudientius potest esse, quam ut Christi sequamur exemplum Ambros. Orat. subiecta Epistolae 32.

**OBARDIENTIA**, ae. f. Tertull. Exhort. Cast. c. 2 Voluntas Dei in obaudientiam venerat.

**OBAVRATVS**, a, um. Adi. Apul. Met. 11 p. 260 Alius foccis obauratis, indutus serica veste.

## O B B

**OBBA**, ae. f. Poculi genus, auctore Nonio 2, 597 Vel lignetum, vel ex sparto, quod nunc *ubba* dicitur. Varro, Dolia atque apothecas tricliniarias, Melicas, Calenas, obbas, et Cumanos calices. Idem Ep. ad Marull. Vtrum meridie, an vesperi libentius ad obbam accedas. Scissilis obba, *Quae sedere videtur, quum sit fundo latiore.* Pers. 5, 148. Conf. Tertul. Apol. c. 13, et Casaub. ad Pers. l. c.

**OBBA TVS**, a, um. Adi. *Instar obbae.* Apul. Met. 10 p. 254 Cassides obbae. i. *Formam obbarum habentes.*

**OBIBO**, ibi, itum, Ære. [*καταπινω*] *Idem quod Bibere.* Cic. Tusc. 1, 96 c. 40 Qui quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum venenum ut sitiens obbibisset, reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret. Sed *Victorius Gruterusque leg.* obduxisset.

**OBBLATERO**, f. **OBBLACTERO**, Ære. Nil in deorum obblacteraret dedecus Prudent. Perist. 10, 913. i. *obillaret.* Apul. Met. 9 p. 221, 25 Has et similes affanias frustra adblatterantes *dedit Elmenh. sed affaniis frustra obblatteratis Floridus post Pricaeum.*

**OBBRVTESCO**, Ære. [*ὀβρυσημαί*] *Brutum fieri, rationem, et sensum adeo amittere.* Afran. ap. Festum, Non possum verbum facere, obbrutui. Sic scribendum, non Obrutui. Lucret. 3, 546 Nec refert, vtrum pereat dispersa per auras, An contracta suis e partibus obbrutescat. *de anima.* Turnebus ait *Obbrutescere significare hic, Sensum amittere et vitam, ac interire: nam brutum est non sentiens.* Lactantius Inst. Diu. 7, 5 Corpus enim, quia e terra est, comprehensibile est, temporale, brutum atque tenebrosus est: Anima vero, quia de caelo est, tenuis, aeterna, sensibilis, illustris est. *Hic aperte Brutum, id est non sentiens, Sensibili, id est sentienti opposuit. Haec ille, Aduers. 10, 8.* Prudent. Hamart. 651. Claude meatus Obbrutescentis capitis, *de auribus, quibus clausis, caput hac parte obbrutescit.*

**OBBRVTESCENTIA**, ae. f. apud Augustin.

## O B C

**OBCAECO**, Ære. *vid. OCCAECO.*

**OBCAEDES**. Plaut. Stich. 5, 4, 52 Ohe, iam satis, nolo obcaedes, catuli vt ludum nunc volo, i. *Nolo hic quicquam tragicum et cruentum, quodque caedes imitetur, malo ludum catellorum, qui inter se lasciuie lusciant.* Obcaedes autem iuncto verbo, vt *Concaedes dicuntur.* Turnebus.

**OBCAENO**, Ære. *Antiquum, idem forte, quod simplex caenare s. coenare potius.* Plaut. Cestione; Cerafibola, vt de lumbo obcaenabis. Auctor Varr. de L. L. 6, 3 p. 76, 24.

**OBCALEO**, Ære, vel **OBCALESCO**, ui, Ære. *Circum calere.* Celsus 4, 24 Vbi dolor vehemens vrget, interest sine tumore is sit, an tumor cum calore, an tumor iam etiam obcaluerit. *Et paullo post, Si vero tumores etiam obcaluerunt, et dolent, leuat spongia.* Male quidam obcaluerunt. *Manifeste de calore agitur.*

**OB CALLEO**, [*καλλέωμαι*] *vid. OCCALLEO.*

**OB CANTO**, Ære. *pro Incantare.* Paul. Sentent. 5 tit. 23 Qui facta impia nocturnaue, ut quem obcantarent, fecerint, *vid. OCCENTO.*

**OB CANTATVS**, a, um. Partic. Apul. Apol. p. 327, 2 Obcantata mulier.

**OB CENSVS**, *pro Accensus*, Enn. ap. Fest. in Ob.

## O B D

**OB DENSATIO**, ðnis. f. Obdensatio cutis ac totius corporis Cael. Aurelian. Tard. 1, 1, 47. i. *condensatio.*

**OBDO**, ðdi, itum, Ære. [*ἀποκλώω*] *Opponere, inquit Festus.* Hor. Serm. 1, 3, 59 Nullique malo latus obdit apertum. *Obdere ceram auribus Senec. Epist. 32 (31) Obdere forem, pro Claudere fores Plaut. Casin. 5, 2, 17. Obdere fores ferratis trabibus Plin. 6, 11. Obdere pessulum ostio Ter. Eun. 3, 5, 55. Idem Heaut. 2, 3, 37 Anus foribus obdit pessulum.*

**OB DITVS**, a, um. Part. Apul. Met. 4 Obdito cellae pessulo. Id. 10 p. 244 Amicus instructus atque obditus.

**OB DORMIO**, vel **OB DORMISCO**, ðui, itum, Ære. [*ἀφωπύωμαι*] *Incipere dormire.* Cic. Tusc. 1, 92 c. 38 Nescio quando in Latmo obdormiuit. *De Endymione.* Obdormiui crapulam Plaut. Most. 5, 2, 1. Cic. Tusc. 1, 117 c. 49 Quid melius quam in mediis vitae laboribus obdormiscere, et ita conuenientem somno consopiri sempiterno?

**OB DORMITO**, Ære. Fortun. Carm. 3 Obdormitare grauiter.

**OB DŪCO**, xi, ðum, Ære. [*ἀποδύω*] *Circum-vel Contra ducere.* Plaut. Pseud. 2, 1, 13 Post ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus obducam. *Obducere et Reducere vela, contraria Plin. Epist. 2, 17. it. 7, 21, 2. Nempe obductis velis impeditur prospectus, redditur reductis.* Obducere, [*ἀποδύω*] *pro Inducere.*

**Obducere torporem** Plin. 22, 25. Cic. Acad. 4, 16 c. 6 Dum huius definitiones labefactare vult, conatus est clarissimis rebus Tenebras obducere. Quinct. 10, 1 Atque ille quidem omnibus eiusdem operis auctoribus abstulit nomen, et fulgore quodam suae claritatis Tenebras obduxit. *i. Obtenebrauit, ut minus nosi essent. De Menandro.* Cic. de Legib. 2, 56 Redditur enim terrae corpus, et ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur, *circumdatur, ac tegitur.* Herbae obducunt segetem densis sentibus Virg. Georg. 2, 411. Idem Ecl. 1, 49 Limosaque palus obducatur pasqua iunco. Obducere plagam limo Plin. 8, 26. *Et apud Columel. 3, 18* Obducunt cicatricem radices quae excreuerunt. Crustam obducere Plin. 3, 4. Diem obducere *significat adiacere et velut adducere ad superiores.* Cic. Att. 16, 6 Nona Calend. igitur ad Siccam, ibi tanquam domi meae scilicet: itaque obduxi posterum Diem. Rubiginem Plin. 17, 4. Macies obduxerat artus Ouid. Epist. 11, 27. *al. Adduxerat.* Tenebrae obducere oculos Lucan. 3, 735. Frontem obducere, *pro Contrahere* Quinct. 10, 3. Cic. Tusc. 5, 53 Quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat, *i. Vetustate obduruerat.* Idem Fam. 9, 2 Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo: *Sensum molestiarum non amplius ita acutum ait, sed obtusum, ut manus callo obducta non ita subtiliter sentit aspera. Stomachus sensus rerum molestiarum.* Cic. Tusc. 2, 36 Ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori. Obducere vultum, *quemadmodum* Obducere frontem Senec. de Benef. . . ¶ 2 Obducere, Detegere, aperire Lucil. Vos interea lumen afferte, atque aulaea obducite Nonius 4, 340. *Sed errat sine dubio Nonius, aut quisquis illius verba sic constituit.* Obducere aulaea, *ut vela obducere, significat illa ita obtendere fenestras, ut lux diurna excludatur. Coniuncta igitur sunt lumen asserre et obducere aulaea, i. fenestras claudere.* ¶ 3 Obducere, *et tanquam aduersarium opponere significat.* Cic. Att. 1, 1 Thermus cum Sullano contendere existimatur, qui sic inopes et ab amicis et existimatione sunt, ut mihi videatur non esse ἀδύνατος, Curium obducere, sed hoc praeter me nemini videtur. *i. Opponere, et obtrudere in petitionem Consulatus. Contra alios competitores in campum Martium ducere Qu. Curium aleatorem notissimum: in quem est illud Calui apud Asconium, Et talis Curius pereruditus. Et Obducere dixit proprie: quia candidatos amici et clientes in campum honoris causa deducebant. Vnde illud Att. 2, 1 Quin etiam quum candidatum deducerem, is quaerit ex me, num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare. Nisi forte quis interpretari malit, Curium obducere. Curii vitia obtegere, quum horum tam infamis vita sit. Sic, Obducta cicatrix. Conf. Popma ad Cic. l. c. f. Att. 1, 1.* ¶ 4 Obducere, *etiam Educere siue Ebibere.* Cic. Tusc. 1, 96 c. 40 de Socrate, Cum coniectus in carcerem triginta iussu Tyrannorum, venenum, ut sitiens, obduxisset. *Vid. Victor. Var. Lect. 15, 7.* Senec. de Prouid. c. 3 Male tractatum Socratem putas, quod illam potionem publice mistam, non aliter quam medicamentum immortalitatis obduxit.

**OB DVCTVS**, a, um. Partic. [ἐπισαχθής] Cicatricem Reipub. iam obductam refricare Cic. de Lege Agrar. 3, 4 c. 2. Colos cano situ obductus Plin. 12, 25. Dolorem obductum vulgare Virg. Aen. 10, 64. Frons obducta, *Tristis* Hor. Epod. 13, 5. Nox, *v. v.* Cic. pro Sext. 22 Sed haec Obstructio nec diuturna est, nec obducta, ita ut curiosis oculis perspicere non possit. Prata obducta situ vetustatis Columel. 2, 18. Lucan. 3, 572 — cruor altus in vndis Spumat et obducto concresecunt sanguine fluctus. Tenebrae obductae Propert. 3, 16, 5. Vultus obductos condere Ouid. Met. 2, 329. *Sol dicitur, cum post nubes latet tanquam velo obducto.*

**OB DVCTIO**, ōnis. f. [περικάλυψις] Cic. pro Rabir. 16 c. 5 Mors si proponitur, in libertate moriamur. carnifex vero, et obductio capitis, et nomen ipsum crucis absit, non modo a corpore ciuium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. *i. Obuolutio, ut ait Budaeus.*

**OB DVCTO**, āre. Frequent. [ἐσβόγομαι] Plaut. Merc. 4, 4, 46 Nec pol ego patiar sic me nuptam tam male, measque in aedes sic scorta obductarier. *i. contra me, ut aegre mihi sit, duci.*

**OB DVLCESCO**, ĕre. [περιγλυκύνομαι] Idem fere quod Dulcesco simplex, hoc est dulcis fio. Gloss. Lat. Gr. Obdulcesco, περιγλυκύνομαι.

**OB DVLCO**, āre. Dulce facere, mitigare. Cael. Aur. 4, 1, 12 Obdulcare sale et oleo, *i. Condire.* Ambros. Hexaem. 5, 12 de Melle, Fauces obdulcat et curat vulnera.

**OB DVLCATVS**, a, um. Part. Vulg. Interp. Iudith. 5, 15 Fontes amari obdulcati.

**OB DV RV S**, a, um. Adi. Obdura inquisitio Hesych. in Barth. Adu. 44, 18.

**OB DV RO**, āre. [σκληρόνω] Facere se durum, vel durare contra mala. Persta atque obdura Hor. Serm. 2, 5, 39. Obstinatus obdura Catull. 8, 11. Perfer et obdura, dolor hic tibi proderit olim Ouid. Amor. 3, 11, 7. Cic. Att. 12, 3 Obduretur hoc triduum, ut te quoque ponam in eodem πάθει, *i. vim faciam meae cupiditati te videndi, absens a te sim, ut etiam tu desiderium illud sentias. Alludit ad Pbaedriam illam Terentii Eun. 1, 1.*

**OB DV R Ā TV S**, a, um. Part. Theologorum est de persinacia peccandi, et sensu religionis amisso. August. Tom. 3 p. 224: Verecundia Capitolin. Pert. c. 9.

**OB DV RATIO**, ōnis. f. frequens apud August. t. 2. et 4. Sic Fulgent. Epist. ad Venant. Cordis obduratio.

**OB DV REFACIO**, ĕre. Lapidem facere, apud Non. 1, 87. Lapidem significat obdurefacit, et lapidem facit.

**OB DV RESCO**, ĕre. [κατασκληρόνομαι] Durum fieri. Varro de R. R. 3, 14 Earum semen minutum, ac testa molli, diuturnitate obdurescit. Obdurescere ad animum refertur, cum sensum doloris, praesertim ex aliena molestia, amittit. Cic. Fam. 5, 15 Alii occiderunt, alii nescio quo pacto obduruerunt. Idem pro Milon. 77 Sed nescio quomodo iam vsu obduruerat, et perculluerat ciuitatis incredibilis patientia. Consuetudine obdurescere Idem Philipp. 2, 108 c. 42. Id. Att. 13, 2 Sed iam ad ista obduruimus, et humanitatem omnem exuimus. Obduruit animus ad dolorem nouum Idem Fam. 2, 15 (16). Idem Tusc. 3, 67 Obduruisseque sese contra fortunam arbitrantur. Idem Verr. 5, 34 c. 13 Iam vero quum in eiusmodi patientia turpitudinis aliena, non sua fatietate obduruisset.

*dare.* Festus, Obedio, obaudio. Cic. de Claris Orat. 242. Quantum in hac vrbe polleat, multorum obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo seruire. Idem Tuscul. 5, 36. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens, hic et nascentibus et cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis parebit, et obediet praecepto illi veteri. Tempori Idem pro Cluent. c. 69. Obedire et parere voluntati dei Idem de Nat. Deor. 19 c. 8. Idem de Legib. 3, 5. Nec vero solum vt obtemperant obedientque magistratibus, sed etiam vt eos colant, diligentque praescribimus. Idem pro Caecin. 52. Si seruulis hoc nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. In modum seruorum alicui obedire Tacit. Ann. 1, 17. Obedit rex illis maxime, i. Horum consilio maxime vitur, Nep. 14, 5, 4. Passiu. Liu. 4, 26. Enixe obeditum dictatori est. Obedibo, antiqui dixerunt. Afranius, Meo vt obsequar anori, obedibo tibi, vid. Non. 10, 24.

**O B E D I E N S**, entis. Partic. [παθόμενος] Cic. de Nat. Deor. 2, 77. Nulli igitur est naturae obediens, aut subiectus deus. Obediens dicto Plaut. Bacch. 3, 3, 35. Naturae obediens homo homini nocere non potest Cic. Offic. 3, 25 c. 5. Animus mansuete obediens imperio meliori Liu. 3, 29. Appetitiones obediens efficere ratio- ni Cic. Off. 2, 18. Obediens, [ἐπιπαθής, ἐπιπαθός, παθύνιος] nomen gradibus assurgens. Liu. 25, 39. Et vt imperiis viuorum nemo obediensior me vno fuerit, etc. Idem 8, 8. Fecit atrocitas paene obediensior duci militem. Idem 7, 31. Imperiis obediensissimus miles. Tralate. Plin. 16, 43. Obedientissima quocumque in opere fraxinus, i. Sequacissima, idonea omni generi. Sic

**O B E D I T V R V S**, a, um. Part. Plin. 17, 19. Ramus oleae quam maxime sequax atque obediturus.

**O B E D I E N T I A**, ae. f. [ἐπιπαθία, ὑπακοή, πῆσα] Cic. Off. 1, 202 c. 29. Relinquant enim et abiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturae. Cic. in Parad. 5, 1. Si seruus sit (sicut est) obedientia fracti animi et abiecti, et arbitrio carentis suo, quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos? Obedientia imperiorum Plin. 8, 1.

**O B E D I E N T E R**. Adu. [ἐπιπαθῶς] Liu. 8, 12 extr. Sub imperio Populi Rom. se obediens ac fideliter futuros. Obedienter curatum est Liu. 25. Idem 21, 34. Obedienter imperata facere. Idem 3, 39. Compar. Idem 38, 34. Nihil obediensius fecerunt. Superl. August. Ciu. Dei 22, 8. Obedientissime paruit.

**O B E D I T I O**, ōnis. f. Ambros. Epist. 19. et Vct. Interp. ad Rom. 5, 19.

**O B E D O**, ēdi, ēsum, ēre. [περιβῶ] Consumere, quasi circum edere. Hinc

**O B E S V S**, a, um. Adi. [περιουδασμένος] Gracilis et exilis, inquit Nonius 4, 345. Naeuius, Corpore, pectoreque vndique obeso, ac mente exensa tardigenulo senio oppressum. Sic laudat etiam Gell. 19, 7 et interpretatur exilem atque gracilentum. Sed

Obesus, [πῶν] inquit Festus, Pinguis: quasi ad edendum factus. Nonius c. l. Obesum pro vberi et crasso saepius ponitur. Virg. Georg. 3, 80. Argutumque caput, breuis aluus, obesaeque terga. Ob- seruat idem Gell. 19, 7. Plin. 11, 37. Idem minus solertes, quibus obesissimus venter. Aures obesae, i. Parum sagaces, Calpurn. Ecl. 4, 52. Canis obesus lacte Claud. in Eutrop. 1, 132. Corpus obesum leuant onere Plin. 24, 8. Fauces obesae, i. Clausae Virg. Georg. 3, 497. Seruius. Illuuias obesa Columel. 7, 10, 6. de

porcis, siue respectu ad pinguedinem. Sic Naris non obesae iuuenis Hor. Epod. 12, 3. i. Sagax, non habens obstam sordibus narum. Sed Turdus obesus Hor. Epist. 1, 15, 40. i. Pinguis.

**O B E S O**, āre. [πιπαθώ] Impinguare. Columel. 8, 7, 4. Nonnulli tribus aquae partibus vnam boni vini miscent, madefactoque triticeo pane obesant auem. De Gallinis. Legitur et Obescant.

**O B E S I T A S**, ātis. f. [πιβρύς] Ipse obesorum status et temperatura. Plin. 8, 32. In magna obesitate. Columel. 6, 24. Ne eas steriles reddat nimia corporis obesitas. De vaccis. Suet. Claud. c. 41. Obesitate cuiusdam defraetis subfelliis.

**O B E L V S**, i. m. [ὄβελος] Latine dicitur Veru, siue verucula. A cuius similitudine virgula quaedam expunctioni frequens veru dicitur: iacet autem sic —. Hac virgula vsi sunt ecclesiastici interpretes, quum significarent aliquid additum in vulgari translatione, quod in prototypis non haberetur. Vid. Hieron. Epist. 108 f. praef. in Paralip. extr. Isidor. 70 1, 20. Aufon. praef. Lud. 7 Sap. Pone obelos igitur spuriorum stigmata vatum. Vid. quos laudat Burm. ad Quintil. 1, 4.

**O B E L I S C V S**, i. m. [ὄβελισκος] Dimin. nomine magis, quam re: quum res magnae obelisci dicantur. Est autem moles ex vno lapide ingens, figura metae cuiusdam, sensim a proceritate in excelsum confur- gens, paulum gracilescens, specie quadrata, in verticem producta angu- lum, manu laeuigata artificis, quod genus obelisci multi Romae fuisse referuntur: Solis numini sacrati. Plin. 36, 8. Trabes ex pyrropoe- cilo fecere reges quodam certamine, obeliscos vocantes, Solis numini sacros. add. ib. c. 9. 10. 11. Idem 16, 40. Obeliscum in Vaticano

circo statutum. Conf. Tacit. Ann. 2, 60, 3. et Ammian. Marcel. 17, 7. Isid. Orig. 18, 31. Obeliscus Criticum quoddam signum, a figura iacentis paruuli veru dictum, vid. O B E L V S. August. Epist. 20, c. 2.

**O B E L I S C O L Y C H N I V M**, i. n. [ὄβελισκολύχνιον] Instrumentum fabrilis ex Veru et Lucerna compositum. Aristot. de Partib. animal. 4 tractans de linguis insectorum, quae pluribus funguntur officiis: Vbi enim, inquit, licet duobus vti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura facere solet, quale per inopiam ars excusoria obeliscolychnium ex veru lucernaque componit. Attamen si id fieri non potest, eodem ad plu- ra opera abutitur. Hoc verbum reslituit apud Quintil. 8, 6, 33. Turnebus, quo loco legitur, In Graecis obelisco coludumo, pro eo, Obeliscolych- nio emendans.

**O B E L I X V S**, a, um. Oua obelixa Apic. 7, 17. al. elixa.

**O B E O**, iui vel ii, itum, ire. [ἐφοδεῶ] Adire significat, item contraire, praeterire: significat et Exsequi siue peragere: vt ex subie- ctis exemplis clarum fiet. Obuunt tres noctes Plaut. Truc. 1, 1, 11.

i. Praetereunt. Obuunt noctesque diesque, Astraque Stat. Silu. 2, 1, 210. Est et obuam ire. Fortissima quaeque Nomina obit ferro Sil. 17, 492, i. fortissimos inuadit. Obire, [περῶν] Peragere. Cic. 100

Att. 8, 12 (16). Nec vero haec extrema quisquam potest iure reprehendere, quod mare non transierim: id enim etsi erat deliberationis, tamen obire non potui. Circumire, circumdare f. tegere est in illo Virg. Aen. 8, 553. Equum Ducunt exortem Aeneae, quem fulua leonis Pellis obit totum, praefulgens vnguibus aureis. Obire, [τελευ- 105

- τῶν] *Mori, nempe intelligitur nomen Mortem. De quo paullo post n. 2: vel ponitur ea ratione, ut sidera obire dicuntur (de quo isidem n. 2) vel occidere. Plaut. Epid. 3, 4, 76 Malo cruciatu ut pereas, atque obeas cito. Plin. 11, 37 Obire morbo. Decurso lumine vitae*  
 5 obiit Lucret. 3, 1055. ¶ 2 *Nomina, quibus iungitur, ordine elementorum. Cic. Fam. 10, 25 Multi clarissimi viri quum Reip. darent operam, Annum petitionis suae non obierunt. i. Non venerunt ad annum. Liu. 4, 7 Quia duo Consules obire tot simul*  
 10 *Bella nequirent. i. Onus tot bellorum suscipere, et eis sufficere. Cic. Att. 9, 1 Quas enim eos Coenas et facere et obire scripsit ad me Sextus, quam lautas, quam tempestivas? Idem Ibid. 16, 8 Cogitat reliquas Colonias obire. Idem Ibid. 1, 4 Venias ad id tempus, quod scribis, obieris Q. fratris Comitias. i. Adieris, atque illis adfueris. Q. Cic. de Petit. Consul. 27 Homines saepe quum obeunt plures Com-*  
 15 *petitores, et vident vnum esse aliquem, qui haec officia maxime animaduertat, ei se dedunt, deferunt caeteros, minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores euadunt. Cic. de Amic. 7, c. 2 Qui diligentissime semper illum diem et illud munus solitus esses obire: i. Adire, et adesse eo die. Et Plin. Epist. 8, 8. Suet. Iul. c. 9*  
 20 *Tanufius adiicit, Crassum poenitentia vel metu diem caedi destinatum non obiisse. Diem auctionis obire Cic. Att. 13, 14. Diem obire, Mori. Ser. Sulpicius ad Cic. Fam. 4, 12 Paulo ante lucem Marcel- lum diem suum obiisse. Sic Diem obire supremum Plin. 14, 4. Nep. 7, 10, 6. Diem obit Suet. Vesp. c. 1. Conf. Nepos 10, 10, 4. et 1, 7, 6.*  
 25 *Domos amicorum Cic. pro Cael. 18 c. 7. Hereditatem obire, vid. HEREDITAS. In silentium obire Senec. Epist. 21. Iudicia priuata magnarum rerum obire Cic. de Orat. 1, 173. Legationes obire, i. Suscipere Idem de Lege Agr. 7, 8. et Acad. 4 c. 2. Legatus obiit Aegyptum: pro Legatione functus est in Aegyptum Cic. Somn.*  
 30 *Scip. 3. Letum obire Lucret. 5, 1419. Cic. pro Milon. 27 Quam, nisi obire facinoris Locum tempusque voluisset, nunquam reliquisset. Et cum Praepos. Cic. Arat. 474 Obit infera Perseus in Loca. Mortem obire, Mori. Festus, Mortem obiisse ea consuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, et ob Troiam duxit*  
 35 *exercitum: pro ad. Ter. Phorm. 5, 9, 30 Ea Mortem obiit, e medio abiit. Cic. pro Milon. 66 Primum illud vulnus acceperit, quo teterrimam Mortem obiret. Add. Ter. Andr. 1, 3, 18 ibique Donat. Morte obire Sueton. Aug. c. 4 pr. Munus Consulis obire, Fungi officio Consulis Plin. in Paneg. c. 59. Liu. 2, 8 Non sufficientibus*  
 40 *iam viribus ad Consularia munera obeunda. Et 3, 6 Munus vigilari- um Senatores, qui per aetatem ac valetudinem poterant, per se ipsi obibant. Munus obire Cic. de Amicit. 7 c. 2. Liu. Haud graua- te munus obibant. Munia regis Liu. 1, 41. Negotium Cic. pro*  
 45 *Lege Manil. 53. Oculis obire, Circumspicere. Plin. Epist. 3, 7 extr. Nam ferunt Xerxem, quum immensum exercitum oculis obisset, illacrimasse. Idem Ibid. 3, 1 Nam ille quoque, quoad honestum fuit, obiit Officia, gessit magistratus, prouincias rexit. Officia liberali- ter et dextre obire Liu. 1, 34. Opus rusticum Columel. 12, 3. Buxoque simillimus Ora pallor obit Ouid. Met. 11, 417. Conf. Heins. ad*  
 50 *Met. 1, 552. Cic. Verr. 2, 125 Nolite expectare dum omnes obeam Oratione inea ciuitates: hoc vno complector crimine omnia. Peri- cula ac labores Liu. 1, 54. Praelia obire, Praeliari Lucret. 4, 964. Cic. Verr. 5, 71 Nam aetate summa, quo tempore caeteri Praetores obire Prouinciam, et concurrere consueuerunt. Ibid. 79 Quum ve- ro aetas summa esse iam coeperat, quod tempus omnes Siciliae semper*  
 55 *Praetores in itineribus consumere consueuerunt: propterea quod tum putant obeundam esse maxime Prouinciam, quum in areis frumenta sunt. Conf. Patere. 2, 74, 1. Regionibus pedibus Cic. de Fin. 5, 87 c. 29. i. peragrarere. Cic. pro Lege Manil. 53 Quum ita clausa erant*  
 60 *nobis omnia maria, ut neque priuatam Rem maritimam, neque pub- licam iam obire possemus. Res suas Idem pro Arch. 13. Liu. 1, 20 Quanquam ipse plurima Sacra obibat. i. Plurimis sacris interesse solebat. Sidera obire dicuntur, quum Occidunt Plin. 2, 26. Conf. Stat. Silu. 2, 1, 210. Obeunt noctesque diesque, Astraque. Prudent.*  
 65 *Cathem. 12, 15. Vadimonium obire, est Ad diem se sistere, et va- dem liberare. Cic. pro Quint. 53 Vadimonium mihi non obiit qui- dam socius et affinis meus. Et paullo ante, Qua tibi Vadimonium non fit obitum, eadem te hora, etc. Budaeus. Cum Praepositione Ad lau- datur. Plin. Epist. 8, 12, 3 An si litibus tererer, obstrictum esse me*  
 70 *crederem obeunti ad mea Vadimonia? Sed Curtius et Gesnerus ex MSS. ad omittunt. Vigiliis obire Plin. 14, 22. Visu crebro obiit omnia Sil. 3, 160. Terras obire, Circuire Virg. Aen. 6, 58. Cic. Verr. Act. 1, 6 Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii. Multum telluris obiuit Virg. Aen. 6, 802. Vrbes obire Curtius 4, 5, 13.*  
 75 *Obiri, Passu. Plin. 13, 4 f. 7 Palmam breuem ramis obiri umbra foliorum putant. Vetus exemplar habet, Breuique ramorum orbe foliosum, et sic dedit Harduinus. Campus obitur aqua Ouid. Fast. 1, 464.*  
 OBIENS, euntis. Partic. [μετῶν] Cic. in Somn. Scip. 16 Quis  
 80 in reliquis orientis aut obeuntis solis vltimis aut Aquilonis, Austruie partibus tuum nomen audiet? Virg. Aen. 6, 58 Magnas obeuntia terras Tot maria, etc. Plin. Epist. 8, 12 Obstrictus obeunti ad vadimonia. vid. supra.  
 OBEVNDVS, a, um. Aliud Partic. [μετινάς] Hör. Serm. 1, 85 6, 120 Non sollicitus mihi quod cras Surgendum sit mane, obeun- dus Marsia, etc. Bella plane accinctis obeunda Tacit. Ann. 3, 34.  
 OBIVS, a, um. Similiter Partic. [μεταλλομένος] Cic. pro Sext. 83 c. 38 Nec vero illorum quisquam, quos a maioribus nostris morte obita positos in illo loco, atque in Rostris collocatos videtis, etc.  
 90 Quorum morte obita tellus amplectitur ossa Lucret. 4, 735. Idem 1, 135. et Virg. Aen. 10, 641. et Gell. 15, 20. Vid. statim OBII.  
 OBII, orum. m. Pl. Mortui. Apul. de Mundo p. 74 Elmenh. Geniis ministratur, obiis libatio profunditur. Sic optimi MSS. Al. Obitis.  
 95 OBIVS, ūs. m. [ταλωτή] Mors, Interitus. Cic. Fam. 4, 5 Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliae filiae tuae, sane quam pro eo ac debui, grauiter molesteque tuli. Difficiles obitus Virg. Aen. 4, 694. Mitis obitus Tacit. Ann. 3, 19. Ante obi- tum nemo dici debet beatus Ouid. Met. 3, 137. Interitus atque obi- tus omnium rerum conficit natura Cic. de Diuin. 2, 37 c. 16. Dare obitus Valer. Argon. 6, 515. Obitum lamentari Lucret. 3, 965.  
 ¶ 2 Obitus, [δύσις] Occasus. Cic. de Orat. 1, 69 In Astrologia caeli conuersio, ortus, obitus, motusque siderum. Obitus et occa- sus Idem in Pison. 34. Siderum ortus, obitus, motusque Idem  
 105 de Diuinat. 1 c. 56. Stellarum ortus atque obitus Catul. de Coma Beren.



na, seu tota proprii candoris experts, alienae lucis indiga, denso corpore, sed leui, ceu quodam speculo radios solis obstiti vel aduersi vsurpat. Sic nempe constitutus est locus, varie mendosus in Elmendorstiana, sed emendatus in ill. Floridi p. 466. Mox Apul. v. 21 pro situ et flexu et obstito (i. obliquitate) circularum. ¶ 2 Sed 105

*etiam aliud Festus, Obstitum, inquit, Cloatius et Aelius Stilo aiunt esse violatum, attactumque de caelo. Cincius eum, qui Deo deaque obstitit, id est, qui viderit, quod videre nefas esset. Huc pertinet Cic. de Legg. 2, 21 c. 9 de auguribus, iidemque fulgura atque obstita pianto. Vid. Bidental et Sauro ad Apollin. Sidon. Carm. 9, 189.*

**OBSITVS, vid. OBSERO.**

**OBSOLEO, vel OBSOLESCO, ui et eui, etum, ere.** [*ἀπαρχαίωμαι*] *Ex Ob, id est contra, et Oleo, interposita litera s: est Deficere, inueterascere, defuescere. Nempe olere, adolere est crescere: obfolere est quasi supercrescere, ut fit in hortis et agris incultis, in plateis adeo vrbium constratis, quae cessante cultu hominum gramine, et sponte nascentibus, obducuntur. Ita obsolescunt, quibus inductam velut corium pristinam formam adimit.* Cic. pro Lege Manil. 52 c. 17 Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis quam verbis refutata. Idem Philipp.

2, 105 c. 41 In homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia. Obsolescere interiecto spatio Senec. de Benef. 3, 1. Propter vetustatem obsoleuerunt res Cic. de Inu. 1 c. 26. *Add. Idem Acad. 1, 11 c. 3. Cito, Gloria obsolescit in sordidis hostibus Curt. 9, 6, 14. Laus alicuius obsolescit Tacit. Ann. 4, 26. Cic. pro Quint. 59 Antiquam officii rationem dilexit, cuius Splendor omnis his moribus obsoleuit. Idem pro Sext. 60 c. 28 Splendetque per se semper, neque alienis vquam sordibus obsolescit. Idem de Lege Agrar. 1, 21 Non dico solum hoc in Republica Vestigial esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat. Idem pro Cael. 40 Chartae quoque, quae illam pristinam seueritatem continebant, obsoleuerunt. De Praeterito, vid. Priscian. 9 p. 872.*

**OBSOLEFACIO, ere.** Arnob. 5 p. 161 Ac ne illam vis temporis, et vetustatis obsolesceret longitudo, perpetuitatis honore intactis.

**OBSOLEFIO, factus sum, fieri.** Suet. Aug. c. 89 Admonebat, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolescere, *i. vilescere, si quotidie in illis certaminibus, quibus committerentur rhetores et Poetae, audiretur.* Senec. Epist. 29 Diluitur auctoritas, nec habet apud eos satis ponderis, quos possit minus obsolefacta corrigere. *Idem.* Id. Ep. 90 *extr. In alio autem significato apud Val. Max. 3, 5, 1 Idem Praeturae petitor candidam togam adeo turpitudinis maculis obsolefactam in campum detulit. i. Inquinatam.*

**OBSOLETO, are.** Idem. Tertull. aduers. Gnost. c. 6 Qui vestitum obsoletaissent nuptialem. *Add. Id. Apol. c. 15.*

**OBSOLETATVS fordibus Zeno Veron. Serm. de Iob.**

**OBSOLETVS, a, um. Part.** [*ἀπαρχαίωσις*]. *Inueteratum significat, et quod ab usu recessit: Cic. pro Quint. 56 Audacem? cupidum? perfidiosum? vulgaria et obsoleta sunt; res autem noua et inaudita. Nimis antiqua haec et iam obsoleta sunt Idem Verr. 1, 56. Amiculum obsoletum Curt. 6, 9, 25. Color Columel. 2, 11. Dextera obsoleta sanguine, i. Maculata Senec. Agamemn. 977. Honores Nep. 1, 6, 2. Opp. raris et gloriosis. Mulier obsoleta sordibus paternis Hor. Epod. 17, 46. Oratio paullo obsoletior Cic. de Orat. 3, 30 c. 9. Spolia vilia et obsoleta Curt. 9 pr. Cic. pro Font. 32*

50 *Quid nunc vobis faciendum est, Studiis militaribus apud iuuentutem obsoletis, etc. Tecti obsoleti sordes Hor. Carm. 2, 10, 6. Vestis obsoleta, Detrita et sordida. Liu. 27, 34 Sed erat Veste obsoleta, capilloque et barba promissa. Cic. de Lege Agrar. 2, 12 c. 5 Iam designatus, alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur, Vestitu obsoletiore, corpore inculto, etc. Vestitus humilis atque obsoletus Nep. 17, 8, 2. Cic. Att. 1, 19 Non dicam quod tibi (vt opinor) Panormi Lucullus de suis historiis dixerat, se, quo facilius eas probaret, Romani hominis esse: idcirco barbara quaedam et obsoleta dispersisse. Ex vetusto codice legitur, ἀλοικα dispersisse. Obsoletissimus Vestitu Apul. Flor. 4 p. 262. Verba abiecta et obsoleta fugiat orator Cic. de Orat. 3, 148 c. 37. Vetustas Quinct. 4 c. 1.*

**OBSOLETE, Adu.** [*ἀπαρχαίωσις*] Cic. Verr. 1, 152 c. 58 Saltem vt eum, cuius opera ipse multos annos est in sordibus, paullo tamen obsoletius vestitum videret.

**OBSOLIDATVS, a, um. Adi.** Tectorio inducto rigideque obsoolidato Vitr. 2, 3.

**OBSONATOR, OBSONIVM, OBSONO, vid. OPSONIVM.**

**OBSONVS, a, um. Adi.** [*δυσνηχία*] *Laudatur, nescio unde Varro, Humili et obsona et tremula voce. Fortasse legebatur Absona.*

**OBSONO, are.** Sermone alicui obsonare; *i. Obloqui Plaut. Pseud. 1, 2, 74.*

**OBSOPPIO, ire.** Scribon. Largus 180 A somni tempore prohibere ne obsopiantur. Somno obsopitus Solin. c. 18 et 33. Odoris nouitate obsopitus Plin. 9, 8. *Hard. legit et sopitus.*

**OBORBEO, bui et psi, ptum, ere.** [*καταρροφώ*] *Totum sorbere. Plaut. Curc. 2, 3, 34 Vin' aquam? c. si frustulenta est, da obsecro, hercle obsobeam. Add. Id. Truc. 2, 3 extr. Lactant. de Mort. Persecut. 21, 6.*

**OBORDEO, f. OBSORDESCO, ere.** [*καταρροφώ*] *Obsolescere, inquit Nonius 2, 604. Caecilius Obsorduit iam haec in me aerumna miseria. Ne coma fusa humeris fumo obsordefcat amaro Prudent. Apoth. v. 146.*

**OBSTACVLVM, vid. OBSTO.**

**OBSTERNNO, strāui, stratum, ere.** Apul. Apol. p. 335 Vxorem fratris misero puero obiicit et obsternit, *quae meretricis blanditiis imperitum sollicitaret ad matrimonium.*

**OBSTETRIX, icis. f.** [*μαϊούρις*] *ab Obstando, vel Obfistendo dum parturientibus opem fert. Donatus, Quae opem tulerit parturienti, Obstetrix dicitur: vnde et parturientes, Fer opem clamant. Ter. Andr. 1, 5, 65 Obstetricem accerso. Obstetrix lauit pannos cruore rubros Hor. Epod. 17, 51. Adde Plaut. Capt. 3, 4, 96.*

**OBSTETRICIVS, a, um. Adi.** Arnob. 3 p. 106 Manus obstetricias quaerere. *Neutrum absolute pro Officio obstetricis. Plin. 35, 11 Ioue Liberum parturiente depicto mitrato, et muliebriter ingemiscente inter obstetricia Dearum.*

**OBSTETRICO, are.** [*μαϊούρις*] *Parturientem adiuvio, siue obstetricis officium ago. Vulg. Interp. Exod. c. 1, 16 Quando obstetricabitis Hebraeas.*

**OBSTINEO, ere.** *Pro ostendo, obsoletum. Festus, Obstinere dicebant antiqui, quod nunc ostendit: vt in veteribus carminibus, Sed iam de (sic leg. pro se) caelo candens aurora obstinet suum patrem. Obstenit magis placet Dacerio.*

**OBSTINO, are.** *Obfirmare. Obfirmato et perseueranti animo expetere Plaut. Aulul. 2, 2 extr. Credo ego iam illum inaudisse mihi esse*

esse thesaurum domi, id inhiat, ea affinitatem hanc obstinavit gratia. Obstinauerant animis vincere, aut mori Liu. 23, 29.

**OBSTINĀTVS**, a, um. Partic. dicitur Obfirmatus, perseuerans, vt tenere possit, *inquit Festus.* Liu. 3, 47 Aduersus quae omnia obstinato animo Appius (tanta vis amentiae verius, quam amoris mentem turbauerat) in tribunal ascendit. Animi obstinati ad decertandum Liu. 6, 3. Aures obstinatae Hor. Carm. 3, 11, 7. Consilium obstinatum tenet necis Senec. Hippol. f. 7. Fides Tacit. Hist. 5, 5. Mente obstinata perferre aliquid Catullus 8, 11. Pudicitia Liu. 1, 58. Cic. Att. 1, 11 Incredibile est, quanto mihi videatur illius Voluntas obstinator, et in hac iracundia affirmator. Obstinator aduersus lacrimas Liu. 2, 40. Rex obstinatissimus Ammian. 17, 14. Virtus pro regno suo obstinatissima Sen. Epist. 71. Obstinatus, cum *Infiniituo* Liu. 42, 56 ad f. Quum ex insperato iam obstinatis mori spes affulget.

**OBSTINĀTIO**, ōnis. f. [*ἀσθένεια, μωρολογία*] Cic. de Prouinc. Consul. 41 c. 17 Quae ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiae repudiani. Inflexibilis obstinatio, *vid. INFLECTO.* Taciturna Cornel. Nepos in vita Attic. 25, 2, 2. Conf. Plin. Epist. 1, 12. Obstinatio viris, feminisque par Tacit. Hist. 5, 13. *De Iudaeis.* Obstinatio fidei, *in bonam partem, pro Obfirmatione* Tacit. Hist. 3, 39, 3. Obstinationes Tertull. aduersi Nation. 1, 17.

**OBSTINĀTE**. Adu. [*ἀσθύνω*] Firmiter, Instanter. Ter. Andr. 1, 5, 8 Itane obstinate operam dat, vt me a Glycerio miserum abstrahat? *Voi* Donatus, Obstinate facere aliquid, est in alterius malum cum conatu facere perseueranter, et in alterius perniciem nimis niti. Caes. Bell. Gall. 5, 6 Posteaquam id obstinate sibi negari vidit, omni spe impetrandi adempta, etc. Liu. 28, 14 Scipio vbi obstinate credita animaduertit, omnia de industria in eum diem, quo pugnaturus erat, mutauit. Tam obstinate magis ac magis induruisse Plin. Epist. 1, 12. *De Corellio loquitur, qui inedia mortem accersebat.* Compar. Obstinatius omnia agere Suet. Caes. c. 29. Superl. Obstinatissime recusare Idem Tiber. c. 67. *In meliorem partem sumitur a* Suet. in Tito c. 8 In caeteris desideriis omnium hominum obstinatissime tenuit, ne quem sine spe dimitteret.

**OBSTĪPO**, āre. *Si sit Latinum, significabit obstipum facere, inclinare cum rigore quodam. Laudatur in hanc sententiam* Plaut. Merc. 4, 5, 16 Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obstipat verticem, *i. caput in latus demittit. Sed non videntur ista Plauti.* In Cistell. 2, 3, 37 est Obstipare. v. v.

**OBSTĪPVS**, a, um. Adi. [*ἀκαμπτος, κτήρυπτος*] Inclinator, vel flexus versus humerum, siue dextrorsum, siue sinistrorsum. Hor. Serm. 2, 5, 92 Stes capite obstipo, multum similis metuenti. Cic. de Nat. Deor. 2, 107 Atque vno mentum radiantem sidere lucet, Obstipum caput, et tereti ceruice reflexum. Ex Arato. Suet. de Tiber. c. 68 Incedebat ceruice rigida et obstipa, adducto fere vultu. Obstipa, *Obliqua, curuata, et inflexa vocat* Lucret. 4, 519 Omnia mendose fieri, atque obstipa necessum est. Al. Obstita.

**OBSTITVS, OBSTITVTVM**, *vid. OBSISTO.*

**OBSTO**, stiti, stitum, āre. [*ἀνίστημι, ἐπιπαύω, ἰπέχω*] Contra stare. Curtius, Obstant oppido gemini colles. *Non habet Index* Freinsh. Pars aetheris illa sereni Tota vacet, nullaeque obstant a Caesare nubes Lucan. 1, 58. Turba mihi obstitit in media via Ouid. Fast. 4, 906. *i. Occurrens, seu obuia mihi fuit.* Legitimis obstare Quint. 2, 4, 35. Contra pugnare et obstare Lucret. 2, 793. Inuicem, *vid. INVICEM.* Obstare, *Resistere, aduersari, impedire.* Ter. Hec. 4, 2, 11 Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decreui patre, ne mea praesentia obstet. Idem Andr. 1, 1, 76 Quid obstat, Cur non vere fiant? Cic. Verr. 5, 5 c. 2 Obstitisti videlicet, Ne ex Italia transire in Siciliam fugitiuorum copiae possent. Obstat verecundia, Quo minus Plin. Paneg. c. 91. Cic. Acad. 4, 19 Est maxima in sensibus veritas, si sani sunt ac valentes, et omnia remouentur, quae obstant et impediunt. Idem pro Rosc. Amer. 6 Quoniamque ei pecuniae vita Sext. Roscii obstare atque officere videatur, deleatis ex animo suo suspicionem omnem, metumque tollatis. Paululum Negotii mihi obstat Ter. Heaut. 3, 1, 92. Portenta deum obstant Virg. Aen. 7, 58. Dolor obstat artibus Ouid. Epist. 15, 195. Obstant Exercitus hostium duo Sallust. Catil. c. 58. Pietas obstitit crudelibus ausis Ouid. Epist. 14, 49. Commodis alicuius officio simulato officere et obstare Cic. pro Rosc. Amer. 112 c. 38. Conatibus alicuius Ouid. de Rem. Amor. 683. Ictibus Stat. Theb. 6, 792. Incoeptis iuuenilibus obstitit aequor Ouid. Ep. 18, 35. Mora obstat tardis noctibus Virg. Georg. 2, 482. Precibus nunquam implacabilis obstas Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 19. Sic Stat. Theb. 12, 139 Putresque arcanis roribus artus Ambrosiaeque rigat succis, vt longius obstant, Exspectentque rogos. *In his obstare est durare.* Cic. de N. D. 1, 99 c. 35 Nisi forte ne hoc quidem attendis, non modo in homine, sed etiam in arbore, quidquid superuacaneum sit, aut vsum non habeat, obstare. Quam molestum est vno digito plus habere? etc. Transitu obstant Scribon. . . Venientibus obstitit totus aether Lucan. 7, 153. Senec. de Benefic. . . Quia in laudem vetustorum inuidia non obstat. Obstat. [*ἀνίσταται*] Imperf. Cic. Philipp. 13, 14 Neque enim quod quisque potest, id ei licet: nec, si non obstat, propterea etiam permittitur.

**OBSTANS**, antis. Partic. [*ἀνίσταται*] Claustra obstantia Hor. Epist. 1, 14, 9. Per tot naturae obstantes Difficultates Curt. 9, 2, 10. Obstantia siluarum amoliri Tac. 1, 50, 4. Remos obstantes obuertere Ouid. Met. 3, 676. Moras obstantes pellere Idem Amor. 1, 11, 8.

**OBSTANTIA**, ae. f. *Impedimentum, Rerum obstantium complexus, vt circumstantium, circumstantia.* Vitruu. 6, 1 Propter obstantiam aëris. Umbrarum Id. 8, 1. Calculus liberatus ab obstantia Idem 10, 14 *sub fin.*

**OBSTATVRVS**, a, um. Partic. [*ἀνίσταται*] Quintilian. 2, 11 *pr.* Video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi. *Add. Burm. ad h. l. et Stat. Theb. 7, 247.*

**OBSTACVLVM**, i. n. [*κωλύμα*] *Impedimentum.* Plautus Pseud. 1, 5, 10 Quom commeatum volui argentarium proficisci, ibi nunc oppido opposita obstacula. Al. Obsepta est via. Quis crederet, tantis successibus tuis vllum obstaculum fore, quo minus Nazar. Paneg. Constantino dicti c. 7. Rumpere obstacula Prudent. Hamart. v. 599.

**OBSTRAGVLVM**, i. n. [*ἐπιπέλασμα*] *Operimentum, stragulum superius.* Plin. 9, 35 f. 56 *de vnionibus,* Quin et pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis focculis addunt. *i. Non solum operimentis et superioribus partibus focculorum, quas Planulas Itali vocant, addunt margaritas, sed etiam totis focculis.* Sic Harduin. ad loc. 105

*Conf. Id. ad Plin. 9, 18 f. 33. Sed illis etiam lectis et perpensis, propendet animus ad Salmasianam coniecturam obstrigillis, v. v.*

OBSTRANGVLATVS, a, um. Obstrangulata mens Prudent. Cathem. 7, 10.

5 OBSTREPO, ui, itum, ěre. [*κατασφῆσω*] *Contra aliquem strepitum facere.* Sallust. Catil. c. 31 Ad haec maledicta, alia quum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare. Cic. de Orat. 3, 47 Atque ut quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur, *i. efficere, ut intelligi non possint.* Portis obstrepere Liu. 22;

10 50. Vociferari et obstrepere Idem 1, 40. Turba obstreperit Tibull. 2, 1, 86. Exercitus obstreperit pulsus armis Stat. Theb. 11, 247. Laudi alicuius obstrepere, *i. Contrarium esse, interrompere, impedire* Senec. Herc. fur. 1031. Cic. Fam. 5, 4 Quae res fecit, ut tibi Literis obstrepere non auderem. Fontes obstrepunt Lymphis manantibus

15 Hor. Epod. 2, 27. *Passive.* Cic. pro Marcell. 9 c. 2 Sed tamen eiusmodi res, nescio quomodo, etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur, et tubarum sono. *Conf. Val. Max. 8, 15, 8.* Obstrepitur. *Imperf. [*κατασφῆται*]* Liu. 3, 49 Eos concio audit, Decemuiro obstrepitur. Ouid. Fast. 6, 10 Est nemus arboribus densum, secretus ab omni Voce locus, si non obstreperetur aquis.

OBSTREPENS, entis. Partic. [*κατασφῆων*] Mare obstreperis Baiis Hor. Carm. 2, 18, 20. Obstrepente pluuia nihil sensere Poeni Liu. 21, 56.

25 OBSTREPITO, ěre. Frequent. Claud. de Rapt. Proserp. 355 Obstrepitant lamenta choris.

OBSTREPITACVLVM, i. n. *Quidquid strepitum opponit.* Tertull. aduers. Marc. 1, 20 Defensio necessaria est aduersus obstrepi. tacula diuersae partis.

30 OBSTREPĒRVS, a, um. Adi. Apul. Flor. 2 p. 349 Occinunt cicadae carmine obstrepero.

OBSTRIGILLATOR, *vid. post OBSTRIGILLO.*

OBSTRIGILLO, *vel ut legitur apud Non. 2, 605 OBSTRINGILLO, ěre, ab illo exponitur Obstare. Laudat Varr. de Popul. Rom. 4*

35 Quod Curio, quum id fecisset, dicebat amicis, ut illi renunciaretur se obstrigillaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret Consul. Ennius Sat. 2 Resistant, occurrunt, obstant, obstringillant, obagitant. Varro Manio, Lex neque innocentiam propter similitudinem obstringillat, neque nocentiam propter amicitiam ignoscit.

40 Varro de R. R. 1, (2, 24) Tu, inquit, inuides tanto scriptori, et obstrigillandi causa figlinas reprehendis, quum praeclara quaedam, ne laudes, praetermittas. Haec Nonius, Multa obstrigillant, et aciem nostram aut splendorem nimio reperiunt, aut obscuro retinent: *i. (ut Lipsius interpretatur) Obstant, v. l. se opponunt* Senec. Epist. 115.

45 Nempe strigare stare est. Hinc obstrigillare quasi diminuto verbo subinde, et multis in rebus obstare. *Vid. Salmas. ad Solin. p. 40 sq. it. p. 821. Aliam etymologiam vid. in Obstrigillator. Conf. OBSIGILLO.*

OBSTRIGILLVM, i. n. *Corrigia s. lorum crepidarum vel calcei, quo pedi obstringitur.* Plin. 9, 35 Quin et pedibus nec crepidarum tantum obstrigillis, sed totis focculis addunt. *Sic emendat Salmas. pro Obstragulis. v. v.*

OBSTRIGILLVS, a, um. Adi. Calcei obstrigilli Isid. Orig. 19, 34 sunt, qui per plantas consuti sunt, et ex superiori parte corrigia trahitur, ut constringantur.

55 OBSTRIGILLĀTOR, ōris. m. *Reprehenfor. Duclum a strigilibus, quibus quum vehementius stringimur, etiam plerumque laedimur.* Varro apud Non. 8, 73 Aemulum illius artis atque obstrigillatorem.

OBSTRINGO, inxi, ictum, ěre. [*κατασφῆσω*] *circumligare, et constringere.* Plauti Curc. 5, 3, 29 Nihil agit, collum obstringe homini. *Laudatur Liu. 3, 8 Alii super alios cadentes obstricti moriebantur. Sed recte al. Obstinati.* ¶ 2 *Plerumque Metaphorice ad animam et necessitatem atque officium refertur.* Cic. pro Domo 118

60 c. 45 Qui etiam tibi erat magis obstrictus Beneficio recenti, quum, etc. *Aud. Caes. B. G. 1, 9.* Idem Fam. 13, 19 Teque ita existimare volo, quibuscumque Officiis in Epiroticis reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. In perpetuum sibi aliquem

Idem pro Cluent. 202. Aere alieno amicos suos Idem Fam. 11, 10. Beneficiis, donis, spe Cic. Off. 2, 66 Et pro Cluent. 90 Quae primum ut illum confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo, donis muliebribus, collocatione filiae, spe haereditatis obstrinxit. Plin. Epist.

70 4, 13 ad finem, Sub ea tamen conditione, ne cui Fidem meam obstringam. Fideicommissio obstringi African. in l. Si feruus legatus. §. Qui margarita. D. de legat. primo. Gell. 11 c. vlt. Qui alienum quid iacens lucri faciendi causa sustulit, Furti obstringitur, siue scit

75 cuius sit, siue nescit. *Quae verba etiam ita leguntur apud Vlpianum, l. Falsus. D. de Furtis.* Iureiurando aliquem Caes. Bell. Gall. 1, 31. Legibus obstringi Cic. de Inuent. 2, 132. Memoria beneficii sempiterna obstringi alicui Idem pro Planc. 2. Religione voti obstrictus Idem Att. 12, 42 (43). Religione obstringere Idem Philipp. 2, 83 c. 33.

80 Praedibus se Cic. Att. 7, 1. Voluptatibus Idem pro Cael. 47. Parricidio se obstringere, *pro Committente parricidium.* Cic. Offic. 3, 83 Potest (dii immortales) cuiquam esse vile foedissimum et teterrimum Parricidium patriae, quamuis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis civibus parens nominetur? *Add. Idem Phil. 1 c. 12.* Liu. 26,

85 48 Et obstringere Periuorio, non se solum suumque caput, sed signa militaria, et aquilas, sacramentique religionem. Cic. Offic. 3, 19 Num igitur se obstrinxit Scelere, si quis tyrannum occidit, quamuis familiarem? Obstringere se hereditati, *est eam occupare et sibi vindicare, eaque re etiam onera heredis suscipere.* Paullus in l. Si is

90 ad. D. de acquirenda vel omit. hered. Nam ut quis pro herede gerendo obstringat se hereditati, scire debet, qua ex causa hereditas ad eum pertineat. Obstringere aliquem debito, *Debitorem constituere* Senec. de Benef. 6, 12.

OBSTRACTVS, a, um. Partic. [*κατασφῆστος*] Limine testis obstrictus Ouid. in Ibin 615. Al. Obstrueto, quod probat Burm. Cic. pro Planc. 71 Excogitavi quamobrem viderer maximis beneficii vinculis obstrictus, quum liber essem et solutus. Addictum, deditum, obstrictum sibi ac liberis suis aliquem habere Cic. pro Cael. 80 c. vlt.

Obstrictus actione mandati, vel negotiorum gestorum African. in l. Quum mancipium. D. de Aedilit. edicto. Foedere vel pactione obstrictum teneri Cic. in Pison. 29. Obstrictus voluptatibus tenetur Idem pro Cael. 47 c. 19. Religione tanta obstricta tota prouincia est, tanta superstitio ex istius factio mentes omnium Sicularum occupavit: ut, etc. Cic. Verr. 4, 112. Quia nemo obstrictior est me de-

100 bitor huic Paullin. Nolani. Natal. Felic. 9, 145.



**OBSTRICTVS**, ūs. m. *Angustia*. Senec. Natur. Quaest. 5, 14 Per haec loca quum se exitum quaerens tempus torfit, accendat flammam ipso obstrictu necesse est.

**OBSTRVDO**, si, sum, ěre. [*ἀποκρύπτω*] *Occultare, ocludere. Comica lasciuia ad cibos, demittendos auide in gulam et ventrem, adbibetur. Vid. mox Obstrudulentus.* Plaut. Stich. 4, 2, 13 Quin tu stas? obstruero aliquid strenue. *Add. Id. Curc. 2, 3, 87. Parei Lex. Crit. p. 828. Festus obstrudant. Os obstrudite, ne plura iacetet improbus Prudent. Pass. Vincentii v. 95. Heins. leg. obtrudite. Intrinsicus silicibus magnis Obstrufae sunt portae Ammian. 31, 15. Obstrufus legitur etiam a nonnullis ap. Cic. de Cl. Orat. c. 74 ubi alii obtrufus. Conf. quoque Voss. Etymol. in Obscurum.* Plin. Paneg. 45 pr. Bonos autem otio aut situ obstrufos, et quasi sepultos, al. rectius abstrufos. In tenebris male obstrufa quaerere Sen. Q. N. 5, 15. Recessus obstrufi Claud. Conf. Honor. 4, 275. Terra obstrufa Ouid. Epist. 7, 147. Alii legunt Abstrufa. Sic et ap. Stat. Theb. 3, 658.

**OBSTRVDVLENTVS**, a, um. Adi. Festus, Obstrudant, obstrullent, ab auide trudendo gulam non sumendo (*vid. leg. in sumendo, vel consumendo*) cibum, vnde et obstrudulentum dixit Titiinius, Obstrudulenti aliquid (*quod obstrudi possit in ventrem, ut vesculentum quod edi potest*) quod peccam sedens etc.

**OBSTRVO**, xi, ctum, ěre. [*ἐμφράττω, συμφράττω, ἐμπλάττω*] *Ocludere, et quasi strue quadam alicui loco imposta obfistere, ne quid intret, exeat, transeat.* Cic. de Senect. 75 c. 20 Qui iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt. Plin. 11, 7 Omnes frigoris aut iniuriae aditus obstruuntur. Campos obstruere Lucan. 2, 495. Ouid. Met. 8, 117 Obstruximus orbem Terrarum nobis, vt Crete sola pateret. Portas Caes. B. C. 1, 27. Valuas aedis Nep. 4, 5, 2. Vndas obstruit molibus Lucan. 2, 662. Luminibus obstruere Cic. pro Domo 115 c. 44. Idem de Fato Stupidum esse Socratem dixit et bardum, quod iugula concaua non haberet, obstruētas eas partes et obturatas esse dicebat. Aures obstruere Senec. de Benef. 3, 17. Virg. Aen. 4, 440 de Aenea inexorabili. Fata obstant, placidasque viri Deus obstruit Aures. Fauces obstruere alicui Lucan. 5, 197. Fenestras meas obstruere Caius in l. Haec autem. D. de seruitut. Urban. Praed. Plin. 35, 10 Ialysum quum pingeret Protogenes, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent et sitim, ne Sensus nimia dulcedine obstrueret. Spiritus oris obstruitur reluctanti Virg. Georg. 4, 301.

**OBSTRVCTVS**, a, um. Partic. [*ἐμφρακτος*] Aditus obstruēsus, *vid. Aditus, in ADEO.* Amnes obstruēti stragibus Sil. 13, 743. Portae obstruētae Caduere Idem 11, 198. Cic. Acad. 4, 7 c. 3 Omnis Cognitio multis est obstruēta difficultatibus, eaque est et in ipsis rebus obscuritas.

**OBSTRVCTIO**, ōnis. f. [*ἐμφραξις*] Cic. pro Sext. 22 c. 9 Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed haec obstruētio nec diuturna est, nec obducta ita, vt curiosis oculis perspicere non possit.

**OBSTVPEO**, f. **OBSTVPESCO**, ui, ěre. [*ἐκπλήσσομαι*] *Idem quod Stupere incipio.* Ter. Adelph. 4, 4, 3 Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit. Sic obstupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim nonnunquam inter se adspiciebant, vt non iam ab aliis indicari, sed ipsi a se viderentur Cic. in Catil. 3, 13. Obstupui steteruntque comae et vox faucibus haesit Virg. Aen. 2, 774. Animi obstupere Idem ib. 2, 120. Adspētu primo obstupuit Idem ib. 1, 617. Obstupuit visu Aeneas Idem ib. 5, 90. Cic. pro Marcell. 29 c. 9 Obstupescunt posterii certe imperia, prouincias, Rhenum, etc. Pars obstupescit Scribon. 11. Adspētu alicuius Cic. de Diuin. 2, 50 c. 23.

**OBSTVPIDVVS**, a, um. Adi. [*ἐκπληκτος, ἀναισθητος*] Plaut. Mil. 4, 5, 39 Quid astitisti obstupida? cur non pultas? Gell. 5, 160 Consuluisse vniuersos, quasi attonitos, et obstupidos: *b. e. Propemodum stupidos factos prae metu.*

**OBSTVPEFACIO**, fēci, factum, ěre. [*ἐκπλήττω*] *Animo consternare, et stupidos sensus re idere.* Ter. Phorm. 2, 1, 54 (1, 5, 54) Postquam ad iudices ventum est, non potuit cogitata proloqui: ita cum tum timidum obstupescit pudor. Cic. in Catil. 2, 14 Non obstupescit ac perterritus. Ipso miraculo audaciae obstupescit hostes Liu. 2, 10. *Add. Id. 25, 38.*

**OBSTVPEFIO**, eri. Adeo commota, vt amissa mente obstupesceret Dict. Cret. 4, 21. Obstupescit est voluptatibus cor Trebell. Poll. in Gallienis c. 9.

**OBSTVPEFACTVS**, a, um. Part. Gallos, velut obstupescitos, miraculum victoriae tam repentinae tenuit Liu. 5, 39. Obstupescitis hominibus, ipsa admiratione compressus est Cic. pro Deiot. c. 12. Obstupescit nervus ac torpore hebetatis artubus Val. Max. 3, 8 extr. 6 de Alexandro M. flumen Cyanum ingressō.

**OBSTVPRATVS**, a, um. Adi. Appellatus a mimis quasi obstrupratus Lamprid. in Comm. c. 3.

**OBSTM**, es, sui, esse. [*ὀστέω*] *Nocere.* Plaut. Amphit. 3, 2, 12 Factum id Amphitruoni obstit. Cic. Acad. 4, 60 An in eo auctoritas nihil obest? Idem de Orat. 1, 22 c. 26 Fuit mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non modo non obestet eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Auctor ad Heren. 4, 34 Deinde subiicimus id, quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis Adiumento futurum sit, aut obfuturum e contrario. Gloria multis obstit Ouid. Met. 11, 320. Lingua obstit auctori Idem ex Ponto 4, 14, 40. Obfuturus, *vid. OBFVTVRVS.* Obescit pro oberis Fest.

**OBSTVO**, fui, sūtum, ěre. *Circum suere.* Ouid. Fast. 2, 578 In Feralium mentione, Quodque pice adstringit, quod acu traiecit athena, Obstitum maenae torret in igne caput. Lēctica obstita Suet. Tib. c. 64. Sporta auri obstita Idem de Cl. Rhet. c. 1.

**OBSTVRDESCO**, ui, ěre. [*κωφθίσσομαι*] *Surdum fieri.* Cic. in Soun. Scip. 13 c. 5 Hoc sonitu completae aures hominum obstruduerunt. Obstrudescere, *Nolle audire.* Idem de Amic. 90 Sed quum tot signis eadem natura declaret quid velit, ac anquirat quid desideret: obstrudescimus tamen nescio quomodo, nec ea, quae ab ea monentur, audimus. Si obstrudescat sapiens Augustin. C. D. 19, 4.

**OBSTVRDESCENS**, entis. Partic. Ammian. 19, 26. (Valef. f. 218.)

**OBTEGO**, xi, ctum, ěre. [*καταστέλλω*] *Tegere, et cum diligentia operire.* Cato c. 10 Insuper lingua bubula obtegitō, si pluat. Cic. pro Sext. 76 Pulsus e Rostris in comitio iacuit, seque seruorum

et libertorum corporibus obtexit. Vetustas obtegatur densa caligine Sil. 8, 45. Errata, vel turpitudinem adolescentiae obtegere Plaut. Trin. 3, 2, 23. Cic. in Vatin. 11 Habet hoc praemium tua indignitas, ut adolescentiae turpitudine obscuritate et fordibus tuis obtegatur. Nares obtegantur per pinnam Scribon. 48. Dissimulare et obtegere, pro Celare. Cic. Att. 1, 17 Quicum ego conloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, obtegam. Obtegens sui Tacit. Ann. 4, 1. Tenebroso carceris recessu obtectus Claud. de Rapt. Prof. 3, 82. Vitia multis virtutibus obtecta Cic. pro Cacl. c. 18. Domus obtecta arboribus Virg. Aen. 2, 300.

**OBTEMPERO**, ãre. [*προσχω, ὑπακούω*] *Morem gerere.* Cic. . . Sic mihi semper obtemperavit, tanquam filius patri. Nec gnatus neque hic mihi quidquam obtemperant Ter. Hec. 3, 5, 62. Tibi eos scio certo obtemperaturos Ter. Adolph. 4, 5, 70. Cic. pro Caecin. 52 Denique Imperium domesticum nullum erit, si servulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediant: non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. Imperio alicuius Caes. Bell. Gall. 4, 21. Iussis magistri Ouid. Trist. 4, 6, 7. Al. Monitis. Legibus patriae Nep. 20, 1, 3. Cupiditati alterius Cic. pro Quint. 7. Rationi obtemperare Varr. de L. L. 8 pr. Vitio Val. Max. 9, 5, 7. Sibi obtemperare, et decretis suis parere Cic. Tusc. 2, 12. Te audi, tibi obtempera Idem Fam. 2, 6 (7) Ut eius semper Voluntatibus civis assenserint, focii obtemperarint, hostes obedierint Idem pro L. Man. c. 16.

**OBTEMPERANS**, antis. Part. Multa, naturae obtemperans, saepe et atrociter factitavit Suet. Tib. c. 59.

**OBTEMPERANTER**, Adu. Obtemperanter annuit Prudent. in Laurent. v. 112.

**OBTEMPERATIO**, ònis. f. [*ὑπακούω*] Cic. de Legib. 1, 42 c. 15 Quod si iustitia est obtemperatio, scriptis legibus institutisque populorum, etc.

**OBTENDO**, di, sum et tum, ãre. [*προσχωμα, προσβάλλομαι*] *Vel Tegere, vel Contra tendere significat: ut Obtendere velum ante lectum, hoc est Distendere vel extendere.* Sueton. in Neron. c. 48 Ante faci-

em obtento sudario. Plin. 11, 37 Omnibus membrana vitri modo translucida obtenditur. Antilibanus obtenditur Idem 5, 20. Cic. Q. Frat. 1, 1, 11 (5) Multis simulationum inuolucris tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura: frons, oculi, vultus per saepe mentiuntur, oratio vero saepissime. Virg. Aen. 10, 82

Tu potes Aeneam manibus subducere Graium, Proque viro nebulam, et ventos obtendere inanes. Volucres nube atra diem obtendebant Tac. Hist. 3, 56, 1. Rationem turpitudini obtendere, *Velle turpe factum ratione excusare, b. e. Turpitudinem ratione operire* Plin. Epist. 6, 8.

**OBTENDENS**, entis. Part. Diversas fugae causas obtendens Tac. Ann. 15, 12, 3.

**OBTENTVS**, a, um. Part. [*προβιβλημένος*] Virg. Georg. 1, 248 Et obtenta densantur nocte tenebrae. i. Obducta, ait Seruius. Aliud est Participium ab Obtineo, v. v.

**OBTENTVS**, ùs. m. [*πρόσχημα*] *Proprie* Virg. Aen. 11, 66 Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant. *Metaphor.* Nazar. Pan. Constantin. 5, 3 Non terror obtentui est, nec occultandis quae plerumque intrinsecus latent, demorandoque adspectu (pro adspectui) ostentatio speciosa perhibetur. *Vid. leg. praehibetur: Terror paratur cum velo, quod inspectionem impediatur.* Ostentatio praehibetur i. habetur in propatulo etc. Simili metaphora Obtentus, ut *P a taxus, excusatio, πρόσφασις, est.* Gell. 10, 23 Qui obtentu philosophiae nominis inutile otium, et linguae vitaeque tenebras, sequuntur.

Liu. 1, 56 Sub obtentu cognominis (Bruti) liberator ille Populi Rom. animus latens opperiretur tempora sua. Paupertatis obtentu non excusantur Paullus in l. Ab his oneribus. D. de vacat. et excusat. muner. Vlpian. in l. Magis. §. non passim. D. de reb. eor. qui sub, et. Non passim Sub obtentu aeris alieni permitti debuit venditio. Pietatem erga parentem et tempora reip. obtentui sumta Tac. Ann. 1, 10, 1. *Ad.*

Idem H. 1, 49, 15. Sallust. in Oratione Lepidi ad Pop. Rom. Fragm. c. 6 Quia secundae res mire sunt vitiis obtentui. Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat Sallust. de Ord. Rep. 2, 19.

**OBTENTIO**, ònis. f. Idem Arnob. 5 p. 181 et 182.

**OBTENTO**, ãre. *Vid. OBLINEO.*

**OBTENEbro**, ãre. Lux obtenebrata est eius Vulgat. Iesai. 5, 30. *Ad. ib. 13, 10. Legitur quoque in M. S. Lipsensi et aliis a Bunsenmanno laudatis ap. Lactant. 4, 19, 3 ex Amoso 8, 9 ubi Vulgat. Tenebre facere faciam terram . . .*

**OBTENEbresco**, ãre. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius Vulgat. Iob. 18, 6.

**OBTERO**, triui, itum, ãre. [*κατατρέπω, καταπατέω*] *Conculcare, Conserere, Suffocare.* Varro de R. R. 2, 1 Ut pure et molliter stent, videndum, et ne obterantur. *Varias parit formulas, praesertim metaphoricis.* Cic. de Diuin. 1, 29 ex Poeta veteri, Inter se strepere aperteque artem obterere extispicum. Cic. pro Caecin. 18

c. 7 Immo ut viro forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniam stultitiamque obtruiit atque contudit. Eques obtruiit pabula Lucan. 6, 82. *Sed Corr.* attriuit gramina. Hostem obterere Idem 7, 276. Satis instructus ad obterendum Hostem Curt. 3, 2, 10. Iura obterere

Liu. 3, 56. Laudem virtutis Nep. 20, 1, 5. Laudes maiorum Pseudo-Cic. antequam iret in exil. 15 c. 6. Maiestatem Populi Romani senescentem Liu. 23, 13. Militem verbis Idem 24, 15. Plautum obtruiit puerum Aifenus in l. Si plagis. §. in cliuo. D. ad leg. Aquil. *Ad.* Suet. Ner. c. 5. Prostrernere atque obterere obrectationes et invidias maleuolorum Cic. Fam. 5, 9. Plin. 22, 6 Ne neglecto Vestigia obterant. Vis quaedam obterit res humanas Lucret. 5, 1233.

¶ 2 *Obf.* Obterere, idem quod Detrahendo minueret. Curtius 8, 1, 23 Silentium tum habuere seniores, donec Philippi res orsus obterere, nobilem apud Chaeroneam victoriam sui operis fuisse iactavit. Obteri, *Passivum.* Cic. Verr. 5, 2 Ne patiamini talem imperatorem Populo Rom. Siculorum testimoniis eripi, neue obteri laudem imperatoriam criminibus avaritiae velitis. Relligio pedibus obteritur Lucret. 1, 80. Obterere, *Tundere in mortario.* Columel. 6, 4 Nonnulli pellem serpentis obteritam cum vino miscent.

**OBTRITVS**, a, um. Partic. [*καταπατημένος*] Cic. de Orat. 2, 353 c. 86 Quos quum humare vellent sui, neque possent obtritos internoscere vlllo modo, Simonides dicitur, etc. Obtriti Pedibus Curt. 8, 14, 26. et 10, 9, 18. Pondere terrae obtritus Lucret. 3, 906. Ossa obtrita Lucan. 3, 651. Obtritus vehiculo Vlpian. in l. Si pecuniam. §. vlt. D. de condiet. caus. data, etc.

X x x 2

**OBTRITVS**, ūs. m. [καταπίπτει] Plin. 18, 28 Ne herbae vellantur, obtrituque hebetentur.

**OBTESTOR**, ōri. [ἱκετεύω, ἱκετεύω] Est Precari cum mentione earum rerum, per quas petimus, Donatus ad Ter. Andr. 1, 5, 57 Per tuam fidem, perque huius solitudinem te obtestor, ne abs te hanc segrege. Cic. Verr. 5 extr. f. 187 Caeteros idem deos, deasque omnes imploro atque obtestor, etc. Id. Fam. 6, 22 Oro, obtestorque te pro vetere nostra coniunctione ac necessitudine, etc. Neque vero semper adiicitur mentio expressa eorum, per quae obtestamur. Cic. pro Cael. 78 c. 32 Quare oro, obtestorque vos Iudices, ut qua in ciuitate paucis his diebus Sext. Clodius absolutus sit, etc. Obtestatur fidem vestram, misericordiamque implorat Id. pro Muraen. 85. Oro obtestorque te, ut Quintum fratrem ames Id. Att. 3, 23. Precibus omnibus orare et obtestari Id. ad Caes. Att. 9, 11. Id. Fam. 10, 18 Post discessum legatorum, quum binis continuis literis et Lepidus me, ut venirem rogaret, et Laterensis multo etiam magis prope implorans obtestaretur, non vllam, etc.

**OBTESTANS**, antis. Part. Obtestans omnes deos Cic. Att. 3, 10. al. contestans. Oro atque obsecro te, necessitudinem nostram tuamque in me benevolentiam obtestans Brutus ad Cic. Ep. 13.

**OBTESTATVS**, a, um. *significatione Passiui.* Obtestatus prece impensa, superstitibus pepercit Ammian. 31, 9. Obtestata fide praesentium Apul. Met. 2 p. 125. *Add. Elemenb. emend. p. 165.*

**OBTESTATIO**, ōnis. f. [ἱκετικὴ] Cic. Fam. 3, 13 Phaedri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia summorum hominum sibi tuenda esse dicit. Idem pro Corn. Balb. 33 Sanctiones sacrandae sunt, aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis, etc. *Add. Cael. ad Cic. Fam. 8, 10. Liu. 27, 50 In preces obtestationesque versae mulieres. Donatus ad Ter. Andr. 1, 5, 57 Obtestatio dicitur, quando eum adiuramus, quem rogamus. conf. Nep. 22, 4, 3. Cic. pro Domo 125 c. 48 Quid ergo illa tua tum obtestatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid prisca verba voluerunt? Vox tibicinis consecrationem facit testationem. Vid. Schwarz. de detestat. sacror. p. 38.*

**OBTEXO**, texui, textum, ēre. [πεννύω] *Texendo vel tela obtegere.* Plin. 11, 19 Filis etiam araneosa, quacunque incessit, alarum maxime lanugine obtexit. Plaut. Mostel. 1, 1, 41 Post illa obtexere eam negligens fui. Omne fretum longa velorum obtexitur umbra Stat. Achill. 2, 116. Caelum obtexitur umbra Virg. Aen. 11, 611. Caelum obtexens per nubes Plin. 2, 38.

**OBTHVRO**, OBTHVRAMENTVM, *vid. OBTVRO.*

**OBTICEO**, ui, ēre. [κατασιγάω] *Tacere.* Ter. Eun. 5, 1, 4 Virgo concissa veste lacrimans obticet. Obticemus, ubi dicere rem pudet Donat. Martial. 10, 17 Et queritur nugas obticuisse meas. Chorus turpiter obticuit Hor. de Arte Poët. 284.

**OBTICENTIA**, ae. f. [ἀποσιώπησι] Quintil. 9, 2, 54 ἀποσιώπησι, quam idem Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant, et ipsa ostendit affectus.

**OBTINEO**, tinui, tentum, ēre. [ἵκτω, κρατῶ] *Impetrare, assequi, habere* Cic. Att. 16, 17 (16) Id tu nos obtinuisse non modo facile patiare, sed etiam gaudeas. Liu. 35, 10 Is obtinuit, ut praeferreretur candidato, quem Africanus frater ducebat. Cic. Fam. 8, 6 Leuissime enim quia de intercalando non obrinuerat, transfugit ad populum. *Obtinere et Repelli, contraria.* Cic. Fam. 1, 5 Nec si quid non obtinuerimus, repulsi esse videamur. Perseueranter obtinere, *vid. PERSEVERO.*

2 *Formulae, ordine elementari Substantiuorum dispositae:* Academiam Carneades et Clitomachus obtinebant, *b. e. Velut regnabant in Academia* Cic. de Orat. 1, 45. Admirationem obtinere, *In admiratione esse* Plin. 34, 2. Aetatem Plaut. Cistell. 1, 1, 51. Artem Id. Milit. 2, 2, 30. Causam obtinere, *quod et Vincere causam dicimus.* Cic. Att. 7, 24 Malas Causas semper obtinuit, in optima concidit. *de Pompeio.* Dignitatem obtinere, *pro Retinere et conseruare.* Cic. Fam. 7, 11 Ut si istic mea commendatione tuam Dignitatem obtinebis, perferas nostri desiderium. Dignitatem pristinam Id. ibid. 4, 14 pr. Id. de Finib. 2, 71 Certeque mallet obtinere Existimari bonus vir, ut non sit, quam esse, ut non putetur. *Fama obtinet* Liu. 21, 46. Firmitudinem animi obtinere, *Constanti animo esse* Plaut. Asin. 2, 2, 54. Fortunas Cic. Fam. 4, 7. Id. ibid. 1, 7 Non dubito quin adeptus, intelligas te facillime posse obtinere summum atque altissimum Gradum ciuitatis. Id. pro Quint. 75 Vnum tamen hoc cogitent, ita se graues esse, ut si veritatem volent retinere, Grauitatem possint obtinere. Id. pro Sulla 19 c. 6 Patri et filio, quorum alter apud me parentis Grauitatem, alter filii suauitatem obtinebat. Id. Fam. 4, 13 Obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos Humanitatem. Imperium suae ciuitatis Caes. B. G. 1, 3. Cic. Verr. 5, 124 Haec autem apud te cognationis, fidelitatis, vetustatis, auctoritatis, ne hoc quidem Iuris obtinuit; ut vnus honestissimi atque innocentissimi ciuis mortem et sanguinem deprecaretur. *i. Non tantum potuit.* Ius suum contra aliquos Id. pro Quint. 34. Ius obtinere suum, *vel Retinere non posse, dicebant veteres eum, quem nunc iustitiam habere vel consequi non posse dicimus.* Cic. Verr. 3 (1) 65 c. 26 pr. Hic Philodamus postea quam Ius suum obtinere non potuit, ut humanitatem, consuetudinemque suam retineret, laborabat. *Ex Budaeo.* Id. Off. 3, 84 c. 23 At cui regno? Quod a Tantalo et Pelope proditum Iure obtinebatur. Lenitatem per se Id. pro Ligar. 15. Id. Tusc. 5, 118 c. 41 (al. 40) Mihi quidem in vita seruanda videtur illa Lex, quae in Graecorum conuiujs obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. *Sic omnes: Dauies ex coniectura obtinet: male, cum illa ratio videatur aevi recentioris. Vid. n. 3. Licentiam cupiditatum suarum* Cic. Att. 10, 4. Litem obtinere et Amittere, *contraria.* Cic. pro Rosc. Com. 10. Ad iudicium hoc modo venimus, ut totam Litem aut obtineamus, aut amittamus. Id. in Parad. 5 In ciuitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dederunt, ipsius seruitutis Locum paene infimum obtinent. *i. Minimi aestimantur.* Locum tertium Milesiae oues obtinent Plin. 8, 48. Cic. pro Domo 86 Tum amplissimis omnium iudiciis restituto, maledicti Locum aut criminis obtinebit: *b. e. An hoc illi vertetur crimini?* Id. Tusc. 4, 36 Quod nisi eo nomine virtutes continerentur, illud ita nunquam vulgatum esset, ut iam proverbii Locum obtineret, Hominem frugi omnia recte facere. Locum magnum obtinet in medicaminibus haec herba Plin. 14, 1. Locum secundum obtinere Id. 12, 23. Locum principem

Caes. Bell. Gall. 1, 9. Cic. pro Quint. 75 Non ad obtinendum Mendacium, sed ad verum probandum auctoritas adiunat. Id. Q. Frat. 1, 1 c. 27 Sed et ab iis, de quibus optime tu meritis es, et qui tibi omnia debent, hoc petas, ut facilitate sua, nos eam Necessitudinem quae est nobis cum publicanis, obtinere et conseruare patiantur. Ob-

105

tinere, *i. Retinere, tenere, tueri, et (quod ipse dicit) Conseruare.*  
 Nobilitatem Plin. 13, 4. Noctem obtinuit caligo Liu. 29, 27.  
 Nomen patriae Plin. 15, 18. Nomen sapientiae Cic. Acad. 4, 24.  
 Noxiam veneni Plin. 20, 13. Cic. Off. 2, 43 At eius filii nec pro-  
 5 bantur bonis, et mortui Numerum obtinent iure caesorum, *b. e. Nu-  
 merantur inter eos, qui iure occisi sunt. De Gracchis loquitur.* Opi-  
 nionem summam, *i. existimationem, famam* Quinct. 10, 5, 18. Or-  
 dinem suum Columel. 3, 16. Cic. pro Quint. 8 Quum praesertim  
 10 Q. Hortensius, qui hoc iudicio Partes accusatoris obtinet, contra me  
 sit dicturus. Primatum apud regem Plin. 24, 17. Principatum  
 Id. 9, 18. Caes. Bell. Gall. 1, 3 Qui eo tempore Principatum in ciui-  
 tate sua obtinebat. Principatum obtinere, *de Inanimatis* Plin. 14, 2.  
 Pro socia nulla (*uxor*) obtinet *ius* Sall. Jug. 80 *extr.* Pro vero ob-  
 tinebam, *verum esse putabam* Apul. Apol. *pr.* Prouinciam obtinere,  
 15 *i. Habere prouinciae gubernationem, vel regimen quod vocant, ad tempus,  
 ut Proconsul, aut Praetor, vel ut Quaestor.* Cic. Verr. 3, 135 Iam  
 antea in sella sedens Praetor, quum Prouinciam Siciliam obtineret.  
 Id. Fam. 1, 9 Postea quum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obti-  
 nerer, neque Respub. Consules haberet, sed mercatores prouinciarum,  
 20 et seditionum seruos ac ministros. ~ Rationem Plin. 17, 2. Terent.  
 Adelph. 5, 3, 26 Eandem illam rationem antiquam obtine: conserua,  
 quaere, parce. Regnum in Sequanis obtinere, *b. e. Sequanis domi-  
 nari* Caes. Bell. Gall. 1, 4. *add. ib. c. 3.* Cic. Att. 1, 14 Quare et  
 illa, quae violata expiabuntur, et haec, quae sunt sanctissime conseruata,  
 25 Religionem suam obtinebunt. Cic. de Finib. 4, 78 Hoc vno vitio  
 inaxime mihi premi videntur tui Stoici, quod se posse putant duas con-  
 trarias Sententias obtinere. Suauitatem filii apud aliquem Id. pro  
 Sull. 19 c. 6. Venustatem antiquam Ter. Hec. 5, 4, 17. Vicem  
 antidoti obtinere Plin. 32, 9. *Add. Quinct. 11, 3, 87.* Cic. de Nat.  
 30 Deor. 1, 36 Zeno naturalem legem Vim diuinam esse censet, eamque  
 vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. Vim  
 medicamenti obtinet Plin. 11, 42. Prooemij Quinct. 4, 2, 26.  
 Cic. pro Rosc. Amer. 77 Quod tamen miserum et indignum est, feret  
 tamen aequo animo, Iudices, si per vos Vitam potest obtinere. Vr-  
 35 bem aliquam armis Liu. 30, 19. ¶ 3 *Obserua:* Obtinere,  
*pro Occupare.* Plin. 12, 1 Arbor agros longis obtinens umbris.  
 Obtinet *impersonaliter recentiores ponere solent, pro consuetudo, senten-  
 tia, obtinet homines.* Pseudo-Sall. de Rep. ordin. *pr.* Pro vero  
 antea obtinebat, regna atque imperia fortunam dono dare: *Quod cor-  
 40 ruptum est in Populus Rom. antea obtinebat.* Vid. n. 2 Lex obti-  
 netur. Verus Sall. Jug. 17, 7 Quamquam ab ea fama, quae pleros-  
 que obtinet, diuersum est. Et Jug. 80 *extr.* Nulla pro socia obti-  
 net (*ius*) pariter omnes (*uxores*), viles sunt. *Sed ut corpimus, im-  
 personaliter.* Vlpian. in l. 1. D. de offic. Quaest. Hodie obtinuit  
 45 indifferentem Quaestores creari, tam patricios, quam plebeios. Vl-  
 pian. in l. Si in aliquam. D. de offic. Proconsul. Et ferias secundum  
 mores et consuetudinem, quae retro obtinuit, dare. *Sic etiam* Quinct.  
 1, 7, 30. *Pass.* Quinct. 2, 5, 18 Quod si potuerit obtineri. Id.  
 7, 1, 6 Transibam ergo ad responsum partis alterius, idem intuebar:  
 50 nonnunquam etiam, quod inde obtinebatur confessum erat. Obti-  
 netur, *impers.* Cic. Att. 11, 7 Nam si perseverant, et obtinetur,  
 quid nobis futurum sit vides. *Alia exemplaria legunt* Obtinent. *Vid.  
 paullo ante* Lex obtinetur.

OBTINENS, Africam interiorem Cic. in Sallust. c. 7.  
 55 OBTENTVS, a, um. Part. Voluimus quaedam — obtenta  
 non sunt Cic. pro Balbo c. 27. Aditu regis obtento Iustin. 21, 6, 5.  
 Obtenta in praemium Captiua Iustin. 2, 4, 24. Concubitu Alexan-  
 dri obtento Iustin. 2, 4, 33.

OBTENTO, are. Frequent. [*ἄπολασις*] Cic. Att. 9, 10 Et  
 60 tamen spes quaedam me obtentabat, fore ut aliquid conueniret potius,  
 quam aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitii admitteret.

OBTINENTIA, ac. f. Priscian. 18.

OBTINGO, obtigi, ere. [*συμβαίνω*] Euenire. Non nisi in ter-  
 tiis personis legitur. Cic. Verr. 1, 21 Quaestor ex Senatusconsulto  
 65 prouinciam sortitus es: obtigit tibi Consularis. *conf.* Id. in Vatini. c. 5.  
 Plaut. Rud. 3, 6, 35 Tibi obtigit, quod plurimi exoptant sibi. Cic.  
 Off. 1, 21 c. 7 Ex quo quia suum cuiusque sit eorum, quae natura fue-  
 rant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Obtigit  
 dies mihi aduersus Plaut. Men. 5, 5, 1. Discordia mihi tecum Hor.  
 70 Epod. 4, 1. Occasio Plaut. Rud. 4, 2, 22. Si Quid obtigerit, aequo  
 animo paratoque moriar Cic. Catil. 4 c. 2. *Vid. supra* ACCIDO.  
 Quam mihi dicis obtigisse *σπαράν*, non modo nunquam deseram etc.  
 Cic. Att. 1 ep. vlt. Obtigit tibi ex sententia Ter. Heaut. 4, 3, 5.  
 Praeter spem Ter. Phorm. 2, 1, 9. Plaut. Rud. 4, 6, 7 Eloquere

75 vt haec res obtigit de filia.  
 OBTINNIO, ire. Ecquid illi aures obtinnirent? Apul. Apol.  
 p. 305.

OBTORPEO, ui, ere. [*καταβλακύνω*] a quo OBTORPESCO,  
 ere. Valde torpidum fieri, et torpore quodam ita affici, vel propter  
 80 metum, vel alia quavis ratione, vt omnino imbecilliores simus. Curt.  
 10, 3, 1 Quis crederet saeuam paullo ante concionem obtorpuisse subito  
 metu. Subiectus miseriis obtorpuui Cic. Tusc. 3, 63. Ex Poeta,  
 Squamae obtorpuere Plin. 8, 27. Latitudo femoris obtorpuuit Sul-  
 pic. Seu. Hist. 5, 1, 9. de Iacobo. Manus obtorpuuit Cic. pro Domo

85 135 c. 52. *add.* Liu. 22, 3 *extr.*  
 OBTORQVEO, si, tum, ere. [*συστρέφω*] Valde vel vehementer  
 torquere. Aur. Vict. de Viris illustribus c. 66 Consuli legibus agrari-  
 is resistenti, ita collum in comitio obtorsit, vt multus sanguis efflue-  
 ret de naribus. de Marco Liuio Druso loquitur. Proram obtorquet

90 in vndas Stat. Theb. 5, 414. Cic. Verr. 6, (4) 24 c. 10 Quem ob-  
 torta gula de conuiuio in vincula, atque in tenebras abripi iussit.  
 OBTORTVS, a, um. Partic. [*συστρέπτος*] Obtorti auri flexilis  
 circulus Virg. Aen. 5, 559. Obtorto collo ad praetorem trahi. *i.*  
*Inuite et coacte* Plaut. Poen. 3, 5, 45.

95 OBTRAHO, xi, ere. Obuertere. Tertull. de Veland. Virg. c. 15  
 Si tentationibus gradum obtraxerit.

OBTRECTO, are. [*ἀντιπράττω, διασύρω*] ex Ob et Tracto com-  
 positum; significat, vt ait Festus, Contra alienam sententiam tractare,  
 seu Maledicere. Erasmus, Obtrectat qui obloquitur, qui male prae-  
 100 dicat de alio: detrahit, qui minuit laudem alicuius. Videtur primo a  
 lulu tractum hoc verbum eorum, qui prehenss vnus funis uobus extremis  
 obtrectant, *i. in diuersas partes trahunt funem, donec is rumpatur, vel  
 alter alterum ad se trahat etc.* Cic. Tusc. 3, 45 c. 20 Nam et inui-  
 dere, aegritudinis est, et acmulari, et obtrectare. Curam obtrectare

105 Phaedr. 2, 10, 10. Germanico vsque adeo obtrectauit, vt et prae-  
 clara

clara facta eius pro superuacuis eleuaret, gloriosissimas victorias ceu damnosam reip. increparet Suet. Tib. c. 52. Inuicem se obtrectarunt Tacit. Orat. 25, 8. Inter se obtrectarunt Aristides et Themistocles Nepos 3, 3, 1. Cic. pro Lege Manil. 21 c. 8. Ut hoc vos intelligatis, a nullo istorum, qui huic obtrectant legi atque causae, L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. Laudibus alterius obtrectare Liu. 8, 36. Obtrectare aliquid, *pro Culpae et damnare*. Plin. 9, 35 de Cleopatra; Superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix lautitiam eius omnem, apparatusque obtrectans. Laudes obtrectare Liu. 45, 37. Libellum Phaed. 5, 1, 15. Obtrectatur, *impers.* Cic. 10 Att. 3, 26 Si obtrectabitur, ut auctoritate Senatus.

OBTRECTANS, *antis.* Partic. Inuidia obtrectans Sil. 16, 12. Aemulantis est, angere alieno bono, quod ipse non habeat: Obtrectantis autem, angere alieno bono, quod id etiam alius habeat Cic. Tusc. 4, 56 c. 26.

OBTRECTATIO, *ōnis.* f. Cic. Tusc. 4, 18 c. 8 Obtrectatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque patitur, eo quod ipse concupierit. Inter quos maximarum rerum non solum aemulatio, sed Obtrectatio tanta intercederet etc. Nep. 25, 20, 5. Efficiebat, ut inter quos tantae laudis esset aemulatio, nulla intercederet Obtrectatio Id. 25, 5, 4. Domestica ex obtrectatione et ciuilibus studiis inimicus Cic. pro Font. 16. Obtrectatione et maleuolentia liberatum iudicium Id. Q. Frat. 1, 1, 34. Id. de Clar. Orat. 156 Tantum abest ab obtrectatione inuidiae. Obtrectatio laudis, *Detractio* Caes. Bell. Ciuil. 1, 7. Obtrectatio et liuor pronis auribus accipiuntur Tacit. Hist. 1, 1, 4. Habere obtrectationem Cic. Fam. 10, 18. Inuidia atque obtrectatione impediri Id. de Inuent. 1, 16 c. 11 *extr.* Maleuolentissimis obtrectationibus de vetere aliqua diuturnaue sententia depelli Id. Fam. 1, 7.

OCCLVSVS vel OBCLVSVS, a, um: [κακκλῖστος] Partic. sive Nomen ex Participio. Obclusis Auribus Apul. Met. 9 p. 225. Cic. in Catil. 4, 17 c. 8 Occlusis tabernis. Occlusa contumeliis libido Ter. Andr. 3, 3, 25. Cic. Fam. 1, 9 Sed quum occlusum illud

Odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repente apparuit. Quidam legunt Inclusum. Nihil nec obsignatum, nec occlu-

sum Id. de Orat. 2, 248 c. 61. Vid. OBSIGNATVS. Occlusior stultiloquentia Plaut. Trin. 1, 2, 185. h. e. Occulta et obscura. Ostium occlusissimum Id. Curc. 1, 1, 15.

OCCO, as. Vid. OCCA.

OCCOEPI, isse. Vid. OCCĪPIO.

OCCVBO, ui, itum, àre. [κακκλῖμαι] a Cubo compositum; idem quod Occumbo. Virg. Aen. 1, 551 Nec adhuc crudelibus occubat umbris. Tumulus, quo maximus occubat Hector Idem ibid. 5, 371.

Morte occubare Liu. 1, 7.

OCCVBITVS, ùs. m. Solis Vulgata Genes. 28, 11. Add. Deuter. 11, 30.

OCCVLCO, àre. [κακκατῖω] Idem quod Conculcare significat. Cato de R. R. c. 49 Ita vti fuerit, ponito in scrobe aut in sulco, operi-

toque et bene occulcato. OCCVLCATVS, a, um. Partic. Liu. 27, 14 Partim occulcatis, partim dissipatis terrore, qui circa erant.

OCCVLO, cului, cultum, ère. [κακκλω] Abscondere, ita ut nihil appareat. Cic. de Orat. 2, 177 Puneta argumentorum plerumque

vt occulas, ne quis ea numerare possit. Virg. Georg. 2, 348 Quod super-

superest, quaecunque premes virgulta per agros, Sparge fimo pingui, et multa memor occulte terra. Quae caeteris in vrbibus mollissimo cultu parietum umbris occultuntur Cic. Tusc. 2, 36. Aether occultit deos Ouid. ex Pont. 2, 8, 62. Nubibus Aërem occultit Iuppiter Id. Met. 14, 816. Arcana pectore fido occultam Senec. Hippol. f. 8. 5  
 Caput in terris occultit Nilus Tibul. 1, 8, 24. Culpam parentum occultit Stat. Silu. 3, 3, 46. Feras filia occultit Ouid. Fast. 2, 216. Mœsta secretum occultit Senec. Hippol. 7. Umbris sese occultat Virg. Aen. 12, 53. Vulnere non refrico, sed apparent, nec oculi possunt Cic. Att. 5, 15. add. Nep. 7, 9, 1. Iustin. 1, 9, 11. 10  
 OCCULTVS, a, um. Partic. [κρυφίος, λαθροίος] Plaut. Trin. 3, 2, 38 In occulto iacebis, quum te maxime clarum voles. Occultus et inuolutus; Promptus et apertus, *contraria*. Cic. de Fin. 1, 30 Interesse inter argumentum conclusionemque rationis, et inter mediocrem Animaduersionem atque Admonitionem: altera occulta quaedam 15  
 et quasi inuoluta aperiri, altera prompta et aperta iudicari. Aeuo occulto crescit fama velut arbor Hor. Carm. 1, 12, 45. Amores Ouid. Fast. 2, 81. Calles Virg. Aen. 9, 383. Causa occulta Scribon. 101. Cupiditas occulta et tecta Cic. pro Rosc. Amer. 104. Delicta occultiora Sallust. Iug. c. 19. Dolores occultos proferre 20  
 Propert. 1, 18, 3. Doli Tibull. 1, 9, 24. Homo occultus, *i. Astutus, fectus* Cic. Fam. 3, 10. Caueret sibi ab occultis hominibus Liu. 25, 16 *pr.* Pompeius occultior, non melior Tac. H. 2, 38, 4. Nullae sunt occultiores Insidiae quam haec, quae latent in simulatione officii Cic. Verr. 3 c. 15. Iter Propert. 3, 11, 34. Occultum, inter- 25  
 stinum, et domesticum malum Cic. Verr. 1, 39 c. 15. Monitus Ouid. Fast. 3, 167. Notae occultae, *Litterae secreti aliquid habentes* Id. de Arte Am. 3, 630. Proditor Claud. in Conf. Stil. 1, 113. Res occultae, et ab ipsa natura inuolutae Cic. Acad. 1, 15. Id. ibid. 4, 127 c. 41 An tu, quum res occultissimas aperueris, in lucemque 30  
 protuleris, iuratusque dixeris ea te comperisse, etc. *Add. ibid. 62 c. 19.* Res occultas et penitus abditas non modo vidit animo, sed etiam sic tractat, vt manu doceat Epicurus Cic. de Nat. Deor. 1, 49. Sapor salis occultus in lacte Virg. Georg. 3, 397. Scelus Lucan. 4, 252. Spes Tacit. Hist. 2, 78. Viae Virg. Aen. 3, 695. Vires occultas 35  
 concipiunt terrae Virg. Georg. 1, 86. Voces Stat. Theb. 5, 490. Saltum occulta Tacit. Ann. 1, 61, 2. Abdere se in occultum, *vid. ABDO.* Continere sese in occulto, *vid. CONTINEO.* Vt saepe summa ingenia in occulto latent Plaut. Capt. 1, 2, 62. Of- 40  
 ferre occultum, *inquit Festus, est sub terram fere ponere.* Abditum et occultum, *vid. ABDO.* Reconditum et occultum Cic. Fam. 11, 21. Occultum, ac subdolum fingendis virtutibus Tacit. Ann. 6, 51. Credere occulta seruis Cic. pro Cael. 57. Habere occultum aliquid, *pro Occulere, reticere.* Sallust. in Catil. c. 23 At Fulvia insolentiae Curii causa cognita, tale periculum Reipublicae 45  
 haud occultum habuit: sed sublato auctore, de Catilinae coniuratione quae, et quo modo audierat, compluribus narravit. Recludere occulta Parcarum Stat. Achil. 1, 498. Subuertere aliquid per occultum Tacit. Ann. 3, 9. In occulto prope stare Cic. pro Cluent. 78. In occulto nihil agere soleo Plaut. Trin. 3, 2, 86. Ex occulto, *ad- 50*  
*verbialiter positum, pro Secreto.* Plin. 9, 24 Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens. Ex occulto interuenire Cic. pro Cluent. 47. *Compar.* Cic. Fam. 11, 27 Habeo multo occultiora, quae vix verbis assequi possum.  
 OCCULTE, ius, issime. Adu. [λαθραίως] Occulte facere ali- 55  
 quid: *b. e. Clam et caute* Cic. de Fin. 1, 50. Id. Verr. 4, 23 Per istos, quae volebat, in nauem clam imponenda, occulte exportanda curabat. Id. de Fin. 2, 53 Facile vt excogitet quomodo occulte sine teste, sine vilo conscio fallat. Decreuit vomer in aruis Lucret. 1, 314. Ter. Adelph. 3, 2, 30 Neque id occulte fert: a lenone ipso 60  
 eripuit palam. *i. Non clam agit.* Labitur occulte, fallitque volatilis aetas Ouid. Met. 10, 519. Cic. de Lege Agrar. 2, 41 Quid Alexandria cunctaque Aegyptus? vt occulte latet! vt recondita est! vt furtim tota Decemuiris traditur! Lude, sed occulte Ouid. Epist. 17, 153. Occulte aliquid moliri Cic. Att. 7, 7. Aperte et Occulte, 65  
*contraria.* Cic. de Lege Agrar. 1, 1 Quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. Peruenire occulte ad aliquem locum Id. in Catil. 3, 5. Occulte ad exploranda loca proficiscitur Caes. Bell. Ciuil. 1, 66. Cic. Off. 1, 127 c. 35 Remouent ab oculis, ipsique necessitati dant operam, vt quam occultissime pareant. Occul- 70  
 tissime aliquid agere Id. Verr. 2 (Act. 1) 15 c. 6. Castra quam potest occultissime locat Liu. 9, 2. Necessitati naturae quam occultissime parere Cic. Off. 1 c. 35. *add. Sall. Iug. c. 91.* Occultius conari Cic. pro Deiot. c. 6. Stetisse in circumstantibus dicunt Occultus, qui fistula breui grauiusculum sonum inspiraret Gell. 1, 11. 75  
 OCCULTIM. *aliud* Adu. Solin. c. 4 Occultim reptare.  
 OCCULTO. Adu. *vt ap.* Lucret. 1, 314. *legit Isidor. 20, 14.*  
 OCCULTO, are. Frequent. [κρυπταμαι] *b. e. Abscondo.* Virg. Ecl. 2, 9 Nunc virides etiam occultant spineta lacertos. Boves ab- 80  
 actas occultat filuis Ouid. Met. 2, 686. Corpus senile paludibus occultauit Cic. pro Sext. 50. Id. pro Lege Manil. 7 c. 3 Et ita regnat, vt se non Ponto, neque Cappadociae latebris occultare velit, sed emergere e patrio regno, atque in vestris vestigalibus, hoc est in Asiae luce, versari. Quae natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt, remouent ab oculis Id. Off. 1, 127 c. 35. Occultare se 85  
 ab aliquo, *Ex alicuius conspectu se auferre* Plaut. Trin. 2, 2, 3. Occultare apud se Caes. Bell. Gall. 6, 17. Occultare rem aliquam alicui, *Celare* Plaut. Perf. 4, 3, 22. Intemperantis est, scribere quod occultari velis Cic. Acad. 1, 2. Id. de Nat. Deor. 2, 52 Quod eo est admirabilius in his stellis quos dicimus, quia tum occultantur, tum 90  
 rursus aperiuntur, tum abeunt, etc. Id. pro Rosc. Amer. 86 Tenuitas hominis eiusmodi est, vt dissimulari non queat: atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. Dissimulare et occultare Caes. Bell. Ciuil. 2, 31. Occultare et dissimulare appetitum voluptatis propter verecundiam Cic. Off. 1, 105. Causam tanti terroris occultas Idem 95  
 Verr. 1, 80 c. 31. Fugae consilium occultare Caes. Bell. Ciuil. 3. Culpam sub antris Stat. Theb. 9, 617. Fugam occultare Caes. Bell. Gall. 1, 27. Vitia Cic. post red. in Senat. Veritas intus occultatur, in fronte est ostentatio Id. de Finib. 2, 77. Occultari, *pro Latere.* Cic. Off. 2, 25 Praemittebatque de stipatoribus suis, qui 100  
 perscrutarentur arculas muliebres: et, ne quod in vestimentis occultaretur telum, exquirent.  
 OCCULTATVS, a, um. Partic. [κρυπυμένος] Occultata tenebris Cic. Acad. 4, 122 c. 39. Nomine occultato missa epistola Ouid. ex Pont. 1, 1, 18. 105

**OCCULTATE.** Adu. [*καρυμμένως*] *Idem quod Occulte.* *Laudatur* Cic. pro Deiot. 18 Quod igitur et occultatius conari, et efficere cautius potuit, id sibi et medico callido, et seruo, ut putabat, fideli non credit, etc. *Sed occultius meliores.* Commodum Imperatorem

5 occultatius veneno petiuere Aur. Victor Caes. c. 17.

**OCCULTATIO,** ōnis. f. [*κατάκρυψις*] Cic. de Finib. 2, 73 c. 22 Quae libido se non proripiet ac proiciet aut occultatione propofita, aut impunitate, aut licentia? Caes. Bell. Gall. 6, 20 Cuius rei nulla est occultatio. Occultatione se tutari Cic. N. D. 2 c. 50.

10 **OCCULTATOR,** ōris. m. [*κατακρυπτής*] Cic. pro Milon. 51 c. 19 Sustinisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator, et receptor locus.

**OCCUMBO,** cubui, cubitum, ěre. [*ἀπολχομαι, ὑποδύμαι*] *Mori, Succumbere, Vinci.* Ante annos suos occubuit Ouid. de Arte Am.

15 3, 18. Occumbere certae morti, Idem. Virg. Aen. 2, 62. Neci Ouid. Met. 15, 499. Phaed. 4, 1, 14. Occumbere necem, vel mortem Sueton. in August. c. 13. Liu. 31, 18. Curt. 8, 2, 8. Cic.

Tusc. 1, 102 c. 42 extr. Ut esset, qui pro patria morte non dubitaret occumbere. *Legitur et Mortem* Liu. 1, 7. Ferro occumbere Ouid.

20 Met. 12, 207. In gladium occumbere Vellei. 2, 70, 3. Certamine faeuo occumbit Sil. 1, 143. Factis claris occumbere Valer. Argon. 6, 286.

**OCCŪPO,** āre. [*καταλαμβάνω, προλαμβάνω, ἀρχαλέω*] *ex Ob et Capio compositum, significat proprie (ut ait Valla) Quod in commune, siue in medium positum erat, ante alios capere. Est etiam Locum vi capere vel captum tenere etc.* Cic. de Amicit. 40 Tib. Gracchus regnum

occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses. Occupare, interdum est Praeuenire. Titinnius Veliterna apud Non. 4, 328

Ergo occupa foras exire. Plaut. Rud. 1, 4, 28 Occupas prae loqui.

30 Varr. Ephebo apud Non. l. c. Crede mihi plures dominos serui comedere, quam canes. quod si Actaeon occupasset, et ipse prius suos canes comedisset. Plaut. Pseud. 1, 5, 135 Ne quod te ad aliud occupes negotium. i. Prius applies. Idem Most. 3, 1, 39 Occupato adire.

Occupat rapere oscula Horat. Od. 2, 12, 28. Vulteiū

35 mane Philippus occupat et saluere iubet prior Horat. Epist. 1, 7, 65. Liu. 1, 14 Occupant bellum facere. Idem 1, 30 Occupat Tullus in agrum Sabinum transire. Virg. Georg. 4, 440 Manicisque iacentem

Occupat. Occupare ante Plaut. Afin. 4, 2, 9. Col. Prooem. 21 Vereor ne supremus ante me dies occupet, quam possim, etc. ¶ 2

40 Occupare se aut animum suum, aut occupari adeo significat in negotio, affectu, cogitatione, actione quacunq̄ detineri, ut aliud agere non possit. Plaut. Pseud. 1, 5, 135 Da in hunc diem operam, Callipho quaeso,

mihi, Ne quo te ad aliud occupes negotium. Populus in funambulo animum occupat Ter. Hec. prol. v. 4. Qui in patria funditus delenda occupati et sunt, et fuerunt Cic. Off. 1, 57 c. 17. Quintil.

45 6, 2, 6 Occupari affectibus. Et 4, 2, 112 Occupari ira miseratione. Et 10, 1, 32 Occupatus variis cogitationibus iudex. Vid. OCCUPA-

TVS. ¶ 3 *Iam ordine literarum ponemus formulas, in quibus vi quadam capere ac tenere significat, siue ad corporales res referatur, siue ad incorporales.* Virg. Aen. 6, 424 Occupat Aeneas Aditum custode sepulto.

Aestum maris Curtius 9, 9 extr. i. praueertere. Amplexu aliquem Ouid. Fast. 3, 509. Occupat Animos terror Caes.

50 Bell. Gall. 1, 39. Animos fuga Liu. 5, 38. Animum ab iracundia occupari Cic. Q. Frat. 1, 1, 31. Arbitrium mortis liberum occupare Curtius 4, 4, 12. Artus fessos occupat sopor Virg. Georg. 4,

190. Arua occupat furens Valer. Argon. 3, 86. Aurem fama occupat Hor. Serm. 2, 2, 95. Communia solus occupat Ouid. Met. 13, 272. Consilium occupare, Inuenire Plaut. Men. 5, 2, 94. Diem

fati Curtius 8, 9 vers. fin. Exercitum Id. 7, 3 — timor Caes. Bell. Gall. 1, 39. Extremum occupet scabies Hor. de Arte Poët. 417. Fauces occupat cancer Scribon. 235. Cic. Tusc. 5, 27 Occupaui te,

60 inquit, Fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses. Gratiam alicuius Curtius 7, 4, 16. Honores Hor. Carm. 1, 12, 19. Italiam militibus Cic. de Lege Agrar. 1, 17. Italiam praesidiis obsidere et occupare Id. ibid. 2, 75. Id.

de Finib. 3, 67 Sed quemadmodum theatrum quum commune sit, recte tamen dici potest eius esse eum Locum, quem quisque occupat. b. e. Primus ceperit. Id. de Clar. Orat. 89 Volo hoc oratori contingat,

ut quum auditum sit eum esse dicturum, Locus subfelliis occupetur, compleatur Tribunal, etc. Locum aliquem caementis Hor. Carm. 3, 24, 3. Locum primum Lucret. 1, 391. Cic. in Orat. 88 Illud

admonemus tamen, ridiculo sic vsurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit, etc. nec in facinus, ne odii Locum risus occupet: neque aut sua persona, aut iudicium, aut tempore alienum. Lumina fessi sopor occupat Tibull. 1, 2, 2. Cic. Fam. 8, 10 Nouis

70 magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, haec causa primos Menses occupabit. i. Primis mensibus trahabitur. Mentis Siculorum tanta superstitione occupauit, ut, etc. Cic. Verr. 4, 113. Curt. 8, 2 pr. Detestabile carnificis Ministerium occupauerat rex. de Alexandro loquitur, qui Clytium amicum interfecerat. Mors occupat eam Ter. Andr. 1, 5, 62. Morsu occupare Ouid. Met. 3, 48. Munus aliquod Curtius 8, 11. Muros Id. 9, 1. Occupatum Oratione Plaut. Rud. 1, 2, 21. Orbem viribus Virg. Aen. 7, 258. Ora occupat pallor Id. ibid. 4, 499. Ortum solis Curt. 6, 4 extr. i. praueenire.

85 Pacem Id. 4, 11. i. vltro poscere. Pecuniam occupare est collocare in foenore, vel negotiatione lucrosa alia. Pomponius ap. Non. 4, 328 Quae tuleram mecum millia decem victoriatum Graeca mercede (f. merce) illico curauit, ut occuparem. Id non decem occupatum tibi erit argentum dies Plaut. Epid. 2, 2, 13. Improbum numum malui occupare, quam condere Aufon. Epist. ad Symmach. praemissa Gripho. Pecuniam domini neque in pecore, neque in aliis rebus pro-

90 mercalibus occupet Colum. 11, 1, 24. et 1, 8, 13. Cic. pro Flacc. 51 Pecuniam adolescentulo, grandi foenore, fiducia tamen accepta, occupauisti. i. Pecuniam abs te foeneraticiam sumisti adolescentulus. Idem Verr. 1, 91 c. 36 Praeterea pecunias occupauerat apud populos, et syn-

graphas fecerat. Portum nauis occupat Hor. Carm. 1, 14, 2. Possessiones agri Lucani occupauit Cic. Phil. 13, 12. Idem Fam. 10, 7 Non medijsfidius mediocri dolore afficiebar, quum alii occupare Possessionem laudis viderentur. Curt. 3, 1 extr. Cum deinde Dariūm

100 Regem, vbiunque esset occupare statuisset, i. opprimere. Regiam Hor. Carm. 2, 18, 6. Regnum Cic. Philipp. 5, 17. Saltus Caes. Bell. Ciuil. 3. Solum occupabitur feris Hor. Epod. 16, 10. Suffugium Curtius 8, 4. Tyrannidem Cic. Off. 3, 90. Verba quae maxime cuiusque rei propria, quaeque essent ornatissima, atque opti-

ma, occupauit Ennius Cic. de Orat. 1, 114.

Z Z Z

- OCCVPANS**, antis. Part. [*καταλαμβάνων*] **Quinct.** Declamat. 13 Multa nihilo minus, quae libera fuerunt, transeunt in ius occupantium, sicut venatio et aucupatio.
- OCCVPĀTVS**, a, um. Partic. [*καταληφθῆς*] Miserunt qui eum interciperent, a quibus occupatus, viuis in cubiculo crematus est Iustin. 5, 9, 14. Graeci aduentu hostium occupati praelium capessunt Idem 2, 12, 21. Occupatum complexu arietavit in terram Curt. 9, 7, 22. Vrbs occupata seditionibus Hor. Carm. 3, 6, 13. Accepto vulnere occupatus, per suos pro occiso sublatus est Caes. B. C. 3, 109. i. *oppressus vel praeventus*. Occupati animi beneficii alicuius Liu. 27, 21. 2 Occupatus, a, um. Adi. [*ἄχολος, ἐναχολόμενος*] Qui ante negotio aliquo desentus, non potest negotio alterius operam dare: ut ait Valla 5, 57. Cic. de Senect. 31 Itaque nemo adhuc conuenire me valuit, quin fuerim occupatus. Idem Tusc. 1, 5 Vt si occupati profuimus aliquid ciuibus nostris, profimus etiam, si possumus, otiosi. 15 Occupatum et impeditum nunquam hunc tenuerunt amores Idem pro Caes. 44 c. 19. Occupatus auditioni Plin. 26, 2. Vehementer occupatus homo Cic. pro Muraen. 29. Idem Att. 10, 6 Et quia festinabam, eramque occupatior de Q. filio, ita me quidem sedulo: reliqua nosti. Idem pro Muraen. 85 Is non in administrando bello, sed in sufficiendo Collega occupatus. In alio amore Ter. Andr. 5, 1, 10. In bonis Cic. pro Rosc. Amer. 93. In studio Cato in praefatione R. R. In re familiari Cic. ad Brut. 8. In se conservando Idem de Finib. 4, 34. Tot annos in diis mortalibus placandis Idem pro Font. 36. Suspenso et occupato animo alicui respondere Cic. de Orat. 1, 239. Animum occupatum in aliqua re habere Idem de Inuent. 1, 31 c. 22. Idem de Legib. 1, 8 Neque occupata Opera, neque impedito animo res tanta suscipi potest. Idem pro Planc. 66 Et quid ego dicam de occupatis meis Temporibus, cui fuerit ne otium quidem vnquam otiosum? Occupatior eram Plin. Epist. 2, 2, 30 Habebant me occupatorem comitiorum dilationes, et expectare in dies exitum cogebant Caes. ad Cic. Fam. 8, 4. Occupatissimus: Cic. Att. 12, 38 Non dubito quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil literarum, etc. Sum tamen hoc tempore occupatissimus Plin. Epist. 9, 212.
- OCCVPATIO**, ōnis. f. [*ἀχολία, κατάληψις*] Est quum alicui necessariae rei, et cui ante omnia operam dare debemus, cum diligentia vacamus: ut ait Valla. Cic. Off. 1, 21 Sunt autem priuata natura nulla, sed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt. Item hostilis inuasio. ut, Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiae Idem pro Domo 5 c. 3. Occupatio rei militaris Idem Acad. 4, 4. Molestissimae occupationes Idem Fam. 7, 1. Summae atque incredibiles Idem Att. 1, 16. Descendere ad iuris Ciuilis perdiscendi Cic. de Orat. 1, 252. Distineri aliqua Idem Att. 2, 23. Eripere tempus e summis Idem ib. 1, 11. Expedire se ab omni Id. ib. 3, 20. Impediebat te ista conuiuiorum mulierumque occupatio Cic. Verr. 5, 83. Maximis occupationibus Impediri Idem Fam. 10, 28. Implicatus occupationibus Idem de Nat. Deor. 1, 51. In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinae Idem in Orat. 34 c. 10. Obseruare occupationes, vid. **OBSERVO**. Occupationibus prohiberi aliquid facere Caes. Bell. Gall. 4, 16. Relaxare se occupationibus Cic. Fam. 7, 1. 2 Occupatio, pars orationis. Valla, Occupare, saepe ante capere est, et (ut aliqui loquuntur) praecoccupare. Vnde schema illud Occupatio dicitur, quoties, quae dici ab alio poterant, ea ipsi praecueniendo dicimus, in nostram partem, ne nobis postea officerent, retorquentes. Cic. de Orat. 3, 203 Et in hilaritatem impulsio, ante occupatio. Paulo aliter Auctor ad Heren. 4, 38 c. 27 p. Occupatio est, quum dicimus nos praeterire, aut non scire, aut nolle dicere, id quod tunc maxime dicimus, hoc modo, Nam de pueritia quidem tua, quam tu omni intemperantiae addixisti, dicerem, si hoc tempus idoneum putarem: nunc consulto relinquo.
- OCCVPĀTVS**, ūs. m. Cl. Mamert. ap. Sidon. Epist. 4, 2 Ecquo tam ex occupatu vnquam vsipiamus implicabere, quin illud in aliorum commoda reuerget.
- OCCVPATORIVS**, a, um. Dicitur de Agris, qui ab aliis occupantur, a propriis possessoribus derelicti. Vid. Flacc. Aggen. et Goef. p. 15 et 127. it. 45 et 48.
- OCCVPATICVS**, apud Festum, quem vide.
- OCCVPO**, ōnis. m. Mercurii cognomen plebeium, cum Furem vocare nulent. Petron. 58. Occuponem propitium opto. Sic. Burm. 70. Sed variatur.
- OCCVRO**, curri, cursum, ēre. [*ὑπεντάω, προέρχομαι*] Obuium fieri, siue Obuiam procedere, ut cursus illa ac celeritatis notio non includatur. Iuuen. Sat. 1, 69 Occurrit matrona potens, quae molle Calenum, etc. Cic. ad Brut. 6 Scripsi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret. Occurrere obuiam Liu. 4, 40. Cic. Philipp. 1, 9 Tum vero tanta sum cupiditate incensus ad reditum, ut mihi nulli neque remi, neque venti satisfacerent; non quo me ad tempus occursum putarem, sed ne tardius quam cuperem, Reipublicae gratularer. Sen. Epist. 13 Quid iuvat dolori suo occurrere? Satis cito dolebis cum venerit, i. occupare dolorem, prius dolere quam opus est. Occurrere, cum currendi notione. Plaut. Curc. 2, 2, 28 Video parasitum tuum occurrentem. Vid. Sc. 3, 1. Sed nihil ad cursum illud, Occurrit ex aduerso instructa acies, i. Processit Liu. 32, 25. Obuius aduersoque occurrit Virg. Aen. 10, 734. Oculis tuis occurram Ouid. Ep. 8, 2, 136. Add. Colum. 2, 2. Sin doctus illis occurret Labor Phaedr. Epil. 2, 15 id est, in illos iudices incidit. Vlpian. in l. 2 §. 2 D. Si quis caut. in iudic. sistendi, etc. Simili modo et si ad testimonium desideratus, ad iudicium occurrere non potuerit. i. Sisti iudicio. Valer. Max. 4, 4 de Quinctio Cincinnato, Poenam quoque pro filio Caesone, quod ad causam dicendam non occurrisset, huius agelli reditu soluit. Caes. ad Cic. Fam. 8, 8 At ego simul atque audiui, inuocatus ad subsellia rei occurro. Sic Graeu. pro accorro: qui etiam ad Suet. Calig. c. 26. probat Occurrere interdum idem significare ac praesto esse. Sic Suet. Cal. c. 39 Litigatorum plerique, quod occurrere absentes ad iudicium non possent, causa caderent. Cum Infinitiuo: Lucret. 3, 908 Nec dulces occurrent oscula nati Praeripere, etc. i. current ad praeripiendum. Telis occurrere Virg. Aen. 11, 808. Occurrere suppetias fugientibus suis Hirt. Bell. Afric. c. 68. 2 Occurrere, [*φθάνω*] pro Vltro anteuertere et praecuenire verbis, consiliis, actu. Cic. pro Cluent. 63, c. 23 Sed ego occurram expectationi vestrae iudices. i. Respondebo tacitae obiectioni. Occurreret sicut occursum est Idem Acad. 4, 44 c. 14. Dicitis occurrere alicui Virg. Aen. 12, 625. Rationi illi, quam paulo ante conclusi, sic occurri Cic. de Fato 41. Add. Burm. ad Quinctil. 1, 5, 36 p. 61. Cic. de 10

Orat. 3, 189 Neque vos pacem aut herous ille conturbet, ipsi occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent, et respondebunt non vocati. Cic. Fam. 11, 11 Malevolentiae hominum in me, si poteris, occures, *i. obstites*. Pers. 3, 64 Venienti occurrere morbo. Consiliis Catilinae occurrere et obstiti Cic. in Catil. 3, 17 c. 7. Res vera occurrat falsae rationi Lucret. 3, 523. Satietae aurium, animorumque est occurrendum Cic. Verr. 4, 105. Varietas satietae occurrat Idem in Orat. 174. Vtrique Rei occurrat Nep. 16, 1, 1. Saepe imprudenti fortuna occurrat amanti, *b. e. Aduersatur* Propert. 1, 20, 3. Occurrat perniciosis herba haec, *pro sanat perniciosis, vel prohibet, ne veniant* Plin. 26, 7. Cuicumque sanguinis vitio intus, occurrat succus quinquefolii Ibid. c. 8. *Add. Idem 20, 8 et 8, 27. Sic Occurrere, pro Vltro offerri et euenire.* Cic. pro Deiot. 40 c. 14 *de misericordia loquens*, Solet supplicibus ipsa, et calamitosis, nullius oratione euocata, occurrere. *Huc etiam pertinet* Pallad. Aug. 7 Quae Iulio non occurrimus: *facere addit Medicus liber, quod alii intelligunt occurrimus facere, ἰψόσκαρον ποιοῦν.* ¶ 3 Occurrere [*ἐπιγχεσαι*] *res aliqua dicitur, quae in mentem venit.* Cic. de Senect. 2 Sed mihi quum de senectute aliquid vellem scribere, tu occurrebas dignus eo munere. Occurrat vtrique vestrum Idem pro Caec. c. 8. Idem pro Milon. 25 Occurrebat, mancam ac debilem Praeturam suam futuram Consule Milone. Idem de Orat. 2, 147 c. 34 Vbi enim locum omnia cogitatione seperis, si modo usum rerum percalueris, nihil te effugiet, atque omne quod erit in re, occurrat atque incidet. Cic. de Finib. 4, 47 c. 17 Hoc igitur quaeritis omnes, et hi, qui quodcumque in mentem veniat, aut quodcumque occurrat, se sequi dicent, *etc.* His occurrunt plerumque Imagines mortuorum Idem de Diu. c. 30. Idem de Orat. 1, 151 c. 33 Omnes enim siue artis sunt loci, siue ingenii cuiusdam atque prudentiae, qui modo insunt in ea re, de qua scribimus, inquirentibus nobis, omnique acie ingenii contemplantibus ostendunt se et occurrunt. De nostro itinere in vtramque partem permulta mihi occurrunt Idem Att. 15, 23. Occurrat animo, vel animis, *b. e. Succurrit, et in mentem venit.* Idem Acad. 4, 15. Si id, quod officii sui sit, non occurrat animo, nihil vnquam omnino aget Liu. 23, 48. Occurrunt animo pereundi mille figurae Ouid. Epist. 10, 81. Visa quietis menti occurrunt tranquilla atque veracia Cic. de Diuin. 1, 61 c. 29. Occurrebant oculis tot paludes, tot etiam campi Columel. 2, 2. Tellus nulla occurrat Virg. Aen. 5, 9. ¶ 4 *Obseruati.* Occurrat, *Praeteritum antiquum, pro Occurri.* Helius Tubero apud Probum, Si generalis species occurrat. Vid. Gell. 7, 9. Occurrat, *imperf. [ἐπισταται]* *Obstititur, resistitur, repugnatur.* Cic. Off. 2, 7 c. 2 Occurrat autem nobis, et quidem a doctis et eruditis, quaerentibus fatissime constanter facere videamur, qui quum percipi nihil posse dicamur, *etc.* *Et proprie* Liu. 5, 35 Aegre ad vndecimum lapidem occursum est. Caes. B. G. 7, . . A nostris occurrebatur.

OCURRENS, entis. Partic. [*ἀπαντῶν*] Imago saepius occurrens Virg. Aen. 6, 695. Nec silentium noctis iam mediae promittebat occurrentium lumen Petron. c. 79. OCCURSUS, ūs. m. [*ἀπάντησις*] *Ipsae occurrendi actus.* Plin. 11, 37 Dentes serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursum atterantur. Sic 7, 49 Occursus maleficorum siderum. Vrsi, leaeque occursum fecere metum Ouid. Met. 14, 260. Rota fracta occursum stipitis Ouid. Met. 15, 523. *Plur.* Obuiis occursum impediri Solin. c. 57 (al. 45).

OCCURSUS, ūre. Frequentat. [*ἀπαντῶμαι*] *Currendo obuiam ire.* Virg. Ecl. 2, 25 Et inter agendum Occursare capro, cornu ferit ille, caueto. Occursare portis Liu. 2, 45. Occursare *significat interdum Promptitudinem memoriae.* Occursant verba, sed qualia? quae sita et exulta Plin. Epist. 2, 3, 2. Occursare, *pro Succurrere, et venire in memoriam.* Plaut. Mil. 4, 2, 56 Nam ita me occursant multae, haud meminisse omnes possum. Occursat animo meo mortalitas Plin. Epist. 5, 5. Occursare numinibus, *Adorare, et sacrificiis placare, et praeuenire numina, ne nobis noceant* Id. in Paneg. c. 81 pr.

OCCURSANS, antis. Part. [*ἀπαντῶμενος*] Lucret. 5, 717 Et vna Labitur omnimodis occursans officiensque, *etc.*

OCCURSATIO, ōnis. f. [*ἀρχαισιγαστῆρας*] *Ambitionis genus, prensatio, et Diligens captatio honorum, dum magnatibus aut populo occurrimus prius quam decernatur.* Cic. pro Planc. 29 c. 12 Facilis est illa occursatio et blanditia popularis. Idem pro Milon. 96 c. 35 Vestras vero, et vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, quemcumque casum fortuna dederit, secum se ablaturum esse dicit.

OCCURSIO, ōnis. f. Sidon. Epist. 7, 10 Culpa rarae occursionis. Videbis nocturnam lunae successionem a fraternis occursionibus lene remissumque lumen mutuantem Sen. Conf. ad Marc. c. 18.

OCCURSITO, ūre. Frequent. Solin. c. 38 de Elephantis. Si confertis pecoribus occursitent.

OCCURSATOR, ōris. m. Aufon. Eidyll. 2, 25 Non occursator, non garrulus, *etc.*

OCCURSATRIX, icis. f. Festus in voce Sphintyrnix. OCCURSACVLVM, i. n. *Quidquid inopinato occurrit* Apul. Apol. p. 315.

OCCURSORIVS, a, um. Adi. Apul. 9 p. 227 Potio occursoria, *qua excipitur hospes ad coenum inuitatus.* Sic Pric. et Elmenb. Al. Antecurs. it. Accurs.

## O C E

OCEANVS, i. m. [*Ὠκεανός*] *Proprium nomen Tethyas coniugis. Item, litoris, aut viatoris noti Martialis aeuo, de quo* Martial. 3, 95 Et sedeo, qua te suscitatur Oceanus. De illo Ouid. Met. 2, 510. Genitor Nympharum Oceanus Catull. 85, 6. ¶ 2 *Nempe maris hoc generale nomen est illius, quod extra Herculis columnas orbem terrarum circumsluit: atque a litoribus plerumque accipit nomen, ut Atlanticum, Gaditanum, Arabicum, Persicum, Indicum, etc.* Virg. Aen.

2, 250 Et ruit Oceano nox. Idem Georg. 1, 246 Arcos, Oceanum metuentes Aequeore tingui. Idem ib. 4, 233 Plias et Oceani Spreto pede repulit Amnes, *veris descriptio, ab ortu Pliadis.* Tacit. Ann. 2, 23 Disiecitque naues in Aperta Oceani. Cic. pro Lege Manil. 33 Nunc nullam intra Oceani Ostium, praedonum nauem esse audiat Belluofus Hor. Carm. 4, 14, 48. Circumuagus, *vid. CIRCUMVAGVS.* Refusus, *i. Refluus* Virg. Aen. 7, 225. Seruius. Rerum Princeps Claud. Conf. Hon. 4, 23. *ex doctrina Thalesis de aqua, communi rerum principio, vid. Barth. ad b. 1.* Sic Orbis vinculum, terrarum custodia Rhetor. apud Sen. Suasor. 1. Ruber Hor. Carm.

1, 35, 30 Mare Erythraeam. Soles se tingunt Oceano Virg. Georg. 2, 481.



2, 481. Mare Oceanum appellamus Cic. de Somn. Scip. 15. Oceanus et Salacia caeli satu terraeque conceptu generati et editi Idem de Vniuers. 35. ¶ 3 Oceanus, *Solum vastum in balneis, et omnino lacus abueusque maior, vel ab eo nomine, vel ab amplitudine vocatus, et a lauantium quoque strepitu, et marino quasi aestu.* Lampri-  
 dius in Alexand. Seu. c. 25 Oceani (inquit) solum primus inter principes Alexander appellauit, quum Traianus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. Nam *thermarum magnitudo Romae quanta fuerit, Ammianus docet, quum narrat Lauacra in Vrbe in modum prouinciarum exstructa* 16, 10. ¶ 4 Oceanus, *tanquam Adiectiu.* 10  
 Qui vagus oceanas exit et intrat Aquas Venant. Fort. de Resurrect. 3, 4. *de sole. De aliis res incerta.* Qualis in oceano Fluctu Iuuenal. 11, 94. *Al. Oceani.* Nimirum Oceano se ostendit noctifer Imbre Catull. 61, 7. *Sed legitur, Oeteos ostendit noctifer ignes.* Litore in oceano Iuuenal. 11, 113. *Sed editur Litore ab oceani.* Certius, *sed re-* 15  
*centius* Mare oceanum Ampel. pr. de mundo, et S. Rufus c. 5. Et vsque Gades ad Oceanum mare peruenimus.

OCEANĪTIS, idis. f. Patronym. [Ὠκεανίτις] Dicitur filia Oceani. Virg. Georg. 4, 341 Clioque et Beroë soror, Oceanitides ambae. 20

OCELLATVM, i. n. *Aut Genus auellanae, nucularumque, quae ocellorum quandam prae se speciem et rotunditatem ferunt: aut globuli sunt e lapide polito.* Hac voce vsus est Tranquillus in Aug. c. 83 quum scribit Augustum solitum esse cum pueris minutis ludere ocellatis nucibusque. *Quanquam diuersa de Ocellatis Grammatici sentiunt, et ut in re ignota emendationem comminiscuntur, ac modo Castellatis, modo Oscillis, modo Ossilatis, vel Ossiculatis, vel Ossiculis reponant.* Sed Turnebus Adu. 3, 18, quem sequuntur doctissimi quique, Ocellatis probat, quam vocem a Varrone mutuo sumfisse Tranquillum existimat. Sic enim auctore Nonio 3, 138 scribit in Marcipore, Altera exorat patrem 30  
 libram ocellatorum, Altera virum semodium margaritarum Conf. Casaub. ad Suet. l. c. Salmas. ad Solin. p. 496.

OCELLVS, vid. OCVLVS.

OCHRA, ae. f. [ὠχρα] Cretae, siue lapidis species, quae fit exusta rubrica in ollis nouis luto circumlitis Plin. 35, 6. Bald. 35  
 Lex. Vitr. p. 75.

OCHVS, i. m. [ὠχος] Fluius, de quo Plin. 6, 16 Gens haec (de Baetris loquitur) — includitur flumine Ocho. Idem 31, 7 Praeterea apud Baetros amnes Ochus et Oxus, ex appositis montibus deferunt falis ramenta. 40

## O C I

OCĪVM, quod corruptum varie in OCINVM, OCYMVM, OCYNVM, et OZINVM, i. n. [ὠκίμω] Duarum plantarum nomen est: Primo odoratae illius, quae vulgo Basilicon vocatur. De 45  
 hoc Plin. 19, 7 f. 36 Nihil ocimo fecundius: cum maledictis ac probris ferendum praecipunt: ut laetius proueniat, fato pauit terra. Hinc Pers. 4, 22 Cum bene discincto cantauerit ocima verna, i. opprobria dixerit ingesserisque, quae solent cantari cum feruntur ocima. Casaubonus ad h. l. veram esse scripturam ocimum, auctoritate et ratione 50  
 euincit. De huius ocimi natura et viribus medicis multa Plin. 20, 12 f. 48 Ocimum quoque Chrylippus grauiter increpuit, inutile stomacho, vrinæ, oculorum quoque claritati: praeterea insaniam facere, et lethargos etc. ipse deinde meliora. Sed locus ipse videndus est, et, si quis plura desiderat, Bodaeus a Stapel ad Theophr. 7 p. 755 sqq. Tribuitur 55  
 Ocimum etiam Catullo ad Fundum f. 44, 15 Et me recurui ocimoque et vrtica. Sed otioque magno consensu libri optimi: quod etiam pulchre ad illum locum conuenit. Vid. Is. Vossius. Colum. 10, 319 Tum quoque proficisso riguoque inspersa nouali Ocima comprimite, et gravibus densate cylindris. Explicat, quod breuiter a Plinio dictum modo 60  
 posuimus, fato pauit terra. Ser. Sam. 441 Ocima praeterea, bulbiue linuntur amari.

¶ 2 Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato Ocimum vocat (c. 27 et 53. it. 54, 3 et 4 ubi ocinum a Victorio, antiquiores editi Ocimum, MS. Ocimum) quo sistebant alvum bubus. Id erat e pabulis segete viridi defecta, ante quam gelaret Sura Mamilius id aliter interpretatur, et tradit, fabae modios decem, viciae duos, tantundem eruiliae in iugero autumnino misceri et feri solitum. Melius et auena Graeca, cui non cadit semen, admixta. Hoc vocatum ocimum, bouaque causa feri solitum. Varro appellatum a celeritate proueniendi, e Graeco, quod ὠκίμω dicunt. Haec 70  
 Plin. 18, 15 f. 42 quae corrupta certe in verbis sistebant et gelaret, collatus Varronis locus arguit de Re rust. 1, 31, 4 Ocimum (sic primae editi. Ocimum Victor.) dictum a Graeco verbo ὠκίμω, quod valet cito: similiter quo (sic Victor. antea quoque) ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocimum, quod citat (unde ergo Plinius sistit?) alvum 75  
 bubus, et ideo iis datur, ut purgentur. Id ex fabuli segete viride sectum ante quam genat siliquas. Ultima duo verba apud Plinium corrupta in antequam gelaret. Sed nostrum non est, omnes circa hoc Ocimum componere lites.

¶ 3 Ex Macro laudatur versus, Inter praeteritas numerabitur ocymus herbas. Sic fuerit generis Mascu- 80  
 lini. Sed noxum est, quantum illi Macro homini tribuendum sit.

O CYMOIDES, id est Ocimo similis carduus est Apul. de Herb. 109.

OCINVM, vid. OCYMVM.

OCIOR, OCIOSVS, vid. OTIVM.

OCIVM, vid. OTIVM. 85

## O C N

OCNVS, i. m. [ὠκνος] Is est, inquit Seruius, quem in Bucolicis Virgilius Bianorem dicit, Mantuae conditor. Cuius etiam meminit Aen. 10, 198 Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris, etc. Ocnus (si Latine interpreteris, significat Pigriziam) vir quidam fuit, quem effinxerunt pictores apud inferos sedentem et torquentem e sparto funem, adstantem autem illi asinam statim deuorantem quod ab illo tortum fuit. Vid. Pausan. Phoc. f. libro 10. Huc alludens Prop. 4, 3, 21 95

Occidat immerita qui carpsit ab arbore vallum:

Et struxit querulas rauca per ossa tubas.

Dignior obliquo, funem qui torqueat, Ocnō,

Aeternusque tuam pascat aselle famem.

Obliquo i. in opus suum incuruo. Plin. 35, 11 f. 40, 31 inter opera So- 100  
 cratis pictoris Piger, qui appellatur Ocnos, spartum torquens, quod asellus arrodit. Hunc locum ubi ad Propertium illustrandum attulit Turnebus, subiicit: Quis autem non videt magnae pigriziae fuisse in torquendo sparto laborare, nihilque proficere, rodente quidquid tortum erat asino, nec tamen abigendi asini laborem suscipere? Sed alium in sensum 105

dici videtur a Propertio, de eo, qui supplicio non dissimili Danaïdum poenae afficitur, aut qui in ignem laeam trahit, qui scilicet perpetuo sine effectu laborat, quomodo apud inferos Ocnun puniri opinio erat, ut existimo, Haestenus ille. Mihi, salua Plinii reuerentia <sup>ὄκνος</sup> in hac fabella non tam pigrítiam, quam tædium et molestiam labori adiunctam notare videtur. Quid enim molestius est, quam laborem suscipere et continuare eum, quem statim tibi periturum scias.

## O C Q

10 OCQVINISCO, Ære. [*κρότω*] Inclinare, inquit Nonius 2, 600. Pomponius Proftibulo, Ut nullum ciuem paedicaui per dolum, Nisi ipfius orans vltro qui ocquiniferet. Idem Piftore, Nisi nunc aliquis subito obuiam occurrit mihi, Qui ocquinifcat, quo compingam terminum, in tutum locum. Vterque locus detestabilem turpitudinem patbici hominis, drauco praebentis, indicat.

## O C R

20 OCREA, ac. f. [*περικνημίδες*] Calceamenti genus, quod crus tætur; quod, Varrone auctore de L. L. 4, 24 opponatur ob crus; vel quod fit inaequaliter tuberata, ut ait Festus. Add. Idid. 19, 34. Et est sane *ὄκρε* eminentia quaedam. Apul. de Mundo p. 744 Floridi, Hic galea caput, ille crura ocreis innouit. Liu. 9, 40. Et finistruum crus ocrea tectum. Tum leues ocreas electro, auroque recocto Virg. Aen. 8, 624. Add. ib. 7, 634.

OCREĀTVS, a, um. Adi. [*περικνημιδώτης*] Qui ocreis calceatus incedit. Plin. 19, 2 Ad reliquos vsus laboriose euellitur ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, conuolutum offeis lignisue conamentis. In niue Lucana dormis ocreatus Hor. Serm. 2, 3, 234.

OCRICVLVM, i. n. Oppidum Italiae, in monte situm, quod Strabo inter Sabinos ponit, Plinius inter Vmbros. Hinc

OCRICVLĀNVS, a, um. Adi. ut, Ocriculana tribus, vid.

35 TRIBVS. Ocriculani populi Plin. 3, 14.

OCRIS, is. f. [*ἄκρης*] Mons confragosus apud Festum.

OCRĪSIA, ac. f. Publii Corniculæ vxor, Seruui Tullii mater. Ouid. Fast. 6, 627 Namque pater Tullii Vulcanus, Ocrisia mater.

## 40 O C T

OCTAËDRON, i. n. (corpus) f. OCTAËDROS, i. f. Mart. Capella 6 p. 233 intell. forma. Est nempe figura solida, quae octo triangulis aequalibus, et aequaliteris continetur.

45 OCTANGVLVS, a, um. Adi. Sphaeram et pyramidem figuram ignis in se habere, octangulam vero aëris Apul. de Doctr. Plat. 1 p. 5.

OCTAGONVS, a, um. Adi. Idem. Omnis octagonus ductus Hygin. de Castram. Octagoni areae pedaturam sic inuenies Id. ib.

50 OCTANS, antis. m. Octaua pars assis Vitruu. 10, 11, vid. AS.

OCTASTYLOS, i. c. Vitru. 3, 2 Epitheton templi, vel alterius adco aedificii, octo in fronte columnas habentis.

OCTAVIA Gens Romae, in summam nobilitatem adducta a C. Octauio, qui post adoptionem Iulii Caesaris C. Iulius Caesar Octavianus dictus est: et Augusti nomen suis successibus, non minus quam Caesaris reliquit. Alios Octauios, et Octauias memorare, item Porticus Octauias non est huius loci.

60 OCTAVIĀNVS, a, um. Adi. [*Ὀκταβιανός*] Cic. de Diuin. 1, 4 Ex quo genere saepe ariolorum etiam et vatuum foribundas praedictiones, ut Octauiano bello Cornelii Culeoli, audiendas putauerunt. Octavianus, Augusti Caesaris cognomen fuit, inae tractum, quod ex Octauiorum familia in Caesarum gentem fuerit adoptatus, quemadmodum et Africanus minor dictus est Aemilianus, quod P. Aemilii filius fuerit, a P. Cornelio Scipione adoptatus.

65 OCTO. [*ὄκτώ*] Nomen numerale, Adiect. indecl. Octo genera poenarum in legibus Cic. ap. Augustin. C. D. 21, 11. Pedes temo protentus in octo Virg. Georg. 1, 171.

OCTIES. Adu. Martial. 8, 64 Vno nasceris octies in anno. Cic. in Somn. Scip. 3 c. 2 Nam quum aetas tua septenos octies folis anfractus reditusque conuerterit, etc. Add. Lamprid. Comm. c. 11.

70 OCTĀVVS, a, um. Adi. Octaua pars Plin. 6, 33. Cic. Att. 15, 26. Circiter horam octauam Hor. Epist. 1, 7, 47. Sapientum octavus Idem Serm. 2, 3, 296. nouus velut Collega illis septem nobilibus Graeciae sapientibus auditis.

75 OCTAVVM. [*ὄγδοος*] Tanquam Aduerbiū positum, pro Octies. Liu. 6, 36 Nam praeter Sextium Liciniumque, latores legum iam octavum Tribunos plebis resectos.

OCTAVA, ae. f. Vectigalis species. l. vlt. C. de Eunuch. it. l. 7 C. de vectig.

80 OCTAVARIVS, i. m. Exactor huius vectigalis. l. 8 C. de vectig.

OCTENNIS, is. m. Qui octo annis natus est. Ammian. 18, 6.

OCTINGENTI, ae, a. Adi. [*ὄκτακόσιοι*] Cic. Acad. 4, 81 c. 25 Mille et octingenta stadia quod abesset, videbat. Et pro Planc. 60 c. 25 Octingenti fere consecuti sunt. Add. Idem Fana. 12, 15, 21. Columel. 5, 2.

OCTINGENTIES. Mart. Capell. 6 p. 198. Vopisc. in Tac. c. 10.

OCTINGENARIVS, a, um. Adi. [*ὄκτακόσιος*] Octingentarius grex Varro de Re rust. 2, 10 sub fin.

OCTINGENTESĪMVS, a, um. Adi. [*ὄκτακόσιοσος*] Cic. de Senect. 5 c. 2 Deinde qui minus grauis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quam octogesimum?

OCTĪPES, edis. c. Ouid. Fast. 1, 313 Octipedis frustra quaerentur brachia Cancrī.

OCTOBER, bris. m. Mensis Romani decimi nomen. Auson. Ecl. gario. p. 553 Triticeo October fenere ditat agros. Et p. 554 October cupidi spem fouet agricolae. Et p. 555 Et quas October, positusque in fine December. Columel. 11, 2, 73 Cal. Octobribus. Quarto Non. Octobris etc. ¶ 2 October equus appellatur, qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum

100 victricum dexterior; de cuius capite non leuis contentio solebat esse inter Suburanenses et Sacrauienses, ut hi in Regiae pariete, illi ad turrim Mamilianam id sgerent; eiusdemque cauda tanta celeritate perferunt in Regiam, ut ex ea sanguis destillet in focum participandae rei diuinae gratia, etc. Festus. Illa causa caviar dicebatur, ubi vid.

105 Quod hic quotannis dicitur, illud idem Festus in Caviar quinto quoque anno

anno memorat: et sic Prop. 1, 4, 20 Annuaque accenso celebrare Palilia foeno, Qualia nunc curto (cauda truncato) lustra nouantur equo. Scaliger Propertium arguit, confudisse Paliliorum celebrationem cum equo Octobri.

OCTOCHORDOS, Vitruv. 10, 13 Canonis musici epitheton, si sit octo chordarum, i. sonorum.

OCTODÉCIM. Indecl. Dubitamus cum Vossio, utrum Latine dici possit nec ne. Saltem melius loquemur cum Cicerone Duodeuiginti, aut cum Liuius Decem et octo. vid. Cellar. Antib. p. 124. et Cur. Poster. p. 184.

OCTOGINTA. Adi. Indecl. [ὀγδοήκοντα] Cic. de Senect. 68 c. 19 Argantonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum viginti vixit. add. de Cl. Orat. c. 64. Octoginta octo Plin. 4, 12. Octuaginta Gell. 3, 10. Vitruv. 10, 17. vid. Borrich. Cogit. p. 184.

OCTOGĒNVS, a, um. Adi. [ὀγδοήκοντος] Plin. 9, 51 Torpedo octogenos fetus habens inuenitur. i. Octoginta. Octogenae stirpes Columel. 3, 3. conf. Varro R. R. 2, 10. Octogeni bini aeris militibus dati Liu. 10, 30 extr.

OCTOGESĪMVS, a, um. Aliud item Adiect. [ὀγδοήκοντος] Cic. de Senect. 32 Qui et vno et octogesimo anno scribens mortuus est. De Platone. Liu. 9, 18 Populi iam octogesium bellantis annum. Columel. 5, 1 Pars ducentesima octogesima octaua. Solstitia octogesima Iuuen. Sat. 4, 92. Quartum annum ago et octogesium Cic. de Sen. c. 10. Quam sextus et octogesium annus pulsat Iuuenal. 6, 191. Add. Varro R. R. 1, 1 pr. Octuagesimus, de quo vid. Valla 3, 5.

OCTOGIES. Adu. [ὀγδοήκοντάκις] Cic. in Pison. 86 c. 35 Nonne festertium centies et octogies, quod, quasi vasarii nomine, in venditione mei capitis adscripseras, ex aerario tibi attributum Romae in quaestu reliquisti? Octogies quinquies centena Plin. 2, 108.

OCTVAGIES. Adu. Idem. Plin. 2, 108. Add. Mart. Capella 6 p. 198.

OCTOGŌNVS, i. m. Quod octo habet angulos Vitruv. 1, 6.

OCTOGENARIVS, a, um. Adi. Plin. Epist. 6, 33 Octogenarius fenex. Maior octogenario Eumen. de rest. Scholis c. 17. Alio sensu, Octogenaria fistula Pallad. 9, 12. et Vitruv. 8, 7. quae e lamina octoginta digitorum perfecta est.

OCTOMINVTALIS, e. Adi. Octominutalis carnis libra Lamprid. in Alex. Seu. c. 22. i. octo minutorum pretio venalis. Minutus autem est numulus argenteus, λεπτός.

OCTŌNVS, a, um. Adi. [ὀκτώ] Octonis annis pariunt caprae Plin. 8, 50. Et c. 32 Octonis mensibus ferunt partus. de ceruis. i. Octo mensibus. Ouid. Met. 5, 50 Bis adhuc Octonis integer annis. Octonis iterum Natalibus actis Ouid. Met. 13, 753. Octonis Diebus peractis Pallad. 1, 35. Idus octonae Hor. Serm. 1, 6, 75. Octonae partes Varr. de L. L. 8, 23.

OCTONARIVS, a, um. Adi. Numerus Macrob. Somn. Sc. 1, 5. Plin. 31, 6 Fistulas dentium pedum longitudinis esse legitimum est. Et si quinariae erunt, sexagena pondo pendere: si octonariae, centena: si denariae, centena vicena: ac deinde ad has portiones. De aqua per fistulas ducenda. conf. Pallad. 9, 12. Octonaria regula Varr. de L. L. 8, 49.

OCTONĀTIO, ōnis. f. Interp. Irenaei 1, 1. In ogdoadas f. classes octonorum distributio.

OCTOIVGES, pro Octo coniunctis. Liu. 5, 2 Antea trina loca contentione summa patricios explere solitos: nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire, octo simul, quasi vno iugo iunctos.

OCTVPLVS, a, um. Adi. [ὀκταπλάσιος] Cic. de Vniuers. 20 c. 7 Quintam inde quae tertiae tripla, tum sextam octuplam primae. Idem Verr. 3, 26 Dicis te in Decumanum, si plura sustulerit quam debitum sit, in octuplum iudicium daturum esse. Damnatus octupli, vid. DAMNO.

OCTVPLICĀTVS, a, um. Adi. [ὀκταπλασιασθεὶς] Liu. 4, 24 Octuplicatoque censu aerarium fecerunt.

OCTVPLICATIO, ōnis. f. Mart. Capell. 7 p. 267 Octuplica-tione metiri.

OCTVSSIS, is. m. Numi species ad valorem octo assium. Hor. Serm. 2, 3, 156 Quanti emtae? paruo. Quanti ergo? octussibus. Lambino Pluralis hic intolerabilis videbatur, cum vnus octussis iam sint octo assies, itaque legit octo assibus. Sed bene antiquam lectionem tuetur Bentleius auctoritate pariter et ratione, cum sit distributio, q. d. singula pisanaria oryzae emta sunt octussibus etc.

OCTOPHŌRVM vel OCTAPHORVM, i. n. [ὀκτόφορον] Lectica, quae ab octo seruis portabatur. Martial. 6, 83 Octophoro sanus portatur Auite Philippus. Cic. Q. Frat. 2, 9 Memini enim quum hominem portare ad Baias, Neapoli octophoro Anitiano, machaerophoris centum sequentibus, miros risus nos edere. Add. Suet. Calig. c. 43 c. n. Beroaldi.

## O C V

OCVLVS, i. m. [ὀφθαλμός, ὄμμα] distus ab oculendo, si recte Lactantius de Opificio Dei c. 6 Ut oculi munitiores essent ab iniuria, ciliorum tegminibus, Deus oculiuit: vnde oculos dictos esse, Varroni placet. Pretiosissima pars corporis, et quae lucis vsu vitam distinguit a morte Plin. 11, 37. Ter. Adelph. 4, 5, 68 Di me pater omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos. De oculis multa Quinctil. 11, 3, 75 sq. De gestu oculorum. Oculi tanquam speculatores, altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes, funguntur suo munere Cic. de Nat. Deor. 2, 140. Oculi sunt quorum tum intentione, tum remissione, tum coniectu, tum hilaritate motus animorum significemus apte cum genere ipso orationis Id. de Orat. 3, 220. Vestiuit et sepsit oculos natura membranis tenuissimis, quas primum perlucidas fecit, vt per eas cerni posset: firmas autem, vt contuerentur Id. de Nat. Deor. 2, 142. Mundi oculus, Sol Ouid. Met. 4, 228. Cic. de Lege Agrar. 2, 25 An vos aliter existimabatis, quum ad omnia vestra pauci homines Cupiditatis oculos adiecissent, non eos in primis id acturos, vt ex omni custodia, etc. Acies oculorum Ouid. Met. 7, 584. Acies contenta oculorum Lucret. 1, 325. Infirmitas, vid. INFIRMVS. Lumina Lucret. 6, 183. Nep. 20, 4, 1. Margo Stat. Silu. 3, 2, 53. Potentia oculi Cels. 6, 6. De suffusione oculorum. Sensus oculorum acerrimus Cic. de Fin. 2, 52. Vigor oculorum integer Plin. Epist. 3, 1. Tunicae oculi Cels. 7, 7. Visum oculorum amittere Plin. 7, 50. Ab oculo legit libruum Petron. c. 75. inter laudes pueri literati, i. ad 105

- primum ad spectum, sine haesitatione.* In oculis exercitus, *vid.* IN Praepositionem. In oculis praestans, *pro Coram hominibus.* Cic. de Senect. 12 Nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus, sed intus, domique praestantior. ¶ 2 *Epitheta:*
- 5 Abacti oculi Stat. Theb. 1, 104. Abstinentes oculi, *vid.* ABSTINEO. Acres, *vid.* ACER, Adi. Acuti Cic. pro Planc. 69. Aduocatos oculos non adhibet sapientis cogitatio ad inuestigandum Cic. Tusc. 5, III c. 38. *in consolatione caecitatis.* Ardentes Virg. Georg. 3, 505. Arguti nimis oculi, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur Cic. de Legib. 1, 27. Asperi Quinct. 11, 3, 75. Attoniti Claud. Conf. Stil. 2, 70. Cadentes, *vid. infra* Detinere. Caerulei, *vid.* CAERVLEVS. Comes oculi Ouid. de Arte Am. 3, 510. Compressi et operati Quinct. 11, 3, 76. Contenti et tumentes Suet. Tib. c. 7. Conturbatus oculus, *est Qui caligat et confusus videt, laboratque opthalmia.* Scribon. Largus Comp. 19 Ad conturbationes et epiphoras oculorum scio multa collyria, etsi tarde, magnos tamen effectus habere. Turnebus. Cruentati, *vid.* CRVENTO. Dexter et laevus Lucret. 4, 301. Eminentes Cic. in Vatin. 4. Eruditi dicuntur oculi, *Quorum iudicium amussitatum examinatumque ac censorium quodammodo in perpendendis discernendisque rebus pernoscutur, nec id in legendo solum, sed in spectanda quoque pictura nobili, aut opere antiquis artificum nominibus pretioso.* Cic. in Parad. 5 Aetionis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. Mitto vnde sustuleris, et quo modo habeas. Intuentem te, admirantem, clamores tollentem
- 25 quum video, feruum esse ineptiarum omnium iudico. Nonne igitur sunt illa festiua? Sint. nam nos quoque oculos Eruditos habemus. Sed obsecro te, *etc.* Exempti Lucret. 3, 369. Extantes rigentesque Suet. Ner. c. 49. Extenti et rigidi Quinct. 11, 3, 76. Fessi Virg. Aen. 5, 845. Hor. de Arte Poët. 181 Segnius irritant animos demissa per aurem, Quam quae sunt oculis subiecta fidelibus. *b. e. Plus mouent et afficiunt quae videntur, quam quae audiuntur duntaxat. hinc fideles vocat oculos, quia certius scimus quae vidimus, quam quae audiuimus.* Plaut. . . Pluris est oculatus testis vnus, quam auriti decem. Fons illud Herodoti *ἢ ἄτα τῶν ὀφθαλμῶν ἀπιστέτερα ἰόντα ἐτύχχανε.* Gra-
ODYNOLYON, ontis, *vel vt Harduinus dedit* ODYNOLYTES, ac. m. *Eius pisciculi nomen, quem Remoram alii Latini Ἐχενήδα f. Echeneida Graeci appellant.* Plin. 32, 1 Alii sale asseruatum adalligatumque grauidis partus soluere, ob id alio nomine odynolytem appellari. *Sunt qui malint Odynolytes ab ὀδῶν, ἴνος, quod partus doloribus magis proprium.*

ODYSSĒA, ae. f. [*Ὀδύσσεια*] Homeri opus de Vlyssis erroribus, viginti quatuor libris absolutum. *Deriuata dictio ab Ὀδυσσεύς, id est Vlysses.* Cic. de Clar. Orat. 71 Nam et Odyssea Latina est sic tanquam aliquod opus Daedali, et Liuianae fabulae, etc. *conf.* Gell. 3, 16. Auson. Epit. 5 Perlege Odyssean omnia nosse volens.

ODYTES, *vid.* ODITES.

## O E

OE pro E et V antiqui scribebant, quod indicant Poena, Poeni, Moenia, Pomoeria, cum verbis Punio, Punicus, Munio, Murus collata. Cic. de LL. 3, 10 c. 4 Si quid erit, quod extra magistratus COERATORE OESVS sit, qui COERET, populus creato, eique ius COERANDI dato etc. *Add.* Drakenb. ad Sil. 3, 257.

OEA, Africae ciuitas est, una ex tribus, quae a numero Tripolim illam Africanam fecerunt. Solinus c. 40 Achaei Tripolim lingua sua signant, de trium vrbiuum numero, Oeae, Taphrae, Leptis magnae, etc. *Vid.* Drakenb. ad Sil. 3, 257. *Hinc*

OEENSES apud Apuleium in Apol. aliquoties.

OEAGRVS, i. m. [*Ὀεάγρος*] Pater Orphei vasis, et fluius Thraeciae: unde et Hebrus, quod ex eo fluat, OEAGRIVS dicitur. Virg. Georg. 4, 524 Tu quoque marmorea caput a ceruice reuulsum gurgite cum medio portas Oeagrius Hebrus. *Est quoque Oeagrius Aemus* Ouid. Met. 2, 219. Nervi Sil. 5, 463. *conf.* Manil. 5, 322.

OEBALIA, ae. f. [*Ὀεβαλία*] Duplex est: una quae et Laconia dicta fuit: et ab Oebalo filio Argulii Oebalia cognominata. De qua Stat. Achill. 1, 20 Soluerat Oebalio classem de litore pastor Dardanus. *Altera in Italia prope Tarentum Calabriae, de qua* Virg. Georg. 4, 125 Sub Oebaliae memini me turribus altis, etc.

OEBALIDES, ae. m. Patronym. [*Ὀεβαλίδης*] Ouid. in Ibin 590 pro gentili posuit; Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas. *i. Hyacinthus, qui Lacon fuit.* Idem Fast. 5, 705 loquens de Castore et Polluce, Effugere Oebalidae cursu potuere sequentes.

OEBĀLIS, idis. f. Patronym. [*Ὀεβαλίς*] Stat. Silu. 1, 2, 150 Quis purpura saepe Oebalis, et Tyrii moderator liuet aheni, *i. Laconica.*

OEBALIVS, a, um. Adi. [*Ὀεβαλίος*] Matres Oebaliae, Italicae Ouid. Fast. 3, 230. Fratres Stat. Silu. 3, 2, 10. Nepotes Sil. 12, 451.

OEBĀLVS, i. m. [*Ὀεβαλος*] Argulii filius, rexque Laconiae, ab se Laconiam prouinciam, Oebaliam dixit. Fuit et Oebalus, Telonis regis Capreaeum insulae prope Neapolim filius, et

Nymphæ Sebethidis. *Haec Seruius apud Virg. Aen. 7, 733 Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympa Fertur.*

OECHALIA, ae. f. [οἰχάλια] *Laconiae pars, propinqua Thesaliae, quae Oechaliae nomen assumpsit a ciuitate eiusdem nominis, quae in illa erat. Ipsa vero ciuitas, teste Homero Iliad. 2. ab Oechaleo fluuio nomen accepit. Vid. Virg. Aen. 8, 290. et Ouid. Met. 9, 136. In-clyta Oechalia Senec. Herc. Oct. l. 4.*

OECLEIDES, ae. m. *Amphiaraus Oeclei filius Ouid. Met. 8, 317.*

OECONOMVS, i. m. [οἰκονόμος] *Latine dicitur Administrator rei familiaris. Pro Oeconomus in Iure Pontificio et Nouell. Iustinian. legitur passim Iconomus. Quam scriptiōnem defendunt Alciat. Parerg. 9, 3. et Gifun. apud Muret. Epist. 2, 23. L. 14 C. de Sacrosanct. Eccles. Oeconomus est, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur. et l. 33 §. 4 C. de Episc. et Cler. Dispensator pauperum est oconomus Ecclesiae.*

OECONOMIA, ae. f. [οἰκονομία] *Proprie est rei domesticae administratio. Sed etiam Oeconomia, Dispositio, ordo, et structura cuiuscunque rei, per translationem. Cic. Att. 6, 1 Accepi tuas literas, etc. Iis igitur respondebo. Sic enim postulas. Nec οἰκονομίαν meam institutam, sed ordinem conseruabo tuum. Hic ponitur pro Ordine, quem scribentes seruamus. Vitruu. 1, 2 Architectura autem constat ex ordinatione, quae Graece τάξις dicitur: et ex dispositione (hanc autem Graeci διάθεσις vocant) et eurythmia et symmetria, et decore, et distributione, quae Graece οἰκονομία dicitur. Budaeus. Oeconomia, apud Oratores, Dispositio causae dicitur Quinctil. 3, 3. Diligentior oeconomia Id. 1, 8. Cic. Att. 6, 1 Sed enim οἰκονομία si Perturbator est, tibi assignato: te enim sequor οἰκονομία, ordo et dispositio rerum, quae scribuntur. οἰκονομία, scribentem non ordine, sed ut quidque in mentem venit.*

OECONOMICVS, a, um. Adi. [οἰκονομικός] *Gubernandae familiae peritus, vel ad rei familiaris administrationem pertinens. Cic. Off. 2, 87 c. 24 Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est. in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur. Huius a Cicerone conuersi plura seruuit Colum. libro 12, cuius hoc initium, Xenophon Atheniensis in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur. Exstant et Aristotelis οἰκονομικά. Conf. Col. 11, 1, 5. Sed ad oratoriam dispositionem et coordinationem pertinet Quinctil. 7, 10 Oeconomica totius causae dispositio.*

OECOS, i. m. [οἶκος] *Graece, Latine Domus siue familia dicitur: a quo Oeconomus. Sed speciatim notat conclaue unum magnum, maioribus conuentibus destinatum, et conuiujs numerosioribus seruans, quas Europa hodie Salas vocare solet. Sic Plin. 36, 25. Item Vitruu. 6, 10 Constituantur oeci magni. Idem 6, 5 Quadrati.*

OECUMENICVS, a, um. Adi. [οἰκουμηνικός] *Vniuersalis, et ad totum orbem pertinens. Vnde Concilium oecumenicum: οἰκουμένη enim, idem est, quod orbis terrarum, terra habitabilis. Vid. Conring. de Concil. th. 11. et D. Ziegler. Iur. Canon. p. 267. Episcopus Oecumenicus. Vid. Calixt. Appar. p. 268.*

OEDĪPVVS, i. et ōdis. m. [οἰδίπους] *Filius Laii regis Thebani, dum adhuc matris utero teneretur, et pater Laius Apollinem de nascitura prole consuleret, ab oraculoque percepisset debere se a nascitura prole interfici, natum puerum pastori armentorum suorum occidendum tradidit: qui dum aetatis miseretur, ne omnem spem vitae auferret, paruuli pedes gladio perforauit, et vimine suspendit ad arborem quasi inedia moriturum. Sed quum vagitu Phurbanem pastorem Polybii Corinthiorum regis, ad se puer traxisset, ille conuulsis vinculis iam tumidum pedibus puerum cuidam largitus est: qui lactus ad Meropem uxorem Polybii regis liberis carentem pro magno munere detulit: illa una cum viro tanquam filium caelitus missum paterna caritate suscepit, et a pedum tumore Oedipodem nominauit. Hic quum Thebas aliquando pergeret, obsidentis Sphingis aenigma dissoluit, et monstrum interemit. Hinc Ter. Andr. 1, 2, 23 Seruus dissimulans intelligere, quod herus dixerat, Datus, inquit, sum, non Oedipus. Plaut. Poen. 1, 3, 34 Nam isti quidem, Hercle, orationi Oedipo opus est coniectore, qui Sphingis interpres fuit. Sic laudat etiam Priscian. 6 p. 720. Est Tragoedia Senecae huius nominis et argumenti, unde tum quae diximus, tum reliqua de Oedipo peti possunt. Oedipus Oedipodis diceretur ordinarie, iubet Priscian. l. c. licet Oedipo Plauti, ut vidimus agnoscat.*

OEDIPŌDES, ae. m. [οἰδιπόδης] *Pro eodem dicitur. Stat. Theb. 1, 17 Limes mihi carminis esto Oedipodae confusa domus. conf. Martial. 10, 4. Impii Oedipodae nuptiales faces Senec. Herc. fur. l. 6.*

OEDIPODIONIVS, a, um. Adi. [οἰδιποδιώνιος] *Ouid. Met. 15, 429 Oedipodioniae quid sunt nisi nomina Thebae? Sic et Lucan. 8, 407. Fratres Stat. Theb. 10, 801. Polynices et Eteocles.*

OEDIPODIONIDES. m. Patronym. [οἰδιποδιωνίδης] *Stat. Theb. 1, 313 Interea patriis olim vagus exul ab oris Oedipodionides furtim deserta pererrat. Aoniae, Polynices. Dirus Oedipodionides Stat. Theb. 6, 426.*

OENANTHE, es. f. [οἰνανθή] *Flos labruscae, hoc est vitis siluestris, non tamen cuiuslibet, (nam duae sunt labruscae species) sed eius tantum, quae solum florem, non etiam uvas profert. Colligitur quum optime olet, siccatur in umbra, substrato linteo, acque in cados conditur. Dicitur quasi οἶνος ἀνθος, hoc est vini flos Plin. 12, 28. Oenanthe vocatur ipsa etiam conditura mellis ex flore labruscae. Vid. Plin. 23 pr. et lemma Pallad. Iun. 11. Salmas. de Homon. byl. Iatr. c. 29. Herba. Plin. 21, 24 Oenanthe herba nascitur in petris, folio pastinacae, radice magna, numerosa. conf. Diosc. 3, 126.*

OENANTHĪNVS, a, um. Adi. [οἰνανθίνος] *Quod ex oenanthae factum est. Oenanthinum oleum Plin. 23, 4.*

OENEATES, is. m. *Inter Vina transmarina numeratur Plin. 14, 7.*

OENEVS, i. m. *duarum Syllab. [οἰνεός] Calydoniae rex et Deianirae pater, de primitiis omnibus numinibus sacrificauit, excepta Diana, quae irata aprum immisit, qui cuncta vastabat, donec a Meleagro, Oenei filio, occideretur. Haec Seruius. Ouid. Met. 8, 4 An felix Oeneus nato victore fruetur? Oenei partu edita, Periphraasis est Deianirae Oenei filiae Cic. Tusc. 2, 20.*

OENEVS, a, um. Adi. [οἰνεός] *Ouid. Met. 8, 281 Inquit et Oeneos vltorem spreta per agros Misit aprum.*

OENEÏVS, a, um. *Aliud Adi. [οἰνεός] Heros Oeneius Stat. Theb. 5, 661.*

OENIDES, ae. m. Patronym. [οἰνίδης] *Ouid. Met. 8, 415 At manus Oenidae variat, etc. i. Meleagri filii Oenei. Magnus Stat. Theb. 5, 405.*

OENIGĒNA, ae. m. *Vino genitus. Fest. al. Vnigenitus.*

OENOGĀRVVM, i. n. *Condimenti genus ex vino et garo Apic. 1, 31. et 3, 21. et 5, 1. Hinc*

**OENOGARATVS**, a, um. Adi. Porcellus oenogoratus Apic. 8, 7.  
**OENOMELI**, [ὀνομέλις] *Posio ex melle et vino, quam Latini Mulsini appellant. Vid. Dioscor. 5, 16. Oenomeli plane, id est dulcissimum vinum, continebitur l. 9. D. de trit. vino vel ol. conf. Pallad. Octob. t. 17. Apic. 7, 6.*

**OENOMELVM**, pro *Oenomeli* Ifid. 20, 3.

**OENOMAVS**, i. m. [ὀνομᾶος] *Filius Martis, rex Elidis, et Pisae, atque Hippodamiae pater. hic victus a Pelope regnum amisit: totaque postea regio Peloponnesus a Pelope dicta est. Strabo lib. 8. Argumentum fabularum fuisse, ostendit illud Cic. Fam. 9, 16. Quam ob rem Oenomaos tuo nihil vtor, etsi posuisti loco versus Accianos. Vid. Seru. ad Georg. 3, 7. et Aen. 8, 130.*

**OENONE**, [ὀνώνη] *ut ait Strabo lib. 8. nomen Ciuitatis, et Nymphae Phrygiae, a Paride adamatae. Inter Heroidas Ouidii quinta est Oenonae ad Paridem. Id. Ouid. de Rem. Amor. 457. Et Parin Oenone summos tenuisset ad annos.*

**OENOPHÖRVM**, i. n. [ὀνόφορον] *Vas ferendo vino aptum, ut Acratophorum. Martial. 6, 89. Reddidit oenophori pondera parua sui. Cic. de Finib. 2, 23 c. 8. Quibus vinum diffusum e pleno sit oenophoro, ut ait Lucilius. Sed probant fere viri docti emendationem Scaligeri, quam is e MS. proposuit Coniect. ad Varron. p. 182. quae ita habet Quibus vinum defusum e pleno sit; hir, siphon, ut ait Lucilius, cui nil demsit etc. Receptit etiam Dauisius.*

**OENOPHÖRVS**, i. m. [ὀνόφορος] *Minister vinum ferens, vel poculum vini inferens. Plin. 34, 8. Praxiteles fecit Stephusam, Spilamenem, Oenophorum, Harmodium, etc.*

**OENOPIA**, ae. f. [οἰνωπία] *Insula, quae alio nomine Aegina dicitur. Vbi vid. Ouid. Met. 7, 472. Oenopiam veteres appellauere, sed ipse Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.*

**OENOPIVS**, a, um. Adi. [ὀνώπιος] *Muri Oenopii Ouid. Met. 7, 490.*

**OENOPOLIVM**, i. n. [οἰνωπόλιον] *Taberna vinaria. Plaut. Pseud. 2, 4, 52. Quin in corde instruere quondam coepit oenopolium. Quo loco Turnebus legendum censet, et Gron. edidit Thermopolium. Sed Alin. 1, 3, 48. Quom a pistore panem petimus, vinum ex Oenopolio.*

**OENOTHERAS**, ae. m. *Herba magica ap. Plin. 26, 11. et 14.*

**OENOTHERIS**, idis. f. *Eadem herba ap. Eund. 24, 17.*

**OENOTRIA**, ae. f. [οἰνωτρία] *Regio est Italiae. Nonnulli vero ipsam Italiam sic perhibent ab Oenotro Arcade, ut refert Pausanias 8. et Stephanus Byzantinus, apud quos per u scribitur. Igitur nunquam corripitur illa Syllaba, nunquam admittendi in Heroico carmine Oenotrii.*

**OENOTRIVS**, a, um. Adi. [οἰνώτριος] *Pubes Oenotria Sil. 12, 650. Virg. Aen. 7, 85. Hinc Italiae gentes, omnesque Oenotria tellus.*

**OENOTRVS**, a, um. Aliud Adi. [οἰνωτρός] *Virg. Aen. 3, 165. Oenotri coluere viri. Sio et l. 532. Fines Sil. 13, 51. Orae Id. 8, 221. Id. 9, 473. Oenotris velox allibere terris. Vid. Drakenb. ad 13, 51. ubi firmat, quae diximus de Syllaba media.*

**OENOTRIDES**, [οἰνωτρίδες] *dictae sunt duae Insulae, quae sunt contra Veliam, Pontia scilicet et Ischia Plin. 3, 7.*

**OENVSSAE**, [οἰνωσσαί] *Tres insulae sunt ante Messenen Peloponnesi urbem, quarum meminit Plin. 4, 12. Est item Oenussa, Exigua insula, Chio adiacens Plin. 5, 31.*

**OESTRVM**, i. n. s. potius **OESTRVS**, i. m. *Quamquam illud apud Festum est, et Seruium. οἴστρος Graece, Latine Furor dicitur, unde Statius vocat Oestrum, Poëticum furorem, Theb. 1, 32. Tempus erit quum laurigero tua fortior oestro Facta canam.*

*Sed proprie Oeltrus s. Oestrum insectum est armentis infestum. A Virgilio Georg. 3, 147 sic describitur: Est — volitans, quoniam asilo Romanum est, oestrum Graii vertere vocantes (i. ex sui similitudine vocarunt, ut Seruius interpretatur) Asper, acerba sonans: quo tota exterrita siluis Diffugiunt armenta — Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras Inachiae Iuno pestem meditata iuuencae — Seruius, Oestrum, inquit, Graecum est: Latine asilus, vulgo tabanus vocatur. Columel. 9, 14 scribit nasci in extremis partibus fauorum amplioris magnitudinis, quam sunt apes caeterae, eosque nonnulli putant esse reges. Verum quidam Graecorum auctores οἴστρον appellant ab eo, quod exagitant, neque patientur examina conuiescere. Add. Pallad. 6, 10. Nascuntur in extremis fauis apes grandiores, quae caeteras fugant: oestrus vocatur hoc malum Plin. 11, 16.*

**OESVS**, pro *Vfus. Vid. paullo ante OE pro V.*

**OESYPVM**, i. n. [οἴστρον] *dicitur Pinguedo exsudans ab ouibus, et collecta in lana succida. Plin. 29, 2 f. 10. Quin ipsae sordes pecudum, sudorque feminum et alarum adhaerentes lanis, (Oesypum vocant) innumeros prope vsus habent. In Atticis ouibus genito palma. Fit pluribus modis: sed probatissimum, lana ab his partibus recenti concepta, aut quibuscunque sordibus succidis primum collectis, ac lento igni in aeneo subferuefactis, et refrigeratis, pinguique quod supernatet collecto in fictili vase, iterumque decocta — Donec candida fiat ac translucida. — Probatio, ut sordium virus oleat, et manu fricante ex aqua non liquetur, sed albescat ut cerussa etc. Ouid. de Arte Am. 3, 213. fucum detestans, Oesypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis, Demtus ab immundae vellere succus ouis? Add. Id. Rem. Am. 353.*

**OETA**, *Mons Doridos, apud Plin. 4, 27. et 35, 11.*

**OETA**, siue **OETE**, [Ὀἷτη] *Mons inter Thessaliam et Macedoniam, clarus morte et sepulcro Herculis, in quo (ut Seruius ad Virg. Ecl. 8, 30 ait) stellae videntur occidere, sicut de Ida nasci: quod acriter refellit Cerda ad Virg. l. c. quo in loco Tibi deserit Hesperus Oetam significare ait, surgit ab Oeta. Et adfert loca, ubi omnino ad ortum siderum refertur. Sed Is. Vossius ad Catull. p. 150 subtilius disputat, et monet, ex vertice Oetae prospicientibus solem et sidera duabus horis tardius occidere. Nobis videntur Poetae hac in re qualemcunque imaginationem potius secuti, quam rigidum verum. Taceo, quod hic considerandum erat, ubi se Poeta collocet, cum appareat, pro diuerso situ posse aliquem et Orientem ab Oeta solem et Occidentem videre. Hesperus quidem nunquam nisi paullo post occidentem solem in illa ipsa plaga cernitur. Elleborum optimum nascebatur in Oeta, ut refert Plin. 25, 5. Add. Liu. 36, 15. Ardua Oete Ouid. Met. 9, 230. Alta Id. ibid. 9, 204. Frondosa Stat. Theb. 4, 158. Nemorosum Oeten vocat int. Montem Ouid. Met. 9, 168.*

**OETEVS**, a, um. Adi. [Ὀἷτιος] *Mela 2, 3, 24. Hic nouissime calcatum Graio Herculi solum saltus Oeteus. Nempe ad mortem Herculis respicit, quae argumentum est fabulae Senecae Hercules Oeteus.*

Oetei ignes, pro Stellis. Vid. NOCTIFER, in NOX. Iuga Octea Propert. 1, 13, 24.

OETOSCYROS, lingua Scythica, Apollo dicebatur.

OETVM, Herba est Aegypto peculiaris, de qua sic Plin. 21, 15 de Aegyptiis loquens, Mandunt, inquit, et oetum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna. Hefych. Οὐτὸν τὸ ὄν' ἔχων αἶθρον.

OETVS. Aloeii filius est potius OTHVS vel OTVS, vid. ALOEVS.

## O F F

10

OFFA, vel OFFA, ae. f. Frustum carnulentum, esculentum certe, significat: nec ad materiam pertinet, sed tantum formam illam globi, glomeris, turundae, notat. Festus, Penitam offam Naeuius appellat absemen carnis cum coda. Antiqui enim offam vocant abscissum

15 globi forma, vt manu glomeratam pulcem. Proprie de sue: vid. Varr. L. L. 4, 22. Plaut. Mil. 3, 1, 165. Metaphor. Iuuen. Sat. 2, 33 Ad informem fetum abortiuo expulsus significandum de Iulia, Titi fil. Cum

— patruo similes effunderet offas. Plin. 9, 48. de lepore marino, In nostro mari offa informis colore tantum lepori similis. Sic Ni-

20 gra in facie tumidis liuoribus offa, i. tumor, tuber Iuuen. Sat. 16, 11. Virg. Aen. 6, 420 Melle soporata et medicatis frugibus offam Obiicit. Varr. de R. R. 3, 5 Cibatum offas positas: haec maxime glomerantur ex ficis et farre misto. Conuolutum in offas, vid. sub CON-

25 et Massa promiscue vitur Columel. 12, 38. Offae ex massa fici proculcatae Id. 12, 15, 4. Offae fordidi panis Id. 8, 17, 15. Offae, quibus aues faginantur Id. 8, 7, 3. Cic. de Diuin. 1, 27 c. 15 Ne-

cesse enim est offa Obiecta cadere frustum ex pulli ore, quum pascitur. Cadit offa ex ore pulli Id. ibid. 2, 63. Id. ibid. 2, 72 Nunc vero

30 inclusa in cauea, et fame eneeta, si in offam Pultis inuadit, etc. conf. Plin. 18, 8. Offae panis Columel. 8, 9. Add. 9, 7. De passo facies offas farinae Veg. Mulom. 1, 36, 2. Facere offam ex hostibus

Plaut. Mil. 1, 1, 8. Gr. n. i. minutatim quasi in offas concidere. Carminis robusti offae Perf. 5, 5. de rudi et incomposito carmine.

35 OFFELLA, ae. f. Dimin. Simpliciter scribendum esse docet Seruius, quia primam syllabam corripit contra primitiuam naturam. Aprugnae Apic. 7, 4. Puteolanas et scripserat. Cato de R. R. c. ultimo, cuius modo lemma superest. Martial. 14, 227 Parua tibi curua craticula sudet ofella. Add. Id. 12, 48. Iuuen. Sat. 11, 144 — At rudis

40 omni Tempore et exiguae frustis imbutus ofellae. Add. Cato R. R. c. ult. lemm. Sammon. v. 840.

OFFVLA, ae. f. Aliud Diminut. Suet. in Claud. c. 40 Rogo vos, quis potest sine offula viuere? Canis iactu offulae ad impetum et saltum prouocatur Minuc. Fel. c. 9. Vnius offulae praeda Apul.

45 p. 181. Offulae carnis spissae componuntur Colum. 12, 53. Offula dicta, vt offa minima in sue. Auctor Varr. de L. L. 4, 22. Add. Id. R. R. 2, 4.

OFFLA, ae. f. pro offula. Petron. c. 56. et 58.

50 OFFATIM. Adu. [ἀποτομικῶς Onomast. Vet.] Ego te hic hac machaera offatim conficiam Plaut. Truc. 2, 7, 52. Add. ib. v. 60.

OFFARIUS, i. m. Coquus, qui particulatim, id est offatim excoquit Isid. 20, 2.

OFFARCINATUS, a, um. Adi. Vndique oneratus. Professio oneribus offarcinata Tertull. a. u. Marc. 4, 24.

55 OFFECTOR, oris. m. dicitur, auctore Festo, Qui proprio colori nouum adiicit. Offector officio obest Fronto Grammaticus.

OFFENDO, di, sum, ere. [προσκόπτω] Compositum ex Ob et Fendo, quod in solis Compositis est in vsu; Incurrere in aliquid, atque incidere significat, vnde etiam pro inuenire. subito et praeter consilium

60 praesertim, ponitur, itemque pro laedere se vel alium. Ter. Eun. 5, 9 (8) 34 Si in platea hac te offendero post vnquam, nihil quod dicas mihi alium querebam, iter hac habui, peristi. Cic. pro Rosc.

Amer. 79 Restare tibi videbatur seruorum nomen, quo, quasi in portum reiectus a caeteris suspicionibus, confugere posses: vbi Scopulum

65 offendis eiusmodi, vt non modo ab hoc crimen resilire videas, verum omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas. Hic per translationem. Puppis offendit in scopulis Ouid. ex Pont. 4, 14, 22. Quinctil. 6, 3, 67 An non plurima καὶ ὑπερβολῶν dicuntur? quale refert Cicero de Memmio homine praelongo, Caput eum ad fornicem Fabii

70 offendisse. Conf. Cic. de Orat. 2 c. 66. Offendere manu in proximos Quinct. 11, 3, 118. Offendere ad stipitem Columel. 2, 3. Offendere ad Africam Liu. 28, 43. Lumen extinctum offendit nares nidore Lucret. 6, 793. Offendere, Laesionem et offensionem accipere ex aliqua re in aliquam corporis partem. Columel. 5, 9 Deinde arando

75 ne coxam bos, aliamue partem corporis offendat. Cic. pro Cluent. 175 Cecidisse ex equo dicitur, et homo infirma valetudine Latus offendisse vehementer. Offendere, [ἐπιτυγχάνειν] Inuenire, i. que fere praeter opinionem. Ter. Haut. 2, 3, 44 Textentem telam studiose ipsam offendimus. Idem Hec. 3, 1, 45 Quonam modo Philumena

80 mea nunc te offendam affectam? Non offendes eundem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti Cic. Fam. 1, 9. Imparatum aliquem offendere Id. ibid. 2, 2. Gell. 9, 1 extr. Defendere et offendere inter sese aduersa sunt, quorum alterum significat ἐμποδῶν ἔχειν id est incurrere in aliquid et incidere, alterum ἐμποδῶν ποιεῖν, id est auertere atque depellere. Hanc MSS. lectionem probat I. F. Gronou.

Offendere, Peccare, errare, aut etiam laedere aliquem. Cic. Fam. 9, 2 Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? Neque in eo solum offenderat, quod patriae male consulerat; sed etiam etc. Nep. 19, 2, 2.

90 Offendere est, vt diximus, laedere, et ita abalienare. [βλάπτειν, ἀνίστην] Suet. in Claud. c. 26 Priorem, quod parentes Eius Augustum offenderant, virginem adhuc, repudiavit. Cic. pro Cluent. 63 Postremo certe potius illum, qui bis apud eos iudices offendisset, quam eum, qui bis causam iis probauisset. i. Damnatus esset, contrariam sententiam tulisset. Budaeus.

95 Offendit apud iudices, de quo male iudicatur, id est, damnatur. Quod intelligeret, se apud plebem offendisse de aerario Cic. Att. 10, 4. Aciem oculorum, vid. ACIES. Amicum in nugis Hor. de Arte Poët. 451. Animum alicuius offendere Cic. Fam. 5, 7. Idem Q. Frat. 2, 3 In Pompeio defendendo Animos bonorum offenderent.

100 Animus meus multis rebus offenditur Id. Fam. 1, 9. Contumelia aliquem Id. Att. 6, 3. Id. Fam. 3, 8 Hos ego sermones, quod et multi sunt, et tuam Existimationem, vt ego sentio, non offendunt, laessimi nunquam, sed non valde repressi. Magis offendit Nimium quam parum Id. in Orat. c. 22. Pectora offenduntur facto aliquo

105 Ouid. Rem. Amor. 427. Neque Quemquam offendet oratio mea

B b b b

Cic.

Cic. pro Sext. c. 6. Sensus aliquorum Idem Fam. 1, 9. Vitio alicuius offendi Idem de Inuent. 2, 4. Verbo Quinct. 12, 9, 13. In aliquo aliquem Cic. Fam. 3, 8. Idem de Orat. 1, 129 Nihil enim est tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriae stabile, quam id, in quo aliquid offenderis. Idem Fam. 2, 17 Ille si omnibus est malevolus, quod nunquam existimaui, minus offendor in me: sin autem a me est alienior, nihil tibi literae meae proderunt. Idem Att. 4, 15 Verita est pusilla, quae nunc laborat, ne animi in Publico offenderer. Ita Grut. Gron. ut Excrucior animi. Idem Q. Frat. 1, 1, 11 Sed si quis est, in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris. i. Spe et exsultatione, quam de eo conceperas, deceptus fueris. Cic. de Inuent. 2, 5 Quod si in caeteris quoque studiis a multis eligere homines commodissimum quodque, quam sese vni alicui certo vellent addicere: minus in arrogantia offenderent, non tanto tempore in vitiis perseverarent. i. Peccarent, aliis molesti essent. Intransitivum aut reciproca ratione. Idem pro Milon. 99 c. 36 Quae si vos cepit obliuio, aut si in me aliquid offendistis, cur non id meo potius capite luitur, quam Milonis. i. Si vos laesi vel fesselli: Nempe, ut supra vidimus, etiam laeditur, qui offendit. Sic Idem Verr. 5, 131 Quum multi viri fortes in communi incertoque periculo belli et terra et mari saepe offenderint. Idem in Verr. 1 c. 25 Hospes veritus, ne quid in ipso se offenderit Verres. Et Ad Q. Fr. 1, 1 Si qui sunt, in quibus aliquid offenderis. Sic Cic. Fam. 5, 14 extr. Aut in altera mihi obtemperes, aut in altera non offendas, i. tibi non noceas. Ib. 2, 18 Sin quid offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit. Conf. max OFFENDENS. it. OFFENSUS. Sed consuetior nimirum est illa altera ratio, ut Cic. Fam. 14, 1 Sed si me offendet loci celebritas, alio me conferam, ad te scribam. Id. de Finib. 1, 3 Sic isti curiosi, quos offendit noster minime nobis iniucundus labor. Offendebatur, cum Infinitivo, pro Grauiter ferebat. Suet. Octau. c. 89 Componi tamen aliquid de se, nisi et serio et a praestantissimis, offendebatur. Offensum esse, impersonaliter dicitur, quum aliquid secus accidit, quam sperabamus. Cic. Fam. 1, 7 Si cecidisset ut volumus, ut optamus, omnes te et sapienter et fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos et cupide et temere fecisse dicturos.

OFFENDENS, entis. Part. [βλάπτων] Reciproca ratione, pro Offensus usurpatum a Gellio 9, 15 Aderat nobiscum ibi Iuliani sectator, iuuenis promptus et proficiens, et offendens iam in eo, quod ille apud Iuliani aures in praecipiti stare, et subitaria dictione periculum sui facere audebat.

OFFENSUS, a, um. Aliud Part. [βεβλαμμένος] Liu. 7, 36 pr. Miles offenso scuto praebuit sonitum Plin. 7, 53. Pede offenso procumbere Ouid. Fast. 2, 720. Limina offensa, i. Ad quae caecus offendit Quinct. Decl. 1. conf. Interpp. p. 8. Pergrauiter offensus, vid. PERGRAVIS. Vehementer a quibusdam offensus Cic. Att. 15, 8. Damnis offensus Hor. Epist. 1, 7, 88. Vitiis Ouid. Met. 10, 244. Nolo offensus, vid. NOLO. Deos offensos mereri Ouid. Epist. 21, 48. Hominem sibi offensus subleuare Cic. Fam. 10, 18. Alienatus et offensus animus Idem Att. 1, 14. Id. Tusc. 5, 10 Id si propter alienam et offensam populi voluntatem malum est, quam sit ea contemnenda, paulo ante dictum est. Nepos 10, 7, 3 Offensa in eum militum voluntate.

¶ 2 Observaciones quaedam: Offensus, obuius. Quum aliquem offensus fortunam videret Nep. 5, 4, 2. Vid. Boecler. et Freinsb. ad h. l. aliter Lambin. explicat: nempe laesum a fortuna. Sed prior ratio e Graecis idem referentibus firmatur. Offensus, Qui offendit, qui peccauit. Hor. Epod. 15, 15 Nec semel offensae cedet constantia formae, Si certus intrarit dolor. i. Nec, si certo, et vero dolore affectus fuero, constantia mea, quae me diu tuos mores, tuamque iniuriam perferre coegit, cedet tuae formae semel offensae, id est, quae semel offenderit, quae semel peccauit, quae mihi semel offensa atque iniuriosa, dum alios amas, fuerit. Sic Lambinus. Est offensus ista accipi aliquando, non est dubium. Sed multo facilius est lectio Bentleiana, offensi i. dolor meus, offensi a te non cedet pulchritudini tuae. Si offensae resinendum, certe Formae cum Bentleio velim metonymicis pro ipsa Neaera formosa poni. Offensus alicui, pro In-

viso. Suet. Iul. c. 19 Pompeium affectatus est, offensus Patribus, quod Mithridate victo, etc. Add. Id. Ner. c. 2. Cic. pro Cluent. 158 Si qua apud vos causa huiusmodi delata sit eius, qui lege non teneatur, etiamsi is inuidiosus, aut multis offensus esse videatur, etiamsi eum oderitis, etc. Populus cui nos offensi iniurisque fuerimus Idem pro Sext. c. 59. Per haec prope omnibus ordinibus offensus Suet. Galba c. 16. al. offensis. Scito, nihil vnquam tam fuisse infame,

tam turpe, tam peraeque omnibus generibus, ordinibus, aetatibus offensus, quam hunc statum Cic. Att. 2, 19. Conf. Idem ib. 1, 17 p. 129. Casaubon. ad Cic. Att. 1, 10 p. 51. Cic. Verr. 3, 145 O miserum atque inuidiosum, offensusque paucorum culpa atque indignitate ordinem Senatorium. Idem Fam. 10, 18 Si hominem offensus mihi, coniunctum cum Repub. non subleuarem. Idem Att. 1, 14 (5) Quod ad me scribis de sorore tua, testis erit tibi ipsa, quantae mihi curae fuerit, ut Quinti Fratris animus esset is, qui esse deberet: quem quum esse offensorem arbitrarer, eas literas ad eum misi, quibus et placarem ut fratrem, et monerem ut minorem, et obiurgarem ut errantem. Idem pro Cluent. 172 Eine igitur, quem sibi offensorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimum et suum scelus et illius periculum committebat? Suet. Vitel. c. 14 Nullis offensior quam vernaculis.

OFFENSUM, i. n. [βλαπτικόν] Cic. de Inuent. 1, 92 c. 49 Offensus, est quod eorum qui audiunt, voluntatem laedit. Lucr. 3, 954 Vita in offenso est. i. in odio propter molestias. Sed offensus restituit Lambin. Al. in offensa.

OFFENSA, ae. f. [ἀνταγία] Fere aliiue sumitur: estque eius, qui offendit, ut ait Valla. Quod tamen non usque quaque verum esse, exempla docebunt, itemque illud, argenteae potius quam aureae aetatis hoc nomen videri. Quinctil. 6, 5, 6 Idem quum offensam vereretur, si obiurgaret populi segnitiam. Tacit. Hist. 3, 35 Satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur. Leues offensae Suet. Claud. c. 26. Offensa, Gratiae opponitur. Quinct. 4, 2 Verum hoc omitamus, ne minus gratiae excipiendo recta, quam offensae reprehendendo prava mereamur. Periculosa potentium Idem 2, 20. Habere offensam Idem 9, 2, 72 valere ad offendendum. Mereri, i. 100 Committere aliquid, quo alius offendatur. Ouid. ex Pont. 4, 1, 16 Ah, pudet offensam non meruisse prius. Respuere offensas, Obliuisci iniuriarum Claud. in Conf. Stil. 2, 1, 43. Cic. Att. 9, 2 Quod negas te dubitare, quin magna in offensa sim apud Pompeium hoc tempore, non video causam, cur ita sit hoc quidem tempore. Sentire offen-

- fam in coena Cels. 1, 6. Subire offensas Plin. Epist. 3, 9, 26. Su-  
scipere offensam et subire Plin. Epist. 2, 18, 5. Vereri Quinct. 6, 5.  
Vitare Quinct. 9, 2, 67. Sine gustus offensa Columel. 12, 21. Si-  
ne offensa viuere cum vxore Plin. Epist. 8, 5. Conf. b. l. Cellar.
- 5 Aegri non sine offensa proferuntur Sen. Epist. 7. Offensa, Passiue.  
Patere. 2 de Cn. Pompeio, Amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, in  
accipienda satisfactione facillimus. Quinct. 11, 1, 75 Quanto minus  
vel offensae vel vtilitati suae indulserit. Hic offensa est ira, ob id quod  
quis se laesum putat. Vindicare suas offensas nece Ouid. Trist. 3, 8, 40.
- 10 OFFENSO, are. Frequentat. [προσπρώ] Liu. 25, 37 Flere  
omnes repente, et offensare capita. Conf. Lucret. 6, 1051. Offen-  
sando, [ἐν τῇ προσπρώ] Idem 2, 1058 Et ipsa Sponte sua forte of-  
fensando femina rerum, etc.
- OFFENSANS, antis. Part. [προσπρώ] Quinctil. 10, 7, 10  
15 de extemporali dictione loquens, Si non intersistentes offensantesque,  
breuia illa atque concisa singultantium modo eiecturi sumus.
- OFFENSATIO, onis. f. Sen. de Benef. 5, 25 Offensationes me-  
moriae labentis. Plin. 28, 16 Subtriti contusique offensatione. Quinct.  
11, 3, 130 Offensatione commoneri.
- 20 OFFENSIO, onis. f. [προσπρώ, προσπρή] Offendendi actus  
vel Passio. Pedis offensio Cic. de Diuin. 2, 84 c. 40 extr. Idem de  
Vniuers. 15 Id ita toruauit, vt nihil effici possit rotundius, nihil vt  
asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil inclusum angulis, nihil an-  
fractibus. Offensio, i. laesio Scibon. 213. Graues offensiones,  
25 Laesiones et dolores. Idem Fam. 16, 12 (10) Graues solent offensiones  
esse ex grauioribus morbis, si qua culpa committā sit. Idem de  
Senect. 65 In fragili corpore odiosa omnis offensio est. Sic Belli  
offensiones, Damna et pericula. Cic. pro Lege Manil. 28 Cuius ado-  
lescentia ad scientiam rei militaris, non alienis praeceptis, sed suis  
30 imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed  
triumphis est traducta. Offensio est paene idem quod Inuidia, id est  
Odium publicum et praua existimatio. Cic. in Verr. Diu. 23 Aperte ab  
iudicibus petit, vt tu mihi antepone: et ait hoc se honeste, sine  
vlla inuidia, ac sine vlla offensione contendere. Hinc Offensione  
35 et Beneuolentia, contraria. Idem pro Muraen. 41 Quae in sorte sapiens  
Praetor qualis hic fuit, offensionem vitat aequalitate decernendi, be-  
neuolentiam adiungit lenitate audiendi. Item Offensio et Gratia,  
contraria. Plin. 19, 1 Quod apud alios gratiam, apud alios offensio-  
nem habet. Periculosa Cic. Fam. 1, 7. Vitiosa offensio atque fa-  
40 stidium Idem Tusc. 4, 23. Idem in Verr. Diu. 42 Quae quum co-  
gito, iam nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, qui illi ini-  
mici, infensique sunt, et expectatione omnium, et magnitudine re-  
rum dignum eloqui possim. Idem ibid. 9 In hac libidine homi-  
num nocentissimorum, in Populi Romani quotidiana querimonia, iu-  
45 dicatorum infamia, totius ordinis offensione, quum hoc vnum his tot  
incommodis remedium esse arbitrarer, etc. ¶ 2 Formu-  
lae Verborum: Accendere offensiones, Accipere offensionem, vid.  
hb. vv. Mollis animus et ad accipiendam et ad deponendam offen-  
sionem Cic. Att. 1, 17. Afferre, Cadere in, vid. ff. l. Conci-  
50 tare grauem offensionem, et magnum odium Cic. de Inuent. 1, 100.  
Coniectare vultu Tacit. Ann. 1, 32. Effugere Cic. Fam. 4, 4. Ex-  
cipere Idem de Inuent. 1, 30. Fit offensio, b. e. Molestia Varro  
de R. R. 1, 17. Habet offensionem haec res apud aliquos Plin. 19, 1.  
Incurrere in odium et offensionem aliquorum Cic. Verr. Act. 1, 35 c. 12.
- 55 Lenire Idem de Inuent. 1, 30. Idem de Finib. 5, 62 Quis est tam  
dissimilis homini, qui non Moueatur et offensione turpitudinis, et  
comprobatione honestatis? Obliterare, vid. OBLITERO. Cic.  
post red. in Sen. 20 Publici mei beneficii memoria priuatam offensio-  
nem Obliterauerunt. Esse offensionem, Molestiam adferre. Idem Att.  
60 13, 23 Omni tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas velim, mi-  
hi maiori offensionem esse, quam delectationi possessiunculas meas.  
Idem de Amicit. 90 Vna illa Subleuanda offensio est. Idem Att. 5, 1  
Ex ratione Sumta offensio non apparet. Cic. Verr. 2, 137 Quisquam  
dubitabit, quin tu istam apud populos provinciae istius inuidiam atque  
65 offensionem non ambitionis, neque beneficiorum collocandorum, sed  
pecuniae conciliandae causa Susceperis? Timere labores et mole-  
stias offensionum et repulsarum, quasi quandam ignominiam et infami-  
am Idem Off. 1, 71. Vitare offensionem negligentiae atque effugere,  
b. e. Crimen et culpam. Cic. Verr. 1, 102 In quibus non dubito,  
70 quin offensionem negligentiae vitare atque effugere non possim.
- OFFENSIVNCULA, ae. f. Dimin. [βλαβιδιον] Cic. pro  
Planc. 51 c. 21 Vidit M. Pisonem in ista Aedilitate offensiuncula acce-  
pta, summos a Populo Rom. esse honores adeptos. Idem Fam. 13, 1.
- OFFENSOR, oris. m. Qui offendit. Arnob. 7 p. 216 Iras ac  
75 animos ponant et in gratiam suis cum offensoribus redeant.
- OFFENSVS, us. m. [προσπρώ] Idem quod Offensio. Lucret.  
6, 332 Non igitur multis offensibus in temerando. Senec. Epist. 108  
Per huiusmodi offensibus emetiendum est confragosum hoc iter. Ma-  
crob. 2, 9 Offensu fortuito. Lucret. 2, 223 Nec foret offensus na-  
80 tus. i. Nec corpora prima unquam inter se offendissent, et conflixissent.  
Lambinus. Idem 4, 359 Cogit hebescere eum crebris offensibus aer.  
Idem 3, 955 Vitaeque in offensu est. Sed hic variat lectio. Alii enim  
in offensa. Al. in offenso. Conf. Idem 6, 332. Add. Stat. Theb. 12,  
283 c. not. Barth.
- 85 OFFENSACVLLVM, i. n. [προσπρώ] Ad quod offenditur.  
Lactant. de Opific. Dei c. 1 Summa ergo prudentia est pedetentim ince-  
dere, quoniam aduersarius noster offensacula pedibus latenter opponit.  
Prudent. Psych. 485 Caecum errare finit perque offensacula multa  
Ire. Apul. 9 pr. Crebris offensaculis et assiduis lapsibus iam contu-  
90 sis cruribus meis.
- OFFENSATOR, oris. m. [προσπρώ] Qui saepe offendit.  
Quinct. 10, 3 de dictandi modo loquens, At idem ille qui excipit, si  
tardior in scribendo, aut inertior in legendo velut offensator fuerit,  
inhibetur cursus. Offensatorem appellat, qui in legendo identidem resi-  
95 stit, aut potius qui perperam legit.
- OFFENDICVLLVM, i. n. [προσπρώ] Impedimentum, ph-  
staculum. Plin. Epist. 9, 11 Sunt enim in hac offendicula nonnulla:  
circumfer oculos, et occurrent.
- OFFENDIMENTVM, i. n. Idem quod Offendix. Festus.
- 100 OFFENDIX, icis. f. Ligaturae nodus, quo apex retinebatur. Fe-  
stus, Offendices, ait esse, Titius ligaturae nodos, quibus apex reti-  
neatur et remittatur: at Veranius choriola (coriola, lora) existimat,  
quae sint in loris apicis, quibus apex retineatur et remittatur, quae  
ab offendendo dicantur. Nam quum ad mentum prouentum sit, of-  
105 fendi mentum.



OFFENDO, inis. f. Offensio Afran. Vopisco, Quoque nunc offendo saepe procul nostra sit mala, Nonius 2, 602.

OFFENSIBILIS, e. Adi. Lactant. 4, 26. Offensibilibus et caducis gressibus incedere.

OFFERCIO, si, tum, ire. [ἐπιβῶ] Implere. Ab hoc est

OFFERTVS, a, um. Part. [ἐπιβουδῆ] Plenus. Plaut. Afin. 2, 2, 17 Maximas optunitates gaudioque offertilissimas pariet. Offertilissimus, pro Pinguissimo, Plaut. Capt. 4, 1, 8 Sine facris hereditatem sum adeptus offertilissimam.

OFFERO, offers, obtuli, oblatum, offerre. [προσφέρειν, προσφέρειν, προσβάλλω] Exhibere, quasi obuiam ferre, vltro deferre. Ter. Hec. 5, 3, 10 Opportune te mihi offers. Cic. Att. 2, 22 Quod fors obtulerit, id acturus videatur. Peropportune offerre, vid. PEROPPORTVNVS.

Alicui offerre, quod ipse sibi optare deberet Cic. pro Cluent. 117. Offerre aliquid in lusum Quinct. 1, 1. Accessus tellus obtulit faciles puppibus Lucan. 3, 44. Ter. Hec. 3, 3, 10

Quia tam incommode illi fors obtulerat Aduentum meum. Cic. Verr. 4, 107 Multis saepe in difficillimis rebus praefens Auxilium eius oblatum est. Beneficium Caes. Bell. Gall. 6, 41 extr. Caput obuius ipse obtulit letho Lucret. 3, 1054. Caput offerendum fuit letho

Senec. Medea 7, 2. Caput vilitati et periculis Plaut. Capt. 2, 1, 34. Cic. pro Sull. 84 Caput meum obtuli periculis omnibus. Crimen offerre, pro Criminari. Cic. de Amicit. 66 Addendum eodem est, vt ne Criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblati. Crimen falsum Liu. 1, 51. Cic. pro Domo 62 Domus ardebat in palatio,

non fortuito, sed oblato Incendio. Iniuriam Ter. Hec. 5, 1, 13. Iusiurandum Suet. de Claris Rhet. 5. Quinctil. 5, 6 Iusiurandum litigatores offerunt suum. Luctum alicui Catul. Argon. f. 62, 247.

Maiestatem suam contumeliae Liu. 3, 11. Mendicitatem offerre Plaut. Rud. 2, 6, 30. Cic. Fam. 15, 1 Neque multi sunt, et diffugiunt qui sunt, Metu oblato. Moerorem Plaut. Casin. 3, 5, 50.

Ter. Hec. 3, 1, 1 Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini vnquam oblata. Moram offerre, Remorari. Plaut. Pseud. 1, 9, 17 Quis est, qui Moram occupato molestam obtulit? Morti pro te toties me obtuli Cic. pro Milon. 95. Mortem hostibus offerre, vid.

MORS. Cic. pro Lege Manil. 4 c. 2 Occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. Officium alicui Lucan. 9, 64. Opem obtulit inuito Ouid. ad Liu. 420. Operam vltro Liu. 40, 23. Optatum Ter. Adelph. 5, 9, 21. Os suum non modo ostendere, sed etiam offerre Cic. pro Rosc. Amer. 87. Oscula alicui Tibul. 1, 4, 49

55. Religionem offerre, Iniicere scrupulum. Cic. Fam. 10, 12 Recitatis literis oblata religio Cornuto est. Idem de Lege Agrar. 2, 12 Finem feci offerendi mei: ne forte mea sedulitas, aut seditiosa, aut impudens videretur. Idem pro Planc. 24 c. 10 Vltro mehercules Se mihi etiam offerentes, vltro pollicentes rogavi. Idem Q. Frat. 1, 2, 45

25 Nostrae tamen causae non videntur homines defuturi. Mirandum in modum profitentur, offerunt Se, pollicentur. Occurrere, offerre Se, et non vocatum respondere Cic. de Orat. 3, 189. Offerre Se ad mortem pro patria Idem Tusc. 1, 32. Idem Att. 5, 13 Verumtamen quum de Cumanis venissem cum imperio, Graeci quasi Ephesio Praetori Se alacres obtulerunt. Offerre Se alicui, pro In conspectum eius prodire. Idem Att. 3, 10 p. 304 Graeu. Quem ego, etc. vitavi ne viderem, ne aut illius luctum squaloremque aspicerem: aut ne quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi afflictumque offerrem. de Quinto fratre. Gratulationi Se Idem Att. 9, 4. Igno-

55 tum Se venientibus Virg. Aen. 2, 59. Offerre Se et salutem suam in discrimen pro statu ciuitatis Cic. pro Sext. 61 c. 28. Idem pro Marcell. 7 Quo etiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna in istius societatem gloriae non offert: tibi cedit. Idem Att. 4, 3 Si Se inter viam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video. Inuidiae periculisque omnibus pro salute aliquorum Se Idem in Catil. 3, 28. Melioribus Se Hor. Epist. 1, 2, 68 praebere se docendum, emendandum. Offerre Se vltro morti Caes. Bell. Gall. 7, 77. Acriter Se morti offert vir fortis Cic. pro Mil. Add. Idem pro Milon. 93 c. 34. Negotiis alienis Se, vid. NEGOTIVM. Si nihil Se offert, quod sit probabilitati illi contrarium, etc. Cic. Acad. 4, 99. Se obuiam alicui Ter. Adelph. 3, 2, 24. Offerre Se periculis sine causa Cic. Off. 1, 83 c. 24. Conf. Sen. Herc. fur. v. 326. Offerre Se praelio Caes. Bell. Ciuil. 3, 73. Pro omnium salute Se Cic. in Pison. 21. Offerre se, pro Opponere. Idem ad Brut. 15 Romam vt veni, statim me obtuli

70 Antonii sceleri atque dementiae. Temeritatibus Se Idem pro Sext. 61. Spem offerre, pro Dare spem Caes. Bell. Gall. 6, 34. Stuprum offerre, Stuprare. Cic. Off. 3, 38 Reginae Stuprum obtulit. Correctiora exemplaria legunt Intulit. Idem Philipp. 2, 99 Hanc tibi esse cum Dolabella odii causam ausus es dicere, quod ab eo sorori et vxori Stuprum oblatum esse comperisses. Vitam suam in discrimen Idem pro Sext. 61 c. 28. Vitam suam poenae Idem pro Rab. Post. 22. Vitium virgini offerre, pro Violare, et vim inferre Ter. Adel. 3, 1, 9. Vultus blandos alicui Tibul. 1, 6, 1. ¶ 2 Apud veteres Christianos Offerre dicebantur, qui Deo ecclesiae aliquid donarent, seu consecrarent. Prudent. Hymn. Cath. 5, 149 et 155. et παρὶ θεοῦ. 2, 73 de passione Laurentii. Offerre est etiam Missam celebrare, suae orare ad altare; apud Sulpicium Dialog. 2, 2. Conf. Tertull. de Ieiun. c. 15.

OFFERENS, entis. Part. Liu. 44, 8 Offerentibus sese rebus. 85 OFFERENTIA, ae. f. Tertull. adu. Marc. 4, 24 Considera causarum offerentiam, i. causas, quae se offerunt.

OBLATVS, a, um. Part. [προβεβλημένος] Caes. Bell. Ciuil. 1, 76 Sic oblatus terror a ducibus, crudelitas in supplicio, vana religio iusiurandi, spem praesentis deditiois sustulit. Acerba ex amore oblata Ter. Hec. 3, 1, 1. Causam oblatam mihi gaudeo, in qua, etc. Cic. Att. 16, 14. Facultas oblata Virg. Georg. 4, 438. Facultate oblata, se in castra receperunt Caes. Bell. Ciuil. 1, 72. Cic. pro Cluent. 77 Oblatam sibi Facultatem putauit, vt, etc. Oblata omnia Facultas, Fortuna, etc. Id. Catil. 3 c. 2. Foedus oblatum Virg. Aen. 12, 109. Fortuna quaecunque oblata erit, vos complectar Cic. pro Sext. 146. Fortuna oblata delendi exercitus Liu. 35, 6. Honorem oblatum respuis Claud. in Conf. Stil. 1, 2, 28. Id non humano consilio, sed prope diuinitus datum atque oblatum vobis videtur Cic. Verr. 2 (Aet. 1) c. 1. Munus oblatum Ouid. Amor. 3, 7, 46. Praesentia illius oblata est Ouid. Trist. 3, 9, 25. Res noua oblata Virg. Aen. 1, 454. Cic. de Finib. 5, 64 Nostra in Republica et quae per vim oblatum Stuprum voluntaria morte lueret, inuenta est. Vid. mox Vitium oblatum. Oblatam vani furti inuidiam Liu. 6, 16. Ibid. 20 extr. Poenam oblatam oculis deorum, dixit: Terentius Adel. 105

55

60

65

70

75

80

85

90

95

100

105

3, 1, 9 et Hec. 3, 3, 22 Vitium oblatum, Stuprum oblatum: et Cicero pro Domo 62 Incendium oblatum: et pro Sext. 48 Mortem oblatam. *Quibus in locis OB Praepositio infaustae rei, nocentisque indicatrix est.*

5 OBLATA, ae. f. *Vid. post in OBLATIO n. 2.*

OBLATVM, i. n. *Substantive positum [προβιβλαμένον] Liu. 44, 26 Tum Gallorum effusorum per Illyricum ingens oblatum auaritia dimissum est.*

OBLATIO, ōnis. f. *In re nummaria quid sit, Vid. CANON n. 2.*  
 10 ¶ 2 *Apud Christianos veteres Oblationes, erant Res omnes, quae Deo sacrificabantur, et sicut Missa pro Missione, sic pro Oblatione Oblata dicta est. Vid. Fulbert. Carnotens. Epist. 2. Hildebert. Turonens. de mysterio Missae, Offerimus tibi summe Deus: sed propter eodem Oblatae pariter non operantur idem. Conf. OFFERVMENTVM.*

15 OBLATICIVS, a, um. Adj. *Quod offerendum est. Sidon. 7, 9 Oblaticium impendium. Aurum: vid. Iac. Gothofred. ad C. Theod. 6, 2 parat. et ad l. 5 tit. de Senatorib. Ad praestationes principi debitas pertinet, et tributi genus.*

OBLATIVVS, a, um. Adj. *Idem. Oblatiuis Functionibus obnoxium esse Symmach. Ep. 10, 50 (al. 43). Oblatiua Munera a clarissimis feminis soluta Ibid.*

OBLATOR, ōris. m. Tertull. *contra Marc. 2, 26 Christum non agnoscitis, Patris deprecatores, et oblatores animae suae pro populi salute. Gloss. Lat. Gr. Oblator, ουτελετής.*

25 OFFERTOR, ōris. m. Commodian. *Instruct. 39 Abel offertor mactatus a fratre.*

OFFERTORIVM, i. n. *Locus ubi sacrificia offeruntur. Vid. Isidor. Orig. 6, 19.*

OFFERVMENTVM, i. n. [*ἀνάθημα*] Oblationem veteres dicebant, quae diis offerebatur, *auctore Festo. Hinc*

OFFERVMENTAS, *per quandam translationem, Plautus dixit Plagas, percussiones, et flagella, quod ea scapulis et tergo offerantur, quum quis fuste caeditur: in Rud. 3, 4, 48 Ni offermentas habebis plures in tergo tuo, quam vlla nauis longa clauos, tum ego ero*  
 35 *mendacissimus.*

OFFICINA, *vid. OFFICIUM.*

OFFICIO, fēci, factum, ēre. [*δύλω, ἐμποδίζω, ἐπιπροσέω*] *Contra facere, nocere, Obesse, inquit Nonius 2, 610. Cic. Off. 3,*

49 *66 c. 16 Iussissentque Claudium Centimalum, qui aedes in Caelio monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis, i. prospectum auspantium impediret. Idem pro Rosc. Amer. 6 Quoniam*

*ei pecuniae vita Sexti Roscii obstare atque officere videatur. Quinct. 1, 1, 14 Neutra lingua alteri (in discendo) officiet. Cic. Tusc. 5, 92*

45 *c. 32 At vero Diogenes liberius ut Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret, si quid sibi opus esset, Nunc quidem paululum, inquit, a sole absis: offecerat videlicet Apricanti. Claritati oculorum lactucae officium Plin. 20, 7.*

*Commodis alicuius officere et obstare Cic. pro Sext. Rosc. 112 c. 38. Decorum alicuius Liu. 1, 53. Frugibus herbae officium Virg. Georg. 1, 69. Iter Excursionibus Hirt.*

50 *B. Afric. c. 61. Quod singulare est, et forte non satis emendatum. Quod suppetias ferunt ex Plauti Truculento, nihil puto est. Nihil ibi, nisi forte 2, 7, 65 ubi antiquitus legitur, Ego te hic offatim conficiam.*

*Libertati officit Liu. 2, 2. Luminibus Cic. pro Rabir. Post. 42. Lumina inuicem officium Quinct. 12, 10, 46. Nominum alicuius Liu.*

55 *1 praef. Partitioni huic quae officere videbuntur, propulsabimus Cic. de Inuent. 1, 75. Soli officiens terrae umbra Idem de Nat. Deor. 2, 50 c. 19. Officit quo minus Laudatur Plin. Epist. 6, 115. Sed*

*nihil tale habet index vocabulorum.*

OFFICIOR. Passiu. Cic. de Orat. 1, 179 *Quod cuiusque particulae caeli officeretur, ita quamuis esset procul, mutata lumina putabat. Lucret. 2, 155 Quapropter simul inter se retrahuntur, et extra Officiuntur, vti cogantur tardius ire: i. impediuntur, illis*

60 *obstitit.*

OFFICIENS, entis. Part. Corpus occurrans officiensque Lucret. 5, 717. *Add. Cic. N. D. 2, 50 c. 19. et in Arateis v. 344.*

OFFECTVS, a, um. Part. Lucret. 5, 774 *Quoue modo soleant offecto lumine obire, i. impedito, intercepto per alterius corporis interpositionem. Sic restituit Lambin. quum antea Offeto et Effoeto legeretur. Idem 4, 764 Offecti sensus, obstruelli, impediti.*

70 OFFECTIO, ōnis. f. Arnob. 5 p. 164 *Illis color est purpurei luminis offeptione subluteus.*

OFFECTOR, ōris. m. Fronto Vet. Gram. *Offector officio obest. Item, Offectores, Colorum infectores, qui colori proprio novum efficiunt. Fest. in Infector. Vbi tamen officium legendum, olim*

75 *a viris doctis obseruatum est.*

OFFEX, icis. m. Gloss. Isidor. *Impeditor, qui officit.*

OFFICIUM, i. n. [*καθήκον, ἔργον, γυργασμον*] *Quod versus alios, ob alios faciendum est, ut offerre est ad alios ferre, ut obicere etc. Haec certe magis placent, quam quod affertur ex Donato, Officium, ab efficiendo, ab eo quod quaeritur, quid efficere in eo vnumquemque conueniat pro conditione personae. Conf. Ambros. de Off. c. 8.*

80 *Cic. de Finib. 3, 58 Quod autem ratione actum est, id officium appellamus. Videri potest etiam disputatio Ciceronis in principio librorum de Officiis, unde haec tantum ponemus, quae, quam late hoc nomen patet, ostendunt. Nempe 1, 4 c. 2 ita ait, Nulla enim vitae pars neque*

*publicis neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus; neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest; in eoque colendo sita vitae est honestas omnis, et in negligendo turpitudine. Officium igitur fuerit, quidquid faciendum est ex*

90 *lege, de voluntate populi, amicitiae, honoris alterius causa, id omne officium vocatur; tribuiturque inanimatis etiam, ut Munus, cum actionem, cui per naturam suam destinata sunt, peragunt. Quin officium nonnunquam habitus ille, illa virtus est, unde officia proficiscuntur: ipsique adeo, in quantum officio funguntur homines: quae iam exemplis omnia*

95 *declarabuntur. Genus officii dulce Ouid. Epist. 13, 142. Liu. . . . Quae officii causa ab domo prosecutae fuerant. Intermissio officii Cic. de Amic. 8. Militis officium longa est via Ouid. Amor. 1, 9, 9.*

*Necessitudinis officium Cic. pro Muraen. 73. Oculorum officium et munus sine oculis extare non potest, possunt tamen oculi fungi suo*

100 *munere Idem de Diuin. 1, 107. Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodate Idem de Orat. 1, 138. Peregrini officium, vid. PEREGRINVS. Pietatis officium Scribon. Ep. m.*

*Sapientiae officium munusque in hominis cultu est occupatum Cic. de Finib. 4, 36. Tegminis officium Ouid. Met. 12, 82. Ventris per*

105 *officium sanguinis particula excluditur Caes. Chronic. 2, 131 i. cum excrementis.*

*excrementis.* ¶ 2 *Epitheta:* Antelucana officia Plin. Ep. 3, 12, 2. et 3, 5, 9. Antiquum officium, et Antiquissimum, *vid.* ANTIQVVS. Ciuilia Quinctil. 2, 4. Grata alicui Cic. Att. 13, 20. Iustum, pium, et debitum Id. Fam. 6, 1. Nonus in officio Ouid. Met. 13, 277. Nouorum Consulium Suet. Caes. c. 15. cum honoris causa deducuntur: Sic mox Praetoris. Pium Ouid. Met. 6, 250. Praetoris in officio, ut modo Consulium Plin. Epist. 1, 5, 11. Sic Togae virilis. *it.* Urbana officia v. v. Priuata Caes. B. C. 1, 8. Publicum Quinctil. 3, 7. Sanctum et Sollemne nullum est officium, quod non auaritia violare soleat Cic. pro Quint. 26. Tacit. Ann. 5, 2 Quod Supremis in matrem officiis defuisset. *b. e.* Funeri, siue exsequiis. Sic et Petron. 112. Tenuia officia rerum Pers. 5, 93. Togae virilis Plin. Ep. 1, 9. Translatiua, et quasi publica, *vid.* TRANSLATIVVS, in TRANSFERO. Triste, Quod praestatur in funere Ouid. Met. 12, 4. Virile Hor. de Arte Poët. 194. Virilibus officiis aptus Ouid. Fast. 3, 169. ¶ 3 Urbana officia Nepos 25, 4, 3. Martial. 1, 56. quae honoris causa obeuntur in vrbe. Liuiam Orestillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium et ipse venisset, ad se deduci imperauit Suet. Calig. c. 25. Idem Neron. c. 28 Puerum Sporum cum dote et flammeo per sollemne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro vxore habuit. Officium cras Primo sole mihi peragendum in valle Quirini: Quae causa officii? quid quaeris? nubis amicus Iuuenal. 2, 132. Ouid. ex Ponto 4, 4, 42 Inde domum repetes toto comitante Senatu, Officium populi (*i. populum officium praestantem*) vix capiente domo. Huc pertinent Antelucana, Consulibus, Praetoris, Togae virilis, Urbana officia, quae modo vidimus. Add. Cic. pro Muraen. c. 33 et 34. ¶ 4 Ad amicitiae, et studii in remp. obseruationem saepe refertur, v. g. Cic. Fam. 13, 55 Peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimisque officiis paribus ac mutuis, vt voluntate, auctoritate, studio tuo perficias, vt, etc. Quam quidam voluerint esse differentiam inter beneficium, officium, et ministerium, notat Sen. de Benef. 3, 18. Ministerii tamen et officii vocabula saepe confundi docet Burm. ad Quinctil. 8 Pro. p. 666. V. g. ap. Petron. c. 31. Cic. Fam. 5, 5 T. Pomponius homo omnium in te studiorum et officiorum maxime conscius. Singulari in Rempubli- cam officio et fide vir Id. pro Sulla 58. Id. Verr. 1, 135 Hi rem ad virum primum, summo officio ac virtute praeditum, M. Marcellum, etc. In his fons officiorum indicatur. Humanitatis, officii, diligentiae plenae literae Cic. Fam. 3, 9. ¶ 5 Verborum formulae, quae pleraeque ad eam significationem pertinent, quam modo n. 4 declarauimus. Abduci ab officio aliquo Cic. de Amicit. 8. Adhibere officium, *vid.* ADHIBEO. Amplecti officii, vel complecti Cic. Fam. 5, 8. Augere officia Id. Att. 13, 20. Celebrare suprema, *b. e.* Exsequias, seu iusta mortuis persolvere Curt. 3, 12, 14. Certare officiis, *vid.* CERTO. Cessare in officio Liu. 45, 23. Non cessat pietatis officium Scribon. Epist. med. Claudicare in officio, *vid.* CLAUDICO. Omnes sapientes suum officium, aequum est Colere et facere Plaut. Stich. 1, 1, 38. Cic. Off. 1, 4 Nulla vitae pars, etc. vacare officio potest: in eoque Colendo sita vitae et honestas omnis, et in negligendo turpitudō. Commemorare officia, *vid.* COMMEMORO. Commonere aliquem officium suum Plaut. Pseud. 1, 2, 17. Comparere officia, *vid.* COMPAREO. Comprehendere officii Cic. pro Planc. 47. Conferre officia, Conficere legationis officium, *vid.* hb. vv. Conferre multa et magna officia in aliquem Cic. pro Flacc. 52. Conseruare officium erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos monet pietas Id. de Inuent. 2, 66. Constant in me tua, *vid.* CONSTO. Copulata officio sapientia atque eloquentia Quinctil. 1 prooem. 13. Cumulare aliquem officiis, Curare officium suum, Decedere officio, vel de officio, *vid.* hb. vv. Decedere ab officio Liu. 36, 22 pr. Declinare a religione officii Cic. Verr. 3, 2. Delegatum alicui Quinctil. 6 prooem. Cic. Offic. 1, 28 c. 9 Praetermittendae autem defensionis, Deferendique officii plures solent esse causae. Deseri ab officiis amicorum Id. Fam. 5, 2. Deesse officio Id. ibid. 7, 3. Desuit a me nullum officium amoris, studii, pietatis Id. pro Milon. 101. Desiderare officia ab aliquo Id. Fam. 5, 5. Detrectare sua officia Quinctil. 2, 1. Deuincire officio Cic. Fam. 13, 3. Id. Off. 1, 32 c. 10 Ab officio Discedat, si se destitutum queratur. Duxit officii, *Absolute, pro Putauit officium suum esse* Sueton. in Tiber. c. 11. Ductus officio vel cognationis, vel amicitiae Quinctil. 4, 1. Exsequi regis officia et munera Cic. de Senect. 34. Exsequi ac tueri munus officii Id. ibid. 72. Exsequi officia et studia Id. Att. 3, 5. Expectare officia ab aliquo Id. Fam. 1, 6. Existare officia Id. ibid. 13. Ter. Eun. 4, 5, 2 Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium Facit. Facere seruilia officia Propert. 4, 10, 48. Onus officii nullum cuiquam reliquum Facere Cic. Fam. 3, 13. Facere officium alicui, *vid.* DICIS Causa. Fungi officio Cic. Fam. 3, 8. Fungi officio paedagogorum Quinctil. 1, 2. Fungi officiis vernaliter Hor. Sermon. 2, 6, 109. Fungi supremo in aliquem officio Curt. 3, 12, 11. Ter. Heaut. 3, 3, 19 Hominis frugi et temperantis Functus officium. Implere officium suum, *vid.* IMPLEO. Impensum facere officiorum Cic. anteq. iret in exil. 16. Intendere officia, *vid.* INTENDO. Intercedere officia alicui cum aliquo Cic. Fam. 13, 65. Id. de Amicit. 8 Nec villo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, vt vlla Intermissio fiat officii. Intermoriturum existimare, *vid.* INTERMORIOR. Labi in officio, *vid.* LABOR, eris. Languent officia Lucret. 4, 1118. Mandare officium aliquod alteri, *vid.* MANDO. Manere in officio, *vid.* MANEO. Meminit officium suum Plaut. Mil. 4, 9, 1. pro Officii, antique. Is est honos homini pudico, Meminisse officium suum Idem Trin. 3, 2, 71. Meminisse officia debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit Cic. de Amicit. 71 c. 20. Migrat officium, *vid.* MIGRO. Misso officio. *vid.* MITTO. Molliri officiis parentum Lucret. 2, 605. Negat sol officium mundo Ouid. Met. 2, 385. Negligere officium, *vid.* paullo ante Colere officium. Obire officia liberaliter et dextre, *vid.* OBEO. Cic. Att. 13, 22 Mulieres vix satis humanae, quae inimico animo ferant, quum vtraque officio Pareat. Peragendum officium mihi cras in valle Quirini Iuuen. Sat. 2, 132. Persolvere officium receptum alicui Cic. Verr. 5, 182. Pertinet ad officium, *vid.* PERTINEO. Polliceri et deferre alicui studium, officium, operam, laborem suum Cic. Fam. 6, 6. Postponere honestum officium scorto Hor. Epist. 1, 19, 35. Praestare officium, *vid.* DICIS Causa. Praestare officium suum alicui Cic. Fam. 4, 5. Praestare officium patri Ouid. Met. 7, 337. Praestare officia urbana alicui Cic. Att. 9, 9. Praeterire officium Planc. Cic. Fam. 10, 4 pr.

- Praetermittere, *vid. paullo post*, Seruare officium. Cic. antequam iret in exil. 6 Non conuenit, quum ad Promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores. Prosequi officiis Id. Fam. 15, 10. Recusare prima officia operis sui Quinctil. 2, 1. *De Rebetore*. Reddere interruptum varietate temporum officium cumulate Cic. Fam. 5, 8. Redire ab officiis, *de patrono causarum* Hor. Epist. 1, 7, 47. Relictis omnibus officiis agere aliud Id. ibid. 2, 2, 68. Repetere ab aliquo fructum et praemium officii Cic. anteq. iret in exil. 4. Repudiare officium necessitudinis, *vid.*
- 10 **NECESSE**. Respondere officiis mutue Cic. Fam. 5, 7. Residere officium in aliquo Id. ibid. 5, 7. Retinere officia Id. pro Cluent. 133. Retinere aliquos in officio Id. pro Rosc. Amer. 70. Reuertii ad officium suum Id. Fam. 12, 15. Satisfacere officio Id. Diuinat. Verr. 170. Id. Fam. 1, 1 Omni officio ac potius pietate erga te caeteris satisfacio omnibus. Seruare officium, *et Praetermittere, contraria*. Cic. Fam. 5, 17 Quamobrem omnibus officiis amicitiae seruatis, ne hoc quidem praetermittendum esse duxi, te ut hortarer, *etc.* Spectare Quinctil. 1, 2. Spondere alicui Ouid. Met. 10, 418. Sum: *ut*, Officium tuum est, has bene ut assimules nuptias: *Tuae partes, tuum munus* Ter. Andr. 1, 1, 141. In officio esse, *pro Officium praestare, officio fungi*. Cic. Fam. 14, 1 Tantum scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit. In officio est Nicanor, et a me liberaliter tractatur Id. Att. 6, 20. *Add. Id. Fam. 14, 4.* Cuncta, ut in familia bene instituta, in officio erunt Quinctil. 10, 3, 9. *conf. Ouid. Fast. 2, 729.* Partes officii istius non sunt filii mei Cic. Att. 6, 2. Singulari officio esse in aliquem Id. Fam. 5, 5. Suscipere aliquod officium Quinctil. 1, 1. Suscipere officia et partes imperatoris Cic. Fam. 3, 10. Id. de Invent. 2, 161 Pietas per quam sanguine coniunctis patriaeque beneuolis officium et diligens Tribuitur cultus. Tueri officia Id. Fam. 3, 9. Venire in officium oratoris, *vid. VENIO*. Vincere officiis suis cogitationes alterius Cic. Fam. 3, 10. Idem de Amicit. 8 Nec ab isto officio, quod semper usurpau quum valerem, abduci incommodo meo debui. ¶ 6 Officium, *pro Beneficio*. Columel. 2, 15 Licet filicem sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere. Monuitque, ut ex praeteritis officiis reliqua sperarent Caes. B. C. 3, 110. Officium alterius multis narrare memento, atque aliis: quum tu benefeceris ipse, fileto Cato in Dist. ¶ 7 Officium, *pro Actu uenero*. Propert. 2, 18, 24 Saepe est experta puella, Officium tota nocte valere meum. *De eadem re* Ouid. Am. 1, 10, 46 Non manet officio debitor ille tuo. *Et 3, 7, 24* Ter Libas officio continuata meo. *Sed plane aliter de Arte Am. 2, . . .* Quae datur officio non est mihi grata voluptas, Officium faciat nulla puella mihi. ¶ 8 Officium, *pro Magistratu uidetur accipi pud* Aurelium in l. i. D. de off. praef. praet. Credidit enim, ait, Princeps eos, qui ob singularem industriam, ad huius officii magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicatos esse, pro sapientia ac luce dignitatis suae, quam ipse foret iudicatos. Princeps officii Lamprid. in Alex. c. 32. *conf. Salmas. ad h. l. et Iac. Gothof. ad l. i. C. Th. de Principib. Agentum in rebus.* Plin. Epist. 1, 10 Distringor officio ut maximo, sic molestissimo. Idem in Paneg. extr. Nondum biennium compleueramus in officio laboriosissimo et maximo, quum tu nobis Consulatum obtulisti. *Vtrubique Praefecturam aerarii intelligit. conf. Caes. Bell. Ciuil. 3, 5 et 8.* ¶ 9 Officium, *Apparitores*. Hermogenianus in l. Si plus vel minus. D. de euictione, et duplae stipulatione. Si iussu iudicis rei iudicatae pignus captum per officium distrahat. *Vid. Marcell. Donat. ad Tacit. Ann. 16, 12. Suet. Vesp. c. 21* Deinde perlectis epistolis, officiorumque omnium breuiariis. *Add. Id. Ner. c. 15. conf. Bynckersb. Obseru. Iur. Rom. 3, 14.* ¶ 10 Officium, *pro Actis*. Paulus in l. Eum. D. de in ius vocando.
- 60 Eum, pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Item qui apud acta exhibiturum se esse quem promisit: etsi officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur. Ulpian. in l. Si fideiussor. D. Qui satisfacere cogantur, Si satisfatum pro re mobili non sit, et persona suspecta sit, ex qua datio desideratur: apud officium deponi debebit (si hoc iudici federit) donec vel satisfidetur, vel lis finem accipit.
- 65 **OFFICIOSVS**, a, um. Adi. *Qui libenter et ex animo officium alicui exhibet*. Cic. Fam. 13, 22 Hominem prudentem et officiosum cognosces. Id. Verr. 1, 63 c. 24 Homines autem ipsi Lampfaceni tum summe in omnes ciues Romanos officiosi. Diligens et officiosus homo Id. Att. 13, 45. Humanus, officiosus, et liberalis homo Id. pro Rosc. Com. 18 c. 6. Id. pro Planc. 46 Quos tu si sodales uocas, officiosam Amicitiam nomine inquinans criminoso. Dextera officiosa in paucos versus Ouid. Trist. 4, 7, 4. Dolor officiosus, a Cic. Tusc. 3, 70 dicitur, Qui ex iusta causa suscipitur, et cuius probabilis ratio reddi potest. Labores Id. pro Milon. 12 c. 5. Pietas Sen. Epist. 99. Sedulitas Hor. Epist. 1, 17, 8. Voluntas Ouid. ex Ponto 3, 2, 17. *Compar.* Cic. Att. 13, 43 Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiozem, nec officiosiozem facile delegissem Vestorio. *Add. Fam. 14, 16. et pro Rosc. Com. 18 c. 6. Superl.*
- 80 **Natio candidatorum officiosissima** Cic. in Pison. 54 c. 23. *Add. Fam. 11, 22.* ¶ 2 **Officiosus substantiue pro capsario, s. vestium custode in balneis**. Petron. c. 92 At ego ne vestimenta quidem mea ab officioso recepissem, nisi notorem dedissem. *Impudici et obsceni, id est muliebria passu dicti sunt* Officiosi, ut ex Sen. praef. 4. Controu. apparet.
- 85 **OFFICIOSE**. Adu. [*ἰργασικῶς*] *Diligenter, cum animo bene merendi*. Cic. de Amicit. 73 c. 20 Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant, eoque magis, si aliquid habere se putant, quod officiose, amice, et cum labore aliquo suo factum queant dicere. Officiose parere Id. Att. 13, 12. *Quaedam exemplaria legunt* Officio, non Officiose: cuius rationis supra n. 5 postum est exemplum. Id. ibid. 1, 20 Qua de re quum ad me ita suauiter, diligenter, officiose, humaniter scripseris. Officiose ire salutatum Martial. 1, 71. *Compar.* Cic. Att. 6, 1 Officiosus facere. *Superl.*
- 95 Sidon. Epist. 2, 12 Languidos multos officiosissime occidunt. Apul. Apol. p. 335 In quo (testamento) mei officiosissime et honestissime meminit. *Add. Plin. Ep. 10, 32.*
- OFFICIALIS**, e. Adi. *Quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat*. Lactant. 6, 11 Tullius in Officialibus libris. Officialis, etiam Minister magistratus dicitur. Apul. Met. 1 p. 113 extr. *Elmenb. ubi Aedilis iubet officialem suum insuper pisces inscendere, ac pedibus suis totos obterere. conf. Spartian. Carac. c. 6. Grut. Inscript. p. 422 n. 7. Add. APPARITOR.*
- OFFICIOSITAS**, etis. f. Sidon. Carm. 23, 478. Sarisb. Epist. 178.
- 105 **OFFICIPERDA**, ae. *sive* OFFICIPERDVVS, i. m. dicitur

*is, in quem collata beneficia pereunt s. perduntur.* D. Cato Dist. 4, 43. Gravior officiis, quo sis magis carior, esto; Ne nomen subeas quod dicitur officiperdae. *conf.* Gloss. Isidor.

**OFFICĪNA**, ae. f. [*ἐργαστήριον*] *Locus, ubi aliquid fit, hoc est in quo operarii opera sua faciunt.* Cic. Philipp. 7, 12 *Armorum officinas in vrbe videtis.* *conf.* Nepos 17, 3, 2. et Tacit. Hist. 2, 82, 1. et Gruter. Inscript. p. 422 n. 7. Taberna Paul. ICt. recept. Sent. lib. 2 tit. 8 sent. 3. *contra quem tamen a taberna distinguit Voss. de Vit. Serm.* 130. Graues officinae *Vulcani* Hor. Carm. 1, 4, 8. Plin. 35, 11 Seruus eius Drusillanus nomine Rotundus, etc. quingenariam lancem habuit, cui fabricandae officina prius exaedificata fuerat. Aeraria officina, *vid.* AES. Chartariae, *vid.* CHARTA. Cic. in Praef. extr. Parad. Non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi Minerua illa Phidiae: sed tamen ut Ex eadem officina exisse videatur. Pictoris Plin. 35, 10. Exercere officinas promercalium vestium Suet. de 15 Clar. Gramm. c. 32. Instituit officinam Syracusis Verres Cic. Verr. 4, 54. Quaestuosissima falsorum commentariorum et chirographorum officina Cic. Philipp. 2, 35 c. 14. *Sic vocat domum Antonii, ubi falsa testamenta scribebantur.* Officinae vitiorum Columella in Praef. non procul ab init. Officina nequitiae, et diuersorium flagitiorum Cic. pro Rosc. Amer. 134 c. 46. Id. de Clar. Orat. 32 Existit igitur iam senibus illis, quos paullo ante diximus, Isocrates: cuius domus cunctae Graeciae, quasi ludus quidam patuit, atque officina Dicendi. *i. Scholae.* Domus Isocratis officina habita Eloquentiae est Id. in Orat. c. 13. Clarissima rhetoris officina Id. de Orat. 2, 57. 25 Instruxerunt quasi officinas sapientiae philosophi Idem de Legib. 1, 36 c. 13.

2 Officina, *Ipsa (ut ita dicam) facti, vel fabricatio.* Plin. 11, 2 In magnis siquidem corporibus, aut certe maioribus, facilis officina sequaci materia fuit. In his tam paruis, etc. de insectis. Officinam, *Gallinarium vocat* Columel. 8, 3 Totius autem officinae (id est ornithonis) tres continuae extruuntur cellae. *Et paullo post, Haec erit officinae cohortalis dispositio.*

**OFFICINATOR**, ōris. m. [*τεκτων*] *pro fabro posuit* Vitruu. 6 c. vlt. Quum subtiliter officinatoris probabitur exactio. Gloss. Gr. Lat. *ἐργαστηριάρχαι*, Officinatores, infitores. Apul. 9 p. 219, 27 35 Forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis fecit.

**OFFIGO**, xi, xum, ěre. [*ἵλωω*] Plaut. Most. 2, 1, 13 Sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis brachia. *De cruce.* Derisos offigunt implicantque ramos Liu. 33, 5. Furcas circum offigito Cato 6. 49.

**OFFIRMO**, āre. *vid.* OFFIRMO. 40

**OFFLECTO**, xi, ctum, ěre. [*ἐπιναυπητέω*] *Circum vel contra flectere.* Plaut. Rud. 4, 3, 74 At ego hinc offlectam nauem. **OFFOCO**, āre. *Praefocare.* Florus 2, 11 Quum catenas moribus et ore tentassent, quum offocandas iniuicem fauces praebuissent. *Add.* Tertull. de Idolol. c. 24. 45

**OFFRENĀTVS**, a, um. Plaut. Capt. 3, 5, 96 Utque offrenatum suis me ductarent dolis. Apul. Miles. 6 *de Cerbero*, Hunc offrenatum vnus offulae praeda facile praeteribis. Idem Apol. Quid multis? Inuenem simplicem, praeterea nouae nuptae illecebris offrenatum suo arbitrato de via defleat. 50

**OFFRINGO**, frēgi, fractum, ěre. [*καταγγύω*] *Quod fractum est, contrario frangere.* Festus, Offringi terra dicitur, quando iterum transuerso sulco aratur. Varro de R. R. 1, 29 Rursum terram quum primum arant, proscindere appellant: quum iterum, offringere dicunt, quod prima aratione glebae grandes solent excitari: quum iteratur, offringere vocant. 55

**OFFUCIA**, ae. Plur. **OFFUCIAE**, arum. f. [*Φύκαμα*] *a Fuco, qui oblitur, Fallaciae dicuntur.* Solido mihi os suis subleuere officiis Plaut. Capt. 3, 4, 123. Id. Most. 1, 3, 107 Neque ceruissam, neque melinum, neque aliam vllam offuciam. Gell. 14, 1 Sed id praestigiarum, atque officiarum genus, etc. Sperne mores transmarinos, mille habent offucias Vetus Poeta in Floridis. Ap. Fest. pro Offudas, legit Offucias Voss. Etymol. p. 126. 60

**OFFVCO**, āre. Festus explicat Aquam in fauces ad bibendum dare. Offocare malit Meurf. Crit. Arnob. 3, 9. 65

**OFFVLA**, *vid.* OFFA. **OFFVLICIO**, ĩre. *Idem fere, quod Offercio, Obstipo.* Apul. Met. 1 p. 108 Vulnus, qua maxime patebat, spongia offulciens. 70

**OFFVLTVS**, a, um. Partic. Apul. Met. 4 p. 147, 14 Multis laciniis offulto vulnere. **OFFVLGEO**, vel **OFFVLGEO**, ěre. Offulsit claro venerabilis ore sacerdos Paullin. Petrocor. de vita Martini lib. 5 v. 357. Virgilio, Luio, aliisque, pluribus locis, ubi vulgo legitur: *effulgere, restituitur ab Heinsio ad Sil. 13, 114. et Burm. ad Quintil. Declam. 9, 7 p. 195.* 75

**OFFVNDO**, fūdi, fūsum, ěre. [*ἐπιπέχω, ἐπιπροδέω, περιχύνω*] *Circum siue Versus aliquem fundere.* Plaut. Trin. 4, 3, 84 Visne aquam tibi petam? C. res quum iam animam agebat, tum esse offusam oportuit. Caliginem oculis offundere Liu. 26, 45. Pauorem offundere Idem 10, 5. Aër crassus nobis offunditur Cic. Acad. 4, 81 c. 25. Id. pro Marc. 10 c. 4 Omnium Marcellorum meum pectus memoria obfudit, *i. offusa obruit.* Est de Fin. 3, 45 c. 14 Obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernae. Cic. de Nat. Deor. 1, 6 c. 3 Multis etiam sensi mirabile videri, eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quae lucem eriperet, et quasi Noctem quandam rebus offunderet. *Errorem alicui* Liu. 34, 6. Rubor subitus offunditur illi Sen. Epist. 11. *Cic. Tusc. 3, 82* Si quid Tenebrarum offudit exilium. Offundere *Et sic in MSS. permixtantur: vid. N. Heins. ad Sil. 2, 151. et Burm. ad Tibull. 10, 366.*

**OFFVSVS**, a, um. Partic. [*ἐπιπέχω*] Pauore offusus Tacit. Ann. 11, 31, 3. Caligo offusa ante oculos Cic. Tusc. 5, 6. Idem pro Rosc. Amer. 91 Qui tanquam si offusa Reipublicae sempiterna Nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant. Tacit. Ann. 11, 31, 3 Eo Pauore offusum Claudium. Liu. 2, 40 Nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque Religione motus esset, etc. Tenebrae offusae Cic. pro Domo 137. Val. Max. 3, 8, 3 Tantis tenebris offusam esse remp. Terror offusus oculis auribusque Liu. 28, 29.

**OFFVSIÓ**, ōnis. f. Ut moerore sensibus occaecatis, caeca notis augetetur offusio P. Chrysologus serm. 84.

**OFFVSCO**, āre. [*ἀμείδω*] *Obumbrare, obscurare, denigrare, et quasi fuscum reddere.* Tertull. au. Marc. 2, 12. al. Obsusco.

**OFFVSCĀTVS**, a, um. Partic. Caligine offuscatus Oros.

**OFFVSCATIO** siue **OFFVSCATIO**, ōnis. f. Obsuscatio deorum vestrorum Tertull. ad Nation. 1, 10. *i. despectus.* *conf.* Vulgata Sirac. 41, 24. 105

OFFUTURVS, a, um. Partic. Verbi OBSVM. Subiicimus id, quod aut nobis adiumento futurum sit, aut offuturum illis e contrario A. ad Herenn. 4 c. 23.

## O G D et O G G

OGDOAS, ädis. f. Graece; Latine, Numerus octonarius. Tertull. de Anima c. 37. Idem de Praescript. c. 33 et 49. et adu. Valentin. c. 7 et 20.

OGGANNIO, ïre. Vid. OBGANNIO.  
OGGËRO, gessi, gestum, ïre. Obtendere, seu Obiicere: antiquum. Plaut. Truc. 1, 2, 8 Vnus eorum aliquis osculum amicae oggerit, dum illi agant. Idem Cist. 1, 1, 72 Amor — Gustu dat dulce, amarum ad satietatem vsque oggerit.

## O G M et O G Y

OGMIVS, i. m. Ita vocatus a Gallis Hercules, quem eloquentiae sapientiaeque Deum existimabant. Vid. Luciani de illo libellus s. Praefatio. Tom. 3 p. 82.

OGYGES, ae. m. [Ὀγυγος] Rex fuit Thebanorum, sub quo primum omnium diluuium fuisse dixit Varro in prologo libri tertii de R. R. Estque (inquit) vetustissimum oppidum Graecum Boeotiae Thebae, quod rex Ogyges aedificauit: peractis iam millibus annorum et centum. Sed ut diuus Augustinus de Ciui. Dei 18, 8 retulit, tempore quo regnabat Ogyges, diluuium magnum factum est: non illud maximum, quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca fuerunt: sed tamen maius, quam quod postea tempore Deucalionis fuit.

OGYGIUS, a, um. Adi. [Ὀγυγιος] Vnde Ogygia omnia Thebana dicta sunt. Virg. Aetna 569 Ogygiis circumdata moenia Thebis. Deus Ogygius, Bacchus Ouid. Epist. 10, 48. Luxus Ogygii Iacchi Stat. Theb. 2, 586. Lyaeus Ogygius Lucan. 1, 670.

OGYGIA, ae. f. [Ὀγυγία] Insula est, ut quidam ferunt, Phoenicium et Syrii maris: sic quoque ab Ogyge rege in ea regnante cognominata. De qua Homerus in primo Odysseae. al. Calypsus Plin. 3, 10.

OGYIDES, ae. m. i. Thebanus, apud Stat. Theb. 2, 586.

OGYRIS, is. f. Arabiae felicitis Insula. De qua Plin. 6, 28 sic scribit, Insula in alto obiacet Ogyris, clara Erythro rege ibi sepulto. Rufus ex Dionysio,

Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes  
Carmanidis, qua se pelagi procul inuehit vndis.  
Regis Erythrei tellus hic nota sepulcro  
Tenditur, et nudis iuga tantum cautibus horret.

vid. Dionys. Perieg. v. 606 seqq. Meminit insulae perpulchre Curtius 10, 1, 14.

## O H

O H. Interiectio, qua vtimur, ubi ex intervallo notos videmus, ut ait Donatus: estque praesertim in vsu apud Comicos. Ter. Adolph. 5, 6, 3 Sed eccum Demeam; saluos fies. D. oh, qui vocare? G. Geta.

Oh, admirantis, cum contentu quodam. Id. Andr. 3, 5, 12 Immo melius spero. P. oh, tibi ego vt credam furcifer? Oh, affirmantis, cum certitudine quodam. Ter. Eun. 1, 2, 49 Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiumne id est? Oh, dolentis et reprehendentis. Ter. Heaut. 5, 3, 8 Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules. Oh, dolentis et deprehens. Plaut. Cas. 2, 3, 19 Vnde hic amabo vnguenta olent? s. oh, perii, manifesto miser teneor. Oh, exultantis ob rem bene gestam. Id. Most. 1, 3, 86 Vt videas eam medullitus me amare, oh, probus homo sum, qui pro me causam diceret, patronum liberaui. Oh oh, exultantis. Id. ibid. 1, 4, 12

Oh oh ocellus es meus. Oh oh oh oh; eiulantis more comido Id. Capt. 2, 1, 6.

O H E. Interiectio satietatem vsque ad fastidium designans. Terent. Phorm. 2, 3, 30 Quis homo est? ehem. D. tace. G. absenti tibi te indignas, seque dignas contumelias nunquam cessauit dicere hodie.

D. ohe desine. Idem Heaut. 5, 1, 6 Ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere, tuam esse inuentam gnatam. Martial. 4, 91 Ohe iam satis est, Ohe libelle. conf. Hor. Serm. 1, 5, 12. et Iuuenal. Sat. 7, 62.

O H O. Interiectio admirantis aliquid repente fieri. Plaut. Poen. 1, 2, 51 Eamus soror mea. AD. oho amabo, quid illuc nunc properas? Oho! agnoscentis cum gaudio particula. Id. Pseud. 4, 2, 31 Accipe et cognosce signum. BAL. oho! Polymachaeroplacides purus putus est ipse. Ohoho! idem. Plaut. Most. 1, 4, 12 Ohoho! ocellus es meus.

## O I L

OILEVS, i. m. [Ὀϊλεύς] Trium Syllab. fuit Locrorum rex, et pater Aiakis Oilei, teste Virg. Aen. 1, 41 Vnius ob noxam et furias Aiakis Oilei? Add. Ouid. Met. 12, 622.

OILIDES, ae. m. Patronym. [Ὀϊλίδης] Propert. 4, 1, 117. Victor Oilide rape nunc, et dilige vatem. Intelligit Aiacem, Oilei filium, Cassandrae raptorem.

## O L B

OLBIA, ae. Plurium urbium nomen. V. g. Pamphyliae iuxta Cataracten fluiuium, teste Plin. 2, 27. Alia in Sarmatia Europae, ad Borysthenem amnem, quae et Borysthenis appellatur a Prolemaeo tabula octava Europae: cuius etiam meminit Plin. 4, 11. conf. Mela 2, 1.

OLBIANVS, a, um. Adi. vt, Olbianus sinus Mela 1, 19.

OLBIOPOLIS, is. f. Vrbs ad Borysthenem Plin. 4, 12.

## O L C et O L E

OLCA, ae. f. Gemina, alias Orca Plin. 37, 10.

OLEA, ae. f. [ἄλεια] Nota arbor, olei ferax. Olea prima omnium arborum est Colum. 5, 8 pr. Virg. Georg. 2, 63 Sed truncis oleae melius propagine vites Respondent, Vid. Plin. 15, 82.

Olea, ab elea, olea grandis orchitis, quod ea antiquitus orchemora Varr. de L. L. 4, 22. Folia oleae Plin. 21, 4. Minerua inuentrix oleae Virg. Georg. 1, 18. Rami oleae Stat. Theb. 12, 468. Mares Ouid. Fast. 4, 741. Nigrae Hor. Serm. 2, 2, 46. Pacales Ouid. Met. 6, 101. Attondere oleas, vid. ATTONDEO. Florent oleae Ouid. Fast. 5, 321. Mordet aestus oleam Hor. Epist. 1, 8, 5. Tenere potuerunt sempiternam oleam in arce Athenae Cic. de Legib. 1, 2. Videt florem oleae quum agricola, baccam quoque se visurum putat Idem de Diuin. 2, 15. ¶ 2 Olea arbor ad terminos designandos adhibebatur: unde prou. Extra oleas vagari. Vid. Scholiast. Aristoph. in Ran. act. 4 sc. 1 sub f. Victor. Var. Lect. 31, 10. Conf. infra OLEAGINEVS. ¶ 3 Olea, etiam Fructus dicitur: unde, Olea conditanea Varroni dicitur, Quae ad condituram asseruatur, de R. R. 1, 24 pr. Olearum ossa Suet. Claud. c. 8. Colum. 11, 2 Tum et olea distringenda est, ex qua velis viride oleum efficere. 15 Distringere oleas Ouid. de Nuce 135. Cogere Cato 31 et 64, 1. Facere oleam apud Catonem R. R. c. 145 est ex ea oleum facere: sic Lanam facere, est Lanam operi impendere, et ex ea aliquid facere. Perficere oleam Cato ib. c. 67 eodem sensu. Inspergere oleam sale, vid. INSPERGO. Cato de R. R. c. 144 Oleam ne stringito. Stringitur autem olea, quae manu legitur, ut quum digitabulis pressa decerpitur, itaque laeditur, aut ex arbore nuda manu detrahitur. vid. STRINGO. Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri Hor. Epist. 2, 1, 31. Prouerbialiter dictum in confessa negantes, et falsa pro veris affirmantes. Genera olearum indicant Cato 6, 1. 7, 4. Colum. 5, 8, 3. Pallad. Febr. 25 18, 4. Nomina haec sunt Albiceria, Algiana, Cercitis s. Circitis, Colminia (s. Cominina, Culminia an Culminiana vel Colminiana?) Licinia vel Liciniana, Luteola, Murtea, Naeuia (Neria) Orchitis (Orchis, Orchas) Pausea vel Posea, Radiolus, Radius, Regia, Rhodia, Sabina, Sallentina, Sergia vel Sergiana. Qui plura desideras, 30 adeundi sunt Rustici nostri, aut Plinius etc.

OLEACEVS, a, um. Adi. [*ἰλαιωσ*] Olei vel oleae simile. Plin. 35, 15 Fignitur et pingue, liquorisque oleacei, in Sicilia. Idem 21, 4 Folia oleacea.

OLEAGINEVS, a, um. Adi. [*ἰλαιωγος*] Quod ex olea arbore 35 est, siue coloris olei. Virg. Georg. 2, 31 Truditur e sicco radix oleagina ligno. Plin. 37, 5 Post eos autem cerini, deinde oleagini, hoc est colore olei. Virgulae oleaginae Nepos 8, 4, 1. Add. Cato R. R. c. 43.

OLEAGINEVS, a, um. Aliud Adi. Idem. [*ἰλαιωγος*] Varro 40 de R. R. 1, 40 Demum in oleagineis feminibus arbores videndum, etc. Oleagineis coronis ministri triumphantium utebantur, quod Minerua, dea belli esse putabatur. Haec Festus. Gell. 5, 6 Est item oleaginea postrema, qua uti solent, qui in praelio non fuerunt, sed triumphum procurant. Folia Plin. 12, 26. In quibusdam regionibus palos 45 pro terminis obseruant, alii iliceos, alii oleagineos, alii iunipereos etc. Sic Flaccus de Condit. agror. Add. Arcadii Fragmenta Terminalia, et Innocent. de Casis literatis, ap. Rigalt. et Goef.

OLEVM, i. n. [*ἔλαιον*] Quod ex olea expressum est. Olei stilla Martial. 12, 71. Balaninum, Carinum, Cibarium, Cicinum, 50 Citreum vid. ff. ll. Epitheta apud Scribonium ista, Acerbum 222. Cedrinum 267. Commune 40. 210. 250. Cyperum 257. Cypreum 210. 255. Cyprinum 156. 264 sqq. Cyprium 206. Domesticum 39. 118. Irinum 261 — ex ruta tritum 189. Laurinum 156. Lili 156. Melinum 256. Murteum 223. 242. Myrteum 219. Lucilius apud 55 Non. 5, 97 Quae gallam bibere ac rugas conducere ventri Farre aceroso, oleo Decumano paene coëgit. Oleum decumanum appellat quod deterius est, ut hodie triticum decumanum, quia miscellum est, et vinum decumis collectum, est fere deterius. Turneb. Medicum oleum, quod et Incendiarium nominat Solinus c. 34 exir. quadam, ut ait, inficitur herba: etsi etiam naturale quoddam est, non tantum artificiosum et factitium. Hoc genere olei pellicem suam vltia est Medea. Erat etiam, vel arte parabatur in Media, unde et Medicum vocabatur oleum. Solinus c. 1. Apparet herba, qua inficitur oleum, quod vocant medicum: huius olei incendium aqua restingui non potest, sed pulueris 65 iactu. Vid. NAPHTHA. Oimphacinum, Narcissinum, vid. ff. ll. Pingue Virg. Aen. 6, 254. Purum oleum Scribon. 269 i. colatum. Romanicum oleum Cato de R. R. c. 146 vocat, Oleum vulgare, quod e cadauca fit olea, et matura: viride, quod e striclina et immatura. Romanicum autem ideo, quia Romae locis vicinis fiebat. Turnebus. Rosaceum, is. Rosae: vid. ROSA. Sabinum 156. Vetus oleum Scrib. passim. Veriafrum 268 sqq. leg. Venafrum. Viride oleum Apic. 1, 28. Scribon. 244. Cato c. 1. Vngere caules oleo bono Hor. Serm. 2, 3, 125. Largo vinctum cadauer Idem ib. 2, 5, 86. Iuuentus oleo humeros perfusa nitescit Virg. Aen. 5, 135. Instillare oleum lumini Cic. de 75 Senect. 36. Oleum scintillat Virg. Georg. 1, 393. ¶ 2 Formae Prouerbiales: Oleum addere camino Hor. Serm. 2, 3, 321. i. Malo fomentum ac velut alimoniam suppeditare, quo magis ac magis augetur: et malum alio malo cumulare, atque augere. Sic, Incendium oleo restinguere. Plus temporis, atque olei plus Iuuen. Sat. 7, 99. 80 Oleum et operam perdidit Plaut. Poen. 1, 2, 119. i. Quidquid insumsi seu rei seu laboris. Metaphora ducta est a gladiatorum ac palaestrarum certaminibus, in quibus certaturi, vnguentis quibusdam oleariis perungebantur. Cic. Fam. 7, 1 Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contemseris, in quibus ipse Pompeius confitetur, se et 85 operam et oleum perdidisse? Quamquam potest et ad lucubrarium lucernas referri, sicuti Cicero fecisse videtur, scribens ad Att. 13, 36 Ante lucem quum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exarui nescio quid ad te, et ante lucem dedi. i. Quasi obiter, et eadem commentatione. Eidem 2, 17 Non desileamus, ne opera et oleum 90 philologiae nostrae perierit, sed conferamus tranquillo animo. Ergo hic Oleum pro Sumtu positum est. Erasmus. Aliter interpretatur Iac. Nic. Loënsis Epiphyl. 7, 2. Et adhuc aliter Barth. Adu. 22, 21. Oleo tranquillior: Hyperbole prouerbialis in homines minime iracundos, lenique ingenio praeditos. A liquoris natura sumta, quo nihil magis tacitum, 95 magisque lenè. Plaut. Poen. 5, 4, 66. Oleum, pro Simulacro pugnae, et pro exercitatione, non pro vno certamine. Cic. de Orat. 1, 81 Nitidum quoddam genus verborum et laetum: sed palaestrae magis et olei, quam huius ciuilis turbae et fori. i. Accommodatum non conuentionibus et iudiciis, sed scholae et declamationi. 100

OLEAMEN, inis. n. Scribon. Largus Compos. 269 Post dies triginta coniiciuntur macerata: deinde oleum purum excipietur, quod reponitur fictili vaso: cuius oleaminis vires ad omnem contractionem neruorum tantae sunt, ut sit vix credibile.

OLEAMENTVM, i. n. Scrib. Largus Comp. 222 Quum primunt 105

haec leuia paruerint, cum oleamentis ex vino adipem liquefactum cum rosae pondo quadrante miscere in vnum oportet.

OLEARIS, e. Adi. *Quod ad oleum pertinet.* Plin. 34, 14 Quippe quum in exacuendo, oleares cotes et aquariae aequae differant, oleo delicatior fiat acies. *i. Quae oleo aspergantur.* Olearis talea Columel. 11, 2.

OLEARIUS, a, um. Adi. *Idem.* Colum. 2 In vasis oleariis sal-famentariisque. Ampulla Apul. Met. Flor. 2 p. 346. Cella Idem 1, 6. Cic. Top. c. 3. Seriae Varro de R. R. 3, 2. Dolia Plin. 15, 8 pr. Fructus Vitruu. 6, 9. In oleario fictili reponere Scribon. 161. Molae Varr. L. L. 4, 31.

OLEARIUS, i. m. [*ἔλαιονοῦς*] *Qui oleum facit vel vendit.* Columella lib. vlt. c. 50 Peritissimi olearii vix patiuntur ad vnam lucernam opus fieri. *Conf.* Plaut. Capt. 3, 1, 29.

OLEASTER, tri. m. [*ἔργειλαιος*] *Olea siluestris.* Oleastri vel oliuae ramuli Scribon. 114. Virg. Georg. 2, 182 Indicio est tractu surgens oleaster eodem. Ingens Idem ib. 4, 20. Infelix superat foliis oleaster amaris Idem ib. 2, 314. Virg. Aen. 12, 766

Forte sacer Fauni foliis oleaster amaris  
Hic steterat, nautis olim venerabile lignum,  
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant  
Laurenti diuo, et votas suspendere vestes.

*Quem locum enarrans Turnebus, Ex ritu, inquit, priscae superstitionis scripsit id Virgilius, et praecipue Graecorum, qui ante fana in oleastris suspendere dona solebant et affigere. Illius enim arboris viuacitas tanta est, ut si multis configatur clauis, nihil tamen laedatur. Aristoph. Pluto, ὡσπερ κοτὴν προσκαταλεύω τυτῶν, i. Ceu oleastro adfigam isti. Haec ille. Suspendi hominem in oleastro iussit Verres Cic. Verr. 3, 57 c. 23. Legitur in fem. gen. apud Irenaeum.*

OLEASTELLVS, i. m. [*ἔργειλαιίδιον*] Dimin. ab Oleaster, apud Columel. 12, 49 Veruntamen habetur praecipua in hos vsus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem oleastellum vocant.

OLEASTRO, (sive rectius dicatur OLEASTRVM) oppidum Hispaniae Baeticae, ap. Plin. 3, 1 f. 3. *Hinc*

OLEASTRENSIS, e. Adi. Oleastrense, Nigri plumbi genus Plin. 33, 17.

OLEATVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 37 Pulles non oleatae, *i. oleo conspersae.*

OLEITAS, ātis. f. [*ἔλαιοτρυνεὶς*] *Tempus legendarum olearum, et fructus oleae.* Cato de R. R. c. 68 Vbi vindemia et oleitas facta erit, prela extollito Idem c. 144. *Add.* Minuc. Fel. 17, 9 et Mamertin. Grat. act. 22.

OLEOSVS, a, um. Adi. [*ἔλαιος*] *Quod est plenum oleo.* Plin. 27, 12 Semen oleosum, quod et fit ex eo. Medetur oris vlcerebus per-  
45 unctis. Oleosum butyrum, *b. e. Pingue* Idem 28, 9.

OLETVM, i. n. [*ἔλαιον*] *Locus oleis constitus.* Cato de R. R. c. 1 Secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum. *Add. ibid. c. 3. etc. Vid. etiam OLEO.*

OLIFERA, orum. n. pl. *Quae ex liquamine oleo et mero inferuntur.* Apic. 3, 12 Al. Olifatra, *ut edidit etiam Listerus.*

OLIVA, *vid. infra f. l.*

OLEAROS, i. f. [*Ὀλιάρος*] *Insula una ex Cycladibus.* Plin. 4, 12. Ouid. Met. 7, 470 At non Olearos, Didymeque, et Tenos, et Andros. *al. Oliaros, vid. infra.*

OLENOS, i. f. [*Ὀλένος*] Vrbs est Aetoliae, dicente Seruio, Diomedes habuit socios de tribus ciuitatibus, quas habet Aetolia, Pleuron, Olenon, Calydon. *Haec ille in Virg. Aen. 11, 239. Ab hoc oppido Amalthea, Iouis nutrix, capra vocatur Olenia. Vid. Hyg. Astr. 2, 13. et ibi Muncker.* ¶ 2 Achaiae oppidum Plin. 4, 5.

OLENVS, i. m. [*Ὀλένος*] *Vir fuit, qui Lethaeam duxit uxorem eximia pulchritudine, adeo superbam, ut se deabus praeferebat. Caeterum deae iratae, quum de Lethaea supplicium sumere vellent, Olenus in se culpam uxoris transferre ausus, una cum illa in lapidem fuit conuersus. Vid. Ouid. Met. 10, 69.*

OLENIDES, ae. m. Patronym. apud Valer. Flacc. 3, 204.

OLENIUS, a, um. [*Ὀλένιος*] *Possess. est ab Oleno.* Ouid. Fast. 5, 113 Nascitur Olenia signum pluuiiale capellae. *Vid. OLENOS n. 1.* Cornibus Oleniis manant imbres Stat. Theb. 6, 423. Arua Olenia Ouid. Fast. 5, 251. Astrum Stat. Theb. 3, 25. Pecus Olenium  
70 laedit aequor Ouid. Epist. 18, 188.

OLEO, ēui, ētum, vel ui, itum, ēre. [*ὄζω*] *Odorem spirare et emittere.* Plin. 21, 7 Rosa recens, a longinquo olet. Cic. Att. 2, 1 Sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant: et vt mulieres, ideo bene olere, quod nihil olebant, videbantur. Plaut.

75 Most. 1, 3, 116 Mulier recte olet, cum nihil olet. *Contra* Mart. 2, 12 Hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Postume, semper: Postume, non bene olet, qui bene semper olet. *Deterius olet herba lapillis Libycis? Hor. Epist. 1, 10, 19. Iucunde Plin. 20, 17. Cic. de Orat. 2, 429 At in male olentem, vide me a te circumueniri. Ma-*

80 le olet omne coenum Cic. Tusc. 4, 53. *Metaphorice, Ex Academia nihil olet Epicurus, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus disciplinis Cic. de Nat. Deor. 1, 72. Oleo, cum Accusatiuo. Plaut. Asin. 5, 2, 79 Myrrham olet. Idem Aulul. 2, 2, 39 Certe edepol equidem te ciuem sine omni malitia mala etiam semper sum ratus, et nunc arbitror. E. Aurum huic olet. quid nunc me vis? i. Suspiciatur me habere thesaurum.* Quod Ceram, quam quod crocum olet vngentum, magis laudari Cic. de Orat. 3, 99 c. 25. Terram quam Crocum sapere in eadem re Plin. 17, 5. Furtum olet Plaut. Men. 1, 2, 59. Hircum olere Hor. Serm. 1, 2, 27. Lucernam olet Cic. Att. 2, 1.

90 Idem pro Rosc. Com. 20 c. 7. *Ipsum caput et supercilia illa penitus abrafa olere Malitiam et calliditatem videntur? i. Significare, ut ait Budaeus. f. Musas Sidon. Epist. 5, 17. Myrrham olent tua basia Martial. 2, 12. Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum Hor. Serm. 1, 2, 27. Cic. de Orat. 3, 41 Quare quum sit*

95 quaedam certa vox Romani generis verbisque propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare aut olere Peregrinum, hanc sequamur. Vina fere dulces oluerunt mane Camoenae Hor. Epist. 1, 19, 5. Oleo, cum Ablatiuo. Ouid. Met. 5, 405 Perque locos sacros, et olentia sulphure fertur. Al. Lacus altos. Non Arabo noster Rore capillus olet Ouid. Heroid. 15, 76. *Conf. b. l. N. Heins. it. Ciofan. ad Met. 5, 405. Propert. 4, 7, 32*

Cur nardo flammae non oluere meae? Olere, pro Male olere. Olentis uxores mariti, *i. caprae* Hor. Od. 1, 17, 7. Id. Epod. 10, 2 Mala soluta nauis exit alite, Ferens olentem Maeuium. *Add. Mart. 12,*

05 87 Paediconibus os olere dācis. ¶ 2 Olere significauit antiquis etiam



*iam augere, inde est Adolere v. v. it. INDOLES. Sed frequentius fuit OLESCERE, quod verba Adolere, Coalescere, Inolescere, Obsolescere, Suboles s. Soboles etc. satis declarant. Superest de illo Olefco versus Lucret. 2, 1128 Donicum olefendi summum tetigere cacumen, ubi alescendi frustra quidam substituit.*

OLO, ui, ère. *Antiqui dixerunt.* Afran. Fratriis, Non potest quin illa tacta, longaque et multis olat. Oleat. Pomponius Aleonibus, Aleo ludam fane meae manus Nonius 2, 603. Facite olant aedes Arabice Plin. 12, 10. Diomed. 1 p. 378 i. *Odoribus Arabicis.*

OLENS, entis. Partic. [*ὀλῶν*] Agri olentes Lucan. 7, 821. *Intelligit male Olentes propter cadauera interfectorum.* Amaracus suaue olens Catull. 59, 7. Anethum bene olens Virg. Eccl. 2, 48. Olen- ti in Fornice stare Horat. Sat. 1, 2, 30. *Add. Idem Od. 1, 17, 7.* Virg. Cir. 370 Narcissum cassiamque, Herbas incendit olentes. Nectar de liquido vertice feruidum guttatim Lacrimis stillat olentibus Prud. hymno ad Incend. v. 21. *Vbi Ifo Magister interpretatur, crescentibus. Aliter I. F. Gronou. Obs. Eccles. c. 5 p. 53.* Membra olentia Virg. Georg. 3, 564. Myrrhae bene olentes Ouid. de Medic. faciei 91. Nares grauitur olentes Scribon. 42. Rami olentes Virg. Georg. 1, 188. Serpilla late olentia Idem ib. 4, 30.

OLENTIA, ac. f. Tertull. adu. Marc. 2, 22 Suauis olentiae gratia.

OLENTICA, orum. n. Pl. Mali odoris loca Paullus Festi. Forte Olentia.

OLENTICĒTVM, i. n. *Sterquilinum.* Apul. Apol. p. 278 Semper in foetutinis et olenticetis suis iacet.

OLETO, are. *Oleto inquinare.* Frontin. de Aquaeduct. 2 p. 249 Ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice falit. Si quis oletarit, festeriorum x. M. multa esto. Conf. Vet. Inscript. apud Reines. 30 clas. 7 n. 2.

OLĒTVM, i. n. [*ὀλετός* Gloss. Lat. Gr. *οὐλε, οὐλεθαι*] Stercus humanum sec. Fest. dictum quod vehementer oleat. Perf. Sat. 1, 112 Veto quisquam hic faxit oletum. Cato 61, 1 Oletum altissime miscere, in arando et stercorendo agro. Videtur ergo pro omni stercore posuisse. Vid. etiam sub OLEA, Oletum i. oliuetum.

OLĪDVS, a, um. Adi. [*ὀλιδῶδες*] Quod grauem et malum odorem habet. Atque olidum doctas nosse Cubile canes Rutil. Itin. 1, 624. Caprae olidae Hor. Epist. 1, 2, 29. Martial. 1, 50, 32 Olidaeque vestes murice. Conf. 4, 4. Idem 10, 37, 13 Hic olidam clamorosus ages in retia vulpem. Veternum olidum Catul. ad Coloniam f. 18, 24. Al. Stolidum, quod reclusus. Superl. Olidissima basia Petron. c. 21. Bonum etiam odorem, certe medium, significare videtur Columel. 12, 17, 1. et 12, 38, 4 ubi Vasa picata bene olida ad condituras commendantur; nempe cautio est, ne corrumpantur ibi salgama. Certe bene olida ad recentem picaturam referuntur: nisi malis utroque loco legere bene solida, quod ad posteriorem suspicatur Vrsinus.

OLIDITAS, atis. f. Saxo Gramm. 3, 23.

OLAX, acis. Idem quod Olidus. Mart. Capell. 1 Olacis temeti mador. Idem 2 Olax acerra.

OLOR, oris. m. Odor, ab olendo dictus. Apul. Met. 1, p. 10, 2 At ille olore alioqui spurcissimi humoris perfusus — Et causas coepit huius oloris comiter inquirere. Etiam apud Seren. Sammon. 97 quidam libri habent, Cerritum saepe horrendi medicantur olores, vulg. odores.

OLEOMELLA, ae. f. Arbor in Palmaria Syriae ciuitate. Vid. Isidor. 17, 7.

OLEOSELĪNVM, i. n. *Apii species.* Idem 17, 11.

OLERACIVS, vid. OLVS.

OLEVM, vid. OLEA.

## O L F

OLFACIO, feci, factum, ère. [*ὀσφραίνω*] Odorari. Plin. 11, 37 Quonam modo audiant delphini, mirum. Idem nec olfactus vestigia habent, quum olfaciant sagacissime. Cic. Tusc. 5, 111 c. 38

Vt ea, quae gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, etc. Vnguentum olfacere Catul. ad Fabull. 13, 13. Olfeci ego, pro Subodoratus sum et praesens, per translationem. Ter. Andr. 3, 3, 43 An non sex totis mensibus prius olfecissem, quam ille quidquam coeperit? Cic. de Lege Agrar. 1, 11 Nunc quisnam tam abstrusus vsquam nuntius videtur, quem non architecti huiusce legis olfecerint? Cernere, audire, gustare, olfacere, tangere aliquid Idem de Diuin. 2, 9. Labra lacte olfacere Varro R. R. 2, 2, 15 i. imbuere leniter, quem locum illustramus in Indice.

OLFACIVS, a, um. Part. Plin. 23, 8 Laurus Delphicae folia trita olfacta. Idem 24, 16 Semen dracunculi olfactum.

OLFACIVS, us. m. [*ὀσφραίνω*] Sensus odoris per nasum subministratus. Plin. 8, 4 Intermiscere insidiarum metu, subsistere ab olfactu. Idem 29, 4.

OLFACIORIVM, i. n. [*ὀσφραίνω*] Florum vel odorum fasciculus, delectandis naribus vel olfactus gratia comparatus. Plin. 20, 9 Siluestris siue erratica (brassicae folia) immenso plus laudat Cato: adeo ut aridae quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus raptis, vitia earum, graueolentiamque sanare affirmet. Idem 30, 11. Olfactoriis reficere Scribon. 104. Sic vid. leg. pro Olfactoriis.

OLFACIO, are. [*ὀσφραίνωμαι*] Frequent. ab Olfacio. Plin. 20, 14 Xenocrates pulegii ramum lana inuolutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari tradit. Plaut. Men. 1, 2, 58 Vt summum olfactare abstines? Idem 56.

OLFACIANS, antis. Part. Plin. 20, 17 Parere facilius olfactantes.

OLFACIATVS, a, um. Part. Plin. 28, 16 Membrana partus asinarum olfactata accedente morbo comitialium.

OLFACIATRIX, icis. f. [*ὀσφραίνω*] Plin. 17, 24 Olfactatrix enim intelligitur, et tangi mirum in modum.

OLFACIOLIOLA, orum. n. Pl. Inter Ornatus muliebres ponit Elisiae Interpr. Vulg. 3, 20 Quae crediderim ea esse, quae nostrae mulieres olfactus et odoris gratia specie pomi deferunt, auro quidem argenteae contexta ac circumdata Isidor. 19, 31.

OLIAIOS, [*Ὀλῖαιος*] Insula in mari Aegaeo, una Cycladum, de qua Virg. Aen. 3, 127 Oliaron, niueamque Paron, etc.

## O L I

OLIAROS, [*Ὀλῖαιος*] Insula in mari Aegaeo, una Cycladum, de qua Virg. Aen. 3, 127 Oliaron, niueamque Paron, etc.

OLIDVS, *vid.* OLEO.

OLIGOCHRONIVS, a, um. Adj. [*ὀλιγοχρόνιος*] *i. Modicae aetatis ac vitae.* Verba sunt Iulii Firmici 3, 5 n. 10. Idem 4, 8 Quidam oligochronii fiunt ac brevi tempore morituri.

5 OLIM. Adu. [*ὀλίμω, ἐκὀλίμω*] Omnium horarum: ut ait Taubm. ad Virg. p. 836. Quodlibet enim tempus significat. Conf. Seru. ad Virg. Aen. 1, 203. Ter. Heaut. 2, 1, 4 Ex sua libidine moderantur, quae nunc est, non quae olim fuit. Loquebantur olim sic Cic. de Orat. 2, 183. Locus olim conditus a forti Diomede Hor. Serin. 1, 5, 92.

10 Sed versum spurium quidam putant. Caeterum huc pertinet, quod Olim, Fabulae proprium est, inquit Donatus. Ter. Eun. 2, 2, 15 Olim isti fuit generi quondam quaestus apud saeculum prius. Hor. Serm. 1, 8, 1 Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Ter. Hec. 3, 3, 33 Nam vitium est oblatum virgini olim a nescio quo improbo. Vbi Donat.

15 Recte Olim: quia facilis venia circa vetera iam delicta. unde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum. Olim ergo, ante novem menses. Olim, *pro Nuper.* Ter. Andr. 3, 3, 14 Alium esse censes nunc me, atque olim quum dabam? Olim, *pro Ante.* Idem Hec. 4, 1, 23 Utinam sciam ita esse istuc: sed nunc mihi in mentem venit,

20 ex hac re quod locuta es olim, quum illum generum cepimus. Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitabat olim, concalluit Cic. Att. 4, 16. Ad Futurum pertinet Virg. Ecl. 10, 34 Vestra meos olim si fistula dicat amores. Cum Praesenti quidem iungitur, sed tamen respicit ad Praeteritum, tum alias, ut mox videbimus, tum Plin.

25 Epist. 2, 10 Ut tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temere praesumo. Indefinite significat, ut *πὸτε*, Plaut. Afin. 3, 3, 127 An quid est olim homini salute melius? De Futuro Virg. Aen. 1, 293 Hunc tu olim caelo spoliis Orientis onustum Accipies. Quinct. 10, 1 Sunt clari hodieque, et qui olim nominabuntur. Ouid. Fast.

30 1, 517 Montibus his olim totus promittitur orbis, de montibus, quibus postea Roma inaedificata est. Ad tempus proxime futurum pertinet. Hor. Epist. 1, 3, 18 Ne si forte suas repetitum venerit olim Grex auium plumas, etc. Et Carm. 2, 10, 17 Non si male nunc, et olim Sic erit. Olim, *pro Aliquando, sive Quandoque.* Hor. Serm. 1, 1, 25

35 Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima. Virg. Georg. 2, 403 Ac olim seras posuit quum vinea frondes. Iam pridem, iam longo tempore nosat Plin. Epist. 8, 9 Olim non librum in manus, non stilum sumsi; olim nescio quid sit otium, quid quies, quid denique illud iners quidem. Add. Id. 1, 11.

40 Lucan. 5, 769 Nonne olim casu pendemus ab vno? Nunc primum profiteor, et Olim scio, contraria Curt. 10, 3, 10. Olim iam nec perit quidquam mihi, nec acquiritur Sen. Epist. 77 (nl. 78). Olim, pro quouis tempore, Virg. Georg. 2, 190 Hic tibi praeualidas olim, multoque fluentes Sufficiet Baccho vites. Seruius. Virg. Aen. 8,

45 391 Non secus atque olim tonitru cum rupta corusco Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. Vbi Seruius, Atque olim, Fere ut solet; nam non est adverbium temporis. Olim iam, *i. Iam longo tempore.* Quinctil. in Milite Mariano, Olim iam Imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quaerit.

50 OLISIPPO, *vid.* OLYSIPPO.  
OLITOR, *vid.* OLVVS.

OLIVA, ae. f. [*ἐλαια, ὄλεα*] Arbor nota, quae alias Olea. v. v. Plin. 15, 5 Dicentur nunc Catonis placita de oliuis. Inuentor oliuae Aristaeus dicitur Cic. de Nat. Deor. 3, 46. Nasci ex oliua Id. de N. D. 2 c. 8. Aethiopicarum oliuae commi Scribon. 252. Albentis oliuae rami Ouid. Epist. 11, 67. Canentis fetus Ouid. Met. 6, 81. Crescentis tarde proles Virg. Georg. 2, 3. Densa oliua canet mons Iuuen. Sat. 14, 144. Germinat et nunquam fallentis termes oliuae Hor. Epod. 16, 45. Stat. Theb. 6, 7 Pulueremque fera crinem dederit oliua, *i. siluestri, oleastro.* Felicis ramus Virg. Aen. 6, 230.

60 Idem ib. 5, 309 Flauaque caput nectentur oliua. Aeschyli epitheton fecutus est. Nam in Persis ait, *ξανθὴς ἐλαιας καρπὸς ἐυώδης πάρα.* Vbi interpres Graecus flauam dicit oliuam vocari, quod posterior pars folii videatur porracei esse coloris. Glaucia Stat. Theb. 2, 99. Imbellis oliuae frondes Valer. Argon. 5, 36. Imbellis, Pacificae, Mitis Ouid. Met. 7, 277. Nitidae oliuae ferax Peparthos Idem ib. 7, 470. Pacificaeque manu ramum praetendit oliuae Virg. Aen. 8, 116. Pallens Idem Ecl. 5, 16. Pingues Virg. Georg. 2, 85. Placita paci Idem ib. 2, 425. Supplex Stat. Theb. 12, 492. Per quam pax petitur Supplicando Luctatius in Schol. Vid. Lex. Pitisc. Teres Virg. Ecl. 8, 16. Tonfae caput foliis euinctus oliuae Virg. Aen. 5, 774. Viridi Mnestheus euinctus oliua Idem ib. 5, 494. Viuacis oliuae Palladia silua Idem Georg. 2, 181. Umbrosa Claud. de Bell. Get. 319. Vndique decerptam fronti praeponere oliuam Hor. Carm. 1, 7, 7. Palladi, quae perpetuo virgo credita, et castitati olim haec arbor sacra fuit. Pallad. 1, 6 Graeci iubent oliuam, cum plantatur et legitur, a mundis pueris atque virginibus operandum: credo recordati arbori huic esse praesulem Castitatem. Vid. Barb. ad Theb. Stat. 2 p. 653.

70 ¶ 2 Oliua, Fructus. Plin. 25, 31 Oliuae constant nucleo, oleo, carne, amurca. Contusae oliuae Scribon. 104. Oliuas conditui legere Col. 2, 22, 4. Aid. 12, 47 it. 48 et 49. Carnosissimae, *vid.* CARO. Lecta de pinguis oliua ramis arborum Hor. Epod. 2, 55.

OLIVETVM, i. n. [*ἐλαιόφυτον*] Locus oliuis confitus. Colum. 5, 9 multa de Oliueto. Cic. de Senect. 59 Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum oliuetorumque specie dicam? Vineta, segetes, oliueta, vbertatem frugum et fructuum, omnem denique commoditatem prosperitatemque vitae a diis se habere Cic. de Nat. Deor. 3, 86 c. 36. Fertilia Hor. Carm. 2, 15, 7. Maritum, *vid.* MARITVS. Facere oliuetum in ingeribus, et vineas in eis instituere Cic. de Leg. Agrar. 2, 66 c. 25.

OLIVARIVS, a, um. Adj. [*ἐλαιώδες*] Quod ad oliuam pertinet. Columel. 12, 47 Oliuarum metretae. Molae Pompon. in l. Cum fundus. D. de instruct. vel instrument. legato.

95 OLIVINA, ae. f. [*ἐλαιώδες*] Reditus olei, vel olei maxima copia. Plaut. Pseud. 1, 2, 76 Cuius amatores domi oliuinam habent maximam. Fest. legit oliueta.

OLIVITAS, atis. f. [*ἐλαία*] Fructus oleae. Varro Gloriam *περὶ φθόνου*, Tum denique omnis cum lucerna combusta est in lucubrando, oliuitasque consumpta est Nonius 2, 611. Col. 1, 1, 5 Oliuitatibus largissimis exuberare. ¶ 2. Oliuitas, Tempus legendarum oliuarum. Columel. 12, 50 pr. Media est oliuitas plerumque initium mensis Decembris. Et 12, 50, 8 Ante oliuitatem praeparanda.

OLIVITOR, oris. m. Qui colit oleas. Apul. Flor. 2 p. 350 Ager foecundior oliueto, nec vinitori, nec oliuitori salpatur. Conf. Sidon. Epist. 2, 9.

OLIVO, C c c c a

**OLIVO**, Ære. *Oliuarum vindemiam agere, siue olivas colligere.* Plin. 15, 3 Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit, Oleum ne fringito, neue verberato. *Diomedes Guidalottus in tertiam eclogam Calpurnii, Oliuantes interpretatur Vestigal olei facientes: qui providentes ex vestigalibus ne quid detrimenti paterentur pro anno futuro, volebant oleas decuti; quoniam, ut ibidem ait Plinius, cum sequentis anni damno perticis decutiuntur. Sed nihil ea subtilitate opus est.*

**OLIVVM**, i. n. [*ἔλαιον*] i. Oleum ex oliuis expressum. Plaut. Pseud. 1, 3, 67 Eme die caeca hercle oliuum, id vendito oculata die. Dulce oliuum Hor. Serm. 2, 4, 64. Inolentis natura Lucret. 2, 849. Liquidum corrumpitur vsus Virg. Georg. 2, 466. Corrupto casiam dissoluit Perf. 2, 64. Vngor oliuo Hor. Serm. 1, 6, 123. Sic et Carm. 1, 8, 8.

**OLIVIFER**, Æra, Ærum. Adi. [*ἐλαοφόρος*] Quod oliuam fert. Martial. 12, 99 Baetis oliuifera crinem redimite corona. Arua 15 Ouid. Fast. 3, 151. conf. Virg. Aen. 7, 711. Prudent. Tetrastr. 44. Sicyon Ouid. in Ibin 319.

## O L L

**OLLA**, Æe. f. [*ὄστρακον, ὄστρακον*] Vasis capacissimi genus, ut ait Nonius 19, 1. Antiqui vocabant Aulam, quia nullam literam geminabant, inquit Festus. Inde Plauti comoedia Aulularia inscribitur. Varro, Cato ait vnam Amineam in ollis commodissime condi. Plaut. Capt. 4, 4, 8 Ollas, calicesque omnes confregit. Sociorum olla male feruet Petron. c. 38. conf. Scheff. ad h. l. Columel. 12, 43 extr. Bibulae et male coctae ollae. Non fictiles tantum, sed et aheneas fuisse Auienus ostendit Fab. 11. it. Seru. ad Aen. 7, 662. add. Vulg. Sirac. 13, 3. Olla erat sepulcrum plebis et pauperiorum, V. g. Gruter. Inscript. p. 855, 3. p. 867, 5. p. 935, 9. conf. Reines. Ind. XVI. b. v. Vid. 30 Guther. de Iure manium 2, 24. et Gorius in Monum. Liuiæ p. 55. ubi etiam docet ollam virginem esse vacuam et recipiendis in posterum cineribus destinatam. Vid. COLUMBARIUM. Redimus ad ollam culinariam. Ipsa olera olla legit Catull. 91, 2. vid. OLVS. Bibulae ollae, vid. sub BIBO. Farrata Perf. 4, 31. Olla fictilis Columel. 8, 8. Scribon. 35 76. — noua 60. Componi olla fictili 122.

**OLLVLA**, Æe. f. Dimin. [*ὄστρακιδιον*] Electa in secretam corbulam, inde in ollulas addatur Varro de R. R. 1, 54, 2.

**OLLAR**, vid. Aular.

**OLLARIS**, e. Adi. [*ὄστρακός*] unde, Ollares viae, Quae in ollis seruantur: de quibus Columel. 12, 43. et Stat. Silu. 4, 9, 42.

**OLLARIVS**, a, um. Adi. De quadam temperatura aeris. Plin. 34, 9 Nouissima est quae vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas aeris additis.

**OLLARIA**, um. n. Pl. Loculi ad ollas cinerarias asseruandas, in Inscript. apud Gruter. p. 307. conf. Fabrett. Inscript. p. 13.

**OLLICVLA**, Æe. f. apud Th. Priscian. l. de Phys. Scient.

**OLLVS**, a, um. Adi. [*ὀλλίος*] Dixere veteres, teste Donato, pro Ille, a, ud. Virg. Aen. 9, 740 Olli subridens. Vbi Seruius, Olli pro Illi, vel Tunc interpretatur. Cic. de Legib. 3, 7 Ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto. Ollus. Ennius ap. Varr. de L. L. 6, 3 p. 73, 13 Olli respondet suavis sonus Egeria. Addit Varro, Olli valet dictum illi ab ollus. quod alterum comitiis quum recitatur, a praecone dicitur olla centuria, non illa: alterum apparet in funeribus indictiuis, quum dicitur, ollus letho datus est, quod Graecus dicit ὀλλύθη, id est obliuioni. Haec ille. Olli certamine summo procumbunt Virg. Aen. 5, 197. Olli sic breuiter fata 60 est Id. ibid. 6, 321. Olli subridens hominum sator Id. ibid. 1, 254. Add. Idem 8, 94 et 595 etc. conf. Quintil. 8, 3, 25. Flammeus est plerumque colos, et splendidus ollis Lucret. 6, 207. subaudi, Fulminibus.

**OLLIC**, pro Illic similiter dixere veteres, auctore Festo.

## O L M et O L O

**OLMA**, Æe. f. pro Ebulo apud Dacos. Vid. Apul. de Herb. c. 91.

**OLOLYGONES**, um. m. Pl. [*ὀλολυγόνες*] Mares ranae, quo tempore vocem mittentes, cient ad coitum feminas Plin. 11, 37 f. 65. Caeterum nec lectio satis certa, et sunt, qui ὀλολυγόνες ipsam potius vocem ranarum intelligant. Vid. Salm. ad Solin. p. 946. cui debet, hic etiam sua Harduinus. Fit a verbo ὀλολύω, quod significat vlulo.

**OLOR**, Æris. m. [*ὀλλύς*] Auis, quae Graece Cygnus dicitur. Auis est alba, anser maior, vocem argutam habens. Virg. Ecl. 9, 36 — Sed argutos inter strepere anser olores. Ouid. Epist. 7, 2 Ad vada Maeandri concinit albus olor. Amyclaei olores Stat. Silu. 1, 2, 142. Innocui late pascuntur Ouid. Amor. 2, 6, 53. Niuei Valer. Argon. 6, 102. Purpurei, i. Pulchri Porphy. Hor. Carm. 4, 80 1, 10. Anteire olores candore Sil. 13, 116. ¶ 2 Pro Odore, vid. sub OLEO.

**OLORIFER**, Æra, Ærum. Claud. ad Seren. 12 Cygnus oloriferi vexit ab amne Padis.

**OLORINVS**, a, um. Adi. [*ὀλλύς*] Color olorinus, h. e. Candidus Plin. 37, 10. Alae Ouid. Met. 6, 109. Biga Stat. Silu. 3, 4, 46. Cantus Sidon. Ep. 8, 9. Pennae Virg. Aen. 10, 187. Sonos olorinos referre Lucan. ad Pison. 255.

**OLOSTRAE**, arum. m. Pl. Indorum gens Plin. 6, 20. Lucan. 9, 249 Tunc furor extremos mouit Romanus Olostras.

## O L V

**OLVATIVM**, i. n. Mensurae genus, Antistius Labeo ait apud Festum: Sed, Quod est in olla coctum, ut Testuatum quod in testa, Meurf. 95 P. 2. Crit. Exerc. 3, 16.

**OLVS**, i. m. vel Tulus, Nomen viri, ex cuius sepulcro caput effossum Capitolio Romae nomen dedisse fertur. Vid. Arnob. 6 p. 194. ubi Olum probat Salm.

**OLVS**, Æris. n. [*ὀλλύς*] Dicitur Omnis herba sativa, quae est in vsu cibario. Ab alendo, quod oleribus alerentur homines, ante quam fruges vel carnes essent. Varro de L. L. 4, 22 ducit ab olla. Ludens ille more suo: possis etiam ab olere, i. crescere deuinare, nihil enim celerius crescit. Plin. 19, 10 Semen olerum si succo eius madefactum feratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. Varro ab Olla

deducit. Nonius 8, 57. et Festus inter aspirata connumerant, Holus. it. Priscian. l. 6 p. 722. Languentium cibi, olera dicuntur Hieron. Ep. ad Marcellum p. p. initium. conf. Plaut. Capt. 1, 2, 87. Voss. Inst. Or. 4, 137. Atrum olus, vid. ATER, Adi. Cordum, vid. COR-  
 5 DVS. Durum olus positum est argente catino Perf. 3, 112. Syro-  
 rum multa olera Prou. ap. Plin. 20, 5. Olera lenia ex vrtica et lapä-  
 tho facta Scribon. 99. 135 pro ferculo. Ipsa olera olla legit Catull.  
 91, 2. Prouerbiu, quo obscenissime vitur Poeta de mala libidine, qua  
 quis ipse se polluit. Videtur autem latius patuisse, et in eos dictum esse,  
 10 qui sibi praestant, quod decentius ab aliis expectassent, ut qui se laudant,  
 mulier, quae amatorem sollicitat etc. Olus, figurate, pro Tenui et quö-  
 tidiano victu. Hor. Serm. 2, 7, 30 — Si nusquam es forte vocatus  
 Ad coenam, laudas securum olus. Emtum coenam Id. Epist. 2,  
 2, 168. Nec modica Coenae times olus omne patella Id. ibid. 1, 5, 2.  
 15 Panis ematur, olus, vini sextarius Id. Serm. 1, 1, 74. Fastidire olus  
 Id. Epist. 1, 17, 15. Prandere Id. ibid. 1, 17, 13. Bruffida nonnun-  
 quam olus vocatur κατ' ἔξοχήν. Auctor Moreti 72 Hic olus et late  
 fundentes brachia betae. conf. Plin. 27, 4. et Varro R. R. 1, 16 extr.  
 Vid. Scalig. ad Varr. de R. R. p. 198. Gen. Pl. Olerorum laudatur a  
 20 Scal. ad Varr. R. R. 2, 2, 10 ex Lucilio. Dat. Plur. Oleris est Cato-  
 nis 149, 2.

OLVSCVLVM, i. n. Dimin. [λαχανάριον] Hor. Serm. 2, 6,  
 64 Vincta fatis pingui ponentur oluscula lardo. Cic. Att. 6, 1 Lan-  
 cibus et splendidissimis canistris olusculis nos soles pascere. conf. Iu-  
 25 ven. Sat. 11, 78.

OLITOR, öris. m. [κηπερός, κηπερός] Qui olerum hortum ex-  
 ercet, quique olera vendit. Columel. 10, 83 Ipse ferens olitor didu-  
 ctos pondere qualos. Cic. Fam. 16, 18 Sic olitorem ipsum commo-  
 vebis. Feriati olitores Varr. de L. L. 5, 3. Hor. Epist. 1, 18, 36  
 30 Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum. Saepe etiam est oli-  
 tor valde opportuna locutus versus non antiquus, puto, sed ex antiquo  
 Graeco expressus, quem senuavit Gell. 2, 6 Πολλάκι καὶ κηπερός ἀνὴρ μάλα  
 καίριον εἶπεν. Describens hunc ipsum locum Macrobi. 6, 7 nihil de olitore,  
 sed ita πολλάκι γὰρ καὶ μωρός ἀνὴρ etc. quod disputationi illi melius conue-  
 35 nit. Rectius proinde H. Stephanus apud Gellium dedit μωρός, quam anti-  
 qui quidam Macrobi editores κηπερός.

OLITORIVS, a, um. Adi. [κηπερώνος] Quod ad olera pertinet.  
 ut, Forum olitorium, ubi venduntur olera Liu. 21, 62. et 34, 53. Oli-  
 toria ostia, i. Ostia hortorum Plin. 19, 8.

OLERACEVS, a, um. Adi. [λαχανώδης] Oleris naturam certe  
 similitudinem habens. Plin. 26, 8 Eadem praestat hypericon, quam  
 alii chamaepityn, alii corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali.

OLERO, äre. Oleribus conferere. Vid. Priscian. 6 p. 722. Vbi Cn.  
 Martius; Meos hortulos plus sterco, quam olero. Hinc

45 OLERATOR, öris. m. Gloss. Vet. Holerator, λαχανοπώλης. Et  
 OLERARIVM, i. n. λαχανάριον. Ibid.

OLVSÄTRVM, i. n. [ἰκποσέλινον. Olusatrum, πετροσέλινον Vet.  
 Gloss.] Oleris genus, quod etiam Olus atriplicis vocat Col. 11, 3, 42.  
 Plin. 19, 8 Sed praecipue olusatrum mirae naturae est, hipposelinum  
 50 Graeci vocant, alii smyrnium. E lacrima caudicis sui nascitur. feri-  
 tur et radice. succum eius qui colligunt, myrrhae saporem habere  
 dicunt. Auctorque est Theophrastus, myrrha fata natum, etc. Olu-  
 satrum ideo dicitur, quod folia habeat subnigra: ideo Columella 10, 123  
 pullum olus appellat. Quidam separatim scribunt. Olus atrum. Sed  
 55 compositum esse indicat Scribon. 195 Olusatri radix: quo Genetiuo etiam  
 vitur Plin. 19, 12 l. 62. et 12, 15 l. 34. Sed oleris atrum Col. 11, 13, 18.  
 conf. Apul. de Herb. c. 106. Plin. 20, 11. Colum. 12, 7, 1. Apic. 4, 2.  
 Dioscor. 3, 71.

## O L Y

60 OLYBRIVS, i. m. Plures huius nominis recenset Herm. Conring.  
 Diff. de Stud. liberal. Vrb. Rom. et Const. p. 6 et 7. conf. Bartb. ad  
 Claud. Paneg. de Conf. Probi et Olybrii.

OLYMPIA, ae. f. [Ὀλυμπία] Graeciae locus, in quo ludi Olym-  
 65 piaci habebantur. Olympiae victor Nep. praef. 5. et 7, 6, 3. Sic et  
 Cic. Tusc. 1, III c. 46.

OLYMPIA, örum. n. Pl. [Ὀλύμπια] Ludi, qui in honorem  
 Iouis Olympici apud Olympiam, Pisae vicinam, in Elide, celebrabantur;  
 Gymnicum certamen, quod quarto quoque anno exacto fieri solebat. Vid.  
 70 Sacra certamina, in CERTO, äre. Hor. Epist. 1, 1, 50 Quis cir-  
 cum pagos et circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olym-  
 pia, cui spes, cui sit conditio dulcis siue puluere palmae. Pugnos et  
 plagas Olympiorum cupidi pugiles inexercitati ferre possunt Cic. de  
 Clar. Orat. 243 c. 69. Est proprie Adiectiuum, de quo mox sub OLYMPVS.

75 OLYMPIACVS, a, um. Adi. [Ὀλυμπιακός] Olympicum cer-  
 tamen, Victoria Olympiaca Cic. Att. 16, 7. Arena Olympiaca Stat.  
 Silu. 5, 3, 220. Auctor ad Herenn. 4, 3 Quasi si quis ad Olympi-  
 acum venerit Cursum, et steterit vt mittatur, etc. Quaedam exemplaria  
 legunt Olympia quum venerit Cursum. Palmae Olympiacaе prae-  
 80 mia Virg. Georg. 3, 49. Stat. Theb. 6, 554 Nuper Olympiacis  
 vmbatus tempora Ramis.

OLYMPICVS, a, um. Idem. Hor. Carm. 1, 1, 3 Sunt quos  
 curriculo puluerem Olympicum Collegisse iuuat.

OLYMPIONICES, ae. siue OLYMPIONICVS, i. m. [Ὀλυμπιονίκης] Qui in Olympiaco certamine victor euasit. vίκη, quippe  
 85 victoria dicitur. Praemium Olympionicarum capere Cic. de Inuent.  
 2, 144. Id. pro Flacc. 31 Quid si etiam occisus est a piratis Adrami-  
 tenus homo nobilis, cuius est fere nobis omnibus nomen auditum,  
 Atinas pugil Olympionices? Nobilis Olympionices Diagoras Rho-  
 90 dius Id. Tusc. 1, III. Vid. P. Faber Agonist. 2, 23. ¶ 2  
 Sunt etiam Equae Olympionicae Columel. 3, 9, 5 Olympionicarum equa-  
 rum femina.

OLYMPIAS, ädis. f. [Ὀλυμπιάς] Quatuor annorum spatium,  
 quibus interiectis ludi Olympiaci celebrabantur. Graeci tempora per  
 95 Olympiadas supputare coeperunt, ita numerantes, Olympiadis primae aut  
 secundae. aut centesimae, anno primo, vel secundo, vel tertio, vel  
 quarto. Vid. Scalig. Aufon. Lect. 2, 23. et lib. de Emend. Temp. Cum  
 lustro Romano saepe confundunt, Poetae praesertim, qua de re vid. LV-  
 STRVM n. 4. V.g. Male Ouid. ex Pont. 4, 6, 5 In Scythia nobis quin-  
 100 quennis Olympias acta est. Manil. 3, 592 (Bentl. 596) — Numero  
 nisi deesset Olympias vna. Add. Cic. Att. 13, 30. ¶ 2 No-  
 men mulieris proprium, matris Alexandri Magni. De hac Gell. 13, 4. et  
 Justin. 7, 6, 10. et 9, 7. ¶ 3 Olympiades Musarum epitheton.  
 Varro L. L. 6, 2 p. 69, 22 Caelum dicunt Graeci Olympum, montem  
 105 eum in Macedonia omnes; a quo potius puto dictas Musas Olympiadas.

**OLYMPIAS**, ae. m. [*Ὀλυμπίας*] *Ventus in Euboea flans* Plin. 17, 24 f. 37, 8.

**OLYMPVS**, i. m. [*Ὀλυμπος*] *Mons Graeciae, in finibus Thessaliae et Macedoniae, cuius vertex usque adeo attollitur, ut summa eius accolae Caelum vocent. Propter quod Poetae caelum Olympum vocant.* 5 Lucan. 2, 271 — *Nubes excedit Olympus. Sunt autem plures montes hoc nomine, quibus Thessaliae ille nomen dedisse videtur. Epitheta eius apud Poetas frequentia. Montis quidem Aethereus* Virg. Aen. 6, 579. Frondosus Id. Georg. 1, 282. Magnus Id. ibid. 3, 223. Opacus Hor. Carm. 3, 49, 52. Pinifer Senec. Agam. 5. Pruinosus Claud. 10 de Rapt. Proserp. 2, 257. ¶ 2 *Sed ponitur, ut diximus, etiam Olympus, pro Caelo: ut, Rector Olympi* Ouid. Met. 9, 498. *Et ipse Olympus sic vocatur Altus* Virg. Georg. 1, 96. Clarus Id. Aen. 4, 268. Ciuosus Ouid. Fast. 3, 415. Curuus Valer. Argon. 5, 413. Olympus Deorum Varro R. R. 3, 16, 7. Ignifer Senec. Hippol. 9. Omnipotentis 15 Olympi domus Virg. Aen. 10, 1. Rapidi limen Claud. de Bell. Gildon. 18. Stellantis rex Id. Conf. Hon. 3, 33. Stelliferi vector, Atlas Senec. Herc. Oct. 15. Superi regnator Virg. Aen. 2, 779. Vasti rector Ouid. Met. 2, 60. *Huc pertinet Affectare viam Olympo* Virg. Georg. 4, 562. *Discedit emenso Phoebus Olympo, i. Sol occidit* Id. ibid. 1, 449. 20 *Pulsare Olympum nomine, Nomen suum extollere ad caelum usque* Lucan. ad Pison. 219. ¶ 3 *Vrbis nomen, vid.* OLYNTHVS.

**OLYMPIVS**, a, um. Adi. [*Ὀλυμπιος*] *i. Caelestis, Possessuum, ab Olympo, ut, Iupiter Olympius* Cic. Tusc. 2, 40. *et in antiquis Inscript. Vid. Reines. p. 172. conf. Lactant. Fals. Relig. 1, 11.* 25 *Olympius, item appellatio Hadriano Imp. tributa. Vid. Spanh. de Num. diff. 12. Item Commod. ibid.* ¶ 2 *Est et ab Olympia,*

*Olympium certamen* 7, 2, 14. *et 12, 16, 6.*  
**OLYNTHVS**, i. m. [*Ὀλυνθος*] *Vrbs fuit iuxta Atticam: quae quum ab Atheniensibus ad Philippum regem Macedoniae defecisset, ab illis deinde euerfa est* Curt. 8, 9, 19. Iuuenal. Sat. 12, 47. *et Stat. Theb. 12, 520. Laudatur etiam Vrbem antiquam et omnibus rebus auctam, et ornatam Olynthum cepit* P. Seruilius Cic. Verr. 1, 56. *Sed ibi Olympum restituit Gruterus.*

**OLYNTHIA**, ae. f. *Regionis nomen, cuius fertilitas celebratur a* 35 *Varrone R. R. 1, 44, 3.*

**OLYNTHIACVS**, a, um. Adi. [*Ὀλυνθιακός*] *Vt, Olynthiacae orationes Demosthenis, quibus Athenienses aduersus Philippum incitantur Olynthiis bellum inferentem.*

**OLYRA**, ae. f. [*ὄλυρα*] *Fru menti genus. Plin. 18, 10 f. 20, 4* 40 *cum de Arinca dixit, addit: Exteritur in Graecia difficulter: ob id iumentis dari ab Homero dicta. Haec enim est, quam olyram vocat. Eadem in Aegypto facilis, fertilisque. Id. 18, 7 f. 11* *Far in Aegypto ex olyra conficitur. Et c. 8 f. 19* *Arinca Galliarum propria, copiosa et Italiae est. Aegypto autem ac Syriae, Ciliciaeque et Asiae ac Graeciae peculiares* Zea, olyra, tiphe. 45

**OLYSIPPO**, [*Ὀλύσιππος πόλις*] *Vrbs ad Tagum, Portugalliae hodiernae caput, Olysiippo* Plin. 4, 22.

## O M A

**OMA**, ae. f. *Fici Tarentinae genus. Plin. 15, 18 f. 19* *Tarenti tantum praedulces nascuntur, quas vocant omas. Sed Hard. Onas. Caeterum Omas antiquam lectionem dicit Hermolaus, et interpretatur crudas, quae ante maturitatem iam dulces snt. Onas, qui probabiliter in-* 55 *terpretaretur, non vidi.*

**OMALĒTIS**, idis. f. Ouid. de Arte Am. 3, 273 *Conueniunt tenues scapulis omaletides altis. Ita legit Scaliger, et interpretatur pulvillos et fascias, quibus aequarentur et complanarentur humeri inaequaliter eminentes in gibbosis. Alii aliter: vid.* OMETIS. 60

**OMĀSVM**, i. n. [*ὀμασίον κόπρον λιπαρόν, τῆ τῶν Γάλλων γλώττη* Gloss. Lat. Gr.] *Pinguis atque crassius intestinum, quod nonnulli bubulum esse credunt. Hor. Serm. 2, 5, 40* *Seu pingui tentus omafo. Plin. 8, 45 f. 70* *de bobus, Vt sit inter exempla damnatus a Populo Romano,* 65 *die dicta, qui concubino prociaci rure omasum edisse se negante, occiderit bouem. Hor. Epist. 1, 15, 35* *Patinas coenabat omasi. Vilis, et agnini, tribus vrsis quod satis esset.*

## O M B et O M E

**OMBRIA**, ae. f. [*ὀμβρία*] *Gemmae species, quam nonnulli Notitiam vocant: quae cum imbribus et fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum Ceraunia et Brontia: eundemque cum illis effectum habet* Plin. lib. vlt. c. 10. 70

**OMEN**, inis. n. [*ὀμνός, ὀμνίσμα*] *Augurium, quod fit ore, quasi Oremen, inquit Festus. Est nimirum futurae rei praenuntiatio ori hominis incidens, diuino tamen instinctu. Sed deinde ad omne genus augurii, auspicii que, et significationis rerum futurarum translatum est.* 80 *Cumque precibus ea impetrari bona posse putarentur, hinc omina etiam preces sunt, et ominari precari. Igitur Omen Varro interpretatur quasi Osmen, quod ex ore primum elatum est de L. L. 5, 7. Cic. de Diuin. 1, 102 c. 45* *Neque solum deorum voces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum quae vocant omina: quae maiores nostri, quia* 85 *valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, praefabantur, etc. Plura enim ibi sunt pro ominibus disputata Stoice. Sed conferenda etiam contraria disputatio* lib. 2 c. 40 *Si quis aliquid ex sua re atque ex suo sermone dixerit, et eius verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages, etc. De* 90 *tribus ominum generibus Scalig. Anf. Lect. 1, 16. Add. Gesner. Chrestomath. Plin. n. 51 et 55. Pontan. ad Macroh. Somn. Scip. 1, 12. Ne in omen verteretur irritum inceptum* Curt. 3, 1, 18. *Nomen atque omen quantiuis est pretii* Plaut. Pers. 4, 4, 73. *Fides ominis* Tacit. Hist. 2, 78. *Belli omen* Liu. 21, 29. *Cic. de Diuin. 1, 103 c. 45* 95 *praerogatiuam maiores omen iustorum comitiorum esse voluerunt, quod interpretatur Turnebus, Romanos tantum posuisse in suffragio praerogatiuae centuriae, ut eum semper Consulem declararint, qui ab ea factus esset. Fati omen* Cic. Philipp. 9, 9. *Imperii, et quod Victoriam portendit* Iustin. 12, 16, 5 seq. *Pennae praepetis omen, vid.* PRAE-10 **PES.** *Omen, pro Nuptiis. Virg. Aen. 1, 349* *Primisque locarat* *Ominibus. Nam supersticiosa illa priscorum natio, cum in aliis, tum in coniugiis vel maxime, omina obseruabat: et nuptiis auspices adhibebantur.* Cic. de Diuin. 1, 104 *Quum vellet sororis suae filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam facellum ominis captandi causa, quod* 10

fieri more veterum solebat. Papinius quoque describens infaustas filiarum Adraſti nuptias, commemoratis prodigiis, addit Theb. 2, 263 Cunctos tamen omina rerum Dicta mouent, variisque metum sermonibus augent. Ex Turnebo. Sed quod laudant Omen nuptiarum e Plauto Mil. 4, 4, 29 nihil est. Nam recte Gron. cupiens istius summe nuptiarum. Pro voto interdum poni videtur, ut Cum bonis ominibus votisque ac precationibus incipere Liu. praef. fin. Fausta Vitellio omina precantem Tac. Hist. 2, 74, 1. Add. Id. Ann. 1, 35, 4. Add. Non. 5, 31. De auspiciis Virg. Aen. 2, 178. conf. Non. 4, 332. Virg. Georg. 4, 386 Omine, quo firmans animum, sic incipit ipsa. Id. ibid. 2, 190 — Quod dii prius omen in ipsum Conuertant. Cic. Philipp. 11 c. 5 Quid Bestiam, qui se Consulatum in Bruti locum petere profectur? atque hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter. ¶ 2

Hinc interpretanda Epitheta: Candidum omen Catull. in Epithal. Iuliae l. 59, 112. Sed alii aliter. Cassium Stat. Theb. 5, 318. Detestabile Cic. Phil. 11 c. 5. Dextrum Sil. 13, 114. Dirum omen mortalibus, bubo Ouid. Met. 5, 550. Fausto laetus Id. ibid. 9, 784. Faustis ominibus, i. Precibus Tacit. Ann. 1, 35, 4. Idem Hist. 2, 74, 1. Infausto committitur sermo Ouid. Met. 6, 448. Inoffensum Claud.

Conf. Hon. 6, 14. Magnum Virg. Aen. 7, 146. Optimis Cic. Philipp. 12, 19. Idem Fam. 3, 12. Idem pro Muraen. 53 Si tanta in illis comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit Praerogativum: quid mirum est in hoc felicitatis famam sermonemque valuisse? Sinistrum Ouid. Epist. 13, 49. Tristia Id. Amor. 3, 12, 1. Vrbanum omen Cic. Verr. 2, 19 c. 7. est diuinationis faceta ex nomine facta: Videte, fatissime paratus ex illo omine urbano (e nomine Verres ducto) ad euerrendam prouinciam venerit. ¶ 3

Verborum formulae: Accipere omen Cic. de Diuin. 1, 103 c. 46. Liuus . . . Id a plerisque in omen magni terroris Acceptum. Auctus omine Tacit. Ann. 1, 35. Quod dii omen Auertant Cic. ad Brut. Epist. 10. Auertite et detestamini quaeſo hoc omen Dii immortales Id. Philipp. 4, 10. Capiendi ominis causa exire in quendam locum Idem de Diuin. 1, 104. Concinerunt aues tristia omina Ouid. Amor. 3, 12, 1. Cic. Verr. 2, 18 O praeclare Coniectum a vulgo in illam prouinciam

omen communis famae atque sermonis, quum ex nomine istius, quid in prouincia facturus esset, perridiculi homines augurabantur. i. A Verris nomine euerrendam ab eo prouinciam significabant, ut postea sequitur. Exire malis ominibus et execrationibus Cic. pro Sext. 71 c. 33. It dies nostro omine Plaut. Casin. 2, 8, 74. i. Prospere et aspiciate, feliciterque. Omen enim est nostrum et auspicium, non aduersariorum, ut et apud Virg. Aen. 4, 340 Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis, et sponte mea componere curas. Annotauit Turnebus. Ire secundo omine Hor. Carm. 3, 11, 50. Firmare omina Virg. Aen. 2, 691. Firmauit Iupiter clarum omen Cic. de Diuin. 1, 106. Ex Poeta. Habere omen dicitur res aliqua Ouid. Fast. 2, 202. Quod dii omen obruant Cic. de Arusp. Resp. 42 c. 20. Prohiberi certis ominibus Ouid. Met. 9, 595. Prosequi aliquid optimis ominibus Cic. Fam. 3, 12. Plaut. Casin. 2, 6, 58 Cur Vituperat mihi omen. i. Cur vitiat et inauspicatum reddit, conseruum pulsando. Turnebus.

¶ 4 A librariis confundi solere Omina et Omnia, notat Drakenh. ad Sil. 4, 131. et 9, 4. OMINOSVS, a, um. Adi. [δυστοίμωτος] Quod malum omen portendit. Plin. Epist. 3, 14 Notabilis, atque etiam, ut exitus docuit, ominosa res accidit Gell. 13, 14.

OMINOSE, Adu. Quintil. Decl. 6, 5 Inauspicatum metuens iter prorsus ominose retentus. OMINOR, ari. [ολιγιζουμι] Auspicari, Omen capere. Plin. Epist. 4, 15 Optamus enim tibi, ominamurque in proximum annum Consulatum. Cic. Off. 2, 74 Malo enim alteri quam nostrae ominari: neque tantum de nostra, sed de omni Republica disputo. conf. Paterc. 2, 71, 2. Plin. 28, 2 Primum anni incipientis diem laetis precationibus inuicem faustum ominamur. Liu. 26, 18 Clamore et fauore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium.

OMINO, are. [ολιγιζω] Dixere veteres. Pomponius, Ita fit et tibi bene, qui recte ominas Non. 7, 53. OMINANS, antis. Partic. Suet. Neron. c. 48 Milites et sibi aduersa, et Galbae prospera ominantes. OMINATVS, a, um. Partic. [ολιγιζεις] Ominosus. ut, Male ominatis parcite verbis, ait Hor. Carm. 3, 14, 11. Sed variatur.

OMINATIO, onis. f. Festus, Fauentia significat bonam ominationem. OMINATOR, oris. m. [ολιγιζης] Qui praestit ominibus capiendis. Plaut. Amph. 2, 2, 90 Ob istuc omen ominator capies quod te concedet.

OMINALIS, e. Adi. Ominales aues Sarisb. 1, 13. OMENTVM, i. n. [ἐπιπλοον] Membrana tenuis et pinguis, qua integuntur ventris inferioris partes. Plin. 11, 37 l. 80 Ventriculus atque intestina pingui ac tenui omento integuntur, praeterquam oua gignentibus. Caprinum omentum Scribon. 158. Alba porci Iuven. Sat. 13, 118. Catull. in Gellium 87, 6 Omentum in flamma pingue liquefaciens. Veterum in sacrificiis consuetudo erat atque ritus, ut quas hostiae partes adolerent, eas omento et adipe operirent, ut facilius arderent, pinguitudine ignem alente. Itaque id est, quod ab Homero scribitur, κατὰ δὲ κλισίῳ ἐτάλυσαν, quod est, adipe operuerunt et obdixerunt.

Hinc sole clarius efficitur illud Perf. 2, 47 Tot tibi cum in flamma iumentum omenta liqueſcant, etc. Turnebus 7, 13. ¶ 2 Omentum, valde improprie pro Membrana, quae totum inuoluit cerebrum. Macrobr. Saturn. 7, 9 Et cerebrum, quod tactu sui hominem vel torquet, vel frequenter interimit, non suo sensu, sed vestitus sui, id est omenti, hunc importat dolorem. conf. H. Mercurial. Varr. Lect. 6, 8. Ibidem Macrobr. p. a. vocem hanc pro membrana ossa tegente usurpauerat: nisi et hic potius leg. sit, Operimentum.

OMENTATVS, a, um. Adi. Omento factus. Apic. 2, 1. Omentata officia. OMETIS, idis. f. et Plur. Ometides, sunt Scapulares quaedam et humerales fasciae. Ouid. de Arte Am. 3, 273 Conueniunt tenues scapulis ometides altis Angustum circa fascia pectus eat. Libri excusi Ameletides legunt, in iisque explicandis Grammatici multum sudant, nihilque proficiunt. Proinde Turnebus contra librorum auctoritatem affirmat legendum esse Ometides, ut sint tanquam scapulares vel humerales fasciae. Quis enim nescit ad dissimulandam scapularum altitudinem tenuibus fasciis utendum, ne si crassioribus et plenioribus sili aliqua utatur, magis vitium exstet et appareat? Recordor equidem Grammaticos primi ordinis, analectides legere, et intelligere tanquam pulvillos, ad constipandas puellarum scapulas, quibus subscriptorem praestare non possum. Verba sum

sunt Turnebi Aduers. 4, 23. Al. Analectides et Analectrides, quod probant Heinsf. et Burm. et dictas putant, quod earum etiam in lectis usus esset. Varietas lectionis plane monstrosa. Vid. supra OMALETIS.

## O M I

5

**OMITTO**, mīsi, missum, ēre. [*ἴσω, παρῆμι, παραλίπω, καθύψιμι*] Rem aliquam penitus dimittere, et relinquere ac praeterire. Prima corripitur, licet sit quasi obmitto: ut in operio, quod videtur esse ex Operio. Vid. quae in fine huius capituli dicemus. Ter. Adolph. 10 2, 2, 24 Nunc si hoc omittam, actum agam. Omittere et Adipisci, contraria. Cic. de Finib. 1, 36 Voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiscendarum causa. Consilium alicuius rei Liu. 33, 41. Iracundiam omittere Ter. Adolph. 4, 7, 36. Memoriam alicuius rei Quinct. 3, 1. Pietatem et humanitatem hic omisit, ut id, quod vtile videbatur, neque erat, assequi posset Cic. Off. 3, 41. Rationem insequendi Caes. Bell. Ciuil. 1, 30. Sollicitudinem Ter. Heaut. 1, 2, 3. Tristitiam Idem Adolph. 2, 4, 3. Cic. in Somn. Scip. 2 Sed ille, Ades, inquit, animo, et omitte Timorem Scipio: et quae dicam, trade memoriae. Vetera omitto, i. Missas facio veteres iniurias, aut 20 conuenerendi causas Sallust. in Iugurth. c. 102 extr. Ter. Heaut. 4, 1, 24 Atque id omitto: misericordia, animus maternus: sino. Ut alia omittam, hoc satis est Cic. pro Quint. 70 c. 22. Ut omittam quod Ter. Eun. 5, 4, 4. i. Praeteream, et nihil dicam. Al. mittam. Omitto ac negligo caetera: sua confessione induatur ac iuguletur necesse est Cic. Verr. 5, 165. Id omittamus Idem Acad. 4, 52. Omitte ista, quae nec percontari, nec audire sine molestia possumus, i. Desine quaerere Idem ib. 2 c. 1. Omitte hunc Ter. Phorm. 1, 2, 91. b. e. Sine eum abire, Condona ei. Plaut. Milit. 4, 3, 3 Nullo pacto potest prius haec in aedes recipi, quam illam omiserim. i. Amiserim 30 a me. Fortasse etiam legendum Amiserim. Omitte me Plaut. Pseud. 1, 3, 23. Cic. Capitonii sub Att. 16, 16 Deinde, si me anas, omitte Atticum: Ciceroni tuo totum hoc da. i. Noli in hoc negotio Atticum cogitare, aduersarium aliquando tuum etc. Differre aliquid, et omittere in tempus praesens Hor. de Arte Poet. 44. Nauigationem pri- 35 mam, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris Cic. Q. Frat. 2, 5. Omitte rogare, Dicere Plaut. Perf. 4, 4, 90. Ter. Eun. 5, 6, 19. Omitte mirari opes Romae Hor. Carm. 3, 29, 11. Omitto iratus esse Plaut. Perf. 3, 3, 26. Omitto contra verum niti Sallust. in Iugurth. c. 35 extr. Primam corripuit Hor. Serm. 2, 5, 26 Aut spem deponas 40 aut artem illius omittas. Idem Epist. 1, 18, 79. et sic septem adeo loeis. Corripit et Ouid. Amor. 2, 1, 17 v. v. Burm. qui idem conf. ad Sulpiciae Sat. v. 9. Produci videtur semel ab Hor. Od. 3, 29, 11 ubi tamen alii diuisim legunt o mitte. Sed nec respuit illa regio Syllabam breuem. V. g. 2, 20, 11 ubi superne tertium strophae versum incipit. Cum 45 igitur prima constanter corripitur, viderint, qui obmitto scribunt. Contra hanc rationem parum valet auctoritas quorundam MSS. c. g. Colum. 7, 5, 1. Simile esse diximus supra Operio.

**OMISSVS**, a, um. Part. [*παρὰλειψής*] Animus omissus, pro Remissa et languido Ter. Heaut. 5, 2, 9. Controuersia omissa, oratio omnis ad misericordiam tuam conferenda est Cic. pro Ligar. 1. Si virtus hoc vna potest dare, fortis omissis Hoc age deliciis Hor. Epist. 1, 6, 30. Iocis omissis Plin. Epist. 21. Aliquid ex omissis petere Vell. 2, 68, 4. Omissior ab re, Qui lucrum negligit, neque sollicitus est de acquirendis diuitiis Ter. Adel. 5, 3, 45.

**OMISSIO**, ōnis. f. Symmach. Epist. 3, 48. et Epist. 10, 70.

## O M M et O M N

**OMMENTANS**, antis. i. Obmanens. Liu. Andron. apud 60 Festum, qui addit, ea significatione, qua saepe fieri dicitur. Scal. laudat Glossas, Ommentat expectat, dictum a mantando, id est diu manendo.

**OMNIS**, e. Adi. [*πᾶς, ἄπας*] Distributiva dictio, eandem vim habens in Singulari, quam in Plurali. Omnis homo, pro Omnes homines. Dicitur de vniuersis numero distinctis, ut Omnis grex. Aliquando tamen idem significat, quod Totus. Omnium generum, aetatum, ordinum omnes viri ac mulieres, omnis fortunae ac loci Cic. in Pis. c. 22. Idem pro L. Murena 20 Perfecta ab Lucullo haec sunt omnia, ut vrbs fidelissimorum sociorum defenderetur, ut omnes copiae regis 70 diuturnitate obsidionis consumerentur. Distributivae, ut modo diximus, pro unusquisque, Singulari numero: ut Sil. 10, 5 Omni letum molitur ab ense. Stat. Theb. 3, 139 Querit inops natos, omnique in corpore plangit. Petron. 107 Cum omnis vector nihil prius quaerant, quam cuius se diligentiae credat. Sed etiam ponitur Omnis, 75 pro Cuncto et pro toto, Graecorum more. Cic. de Finib. 2, 112 c. 34 Sed omne caelum totamque terram cum vniuerso mari. Idem in Pison. 11 Erat non solum domus mea, sed totum palatium, Senatu, Equitibus Romanis, ciuitate omni, Italia cuncta refertum. Et pro Quint. 28 In Galliam ad te ipsum venit, in agrum communem, et denique 80 ubi non modo res erat, sed ratio quoque omnis, et omnes literae. Ibid. 67 Vsque dum inueniretur, qua ratione res ab usitata consuetudine recederet, et in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur. i. Tota. Sic Nepos 23, 3, 1 Equitatu omni praefuit. Plaut. Epid. 2, 2, 29 Quantum in vrbe omni fui. Hor. Carm. 3, 30, 6 Non 85 omnis moriar. Omnis hic locus de Phaedro Platonis ad verbum a Cicerone translatus est Macrobi. Sat. 2, 13. Omnis ad Romanos epistola interpretatione indiget Hieron. Epist. ad Heluid. quaest. 10 (Opp. T. 4 f. 67). Quum inhaesero tibi ex omni me Augustini. Conf. 10, 28. Add. Apul. in Flor. p. 347. Conf. Seru. ad Aen. 1, 185 f. 189. Sic 90 Omnis mons natura, velut opere atque consulto praeceptis Sallust. Iug. c. 92, 5. i. mons ex omni parte. Conf. Cort. ad h. l. ¶ 2 Substantiua: Aestibus omnibus, i. Singulis Plin. 12, 25. Amor omnis in tranquillo est Ter. Eun. 5, 9, 8. Animo omni atque tota mente, intueri aliquem Cic. de Orat. 2, 89. Annis omnibus 95 Plin. 12, 19. Cic. pro Caecin. 101 Neque ratio afferri potest, cur si cuiquam nouo Cui potuerit adimi ciuitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis ciuibus possit. Clamor omnis procul esto Hor. Carm. 3, 8, 16. Contentione omni pugnatum est, ut lis haec capitis aestimaretur Cic. pro Cluent. 116. Idem Tusc. 3, 25 Tetra res est, 100 misera, detestabilis, omni Contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda. Corpus omne in profundenda voce intenditur Idem ib. 2, 56. Domus omnis Hor. Epist. 1, 16, 44. pro Domus omnes. Durities omnis Scribon. 217. i. quaeuis. Omnem Fidem interpone- re Caes. B. C. 1, 86. Flagitium omne tale Cic. de Senect. 40. Fru- 105

gem non omnem neque arborem in omni agro reperire possis Cic. pro Rosc. Amer. 75. Genus omne, et Omnis generis, pro eodem Varr. de R. R. 1, 29. Seminaria omne Genus vt ferantur Liu. 27, 18. Genus omne in terris Virg. Georg. 3, 242. Homines omnes Scrib. 208. *i. quiuis.* Horis omnibus Cic. ad Brut. 17. Lac omne Scribon. 189. Magna omnia loquens Hor. Serm. 1, 3, 13. Mensibus omnibus vigesimo die lunae aliquid facere Cic. de Finib. 2, 101. Idem Fam. 5, 8 Quamobrem velim ita et ipse ad me scribas de omnibus Minimis, maximis, mediocribus, vt ad hominem amicissimum.

10 Modo omni Plin. 16, 14. Omni Modo Scribon. Ep. . . Cic. de Lege Agrar. 1, 14 c. 5 Videtis iam P. C. omnibus rebus et Modis constructam et coaceruatam pecuniam Decemuiralem. Munus omne Plin. in Paneg. Pars omnis Scribon. 237. 255. Parte omni corporis Id. 227. Cic. de Inuent. 1, 58 c. 34 Exercitus is, cui praepositus

15 est sapiens, et callidus imperator, omnibus Partibus commodius regitur, quam is, qui stultitia et temeritate alicuius administratur. Ter. Andr. 2, 3, 17 Sine omni Periculo. Philosophi fere omnes omnium disciplinarum Cic. Tusc. 5, 66. Plebs omnis illa vrbana et perdita Idem Att. 7, 3. Caes. Bell. Gall. 5, 6 Ille primo omnibus

20 Precibus petere contendit, vt in Gallia relinqueretur. Idem 1. Quinquennio omni, *i. Toto quinquennio* Victor de Viris illust. c. 34. Ratione ergo omni colenda et retinenda iustitia est Cic. de Offic. 2, 40. Sanguinem omnem profundere mater cupit Cic. pro Cluent. 18. Id. ad Brut. 3 Quos quidem omnibus Sententiis vliscor et persequor

25 omnibus bonis approbantibus. Sermoni huic omni propositum est, non vt ingenium et eloquentiam meam perspicias, etc. Idem de Clar. Orat. 318. Ter. Heaut. 4, 3, 35 At enim Spem istoc pacto rursus nuptiarum omnem eripis. Supplicio omni vindicanda Cic. de Amic. 43. Idem Att. 11, 6 Me hortantur, vt magno animo sim, vt omnia

30 Summa sperem. Tempore eo omni Neapoli fui Idem pro Sull. 17. Quinctil. 5 Quamquam omnes Tres status cadere in hoc opus possint. Vinum omne Scribon. 271. *i. totum.* Vlcus omne Id. 235. ¶ 3 Verba: Accingunt omnes operi Virg. Aen. 2, 235. Adiurare omnia, vid. ADIVRO. Collustrare omnia Virg. Aen. 3, 651. Facere

35 omnia ad arbitrium suum Plin. Epist. 192. Facere omnia ad magnum conatum et fere irritum refertur. Mart. 2, 14, 14 Omnia cum Fecit, sed renuente Deo. Idem 6, 93 Omnia cum Fecit, Thaida Thais olet. Petron. c. 115 Quae igitur dementia est, omnia Facere, ne quid e nobis relinquat sepultura? Vid. viri docti ad h. l. Senec.

40 Epist. 125 Quid formam colis? cum omnia Feceris, a multis animalibus vinceris. Periclitari, vid. PERICLITOR. Permiscere, vid. PERMISCEO. Praestare Ouid. Met. 14, 171. Reddere omne Ter. Adelph. 2, 4, 16. Cum Patrone mihi Sunt omnia Cic. Fam. 13, 1, 1. de summa amicitia. In eo mihi Sunt omnia Idem ib. 2, 9, 4. *i. hoc*

45 *unum loco omnium duco.* Vastant late omnia Virg. Georg. 4, 16. ¶ 4 Formulae aliae: Omnes, qui vbique sunt, qui Latine sciunt Cic. de Finib. 2, 3. Omnia, quaecumque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt oratori dicenda Idem de Orat. 2, 5. Omnis, cum Genitiuo. Liu. 31, 45 Macedonum fere omnibus, et quibusdam Andriorum, vt manerent persuasit. Omnes omnium ordinum homines Cic. pro Rabir. 20. Omnes omnium ortus quicunque

50 gignantur in omni terra, quae incolatur, eosdem esse Idem de Diuin. 2, 92. Longe omnium quicunque scripserunt aut loquuti sunt, existit et grauitate princeps Plato Idem in Orat. 62. Omnium egenus Virg. Aen. 1, 604. Omnium sermonibus vapulare Cic. Att. 2, 14. Ex omnibus princeps Gorgias ausus est in conuento poscere, qua quisque de re vellet audire Idem de Orat. 3, 127. Vnus ex omnibus amicis certe efficiam, vt maxime lactere Idem Att. 3, 15. Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpissimum vidi, nullum audiui, quam quod,

60 etc. Idem Philipp. 2, 76. Ex omni nimbos dimittere caelo Ouid. Met. 1, 261. Ad vnum omnes idem sentiunt de ea re Cic. de Amicit. 88. In omnes insultare, vid. INSILIO. In omne corpus sanguis per venas infunditur Cic. de Nat. Deor. 2, 138. Idem Fam. 12, 1 Sed ita compressa est, vt mihi videamur omne iam ad tempus ab illoduntaxat fordidissimo periculo tuti futuri. *i. In perpetuum.* In omne aeuum nobilis Hor. Carm. 3, 11, 36. Carminibus viues tempus in omne meis Ouid. Trist. 1, 5, 36. Per omnia repugnare Vell. 2, 69, 6. ¶ 5 Omne Substantiue Summam rerum Cicero vocauit, quod Graeci τὸ πᾶν appellant. Cic. de Diuin. 2, 103 Videsne

70 Epicurum (quem hebetem et rudem dicere solent Stoici) quemadmodum, quod in natura rerum omne esse dicimus, infinitum esse concluderit? Sic Lucret. 2, 1107 Quae magnum iaculando contulit omne. Dicit enim ab immenso illo vniuerso, quod omne vocat, et interdum summam summarum, corpuscula conferru, quibus mundi huius elementa consistunt et augeantur, mundusque crescat et amplificetur. Turnebus. Sed alioquin etiam omne pro omnibus dicere amant veteres. Plaut. Epid. 5, 2, 9 Apage illum a me, nam ille quidem Vulcani irati est filius: Quaque tangit, omne amburit. Idem Curcul. 2, 2, 7 Nam quod scio, omne ex hoc scio. Idem Amph. 2, 1, 51 Ordine omne, vti quidque actum est — Edisserauit. Cic. pro Rosc. Com. c. 13

80 Quid vero Flavius tibi daturus est, qui Roscio omne, quod debuit, dissoluit. Idem Verr. 3 c. 10 Poscet omne, quantum exarauero. Quid? omne? Immo plus etiam, si volet. Haec et multo plura Brouckh. ad Prop. 4, 8, 30 Sobria grata parum; cum bibit, omne decet. Add. Burm. ad Val. Fl. 1, 14. et ad Albinou. ad Liuiam 202. Etiam genere Masculino Cic. Att. 7, 3 Hic omnia facere omnis debet. *i. vnusquisque.* Sed locus valde dubius et vexatus, quo niti in tali re non

90 lim. A Grutero est, Hic omnia facere omnes, ne armis decertetur. OMNINO. Adu. [πάντως, παντάλως, ὅλως, κάμπαν, τὸ παράπαν] In vniuersum, plane, prorsus, fere in asseuerationibus ponitur. Cic. de Amicit. 76 Omnino est amans sui virtus. Idem Acad. 1, 9 Plurimum quidem et Poëtis nostris, omninoque Latinis et literis luminis, et verbis attulisti. Impedimento omnino hae fuerunt Idem Fam. 16, 10. Omnino, aut magna ex parte liberatus Id. Tusc. 1, 1. Omnino, aut certe facilius labore alicuius et studio quaedam consequi Cic. pro Corn. Balb. 44. Vix aut omnino non posse fieri Idem Att. 3, 2. Idem Tusc. 1, 5 Post vero Lepidum, Gracchos, deinde ita magnos nostram ad aetatem, vt non multum, aut nihil omnino Graecis cedertur. Eruditionis omnino omnis expertus vir Idem de Orat. 2, 1. Honestum illud omnino, quod ex animo excelso magnificoque quaerimus, animi efficitur, non corporis viribus Idem Off. 1, 79. Cic. de Amicit. 93 Quod amici genus adhibere, omnino Leuitatis est. Id. de Senect. 45 Epulabar cum sodalibus omnino Modice. Idem de Amic. 15 Qu. vero Maximum fratrem, egregium virum omnino sibi

100 nequaquam parem. Ne quis omnino regem reduceret, cui scis intercessum



tercessum esse Cic. Fam. 1, 7. Nihil omnino Hor. Serm. 2, 8, 94. Cic. de Orat. 2, 57 Theopompus et Ephorus ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt, causas omnino Nunquam attigerunt. Idem de Amic. 21 c. 6 Hos omittamus, qui omnino Nusquam reperiuntur. Idem de Inuent. 1, 86 Hoc genus et caetera necessaria, et Omnino omnis argumentatio, et eius reprehensio. Praeclare omnino te habes Idem Verr. 2, 149. Pugnas omnino, sed cum adversario facili Idem Acad. 4, 84. Et Verr. 3, 80 Omnino relinquendum. Omnino, in principio sententiae asseuerandi vim habet. Cic. de Amicit. 80 Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum vna cautio est, atque vna prouisio, vt ne nimis cito diligere incipiamus. Idem Off. 1, 66 Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur. Ibid. 79 Omnino, qui Reipublicae praefuturi sunt, duo Platonis praecepta teneant. Is omnino Seruus, in familia non erat, cum statim exhiberi iubet Cic. Verr. 5, 62. Omnino, cum numeralibus indicat non plures, sed ipsum illum numerum intelligi. Cic. pro Cluent. 76 Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum innocentem Oppianicum, etc. absoluerent. Sic Nostri, quinque suorum omnino amissis, quietissime se receperunt Caes. B. C. 3, 46. Quum omnino non essent amplius centum Nep. 16, 2, 3. Expeditionem vnam omnino suscepit Suet. Claud. c. 17. Nempe vniuersitatem notat, vt et in istis Plin. Epist. 7, 11 Superest, vt coheredes aequo animo ferant, separatim me vendidisse, quod licuit mihi omnino vendere. Cic. Tusc. 1 pr. Cum defensionum laboribus — aut omnino aut magna ex parte essem aliquando liberatus. Et pro Balbo c. 19 Multa praetereo, quae — aut omnino, aut certe facilius consequuntur. Cic. pro Cluent. 168 Nego illum adolescentem, quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis, omnino illa die esse mortuum. Idem pro Quint. 77 Mihi perdifficile esse contra tales oratores, non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. Omnino, Superlatiuo iunctum. Cic. de Senect. 9 Aptissima omnino sunt Scipio et Laeli, arma senectutis, artes, etc. i. Quam aptissima, aut omnino aptissima. Perscribere diligentissime omnino aliquid Cic. Att. 6, 3.

OMNICANVS, a, um. Adi. Omnia canens. Apul. Flor. 2 p. 347 Oratio intellectu utilis et modo omnicaena.

OMNICARPVS, a, um. Adi. Omnicarpae caprae Varr. de L. L. 4, 19.

OMNICOGNOSCENTIA, ae. f. Mar. Vict. adu. Arium 4.

OMNICOLOR, oris. Adi. Omnicolor pictura Prudent. Pass. Petr. et Paul. v. 39.

OMNIFARIAM. Adu. [*πανροδαπῶς*] Omnibus modis. Gell. 12, 13 Quum vero omnes terras omnifariam et vndique versum circumfluat, nihil citra eum est. Firmic. 3, 5. Conf. Apul. Met. 2 p. 123. it. in Trismeg. p. 85 etc. Macrobi. Saturn. 7, 13. Capitol. Marc. c. 11 et Vopisc. Aurel. c. 27.

OMNIFARIUS, a, um. Adi. *πανροδῶς* Vet. Gloss.

OMNIFER, era, erum. Adi. Quid. Met. 2, 275 Sustulit omniferos collo tenus arida vultus. Alii aliter leg.

OMNIFORMIS, e. Adi. Ex ipsa compositione satis intelligitur. Apul. Trismeg. p. 78 Mundus receptaculum omniformium specierum. Machina omniformis Prudent. Roman. v. 339.

OMNIGENVS, a, um. Adi. [*παντοῖος*] Omnis generis. Lucret. 2, 758 E quibus omnigenos gignunt, variantque colores. Idem 5, 429 de Atomis loquens, Omnigenos coetus. Ibid. 441 Omnigenis e principiiis. Virg. Aen. 8, 698 Omnigenumque deum monstra, etc. Omnigenis coeuntia numina Formis Claud. Gigantom. v. 51. Omnia gignentem notat apud Prudent. in Symmach. 1, 12 Patris ars est omnigeni.

OMNIMODIS. Adu. i. Omnibus modis. Lucret. 3, 407 Si non omnimodis, at magna parte animai Priuatus. Antiquum Aduerbi-um, vt et Multimodis. Idem 2, 488 et 699. Add. Idem 1, 684. item Apul. Flor. 1 p. 342. Quin Vt omnimodis disputaret, nullam artem esse dicendi Cic. de Orat. 1, 90 c. 20. vt Pearce edidit, Al. omnino.

OMNIMODE. Adu. [*παντοῦ*] i. Penitus; omnino. Lucret. 2, 488 Omnimode expertus fueris, quam quisque det ordo, etc. Alii legunt Omnimodo.

OMNIMODO. Adu. Gell. 18, 15. Lactant. 6, 12 pr. Cels. 1, 7. et 7, 4.

OMNIMODVS, a, um. Adi. Omnimodis Maculationibus conuariat Apul. Apol. p. 306. Vuculas omnimodas edocens Apul. Met. 5 p. 196. Lucret. 1, 684 Ignis enim foret omnimodus, quodcunque crearet. i. Omnibus modis ignis est. Nonnulli legunt Omnimodis, manente eadem sententia. Alii Vnimodus.

OMNIMORBIA, ae. f. Herba sic dicta, apud Isidor. 17, 9.

OMNIPARENS, entis. o. [*παντορῶς*] Omnium parens. Virg. Aen. 6, 595 Nec non et Tytion terrae omniparentis alumnum Cernere erat. Terra omniparens Lucret. 5, 260. Add. Apul. Met. 6 p. 277. Terrae omniparentes Lucret. 2, 705. Nutu Iouis omniparentis Auen. Phaenom. Arat. v. 795.

OMNIPATER, tris. m. Idem. Prudent. Pass. Eul. 70 Omnipatremque negare Deum.

OMNIPAVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 3, 12 f. 108 Andree sectatores memorant esse Pantaphobos, quos nos omnipauos dicere poterimus, siquidem omnia timere dicantur.

OMNIPOLLENS, entis. o. Prudent. Apoth. Praef.

OMNIPOTENS, entis. o. [*παντοκράτωρ*] Omnia potens. Plaut. Poen. 1, 2, 63 Dii immortales, omnipotentes, quid apud vos est pulchrius? Fortuna omnipotens Virg. Aen. 8, 334. Pater omnipotens, Iouis est Periphrasis Virg. Aen. 3, 251. Idem 1, 64. et 2, 689. Cic. Tusc. 4, 73 c. 34 Teque omnipotens Neptune inuoco. Ex quodam Poeta. Superlat. Omnipotentissimus creator Augustin. C. D. 21, 19. Deus ille omnipotentissimus Macrobi. Sat. 1, 17.

OMNIPOTENTIA, ae. f. Macrobi. Saturn. 5, 16 de Fortuna loquens, Omnipotentiam quoque eidem tribuit. Idem in Somn. Scip. 1, 14 Vt summi omnipotentiam Dei ostenderet.

OMNISONVS, a, um. Adi. Chelys omnisona, omnisonis pul- fibus Mart. Capell. 9 p. 309 et 312.

OMNITENENS, entis. o. [*παντοκράτωρ*] Idem fere, quod omnipotens. Tertull. f. Cyprian. adu. Marc. Carin. 5 p. 9.

OMNITVENS, entis. o. Lucret. 2, 940

Non congressa modo vitales conuenienti Contulit inter se motus, quibus omnituentes Accensi sensus animantem quamque tumentur.

Sic reposuit Turnebus, et receperunt posteri, Omne et Tuentos, duabus dictionibus in vnam iunctis, non dissimili ratione atque apud eundem Poe-

*sam legitur Aedituentes. Apul. de Mundo p. 71 Elmenh. Sol omnitiuens Val. Flacc. 5, 248 Haec tibi fatorum genitor tutela meorum Omnitiuens.*

OMNIVAGVS, a, um. Adi. [πανταπλανής] *Per omnia vagans, ut, Soliuagus. Cic. de Nat. Deor. 2, 68 c. 27 Quae eadem Diana omniuaga dicitur: non a venando, sed quod in septem numeratur tanquam vagantibus.*

OMNIVIDENTIA, ae. f. *Qua videt Deus omnia. Mar. Vict. adu. Arium 4.*

OMNIVOLVS, a, um. Adi. *Omnia volens, vel omnia cupiens: quod epitheton a Catullo Ioui tribuitur, quem Poetae finxerunt in amoribus admodum inconstantem, omniumque fere formosorum concubitus appetentem. Sic enim scribit Carm. 69, 140*

Saepe etiam Iuno maxima Caelicolum

Coniugis in culpa flagrauit quotidiana,

Noscens omniuoli plurima furta Iouis.

OMNIVOMVS, a, um. Adi. Pacuu. *Omniumomus Oceanus.*

OMNIVORVS, a, um. Adi. [καμφάγος] *Plin. 25, 8 Bibunt autem lac vaccinum, quoniam boues omniuorae fere sunt in herbis.*

## O M O

OMOLE, es. f. *Mons Thessaliae Virg. Aen. 7, 675.*

OMOPHAGIA, orum. n. *Pl. Bacchanalia, quibus omnia cruda, vorant bacchantes. Arnob. 5 p. 169 Bacchanalia etiam praetermittamus immania, quibus nomen Omophagus Graecum est, in quibus furore mentito, et sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus atque ut vos plenos Dei numine ac maiestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis. Illustrat Reines. Ep. 66 p. 594. et a Barthii Ophiophagiis defendit.*

OMOPATAE, arum. m. *Pl. [ὀμοπάται] Sunt duo ossa lata, vtrinque a ceruice ad scapulas tendentia, quae a Latinis Scopula operta vocantur. Auctor Celsus 8, 1.*

## O M P

OMPHACIUM, i. n. [ὀμφάκιον] *Oleum ex acerbis uuis et oleis expressum. Plin. 23 in Prologo, Omphacium, qua fieret ratione incipientis uuae pubertate, in vnguentorum loco docuimus. Inprimis vid. Plin. 12, 27 f. 60. utitur et Scribon. 33, 142. qui Aridum etiam memorat 65. Add. Diosc. 5, 5.*

OMPHACES, um. f. *Pl. [ὀμφακος] dicuntur Uuae et fructus immaturi.*

OMPHACINVS, a, um. Adi. [ὀμφακινός] *Quod ex omphace factum est. Omphacinum oleum, Quod ex olea omphaca, id est immatura expressum est Plin. 25, 4. et 12, 27.*

OMPHACOCARPON, i. n. [ὀμφακόκαρπος] *Herbae nomen. Plin. 27, 5 f. 15 Aparinen aliqui omphacocarpum, alii philanthropum vocant, ramosam, hirsutam, quinque senisue in orbem circa ramos foliis per interualla etc. Omphalocarpum, ὀμφαλόκαρπον videtur vocare Dioscor. 3, 104. Viderint Botanici.*

OMPHACOMELI, n. *Indeclin. [ὀμφακόμελη] Mel acerbae uuae succo confectum, de quo Diosc. 5, 22. ut hoc referendum sit, facit lemma antiquum Palladii Aug. 13 De omphaco melli. Descriptio ipsa ita habet: In uuae semiacerbae succi sextariis sex, mellis triti fortiter duos sextarios debebis infundere, et sub solis radiis diebus XL decoquere.*

OMPHALE, es. f. [ὀμφάλη] *Nomen reginae Lydiae, cui Hercules propter amorem seruiuit: multisque ab ea muneribus est donatus, quod ad Sangarim fluium serpentem multos homines interficientem interemisset. Haec, ut tradit Donatus in Ter. Eun. 5, 8, 3 ipsum Herculem sibi seruientem etiam ad lanificium compulit: quum ipsa calathum et colum, cultusque femineos, sagittis et claua, leonisque tegmine mutasset. Vid. Ouid. Fast. 2, 305 etc. et Sen. Hippol. 317 etc. Propert. 3, 11, 17 Omphale in tantum formae processit honorem, etc. Quo loco non Omphale mediam productam habet. Sed Graeco more e longa finalis ante uocalem corripitur.*

OMPHALOCARPON, vid. OMPHACOCARPON.

## O N A et O N C

ONAE, ficus, vid. OMAE.

ONAGER, gri. m. [ὄναγρος] *Asinus siluestris. Varro de R. R. 2, 6, 3 de Asinis loquens, Horum genera duo, Vnum ferum, quos vocant onagros, in Phrygia et Lycaonia sunt greges multi. Alterum mansuetum, ut sunt in Italia omnes. Add. Col. 6, 37, 3 Ex onagro*

et asina muli Pallad. Mart. 14, 2. Cic. Att. 6, 1 fin. in luxuria Vedit describenda, Nec deerant onagri. Timidos onagros agitare cursu Virg. Georg. 3, 409. Add. Martial. 13, 97 et 101.

ONAGOS, i. m. [ὄναγος] *Fabulae nomen. Plaut. Asin. prol. 10 Huic nomen Graece est onagos fabulae.*

ONAGRA, ae. f. [ὄναγρα] *Machina bellica, eadem quae Scorpio. Veget. 4, 9 et 22.*

ONCA, ae. f. *Sic apud Thebanos appellata Minerua. Vid. Guil. Canter. Nou. lect. 6, 1.*

ONCHESMVS portus Epiri, unde difflus

ONCHESMITES ventus inde spirans. Cic. Att. 7, 2 pr. Flauit ab Epiro lenissimus Onchesmites. Sic restituit Latinus Latinus apud Vict. Var. Lect. 36, 11. quem deinde secuti reliqui.

ONCHESTVS, i. m. [ὄγχηστος] *Filius fuit Neptuni, qui Onchestum ciuitatem Mycalesso promontorio propinquam condidit, deque suo nomine appellauit.*

ONCHESTVS, i. f. [ὄγχηστος] *Boeotiae urbs est, non procul a lacu Copaide, ubi Amphictyonum concilium cogi solet, teste Strabone lib. 9. Condita putatur ab Onchesto beree, Neptuni filio, et ab eo nomen accepisse. Haec faciunt ad Stat. Theb. 7, 272.*

ONCO, are. *De Asello dicitur apud Auct. Philomelae 55 Oncat asellus. Al. Vncat.*

ONCOMA, atis. [ὄγκωμα] *Oncomata, tumores restituendum putamus Vegetio Mulom. 2, 30, 1.*

## O N E et O N I

ONERO, ONEROSVS, vid. ONVS.

ONĪROS, i. m. *Somnus. ic. Papauer, cuius semen est somniferum, Apul. de Herb. c. 55.*

ONIROCRITES, ae. m. [ὄνειροκριτης] *Somniorum interpret. Fulgent. Mythol. 1 Onirocriten soporis nugas ariolantem aduertat.*

**ONISCVS**, i. m. *Genus vermiculi arcuatim incedentis*, [ὄνισκος] *afellus*. Plin. 29, 6 *Millepeda*, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est e vermibus terrae pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se, oniscum Graeci vocant.

**ONĪTIS**, idis. f. *Herba eadem cum Origano, sed folio candidiore*. 5 Plin. 20, 17. *Diosc.* 3, 29. et *Apul. de Herb.* c. 122.

## O N O

**ONOBRYCHIS**, is. f. *Palmes asini. Plantae genus*. Plin. 24, 10 16. *Diosc.* 3, 161.

**ONOCARDION**, i. n. *Herba eadem, quae Chamaelion*. *Apul. de Herb.* c. 25.

**ONOCENTAVRVS**, i. m. [ὄνοκένταυρος] *Animal monstruosum, quod a parte superiori hominis speciem habet: a parte inferiori asini praefert imaginem: quemadmodum et Hippocentaurus finxit antiquitas, superiori parte hominem, reliqua equum referentes. Onocentaurorum mentio est in sacris literis apud Esaiam 34, 14.*

**ONOCHELES**, f. **ONOCHELES**, is. n. [ὄνοχέλης] *Herba, de qua Plin. 22, 21 f. 25. Locum damus in ARCEBIOS. Add. Plin. 21, 16. 20*

**ONOCHEOTES**, ae. m. *Fictus a nebulone Iudaeo Christianorum Deus, auribus asininis et pedibus ungulatis* Tertull. *Apol.* c. 16. et *adu. Nation.* 1, 14. *Conf. ad h. l. Rigalt. et Hauercamp. qui ONOKOITIS edidit. Al. Ononychites asini ungulus habens. Alii aliter.*

**ONOCROTĀLVVS**, i. m. [ὄνοκρόταλος] *Avis est cycno simi- 25 lis. Dicta, quod collum in aqua mergens spiransque, veluti rudium asini edat. ὄνος, asinus: κρόταλος, crepitus. Plin. 10, 47 Olorum similitudinem onocrotali habent: nec distare existimarentur omnino, nisi factibus ipsis inesset alterius vteri genus. Hue omnia inexplebile animal congerit, mira ut sit capacitas: mox perfecta rapina, sensim inde 30 in os reddita in veram aluum ruminantis modo refert. Vid. Martial. 11, 22. Vulgat. Deuter. 14, 18.*

**ONOMATOPOEIA**, ae. f. [ὀνοματοποιία] *i. Nominis fictio: ut, Balatus ouium, Mugitus boum. Dicta onomatopoeia, quasi τὸ ὀνόματος ποιησις. A quibusdam Nominatio dicitur, qua rei, cui nomen 35 aut non sit, aut satis idoneum non sit, ipsi nomen effingimus, aut imitationis, aut significationis gratia. Inde sunt Rudere, Vagire, Murmurare, Sibilare. Vid. Ifid. 1, 36. et Voss. p. 2. Rhet.*

**ONONIS**, idis. f. [ὄνονις, ἰδος] *Herba, de qua Plin. 21, 16 f. 58 Spinosorum etiamnum aliud genus Ononis. In ramis enim spinas ha- 40 bet, apposito folio rutae simili, toto caule foliata in modum coronae: sequitur a frugibus, aratro inimica, viuaxque praecipue. Vocatur etiam Anonis. ubi vid.*

**ONOPORDVM**, i. n. *q. d. Crepitus asini, Plin. 27, 12 f. 87 Herba, quam si comederint asini, crepitus reddere dicuntur, etc.* 45

**ONOPYXOS**, i. f. *Herba spinosa.* Plin. 21, 16.

**ONOSMA**, ātis. n. *Herbae genus.* Plin. 27, 12 f. 86.

## O N V

**ONVRIS**, is. f. *Herba eadem, quae Oenobeta* Plin. 26, 11. *Diosc.* 4, 113.

**ONVS**, ēris. n. [ὄνριον, ὄχθος, γόμος] *Pondus. Cic. pro Lege Manil. 55 Insula Delos tam procul a nobis Aegeo mari posita, quo omnes vndique cum mercibus atque oneribus commeabant. Vacuus 55 onere Senec. Herc. fur. f. 9. Colossica onera, vid. COLOSSVS. Ignauum Lucan. 7, 127. Illaetabile Stat. Theb. 5, 633. Insolitum Id. ibid. 9, 427. Insuetum Ouid. Met. 2, 165. Accipere onera venientum Virg. Georg. 4, 167. Cum onere moram offerre, vid. CVM Praepos. Cedere oneri, vid. CEDO. Concidere sub onere, 60 vid. CONCIDO. Deponere onus Lucret. 3, 1072. Detrectat onus ceruice rebelli Claud. de Rapt. Proserp. 1, 155. Ferre dulce Ouid. Met. 9, 339. Iactare Senec. Hippol. f. 10. Premi nullo Idem Herc. fur. f. 6. Subiit onus grauius dorso Hor. Serm. 1, 9, 21. Sum oneri Liu. 23, 43. Esse oneri ferendo Ouid. Met. 15, 403. 65 Ulcerat onere mantica lumbos Hor. Serm. 1, 6, 103. ¶ 2 De sumptibus et molestis impensis. Inclinata a pauperibus in diuites onera Liu. 1, 43. de tributis, militia, etc. Neque eo secius in explicandis oneribus omnibus haereret Suet. Domit. c. 12. Filia nata paupertatem, nec iam imperatoria modo, sed et patria conquerens 70 onera Idem Calig. c. 42. ¶ 3 De fetu materno. Vix vteri portabat onus Ouid. Met. 10, 481. Tendit onus matrem Idem ibid. v. 506. Hunc vtero - - onerisque oblita ferebat Stat. Theb. 2, 615. Phaedr. 3, 15, 5 Portat onus ignotum certis mensibus. Non multum abit illud Plin. 8, 27 Onus ciborum reddere. Et aliter Pal- 75 lad. 1, 29, 4 Onus cibi haerentis interimit Phasianas. ¶ 4 Onus, pro Munere, prouincia, siue partibus et officio. Cic. de Orat. 1, 116 Magnum quiddam est onus ac munus suscipere ac profiteri, se, etc. Id. Verr. 4, 79 Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo? Officii onus Cic. Fam. 3, 13. Operum onera Quinct. 1, 9. Grauiissimum 80 Quinct. 2, 6. Abiicere onus, vid. Opprimi onere. Accipere, vid. ACCIPIO. Cic. pro Rosc. Amer. 10 c. 4 Hoc onus si vos aliqua ex parte Alleuabitis, feram ut potero, studio et industria Iudices. Id. pro Sull. 65 c. 23 Ita se gessit in Tribunatu, ut onere Deposito domestici officii, nihil postea, nisi de Reipublicae commodis, cogitarit. Geminatum 85 onus Quinct. 2, 3. Cic. Verr. 3, 4 c. 2 Ego plus oneris Habeo quam qui caeteros accusarunt. Idem Fam. 13, 57 (56) Nunc quum mihi ab amico officiosissimo tantum oneris Imponitur, ego quoque tibi imponam pro tuis in me summis officiis: ita tamen, ut tibi nolim molestus esse. Cic. Att. 14, 21 Tibi hoc oneris non impono. Idem 90 Q. Frat. 2, 5 Causa sero perorata, sententias se rogaturum negauit, ne quod onus simultatis nobis Imponeret. Imponere alicui magnum onus obseruantiae Cic. Att. 13, 11. Iniustum onus alicui Imponere, et Recipere, contraria Idem in Orat. 35. Iniustum, i. Quod iustam excedit magnitudinem. Iniungere, vid. INIUNGO. Liberare 95 alicquem onere Quinctil. 5, 6. Cic. pro Rosc. Amer. 10 c. 4 Opprimi nos onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. Perferre Ouid. ad Liu. 350. Portare molestum Hor. Serm. 1, 6, 99. Ouid. Met. 10, 481. Cic. Fam. 5, 12 Eram 100 nescius, quantis oneribus Premerere susceptarum rerum. Id. Fam. 3, 8 Municipum maximis oneribus pressum. Remouere a se Ouid. Met. 12, 626. Reponit mens onus, i. Curas deponit Catullus 29, 8. Seponere coniugii, h. e. Vicorem a se ablegare Lucan. 5, 724. Subire Quinctil. 6, 1. Sum. ut, Hoc nihil ad te: nostrum est onus Cic. 105*

- Fam. 3, 13. Cic. Verr. 3, 4 c. 2 Plus etiam quam pars virilis postulat pro voluntate Populi Romani oneris ac muneris Suscipere debeam. Idem de Senect. 4 c. 2 Onus se Aetna grauius dicant Sustinere. Et pro Rosc. Amer. 10 Fide, sapientiaque vestra fretus, plus oneris Sustuli, quam ferre me posse intelligo. Vacare onere Quintil. 1, 6.
- 5 ONERŌSVS, a, um. Adi. [φορτικός] Quod est oneri, siue Quod onerat et grauat. Plin. 17, 26 Plurimae autem amputari sibi volunt onerosa ac superuacua. Onerosum capiti, Graue et ponderosum Id. 22, 25. Onerosa praeda, Magni ponderis Virg. Aen. 9, 384. Hasta
- 10 onerosa et grauis imbellibus lacertis Ouid. Met. 13, 108. Aër onerosior igne Id. ibid. 1, 52. Creditor onerosus L. 25. Dig. de Pignor. Sarcinulae onerosiores Fulgent. Contin. Virg. p. 142. Sors onerosior Ouid. Met. 9, 675.
- 15 ONERŌSE. Adu. Paullin. Nolan. Epist. 11 (al. 5) n. 6 Cur in nos onerosae loqueris.
- ONEROSITAS, ātis. f. Molestia. Tertull. de Cult. Fem. c. 7 Tanta ornandi capitis onerositas.
- ONVSTVS, a, um. Adi. [εμφορτός] Cui onus impostum est. Onusta frumento nauis Cic. Off. 3, 50 c. 12. Add. ib. 1 c. 34. Onustus praeda Liu. 3, 29. Humero onusto vehere aliquid Hor. Serm. 1, 1, 47. Tergum vulneribus onustus Tacit. Ann. 2, 15. Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29 Quae quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo et vino, perturbata et confusa cernimus. Hor. Serm. 1, 6, 96 Meis contentus, onustos Fascibus et
- 25 sellis, nolim mihi sumere, etc. Sed honestos recepta et vera lectio. Corpus onustum Hesternis vitiiis animum quoque degrauat vna Hor. Serm. 2, 2, 77. Onustum pectus laetitia, h. e. Plenum Plaut. Stich. 2, 1, 3. Onusta cum culeis vehicula Plin. 12, 7 f. 19. Nempe onusta poterat etiam omitti, ut Cic. Verr. 1 c. 8 Fiscos cum pecunia. Onustus, cum Genitiuo. Plaut. Aul. 4, 2, 10 Aulam onustam auri.
- 30 ONVSTATVS, a, um. Vulg. Iudith. 15, 7.
- ONĒRO, āre. [φορτίσω, γομῶ, βεβῶ] Grauare onere, implere, augere. Virg. Aen. 1, 199 Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes. Ter. Phorm. 5, 6, 4. Costas aelli onerare pomis Virg. Georg. 1, 274. Mensas onerare epulis Id. ibid. 4, 378. Epulis onerari. Ouid. ex Pont. 1, 10, 31. Malis onerare aliquem Virg. Aen. 4, 549. Catenis onerare aliquem Hor. Carm. 3, 11, 45. Iaculis manus ambas oneravit acutis Virg. Aen. 10, 868. ¶ 2 Metaphoras admittit varias in rebus bonis pariter ac malis. Onerare
- 40 amoenitate, laetitia, etc. Plaut. Capt. 4, 1, 7. Sic, Onerare se voluptatibus Plaut. Stich. 4, 1, 27. Annonam onerare, Cariorem facere. Vlpianus in l. Annonam. D. de extraord. criminibus Onerant annonam etiam staterae adulterinae. Plaut. Mil. 3, 1, 83. Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onera te Hilaritudine. Sed Tacit. Hist. 2, 64, 3 Et Triaria licentiam, modestum a proximo exemplum onerabat. i. inuidiam faciebat. Sic Delectum natura grauem onerabant ministri auaritia et luxu Id. ibid. 4, 14, 2. Argumentis quamplurimis onerare iudicem Cic. de Nat. Deor. 3, 8. Plaut. Perf. 2, 1, 13 Conueniam hunc Toxilum: eius Aures quae sunt mandata onerabo.
- 50 Coërcitionibus aliquem Cels. 3, 18. Commoditatibus onerare diem Ter. Phorm. 5, 6, 2. Curas onerabat paudentium ordo Mutinensis Tacit. Hist. 2, 52. Honoribus Iustin. 5, 4, 13. Plin. Epist. 3, 3 Nec minus saepe ab illo quam a te meque admonebitur, quibus Imaginibus oneretur: quae nomina et quanta sustineat. Iniuriis, maledictis
- 55 onerare aliquem, pro Iniuriis officere Ter. Andr. 5, 1, 8. Cic. Philipp. 2, 99 Omnibus eum contumeliis onerasti. Laudibus onerare, Vehementer laudare Liu. 4, 13. Phaedr. 5, 8, 8. Legibus aures onerentur Propert. 2, 30, 15. Maledictis aliquem Plaut. Pseud. 1, 3, 122. Id. Capt. 3, 1, 4 Hercle huius diei, si liceat, oculos effodiam lubens: ita Malignitate oneravit omnes mortales mihi. Cic. Fam. 3, 10 Te autem quibus Mendaciis homines leuissimi onerarunt, etc. quereretur tecum atque exostulare. Odio onerare aures Sallust. in Cic. 6. Pensis famulam oneravit iniquis Propert. 3, 15, 15. Populum onerare, pro Exigere a populo pecunias Plin. in Paneg. Praeceptis onerare aliquem, pro Dare mandata Plaut. Mil. 3, 3, 29. Principes onerasti futuros Plin. in Paneg. c. 73 extr. Add. ib. c. 24 pr. i. difficultates, et inuidiam adeo illis obiecisti. Probris aliquem Senec. Hippol. f. 2. Liu. 10, 14 Et ipsos nominatim iuuenes pari comitate utrumque nunc laudibus, nunc Promissis onerat. Sallust. Iugurth. c. 12.
- 70 Pectora onerat largis promissis Sil. 17, 576. Pugnis onerare, pro Pugnos incutere Plaut. Amph. 1, 1, 172. Rationem cultoris onerant viuiradices, i. nimis magno constant Col. 4, 2, 1. Add. 2, 9, 18. Spe praemiorum onerare Liu. 35, 11. Vinculis publicis onerare quempiam Valer. Maxim. 6, 1, 10. Vino se onerare Iustin. 1, 8, 6.
- 75 Votis aethera oneravit Virg. Aen. 9, 24. ¶ 3 Onerare et Ornare frequenter misceri solent a librariis. vid. Heins. ad Val. Flacc. 3, 9. Gronou. ad Liu. 24, 48.
- ONĒRANS, antis. Partic. [βεβῶν] Verba onerantia lassas aures Hor. Serm. 1, 10, 10.
- 80 ONERĀTVS, a, um. Partic. Pass. [πεφορτισμένος] Plaut. Pseud. 1, 2, 64 Nisi carnaria tria grauida tergoribus onerata, vberi hodie mihi erunt. Sed melius Gron. oneri vberi. Armis oneratus Curt. 4, 14, 2. Mero onerati Idem 5, 7, 4. Vino et epulis Sallust. Iugurth. c. 46. Veste oneratus Ter. Heaut. 3, 1, 43. Spe oneratus praemiorum Liu. 34, 61. Atlas humeros oneratus Olympo Ouid. Fast. 5, 167. Brachia onerata telis Id. Met. 3, 139. Iumenta onerata plagis Hor. Epist. 1, 18, 46. Lancibus oneratis cumulant aras Virg. Aen. 12, 215. et 8, 284. Sinu onerato portare aliquid Senec. Hippol. f. 10. Vlmus onerata vitibus Ouid. Trist. 2, 143.
- 90 ONERATIO, ōnis. f. Augustin.
- ONERARIVS, a, um. Adi. [φορτικός] Quod oneratur, vel onerari potest. Naues onerariae, a gestandis oneribus dictae sunt, et ob id tardae. Cic. Verr. 3, 1 c. 46. Eaque in onerariam nauem suam conicienda curavit. Add. Id. de Diuinat. 1 c. 32. conf. Nepos 2, 2, 5. Paterc. 2, 53, 2. et Non. 13, 15. Et simpliciter, In aliquam onerariam correndum Cic. Att. 10, 12.
- ONVSTVS, vide ante.

## O N Y

- 100 ONYCHIVNCTA, ae. f. Gemma est ex Iaspidium generibus punctis onychini coloris notata, quas et Iasponix vocatur Plin. 37, 9 f. 37.
- ONYTES, is. m. Nomen viri proprium, quod Donatus (inquit Seruius) dicit aut gentile esse, aut patronymicum: sed hoc non procedit, quia neque patronymicum in T E S exit, neque Onytes a qua gente veniat vsquam

viquam lectum est. Proprium ergo est, etc. Haec Seruius enarrans Virgilianum illud Aen. 12, 514 Tres vno congressu, et moestum mittit Onyten, etc.

ONYX, ὄνυχις. m. et, ut quibusdam placet, etiam f. [ὄνυξ] Gemma. Plin. 37, 6 f. 24 Exponenda est et onychis ipsius natura propter nominis societatem: hoc in gemmam transfuit, ex lapide Carmaniae. Sudines dicit in gemma esse candorem unguis humani similitudine: item chrysolithi colorem, et sardae, et iaspidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, interuenientibus quarundam oculis obliquis venis, etc. Idem 36, 7 f. 12 Onychem etiam tum in Arabiae montibus, nec vsquam alibi nasci putauere nostri veteres: Sudines in Germania, potioris vasis inde factis primum, dein pedibus lectorum fellisque. Nepos Cornelius tradit magno fuisse miraculo, quum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo, Chiorum magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine columnas vidisse se. Paulo post c. 8 pr. Hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cauant ad vasa unguentaria, quoniam optime seruare incorrupta dicitur, etc. Martial. 12, 50 In habentem amoenas aetes, Calcatusque tuo sub pede lucet onyx. Idem 6, 42 Siccos pinguis onyx anhelat aestus. Ex onyche lapide antiqui vasa unguentaria faciebant ad ornatum: vnde etiam onyx pro eodem vase sumi cepit. Martial. 7, 93 Unguentum fuerat quod onyx modo parua gerebat. Sed I. F. Gronou. leg. parue gerebas. Cui ad stipulatur Brouckhus. ad Prop. 2, 10, 30. Idem 11, 50 In Phyllida, Profertur Cosmi nunc mihi ficcus onyx. Siccus, i. Euacuatus. Erat autem Cosinus myropola. Stat. Silu. 1, 5, 35 In quibus exemplis Onyx sumitur pro Alabaistro seu Ampulla unguentaria ex onyche.

¶ 2 Onyx item est, ut ait Dioscor. lib. 2. Conchylii operculum, purpurae operculo simile, quod reperitur in India in paludibus his, quae nardum ferunt. Itaque et odores suauissimos afflat, quoniam conchyliia nardo vescuntur. Ex his igitur sine testis, sine conchis, fieri poterant vasa ad unguentum seruandum aptissima, quippe quae nardi odore iam essent penitus imbuta. Duxerunt autem appellationem, et haec concha, et ille lapis a similitudine unguis humani, quia nihil sit in eis rugosum, nihil asperum: sed omnia, ut in ungue, laeua et polita. Haec Lambinus ad illud Paruus onyx nardi Hor. Carm. 4, 12, 17.

¶ 3 Onyx, Piscis Plin. 32, 11.

ONYCHINVS, a, um. Adi. [ὄνυχινος] Onychina pyra, a colore vocat Plin. 15, 15. Et Onychina pruna, apud Columel. 12, 10. Quae onychis, hoc est unguis similitudinem et formam habeant.

ONYCHINTINVS, a, um. Adi. Crustae onychintinae Sidon. Epist. 9, 7.

ONYCHITIS, idis. f. Cadmine species Plin. 37, 9.

ONYCHIVS, a, um. Adi. Lapis Tertull. adu. Marc. 2, 10.

## O O N et O P A

OONAE, arum. f. Pl. Insulae in Septentrionali Oceano, in quibus (ut Plinius 4, 13 refert) ouis auium et auenis incolae viuunt.

OPA, ae. f. [ὄπη] Foramen. Vitruu. 4, 2.

OPACVS, a, um. Adi. [ἐπίσκιος, σκιαῶδες, ἀνήλιος] significat Umbrosus, teste Festo, ab operiendo. Arbor opaca Virg. Aen. 6, 136. Barba Catull. in Egnatium f. 35, 19. Caligo Ouid. Met. 10, 54. Crepuscula Ouid. Met. 14, 122. Domus opaca intus Virg. Aen. 3, 619. Fontes . . . Frigus Virg. Ecl. 1, 53. Herba Ouid. Met. 3, 438. Latebrae opaciores Columel. 8, 17. Locus opacus, et Apricus, contraria Cic. in Partit. 36. Locus opacus et frigidus in situa Idem de Orat. 3, 18. Loca opaca redimita silvis Catull. 61, 3. Lucis habitamus opacis Virg. Aen. 6, 673. Lustra Claud. in Eutrop. 2, 421. Montes umbrantur opaci Virg. Aen. 3, 508. Nemora opaca, Densa Plin. 3, 5. Nox Virg. Aen. 4, 123. Nubes Ouid. de Arte Am. 2, 619. Pascua nemorum opacissima Columel. 6, 21. Quies Stat. Silu. 3, 5, 17. Ripa viridi et opaca inambulare Cic. de Legib. 1, 15. Ruris opaci umbrae Virg. Georg. 1, 156. Sepes opaca, et munita vallo arboris Plin. 12, 5. 65

Siluae Ouid. Fast. 2, 409. Vallis Horat. Epist. 1, 16, 5. Vlmus Virg. Aen. 6, 283. Vadere per opaca Sen. Herc. fur. 10. Viarum opaca Virg. Aen. 6, 633. Densiore Umbra opacior nigriorque Plin. Ep. 5, 6. Ferimur per opaca locorum Virg. Aen. 2, 725.

OPACO, are. [ἐπισκιάζω] Obumbrare, cooperire, obscurare. Cic. de Nat. Deor. 2, 49 Ut quum terras larga luce compleuerit, eadem modo his, modo illis partibus opacet. De sole. Idem de Orat. 1, 28 c. 7 Nam me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis. Opacat tempora pinus Sil. 13, 331. Rami opacant arborem Virg. Georg. 2, 58. Ramus opacat humum Idem Aen. 6, 195. conf. Venant. Fortunat. Carm. 1, 20.

OPACITAS, atis. f. [ἐπισκίασις] Columel. 8, 17 Plusque nocet putris vnda, quam prodest opacitas. conf. Plin. 15, 30.

OPALVS, i. f. [ὄπαλος] Gemma est in India tantum nascens, colore quidem candida, ita tamen, ut in ea vario modo et carbunculi tenuior ignis, et amethysti fulgens purpura, et smaragdi virens mare, incredibili pariter mixtura transluceant: — Hanc gemmam propter eximiam gratiam plerique appellant paederota. Haec et plura Plinius 37, 6 f. 21.

OPALIA, OPALIS, vid. sub OPS.

## O P E

OPERA, ae. f. [ἔργα] Actio et labor, tum pro diurna mercede susceptus, tum liberalis et honestus. Cic. Off. 1, 41 Quibus non male praecipunt, qui ita iubent uti ut mercenariis, operam exigendam, iusta praebenda. Malo vnus agilem atque industriam, quam decem hominum negligentem et tardam operam Colum. 11, 1. Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est Liu. 5, 4. Fabrorum operae Cic. Verr. 1, 147. Parcus 95

opera, vid. Parcus in PARCO. Opera et artificio singulari simulacrum Cic. Verr. 4, 72. Idem de Finib. 1, 10 Ego vero cum forensibus operis, laboribus, periculis non deseruisse mihi videor praesidium, etc. Multae operae et laboris res Caes. Bell. Gall. 5, 11. Bona aut mala opera Plaut. Pseud. 1, 1, 102. Celeris Hor. de Arte Poët. 261. Conducta, vid. CONDUCO. Eadem opera, eadem diligentia, eodem labore. Plaut. Capt. 2, 3, 90 Eadem opera a Praetore sumas syngraphum. Impensa opera Quinctil. 1, 10. Iners, vid. INERS. Magni eius opera aestimata est apud Senam Nep. 24, 1, 2. In eo bello Cononis opera magna fuit Idem 9, 1, 1. Add. 105

VOL. III.

- 14, 1, 4. Nec villici quidem aut villicae magni erat opera, quum ipsi domini quotidie negotia sua reuenserent atque administrarent Colum. praef. l. 12. Operae Pretium, *vid.* P R E T I V M. Plaut. Casin. prol. 72 Maioreque opera ibi seruiles nuptiae quam liberales etiam curari solent. *b. e. Maiori labore.* Mea opera, Opera tua, Eius opera res accidisse Nep. 7, 6, 2. *Add.* 15, 8, 1. Ter. Hec. 2, 1, 31 Non mea opera, neque pol culpa euenit. Idem Phorm. 4, 4, 4 Opera tua ad restim mihi quidem res rediit planissime. Militaris Liu. 44, 34. Naua, virilique opera duarum legionum quibus praerant, exercitum immunem tanta calamitate seruauit Paterc. 2, 120. Secundae operae homo, *b. e. Famulans famulanti, Minister ministri.* Lucan. 8, 671 Degener, atque operae miles Romane secundae. *Septimum Romanum accusat, qui quum Pompeio caput abscidisset, non tamen illud tulit Ptolemaeo regi, sed Achillae regio satelliti ferendum permisit ad*
- 15 *Ptolemaeum. Adde quod postquam Achilles gladio latus Pompeii perfodisset, moribundo caput amputauit Septimius.* Subseciuae operae Cic. Philipp. 1, 20. Togata opera, *vid.* T O G A. Vehemens Hor. Epist. 1, 13, 5. Plaut. Capt. 3, 4, 32 Et quidem Alcmaeon atque Orestes et Lycurgus postea vna opera mihi sunt sodales, qua iste. *i. Tam sunt mihi sodales quam iste.* Opera, id est Virtute et industria benefici et liberales qui erunt, eo plures ad benigne faciendum adiutores habebunt, quo pluribus profuerint Cic. Off. 2, 52. Forensis operae intermissio Idem de Diuin. 2, 142. Operae pretium sine hominum opera, neque valetudinis curatio, neque nauigatio, neque agricultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio et conseruatio vlla esse potuisset Cic. Off. 2, 14. Liu. 41, 20 Placuit Lanuuiinos, quorum opera instauratae essent feriae, hostias praebere. *Nempe magistratus Lanuuiinus in formula precum aberrauerat.* Catull. Pass. l. 3, 18 Tua nunc opera meae puellae Flendo turgiduli rubent ocelli, *i. ob mortem tuam.* Ter. Hec. 2, 1, 31 Non mea opera neque pol culpa euenit, *i. maleficio, plus enim quam culpa esse debet. conf.* Cic. Att. 2, 25. Nep. 6, 1, 3. ¶ 2 *Formulae verborum:* Accommodare operam, Addere, *vid.* *bb. vv.* Afferre alicui Ouid. de Arte Am. 2, 673. Cogere operas Cic. Verr. 2, 13. Commodare operam, 35 Condicere, Conferre, *vid.* *bb. ll.* Cic. Off. 1, 19 Quidam nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt. Consumere multam operam frustra Idem Tusc. 1, 103. Laboris et operae plus in aliqua re consumere, quam caeteri in alia Cic. pro Font. 1. Consumere operam in aliqua re, *vid.* C O N S V M O.
- 40 Conterere operam frustra, *vid.* C O N T E R O. Dependere operam et impendere Columel. 4, 22. Detrahere de opera Cic. Acad. 4, 6. ¶ 3 Dare operam formula est latissimi vsus, et significat omnem animi aduersionem, aut corporis motum, quo aut nobis aut aliis procurare aliquid volumus, id quod exemplorum magna varietas satis declarabit. Plaut. 45 Trin. 3, 2, 25 Lubido est obseruare quid agat, ei rei operam dabo, *i. In hac re laborabo.* Amori operam dare, *Amare* Ter. Heaut. 1, 1, 58. Bellis dare operam Ouid. Rem. Amor. v. 165. Funeri dare operam, est Interesse pompis exsequiarum. Cic. Att. 15, 1 Venerat in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. *Alii dicunt idem esse quod Curare*
- 50 *funus.* Hospitiis dare operam Idem Fam. 10, . . . Liberis operam dare, quam honeste dicitur Idem ibid. 9, 22. Ludis assiduas operas dare Lucret. 4, 971. Memoriae alicuius operam dare Cic. Fam. 8, 1. Praeceptorum dare operam, *i. Audire eum* Suet. Caes. c. 4. Plaut. Curc. 2, 2, 9. et Capt. prol. v. 6. Rebus dare operam diuinis 55 Cic. de Legib. 2, 26. Idem de Clar. Orat. 306 Ego autem iuris Ciuilis Studio multum operae dabam Qu. Scaeuolae P. F. Tonsoni dare operam, *Tonderi* Suet. Aug. c. 19. Valetudini dare operam Cic. de Orat. 1, 265. Dare operam alicui, *illius causa aliquid agere:* Plaut. Bacch. 1, 1, 11 Vbi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla sibi. Dissolui me, otiosus vt tibi operam darem Ter. Heaut. 60 3, 1, 102. *Add.* Id. Eun. 2, 2, 50. atque ibi Donat. *i. tuam rem agam, tibi obsequar.* Cic. Verr. 2, 173 Canuleius vero, qui in portu Syracusis operas Dabat, furta quoque, etc. Et Fam. 13, 66 Qui operas in scriptura pro magistro dat. Sic Dare operam alicui, dicitur 65 *iudex, quum audientiam illi accommodat.* Cic. Att. 13, 47 Is ad me venit, dixitque iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sextio nostro lege Pompeia in consilium iri necesse erat. *vid.* Ter. Heaut. 3, 1, 93. Gell. 14, 2. Plura ex Cic. et Ictis dabit Pareus Lex. Cr. p. 854. Dare operam alicui, *Adesse* Plaut. Curc. 2, 2, 24. Id. 70 Aul. 4, 7, 29 Si mihi dat operam me illi irasci iniuria est. Dare operam, vt aliquid fiat Cic. Fam. 13, 28. *Etiam* In aliquid operam damus. Cic. Tusc. 1, 7 c. 4 In quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus. Id operam do, *i. Curo et laboro.* Ter. Andr. 1, 1, 130. Cic. in Verr. 2, 28 Primum omnium opera danda est, vt eos 75 nobiscum ducamus, qui famae nostrae capitique consulant. Egre- giam operam alicui dare Idem Att. 5, 3. Dedita, vel Data opera facere, *vid.* D O et D E D O. ¶ 4 *Pergimus elementari ordine enarrare formulas Verborum.* Edere operam Suet. Vit. c. 10. *i. dare. conf.* Gronou. ad Liu. 3, 63 pr. et 4, 24 pr. Ferrum istud, 80 ciuili bello purum et innoxium, bonas tandem et nobiles Edet operas Sen. de Prouid. c. 2. Emuntur mercenariorum operae, non artes Cic. Off. 1, 130. Eniti ope atque opera omni, vt aliquid fiat Idem Att. 14, 15. Est mihi opera, Plaut. Merc. 2, 2, 15 Dicam, si videam tibi operam esse aut otium, *i. te hoc agere, hanc mihi operam dare velle.* 85 Est operae, *idem quod Opus est, vel vacat.* Plaut. Casin. 5, 2, 5 Operam date, dum mea facta itero, Est operae auribus accipere. Liu. 21, 9 Nec Annibali in tanto discrimine rerum operae Est legationes audire. Operae vbi mihi Erit, ad te venero Plaut. Truc. 4, 4, 30. Est operae, pro Operae pretium est. Perf. 6, 9 Lunari portum est 90 operae cognoscere ciues. *Versus est Ennii Poetae citatus a Persio.* Non Est operae Plaut. Merc. 5, 2, 77. et Mil. 2, 2, 97. *it.* 3, 2, 6. Con- silibus operae non Erat, id negotium agere Liu. 4, 8 pr. Si operae illi Esset Idem 5, 15. *Add.* Liu. 5, 75 med. et 21, 9. Val. Max. 1, 7, 2. Nunc mihi operae non Est, quum otium erit, etc. Gell. 7, 17. Sed 95 Pauper, cui opera vita Erat: *i. qui victum sibi comparabat ex labore* Ter. Phorm. 2, 3, 16. Plaut. Merc. 4, 5, 10 Tuus pater bellissimus Amicam adduxit intro in aedes — EV. Pol haud censebam istarum esse operarum patrem, *i. talia facere, tale dedecus in semittere.* Sed Esse in operis Cic. Verr. 3, 94 c. 41. *dicuntur, qui operam dant in pro- uincia publicanis, et partem illorum negotiorum administrant.* Sic etiam 100 Fam. 13, 9. Exigere plenam operam Quinctil. 1, 1. Plaut. Bacch. 3, 2, 3 Homini amico qui est amicus, ita vti nomen possidet, nisi deos, nihil praestare, id opera Expertus sum esse ita. Facere operam ora- tionis compendi Plaut. Most. 1, 1, 57. *i. Paucis eloqui.* Fungi opera 105 mediaestini Vlpian. l. 1. D. Naut. caupon. etc. Plaut. Rud. 2, 4, 22 Cur

Cur tu operam Grauari mihi, quam cuius cui commodat? *Non tamen puto voluisse Plautum, Grauari operam: sed intelligi commodare.* Impendere operam intra tectum, Impendere duplicem operam, Infumere, Interponere, *vid. hb. vv.* Locare operam alicui Plaut. Pseud. 1, 5, 147. Quum operam historiae Locasset Gell. 3, 3. Ludere operam, *vid. LVDVS. Conf. mox Perdere operam.* Mittere homines in operas Cic. pro Planc. 47 c. 19 *merendae mercedis illis facultatem praebere.* Nauare Liu. 44, 34. — alicui Cic. ad Brut. Epist. 8. Nauare bonam operam, *vid. BONVS.* Non Parcam operae Cic. Fam. 13, 28. Perdere operam, *quod et Operam ludere dicitur: hoc est, in vanum laborare.* Cic. pro L. Muraen. 23 Quod quidem ius Ciuile didicisti, non dicam operam perdidisti. Idem de Orat. 1, 126 Inque eo maxime probaui summum illum doctorem Alabandensem Apollonium, qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud se Perdere. *Conf. Plaut. Cal. 2, 7, 1. et Bacch. 1, 2, 24 et 57.* Perdere operam et oleum, *vid. OLEVM.* Cic. Att. 2, 17 Ne et opera et oleum philologiae nostrae Perierit, *vid. OLEVM.* Idem Off. 1, 78 Quod in rebus honestis et cognitione dignis operae curaeque Ponetur, id iure laudabitur. *Add. ib. 19 c. 6.* Idem Att. 13, 27 Quidquid erit, operam in Faberio Ponamus. *Demus operam, ut pecunia exigatur a Faberio.* Bene Ponere operam Cic. Q. Frat. 2, 4. Idem de Clar. Orat. 174 Multam operam et amicis vtilem Praebuit. Idem in Verr. . . . Vt ad ea tollenda operam suam Profiterentur. Reddere operam vel operas, *vid. REDDO.* Tu musis nostris para, ut operam Reddas Cic. Fam. 16, 10. Reddere iustam operam Col. 6, 3, 3. Otii et Cato Reddendam operam putat Iustin. in praef. n. 5. *i. opus per osium elaboratum.* Cic. Acad. 4, 6 Non modo operam nostram nunquam a populari coetu Remouemus. *i. in publico dicimus, causas agimus, etc.* Idem Verr. 4, 69 Tibi haec opera Sumenda est. Sumere inanem Hor. de Arte Poët. 443. Surripere operam alicui, *vid. SVRRIPIO.* Suscipere operam et munus aliquod Cic. pro Corn. Balb. 17. Tradere mutuas operas, *vid. MVTVVS.* Tribuenda est opera Reipubl. vel omnis potius in ea cogitatio et cura ponenda est Cic. de Diuin. 2, 7. Idem Acad. 4, 121 Negat opera deorum se Vti ad fabricandum mundum. ¶ 5 Operas quoque homines vocamus, qui mercede vel seruitutis causa aliquid faciunt: Ipse dominus diues operis et laboris expers Plaut. Amph. 1, 1, 16 *male hoc refertur. Hic enim operis est Genitiuus ex Opus.* Seru. ad Aen. 11, 184 Si ipsas personas significamus, quae quid faciunt, dicitur feminino genere, Hae operae. Cic. Verr. 5, 46 Nauem tibi operis publicis Mamertinorum esse aedificatam. *videtur autem hoc tractum e re rustica, vbi proprie quidem opera est labor vnius hominis et vnius diei, s. quantum vnus homo vno die efficere potest; sed ita loqui solent, ut possis eo nomine ipsos homines intelligere.* Vt Col. 3, 21, 10 Operas plures conducere. Idem 11, 2, 46 Proscinditur ager operis tribus, iteratur duabus, tertiat vna. *Sic 11, 2, 44 Opera vna puerilis. i. vnus puer vno die opus faciens.* *Conf. Col. 2, 13. et Varr. 1, 18.* Horat. Sat. 2, 7, 118 Ocius hinc te Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino. Cicero fere vitur, cum de seruis aut liberis ad malum facinus conductis contentim loqui vult. V. g. pro Sext. 59 En cur caeteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur, quum hoc illius funesti anni perditio exemplo videant, per Tribunum aliquem et sexcentas se operas fortunis spoliari, et regno omni posse nudari. Cic. Philipp. 1, 2 Cuius maleficii ista poena est, vt dicere hoc ordine auderet, se publicis operis disturbatum publice ex Senatus sententia aedificatam domum? Idem Q. Frat. 2, 1 Deinde eius operae repente a graecostasi et gradibus clamorem satis magnum sustulerunt. *Et Att. 1, 13 de Clodii iudicio, Boni viri precibus Clodii a causa remouentur, operae comparantur.* Id. Philipp. 1, 21 c. 9 Quis aut accusator tam amens reperiretur, qui reo condemnato obiici se multitudini conductae velit? aut iudex, qui reum damnare audeat, vt ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? Cic. pro Sext. 38 Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis, et ad diripiendam urbem concitatis. Idem Att. 1, 13 Operae Comparantur *i. testes falsi, iudices corrupti ad Clodium absoluendum.* Confirmat operas suas Clodius Idem Q. Frat. 2, 3. Prohibere operas aditu Cic. Att. 4, 3. Theatrales operae Tacit. Ann. 1, 16. ¶ 6 Opera, in sacris. Soluo operam Dianae Afran. apud Non. 12, 21 *i. ex interpret. Turnebi Adu. 6, 9 sacra facio.*

OPERVLA, ae. f. Dimin. Apul. Met. p. 105, 31 Operulas etiam in eam contuli, quas adhuc vigenis sagariam faciens merebam. *Conf. Arnob. 4 p. 147.*

OPELLA, ae. f. Aliud Dimin. Forensis opella Hor. Epist. 1, 7, 8. Parua opella Lucret. 1, 1105.

OPERARIVS, i. m. [*ἔργαρος*] Humilem et rusticanum mercenarium notat. Cato R. R. 5, 4 Operarium diutius die eundem non habendum. Cassius apud Varronem de R. R. 1, 17, 3 scribit operarios parandos esse, qui laborem ferri possint, ne minores annorum viginti, et ad agriculturam dociles. *Conf. 1, 17, 6. 1, 18, 4.* Cic. Verr. 4, 77 Barbaros quosdam Lilybaeo scitote aduocatos esse operarios. Id. in Parad. 3 Vtrum de bonis est quaerendum, quid baiuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint? *Add. Cic. de Cl. Orat. c. 73 extr.* Appositus ad deferenda quaedam onera operarius Cic. Verr. 4, 126. Idem de Orat. 1, 83 Hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat, nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata.

OPERARIA, ae. f. [*ἔργαρος*] Plaut. Bach. 1, 2, 41 Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretiosa operaria es.

OPERARIVS, a, um. Adi. [*ἔργαρος, ἔργαρος*] Plin. 14, 10 Sed inter vina operaria numerantur. *b. e. Quod datur operariis.* Cic. pro Rosc. Amer. 120 c. 41 Homines paene operarios opponit deliciarum omnium atque artium puerulis. *Sic Idem Att. 7, 2 Nam de altero illo minus suum admiratus, operario homine.* Orator operarius Idem de Orat. 1, 263. Lapidem operarii, *Qui ad opus aliquod accommodari et incidi possunt* Plin. 36, 22 s. 47. Vfus operarius, *Qui ad aliquod opus faciendum adhibetur: vel qui alicui operae accommodatur* Idem 8, 3. Pecus operarium, *ut Operaria vacca* Columel. 6, 24, 4. aratro adhibita. Dies operarius, *i. Profestus laudatur e Caton. de R. R. c. 2 Vbi ea cognouit, rationem inire oportet operarium dierum.* *Per syncopen pro Operariorum. Sed Castigatoria exemplaria sic distinguunt, Operarum, dierum. ut sit ab Opera.*

OPEROSVS, a, um. Adi. [*ἔργαρος*] Multae operae, actiue, qui multum laborat. Cic. de Senect. 26 c. 8 Sed videtis, vt senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam sit operosa, et semper agens aliquid et moliens. Colonus operosus Ouid. de Nuce 105

57. Mulier operosa capillis ornandis Ouid. Amor. 2, 8, 1. Mulier operosa cultibus Idem ib. 2, 10, 5. Brachia operosa Cyclophum Stat. Theb. 1, 2, 7. Ouid. Fast. 1, 101 Disce metu posito vates operose dierum, Quod petis. i. Qui in digerendis diariis laboras. Sic
- 5 Ouid. Met. 1, 258 Mundi moles operosa, caelum quod semper mouetur ex disciplina illa, et motum rebus inferioribus imprimit. Ita pro Efficaci ponitur Ouid. Met. 14, 22 Vtere tentatis operosae viribus herbae. Sic Ars operosa medentum Stat. Silu. 5, 1, 158. Cic. Off. 2, 17 Itaque quae in rebus inanimis, quaeque in tractatione beluarum sunt vtiliter ad
- 10 hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis. Sed ¶ 2 Operosus etiam passim capitur pro eo, quod multo labore perficitur. Plin. 18, 15 l. 37 pr. Et vicia pinguescunt arua, nec ipsa agricolis operosa: vno sulco sata non sarritur, non stercoretur etc. Sic Cic. Q. Frat. 3, 5 Sed res operosa est, et hominis perdiligentis. Conf. Brouckhus. ad Tib. 1,
- 15 10, 8. Sic Facilis et Operosus, contraria Plin. 15, 23. Aes operosum, Magno artificio et opere fabricatum Ouid. Epist. 3, 31. Agri Idem Amor. 2, 16, 33. Antra Propert. 3, 2, 14. Arua Ouid. de Arte Am. 1, 399 studiose culta. Bella Lucan. ad Pison. 21. Carmina Hor. Carm. 4, 2, 31. Concuratio Cic. de Clar. Orat. 323.
- 20 Gloria, Magna et difficilis Ouid. Epist. 2, 63. Labor operosus et molestus Cic. de Nat. Deor. 2, 59. Idem de Legib. 2, 65 c. 26 Sed post aliquando propter has amplitudines Sepulcrorum, quas in Ceramico videmus, lege sanctum est, ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo. Cic. Q. Frat. 2, 23
- 25 Scribendam illa, quae dixeram πολιτική, Spissum sane opus et operosum. Stamen Ouid. de Arte Am. 1, 695. Tempia Idem Met. 15, 667. Compar. Cic. de Legib. 2, 45 Textile, nec operosius quam mulieris opus menstruum. Diuitiae operosiores Hor. Carm. 3, 1 extr. Multo, se ipsam quam hostem superare, operosius est Val.
- 30 Max. 4, 1, 2. Superl. Plin. 7, 53 Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio Hilario ab antiquis traditur i. Harduino interprete difficillima creditur. Id. Plin. 2, 5 Syria in hortis operosissima. Indeque est prouerbiū Graecis, Multa Syrorum olera.
- OPEROSE. Adu. [εργαστικῶς] Laboriose, difficulter. Cic. in Orat. 35 149 c. 44 Quod vel maxime desiderat diligentiam (est enim quasi structura quaedam) nec id tamen fiet operose. Compar. Plin. 18, 26 Dicemus mox paullo operosius. Sen. Brent. vit. c. 9 Operosius occupati sunt.
- OPEROSITAS, ātis. f. Fictum, ut videtur a Quinctil. 8, 3, 55
- 40 Est etiam, quae περιεργία, vocatur, superuacua, ut sic dixerim, operositas. Tertull. Cult. Fem. 2, 7 pr. ubi tamen al. leg. onerositas.
- OPERAEPRETIVM, [περγερον] Quod forte melius hodie dicitur, certe simplicium significationem retinet, et omnem fructum operae, quam late patet, designat, non tantum Manupretium. Ter.
- 45 Andr. 1, 3, 12 Audireque eorum est operae pretium audaciam. Vbi Donatus, Operae pretium dicitur de mirificis et laudabilibus. nam et ea, quae magna sunt, etiam si mala, tamen miramur: quia libenter audiamus: et hoc pretium est operae; id est audiendi. Caeterum est haec formula Enniana, ut obseruauit Vet. Schol. ad Hor. Sat. 1, 2, 37:
- 50 Audire est operae pretium procedere recte Qui rem Romanam, Latiniūque augetere vultis: quae ita παρὰν Horatius, Audire est operae pretium, procedere recte Qui moechos non vultis, ut omni parte laborent. Sic idem Serm. 2, 4, 63 Est operae pretium duplicis perno-scere iuris naturam. Et Epist. 2, 1, 229 Sed tamen est operae pretium
- 55 cognoscere quales Aedituos habeat virtus. Cic. Verr. 4, 30 c. 13 Iam ut haec omnia reperire, ac perscrutari solitus sit Iudices, est operae pretium cognoscere. Liu. 21, 43 in oratione Annibalis ad milites, Tempus est opulenta vos ac ditia stipendia facere, et magna operae pretia mereri. i. Magna praemia militiae, ait Budaeus. Liu. 25, 19
- 60 M. Centenius petit a Patribus, uti sibi quinque millia militum darentur: se peritum et hostis, et regionum, breui operae pretium facturum. Idem 25, 6 Operae pretium habent libertatem, ciuitatemque. Liu. praefatione operis, Facturusne operae pretium sim, si a primordio vrbis res Populi Romani perscripsero: nec satis scio, nec si sciam,
- 65 dicere ausim. Idem 31, 45 Ibi dies aliquot frustra absumti: et quia vix operae pretium erat, abscessere. i. Vix tanti fuisset vrbis capta, ut tempus tamdiu teneretur. Cic. pro Rosc. Amer. 108 Si nihil in ista pugna Roscii, quod operae pretium esset, fecerant: quam ob causam a Chryfogono tantis praemiis donabantur? Petron. 27 Nec tam
- 70 pueri nos, quamquam erat operae pretium ad spectaculum duxerant, quam ipse pater familiae. Sen. Epist. 108 Grammaticus e Ciceroe de republica Ennianos colligit versus, et in primis illos de Africano scriptos, Cui nemo ciuis neque hostis Quibit pro factis reddere operae pretium (Sic legendum, ut sibi constet pentametrum carmen, non operae)
- 75 Ex eo se ait intelligere, apud antiquos non tantum auxilium significasse operam, sed opera. Est itaque operae pretium apud Ennium, pretium operum. Caeterum ad explendum epigramma e Cic. de Legg. 2, 57 c. 22 praeposendum est, Hic est ille situs. Plin. 30, 10 l. 27 Operae pretium est scire, quomodo praeripiatur. Sic et 36, 15 l. 24, 8.
- 80 OPEROR, āri. Dep. [εργάζω, εργαζομαι, εργαζομαι] In opere aliquo faciundo laborare. Plin. 11, 10 Adolescentiores ad opera exeunt, et supradicta conuehunt, seniores intus operantur. Vet. Gloss. Operatur, εργαζεται. Lucret. 4, 289 Et quibus in rebus contuerunt esse operati. Columel. 12, 4, 3 Si rebus venereis fuerit operatus vel vir vel femina, debere eos flumine ablui. Plin. 25, 2 ad finem, Sedere namque in
- 85 his scholis auditioni operatos gratius erat, quam ire per solitudines, et quaerere herbas alias aliis diebus anni. Ipsum regem operatum his sacris se abdidisse Liu. 1, 31. Add. Virg. Ciri 142. Val. Max. 6, 6, 1. Scholae Quinct. 10, 3, 13 de studio eloquentiae. Operari superstitionibus. Liu. 10, 39 Dum hostes operati superstitionibus concilia secreta agunt. Sic emend. Lipsius, cum legeretur superati. Vid. n. 2. Columel. 10, 359 Operata legibus iuuentae mulier. i. mensuraata s. mensuris laborans. Operari liberalibus Studiis Tacit. Ann. 3, 43, 2. Caedendis materiis operari Tac. H. 5, 20, 4. ¶ 2 Opera-
- 95 ri Nonio 12, 21 est religiose, et cum summa veneratione sacrificiis litare vel conuiuari. Laudat inter alia illud Lucil. Aut operata aliquo celebri cum aequalibus fano. Inuen. Sat. 12, 92 Et matutinis operatur festa lucernis. Conf. Vet. Scholiast. ad h. l. Virg. Georg. 1, 339 Laetis operatus in herbis. Add. Lamprid. Heliog. c. 8. Vid. Turneb. Aduers. 6, 9. Briffon. de Form. 1 p. 16. Bentl. ad Hor. Od. 3, 14, 6. Propert. 2, 24, 2 Cynthia iam noctes est operata decem. b. e. sacra Iudis et festa celebravit. Tib. 2, 1, 9 Omnia sint operata Deo. Aud. Sil. 2, 674. Et videntur hic referenda etiam, quae n. 1 deimus, Operari superstitionibus, Legibus iuuentae, Studiis liberalibus. ¶ 3
- 100 Operari, apud Scriptores Christianos est Eleemosynas conferre. Cyprian. de



de Opere et Eleemos. c. 9 et 11. Tertull. *aduers.* Marc. 4, 16. Ambros. de Off. 2, 16. *Conf. Desid. Herald. Digress.* 2, 3 extr.

Accusat. Bella bis quinque operatus annis Vltor Atrides Boëth. de Conf. 4 met. 7. ¶ 5 Nihil denique praetermitteret, quod ad crudelitatem videretur operari *i. facere*, συντρέχει Capit. Maxim. c. 13. 5

OPERANS, antis. Partic. Plin. 21, 14. Apul. Met. 3 p. 130. Cael. Aurel. Acut. 3, 8, 9. etc. *Conf. Virg. Georg.* 1, 339. Bonitas Operantior Tertull. *adu.* Marc. 4, 2. Praestantius atque operantius finapi C. Aurel. Acut. 2, 9. Clysters adhibere operantissimos C. Aurel. Acut. 2, 39.

OPERATVS, a, m. Partic. [ἔργαστος] Liu. 4, 60 Saltem acquiescere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum Reipublicae esset. Iuuentus operata connubiis nouis aruis Virg. Aen. 3, 136. Tac. H. 5, 20 Operatus materiis caedendis miles. In cute curanda plus aequo Hor. Epist. 1, 2, 29. Qui in componendis, audien-

dis, discendisque canticis operati sunt Sen. de breu. Vit. c. 12. Ouid. Fast. 6, 249 Vesta faue: tibi nunc operata resoluimus ora. Tib. 2, 1, 65 Atque aliqua assiduae textis operata Mineruae. *Dubium est illud* Tib. 2, 6, 18 Praeda tamen multis est operata malis. Omnia sint operata Deo, *b. e. Sacrificent, siue rem diuinam faciant* Tibull. 2, 20 1, 9. *Add. Id.* 2, 5, 95. *Nempe ponitur Operatus, absolute, pro Operatus sacris.* Sic Tacit. Ann. 2, 14, 1 Nox eadem laetam Germanico quietem tulit, viditque se operatum, et sanguine sacro resperfa praetexta, pulchriorem aliam accepisse. Curt. 8, 10, 17 Per decem dies Libero Patri operatum habuit exercitum. Iul. Obf. 71 Mulieres tres 25

quae operatae sedebant in aede Mineruae. *Compar.* Tertull. de Anima c. 57 Non alia fallaciae vis est operatio. *Forse melius operantior. vid. OPERANS.* *Nec, quod quibusdam placet, passiuè accipiendum, quod ait* Idem *adu.* Haeret. c. 29 Tot virtutes tot charismata perperam operatae. *Certius Afran. apud Non.* 12, 21 Vt operatum illum 30 Dianae degerem sanctum diem.

OPERATIO, ònis. f. Plin. 11, 24 Tertium aranearum genus erudita operatione conspicuum. Cic. *Att.* 6, 3 Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest, licebit eum solus ames, me aemulum non habebis. Operatione, *i. Turpi instigatione.* Sunt tamen, qui 35 Oratione legant. *Bos. leg. obiratione.* Operatio, *Sacrificatio.* Plaut. *Fragm.* Vt isthaec operatio crimen expiet. *Vid. Xyland. ad Horat. Od.* 3, 14. *Par. Lxx. Crit. p.* 855. ¶ 2 Operatio pro virtute φιλοπονίας Prudent. *Psychom.* 573.

OPERATOR, òris. m. Firmicus 3, 9 n. 7 Si Mercurius in hoc 40 loco partiliter fuerit constitutus, faciet multa perpeti mala laborantes. eorum enim artes erunt, aut sordidae, aut squallidae, ex quibus vigiliae perpetuae operatoribus exigantur: quales sunt confectores coriorum, fullones, lanarii. *Conf. Tertull. de Cast.* c. 3. et Hieron. Epist. 151 extr.

OPERATRIX, icis. f. Tertull. de Anima c. 11 et 52. 45

OPERCULO, OPERCVLVM, *vid. post OPERIO.*

OPËRIO, operui, opertum, ire. [ἐπικαλύπτω] *Claudere, tegere: ex Ob et Pario: sed B abiicitur, ut in Omitto: quod prima brevis satis indicat.* Catull. 66, 40 *ad ianuam*, Tantum operire soles aut 50 aperire domum. Plin. 11, 37 Morientibus oculos operire, rursusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est. Sopor operit oculos Catull. de Berecynthia f. 61 (64) 37. Ostium operire Ter. *Phorm.* 5, 3, 33. Operire, *Tegere.* Propert. 3, 13, 35 Atque hinuli pellis totos operibat amantes. Caput Hor. *Sat.* 2, 3, 37. Fron- 55 de operire domum Tibul. 2, 1, 40. Pellis operit latos humeros Virg. Aen. 11, 680. Floribus et fertis operit limina Lucret. 4, 1172. Lucium operire, *Celare, abscondere, non patefacere* Plin. Epist. 3, 16. Nox operit terras Virg. Aen. 4, 352. Operibo caput, pro Operiam Pompon. *apud Non.* 10, 25. *Pass.* Cic. *Verr.* 4, 118 In hac insula 60 extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu operiretur, nisi munitione, etc. Arbos operitur frondibus Ouid. *Fast.* 1, 153. *Burm.* Vitibus amicitur.

OPERTVS, a, um. Partic. [ἐπικαλυμμένος] Montes operiti 65 arbore Ouid. *Met.* 5, 612. Pectus operita comis Pallas Propert. 2, 2, 6. Cic. pro Cluent. 61 Tum vero illa iudicia Senatoria, non falsa inuidia, sed vera atque insigni turpitudine notata, atque operita dedecore et infamia, defensionem locum nullum reliquissent. Idem *Verr.* 4, 111

Non importunissimas istius libidines, non vim, non contumelias, quibus operiti oppressisque erant, conquerebantur. Operiti praeda laquei, *i. Onusii* Plin. in *Paneg.* c. 43 extr. Aemus operitus nubibus Ouid. *ex Pont.* 4, 5, 5. Bella operita tumescunt Virg. *Georg.* 1, 465. Caput operitum Hor. *Serm.* 2, 3, 37. Caput detexit Lucan. 9, 1035. Cic. de *Senect.* 34 Nullo imbri, nullo frigore adduci, vt Capite operito fit. *De Mafsniffa rege.* Fores Ouid. *Fast.* 2, 563. Lectica operita ferri per oppidum, vt mortuus Cic. *Philipp.* 2, 106. Nox Stat. *Theb.* 10, 18. Oculis operitis aliquid facere, vt *Claustis oculis* Senec. de *Benef.* 4. Ratio Ouid. *Fast.* 3, 763. Rerum operitarum patefactio Cic. de *Fin.* 2, 5 c. 2. Sacra operita Val. *Flacc.* 2, 440. 80

Vas operire Scribon. 269. Vase operito Idem 271 *i. claudere.* Abditum et opertum. *Vid. Abditum, in ABDO.* Opertum et Aperitum, *contraria* Plaut. *Capt.* 3, 3, 9. Proferre operita Cic. de *Diuin.* 1, 114. Recludere operita Hor. *Epist.* 1, 5, 16. Cic. in *Parad.* 4 Romae sum, inquis. Et tu quidem in operito fuisti. *i. Domi clausus* 85

*tantum latens non prodisti in publicum.*

OPËRTE, Adu. Gell. 4, 11 Operte et symbolice.

OPERTVM, i. n. [ἐπικαλυμμένον] *Locus contestus, in sacris.* Cic. in *Parad.* 4 Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si opertum Bonae deae accessisses, exulares. *Conf. Barth. Adu.* 40, 13 extr. 90 *Sic de crypta*, Prudent. *Peristeph.* 11, 169 Talibus Hippolyti corpus mandatur operitis. *Est ibi elegans descriptio earum, quas catacumbas vocant.* ¶ 2 At Cic. de *Diuin.* 1, 113 c. 50 Similiter Marcus et Publicius vates cecinisse dicuntur, quo de genere Apollinis operita prolata sunt. *Repetit* 2 c. 55 Nec Apollinis operitis credendum 95 existimo. *Hic dicta et vaticinia obscura intelliguntur.*

OPERTVRA, ae. f. Ammian. 20, 7 Petitus balistarum icibus et sagittarum densitate, opertura armorum abscessit innoxius.

OPERTVS, us. m. Macrobian. Saturn. 7, 9. Apul. *Apol.* p. 310 Non modo indutui et amictui, sed opertui quoque in rebus sacris 100 vsurpatur.

OPERIMENTVM, i. n. [ἐπίβλημα] *Quo aliquid tegitur.* Cato de *R. R.* c. 10 In stragula octo, puluinos sedecim, operimenta decem, mappas tres. Plin. 16, 43 f. 84 Quae in laminas secantur, quorumque operimento vestiatur alia materies, praecipua sunt citrum, te- 105

rebinthus, aceris genera, buxum, etc. *Hac pertinet* 32, 11 f. 52 Oper-  
ta acere aut citro triclina. *Opermentum contracte* Prud. Pſych. v. 463.

OPERTORIVM, i. n. [*ἐπιβάλοιον* Gloss. Gr. Lat.] *Idem*. Sen.  
Epist. 87 *post init.* Ex duabus penulis, altera stragulum, altera operto-  
5 rium facta est. *Conf.* Sidon. Epist. 3, 12.

OPERCŪLVM, i. n. [*ὄραϊον, ἐπιθήμα, πῶμα*] *Instrumentum*  
*quo aliquid tegitur.* Cato de R. R. c. 10 Operculum aheni vnum. Usque  
ad operculum minoris Scribon. 230. Superposito operculo *Idem* 122.  
Ambulatorium operculum, *vid.* AMBVLO. *Add.* Plin. 8, 39 Dignum  
10 patella operculum. *Prou.*

OPERCŪLO, āre. [*πωμαζω*] *Operculo operire.* Colum. 11, 2, 50  
Nunc autem si sunt pleni atque operculati faui, demetendi sunt. *Add.*  
f. 57. *Idem* 12, 15; 2 Quae vasa confestim operculare et oblinere conue-  
nit. *Add.* *Idem* ib: c. 30, 1.

OPERCVLATVS, a, um. Partic. *Modo vidimus ex Co-*  
lumel. 11, 2, 50.

OPERTO, āre. *Frequent.* Lucil. *apud* Fest. Sagus, quem pin-  
guis opertat.

OPERTANEVS, a, um. Adi. [*μυρτιδος*] *vt*, Opertanea fa-  
20 cra, *Quae in operto, non in aperto, nec sub dio fiebant.* Plin. 10, 56.  
Opertaneos inter Deos refert Mart. Capell. l. p. 16.

OPEROR, OPEROSVS, *vid.* OPERA, ae.

OPES, *vid.* OPS.

OPETIS, is. f. *Herba, al. aristolochia.* Apul. de herb. c. 19.

## O P H

OPHELTES, ae. m. [*ὄφελτης*] *Filius Lycurgi a serpente ne-*  
*catus.* De quo Ouid. Met. 3, 605. Stat. Silu. 2, 1, 181 Sic et in an-  
guiferae ludentem gramine Lerna Praecifum squamis avidus bibit  
30 anguis Ophelten. *Conf.* *Idem* Theb. 4, 733. ¶ 2 *Alius*  
*Cyzicenus apud* Val. Flacc. 3, 198.

OPHEOSTAPHYLE, es. f. *Frutex capparitis.* Plin. 13, 23.

OPHIACA, orum. n. pl. *Idem* 20, 23 Petridius ophiaca scripsit:  
*ὄφιακὰ medicamenta contra serpentes, vt ἔρημια.*

OPHIAS, adis. f. Ophii filia, Combe. Ouid. Met. 7, 383.

OPHIASIS, is. f. [*ὄφιασις*] *Vitium est capitis, pueris praeser-*  
*tim familiare, ab occipite plerumque originem ducens, indeque usque ad*  
*aures et frontem paulatim serpens, donec vtrinque fines quasi capite et cau-*  
*da committantur. Unde et nomen inuenit: ὄφις enim Graece nobis ser-*  
40 *pentem sonat. Quacunque hoc malum serpit, cutis emoritur, pilus ex-*  
*cidit, glabretaque per extimam capitis cutem sparsa, serpentis effigiem*  
*relinquunt.* Cels. 6, 4 *inter genera arrearum glabrarum in capite: Id*  
*vero, quod a serpentis similitudine ὄφιασις appellatur, incipit ab oc-*  
*cipitio: duorum digitorum latitudinem non excedit: ad aures duo-*  
45 *bus capitibus serpit: quibusdam etiam ad frontem, donec se duo ca-*  
*pita in priorem partem committant, etc.*

OPHICARDELVS, i. m. *Gemma est, in qua nigrum colorem*  
*binæ lineae albae includunt* Plin. 37, 10.

OPHIDION, i. n. [*ὄφιδιον*] *Pisciculus est congro similitis, multa*  
50 *tamen minor, a serpentis figura nomen habens. Meminit eius* Plin. 32 c. vlt.

OPHIOGENES, um. m. Pl. [*ὄφιογενής*] *Populi sunt in Hel-*  
*lesponto, qui serpentum ictus contactu leuant, et manu imposita ve-*  
*vena extrahunt corporibus* Plin. 7, 2. *Add.* *Id.* 28, 3.

OPHIOMACHVS, i. m. [*ὄφιομαχος*] *Lacerta a Graecis dicitur,*  
55 *quod cum serpentibus pugnet.* Vulg. *Leuit.* 21, 22.

OPHION, ōnis. m. [*ὄφιων*] *Socius fuit Cadmi ex Spartis illis,*  
*qui e denibus serpentinis nati fuerunt, ideoque et nomen habet a serpente,*  
*qui Graeco ὄφις dicitur. Hinc*

OPHIONIVS, a, um. Adi. [*ὄφιωνιος*] *Senec. Oedip.* 485 Sa-  
60 *cer Cithaeron sanguine inundavit, Ophioniaque caede, i. Thebana,*  
*Penthei et sociorum eius Bacchi contemptorum. Cadmus enim cum sociis*  
*Thebas condidit.*

OPHIONIDES, ae. m. *Ophionis filius.* Ouid. Met. 12, 245.

OPHION, ōnis. m. [*ὄφιων*] *Nomen viri proprium, qui cum*  
65 *Eurynome uxore, quam genuit Oceanus, ante Saturnum rerum potitus est,*  
*quem Saturnus fugavit.* Claud. de Rapt. Proserp. 3, 348 *Hos onerat ra-*  
*mos exutus Ophion.* *Id.* *Ianum Parrhasium ad l. d.* ¶ 2 *Ophi-*  
*on, peculiare Sardiniae animal* Plin. 28, 9 et 30, 15.

OPHIOPHAGI, orum. m. pl. [*ὄφιοφάγοι*] *dicti sunt, Quē*  
70 *serpentibus vescuntur, cuius generis populos ad sinum Maris rubri me-*  
*morat.* Plin. 6, 29.

OPHIOPHAGIA, ae. f. *Vid.* *Reines. Epist.* p. 593 et 657.

OPHIOPHAGIA, orum. n. [*ὄφιοφάγια*] *Serpentum deuora-*  
*tio ad verbum. Vox quam OMOPHAGIIS Arnobii substitueri volebat*  
75 *Barth. Adu.* 11, 15 *ex Prudent. in Symmach.* 1, 130 *Virides discindunt*  
*ore chelydros Qui Bromium placare volunt. Sed refutatur a Reinesio*  
*Epist.* 66 p. 593 sq. *vid.* OMOPHAGIA.

OPHIOSCORODON, i. n. [*ὄφιοσκόροδον*] *Frutex est, qui no-*  
*tiore nomine Capparitis appellatur.* *Dioscorid.* 2. Plin. 13, 23.

OPHIOSTAPHYLE, es. f. [*ὄφιοσταφύλη*] *Frutex est idem*  
80 *cum Cappariti.* Plin. 13, 23 *Capparitis firmioris ligni frutex, feminisque et*  
*cibi vulgati. Quidam cum cynosbaton vocant, alii ophiostaphylen.*

OPHIOSTAPHYLOS, i. m. [*ὄφιοστάφυλος*] *Frutex est, ex sil-*  
*vestrium vitium genere, quae Vitis alba, et Graeco vocabulo Ampeloleuco*  
85 *vocatur a Plinio 23, 1. Latiorum nonnulli Serpentis uam interpretan-*  
*tur: itaque dictam putant, quod in Arabia, hoc fruticis genus praesen-*  
*tissimum venenum putetur.*

OPHITAE, arum. m. Pl. [*ὄφίται*] *Haeretici quidam fuerunt,*  
*qui Christum sub serpentis specie colebant. Interim tamen habebant et vi-*  
90 *vum serpentem, quem venerabantur et nutriebant.* *Vid.* *Isidor.* 8, 1.

OPHITES, is. m. [*ὄφίτης*] *Marmoris genus, habentis maculas*  
*serpentium maculis similes.* *Lucan.* 9, 717 *Quam paruis rinctus maculis*  
*Thebanus ophites. Memorat Plin.* 38, 7 *ex ophite columnas paruas,*  
*quod marmor sit nigricans, varium, dicaturque capitis dolores sedare,*  
95 *alligare serpentum ictus.* *Add.* *ib.* c. 22. *Stat. Silu.* 1, 5, 35 *Moeret*  
*onyx longe, queriturque exclusus ophites.*

OPHIVCHVS, i. m. [*ὄφίυχος*] *Est Signum caeleste, quod alii*  
*volunt Herculem esse, alii Aesculapium. Latine Anguitenens. De quo*  
*Cic. ex Arato de Nat. Deor.* 2, 109 *Atque haec quidem a tergo, propter*  
100 *caput autem Anguitenens,*

Quem claro perhibent ὄφίυχον nomine Graii  
Hic pressu duplici palmarum continet anguem  
Eius et ipse manet religatus corpore torto:  
Namque virum medium serpens sub pectora tingit.

105 *Conf.* *Manil.* 1, 331. *Caes. German. in Arat.*  
E e e e e

**OPHIUSA**, ae. f. Insula olim Rhodos dicta, *ut testatur Plin.* 5, 31. ¶ 2 *Est item Insula in mari Balearico, ex duabus Pityusis minor (nam maior Ebusus dicitur) propter serpentum copiam inculta: unde et Colubraria a Latinis appellatur. Vid. Plin.* 3, 5. ¶ 3 *Est et altera eiusdem nominis Insula, non procul a Creta, cuius etiam meminit Plin.* 4, 12. ¶ 4 Ophiusa item Oppidum fuit Sarmatiae Europaeae, ad Thyram anctem, *de quo idem Plin. loco iam citato.* ¶ 5 Ophiusa Herba est in Elephantine Aethiopiae regione nascens, liuida, difficilisque aspectu: qua pota minas terroremque serpentium animo obuerfari tradidit Democritus, in tantum, ut mortem sibi eo metu damnati consciscant: quare et sacrilegis bibenda dari consuevit Plin. 24, 17.

**OPHIVSIVS**, a, um. Adi. [ὀφιδίσιος] Ophiusia arua Ouid. Met. 10, 229 *pro Cypris: quod et Cyprus olim Ophiusa.*

**OPHRYIS**, ydis. f. [ὀφρυς] Herba denticulato oleri similis, 15 foliis duobus, quae capillis nigredinem inducit Plin. 26, 15.

**OPHTHALMIA**, ae. f. [ὀφθαλμία] Oculorum Aegritudo. ¶ 2 *Piscis, qui a Plinio vocatur Oculata* 32, 7. Plaut. Capt. 4, 1, 70 *Pernam atque ophthalmiam, horaeum, scombrum et trygona, et cetum. conf. Turneb. Adh.* 4, 19.

**OPHTHALMICVS**, i. m. [ὀφθαλμικός] Medicus oculorum. Martial. 8, 74 *Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante: Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.*

**OPHTHALMOS TYPHONOS**, Oculus Typhonis, *herba, al. stoechas* Apul. de Herb. c. 42.

**OPHYRIVM**, s. **OPHIRIVM**, i. n. Materia vitri faciendi, *apud Plin.* 36, 26.

## O P I

**OPICILLVM**, *quid sit, quaerendum in loco Varronis* Est modus matulae, *περὶ μέθης* apud Non. 2, 113 *Cupas vinarias sircare noli, adde cyathum vini in vxorculae opicillum. Quid si est Diminutium, Ops, opicula, opicillum, i. paruum auxilium si remedium.*

**OPICVS**, a, um. Adi. [ὀπιός] Sordidum, immundum, et obscenum significat. Nam (ut ait Festus) Opicum pro Osco ponitur. Nempe proprium nomen Campanae gentis fuit. Aristides Quinctil. de Musica L. 2 p. 72 Meib. *Ἀναδιδυτοὶ εἰσι καὶ βοσκματῶδες, ὡς οἴτε περὶ τὴν Ὀμιλίαν καὶ Λευκάντιον. Est igitur conuicium in supidos et foedos homines.* Plin. 29, 1 s. 7 *sub Catonis persona de Graecis, Nos quoque dicunt barbaros, et spurcius nos quam alios opicos appellatione foedant.* Iuuen. Sat. 3, 207 *Opicos mures, dixit barbaros, qui non parcerent libris Graecis.* Idem Sat. 6, 454 *Nec curanda viris Opicae castigat amicae Verba.* i. *Quae non Latine loqueretur, sed Opice.* Tiro apud Gell. 13, 9 *Vt nostri Opici putauerunt: i. Plebei, rustici.* Gell. 11, 16. *Opicas euoluere chartas* Aufon. Profess. Burdig. 23, 3: 45

*Panis ibi opicus pro simila* Bernard. Bonaeuall. Abb. in Vita Bern. l. 2 i. ater. *Opicae tegunt papyri* Aufon. Epist. 4, 79. *Opicus magister* Idem Epigr. 128, 2. *Hoc nomine Eanum liguritem appellat. Vid. Scalig. ad Fest. et Aufon. et Turneb. Aduers.* 10, 12. *vel Lips.* 5. *Qu. Epist.* 6.

**OPIFERA**, vid. OPS.

**OPIFEX**, icis. c. [χειροτέχνης Vet. Gloss. Lat. Gr.] *ex Opus vel Opera et Facio compassum, latissimi usus est, ad omnia opera, artes, operas, honestas pariter atque humiles refertur.* Cic. Offic. 1, 150 *Opificesque omnes in sordida arte versantur.* Idem pro Flacc. 18 *Opifices et tabernarios, atque illam omnem faecem ciuitatum, quid est negotii concitare? Demosthenes dolere se aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria* Cic. Tusc. 4 c. 19. *Coronae opifex* Hor. Carm. 3, 27, 30. *Fulminis trifulci deus opifex* Senec. Hippol. f. 2. *Operis optimus opifex* Hor. Serm. 1, 3, 122. *Perfuadendi opifex, Rhetorice* Quinctil. 2, 15, 4. *Sic Stilus dicendi opifex* Cic. Fam. 7, 25. *Idem Tusc. 5, 34* *Etsi Zeno Citicius aduena quidam et ignobilis verborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiam videtur.* *Apes opifices* Varro de R. R. 3, 16. *Opifex, aedificatorque mundi Deus* Cic. de Nat. Deor. 1, 18 c. 8. *Sic Rerum Opifex de deo* Ouid. Met. 1, 79.

**OPIFICINA**, ae. f. [δημιουργεῖον, ἐργαστήριον] *pro Opificio, vel officina adeo.* Plaut. Mil. 3, 3, 7 *Si ea in opificina nesciam aut mala esse, aut fraudulenta.* Cic. Offic. 1, 150 c. 42 *Nec enim quidquam ingenuum habere potest opificina. Officina editur bodie.*

**OPIFICIVM**, i. n. [δημιουργία] *Opus ipsius opificis.* Varro de R. R. 3, 16 *de apibus. Nisi opificii eas vrget tempus.* De opificio Dei Lactantii *librum habemus.*

**OPIFICIVS**, a, um. Adi. Apul. Florid. 1 p. 224 *Exstare in opificiis operibus.*

**OPIGENA**, ae. f. *Iunonis cognomen apud Festum et Mart. Capell.* 1.

**OPILIO**, onis. m. [οπιλήν] *dicitur quasi Ouilio, hoc est, qui oues custodit. Sunt qui Vpilio, non Opilio scribant, auctoritate Prisciani, et Serui ad Ecl. 10, 19 qui dicit: O breuem in hoc nomine esse conuersam in V longum, ex literarum affinitate.* Columel. 7, 3 *Post foeturam deinde longinuae regionis pascua petiturus opilio, fere omnem sobolem pastioni reseruet suburbanae.* Virg. Ecl. 10, 19 *Venit et vpilio, etc.* Gloss. *Opilio, κηπόλος.*

**OPILIO**, inquit Festus, genus Auis est.

**OPIMVS**, Romanae gentis nomen. Plin. 14, 4 L. *Opimio consule, quum C. Gracchus tribunus pleb. seditionibus agitatae interemptus est, ea caeli temperies fulsit, quam coeturae vocant, Solis opere, natali urbis* 634. *Durantque adhuc vina ducentis fere annis, iam in speciem redacta mellis asperi: (etenim haec natura vinis in vetustate est) nec potari per se queunt, si non peruincat aqua, vsque in amaritudinem carie indomita.* Hinc Vina **OPIMIANA**, *de quibus Paterc.* 2, 7, 5. *Martial.* 9, 89 *etc.* Plin. 14, 4 *etc.* Petron. c. 34.

**OPIMVS**, a, um. Adi. [πίων] *Proprie pinguem et bene habitum notat; deinde sollempni metaphoram quidquid in suo genere excellere et reliquis praestantius esse indicare volumus.* Festus, *Hostiae opimae, praecipue pingues; et spolia opima, magnifica et ampla spolia.* Virg. Aen. 10, 449 *At spolia ego iam raptis laudabor opimis. Ac de his in*

**SPOLIA.** *Habitus corporis opimus, et Gracilitas, contraria.* Cic. de Clar. Orat. 64 *Habet enim certos sui studiosos, qui non tantum habitus corporis opimos, quam gracilitates consecerentur. Vid. mox*

*Dictionis opimum genus.* Cic. Verr. 1, 132 *Indignum isti videri cepit, ex tanta aede, tantoque opere se non opimum praeda, praesertim a pupillo discedere. Quasi dicas Opulentum et crassum.* Rebus bonis opima regio *Lucret.* 1, 729 *de Sicilia. Sed elementari ordine*

*Nomina, quibus iungitur, age, persequamur.* Acies opimae, i. Bella, in quibus spolia quaerebantur opima Stat. Silu. 4, 6, 65. Accusatio opima Cic. pro Flacc. 81. Ager opimus et fertilis Idem de Lege Agrar. 2, 49. et 50 c. 19. Arua Virg. Aen. 2, 782. Cic. pro Lege

5 Manil. 14 Asia vero tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine passionis, et multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat. Sic Opima praedia, apud Plin. 8, 43 pro *Quaestuosis*. Varro de R. R. 2, 1, 20

Boues atiles, ad sacrificia publica faginati, dicuntur Opimi. conf. Cic. Tusc. 5, 100. Boum opimorum alba colla Ouid. ex Pont. 4, 9, 50. Cadauera Valer. Argon. 3, 143. Cibus Plin. 22, 22. Dapes opimae Virg. Aen. 3, 224. Curtius 3, 11, 7 Opimum Decus caeso rege expetens, i. Spolia. Dictionis opimum quoddam et tanquam adipatae genus Cic. in Orat. 25. Vocat autem Opimum dicendi genus,

15 Quod est tumidum, nimisque redundans, et quod luxuriare quodammodo videtur, sed et pingue et crassum: unde etiam Pingue vocamus, id quod imperite dictum est: et Pingui vel crassa Minerua loqui, hoc est, Vulgari modo et sine eruditione. Fructus opimior Apul. Met. 5 p. 166. Iecore opimo fartus et satiatus Cic. Tusc. 2, 24. Ex Poeta. Membra

20 Gell. 5, 14. Mensa Sil. 11, 283. Cic. in Brut. 271 T. Accius Pisarenensis et accurate dicebat, et satis copiose, eratque praeterea doctus Hermagorae praecipis: quibus etsi Ornamenta non satis opima dicendi, tamen ut hastae velitibus amentatae, sic apta quaedam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur. Non satis opima

25 dixit, quod praecipis Hermagorae sint exilia: sic enim de eo scribit in hoc ipso Bruto 263 C. Sicinius probabilis orator, iam vero etiam probatus ex hac inopi ad ornandum, sed ad inueniendum expedita Hermagorae disciplina. Ea dat rationes certas, et praecipis dicendi: quae si minorem habent apparatus (sunt enim exilia) tamen habent ordinem, et

30 quasdam errare in dicendo non patientes vias. Pax Sil. 16, 685. Pingue Perf. Sat. 3, 32. Praeda Hor. Epod. 10, 21. Praeda opima praeclearaque Cic. pro Rosc. Amer. 8. Curt. 5, 1, 4. Quaestus Plin. 10, 51. Res Hor. Epist. 1, 2, 57. Spolia, vid. h. v. Triumphus Hor. Carm. 4, 4, 51. Victima Plin. 10, 21. Opima (sc.

35 Spolia) dicuntur absolute, ut Plin. Paneg. c. 17, 3. conf. Interpr. ad Curt. 3, 11, 7. et Sil. 12, 280. Flor. 2, 17, 11. Sen. Herc. fur. v. 48. Opimior, [πίστερος] Compar. apud Gell. 5, 14 Nam earum, quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat. Metaph. Non substantiae ipsi alimenta proficiunt studiorum, sed disciplinae, quia nec opimiorum animam efficiunt, sed ornatiorem Tertull.

40 de Anima c. 6. Opimissimi boues Idem ad Nat. 2, 8. OPIMITAS, atis. f. Solin. c. 59 Nam protinus atque poma eius ceciderint maturitate, alia protuberant: eaque tantum est opimitatis mora, ut fetus decidant ante nati. De arbore Medica. conf. Ammian.

45 19, 22. Plaut. Afin. 2, 2, 26 Maximas opimitates, et gaudio effertissimas. Idem Capt. 4, 1, 2 Maximas opimitates opiparasque offers mihi.

OPIME. Adu. [πίωνος] Abundanter et laute. Plautus Bacch. 3, 1, 6 Omnium ad perniciem instructa domus opime atque opipare.

50 OPIMO, are. [πιυλω] Pinguefacere. Columel. 8, 9, 2 ut alendis turturibus, Hyeme tamen offae panis vino madefactae, sicut etiam palumbos, celerius opimant, quam caeteri cibi. Add. 8, 7, 5. et Apul. de Mundo p. 68. Tralate. Auson. Epist. 15 pr. O qui venustos vberi facundia Sales opimas Tetradi.

55 OPIMATUS, a, um. Part. Opimata viuariis ostrea Sidon. Ep. 8, 12. Opimato abdomine venter Auson. Mosell. 105.

OPINIO, onis. f. [δόξα, λόγος, δόξασις]. Generatim assensionem infirmam significat, sententiam, non certis argumentis, sed fide aliorum dubia, aut qualicumque similitudine veri, saepe etiam errore, aut falsa

60 persuasione nixam: cuius ut sunt diuersa genera, ita opinio interdum est Fama, existimatio. Cic. ad Caesarem Iuniorum, Erat opinio bona de Planco, bona de Lepido. Ex Nonio 4, 329. Cic. Fam. 1, 7 Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. Nimia opinio Ingenii atque Virtutis Nep. 7, 7, 3. Add. Idem 18, 13, 2.

65 Pseudo-Cic. antequam iret in exil. 23 Ea maneat opinio et existimatio, quae virtute parata, non quae infelicitate illata est. Quae ciuitas in Gallia maximam habet opinionem Virtutis Caes. B. G. 7, 60. Cic. de Amicit. 37 Quum conciliatrix amicitiae Virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si a virtute defecerimus. Ibidem 98 Ego

70 autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione. Ad sunt multa eius rei exempla, tam laesae hercle quam conseruatae sanctissime utrobique (et in scholis et domi) opinionis Quintil. 1, 2, 4. Idem 6, 1, 36 Si aut statu periclitari aut opinione litigator videtur. Et 12, 1, 12 Malis hominibus ex contemptu opinionis et ignorantia recti non nunquam excidit ipsa simulatio. Et 12, 9, 4 Quae omnia non dum fiunt laudantur, sed cum facta sunt: unde etiam minus cupidis

75 opinionis plus fructus venit. Opinio, Suspicio. Varro Eudaeonibus apud Non. 4, 329 Qui omnes me bilem atram agitare clamitantes, opinionem mihi insaniae meae confirmant. Terent. Heaut. 2, 2, 3 Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant. Sententia non satis certa: Cic. Off. 3, 84 Non habeo ad vulgi opinionem, quae maior utilitas quam regnandi esse possit. Idem Brut. 190 c. 51 Qui vulgi opinione disertissimi habiti sunt, eosdem intelligentium quoque iudicio fuisse probatissimos. Cic. de Orat. 2, 210 c. 52

80 Illa excellens opinione fortuna, int. hominum, vulgi. Ibidem 2, 101 c. 24 In quo est illa quidem magna offensus — Sed etiam illa maior opinione mea, quod nemo potest, etc. Illud mea, quod habet Rob. Stephanus, probaruntque Nizolius et Strebaeus, recentiores omittunt. Cic. Offic. 3, 11 Qui primum haec natura cohaerentia opinione distraxissent,

90 Idem ad Caesarem Iuniorum ap. Non. l. c. Posthac quod volēs a me fieri scripto, vincam opinionem tuam. h. e. Diligentior ero, quam tu opinaris. Cic. Verr. 2, 182 Sane homini praeter opinionem improviso incidi. Id. pro Rosc. Amer. 45 Contraque opiniones omnium. Omnium opinione, Ut omnes existimant, et credunt. Cic. in Verr.

95 Act. 1, 2 Homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus: pecuniae magnitudine sua spe ac praedicatione absolutus. Cic. Fam. 12, 15 Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem poenas daturum. Celerius opinione venturus dicitur Id. ibid. 14, 23. Cic. Fam. 10, 31 Quod familiarem meum in tuorum numero habes, opinione tua mihi Gratius est. Plaut. Casin. 2, 5, 30 Opinione Melius res tibi habeat tua, si hoc impetramus. Praeter opinionem res

100 ceciderat Nep. 1, 2, 5. Prius tua opinione hic adero, bonum animum habe Plaut. Amph. 1, 3, 41. Pulchrior opinione Idem Mil. 4, 6, 23. Supra omnem opinionem Scribon. 107. Supra omnium opinionem est Id. 103. Cels. 1 in proem. Cuius autem rei non est certa

certa notitia, eius opinio certum reperire remedium non potest. Ut opinio est de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum, et non factum sit, existimari potest Cic. pro Cluent. 70. *Opinio et Veritas, contraria.* Idem de Nat. Deor. 161. Esse deos persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane velim. Cic. de Orat. 2, 156. Opinione istorum studiorum, et suspicionem artificii apud eos, qui res iudicent, oratori aduersariam esse arbitror. ¶ 2

*Epitheta:* Aduersa opinio, *Diuersa contraria* Plin. 9, 7. Aeterna Cic. de Orat. 1, 125. Bona opinio homini tutior pecunia est Publ. Min. Communis hominum Cic. de Orat. 1, 94. *Et de Natura* 10 Deor. 3, 72. Diuturna Cic. de Orat. 1, 125. Dubia Idem pro Domo 11. Principis mores atque instituta falsarum opinionum licentiam submoueret Mamertin. Paneg. Iuliani c. 4. *ubi vid. Acidal. et Liunei.* Fictae Cic. de Nat. Deor. 2. Grauis et vehemens opinio Idem pro Lege Manil. 23. Honesta de munere deorum et mente *Et pro Domo* 107. Incorrupta, *vid. INCORRUPTVS.* Obscura Cic. de Orat. 1, 92. Optima opinionis viri, *i. Famae* Grauis ICt. l. 9. Dig. Test. quemadmodum aperiantur. Popularis Cic. pro Cluent. 142. Stabilis Idem de Nat. Deor. 2, 5. Vanae Id. ibid. 2. Vetus Cic. Verr. 4, 106. Vulgaris Idem de Orat. 1, 109. 20

¶ 3 *Verborum formulae:* Abire ad vulgi opinionem, *vid. A B E O.* Accipere opinionem, *vid. ACCIPIO.* Cic. pro Caecin. 13. In eam opinionem Caesensiam Adducebat, ut mulier, etc. In opinionem Adducuntur Nep. 14, 6, 6. Cic. Fam. 1, 1. In eam opinionem rem Adduxerunt, ut Pompeius cupere videatur. Idem de Offic. 2, 46 25 Opinione Afferunt populo, eorum similes fore. Afferre grauem de aliquo iudicio opinionem Cic. pro Cluent. 142. Afferit et ista res opinionem Quintil. 2, 12. Amittere, Amouere, Aucupari opinionem aliorum errantem, Augere, *vid. ff. ll.* Cic. pro Muraen. 65 c. 31. Quantum opinione Auguror. Capere opinionem, 30 *vid. CAPIO.* Comprehendere, et Remittere opinionem, *contraria.* Cic. pro Cluent. 4. Deinde si quam opinionem iam vestris mentibus Comprehendistis, si eam ratio conuellet, si ratio labefactabit, si denique veritas extorquebit, ne repugnetis: eamque animis vestris aut lubentibus aut aequis remittatis. Concipere, Confirmare, Conuuluit opinio, *vid. bb. vv.* Crescit quotidie et est omnium opinio de diis immortalibus Cic. de Nat. Deor. 3, 11. Delet dies commenta opinionum Idem ibid. 2, 5. Deponere opinionem Cic. pro Cluent. 142. Detrahere, et Confirmare opinionem, *contraria* Quintil. 4, 1. Dicere ex communi quadam hominum opinione Cic. de Orat. 1, 94. 40 Differre suas opiniones Quintil. 4, 2. Diripere ad opinionem Cic. Att. 14. Discedere in opinionem Idem Fam. 6, 14. Duci non re, sed opinione Idem pro Muraen. 65 c. 30. Duplicare opinionem Id. Fam. 16, 21. Edita in vulgus opinio Caes. Bell. Ciuil. 3, 29. Cic. pro Cluent. 4. Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam? Excellens opinione fortuna quum laboribus et miseriis permista esse videatur Cic. de Orat. 2, 210. Exit opinio Suet. Neron. c. 53. *Add. Casaub. ad b. l.* Extabuisse videmus fictas atque vanas opiniones diuturnitate Cic. de Nat. Deor. 2, 5. Faciebat Lentulus, multo maiorem opinionem dicendi actione, quam quanta in eo facultas erat Cic. de Clar. Orat. 234. Idem Fam. 1, 6. Non Fallam opinionem tuam. Cic. Verr. 4, 23 c. 10. Per triennium soli non modo in Sicilia, verum, ut opinio mea Fert, his quidem in temporibus in omni orbe terrarum, vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumtu, molestia, 55 munere. Ibidem 5, 185. Te Latona et Apollo, et Diana, quorum iste Deli non fanum, sed ut hominum opinio et religio Fert, sedem antiquam, diuinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilauit. Cic. de Diuin. 2, 70. Credo Romulum, qui vrbeni auspicio condidit, Habuisse opinionem, esse in prouidendis rebus augurandi scientiam. Integritatis alicuius opinionem habere Cic. Att. 7, 2. Idem de Amicit. 30. Ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus Habebat, me dilexit. Habere falsam de se opinionem Quintil. 2, 17. Habet maximam opinionem virtutis Caes. Bell. Gall. 7, 60. Cic. in Verr. Act. 1, 42. An iste vnquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo Imbibisset? Imbuit opinio deorum mentem alicuius, Incidere in opinionem, Inficere opinionem prauitate, *vid. ff. ll.* Inflari opinione Cic. Off. 1, 91. Inferere nouas opiniones, et euellere insitas Idem in Orat. 97. Insita penitus opinio et vetusta, *vid. INSERO,* seu. 70 Inueterauit opinio, *vid. INVETERO.* Irrepere in opinionem gratiae Cic. de Arusp. Resp. 52. Labi ad opinionem aliquam, *vid. LABOR,* eris. Laborare opinione arrogantiae Quintil. 4, 1. Leuare aliquem opinione quapiam, *vid. LEVO,* in LEVIS. Minuere aliquam opinionem Cic. de Orat. 2, 210. Mouere quempiam ex opinione aliqua, Nascens opinio, Niti maiorum opinione, Obistere opinionibus, *vid. bb. vv.* Obtinere summam opinionem Quintil. 10, 5, 18. *i. in magna fama esse.* Cic. de Nat. Deor. 2, 63. Vetus haec opinio Graeciam Oppluit, scilicet exestum esse Caelum a filio Saturno. Penetrare ad sensum opinionemque iudicis Cic. in Partit. 123. Percrebuit opinio Idem Verr. Act. 1, 1. Non tam stabilis opinio Permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec vna cum saeculis aetatibusque hominum inueterare potuisset Cic. de Nat. Deor. 2, 5. Idem pro Lege Manil. 23. Erat etiam alia grauis atque vehemens opinio, quae per animos gentium barbararum Peruaserat. Peruenit opinio ad me Scribon. 171. *i. rumor.* Praebere opinionem Caes. de Bell. Gall. 3, 17. Pugnare ratione contra communem opinionem Cic. de Nat. Deor. 3, 72. Perspectae, planeque cognitae, atque ab opinionis arbitrio remotae res Idem de Orat. 1, 108. Refellere pueriles opiniones rectissimis rationibus Auctor ad Heren. 2. Respondere opinioni Cic. Fam. 2, 1. Sum. Idem Att. 9, 9. In his locis opinio Est, coniectura magis quam nuntio aut literis, Caesarem Formis ad XI Calend. April. fore. Vetus Est haec opinio, quae constat ex antiquissimis Graecorum literis atque monumentis Cic. Verr. 4, 106. Est eius opinionis Columel. 2, 12. In ea opinione Fui, 95 qua reliqui omnes Cic. Att. 8, 15. Idem pro Domo 11. Res Erat non in opinione dubia, sed in praesentia atque ante oculos proposito periculo. Est supra omnium opinionem Scribon. 103. Sententiae et opinionis alicuius participem Esse Cic. de Orat. 1, 172. Superare omnium opiniones Idem Att. 5, 16. Tenere opinionem Caes. de Bell. Ciuil. 3, 56 *extr.* Tradere diuersas opiniones Quintil. 3, 1. Trahere opinionem magnam ex compositione Scribon. 94. *i. famam.* Valet aeterna aut certe diuturna opinio tarditatis in eo, cuius in dicendo aliquid reprehensum est Cic. de Orat. 1, 125. Venerat in eam opinionem Cassius Idem Fam. 8, 10. *i. Ita de eo opi-* 105

- nari coeperant* Aemil. Prob. in Milt. c. 7. In opinionem nemini Veniebat Nep. 25, 9, 6. Cic. Acad. 4, 1 Non modo opinionem Vicit omnium, quae de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum.
- OPINIVNCŪLA, ae. f. Saluian. Massil. 4 p. 156 Si profutura ea tibi met vel tenui opiniuncula iudicares. Diuersae opiniunculae Rad. Ardent. homil. in euangel. fest. Petri Apost. p. 178.
- OPINIŌSVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 4, 35 Si cui tam opiniosus videbitur. *Superl.* [δοξικώτατος] Cic. Acad. 4, 141 c. 47 Quid duo vel principes dialecticorum Antipater et Archidemus opiniosissimi homines, nonne multis in rebus dissentiunt?
- OPINOR, ari. [δοῦναι, αἶμαι, ὑπολαμβάνω] Putare, suspicari, opinionem habere. Donatus ad Ter. l. seq. Quae opinamur, putamus: quae putamus, incerta sunt. Ter. Andr. 2, 2, 29 Num videntur conuenire haec nuptiis? P. non opinor Daue. D. opinor, narras? non recte accipis, certa res est. Cic. Acad. 4, 67 Sapientem nihil opinari, i. Nunquam assentiri rei vel falsae vel incognitae. Nihil sine ratione opinari Cic. de Diuin. 2, 15. Falso multa in vita homines opinantur Idem pro Domo 105 c. 40. Et de Clar. Orat. 131 Doctus etiam Graecis T. Albucius, vel potius paene Graecus, loquor vt opinor, sed licet ex orationibus iudicare. Plin. 28, 2 Quapropter de his, vt libitum cuique fuerit, opinetur. De vobis Senatus opinatur non secus, ac de teterrimis hostibus Cic. in Pison. 45 c. 20. Opinari Suet. pro Dicere vsus est: vt Aug. c. 51 Cum Aemilio inter caetera crimina vel maxime obiceretur, quod male opinari de Caesare soleret. *Vid. Casaub.* Id. Aug. c. 67 Cosmum seruum grauissime de se opinantem compedibus coërcuit. Idem Calig. c. 27 Nec omnes (interfecit) grauib. ex causis, verum male de munere suo opinatos.
- OPINO, are. pro Opinor. Ennius, Tacere opino esse optimum. *Vid. plura exempla apud Non. 7, 59.*
- OPINANS, Partic. modo vidimus ex Sueton. Aug. c. 67. Hinc
- NEC OPINANS, antis. Quod etiam iunctim scribunt, non opinans. Phaedr. 5, 7, 8 Concidit casu graui nec opinans. Lucret. 3, 973 Nec opinanti mors ad caput adstitit. *conf. Idem 5, 775 et 1319.*
- NEC OPINANTER. Adu. [ἀπροσδοκῆτως] Vet. Gloss.
- NEC OPINĀTVS, a, um. Adi. Cic. Acad. 1, 29 Nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat, multa improuisa haec, nec opinata nobis, propter obscuritatem ignorationemque causarum. Liu. 26, 51 Nec opinato aduentu. Idem 27, 33 In nec opinatam fraudem lapsos esse. Idem 33, 7 Ab nec opinato visu. Et 39, 49 Pro nec opinato gaudio.
- NEC OPINĀTO, aduerbialiter positum, pro Inopinanter, ex improuiso. Liu. 3, 15 Propiusque aliud nouum malum nec opinato exortum est. Idem 4, 27 Vnde ex nec opinato aduersum hostem inuadit. *Add. Id. 7, 17.*
- NEC OPINVS, a, um. Adi. Breuemque fugam nec opino sine reponunt Stat. Theb. 6, 592. *Add. ibid. v. 778.* Ipsum accipiter nec opinum rapit Phaedr. 1, 10, 6. Nocte grauem somno nec opina perdere morte Ouid. Met. 1, 224. Et struit arcana nec opina pericula cura Sil. 14, 189.
- OPINATIO, ōnis. f. [δόξα] Opinandi actus, Opinio. Cic. Acad. 4, 78 Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade, quod, vt feram et immanem beluam, sic ex animis nostris assensionem, id est opinionationem et temeritatem extraxisset. Idem Tusc. 4, 26 c. 11 Opinacionem autem, quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem. *Adi. Cic. Acad. 1 c. 31. Val. Max. 1, 8 extr. Sophista ineptae et mordacis opinionationis. conf. Arnob. 3 p. 103. et 7 p. 225. it. Cael. Aurel. Acut. 2, 9, 55.*
- OPINĀTVS, a, um. *Passiue.* Cic. Tusc. 4, 11 c. 6 Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, et ex duobus opinatis malis. Irreligiose opinata Arnob. l. 1. Sic Opinatos Ennius apud Gell. 11, 4 dixit, quos Euripides δοκῆντας vocat. Firmic. Astron. 3, 3 Magos ramosos faciet, vel philosophos opinatos, vel sacerdotes templorum in magica semper opinione clarissimos. Sic Opinatissimos auctores vocat Ruffin. Hist. Eccl. 1, 3. qui in magna sunt existimatione et fama. *Vid. Al. iat. Parerg. 8, 12. et Sauaron. ad Sidon. Ep. 1, 5. Ita Florus 2, 7, 8 Rhodos opinatissima insula, et totius Asiae insularum metropolis.*
- OPINĀTVS, ūs. m. Lucret. 4, 467 Pars horum maxima fallit Propter opinatus animi. i. Opinaciones animi, quae falsae possunt esse. Plin. 29, 1 Paruum opinatu.
- OPINAMENTVM, i. n. Idem. Apul. de Deo Socr. p. 299 *Colu. Elmenborst. vero leg. hortamenta p. 52.*
- OPINĀTOR, ōris. m. [δοξαστικός] Qui nihil affirmat, sed semper opinatur. Cic. Acad. 4, 66 c. 20 Ego vero ipse et magnus quidem sum opinator. Existimator redditur in Gloss. Isidori. ¶ 2 Opinatores l. 7 C. de exactionibus sunt exactores militaris annonae. Omnia de his opinatoribus, *vid. Iac. Gothofr. ad l. 34 C. Th. de annonae et trib. item ad l. 26 de Erog. mil. an.*
- OPINĀBĪLIS, e. Adi. [δοξαστός] Quod opinione concipi potest. Cic. Acad. 1, 31 Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Idem Tusc. 4, 74 Est illud, quod in omni perturbatione dicitur demonstrandum, nullam esse nisi opinabilem, nisi iudicio susceptam, nisi voluntariam. Gell. 12, 1 extr. Non naturalis amor, sed ciuilis et opinabilis. Artes, quae coniectura continentur et sunt opinabiles Cic. de Diuin. 1 c. 14. Omnis opinabilis est diuinatio: coniectura enim nititur *ibid.*
- OPIPARVS, a, um. Adi. [πολυτελής] Quod est magnarum opum, quod non nisi Opibus parari potest. Plaut. Pers. 4, 4, 1 Satin' Athenae tibi vifae fortunatae atque opiparae? Idem Capt. 4, 1, 2 Iuppiter supreme seruas me, measque auges opes, maxumas opimitates opiparasque offers mihi. Idem Mil. 1, 2, 29. et Pers. 1, 1, 4.
- OPIPARĒ. Adu. [πολυτελής] Abundanter. Cic. Att. 13, 50 (52) Itaque et edit et bibit *ἀδώς*, et iucunde, opipare sane et apparate. Idem Off. 3, 58 c. 14 Opipare a Pythio apparatus conuiuium. *conf. Sen. de Mort. Claud. et Plaut. Bacch. 3, 1, 6.*
- OPIPARIS, e. Adi. Opipares cibi Apul. Miles. 2 p. 33 *Pric. et p. 123 Elmenb.*
- OPIS, *vid. OPS.*
- OPIS, is. f. [Ὀπίς] Nympha comes Dianae. Virg. Aen. 11, 836 Opis ad aethereum pennis aufertur Olympum. *Vid. Macrobr. Saturn. 5, 22. et Claud. de Laud. Stil. 3, 254.*
- OPISCVS, inuenias aliquando scriptum pro VOPISCVS, *vbi vid.*
- OPISTOGRAPHVS, Adi. et OPISTOGRAPHON, Subst. [ὀπισθογράφος] Quod etiam in tergo, atque adeo utrinque in vtraque pagina folii scriptum est. *Fit enim ab ὀπίσθεν, id est, a tergo, et γράφω, scribe.* Plin. Epist.

Epist. 3, 5, 7 Hac intentione tot ista volumina peregit, electorumque commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem, et minutissime scriptos. *Pro charta deletili siue palimpsesto posse capi quibusdam videtur, quia* Vlpianus in l. 4 Chartae. D. de Bonor. posses. secundum tab. Chartae, *inquit*, appellatio et ad nouam chartam refertur, et ad deleticiam. Proinde et si in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio. *Sed potius familia coniungit, quam eadem explicat.* Opisthographi descriptio est Iuuenalis Sat. 1, 6 Scriptus et in tergo, nec dum finitus Orestes. *Conf. Ios. Scalig. Animadu. in Guilandini Comm. de Papyro p. 45.* ¶ 2 10

Opisthographa etiam appellabantur eae Chartae, quibus literae integebantur, quia a tergo inscriptae declarabant ad quem mitterentur. Solebant enim veteres epistolas in tabulis seu chartis conscribere, easque alia charta quae plerumque erat intus exarata, operire: deinde lino obligare: postremo obfirmare. Huc respexit Horatius, quum ad librum suum sic scribit Epist. 1, 20, 13 Aut fugies Vticam, aut vincetus mitteris Ilerdam. significat enim homines ex libro suo integumenta literarum facturos. Sciendum autem est libros veterum vna tantum ex parte fuisse exaratos: idcircoque volumina dicebantur, quia in vnum conuoluebantur. Itaque ex eis opisthographa facere licebat, quod non item ex nostris licet. Sic Lambinus cui fundus sunt verba Vet. Schol. quibus verba vincetus Ilerdam declarat, Aut fient de te opisthographa epistolarum. Sed nihil impedit, puto, opisthographa epistolarum accipere de ipsis literis in tergo puro chartarum, in auersa pagina iam scriptarum, exaratis: simili parsimonia eius, quam videt Cic. Fam. 7, 18 cum in palimpsesto scripsisset Trebaci. 25

OPISTHOTONVS, i. m. Morbus, de quo Cels. 4, 3 de ceruicis morbis, Neque tamen alius importunior acutiorque morbus est, quam is, qui quodam rigore neruorum, modo caput scapulis, modo mentum pectori adnectit, modo rectam et immobilem ceruicem intendit. Primum Graeci ὀπισθότονον, sequentem ἀμφοδόνον, vltimum στράνον appellant: quamuis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus vtuntur. *Conf. Plin. 28, 12. et 24, 12. it. 20, 21. Scrib. Larg. 255.*

OPISTHOTONIA, ae. f. Idem morbus Cacl. Aur. Acut. 3, 6, 61 ubi Latine vocat Raptum supinum.

OPISTHOTONICVS, a, um. Adi. [ὀπισθότονικός] Qui rigore ceruicis inflexibili laborat. Plin. 20, 18 Sanat et vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. de saxogeno. *Conf. Cacl. Aurel. Acut. 3, 6, 68.*

OPITER, ēris vel tris. Dicitur, Cuius pater auo viuo mortuus est: sic dictus, quod obitu patris genitus sit: aut quod auum post patrem habeat, id est pro patre. Festus. Epitome de nominum ratione sub Val. Maxim. Opiter, qui patre mortuo, auo viuo, gignebatur. *Conf. Quinctil. 1, 4, 25.*

OPITERGINVS, a, um. Adi. [ὀπιτεργίνος] Ab Opitergio Carnorum oppido, de quo Plin. 3, 19. Ratis Opitergina Quinct. 3, 8, 23 cuius historia est Flor. 4, 2, 33. et Lucan. 4, 462.

OPITVLOR, āri. Dep. [ὀπιτῶ] Adiuuare, subuenire: ab Ope et Tollendo, i. ferendo. Ter. Andr. 1, 3, 5 Si illum relinquo, eius vitae timeo: sin opitulor, huius minas. Mulier Hospiti oppresso iam desperatoque ab omnibus opitulata est Cic. pro Rosc. Amer. c. 10. Subuenire et opitulari patriae Id. Off. 1, 49 c. 15. *Add. ib. c. 43.* Permultum ad dicendum opitulati sunt praeceptores Idem de Inu. 2, 7 c. 2. Remedia Morbis opitulatur Cels. praef. Plin. 28, 8 E dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari. Sontibus opitulari poteram Cic. Fam. 4, 13. Ne id quidem tam breue spatium potest opitulari, Quin et mihi aduerseris Cornelia ap. Nep. Fragin. 12 n. 5. Ire amanti opitulatum Plaut. Mil. 3, 1, 26. ¶ 2 Affi-

ue Opitulo. Liu. Andr. apud Non. 7, 61 Da mihi hasce opes, quas peto, quas precor: corrige, opitula. *Add. Sarisber. Epist. 268.*

OPITVLATIO, ōnis. f. Vlpian. lib. 1. D. de minor. xxv. ann. 60. *Conf. Arnob. 4 p. 129.*

OPITVLĀTVS, ūs. m. Fulgent. Mythol. 3 Eius opitulatu cuncta germinum adolescit natiuitas.

OPITVLĀTOR, ōris. m. Apul. Florid. 3 p. 353 Sodalis opitulator.

OPITVLVS, i. m. [ὀπιτῶ] Dicitur est Iupiter, quasi opis lator: et proprie in rebus dubiis et malis dicitur. Festus.

OPIVM, i. n. [ὀπίονος, ὀπίος] Succus ex papauere, habens per somnum vim, si copiosus sumatur, mortiferam. Plin. 20, 18 Succus papaueris largus densatur, et in pastillos tritus in vmbra siccatur, non vi soporifera modo, verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnum: opium vocant.

## O P O

OPOBALSĀMVM, i. n. [ὀποβάλαμον] Succus balsami, ab ὀπός, ὀπῆ, i. succus. Plin. 12, 25 Succus e plaga manat, quem opobalsamum vocant, eximiae suauitatis, sed tenui gutta: ploratu lanis parua colligitur in cornua. *Conf. Seru. in Georg. 2, 219. Iustin. 36, 3. Martial. 11, 9 Lassa, quod externi spirant opobalsama drauci. Candida felices sudant opobalsama virgae Stat. Silu. 3, 2, 141. Hirsuto spirant opobalsama colio Iuuen. Sat. 2, 41.* 80

OPOBALSAMETVM, i. n. Iustin. 36, 3, 3.

OPOCARPĀTHON, i. n. [ὀποκάρπαθον] Succus carpathi, quem Plin. 28, 10 connumerat inter venena.

OPOPĀNAX, ācis. m. [ὀποπᾶνάξ] Succus panacis herbae, quae omnes morbos sanare dicitur Plin. 20, 24. Scribon. 207 Opopanax oleo dilutus exiguo. Ab eodem 106 etiam Opopanaces singulari Nominatiuo appellatur.

OPORICĒ, es. f. Medicamentum nobile: de quo Plin. 4, 14 Vnum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen vocant. Nomen habet, inquit Hermolaus, ἀπὸ τῆς ὀπῆς, hoc est a pomis arborumque fructibus.

OPORĪNVS, a, um. Adi. [ὀπορίωνος] Idem quod Latine Autumnalis. Martial. 9, 13 Si daret Autumnus mihi nomen, ὀπορίωνος essem. Si quidem ὀπῆς Graecis, Autumnum significat Latinis.

OPOROTHĒCA, ae. f. [ὀποροθήκη] Locus, ubi Autumnales fructus seruantur. Varr. de R. R. 1, 59 Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem vt fenestras habeant, atque vt aere persententur, curant, ὀπῆς, pomum, siue omnis fructus mollioris corticis.

OPORET, oportebat, oportuit. Imperf. [ὀπῆ, χεῖ] Idem fere quod Opus vel opera est: plerumque ad officium, honestatem, leges, refertur: interdum tamen ad aliam quamcumque conuenientiam, et verisimilitudinem adeo significandam, adhibetur. Plaut. Caf. 4, 1, 8 Propere, coenam iam esse coctam oportuit. Cic. pro Corn. Balb. 8, c. 3 Nunc vero quid dicitur? quid ait accusator? fecisse Pompeium, quod ei facere non licuerit: quod grauius est, quam si id factum ab eo di-

ceret, quod non oportuisset: est enim aliquid, quod non oporteat, etiam si licet; quidquid vero non licet, certe non oportet. Sunt aliqua, quae fieri non oportet, etiam si licet Ammian. 30, 8. *Conf. H. Grot. de I. B. et P. 3, 4, 2.* Pascere oportet oves Virg. Ecl. 6, 5. Ne quid fiat fecus quam volumus, quamque oportet Cic. Att. 6, 2. Alio loco, alio tempore atque oportuerit Caes. B. G. 7, 33. Beneuolentia et caritate ciuium septum esse oportet, non armis Cic. Philipp. 2, 112. Oportet pro licet: Donat. ad Ter. Adelph. 2, 1 ait, *seruos dictos esse, qui seruati essent*, quum eos occidi oporteret iure belli. Oportet, *coniicientis*. Plaut. Poen. 5, 2, 70 Seruum te esse oportet, et nequam et malum hominem, peregrinum et aduenam, qui irrideas. Sic Lucretius de his, quae coniectura physica constant, hoc verbo vititur 1, 778 et 1074. Sic Debet poni, suo loco obseruamus. Sollemnis tamen et ordinarius intellectus est, cum officium denotat. Et quidem constructione diuersa. Cum Participio passiuo Ter. Andr. 1, 5, 5 Nonne prius communicatum oportuit? h. e. Nonne id prius debuit communicare mecum? Cic. in Catil. 1, 5 Hoc quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor, ut faciam. Sic Ter. Heaut. 1, 2, 26 Mansum oportuit. Ibid. 2, 2, 6 Non oportuit relictas. Et Adelph. 2, 2, 6 Adolescenti morem gestum oportuit. Coniunctiuo omisso Columel. 1 praef. 22 Sit oportet naturae sagacissimus. Sen. Epist. 6 In rem praesentem venias oportet. Infinitiuo item omisso usurpare videtur Cic. Parad. 3, 2 Quidquid non oportet, scelus esse, quidquid non licet, nefas putare debemus. Flor. 3, 20, 14 Quod sub gladiatore duce oportuit. Necessesse est plus est quam Oportet: Tanquam ita fieri, non solum oporteret, sed etiam necessesse esset Cic. Verr. 4 c. 39. Add. 5 c. 14 extr. Quinctil. 1, 1 Dein ut repetitis altius causis diligentissime ostenderet, quam id, quod erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, sed etiam necessesse esset. Cic. Att. 4, 6 Ego vero, qui si loquor de Republica quod oportet, (propter honestatem) insanus: si quod opus est, (ad utilitatem) seruus existimor: si taceo, etc. Oportere et Decere in quo differant, declarat Idem in Orat. 74 Oportere perfectionem declarat officii, quo et semper utendum est, et omnibus. Decere quasi aptum esse, consentaneumque tempori et personae. Oportet, personale aliquando in M.S.S. reperitur. V. g. Ter. Andr. 3, 2, 1 Adhuc Archilis quae adsolent, quaeque oportent signa esse ad salutem, etc. it. Ter. Heaut. 3, 2, 25 Haec facta ab illo oportebant Syre. Sed optimae quaeque editi. oportet utroque loco. Sic etiam Quinctil. 8 prooem. 13 Disertis satis putat dicere, quae oporteat. Sed hic etiam oporteat legitur sine varietate.

## O P P

OPPANDO, ère. Illa vel ad status helices oppande serene Grat. Cynege. v. 55.  
 OPPANSVS, a, um. Partic. Cornibus oppansis Prudent. Psychom. v. 242.  
 OPPANSVM, i. n. Anima de oppanso corporis erumpit in apertum et puram et suam lucem Tertull. de Anima c. 53.  
 OPPASSVS, a, um. Conspèctus caeterorum velo oppasso interdicebatur Idem Apolog. c. 16.  
 OPPANGO, pēgi, pactum, ère. [καταπηγνύω] Affigere, coniungere, Oppangere sauium Plaut. Curc. 1, 1, 59.  
 OPPECTO, ère. De cibis, Plaut. Pers. 1, 3, 30 Nimio melius oppectuntur frigida. i. Digitis vel dentibus, quasi pestine carpuntur.  
 OPPEXVS, ūs. m. Apul. Met. II p. 261 (Pric. p. 244) Flexu digitorum ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent.  
 OPPĒDO, ère. [καταπέδω] Dissentire et aduersari, vel contemnere, ut exponit Acron in illo Hor. Epist. 1, 9, 70 Vin' tu. Curtius Iudaeis oppedere? Lamhinus, Irridare, pro nihilo putare. Oppedere enim est, ventris crepitem versus alterum in eius odium et contumeliam edere, quod dicunt Graeci καταπέδω, et ἀνταποπέδω.  
 OPPĒRIOR, f. OPERIOR, iris, peritus sum, iri. Dep. [περιπέτω] Expectare. Ter. Adelph. 3, 3, 92 Opperiar hominem hic, ut salutem et colloquar. Idem Phorm. 3, 2, 29 Si non tum dedero, vnam praeterea horam ne oppertus sies. Hic ego interea vos opperiar Terent. . . . Hor. Epist. 1, 2, 71 Nectardum opperiar nec praecedentibus inflo. Iuuenes opperiantur dum residant aquae Ouid. Met. 9, 95. Hostem magnanimum opperians Virg. Aen. 10, 771. Idem 1, 458. Tempus opperiri Sil. 5, 85. Stetit opperians virginem Val. Argon. 5, 391. Oppertus sum, [περιμυμήνηκα] apud Plaut. Most. 3, 2, 101 Seni non otium erat, id sum oppertus.

OPPESSVLĀTVS, a, um. Adi. Clausus, pessulis obfirmatus. Plaut. Amph. suppos. Sc. Di vosram v. 22 Herus, saluator oppessulatas ante foreis graditur. Petron. c. 97 Oppessulatae fores. Conf. Apul. Met. 9 p. 231. et Ammian. 31, 39.  
 OPPĒTO, iui vel ii, itum, ère. [καταπέτω, ὑποδύομαι] Videtur idem significare, quod obire s. subire, ut appetere significat interdum accedere, adire. Sed ut obire ad mortem plerumque refertur, et subeundam terram, etiam omisso nomine mortem, ut Virg. Aen. 1, 98 o terque quaterque beati, Quis ante ora Patrum Troiae sub moenibus altis Contigit oppetere. Esse autem oppetere idem quod subire, ostendunt formulae, ut Phaed. 3, 16, 2 Poenas oppetere superbiae. et Praemia oppetere Catull. Epithal. 102. Nusquam tamen sollemnius, quam cum nomine mortem, ponitur. Cic. de Diuin. 1, 36 Aequius esse censuit se maturam oppetere mortem. Add. Id. pro Sext. c. 20. Mortem milies oppetere, vid. MILLE. Conf. Curt. 7, 10, 5. Cic. Tusc. 2, 38 Vestras manus peto, prius quam oppeto malam pestem hostili manu. Mors necessitatem habet fati, aut si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria Idem Philipp. 12 c. 12. Idem Tusc. 1, 116 c. 48 Clarae vero mortes pro patria oppetitae non solum gloriosae rhetoribus, sed etiam beatae videri solent.

OPPEXVS, vid. paullo ante.  
 OPPIA, Gens Romae. Ex hac Oppius ille Caesaris amicus: item Vestalis, quae conuicta stupri, viua defossa est Liu. 2, 42. Aenigma Oppiorum ex Velia Cic. Att. 7, 13 exercuit eruditos. Sed nihil hoc pertinet. Est et Oppius mons Romae Varr. de L. L. 4, 8.  
 OPPICO, ère. [πίσσω] Idem quod Picare significat: hoc est picce obtinere, quod genus picationis fieri antiquitus solebat in dolis vel cadis vinaris, ne perfluerent. Cato c. 120 Mustum si voles totum annum habere, in amphoram mustum indito, et corticem oppicato.  
 OPPIDO. Adu. vid. post OPPIDVM.  
 OPPIDVM, i. n. [πόλις, ἄτυ, ἰπνόχισμα] Proprie est Omnis vrbs praeter Romam, quae peculiari nomine Vrbs vocari coepta, fecit, ut caeterae vrbes vocarentur Oppida: haec Valla de L. L. 4, 32. Vnde apud Plautum Oppidum et Urbem indifferenter legimus, quum in Persa Eleusipolim inquit Persae cepere in Arabia plenam bonarum rerum anti-



quum oppidum. *Conf. Idem Perf. 4, 4, 5. Seruius Sulpicius, quum numerasset vrbes multas, postea dixit: Quae oppida quodam tempore florentissima fuere ad Cic. Fam. 4, 5. Cic. Verr. 4, 72 Segesta est oppidum peruetus in Sicilia, Iudices, quod ab Aenea fugiente a Troia, atque in haec loca veniente, conditum esse demonstrant. Oppidum et vrbs idem, apud Nep. 1, 3, 1. et 1, 7, 2. Idem Nepos Athenas, Oppidum absolute vocat, 1, 4, 2. et 2, 2, 8. Item Thebas 16, 1, 2. Sic Cic. Verr. 2, 117 c. 52 Syracusas vocat. Sic oppidum absolute dictam antiquam illam Romam quadratam, obseruat Scal. Append. Coniect. ad Varr. p. 185. ubi Varronis locum de L. L. 4, 34 p. 39, 24 sic emendat, In Palatio Mugionis (porta) a mugitu, quod ea pecus in bucita tum antiquum oppidum exigebant. Recepti hanc lectionem Scioppius. Scaliger etiam huc refert Liu. 45, 16. quem locum damus supra in MINERVIVS. Saepe generale hoc nomen singularibus adiicitur. ut, Oppidum Amphipolim constituit Nepos 5, 2, 2. In oppido Cito mortuus est Idem 15, 3, 4. Festus, Oppidorum originem optime refert Cicero libro primo de gloria, eamque appellationem vsurpatione appellatam esse existimat, quod opem darent, adiiciens, ut imitetur ineptias Stoicorum. Varr. de L. L. 4, 32 Maximum aedificium est oppidum ab ope dictum: quod munitur opis causa, ubi sint: et quod opus est ad vitam gerendam, ubi habitent tuto: vel oppida, quod opere munibant moenia, quo tutius essent. Haec ille. Cic. in Pison. 70 Vertes te ad alteram scholam: differes de triumpho. Quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? Hoc ex ritu veterum: portabantur enim oppidorum captorum simulacra in triumphis. 25 Vid. Liu. 37 extr. In oppidis praesidia nulla sunt Cic. Att. 8, 13. Ditia oppida Ouid. Epist. 16, 34. Al. Diuitiora. Inclinata Idem Met. 15, 295. ¶ 2 Verborum formae: Abiit oppidum in villas, Accedere in oppidum, Cedere de oppidis, vid. hb. vv. Cingere muris oppida Virg. Ecl. 4, 33. Cingebant oppida nondum fossae praecipites Ouid. Met. 1, 97. Claudere oppidum portu, vid. CLAVDO. Compellere in oppida, vid. COMPELLO. Condere oppida Hor. Epist. 2, 1, 8. Congesta oppida manu Virg. Georg. 2, 156. Constituere oppidum Caes. B. C. 1, 15. Continere oppida metu, vid. CONTINEO. Debellata Claud. in Eutrop. 2, 199. Decorare oppida publico sumtu Hor. Carm. 2, 15, 18. Inuadere in oppidum, vid. INVADO. Irrumpere oppidum, vid. IRRUMPO. Moliri oppida Hor. de Arte Poët. 399. Prosternes eruta conuulsis oppida muris Sil. 3, 213. Vastant annosa oppida Stat. Theb. 3, 577. ¶ 3 Est etiam in Circo Oppidum. Varro de L. L. 4, 32 p. 37, 4 In circo primo, vnde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres: Naeuius Oppidum appellat — Oppidum, quod a muri parte, pinnis turribusque carceres olim fuerunt. Scripsit Poëta, Dictator ubi currum insidit, peruehitur vsque ad oppidum. Festus, Oppidum dicitur et locus in circo, vnde quadrigae emittuntur.*

OPPIDV̄LVM, i. n. Dimin. [πόλισμα] Cic. Att. 10, 7 Nec tamen in acie, sed Melitae, aut alio in loco, siue in oppidulo futurum puto.

OPPIDATIM, Adu. [κατὰ πόλιν] Per omnia, siue singula oppida. Suet. Aug. c. 59 Ludos quinquennales paene oppidatim, et Galbae. 18 50 Cum per omne iter dextra sinistraeque oppidatim victimae dederentur.

OPPIDANEVS, a, um. Adi. Theod. Cod. 12, 1 Vinculo incolatus oppidanea necessitas eum detinet obligatum. Ibid. Obsequiis oppidaneis mancipari.

OPPIDANVS, i. m. [πολίτης] Qui oppidum incolit. Caes. 55 Bell. Gall. 2, 33 Sub vesperum Caesar portas claudi, militesque ex oppido exire iussit, ne quam noctu oppidani a militibus iniuriam acciperent. Add. Nep. 1, 7, 3. ¶ 2 Est proprie Adiectiuium nomen. Cic. pro Planc. 30 c. 12 Quod dicitur Atinae factum a iuvene, vetere quodam in scenicos iure, maximeque oppidano. Cic. de 60

Clar. Orat. 242 Quaestores celeriter facti sunt oppidano quodam et incondito genere dicendi. i. Non urbano. Budaeus, Oppidanum enim genus dicendi, oratio est non elegans nec nitida, sed velut vicana et municipalis aut castellana, quod in oppidis, vicis, castellis, non tam integre, incorrupteque, quam in urbe loqui solerent. Senex quidam oppidanus Cic. de Orat. 2, 240 c. 59.

OPPIDO, Adu. [μεγάλας, πολλῶ] Aduerbium intendendi. Festus, Ortum est hoc verbum ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret, ut quae multitudo significaretur, saepe respondebatur, quantum vel oppido satis esset. Hinc in consuetudinem venit, ut diceretur, Oppido, pro Valde, multum. Itaque si qui in aliis rebus eo vtuntur, ut puta si qui dicant, Oppido didici, spectavi, ambulavi, errant: quia nulli eorum subiici potest, vel quod satis est. Haelenus Festus. Ter. Heaut. 4, 4, 12 Dic me hic oppido esse inuitam, atque seruari. Cic. de Finib. 3, 33 c. 10 Sed eorum definitiones paulum oppido inter se differunt. Idem Fam. 14, 4 Sin ad nos pertinerent, seruirent, praeterquam oppido pauci. Oppido Pauci Ammian. 16, 11. Apul. de Mundo pr. Tutor mimus vetus oppido ridiculus Cic. de Orat. 2, 259. Oppido quam fiunt in literarum ostentatione inepti et friuoli Gell. 15, 30. Id. 16, 7 Laberius in Mimis quos scriptavit, oppido quam verba finxit praecicenter. Hic ut nimiam Laberii licentiam notet, tria, quae augendi vim habent, coniunxit, Oppido, Quam, et Prae. Oppido, quam in literis peritus Gell. 7, 7. Oppido, pro Statim aliquando accipitur: Plaut. Most. 1, 2, 56 Perdidi operam fabrorum illico, oppidoque venit ignauia. Idem Bacch. 4, 4, 30 Reddiidi aurum omne oppido. Idem Amph. 1, 1, 143 Oppido interii.

OPPIGNERO, are. [ὀπιθνήμι, ἐνεχουράζω] Aliquid pignori dare. Cic. pro Sext. 110 c. 51 Libelli pro vino etiam saepe oppignerabantur, manebat insaturabile abdomen. Ter. Heaut. 4, 5, 46 Num illa oppignerare filiam meam me inuito potuit? Oppigneravit Claudi modo ad mensam (trapeziticam) vix octo numis annulum, vnde coenaret Martial. 2, 57. Oppignerare se Senec. de Benef. 3, 5.

OPPIGNERATOR, oris. m. Augustin. Epist. 215 Ab oppigneratoribus vrgeri.

OPPILO, are. [ἐπιφάρτω] Occludere velut pilis oppositis. Lucret. 6, 725 Est quoque uti possit magnus congestus arenae fluctibus aduersis oppilare ostia contra. b. e. Resistere aduenientibus fluctibus suo obice, imitante pilam saxeam, quae in mare iacitur. Cic. Philipp. 2, 21 c. 9 Hisque oppilatis, impetum tuum compressisset? Plaut. Rud. 4, 1, 14 Iam mihi oppilabit sua vaniloquentia aures.

OPPILATIO, onis. f. [ἐπιφάρξις] Medici vocant Vitium praecclusi obstructique iecinoris, aliorumque intus viscerum. Scribon. Larg. Compos. 47 Vt neque spiratio interpelletur, neque remedium efficacissimum (quod per oppilationem narium efficitur) excludatur. Conf. Barb. Aduers. 40, 4.

OPPIVS, *vid.* OPPIA *gens.*

OPPLEO, ēui, ētum, ēre. [*ἀναπληρῶ*] *Circumquaque implere, siue Maxime implere.* Ter. Heaut. 2, 3, 65 Lacrimis opplet os totum sibi. Liu. 10, 46 Nives iam omnia oppleuerant, nec durari extra

5 tecta poterat. Opplet nares odor Varr. de R. R. 3, 4. Liquidis loca vocibus opplent Lucret. 2, 145. Regia oppletur laetanti coetu

Catul. 62, 33. Oppleuit opinio haec vetus Graeciam Cic. de Nat. Deor. 2, 63. *Vid.* OPINIO. Oppleuit luctus urbem Liu. 22, 56.

OPPLETVS, a, um. Partic. [*ἀναπληρωθεὶς*] *Mentes oppletae*

10 tenebris ac fordibus Cic. post red. in Senat. 10 c. 4. Idem de Nat. Deor. 2, 130 c. 52 Aegyptum Nilus irrigat, et quum tota aestate obrutam, oppletamque tenuerit, tum recedit. Aedes inaniis sunt oppletae atque araneis Plaut. Aul. 1, 2, 6.

OPPLORO, āre. [*καταδύρωμαι*] *Contra plorare.* Auctor ad

15 Heren. 4 c. 52 At ille, Quin mihi illum datis, ac vos auribus meis opplorare non desinitis?

OPPONO, pōsui, pōstum, ēre. [*ἀντιτίθημι*] *Contra vel ex ad-*

20 *verso ponere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 129 E quibus pullos quum excuderunt, ita tuentur, vt et pennis foueant, ne frigore laedantur: et si est calor a sole, se opponant. Plaut. Pseud. 1, 5, 10 Ibi nunc oppido opposita obstacula. *Al. et Gronou.* Obseptā est via. Cic. in Pison.

81 Cuius ego imperio non Alpiū vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem, Germanorum immanissimis gentibus obicio et oppono. Idem pro

25 Muraen. 87 Ad omne periculum, atque ad omnem inuidiam solus opponitur. Hostibus opponere aliquos Idem de Finib. 2, 9. ¶ 2 *Substantiua:* Aciem opposuere Aeneadae Virg. Aen. 9, 469. *vid.* ACTES. Auriculam opponere *antestanti* Hor. Serm. 1, 9, 77. Cic.

Acad. 4, 64 Auctoritas autem tanta mouebat, nisi tu opposuisses non

30 minorem tuam. Causam opponere, *Obiicere ante oculos, Excusationem vel causam afferre.* Idem Off. 3, 41 Muri causam opposuit, speciem honestatis, nec probabilem, nec satis idoneam. *De Romulo.* Corpus pro patria opponere, *pro Exponere* Liu. 21, 8. Cic. Att. 7,

22 Persequi Caesar Pompeium? quid? vt interficiat? O me miserum, et non omnes nostra corpora opponimus? Idem pro Quinct.

47 Minae iactentur, pericula intendantur, Formidines opponantur, vt, etc. Genu opposuit costis Ouid. Met. 12, 347. Cic. pro Caec.

84 In iis ipsis intercludere Insidiis, quas mihi conatis opponere. Manum opposuit ante oculos Ouid. Fast. 4, 178. Manum puella

40 suaui opponat tuo Hor. Epod. 3, 21. Ouid. Met. 2, 276 Opposuitque Manum fronti. Cic. pro Caecin. 21 Atque iste ad omnes introitus qua adiri poterat, non modo in eum fundum, de quo controuersia fuerat, sed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit. Moles fluctibus Idem Off. 2, 14.

45 Montes natura opposuit mari Lucan. 2, 620. Cic. Verr. 4, 75 Opponebant illi interdum Nomen Africani. Idem ib. 3, 131 Quum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac Nomen opponerent? Ordinem aduersus hostes quadruplicem Liu. 30, 10. Periculis se Cic. pro Corn. Balb. 26 c. 10. Id.

50 ad Brut. 15 His ardentibus perturbandae Reip. cupiditate, quod opponi posset Praesidium, non habebamus. Medicinae totidem opponuntur his quatuor causis Idem de Orat. 2, 339. Paribus paria redduntur, et contraria opponuntur Cic. in Orat. 164. Se opponere

inuidiae pro patriae salute Idem de Arusp. Resp. 60. Terrorem ar-

55 mati exercitus opponere togatis Idem pro Sext. 52. Idem de Finib. 3, 40 c. 12 Hoc omni virtuti Vitium contrario nomine opponitur. Cic. pro Caecin. 65 Si contra verbis et literis, et (vt dici solet) summo iure contenditur, solent eiusmodi iniquitati et boni et aequi nomen dignitatemque opponere. *Conf.* Idem ad Q. Frat. 2, 10. et ad Att. 1, 1.

60 Voluntas testatoris scripto opponitur tum, vt quaeratur, verbane plus, an sententia valere debeat Cic. in Topic. 96. Idem de Lege Agrar. 1, 18 Capuam deduci colonos volunt, illam Urbem huic urbi rursus

opponere, illuc opes suas deferre cogitant. ¶ 3 *Formulae*

65 *aliae:* De *Disputationibus.* Cic. Acad. 4, 131 Introducebat etiam Carneades, non quo probaret, sed vt opponeret Stoicis summum bonum esse, etc. *Ad.* Id. de Fin. 2 c. 13. Sed quid oppones tandem, si negem me vnquam istas literas ad te misisse? quo me teste conuincas? Cic. Philipp. 2, 8 c. 4. Opponere, *pro Apponere.* Cato de R. R.

c. 157 *extr.* Deinde petigini parce (depetigini porcae *i. naturae mulie-*

70 *bris*) brassicam opporito, sanam faciet. Opponere, *pro eo, quod alias Deponere dicitur, et Contra alium pignus ponere.* Plaut. Curc. 2, 3, 77 Pono pallium, ille suum anulum opposuit. *Al.* Opposuit. Ter. Phorm. 4, 3, 56 Ager oppositus est pignori ob decem minas. *Ad.* Plaut. Pseud. 1, 1, 15. In Circo opponere praecedens auriga dicitur se-

75 *quensi.* *Vid.* Plin. 8, 42. *Conf.* Drakenb. ad Sil. 16, 396.

OPPOSITVS, a, um. Partic. [*ἀντιθετός, ἀντισητός*] Cic. de Diuin. 2, 117 Luna subiecta atque opposita soli. In hac dictione

ludit Catull. 24 (26) 2

80 Furi, villula nostra non ad Austri  
Flatus opposita est, nec ad Fauoni,  
Nec faui Boreae, aut Apeliotae:  
Verum ad millia quindecim, et ducenta,  
O ventum horribilem, atque pestilentem.

Significat Poeta villam suam esse oppigneratam, siue pignori oppositam ob

85 quindecim millia, etc. Rebus meis ad securitatem creditoris oppositis Sen. de Benef. 7, 14. Lancibus oppositis Iuuen. Sat. 11, 18. *i. Oppigneratis.* Contrario oppositus virtuti eius Scribon. 199. Corpore opposito vim, scelus, et furorem aliquem a bonorum ceruicibus depellere Cic. pro Domo 63 c. 24. Fores oppositae Hor. Carn. 3,

90 26, 8. Humeris oppositis extrahere aliquem e turba Idem Serm. 2, 5, 95. Moles oppositae fluctibus Cic. Off. 2 c. 4. Nubes oppositae Ouid. Met. 10, 179. Cic. pro Font. 3 Specula Pop. Romani ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et obiectum. Idem Tusc. 2, 16 Id quod natura ipsa et quaedam generosa virtus statim re-

95 spuit, ne dolorem summum malum diceret, oppositoque dedecore sententia depelleret, in eo magistra vitae philosophia tot saecula permanet.

OPPOSITVS, ūs. m. [*ἀντιθετός*] Cic. pro Marcel. 33 c. 10 Non modo excubias et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus, et corporum pollicemur. Gell. 4, 5 Locus quem Sol oppositu circum

00 vndique aliarum aedium nunquam illustraret. Oppositu membro- rum Sil. 10, 212. Oppositu globi Plin. 2, 71.

OPPOSITVM, i. n. Gell. 16, 8 Opposita ipsa inter sese aduersa sunt, quae opposita, non sunt contraria *ibid.* *Conf.* Mart. Capell. 4 p. 115.

95 OPPOSITIO, ōnis. f. [*ἀντιθέσις*] Cic. de Inuent. 1, 42 c. 28 Disparatum

paratum autem est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo, Sapere et non sapere.

**OPPORTVNSVS**, a, um., Adj. [*ἰκτιρῆσιος, ἔυκαιρος*, tempestivus Gloss. Lat. Gr.] *Quod pro desiderio nostro accidit: ab Ob et Portus, quod navigantibus maxime vtilis, aptaque sint.* Plaut. Epid. 3, 5, 3, 44 Nihil homini amico est opportuno amicus. *h. e. Qui in tempore succurrit.* Plin. 16, 40 Quaedam enim in mari, quaedam in terra vitiis opportuniora. Et 18, 7 Non alia de causa opportuniora morbis corpora existunt. Iniuriæ opportunus Sall. Iug. 20, 2. *Plures ibi laudat Cor.* Opportunus ad, *Commodus, idoneus.* Ter. Eun. 10

5, 9, 47 Ad omnia haec magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est. Ad veratri potionem opportunior Scribon. 99. *vulgo magis dispositus.* Opportunus ita est, si forte et idoneus Aër Lucr. 5, 606.

Actas opportunissima Cic. Fam. 7, 7. Idem Verr. Act. 1, 13 Classes optimaæ atque opportunissimaæ, cum magna ignominia Pop. Roman. 15

amissæ et perditæ. Latebra Ouid. Met. 3, 442. Locus opportunus et tempus idoneum ad eam rem, de qua narratur Cic. de Inuent. 1, 29.

Loco opportuniore nullo esse potuisti Idem Fam. 6, 20. Locis opportunioribus munitiones imponere Liu. 36, 17. Quae tibi

cognita Res in multis, o bone, rebus vtilis inuenietur et opportuna 20 cluebit Lucret. 3, 207. Seges opportuna pecori Virg. Georg. 4, 129.

Tempus opportunum, *Commodum, optatum, proprium.* Cic. Fam. 2, 18 Quas si satis opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris, si

ad me in Ciliciam quamprimum veneris. Tempus actionis opportunum Cic. Off. 1, 142 c. 40. Vir minime opportunus nouanti res 25

Liu. 4, 13. Vrbs opportuna, munita, propinqua, fortissimorum virorum, fidelissimorum ciuium, atque optimorum Cic. Philipp. 4, 6.

Vtilitas opportuna Lucret. 6, 893. Opportunus, *absolue.* Cic. de Clar. Orat. extr. f. 333 Tantum dico, si mihi accidisset, vt numerarer

in multis \* si operosa est concursatio magis opportunorum. *Sed locus est mutilus.* Locorum opportuna Tacit. Ann. 4, 24. *Superl.*

Plin. 8 Ad hos proferendos et tempus, et locum opportunissimum elegi, etc. *conf.* Caes. Bell. Gall. 1, 30. et 4, 13. Liu. 26, 43 Potiemur

praeterea cum pulcherrima opulentissimaque Vrbe, tum opportunissima portu egregio, *i. Vnde terra marique, quae belli usus possunt, suppeditantur.*

**OPPORTVNE**. Adv. [*ἰκτιρῆσιος*] *i. Loco et tempore suo, et rei apto, quod et simpliciter dicitur in loco et in tempore.* Ter. Adolph. 2, 4, 2 Opportune: te ipsum quaerito. Idem Andr. 3, 4, 11 Opportune hic fit mihi obuiam. Cic. pro Rosc. Amer. 68 Tempus idoneum, locus opportune captus ad eam rem. Opportune facere Id. de Finib. 3, 61.

Opportune nuntiis allatis Caes. Bell. Ciuil. 3, 101. Reddere opportune alicui literas Cic. Att. 14, 19. Illud satis opportune Idem ibid. 16, 6. Opportune venire Id. de Nat. Deor. 1, 15.

*Compar.* Accidere opportunius nihil potuit, te ipsum cupio Cic. Fam. 1, 9. *Superl.* Caes. Bell. Ciuil. 3, 101 Opportunissime nuntiis allatis. Liu. 32, 18 Anticyra opportunissime sita.

**OPPORTVNITAS**, atis. f. [*ἰκτιρῆσιος, καίριον*] *Commoditas, pro ratione loci, temporis et personarum.* Cic. de Finib. 3, 45 Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus *ἰκτιρῆσιος*) non fit maior 50

productione temporis (habent enim suum modum quaecunq; opportuna dicuntur) sic recta effectio. Consultrix et prouida vtilitatum, opportunitatumque omnium natura Cic. de Nat. Deor. 2, 58. Aetatis opportunitas Sallust. in Iugurtha c. 6. Anuli vsus opportunitate

Gyges, reginae stuprum intulit Cic. Off. 3, 38. Corporis opportunitates habilitatesque Idem de Legib. 1, 27. Faciendi aliquid idonea opportunitas, aut non faciendi Cic. de Inuent. 1, 40 c. 27. Fluminum opportunitates Idem de Nat. Deor. 2, 132. Loci opportunitas Caes. Bell. Gall. 3, 19. Locorum opportunitates Plin. Paneg. c. 15.

Cic. de Nat. Deor. 1, 93 Ne hoc quidem vos mouet considerantes, quae sit vtilitas, quaeque opportunitas in homine Membrorum, etc. Temporis Cic. Off. 1, 142. Viae, *Facilitas* Plin. Epist. 1, 24. Cic. Att. 8, 13 Si tenendam hanc oram putas, quae opportunitatem et dignitatem

habet, et egregios ciues, etc. Idem Philipp. 3, 34 Praeclara tum fuit Senatus in illo ipso die vespertina prouinciarum religiosa fortitio: Diuina vero opportunitas, vt quae cuique apta esset, ea cuique obueniret. Cic. Att. 8, 8 Fuga et Maritima opportunitas visa quaeri desperatione. Adiuncta, *vid.* **ADIVNGO**. Aduenire opportunitate, *pro In tempore* Plaut. Epid. 2, 2, 19. Corruptere opportunitatem, *vid.* **CORRUMPO**. Habere opportunitatem ad negotium administrandum Cic. de Inuent. 1, 38. Sequi loci opportunitatem Idem Off. 1, 35. Opportunitatis est beate viuere Id. de Finib. 3, 61. Opportunitas, *Vtilitas.* Cic. de Amicit. 21 Talis igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Idem Verr. 3, 11 Neminem vestrum praeterit, Iudices, omnem Vtilitatem 75

opportunitatemque prouinciae Siciliae, quae ad commoda Pop. Rom. adiuncta sit, consistere in re frumentaria maxime.

**OPPRIMO**, pressi, pressum, ere. [*καταδυνασέω*] *Premendo grave, et impedire: subito superuenire et fugiendi vel commouendi se facultatem adimere: nec proprie tantum, sed frequentissime per translationem.* 80

Opprimere os, *Continere, claudere* Ter. Phorm. 5, 8, 93. Id. Andr. 1, 3, 23 Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat. Cic. in Catil. 2, 8 Nemo non modo Romae, sed ne vlllo in angulo totius Italiae oppressus Aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris foedus adscuerit. Animam hanc fluctus opprimet 85

Ouid. Trist. 1, 2, 35. Cic. Verr. 5, 14 Quis dubitet, quin seruorum Animos summa formidine oppresserit? Idem de Diuin. 1, 105 Quod paucis post mensibus exortum, paucioribus a te est diebus oppressum. Contumeliis aliquem operire et opprimere Cic. Verr. 4, 111. Criminibus et testibus obrui et opprimi Idem ibid. 3 (1) 20 c. 7. Dictum suum opprimere, *Mutare sententiam* Plaut. Merc. 3, 4, 6. Cic. Tusc. 2, 33 Sed Dolorem opprimi dico patientia: si modo est aliqua patientia. Dolore opprimi Idem Fam. 4, 6. Flammas vnda opprimit Senec. Medea 12. Hostes conficere atque opprimere Cic. pro Font. 26. Hostes parentis sui oppressit Senec. Octau. f. 8. 95

Ignem opprimere Liu. 29, 31. Cic. Off. 2, 81 Quumque tyrannum Nicoclem Improviso oppressisset, sexcentos exules, qui fuerant eius ciuitatis locupletissimi, restituit. Improviso tantus morbus hominem temperantem oppressit Cic. Att. 15, 1. Incautos opprimere Liu. 26, 12. Cic. in Catil. 2, 4 c. 2 Fore, vt eius socios Inuidia 100

oppressus, persèqui non possem. Idem pro Quint. 7 Si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare; quo is facilius, quem velit, in quo Iudicio opprimere possit. Cic. pro Cluent. 30 Et est quisquam, qui, quum haec cognouerit, suspicari possit Oppianicum Iudicio oppressum et circumuentum esse innocentem? Leonem iaculo oppressit 100

- Valer. Argon. 3, 24. Mentionem aliquam opprimere Liu. 38, 50.  
 Nec plerosque opinantes oppressimus, qui occisi captique sunt Cic.  
 Fam. 15, 4. Idem de Senect. 49 c. 14 Quoties illum lux noctu ali-  
 quid describere ingressum, quoties Nox oppressit, quum mane cepisset?  
 5 Occasionem opprimere, *Supprimere, tacere, celare* Plaut. Afin. 2, 2, 15.  
 Onere opprimi, *vid. O N V S.* Cic. pro Rosc. Amer. 10 Id, quod  
 suscepi, quoad potero, perferam: quod si perferre non potero, oppri-  
 mi nie Onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semel imposi-  
 tum est, aut propter perfidiam abicere, aut propter animi infirmita-  
 10 tem deponere. Cic. de Finib. 2, 30 Quae iam Oratio non a philo-  
 sopho aliquo, sed a Censore opprimenda est. Pede opprimere Cato  
 c. 46. Penuria victus opprimit eum Hor. Serm. 1, 1, 98. Potentia  
 alicuius extingueret et opprimere Cic. pro Rosc. Amer. 36. Id.  
 Fam. 4, 3 Quicumque postea Remp. oppressisset armis, multo intolerabi-  
 15 biliorem futurum. Ruina opprimi Cic. de Diuin. 2, 20. Terent.  
 Eun. 3, 5, 53 Interea Somnus virginem opprimit. Terra opprimi  
 Cic. de Diuin. 2, 51. Opprimere, *Praeuenire, praecoccupare.* Idem  
 Fam. 15, 16 Puto, te iam supputere, quum haec te tertia iam epistola  
 ante oppressit, quam tu schedulam aut literam. Cic. Diuinat. Verr.  
 20 44 Nunquam ille me opprimit consilio, nunquam vilo artificio per-  
 vertet. Opprimere, *pro deprehendere in flagitio* Plaut. Caf. 5, 4, 17.  
 Cic. pro Rosc. Amer. 121 Est quiddam, quod occultatur: quod, quo stu-  
 diosius ab ipsis opprimitur et absconditur, eo magis eminent et apparet.  
 Opprimere, *pro Extundere, pervincere: i. Violenter impetrare, et vio-*  
 25 *lenti precibus.* Plaut. Mil. 4, 5, 10 Nam si vilo modo posset impe-  
 trari, ne te abduceret, dedi operam: verum oppressit. Opprimi,  
*ex impruviso velut deprehendi.* Cic. Att. 12, 32 Illud autem, quod fore  
 video, ipsum volo vitare, ne illae ad me veniant. Et vna est vitatio:  
 et ego nollem: sed necesse est, vt explores, ad quam diem hinc ita pos-  
 30 sim esse, vt ne opprimar. *i. Ne Publilia et mater veniant, quum de illa-*  
*rum aduentu nihil suspicer.* Cic. Att. 34 Quum scribas videndum mihi  
 esse ne opprimar, ex quo intelligam, te certum illius profectiois diem  
 non habere: putavi, etc. Ne opprimar, *a Publilia et matre: siue su-*  
*bito et insperato Publiliae aduentu.*  
 35 **OPPRIMENS**, entis. Partic. Virginem vi Vulgat. Genes. 34, 2.  
 Non erubescitis opprimentes me Idem Iob. 19, 3.  
**OPPRESSVS**, a, um. Partic. [*καταδυνασενόμενος*] Oppressa  
 metu ciuitas Liu. 24. Aere alieno oppressa Gallia Cic. pro Font.  
 c. 1 pr. Oppressus a praedonibus et captus est Idem Verr. 5, 122 c. 46.  
 40 Oppressus est, non causa, sed tempore Cic. pro Cluent. 91. Catenis  
 vincus et oppressus Senec. Herc. fur. v. 52. Casu acerbo Catull.  
 66, 1. Cic. Fam. 9, 14 Quamquam erat oppressus totius corporis  
 Doloribus. Idem Off. 2, 24 Sed iis, qui oppressos Imperio coercent  
 sit sane adhibenda saeuitia. Repressum magna ex parte, non oppres-  
 45 sum aliquem relinquere Cic. pro Muraen. 32. Idem de Amicit. 78  
 Quamobrem primum est danda opera, ne qua amicorum dissidia fiant:  
 sin tale aliquid euenerit; vt extinctae potius Amicitiae, quam oppres-  
 sae esse videantur. Arces Lucan. 2, 654. Carmina oppressa silent  
 Lucret. 2, 505. Herba Quid. de Arte Am. 3, 721. Iuuenius a  
 50 lupo Stat. Theb. 8, 692. Plin. Epist. 9, 18 Ne istam ipsam Memo-  
 riam, cui gratias ago, assiduitate, et copia turbem: oneratamque et  
 quasi oppressam, cogam pluribus singula, posterioribus priora dimit-  
 tere. Patria oppressa a tyrannide Nepos 20, 1, 1. Pectus oppres-  
 sum Senec. Herc. fur. 11. Respublica oppressa captaque Cic. pro  
 55 Domo 26. Senatus oppressus et afflicus Idem post red. in Senat. 17.  
 Vita oppressa iacet Lucret. 1, 64.  
**OPPRESSIO**, ōnis. f. Ter. Adelph. 2, 2, 30 Per oppressio-  
 nem, vt hanc mihi eripere postulet, *i. vtens opportunitate, cum sciat*  
*mibi discedendum esse.* Curiae oppressio Cic. pro Domo 5. Le-  
 60 gum et libertatis interitus, earumque oppressio tetra et detestabilis Cic.  
 Off. 3, 83 c. 21.  
**OPPRESSIVNCŪLA**, ae. f. Dimin. Plaut. Pseud. 1, 1, 66  
 Papillarum horridularum oppressiunculae.  
**OPPRESSOR**, ōris. m. Cic. ad Brut. 16 Petitur, vt vindices  
 65 atque oppressores dominationis salui sint? Nazar. Paneg. Const. c. 31  
 Ludibriis oppressoris sui auspicari libertatem iuuabat.  
**OPPRESSVS**, ūs. m. Sidon. Epist. 9, 11 extr. Saxei montis  
 oppressu.  
**OPPROBRIUM**, i. n. [*ὀνειδος*] Infamia, dedecus, quasi obie-  
 70 ctum probum. Vid. viros doctos ad l. 42 ff. de V. S. apud Duker. de La-  
 tinit. ICtor. p. 110 sqq. Plin. 18, 26. Dedecus enim habetur, oppro-  
 briumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi. Hor.  
 Ep. 1, 9, 10 Maioris fugiens opprobria culpa. Aeternum oppro-  
 brium Hor. Carm. 4, 12, 7. Idem Serm. 1, 4, 128 Sic teneros ani-  
 75 mos aliena opprobria saepe Absterrent vitiis. Magnum pauperies  
 Hor. Carm. 3, 24, 4. Turpe Idem Serm. 1, 6, 84. Turpia lin-  
 guae Claud. de Bell. Get. 522. Dignus opprobriis Hor. Serm. 2, 1, 85.  
 Idem Ep. 2, 1, 145 Fescennina licentia Versibus alternis opprobria ru-  
 stica Fudit. Fugere opprobria culpa Hor. Epist. 1, 9, 10. Mor-  
 80 deri falsis Idem ibid. 1, 17, 34. Quinct. Decl. 9. Facile Prorumpis  
 in opprobria: facile quod libet obiicis. Pulsatus maledictis oppro-  
 briisque vulgi Idem ibid. 15. Recantata Hor. Carm. 1, 16, 27.  
 Ouid. Trist. 2, 445 Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo.  
 Add. Prop. 4, 1, 6.  
 85 **OPPROBRO**, āre. [*ὀνειδίζω*] significat Probrum obiicere, *inquit*  
 Festus. Plaut. Most. 1, 3, 142 Egone id exprobrem, qui mihimet  
 cupio opprobrarier? Idem Truc. 2, 2, 25 Rus tu mihi opprobras?  
 Gell. 17, 1 Vt vel hac ipsa re, quod ita licebat, opprobraret aduersariis.  
 Idem 1, 15 Eidem vilitatem opprobrans. Aur. Vict. de Vir. Illust.  
 90 c. 66 Luxuriam opprobrans.  
**OPPROBRĀTVS**, a, um. Gell. 3, 5 tit. Mollities oculorum  
 et corporis cuidam opprobata acerbe.  
**OPPROBRATIO**, ōnis. f. [*ὀνειδισμός*] Gellius 12, 11 Tum  
 Cicero inopinata opprobatione permotus. Idem 2, 7 Sine oppro-  
 95 bratione acerba reprehensionis.  
**OPPROBRAMENTVM**, i. n. [*ὀνειδισμα*] Antiqua pro Oppro-  
 brio. Plaut. Merc. 2, 3, 87 Multo edepol, si quid faciundum est  
 damni, facere mauolo, quam opprobriamentum aut flagitium mulieb-  
 re efferri domi.  
 100 **OPPROBRIŌSVS**, a, um. Adi. Plenus opprobrii. Leg. 40  
 §. 1 Cod. de Episc. et Cler. Absurdum clericis est immo etiam oppro-  
 briosum.  
**OPPVGNO**, āre. [*πολεμῶ, πολιορχέω, προσβάλλω*] significat  
 Contra pugnare, nocendi causa. Cic. Fam. 2, 9 (10) Ibi quantum et  
 105 vicissimum iam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum  
 muni.

munissimum Pindenissimum. Obsidere, oppugnare et labefactare aliquam urbem Cic. de Arusp. Resp. 6 c. 4. Vehementissime oppugnare urbem aliquam Idem pro Lege Manil. 20. Urbem oppugnat celsis molibus Virg. Aen. 5, 439. Carinam fessam oppugnare Ouid. Met. 11, 531. Sagittis oppugnare rates Propert. 3, 11, 13. *Metaph.* 5  
 Plaut. Epid. 1, 2, 16 Tibi audendum est, senem oppugnare certum est consilium. Cic. Fam. 1, 7 Vt quos tu Reipub. causa laeferas, parum te oppugnant. Propugnare pro aliquo, et Oppugnare aliquem, *contraria.* Pseudo-Cic. antequam iret in exil. 11 Pro innocentissimo quoque propugnare, et nocentissimum quemque oppugnare, nobis vitiosissimum esse arbitraremur. Cic. Fam. 11, 2 Hammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. Idem Verr. Act. 1, 24 Urgebant comitia, et his ipsis oppugnabar grandi pecunia. Metell. ad Cic. Fam. 5, 1 Existimaram pro mutuo inter nos animo, et pro reconciliata gratia, nec absentem ludibrio laesum iri me, nec Metellum fratrem ob dictum, cavite ac fortunis per te oppugnatum iri. *Respondet Cicero* 15  
 5, 2 Quare non ego oppugnavi fratrem tuum, sed fratri tuo repugnavi. Clandestinis consiliis aliquem Cic. in Orat. 213. Palam aliquem Idem Q. Frat. 2, 4. *Et de Orat.* 151. Carneadis vero vis incredibilis illa dicendi, et varietas perquam optanda nobis, qui nullam unquam 20  
 in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probavit: nullam oppugnavit, quam non euerterit. Cic. de Lege Agrar. 1, 1 Quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. Idem pro Caecin. 67 Tamen non probasse memini, quod defendis, quia verbis oppugnare Aequitatem videbatur. Bona alicuius oppugnare Plaut. 25  
 Pers. 1, 2, 22. Caput alterius Cic. pro Quint. 40 c. 12 *pr.* Idem de Inuent. 1, 1 Qui vero ita se armat eloquentia, ut non oppugnare Commoda patriae, verum pro eis pugnare possit, is mihi vir, etc. Consilia alicuius oppugnare Plaut. Most. 3, 1, 15. Mens oppugnatur artibus innumeris Ouid. de Rem. Amor. 690. ¶ 2 A pu- 30  
 gnis contractae manus videtur comica lascivia ductum illud: Os oppugnare alicui Plaut. Caf. 2, 6, 60.

OPPVGNĀTVS, a, um. Partic. [*πολεμητής*] Roma oppugnata propriis triumphis Propert. 2, 16 (15) 45.

OPPVGNATIO, ōnis. f. [*πολέμησις*] Liu. 14, 29 Nec segnior 35  
 oppugnatio est, quam pugna fuerat. *conf.* Caes. Bell. Gall. 2, 6. Machinamenta, et astus oppugnationum Tacit. Ann. 12, 45. Nocturnam oppugnationem audere Idem ibid. 2, 12. Sustinere oppugnationem Caes. Bell. Gall. 5, 36. *Add.* Cic. de Orat. 1 c. 48. Idem Q. Frat. 2, 7 Mihi cum sua sponte iucundum, tum iucundius, quod me 40  
 absente (est enim *ἐπικρινέες* iudicium) sine oppugnatione, sine gratia nostra erant Antii.

OPPVGNĀTOR, ōris. m. [*πολεμητής*] Cic. pro Corn. Balb. 51 c. 23 Atque utinam, qui ubique sunt propugnatores huius imperii, possent in hanc civitatem venire: et contra, oppugnatores Reip. de civitate exterminari. Salutis meae oppugnator Cic. pro Plancio c. 31.

OPPVGNATORIVS, a, um. Adj. Vitruv. 10, 22 Hostes comparant res oppugnatorias.

OPPVTO, āre. [*κλαδένω*] Idem quod Putare, aut Circumputare, de arboribus. Plin. 17, 21 Opputatur autem quidquid proximo tulit 50  
 fructum.

OPPVVIRE, [*πλήττειν*] Verbum obsoletum, PERCVTERE est. Vnde, OPPVVIA, Verbera dicuntur. Afranius, Oppuuiis pueri coercentur. *Dicuntur haec esse apud Nonium, sed non inuenio. Laudat Afranium Deuza ad Lucil. p. 105, 1. it. Laurenberg. in Antiquario, 55* qui addit in Vopisco; et verbum Oppuuiio: et *Salmas.* in Solin. p. 41 Edit. 2. Sed fontem nondum licuit indagare. Nec habet in fragmentis Steph.

OPPVVIVM, modo vidimus.

## O P S

OPS, ōpis. f. [*ῥέα*] Filia Caeli ex Vesta, et soror uxorque Saturni: quam, ut scribit Seruius, Graeci Rheam vocant, *ἠὲ τὴν ῥέα*, id est fluo, quod terra rebus omnibus affluat. Plaut. Cist. 2, 1, 39 Ita- 65  
 que me Ops opulenta illius auiā, cum respectu ad Iouem, errore per lasciviam comicam fisco, qui statim corrigitur. *Vid. Brouskb. ad Tibull. 1, 4, 62.* Est autem nihil aliud, quam Terra, ut in *Coniect.* docet Scalig. p. 31. Terra vero Ops vocata, quia hinc omne opus, et hac opus ad viuendum, etc. ut ait Varro L. L. 4, 10. *conf.* Macrob. Saturn. 1, 10. Tur- 70  
 rigera Ops Ouid. Trist. 2, 24. Ops soror Saturni, Oceani et Salaciae filia Cic. de Vniuers. 35. Aedes Opis Idem Philipp. 1, 17. Ops eadem est, quae et Cybele Tibull. 1, 4, 68. *Est autem etiam Appellatum nomen, ut statim videbimus.*

OPĀLIS, e. Adj. Deae Opi dicitur. Aufon. Ecl. de Feriis Rom. v. 15 75  
 Vis et Opale sacrum. *Sed vid. mox OPALIA.*

OPALIA, um. n. Dicebantur dies festi, quibus Opi supplicabant, Festus. Macrob. Sat. 1, 10 Ex his colligi potest, et vno die Saturnalia fuisse, et non nisi XIV Kal. Ianuar. celebrata — qui dies nunc Opalibus inter Saturnalia deputatur, cum primum Saturno pariter et 80  
 Opi fuerit adscriptus. Hanc autem deam Opem Saturni coniugem crediderunt; et ideo hoc mense Saturnalia, itemque Opalia celebrari, quod Saturnus eiusque vxor tam frugum, quam fructuum repertores esse credantur. Aufon. Eclog. 17, 15 (p. 562 Toll.) Visne Opis ante Sacrum, vel Saturnalia dicam. *Est etiam lectio Vis et Opale sacrum.* 85  
*In Vet. Kal. Opalia et Saturnalia ad XIV Kal. Ianuar. adscribuntur. Quod autem Opalia etiam Plinio restitui volebat Hermolaus 19, 6 f. 34 ubi ita omnes, Sunt, qui et allium et vlpicum inter Compitalia ac Saturnalia feri aptissime putent: in fraudem illum induxit falsa de Compitalibus opinio, quae in Maio mense quidam collocant, cum ea in proxima vicinia 90* Saturnalium diserte ponat Dionysius Halicarn. l. 4 p. 219, 44 *ὀπάλιας ὕστερον ἡμέρας τῶν Κρονίων.* Non omittendus Varro de L. L. 5, 3 p. 48, 33 Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriae eius, ut post diem tertium (Saturnalium) Opalia Opis.

OPECONSIVA, quid rei esset, discamus ex Varron. de L. L. 5, 3 95  
 p. 48, 16 Opeconsuia dies ab dea Opeconsuia, cuius in Regia sacrum, quod ideo actum, ut eo praeter Virgines Vestales et sacerdotem publicum (Pontificem Maximum, qui habitat in Regia) introeat nemo. *In Vet. Kal. ad VIII, Kal. Sept. adscriptum OPIC. hoc est Opiconsuiae. Arbitratur Vossius de Idol. 2, 58 extr. et in Etymol. p. 467 Opem Con-* 100  
*suiam dictam a conferendis agris, cum ipsa sit Tellus. Itaque videtur apud Varronem legendum Opiconsuia dies voce composita, deinde ab Dea Ope Consuia diuisis vocabulis. Etiam illud cogitandum, an consuia non sit potius, ut Confus ille a condendo et abscondendo dicta, ut cuius in aperto sacra fierent.*

